Digitized by Google

8
5 M
12

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

43
A
23

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Bibliothecae Semin. Colleg. Rom. Societatis Jesu

IOANNIS

DE PORTVGAL

EPISCOPI VISENSIS

de Familia Prædicatorum

DE SPIRITV SANCTO

TOMI DVO,

Quorum Primus continet de Deitate, Proceſſione, & Relatione Spiritus Sancti.

CONIMBRICÆ,

Ex Officina DIDACI GOMEZ DE LOVREYRO, Academiæ Typographi.

M. DC. XLIV.

Cum Approbationibus & Licentia Superiorum.

Digitized by Google

Digitized by Google

DE mandato Illuſtriſsimi Domini D. Antonij de Matos de Norogna Epiſcopi Heluenſis Inquiſitoris Generalis, perlegi Tomum hunc primum inſtituti operis de Gratia increata, & creata à R.P.Fr.Ioanne de Portugal Theologo præſtantiſsimo; nec ſolum nihil continet ab orthodoxa fidei, aut morum doctrina diſſantaneum, quin potiùs egregiam promeretur laudem, ab eximio in diſcutiendis difficillimis quæſtionibus Auctoris ingenio, ſolido in delectu opinionum iudicio, ſtudioſa in obſeruandis D. Thomæ ſenſis ſolertia, in tuendis dexteritate, copioſa ex Sanctis Patribus, ſcholaſticis Theologis, & Philoſophis eruditione, dilucida ſtyli conformatione. Vt non dubiam vtilitatem opus hoc Theologis, & Metaphyſicis, præſertim verò ſcholæ Thomiſticæ omnium conſultiſsimæ ſtudioſis videatur allaturum. Quare digniſsimum cenſeo, quod typis excuſum longè, latèque vulgetur. Oliſipone in Domo D.Rochi Societatis IESV 2.Octobris.1600.

Franciſcus Pereira.

VIſta a Informação podeſſe imprimir eſte primeiro Tomo Inſtituti operis de Gratia increata, & creata: *& depois de Impreſſo torne a eſte Conſelho pera ſe conferir cõ o original, & ſe dar liçença pera correr. Em Lisboa 3. de Octubro de 600.*

Marços Teyxeira. *Ruy Piris da Veyga.*

VIſta a informação, & licença que apreſentão podeſſe imprimir o liuro intitulado *De Gratia increata, & creata*, & depois de impreſſo torne para ſe conferir, & dar licença para correr, & ſem ella não correrà. Em Lisboa 24. de Setembro 627.

O Biſpo Inquiſidor Gèral.

Digitized by Google

DOu licença para ſe imprimir eſte Liuro. Lisboa a 2. de Outubro de 627.

Gaſpar do Rego d'Afonſeca.

QVE ſe poſſa imprimir eſte Liuro, viſtas as licenças do Sancto Officio, & Ordinario que offerece, & depois de impreſſo torne para ſe taxar, & ſem iſſo não correrà. Lisboa 6. de Octubro de 627.

D. de Mello. Pimenta de Abreu.

VISTO como eſte Liuro eſtà conferido com o original, & com elle concorda, Damos licença que poſſa correr. Lisboa aos 28. de Março de 1628.

Ioão Alurez Brandão. G. Pereira. D. Ioão da Sylua. Franciſco Barreto. Fr. Antonio de Souſa.

TAxão eſtes dous volumes em mil & quinhentos reis em papel. a 30. de Março de 628.

Cabral. Solazar.

CENSV-

CENSVRÆ.

PRIMVM Tomum de Gratia increata à ſapientiſsimo Patre Magiſtro Fr. Ioanne de Portugal compoſitum, qui eſt de SPIRITV SANCTO, iuxta Religionis noſtræ ordinationes ex mandato R. ad m. P. N. Prouincialis approbandum ſuſcepi: & iudico dignißimum, qui in lucem prodeat, vtpotè non ſolùm Orthodoxæ doctrinæ conformem, ſed Sanctorum etiam Patrum, præſertim D. Thomæ Doctoris Angelici, ſententijs cohærentem, ſolertiſſimique ingenij ſingulari diſputatione colluſtratum. Olyſippone 22. Aprilis anni Domini 1617.

Fr. Simon de Luce Magiſter.

SVperiorum iuſſu librum de Gratia increata à Reuerendo admodùm Patre Magiſtro Fratre Ioanne de Portugal editum qua potui diligentia inſpexi, & euolui; nihilque in eo inueni Catholicæ fidei, ſcripturæ ſanctæ, ſacris Concilijs, ſanctis Patribus, probatis Auctoribus, ac veridicæ Sancti Thomæ doctrinæ diſſonum: imò Catholicam veritatem cum Metaphyſica ita innectit, vt abſtructis Metaphyſicæ enucleatis ſententijs fidei veritas dilucidior appareat, & fidei dogmatibus ſtabilita Metaphyſica certior, ac illuſtrior redatur. S. Thomæ profundiſſimam doctrinam mirificè elucidat, veriſſimam oſtendit, ingenioſiſſimè tuetur, ab alieno ſenſu euocat, & ad verum reducit; omniaque piè, ſubtiliter, ac doctè pertractat. Dignum igitur ſentio vt prælo in multorum vtilitatem mandetur. Olyſsipone in Conuentu S. Dominici Anno 1617. Iunij 21.

Fr. Antonius de Souſa præſentatus primarius Theologiæ profeſſor.

Digitized by Google

FR. Didacus Ferreira in Sacra Theologia Magiſter, & totius prouinciæ Portugalliæ Ordinis Prædicatorum Prior Prouincialis, authoritate officij noſtri facultatem concedimus, vt liber de Gratia increata à R. P. Magiſtro Fr. Ioanne de Portugal Concionatore Regio, & Supremi ſacræ Inquiſitionis Concilij deputato compoſitus, & eiuſdem Ordinis grauium Patrum, & Magiſtrorum iudicio, iuxta noſtras ſacras Conſtitutiones, Capitulorumq; generalium decreta examinatus, & approbatus Typis mandetur, & in publicam vtilitatem in lucem prodeat: ſiquidem ſperamus ſcholaſticis omnibus, maximè Angelici Doctoris doctrinæ ſectatoribus, non paruam vtilitatem allaturum. Dat. in noſtro Conuentu S. Dominici Olyſippon. die 18. Octobris anni Domini 1623.

Fr. Didacus Ferreira Prior Prouincialis.

SANCTIS-

Digitized by Google

SANCTISSIMO, AC BEATISſimo Domino noſtro VRBANO humilis creatura Epiſcopus Viſenſis dedicat.

ILLA ipſa ſtudiorum meorum ratio qua mentem adhibui ad Theologicas diſputationes tractandas, propter antiquæ doctrinæ propugnationem omninò ſuaſit, vt ſanctiſſimæ Beatitudini veſtræ ruſticanos & vetuſtos fructus tanquam villicus VRBANO Domino dedicarem. Æquum verò eſt pro zelo Eccleſiaſticæ œconomiæ, à Chriſti Domini Vicario poſtulare vt curet ſanctiſſima Beatitudo veſtra, nouellas opiniones in Eccleſia Dei tot anteà ſæculis non auditas, tanquam arbores folia producentes non ficus Apoſtolica vigilantia, & animaduerſione reſecare. Tu es petra, Domine Beatiſſime, & ſuper hanc petram ædificauit Dominus Eccleſiam ſuam. Tu es fundamentum, ſanctiſſime Domine, ſuper quod ædificatur aurum, argentum, & lapides pretioſi, quæ eſt ſapientia antiquorum, quam ſapiens exquiret iuxta ſacrum oraculum, nouæ omnes opiniones antiquis aduerſæ ſuſpectæ ſunt, &, vt verbis vtar Pauli, ligna ſunt, fænum, & ſtipula, opus quod certè ardebit ſi veritatis applicetur examinatio. Aſſociat iamdudum ampliſſima ſanctitatis veſtræ generoſitas Chriſtianos principes in pulchritudine pacis, Eccleſiaſticæ reformationis normam ſancit; opus etiam eſt vt ſedulò perſpiceat tanta opinionum nouitate in ſcholas inducta (quod Reſp. Romana in rebus dubiis ac periculoſis conſulendis vſurpabat) nequid Reſp. Chriſtiana capiat detrimenti. Ego verò ad Beatiſſimos pedes hac vna me fiducia abijcio quòd cupiam antiquorum doctrinam, & præcipuè S. Thomæ defendere, ac tueri.

IOAN-

Digitized by Google

IOANNES EPISCOPVS Viſenſis ſapientiſſimo, & illuſtriſſimo Domino Michaëli de Portugal ſobrino dilectiſſimo epiſtolam mittit.

CVM in opere iſto manumittendo hærerem eo quòd in proœmiali oratione promiſerim de Gratia increata, & creata Tomos aliquot qui vel vnum ægrè abſoluerim, nec placeret reuocare promiſſa, neque ſoluere etiam valerem; opus mihi eſſe fidei meæ ſponſore iudicaui. Quod firmius animo ſtatui, cum facile animaduerterem talem me habere promiſſi iuſſorem vt videri poſſim, MICHAEL dilectiſſime, te fretus pollicitus quod tu perſolueres. Ingenium eſt Conimbricæ notum, lucubrationes nocturnas longiores exercitia palam ſcholaſtica prodidere. Nomen militiæ literariæ datum S. Doctori Thomæ, & noſtris Thomiſtis antiquæ à quadringentis annis ſcholæ ſemper ſibi ſimili. Si quid ergo aut naturæ, aut beneuolentiæ ratio apud te valet, precamur vt ea quæ nobis deerunt vita defluente, tua expleat indagatio, & proſequutio quo ſint operis huius noſtri, & intentionis noſtræ de Gratia increata, & creata diſputandi per vicem tuam exitus quam initia præclariores. Vale.

Digitized by Google

Ad ſtudium antiquæ doctrinæ Parænesis procemialis.

> Nō minùs differunt homines animorum varietate, quā corporum cōpoſitione.

ETIAM ſi hominibus naturâ comparatum ſit, vt non minùs differant animorum varietate, quàm corporum compoſitione, & conformatione lineamentorum: eamque in mente diſparitatem inſpiciamus, quam cernimus in vultu, qui ab animo fingitur, & illius imago quædā eſt, atque index: propterea que accidat pleriſq; vt opinione ſententiaque diſsideant: eſt mirabile tamen, quibus naturæ quodam habitu atq; impulſu ſocietas chariſsima eſt, quòd ſponte expetant in rebus iudicandis diſſenſionē. Nam cæteras ſimultates inimicitiasq; exercere, aut partitio rerum vtendarū cogit, aut perſuadet principatus libido, aut honoris ambitio mouet, aut Zelotypia, aut offenſio aliqua impellit. Verùm hoc me cogitantē attentiùs in admirationem adducit, quòd opinione ac ſenſu ab ijs, qui ſunt tum imprimis chari, tum etiam coniuncti, non affectu perturbationeq; commotis, ſed libero voluntatis impulſu ductis, libeat nobis ſæpiùs diſſentire. At verò iſtius non æquæ diſiunctionis animorum ſponte diſcordantium primum initium eſſe credimus inopiam, egeſtatemq; ingenij.

> 1. Cauſa diuerſarum opinionum etiam inter charos.

Cum enim mortalis conditio perfectâ rerum notione, ac peritia genus hominum ſpoliauerit, & de nullis fere rebus ſtabilem ac certam, ſed errantem vagamq; ſententiam teneamus: in iſta latiſsima opinandi licentia, quæ quiſq; placita in animum inducit, quaſi cōgeſtas opes ac diuitias tuetur, & ſeruat, pro quibus pugnaciſsimè, ſi res ferat, confligendum ſit. Cui rei illud proximum, connexumq; eſt, vt nōnulli ea quidem, quæ ipſi ratiocinatione inuenerint, quaſi inuentione acquiſierint, ſuas eſſe diuitias putent, animiq; ornamenta: quorum verò diſciplinam ab alijs perceptam habeant, arbitrentur eſſe aliena, veluti mendicitatem perdiſcendo patiantur. Vbi ſe aperit campus veniendi in diſcrimen amplisſimus, cum eſt de rebus à nobis inuentis iniucunda decertatio.

> 2. Cauſa.

Verùm cogitandum planè eſt quanto errore ij capiantur, qui ſe ipſos volunt proprijs opinionibus ac ſingularibus quaſi locupletare, communibus ſententijs, vt non ſuis, repudiatis: ſiquidem non opinatio rerum, aut coniectura, ſed ſenſus ipſe veritatis mentem ornat, & illuſtrat. Nam etſi cætera liceret opinari, hoc vel vnum cōſtat, & citra diſceptationem certū eſt, vehementer eos errare; qui ornamenta, ac decora ſcientiarum in proprijs ſenſis reponunt: hoc enim

> Taxantur, qui cōmunes ſententias, ſolum vt non ſuas, repudiant.

dum ſinguli faciunt diſsidentibus ſententijs,neceſſe eſt pleroſq; eludi, & paucos tenere veritatem,plurimos verò vmbram eius conſequi amplectiq; ,hoc ipſo captos,quòd ſibi credunt deceptis. Ecquid autē magis à veritate ipſa alienum eſt,quàm vt rerum intelligentia,quæ in plurimis conſentientibus alitur, & conualeſcit, non credatur eſſe ſingulorum? Ea enim bona ſunt animorum, quæ poſsint haberi ſimul à multis , poſsiderique à ſingulis : quæ neque abalienentur communicata, neque vſu exhauriantur , neque omnino fiant participatione anguſta, ſed multo vberiùs per ſocietatem plurimorum illuſtrentur,& augeantur. Enim verò, ſi in ciuili hominum communione,vbi ſunt bona partitè diſtributa, tantùm emolumenti eſt, tam ingens lucrum , & acceſſio, vt vniuerſi ex ſe ſe inuicem vſum multum capiant , & cernatur in republica hominum, ſicut in corpore membrorum,vtilitas, & opportunitas admirabilis; quanto largiores fructus afferet ſapientium conſociatio in bonis ijs, quorum participatione nihil detrahitur ; qui non cuiuſque ciuitatis populares, aut vnius mundi partis municipes, ſed totius orbis terrarum ciues conſcripti ſunt,ex hominum vniuerſitate,totoque genere facturi lucrum , quod æſtimare nemo poſsit ? Igitur ij, qui procul à commercio aliorum, doctrinæ duces aut comites nullos habere volunt, vt vlli non ſint, qui eorum gloriam videantur participādo minuere: dum ſe ipſos priuant publicis vtilitatibus , propter naturæ inopiam multis indigeant opus eſt , quæ niſi ab alijs mutuentur, illorum tenuiſsima doctrina ſit oportet. Addiſcendi verò ſtudioſi, qui eruditorum ſententias in ſuis ponunt , & numerant, affluentiſsima rerum ſcitarum copia abundant. Nec verò res tam eximiæ,contemplationeque digniſsimæ,etiamſi à priſcis ſapientibus ita apertæ ſint & factæ perſpicuæ, vt ingenio vel populari potuerint ferè ab omnibus percipi, propter communionem vulgarem viles , abiectæque ducendæ ſunt cum iubar omnium mentibus nitidiſsimum, ſplendoremque incutiant. Eſt autem minimè æquum gloriam iſtam ſciendi res tam præclaras,cum præceptoribus aut alijs hominibus nolle nos communicare. Nam ea ipſa cum Deo Optimo , formiſque cœleſtibus habemus communia. Quid ergo Deo ipſi magis iniurium ? quid à nobis indignius,aut inſipientius poteſt admitti? quid infelicius obuenire , quā vt diuina munera, quæ Deus, ſibi cum eſſent propria, mortalibus impertiuit , quaſi vulgaria reſpuamus , nec ea cum hominibus velimus habere coniuncta , quæ Deus cum ſemetipſo voluit eſſe homini communicata ? Quòd ſi diuulgatio non facit vilem ſapientiam , ſi participatio iſta , & coniunctio qua Deo etiam aſſociamur , nihil derogat,ſed amplif-

Digitized by Google

amplificat; nullum profectò conſilium eſt, nulla ratio, vt homines ſtudeant priuatis opinionibus, communibus autem opinionibus aduerſentur. Iam verò illa inexplebilis cupiditas inueniendi res nouas, vanaque illa exiſtimatio dicentium ſua, & non ſua(ſua quidem, quæ excõgitauerint; non ſua, quæ didicerint.) altera atque altera, quàm cæca eſt, quàm inuidioſa, quàm praua conſiliatrix? Dicat poeta carmina ſua & non ſua, quia quæ iſte confecit, alius nemo fecit: ſed rerum cognitionem, quã à præceptoribus hauſtã æquè cum illis participamus, quare non appellemus & noſtram? Hi ſanè videntur ignorare noſtras eſſe domos, quas manu nõ poſuimus, neque arte aut ingenio deſcripſimus. Neque verò aurum, argentumque cælamus, quibus putamur ditiſsimi: & illa bona libentèr noſtra dicimus quæ veniunt ad nos iure hæreditario. Et illa quidem artificio facta, longè ſatiùs eorum exiſtimanda ſũt, quorum artis & ſolertiæ monimenta exiſtunt, quàm horum quibus in vſu & poteſtate ſunt. Quas verò hæreditates à parentibus traditas liberi adeunt, meritò quoque maiorum bona ſunt nuncupanda, à quibus & ſtudio & virtute comparata, per otium ac deſidiam, nec non aliquãdo cum ignauiæ dedecore à poſteris retinentur: atq; omnino, quæ extra nos ſunt, par eſt æſtimare aliena, quæ neque vel vſu tenemus, curſu temporis fugiẽtia, fruſtra conati tenere ea à quibus tenemur, vt S. Auguſtinus dixit. Notitiam verò intelligentiamque rerum, cum ſit quædam animi informatio, mentiſque habitus, hominis erit nõ ſani, quòd putet rem eſſe alienam, tametſi priſcorum Philoſophorum ingenio ac ſtudio tradita, quaſi iure hæreditario ad nos venerit. Neque enim aliena credenda ſunt, quibus mens noſtra pulcherrimè expreſſa eſt, cuius effigies tolli non poteſt, aut corrumpi. Quamquam igitur ipſa rerum indagatio, atque inuentio vmbram quãdam gloriæ & excellentiæ præ ſe ferat, cuius cupiditas non decet ſapiẽtem, non idcirco peritiores ſũt, aut ſcientiã magis præſtant inuẽtores, quàm comprobatores veritatis: cum in vtriſque ſit par illius, æquaque communicatio. Inſignis enim eſt ſententia Beati Proſperi, non literis ſed memoriâ ſempiternâ exprimenda. *Veritas vndecunque claruerit, non eſt humano ingenio deputanda, ſed Deo; nec aliquorum debet credi, ſed omnium: quæ per ſe tanta, & talis eſt, vt non ſit tunc magna ſi eam magni docuerint; ſed potius ipſa magnos faciat à quibus doceri, aut diſci potuerit.* Non ergo vulgaris eſt ſapientia, quæ de vulgo homines omni honore inſignit: non humilis eſt, quæ parua ingenia, dũ capitur, amplificat: non reſtricta eſt, neque anguſta, quæ nõ eſt aliquorum, ſed omnium. Cuius quidem laudem dignitatemque non eſſe in rerum inueſtigatione poſitam, vehemens mihi ratio perſuadet, & luculentiſ-

Auguſt.

Non eſt putãdũ quid alienũ à nobis ſciẽtia à priſcis accepta.

S. Proſper in præfatione libr. 2. de vita cõtẽpl.

culentiſsimum argumentum. Experimur quippe ſæpiùs, nos quædã meditando excogitare, quæ fuerant longè ante ab alijs cõperta: quare ea etiã quæ nos didicimus, potuiſsemus fortè priùs cogitando inuenire. Credo igitur rerum inuentores nõ ſagacitate & ingenio, ſed ætate duntaxat, ſeculiſque antecedere: quæ enim alijs primi ediderunt, poſſe & à poſteris, niſi comperta eſſent, exquiri: nihilque ſubeſſe gloriæ æſtimo in rebus excogitandis, niſi vt ea eſſe ingenia iudicentur, quæ valeãt ad inueſtigandam veritatem. Et ſicut in ſolis radijs cernimus, quibus quædam propiora ſunt, alia diſtant, non media aliquando ſed extrema propter læuitatem, quia magis expolita ſunt, fulgentiſsimo ſplendore collucere: ita effuſo in nos Deitatis lumine, & quaſi radijs in mentes vniuerſas coniectis, ſæpè accidit, vt poſtremi hominũ, qui ab antiquioribus natu audierunt, maiori fulgore illuſtrentur, & niteant: eò quòd propter ingenij aciem expolitam, notitiam per alios magiſtros exceptam, lõgè reddiderint clariorem. Quamobrem non omnis laus ſapientiæ eſt in excogitatione rerũ, ſed in optima intelligendi ratione collocata. Quã in re iuuat me ſummopere Philoſophos, viros prophanos, meminiſſe, honoris famæq; cupidiſsimos, doctrinam antiquorũ ſũmo ſtudio conquirentes, quos Hieron. ait peragraſſe terrarum orbem, & quaſi fugientes literas fuiſſe inſequutos, quia mallebant aliena cũ verecundia diſcere, quã ſua impudenter proferre. Quibus non ſolùm ignoſcẽdũ eſt, ſed gloriæ etiam arrogandũ, quòd cum rubore auſcultãtes, hoc tamen agere dignabantur: putabantque ſe verecundiæ fines tranſituros, ſi aliorum contemptâ diſciplinâ, ſua inuenta docẽdo proponerent. Nam & in hoc etiã Pindaro non immeritò conſentiebant dicenti, docere ei facilius eſſe, qui didicit. Erant autem eorum plures natione Græci, vt narrat S. Clemens Alexandrinus, ſcilicèt omni diſciplinæ ornatu cultuque perpoliti, qui barbaros homines, vt erudirentur, adibant. Plato verò prophanorum Theologus, qui ſapientiſsimè ſcripta memoriæ prodidit, cũ omninò prouidendum eſſe cenſeret, ne verbũ vel vnũ excideret, cuius poſſet pœnitere, aut pudere ſapientem: optimè docuit hanc eſſe cautionem, *Diſcere, non ſcribere*. Eo etenim à temeritatis ſaltẽ audaciæque, vel ſuſpicione vel vitio nos ipſos liberabimus, ſi ſapientiũ ſuffragijs freti, manũ ad ſcribẽdum adhibeamus. Qua de re videtur mihi ſapienter iudicaſſe Antiquus Zeno Heſiodi ſententiã inuertens, qui cum primo loco ſapientium reponeret eum qui per ſe ipſum ſapiens eſt; collocaretque penes iſtum eum, qui ſapienti obtemperaret: Zenonis tamen ſententia fuit, illum qui paret recta monenti, primum gradum debere obtinere. Inſinuauit profectò ſuſpectum, & iure inuiſum eſſe

S. Hieron. *Pindarus.* *S. Cle. Alex* *Plato* *Zeno.*

Digitized by Google

eſſe inter homines nomen ſapientis, qui per ſe ipſum ſapiens eſt: magiſque ad hoc incitandum eſſe ſapientem vt alios conſectetur, quàm vt ſe ipſum velit præſtare alijs magiſtrum. Animi enim docilitas innatæ ſapientiæ veſtigium eſt, à natura expreſſum, licetque hominibus ductu ipſo naturę promptis eſſe, & alacribus ad diſciplinam capeſcendam. Contra verò qui non ad quęque capienda, ſed potius ad inueſtiganda ardentes ſunt, & flagrant ſtudio rerum nouarum, è veſtigio decedunt à curriculo ſapientię, quaquanerſus licenter errantes & vagi, qui nihil certè minùs appellari poſsint, quàm ſcientes. Scientia quippe dicta à Gręcis eſt ἐπιστήμη, notatione nominis ductâ ab ſtatione & quiete; quoniam acquiſitâ ſcientiâ, agitatio animi vt in portu nauis conſiſtit, & ceſſat. Quibus verò noua placent, nullibi conſiſtendum tãdem eſt, nullo in veſtigio ſtandum. Nam vt diuinus ille Chryſoſt. pulchrè dicit. *Qui nouitatibus ſtudent, nuſquam erroris finem inuenient; ea eſt enim erroris vis vt ſiſti nequeat.* Non ergo ſcientes, hoc eſt, acquieſcentes; ſed inſcientes potius nominemus, hoc eſt, inquietos, agitatos, & fluctuantes: quales mecum cogito Sextos illos, & Pyrrhones principes fabulæ Scepticorum, (Auguſtinus Academicos dicit) qui nihil ſciri à mortalibus dictitabant. Nam cum præ ingenio volubili, noua ſemper conſectarentur, nihil firmum aut conſtans comperiebant, quod ſciri ab aliquo poſſent cõfiteri. In eos autem vehementiſsimè inuehitur acerrimi ingenij Nazianzenus, eò quòd ſcita & conſtituta oppugnantes, incertaque omnia & dubia relinquentes, ampliſsimum campum aperirent nouis diſputationibus agitandis, opinionibuſque excogitãdis, ac nouandis. Illi igitur ſcientiam quidem tollẽtes de medio, omnia opinionibus replebant varijs & inconſtantibus. Iſti autem qui nouas vndique opiniones conuehunt, quid aliud agunt, quàm vt certa ſancitaq; reſcindant, & rebus ſcitiſsimis denſas tenebras offundãt? Meritò igitur, vrbaneque illi Græca voce nominabantur inhibentes, & impedientes, qui rebus ſciendis impedimento eſſent: neq; enim illi alliquid poterant ſcire, credentes nihil ſciri: nec alios ſcire quippiam ſinebãt, vanâ ſuâ opinione nihil ſciri obtundentes. Si igitur in vſu ſcientiarum rata quædam, & ſtabilia poni, firmarique oportet, quaſi in ædificio fundamentum, quibus cætera fulciantur, & hæreant; ecquis erit tantâ procacitate & audaciâ, qui antiqua deturbans, propria ſenſa conſtituat, nulla poſthac diuturnitate temporum credens eſſe ruitura? Profectò aut nihil ſciri opus eſt, ſed omnia in opinione hominum, agitationeque, & motu ſempiterno verſari; aut ea potius certa haberi, quæ multis temporibus non collapſa, ſed hominum ſummo

Qui non ad capienda quæq; ſed ad inueſtiganda ardẽtes ſunt, non poſſunt ſcientes appellari.

S. Chryſoſt.

S. *Auguſt. 1. retract. 1. & 19. de ciuit. 1.*

Nazianz.

mo conſenſu firmata comperimus. Rectè igitur in Republica bene inſtituta, qui noua inauditaque afferrent, ſcitum erat, vt vrbe pellerentur; quia nouitatis auctores, quaſi hoſtes & oppreſſores, qui Reipublicæ ruinam molirentur, â muris ciuitatis arcendos ac detrudendos eſſe iudicabant. Quemadmodum autem inexpiabilem fraudem in Rempublicam concipiunt, qui conflant falſum aurum, & imitatione ſimulatum; ſic etiam qui nouas & adulterinas diſciplinas prę honoris ambitione inuehunt, eodẽ ſcelere impietatis obligãtur. Quãobrẽ non immeritò Plato ſapientiſsimus gloriã Gręcię Homerum laneâ coronâ donatũ, cũ cęteris tamẽ poetis garrulis ex ciuitate ſua, quã meditatur, exturbat. Quoniã etiamſi hiſce in carminib⁹ quędam ſpecies ſagacitatis & ſolertię prębeatur, qua homines ingenij laudem nanciſci cupiunt: varias tamen & excogitatas poeſis inuentiones iudicauit non poſſe non eſſe reipublicæ pernicioſas. Quòd ſi columen Græciæ Homerus, in quem illa vnum omnem laudem coniecit ingenij, vel ipſo Platone iudice dignus corona, donatuſque lanea (quod erat regium) è ciuitate benè morigerata exterminatur propter cõmentum, nouitatemque ſuæ artis: quanto cum dedecore eſſent terrarum orbis exilio puniendi, qui in ſcientijs veriſsimis futiles ſcientias veluti per ſomnium excogitant & quaſi fabulas narrant, mentibus imperitorũ propter nouitatis cupiditatem penitus infigendas. At verò à Chriſtiano viro & ſapiente quantum crimen ſuſcipiatur in rebus innouandis, quis queat dicendo complecti? Teſtis eſt veriſsimus Nazianz. Epiſcopus, ætate illa florentiſsima cum Eccleſia adoleſceret, ioculares & ridiculos fuiſſe habitos, qui de Deo nouum quippiam, vel curioſũ, aut loqui, aut auribus excipere auderẽt; & ſolitos iſtos eſſe ad eorũ numerum adſcribi, qui inuerſione lapidum aſpectum ludificãt, aut petulanter ſaltatorium orbem verſant. Cũ enim tunc Eccleſia in ipſo adoleſcentię ſuę flore, ſanguine martyrũ imbuta creſceret, & vndiq; armis hoſtium infeſtaretur, nihil erat reſiduum licitis etiã quæſtionibus quas nos per otium, etiãſi curioſiores ſint, forſan licentiùs tractamus. Quòd ſi nouitas vel minima aut curioſitas vitio erat, quâ notâ ſceleris & audaciæ inſigniendos ea ætate eos eſſe credimus, qui vt noua fallaciter ſupponerent, tollerent antiqua? Neque tamen hoc ego tantũ facinus omnibus adſcribam, qui rebus nouis ſtudent; vt velint homines ad fallaciã deducere, aut impellere: ſed pleriſq; eorũ hoc credo euenire, vt fraudi ſibi ipſis ſint, dum vetuſta repudiant, omniaque nouant & immutant. Cõmunis quippe ratio cõcipit quoddam lumen naturæ ad iudicia veri aſſequenda, ita vt id quòd omnes ſentiunt, falſum omninò eſſe non

poſsit.

Plato

Quãtũ crimẽ ſuſcipiatur à Chriſtiano ſapiente in reb⁹ innouandis.

S. Nazianz.

poſsit. Quare opiniones illæ, quas vetuſtas cōmendat, aſſentientibus iiſdem placitis tot viris celeberrimis, quos plurima ſæcula ac ætates pepererunt, quaſi naturâ teſte firmatæ ſunt. Quibus fit vt rerum nouarū ſtudioſi abſint à vero, quia ab opinione ac ſenſu antiquorum alienati ſunt: nam & in hoc quadrat illa ſententia Magni Dionyſij, lucem dicētis congregare quæcūq;, tenebras verò diſſociare. Quæ enim luce fruuntur, amica conglutinataque ſunt: diſsimilia verò ſunt & diſcrepātia, quæ iacent in tenebris: eſtq; in veris conuenientia, in falſitate diſsidiū. Quare nota quædam eſt, ſpecimenq; veritatis, quòd omnes aut pleriq; vno conſenſu copulētur; ſignum autem falſi, certiſsimumq; indicium eſt, quod differant, ac diſſentiant. At verò à ſapientibus diſſentire argumentum eſſe inſipientiæ, olim Plato pronunciauit. Ergo cum à Domino ſua ſponſa viſendi illius auidiſsima, nouam quandam viam & rationem poſtularet veniendi ad accubationem meridianam, ne poſt greges ſodalium aberraret; haud dubium eſt quin beneuolam acceperit reſpōſionem: *Abi*, inquit, *poſt veſtigia gregum, & paſce hædos tuos iuxta tabernacula paſtorum*. Illud enim ipſum, quod ſponſa cœleſtis recuſabat ne vagari cogeretur, greges ſodalium inſequendo; iuſſu, & exhortatione Domini ſui obtinet, greges inſequuta, à queis, ſi deflecteret, vagaretur & aberraret. Monet igitur cōſultiſsimè, periculo plenum eſſe inuſitatas vias indagare, tritas relinquere. Quapropter, vt is mente motus & amens foret, qui in animum induceret ab omni calle noto, & itinere vſitato veſtigia deflectere, quia eo ipſo decreto ſuo viam ſibi intercluderet pergendi quo cuperet: ſic fatuitas quædam animi eſt, ea quæ ſūt ab alijs agnita poſt habendo, inopinata ſemper quærere, & inaudita cō ſectari; ſi veritas quidem, non opinio rerum eſt, quò pergimus. Aut ſanè, quòd his eſt proximum, opinemur falſa, eò quòd quæ vera ſunt, à priſcis viris vulgata, propter vetuſtatem & copiam viliora ſunt. Quis verò cogitando non commouebitur? Ecquis ſine metu aliquo proſpiciet, curſus iſte concitatus in nouas opiniones, quo vergat? quo tādem impetus iſte noua opinandi erumpat? eo ſcilicèt, vt homo mortalis auctor princepſq; ſapientiæ, & prædicari ſtudeat & nominari. At verò iſthæc nominis cōmemoratio celebritaſque, non niſi cum ſumma arrogantiâ expetitur, qua nihil eſt à vera ſapientia magis alienum, nihilq; illi hoſtilius. Omnes enim fatentur eſſe ſapientiam cum animi moderatione ſempiterno fœdere copulatam. Cuius rei ſignificatio quędam eſt in ænigmate Pythagorico, *Abſtinendum à fabis*: iuxta interpretationē Tullianam, quia inflant: videlicet ne mentem opinione inflatam geramus. Quid enim aliud fama eſt, & diſſeminatus rumor, niſi ventus popula-

S. Dionyſ. — *Plato.* — *Cantic. 1.* — Quō pergat impetus noua opinandi. — Quā aliena ſit à vera ſapientia arrogantia — *Pythagoras* — *Tullius.*

Digitized by Google

popularis,quo ſpiritus arrogantes anhelant & turgent? Quamobrem non inſuaue argumentum credo in fabula contineri,quòd cum Minerua tibiam inflans intuita ſe eſſet in aqua limpidiſsima, quia deformis eſſet ore turgente,tibiam perfractã abiecerit. Nam & ſapientibus Mineruæ aſſeclis,ſi liceret inflationem mentis, quaſi in ſpeculo conſpicari,ſtatim vt notam illam cupiditatis famæ delerent,nouas ſuas opiniones odio haberent,à ſeque ipſis propellerent.Rectè igitur à Philoſopho Cleante ſcriptum eſt,viro ſapienti non eſſe ſpectãdam famam, cuius cupiditas macula eſt in animo omni ſtudio abſtergenda.In eandem verò ſententiam cũ Platone Hieronymus iuiſſe credendus eſt, cũ Philoſophum,quem ille hominem cœli appellauit,iſte gloriæ animal dicit,& popularis auræ vile mancipium. Nam Plato quidem veri Philoſophi gloriam prædicauit,quem quaſi ciuem cœlo adſcripſit; Hieronymus verò Philoſophi vel maximum vitium in gloriæ cupiditate eſſe cenſuit. Ego verò in viro ſapiente modeſtiam,& frugalitatem requiro,non ſolùm, vt vitæ probitas eruditionis ſit comes & ſocia; ſed vel etiam ob eam cauſam,vt ratio exquirendi veritatem ab animi moderatione opem,& præſidium habeat. Videmus enim ingenia arrogantia,& ſeſe efferentia, indomita eſſe, & impotentia; qui homines neque ad rerum momenta ponderanda æquâ lance vti ſuſtineant, neque in locis arduis & periculoſis ſubſiſtere nouerint,ſed temerè effrænatèque ruant præcipites. Quod fortè voluit ſignificare famigeratus ille Bion,arrogãtiam (inquiens) eſſe profectus obſtaculum. Vir autẽ frugi,ſuique cognoſcens & memor,ſedato animo, & tranquillo cũctis per otium,& quietem conſideratis attentiùs, & ab omni contumacia ſemper abhorrens,animi quãdam moderatione,vt frænis equi,in ipſo curſu diſputationis inhibetur,&ne temere procedat,retardatur;vt oraculum veritate ipſa perſpecta comprobetur,quod eſt in prouerbijs.*Vbi eſt humilitas,ibi & ſapientia.* Sed aliud eſt, quod vniuerſi mali caput ducimus.Certum eſt enim cum nobis quærimus nomen ſapientium, & ad rerũ notiones conquirendas inflammati auiditate gloriæ rapimur, cupidiùs longèque ſtudioſiùs proprias nos ſententias tueri & colere, quibus videmur ornatiſsimi,quàm hominem auaritiæ ſeruientẽ opes aurumque aſſeruare: apparet quippe in opinionum poſſeſsione genus quoddam auiditatis,nouumque auaritię inuentum,nõ illa quidem rerum corporearum appetentia,quę ſenſu trahitur,parcenş vſui,tenaxq́, rerum,quæ indiuitiarum contemplatione oblectatur;ſed diuerſa quædam cupiditas non minùs lubrica & præceps,propria mentis ſenſa retinẽdi. Auaritia autem,quâ nullum vitium eſt tetrius,ac pene infinitis malis

Cleans. *Plato.* *S.Hieron.* *Bion.* *Prouerb.11*

Aliud vniuerſi mali caput: nẽpe auaritia quædam propria mentis ſenſa retinẽdi.

Digitized by Google

malis implicatum,opinatio quædam eſt vehemens de pecunia, inquit Cicero,qua ſcilicet quiſq;omnia ſibi bona credit vehemẽtiſsimé ſimul cum pecunia eſſe recondita. Nihil autem eſt in nobis opinione ipſa vehementius ad rem omnem aggrediendam,cũ rerum potiùs fama,quã vera æſtimatione ducamur. Quamobrẽ,cum homo auidus & ſordidus non in diuitijs fruendis voluptate,ſed in contemplandis,dũ ſe diuitem reputat,opinionis cuiuſdam oblectamento afficitur (quod Gregorius Pontifex obſeruauit) illa opinandi vehementia ad nullum nõ malum incitatur. Quare iure optimo auari opinoſi dicẽdi ſunt,hoc eſt,opinionis ſectatores,& magni opinatores,quia omnia bona in ſola opinione poſita habeant. Sunt ergo & ij,quos in ſcientijs maximos opinatores experimur,cõmunicato nomine auari,hoc eſt,opinionum ſuarũ cupidiſsimi. Eſt igitur & in defendendis opinionibus auaritia quædã mentis,non vt ſua non cõmunicent,quę potius ſtudioſiſsimè euulgant,ſed ne de eis verbum vnum detrahi permittant,aut mutari,aut ad auctorẽ anteriorẽ referri. In quos pulchrè dixit Auguſt. *Parua ingenia quia nihil habent, nihil ſibi detrahunt*. Rectè èquidẽ Ariſt. ſenes auaros ideo iudicauit,quia ſibi omnia defutura credant, quos pæne iam vita deficiat. Ea verò ingenia,quæ rerum ſcitarum anguſtiâ premuntur,nihil aut parũ ſibi ſupereſſe credunt,ſi aliquid ex opinatis amiſerint,quaſi ingentem doctrinæ ſuæ faciant iacturam:parua enim ingenia ſunt,teſtę Auguſt. id eſt exilia,egena,& anguſta. Itaque fit,vt hæc proteruia & contumacia ſua placita propugnandi ad ingenij inopiam,quaſi ad fontẽ & originem recurrat,vt initio dicendi meditabamur. Magna autem & præclara ingenia non parcè , non reſtrictè ſuas opiniones retinent; ſed facilè cedunt & propriam ſententiam cum aliena comutãt,apud Iacobũ laudem illã promeriti,ſcilicèt, *Quæ de ſurſum eſt ſapientia,primùm quidem pudica eſt: deinde pacifica,modeſta,ſuadibilis,bonis conſentiens* : quæ opinandi ingenua libertas(vt ita dixerim) niſi animis eruditorũ inſita ſit,atq; hæreat,praua altera cupiditas dominetur neceſſe eſt,non rerum vtendarum ſtudio, ſed ſuas tuendi ſententias. Age verò ſenſu,molitioneq; animi metire,quanto erit malum hoc,quàm illud perniciosius,quanto incitatior mentis impulſus, quanto turbulentior agitatio,quâ non opinione ad diuitias ſeruandas , ſed elatione quâdam animi, & intolerantia ad ſuam opinionem tuendam,ac vindicandam feruntur. Immoderata eſt enim omnis voluntatum ſuſceptarũ pertinacia (inquit Sãctus Hilarius) & indeflexo motu aduerſantium ſtudium perſiſtit, vbi non rationi voluntas ſubijcitur,nec ſtudium doctrinæ impenditur;ſed his,quæ volumus rationem conquirimus,& his quæ ſtudemus,doctrinam

Cicero. *S. Gregor.* Auaritia in defẽdẽdis opinionibus. *S. Auguſt.* *Ariſtotel.* *S. Auguſt.* Magna & præclara ingenia facilè cedunt. *Iacobi 3.* *S. Hilar.*

Digitized by Google

nam coaptamus; iamque nominis potius quàm naturæ erit doctrina quæ fingitur, & non iam veri manebit ratio, ſed placiti. Hæc eſt autem contentionis pernicies, quæ Eccleſiam Dei ſæpius pene vaſtauit, lateq; populata eſt: quòd cum homo brutis animantibus ratione præcellat, proprias opiniones quaſi maiores diuitias, locupletioraque ornamenta tenet, ac defendit contra veritatis vindices, & aſſertores. Quod loco eodem S. Hilarius ait: Inter veri aſſertionem, & placiti defenſionem pertinax pugna eſt, dum ſe & veritas tenet, & tuetur voluntas. Nam vt olim quoque Empedocles dixit, Prauis hoc eſt familiare, velle, quæ ſunt vera vincere, ex eo quòd non credunt: nolunt enim vera eſſe, quibus fidem adhibere recuſant. Quamobrem ab ijs qui veritati aduerſãtur, ſummopere efflagitandum eſt, vt ſinant ſe à veritate vinci. Superet veritas volẽtem (obteſtatur Auguſtinus) nam & inuitũ ſuperabit. Diuina quippe vis quędam ac poteſtas eſt veritatis, cui nũquam ratio potuit eſſe inimica: niſi obſiſtat voluntas, niſi occurrat nominis glorięq; ambitio, niſi innata cum opinione ſcientiæ obteſtatio peruicaciaque repugnet. Quod alijs quoque verbis Auguſtinus, Nõ enim, inquit bonum eſt hominis, hominem vincere; ſed bonum eſt homini, vt eum veritas vincat volentem, quia malum eſt homini vt eum veritas vincat inuitum. Ego verò ab iſtorum hominum ſententia vel maximè idcirco deterrerer, quòd nihil ferè ab inſipiente credam dici poſſe ſapiẽter. Hi autem qui ſibi modò ſuperbia innixis omnia putant licuiſſe opinari, ne hactenus quidẽ ſapientes ſunt (inquit Nazianzenus) vt inſcitiam ſuam cognitam habeant: atque iſtis quidem qui ſibi ſapientes eſſe videntur, aurem vellit, & admonet diuinum oraculum, *Ne ſis ſapiens apud temetipſum*. Et alibi: *Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris*: cum vel ipſa opinio de ſe animo imbibita, cum inanis gloriæ cupiditate, probet non eſſe ſapientẽ. Quibus illud accidit iure optimo quod Quintilianus monuit, vt dum imperitis periti videri volunt, peritis imperiti videantur. Nunquam enim nomen & gloriam ſapientię apud ſapientes poterit obtinere, qui auram popularem captat, & famæ ſtudio nimiùm indulget. Abſit tamen à nobis tãtum hoc inuidię & audaciæ, vt videamur credere Theologorum celebrium quempiam ſuperbo eſſe animo, aut verò pro inſolentia, & petulantia decertare, velleque poterue in Republica literaria tumultum, ſeditionemque facere. Sed id profectò maximè cupio, ex animoque opto, & ſi quod mihi eſt, aut precandi ius, aut etiam poſtulãdi, precor & obteſtor, vt ſtudium iſtud rerum nouandarum deferueſcat, & antiquorum doctrinæ honor habeatur, defeſraturque auctoritas, & fides. Audiamus proceres illos Reipublicæ Chriſtianę,

De pernicie cõtentionis.

S. Hilar.

Empedocles

S. Auguſt.

Idem.

Naz. orat. 1.

Prouerb. 3. num. 7.

Iſai. 5. n. 21.

Quintilian.

Precatur vt ſtudium rerũ nouãdarũ deferueſcat.

Chriſtianæ: & primò magnum illum ex Latinis Tertullianum, *Omne,* inquit, *quod nouum eſt, ſuſpectum eſt.* Obſeruemus columen Eccleſiæ Auguſt. dicētē ſe quidem conuincere, quę falſa ſunt, quæ verò noua cauere; ita vt etſi non facilè refutentur, nihilominus caueātur. Legamus Bernardum aſſerētem, eſſe præſumptionis filiam nouitatem, matrem temeritatis. Siſtatur nobis Baſilius teſtis digniſsimus, quod vetuſtate excellit venerandum eſſe. Fidem præbeamus Beatiſsimo Pontifici Zozimo, non modò poſtulanti, ſed iure ſuo iubenti, vt apud nos incōuulſis radicibus viuat antiquitas. Grauiſsimè autem à Patribus Nicenę Synodi 2. iudicatum cenſumque eſt magnam ſecuritatē ſe ipſos in ea re collocare, quòd nulla recentia inuenta ad rem probandam inquirerent. Poſt hæc verò perge, & audi diuinam vocem excitantem: *Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt Patres tui*: &, *Ne te prætereat narratio ſeniorum*: &, *Sapientiā antiquorum exquiret ſapiens*. Cur igitur nō culpemus, quare non vituperemus nouitatē, quæ ſuſpicionis plena eſt, cuius cautio diligens adhibenda; quæ eſt ex mētis elatione procreata, parit autem temeritatem, quæ de antiquorum dignitate detrahit, quæ antiquitatem ipſam altiſsimis defixam radicibus conuellit, quæ terminos Patrum, auctoritatem ſeniorum, ſapientiam antiquorum proterit & diſturbat? Age verò ſingula tecū quære, & attento animo cogitationeque verſa. Quid tam eſt viro Theologo indecorum, quàm vt ſinat, ſaltem propter nouitatem, ſuſpectum ſe eſſe de rebus diuinis diſſerētem? quàm vt patiatur alios de eius dictis ſollicitos eſſe? quā vt metum inijciat ſapientibus, religionemque incutiat nouandarum rerum periculo deterritis? Quin faciat potius, vt ne tenuiſsimus ſcrupulus in ſcriptis eius reſideat. Iam verò cauendumne erit, prouidendumque, & declinandum à præceptore Theologo? Ipſi fontes doctrinę quos percipimus, quos aſſenſione animi tutò ſorbemus, metuendi ſunt? At verò timendum profectò eſt in doctrina fidei non ſolùm ab hominibus flagitioſis & perditis, ne illorum ductu in errorem incidamus, ſed curandum etiam (quod ſine crimine vllo poterit prouenire) ne dum viri integerrimi & probiſsimi noua proponunt, illorum opinionibus capti prolabamur ad falſa. Tantā enim ſimilitudine veris falſa adiuncta ſunt, vt in ijs ſæpiùs non compareat certa nota ad iudicandum. Ea autem eſt optima ratio conſilij, vt omninò caueamus noua. Et quidem ea quæ dicimus multorum iam olim iudicio probata, habent ſecum perſuadendi rationem: quibus aſſenſiſſe laudi potius quam vitio tribuendum ſit. Nihil verò poſſumus aut afferre, aut cauſari, cum falſa ſuademus, quæ non didicimus; quin ad infelicitatem accedat

Tertul.

S. Auguſt. 3. contra Iulian. cap. 3.

S. Bernard.

S. Baſilius.

Zozim.

Syn. Nic. 2.

Prouerb. 22

Eccleſ. 8. & 39.

Nihil poſſum' cauſari, cū falſa ſuademus.

Digitized by Google

cedat hoc criminis, quod à nobis ipsis ſumus decepti, noua dogmata inuehentes. Illa verò erit valde iniqua defenſio, ſi vlli ſe dicant ſententiam vetuſtate comprobatam refellere apto argumento & ratione validiſsimâ. Viro enim Theologo non tàm rationis in diſputando, quàm auctoritatis momenta quærenda ſunt: quoniã, tametſi in ijs, quæ mentis volutatione poſſunt adiri, ſapienter ſibi Plato propoſuit nemini niſi rationi credẽdum: eæ tamen res, quæ ſuperant rationem, quæ nequeunt arte vel ſolertiâ inueniri, à Sanctis Patribus Eccleſiæ Magiſtris accepta, cũ ſumma fide ſeruanda ſunt: vt in ijs auctoritas, non ratio quæratur. Et Paulus Timotheo depoſitum doctrinæ commendat. Commendat (inquit Chriſoſt,) quo ſignificet diligẽtiam cuſtodiæ, nihilq; noſtrum nos inferre, ſed poſita ſeruare. Nobis autem in religionis myſterijs edocendis non ratio, ſed fides commiſſa eſt. Idcirco enim in triumpho fidei cum ſumma gloria captiui ducimur, eamque ob cauſam noſmetipſos negamus, quia rationem, quâ vnâ homines ſumus, propter ſeruitutem fidei, habemus in poteſtate Eccleſiæ. Cogitemus ergo ſeruos nos eſſe noſtro arbitrio carentes, & rationis perpeti obſeruantiſsimam ſeruitutem. Probè quippe Nazianzenus ſuâ ætate Theologus nuncupatus, litteras ſe idcirco dixit ſummopere æſtimare, vt haberet, quibus Chriſtum antoponeret, & à queis hoc poſſet capere emolumenti, vt eas pro Chriſto aſpernaretur. Perdiſcendum igitur nobis iam pridem fuit, non argumentis propelli, ſed religione & metu à doctrinis varijs & peregrinis cohiberi. Reputemus nobiſcum quòd ea, quæ antè nos ſunt inuenimus cum labore, ita vt ſit res ad oculum in proſpectu, & deliteat rei perſpectæ cauſa, acuméque rationis effugiat. Idcirco enim (inquit Nazianzenus) creſcente ſapientia animus cruciatur, & qui addit ſcientiam addit dolorem; quia plurima conſequendo, lõgè eminus multò plura proſpicit, quorum ſe ignoratione vexat & conficit, & ſcit vir ſapiens alijs meliùs, quòd multa ignorat, pluraq; eum fugiant, plurima lateant. Quàm facile ergo erit in ijs rebus, quæ à finibus rationis excedunt, hallucinari & paralogizari, vt aiunt, vſos ſyllogiſmo fallaci. Nunquam ergo vt antiqua deſeramus, à nobis exprimat argumentũ, qui Chriſtiani ſumus, & fidei magis quàm rationi conſueſcimus: ſed transferamus in nos à Magno Alexandro exemplũ, vt Gordianum vinculum niſi in promptu ſit ſoluere, excidatur. Cum enim oraculum editum eſſet, eum Aſiâ non potiturum, qui illius vehiculi, quo Gordius vehi ſolitus erat, nodum implicatum ſoluere non valuiſſet: non diu cum nodis latentibus colluctatus, quia nequiret diſſoluere, gladio diſtricto diſrupit; ſortemque oraculi, ſi non impleuit, eluſit.

Plato.

2. ad Tim. 1.
S. Chriſoſt.

S. Nazianz. Orat. 1.

Quid nobis perdiſcendum.

eluſit. Nos verò in rebus Theologię abditis & latentibus, in rebus, inquam, grauiſsimis, & religione pleniſsimis, in queis errare eſt maximè perniciosum, ſi quod argumentum refellere non ſatis poſſumus, lõgè glorioſiùs contemnentes ſuperabimus. Quòd ſi animus abſtrahẽdus, reuocanduſque eſt ab ſtudio nouitatis; non illa duntaxat inſolita eſſe putanda ſunt, quæ nunquam fuere hominum auribus audita, ſed illa quoque in eodem numero recenſenda, quæ cum olim audita eſſent, omnium ferè ſententijs repudiata ſunt, ne denuò, ad perniciem Reipublicæ literariæ, hinc inde aſportentur & conuehantur. Nam in quauis communitate ſocietateuè plurimorum, ſcita res eſt, vt in nauigio ſentinam eſſe, quo omnes ſordes confluunt, illâque agitatâ periculum fore ne vniuerſis peſtis, & exitium inferatur. Ita in vulgo Theologorum futiles & ſordidæ (vt ita dixerim) opiniones repertæ quãdoque ſunt; quarum memoriâ iniquum eſt curſum orationis inhibere, & ſenſum animi quaſi odore iniucundo afficere: portenta, inquam, & commenta delirantium potiùs quàm diſputantium Philoſophorum; quæ quidem iam diu ab ſcholis exulant, & quaſi fæces in obliuionem perpetuam reiectę ſunt. Has, qui nouant, qui reuocant, qui aſſertis deterioribus confirmant, in eundem lapidem impingentes, & reciprocatione quadam Eurypo rum, eodem refluentes, vnde decurſum erat, nihil mihi aliud agere videntur, quàm agitare ſentinam, quam oportet nullatenus commoueri. Atqui his temporibus afflictiſsimis, vniuerſitas literarum, librorũq; affluentiâ redundans, vt altera Roma quondã põdere imperij ſibimet imminẽs, vereor ne faciat vaſtiſsimã ruinã. Nullũ autẽ maius diſcrimen formidandũ eſt, quã quod fuerit per inſolitas & antiquatas opiniones, nouaſq; & inuſitatas immiſsũ. Ergo antiquitas doctrinę Philotheologe (ſic enim te cõpellabo ô Theologię ſtudioſe, qui nõ vmbrã, ſed corpus ipſum, hoc eſt, veritatem ſapientiæ conſequeris) omni ſtudio, omnique reuerentia, & amore colenda eſt: ad te enim iã noſtra ſe oratio conuertit, vt ſi quid minus effecerim in ijs præcandis, & monendis, qui libris concinnandis operam nauant, omnẽ meum ſtudium in his exhortandis inſumam, qui etſi ſe adhuc magiſtros non agant, in ſtudio tamen literarum curam ponunt; omneſque huc vires orationis referam, vt ſi qui ſunt, qui pergant inaudita docere, nos vero addiſcendo, vetuſtiſsimis conſuetiſsimiſque adhæreamus: ne, quod ait Apoſtolus, ſemper addiſcentes nũquam ad veritatis cognitionem perueniamus. Cum enim eam ob cauſam diſcamus, vt veniamus ad cognitionem veritatis, ſi perpetuò cupiamus diſcere, hoc eſt, noua audire; profectò nunquam tandem licebit ad veritatem peruenire. Cuius

In numero inſolitorũ repu-tãda, quę olim audita, repudiata omniũ ſere ſententijs ſũt.

2. Ad Thim. 3

ius

S. Auguſt. ius rei iam olim rectè nos admonet, imò incuſat Auguſtinus, in dicēs homines libentiùs diſcere, quàm noſſe: res enim nouas auidiſsimè plerique hauriunt, ſemel verò auditas iam contemnunt. Cum autem media ad finem naturæ ſponte perueniant, & propter finem media expetantur, ordo ipſius appetitionis inuerſus eſt, & magis oblectat diſcere quam noſſe; nouaque ſemper veſtigant, quæ norint, non vt norint, qui finis eſt ſcientis, ſed vt diſcant: quia noſſe faſtidio illis eſt, diſcere autem voluptati, & id quidem voluptuariũ eſt vulgi hominibus, qui rumoribus delectantur, nouiſque nuncijs, quæ ſemel audita id iam amiſere vt nouitate placerent. At verò viri ſapientes, qui veritatem rerum maximarum inquirunt, vt inuenta iucundiſsimè perfruantur, nõ æquũ eſt vt ferueant ſtudio nouitatis: ſiquidem ea doctrina, non quæ noua eſt, ſed quæ vera eſt, probanda erit, veraque acquiſitione fruendũ. Iſtius autem erant ingenij, ſcilicèt nouitatis amatores Athenienſes, quos vrbanè apud Platonem inſimulat Ægyptius quidam ſacerdos. *O Solon Solon*, inquit, *vos Græci ſemper eſtis pueri*. Eò quòd apud eos nullo loco aut numero antiquitas haberetur. Oportet autem ſapientiam temporum antiquitate canam eſſe, neque decet nos nouas fabulas, inſtar puerorum, ſingulis diebus narratas attendere. Quâ quidem laude Calliſtratus Rempublicam ſuam honeſtauit, ſemper in ea dicens venerabilē fuiſſe ſenectutem. Vnus nobis verſetur ob oculos Thomas Aquinas, neque is tantum vt magiſter, princepſque Theologiæ commemoretur, ſed vt auditor antiquorum, quibus ſe totum in diſciplinam tradidit, proponatur. Nam in doctrina quidem ſancta, Patrum ſententijs religione aſtrictum ſe eſſe planè credidit; tum verò Auguſtinum omni ſtudio ac obſeruantia eſt reueritus. Iudicabat enim veriſsimè id quod Plato aſſeuerat, verũ dici nõ poſſe niſi à Deo, & ab ijs qui à Deo originē ducunt, hoc eſt, qui Deo ſunt morum propinquitate coniuncti, qui caſſam ſubnixam habent domicilio ſapiētiæ; qui per feneſtrarum hiatus penetralia eius rimantur, qui cum Deo loquuntur quandoque familiaritèr. Et quod ait Clemens Alexandrinus, arcana non bacchantibus ſcire haud licet. Quapropter rectè quidèm Thomas mundanam hanc lucem, eò quòd cœleſtis quædam eſt qualitas, ſimulachrum eſſe ait ſapiētiæ: quippe quæ diuina eſt, & cœleſtes homines facit. Cœleſtis ergo ſit ignis opus eſt, quo Theologi litemus, & eundem oportet mente geſtare à cœlo allatum, non fraude ſubductum, qui faciat vt quōdam ſæcula ferrea, nobis plumbeam ſapientiam. Viros ergo Sanctos non modò vt præceptores Thomas coluit, ſed vt parentes quoque obſeruauit in rebus, diſputandis. Nam documento pijſsimi Iſaci, qui hoc tribuit

Ægyptius quidam ſacerdos apud Platonē.

Calliſtratus

In exemplum proponitur Thom. Aquin.

Plato.

Clem. Alex.

buit honori Patris Abrahami,vt effoſſos ab illo puteos excauaret, ac p̄ vim obrutos reſtitueret,iiſdéq; nominibus eos nũcuparet,quibusPater appellauerat. Thom.non effodit nouos puteos ſcientię, ſed à fontibus paternis,hoc eſt,àPatrũ ſententijs hauſit;neq; nomina noua excidit,ſed iiſdẽ nominibus acceptis aſſueuit:neq; enim ſapientiæ nomen,nominibus aut opinionibus inueniendis,ſed veritatẽ conſectabatur.Et cum eſſet tãtus,qui prima theoremata pronunciare, diſtributioneſq; rerum cõficere digniſsimè poſſet ; datis tamen libẽtiùs eſt vſus,quã vt ſua proponeret.Ille igitur incredibilis rationis motus , qui in vno Th. ſtrenuè viguit,in ijs,quæ Eccleſiæ admonitione,cõſuetudineq; ,vel Patrũ ſentẽtiâ ſancita erãt,placidiſsimè perpetuò acquieuit. Quãobrẽ iure optimo aſſeuerat Roma nus Põtifex, incõſiderata temeritate illũ eſſe, & in periculo fidei verſa ri, qui ſibi eſſe propoſuit ab auctore ſapiẽtiſsimo Th. noſtro diſcedendũ.Cuius,cũ animo tractarẽ cauſã,oraculi,nõ id ſolùm mentẽ ſubijt, quòd ſit vir iſte è cœlo delapſus calamitoſis Eccleſiæ tẽporibus , quaſi fax quædã teterrimæ caligini iniecta ad indicandũ manu veritatẽ:ſed illud præſertim cæpi recolere,quòd vnus Th. omnium Patrũ ſenſa legendo colligens,iiſq; nuſquã deflexis veſtigijs adhærens nõ poteſt deſeri,quin deficiamus à Patrũ ſaluberrimis ſentẽtijs.Nihilq; nouum mihi videtur Põtifex Max. decreuiſſe,ſed quod fuit in Eccleſia certiſsimũ,ne cui liceat Patrũ ſententiam nõ tenere in rebus religionis diſpiciẽdis,quia is diſcedit ab omnibus,qui ab vno Th.diſſẽtit. Itaq; vir probiſsimus,dũ ſe præbet diſcipulũ,cõſecutus eſt,vt lege principis,ſcilicèt PõtificisMax.habeamus illũ magiſtrùm.At verò iſte antiquorum obſeruator integerrimus , quaſi ingenito odio nouitatis , vt nulli opinioni principem ſe daret,nullum nõhominem literatum cõmemorat, quem poſsit in ferenda ſententia ſequi auctorẽ,& ducem.Ergo nouitas viris Theologis procul deuitãda eſt,præcipuè illis qui ſe dedunt diſciplinis capeſſendis . Et vt tandem cum Theoſtene dixerim , ſtylus ſit nouus , & tabella noua , ſcilicèt ad excipendam doctrinam ; præter hæc nouum eſto nihil,quod antiqua offẽdat.Hæc verò eſt ratio omnis ſtudiorum meorum,hic ſcopus,& finis inquem mentem,& cogitationẽ intendo.Cum enim iamdiu ad literarũ ſtudium animũ appuliſſem: poſt hæc ob corporis valetudinem ab ſcholarum curriculis diſcedens, non poteram non animo cogitationeque in iiſdem diſceptationibus verſari.Oblectabantque me maximè verba Diui Gregorij Nazianzeni (cui ſumma eſt orationis contentio cum admirabili ſuauitate coniuncta)quibus ille ſtudium ſapientiæ quo inflãmabatur,nõ diſsimulat: eam ſe ait vitæ ſciam,fidemque conſiliariam,& congerronem , ducẽq;

Geneſ.26.

Theoſtenes.

Quis ſit ſcopus,& finis auctoris.

Nazianzen.

 viæ

viæ in cœlum ferentis promptamque adiutricem aſciuiſſe, in eamque vnam totā vim amoris poſt Deum, effudiſſe; hac mærorē cordis vinculum ſedare, hac inimicitiam non amicitiam metiri, hanc ſibi mundos diſtinguere, & abductū ſe ab altero alteri adiungere. Hæc mihi cū placerent ſummopere, vt in ſtudio literarū nihil non quod expeterē inuenirem; tunc verò animū cæpit illud inducere, & penè irritare, quòd cogitarē probè Ariſt. dixiſſe, *Silere turpe, ac Xenocratem pati loqui*; magis autem indecorū eſſe, vt tot vndiq; noui ſapientes obſtrepant, cum tāta impunitate loquendi, maiorū ac Patrum auctoritate per iniuriā conticente. Illudq; tandem me cōpulit ad ſcribendum, vt conarer oſtēdere, antiquas ſententias maximè ad religionē conuenientes, nouarū argumentationū oppugnationi non ceſsiſſe, rerum cōpaginem, & colligationē ſolutam non eſſe, nullum exiſtere ruinæ locū, firma cōſiſtere fūdamenta & manere. Nam, etſi mihi ſtudium nouitatis eſſet, quę plurimis fuit ſemper gratiſsima, hanc eandē rationem inirem beneuolētiæ per noua conciliandæ; nihil enim hâc ætate calamitoſa magis erit nouum, quàm antiqua reuoluere, vetuſta tractare, vſitata olim defendere. Sunt verò non pauca antiqua memoriā hominū obliterata, quę noua facere meū erit: neq; adeò inſcitus ſum, & impolitus, vt rerū inuentionē & indaginem vitio dare velim, ſed illos arguam planiſsimè, qui tàm vera inquirunt, quā noua. Illud duntaxat nouum prodeat, quod cū antiquorū ſententijs cōcordat, quod cōcinnat, quod nō diſſentiat; iuxta diſertiſsimi Chryſoſtomi admonitionē, vt antiquitas robur ſit nouitatis. Sunt quippe nōnulla quidē vera, ſed erroribus plurimis fallacijſq; implexa, & tecta ambiguitate verborū, quæ duce ratione inueſtigare honeſtiſsimū erit. In enodatione autē argumētorū, laude plenum eſt, periculū facere ingenij, & omnes vires ſolertiæ intendere, alioſq; cū alijs æqua æmulatione certare. Neq; enim diffitear in hoc noſtro opere nōnulla eſſe, quæ prima ſtatim fronte videātur noua, & forſā in gymnaſijs minùs audita, ad ſolā explicationē rationū earū, quæ à philoſophia petūtur: ſed ea ōnia libris S. Th. accepta refero, in quib⁹ ſunt à me obſeruata & notata, vel ratione nōnunquā inuenta, dū verbis eius quaſi manuducor ad veritatē. At verò in ijs quæ dubia eſſe viſa ſint, vſurpabo & mihi illud Aug. vt in omnibus literis meis non optē modò piū lectorē, ſed liberū etiā correctorē, ita vt neq; in falſis captē beneuolentiā legentis, neq; in veris perpetiar caſtigātē. Id enim inter Theologos pacto iā fædere decet eſſe ſancitū, quod ſapienter Charilaus in Republ. benè morigerata efflagitabat, vt citra ſeditionē decertemus; vt iterū dicā cū eodē Aug. ſi rectā incedo, pergamus ſimul, cum declinauerim, me reuoces: quod

Ariſtotel.

S. Chryſoſt.

S. Auguſt.

Charilaus.

S. Auguſt.

quod si errãte te agnoueris, redeas vel etiã ad me. Nam etsi nihil mihi tribuam, credo tamen non esse me expertem veritatis; in qua exquirenda diutiſsimè & libros, & cogitationem verſauerim: tum vel maximè in quæſtionibus difficilioribus, & in ſubtilibus diſputationibus, vt ſcrutarer id quod verum eſt. Commentarios quoque noſtris temporibus proditos invſsi domeſticis notis, vt attentiùs ſcribentium mentẽ deprehenderem, & nihil excideret, quod videretur cũ antiquis de veritate contendere. Exiſtimo autem nomen ipſum antiquitatis ſummam habere auctoritatem, quæ in libris meis perpetuò interueniat ex opto; eamque imprimis mihi attribui, iure quodam efflagito, dum hæreo Patrum & doctorum veſtigijs, dum ea cõſequor vbi etiam vix impreſſa poſſunt difficiliter deprehendi. Poſt hæc autem illa ſit de nobis exiſtimatio, quam argumentationis vis, momentum, ac pondus conciliauerit: inchoatur enim Theologia noſtra ab auctoritate, conſtat autem ratione. Eritque nobis etiam hoc fas & æquum, vt S. Thomam habeamus, ac ſequamur ducem, magiſtrum, & auctorem, à quo certum eſt nulla in re etiam leuiſsima diſcedere; non quòd iuremus in verba magiſtri (vt quidam aiunt) neque quòd placeat ſententia illa Ciceronis, quòd mallet errare cum Platone, quàm cum alijs vera ſentire: ſed quia cum præceptorem nacti ſumus, qui omnium præſtantiſsimus dux eſt ad inquirendum veritatem. Fuit quippe ad excogitandum peracutus, in diſputando acerrimus, & ad iudicia ferẽda perſpicaciſsimus, & quod videtur in eo extitiſſe ſingulare, fulgentiſsimum habuit lumen ingenij, vt difficiliora quæque tàm ſagacitate indagaſſe, quàm ſenſu acieq; mentis percepiſſe, iudicandus ſit. Vt enim ſilex naturâ ignem cõcipit, quem eliciat conflictu trituque ferri; ita S. Thomas, quaſi viuus lapis grauis, plenuſque luce, rationis agitatione attritus emicat & effulget. Ariſtoteles ſanè, cum cæteris philoſophis ſi compareтur, ſolertiâ inueniendi, & dexteritate iudicandi, primus eſt, & Philoſophorum coryphæus omniũ academiarum voce vna acclamatus. Iam enim præclara quondã nomina Anaxagoras, Thales, Bias, Pitachus, Cleobolus, Solõ, Chilon, & Periander, alijq; plures de gloria eiuſdẽ ſepteni numeri opinione hominũ decertantes; iam Epymenides, Pithagoras, Xenophon, Chryſippus, Ariſtarchus, & Plato ipſe, vnius Ariſtot. voce diffuſa, vnius percrebeſcente memoria, ſilentio inuoluta ſunt; obliuioneque obruta & conſepulta. Ego verò, cum Ariſtotele Thomam ſiquis conferat, primas potius credam iſti à Deo optimo tributas, quàm concedam illi eſſe deferendas; non quòd ignorem quanta gloria ſit, quàm ingens decus Thomam noſtrum ingenij celebritate conferre cum Ariſtotele

Theologia inchoatur ab auctoritate, conſtat verò ratione.

Cicero.

Quis D. Thom quod eius ingenium.

 princi-

viæ in cœlum ferentis promptamque adiutricem aſciuiſſe, in eamque
vnam totã vim amoris poſt Deum,effudiſſe;hac mærorẽ cordis vinculum ſedare,hac inimicitiam non amicitiam metiri, hanc ſibi mundos
diſtinguere,& abductũ ſe ab altero alteri adiungere. Hæc mihi cũ placerent ſummopere, vt in ſtudio literarũ nihil non quod expeterẽ inuenirem;tunc verò animũ cæpit illud inducere,& penè irritare, quòd
Ariſtotel. cogitarẽ probè Ariſt.dixiſſe, *Silere turpe,ac Xenocratem pati loqui*; magis
autem indecorũ eſſe,vt tot vndiq; noui ſapientes obſtrepant, cum tãta
impunitate loquendi, maiorũ ac Patrum auctoritate per iniuriã conticente. Illudq; tandem me cõpulit ad ſcribendum, vt conarer oſtẽdere,
antiquas ſententias maximè ad religionẽ conuenientes,nouarũ argumentationũ oppugnationi non ceſsiſe, rerum cõpaginem,& colligationẽ ſolutam non eſſe,nullum exiſtere ruinæ locũ,firma cõſiſtere fũdamenta & manere. Nam,etſi mihi ſtudium nouitatis eſſet,quę plurimis fuit ſemper gratiſsima, hanc eandẽ rationem inirem beneuolẽtiæ
per noua conciliandæ; nihil enim hàc ætate calamitoſa magis erit nouum,quàm antiqua reuoluere,vetuſta tractare,vſitata olim defendere.
Sunt verò non pauca antiqua memoriâ hominũ obliterata, quę noua
facere meũ erit:neq;adeò inſcitus ſum,&impolitus,vt rerũ inuentionẽ
& indaginem vitio dare velim, ſed illos arguam planiſsimè, qui tàm
vera inquirunt,quã noua.Illud duntaxat nouum prodeat, quod cũ antiquorũ ſententijs cõcordat,quod cõcinnat,quod nõ diſſentiat;iuxta di-
S.Chryſoſt. ſertiſsimi Chryſoſtomi admonitionẽ,vt antiquitas robur ſit nouitatis.
Sunt quippe nõnulla quidẽ vera,ſed erroribus plurimis fallacijſq; implexa,& tecta ambiguitate verborũ, quæ duce ratione inueſtigare honeſtiſsimũ erit. In enodatione autẽ argumẽtorũ,laude plenum eſt,periculũ facere ingenij,& omnes vires ſolertiæ intendere,alioſq; cũ alijs
æqua æmulatione certare.Neq; enim diffitear in hoc noſtro opere nõnulla eſſe,quæ prima ſtatim fronte videãtur noua,&forſã in gymnaſijs
minùs audita,ad ſolã explicationẽ rationũ earũ,quæ à philoſophia petũtur:ſed ea õnia libris S.Th.accepta refero,in quib' ſunt à me obſeruata
& notata,vel ratione nõnunquã inuenta,dũ verbis eius quaſi manuducor ad veritatẽ.At verò in ijs quæ dubia eſſe viſa ſint,vſurpabo & mihi
S.Auguſt. illud Aug. vt in omnibus literis meis non optẽ modò piũ lectorẽ, ſed
liberũ etiã correctorẽ, ita vt neq; in falſis captẽ beneuolentiã legentis,
neq; in veris perpetiar caſtigãtẽ.Id enim inter Theologos pacto iã fæ-
Charilaus. dere decet eſſe ſancitũ,quod ſapienter Charilaus in Republ.benè morigerata efflagitabat,vt citra ſeditionẽ decertemus;vt iterũ dicã cũ eodẽ
S.Auguſt. Aug.ſi rectâ incedo,pergamus ſimul,cum declinauerim, me reuoces:
quod

Digitized by Google

quod ſi errātē te agnoueris, redeas vel etiā ad me. Nam etſi nihil mihi tribuam, credo tamen non eſſe me expertem veritatis; in qua exquirenda diutiſsimè & libros, & cogitationem verſauerim: tum vel maximè in quæſtionibus difficilioribus, & in ſubtilibus diſputationibus, vt ſcrutarer id quod verum eſt. Commentarios quoque noſtris temporibus proditos invſsi domeſticis notis, vt attentiùs ſcribentium mentē deprehenderem, & nihil excideret, quod videretur cū antiquis de veritate contendere. Exiſtimo autem nomen ipſum antiquitatis ſummam habere auctoritatem, quæ in libris meis perpetuò interueniat exopto; eamque imprimis mihi attribui, iure quodam efflagito, dum hæreo Patrum & doctorum veſtigijs, dum ea cōſequor vbi etiam vix impreſſa poſſint difficiliter deprēhendi. Poſt hæc autem illa ſit de nobis exiſtimatio, quam argumentationis vis, momentum, ac pondus conciliauerit: inchoatur enim Theologia noſtra ab auctoritate, conſtat autem ratione. Eritque nobis etiam hoc fas & æquum, vt S. Thomam habeamus, ac ſequamur ducem, magiſtrum, & auctorem, à quo certum eſt nulla in re etiam leuiſsima diſcedere; non quòd iuremus in verba magiſtri (vt quidam aiunt) neque quòd placeat ſententia illa Ciceronis, quòd mallet errare cum Platone, quàm cum alijs vera ſentire: ſed quia cum præceptorem nacti ſumus, qui omnium præſtantiſsimus dux eſt ad inquirendum veritatem. Fuit quippe ad excogitandum peracutus, in diſputando acerrimus, & ad iudicia ferēda perſpicaciſsimus, & quod videtur in eo extitiſſe ſingulare, fulgentiſsimum habuit lumen ingenij, vt difficiliora quæque tàm ſagacitate indagaſſe, quàm ſenſu acieq; mentis percepiſſe, iudicandus ſit. Vt enim ſilex naturâ ignem cōcipit, quem eliciat conflictu trituque ferri; ita S. Thomas, quaſi viuus lapis grauis, plenuſque luce, rationis agitatione attritus emicat & effulget. Ariſtoteles ſanè, cum cæteris philoſophis ſi compararetur, ſolertiâ inueniendi, & dexteritate iudicandi, primus eſt, & Philoſophorum coryphæus omniū academiarum voce vna acclamatus. Iam enim præclara quondā nomina Anaxagoras, Thales, Bias, Pitachus, Cleobolus, Solō, Chilon, & Periander, alijq; plures de gloria eiuſdē ſepteni numeri opinione hominū decertantes; iam Epymenides, Pithagoras, Xenophon, Chryſippus, Ariſtarchus, & Plato ipſe, vnius Ariſtot. voce diffuſa, vnius percrebeſcente memoria, ſilentio inuoluta ſunt; obliuioneque obruta & conſepulta. Ego verò, cum Ariſtotele Thomam ſiquis conferat, primas potius credam iſti à Deo optimo tributas, quàm concedam illi eſſe deferendas; non quòd ignorem quanta gloria ſit, quàm ingens decus Thomam noſtrum ingenij celebritate conferre cum Ariſtotele

Theologia inchoatur ab auctoritate, conſtat verò ratione.

Cicero.

Quis D. Thom. quod eius ingenium.

princi-

principe Philoſophorum; ſed nulli iniucundum eſſe credendum eſt, Principem Theologiæ, ſi cum eo conferatur, præferri; id verò ſi fuerit non vanâ coniecturâ cõprobatum, fore gratiſsimũ. Ego verò hoc loco non modò euagari, ſed multus eſſe cupio in eius collaudatione, vt mẽtis oculis obijciam eorum, qui ab illo diſcedunt, quemvirum deſerant, quem quaſi æmuli veritatis oppugnent, quem penè reſpuant & abijciant. Neque abs re fecerim ſi ad commendandum ſtudium vetuſtæ diſciplinæ oſtendam apertè, quàm hic obſeruans antiquorum diſcipulus, poſterorum ſit magiſter, & quòd vir idem qui fuit nobis norma

Quãtus fuerit Ariſtoteles. diſcendi, ſit quoque haud dubiò docendi meta. Vt redeam igitur ad Ariſtotelem, ille quidem innumera penè edocuit, excogitauit quam plurima, omnia limauit & abſoluit, quę in phyſicis diſciplinis erãt explicanda, eiuſque ingenium ſic fuit à natura deſtinatum ad vera, vt quę probauerit aliena aſſerta, quæque ſua induxerit inuenta, poſterorum ferè omnium aſſenſione ſint comprobata. Quis autem non reputet hominem iſtum gloriæ cupidiſsimum abſtinuiſſe à multis, quædam etiam obſcura ſcripta non ignarum reliquiſſe, nonnullaque verſaſſe in vtramque partem quæſtionis, vt nihil de rebus dubijs aſſereret, quod

Antefertur D. Thomas Ariſtoteli. poſterorum induſtriâ poſſet refelli. Cum his ergo componamus ſimilia Thomæ laudum ornamenta. Et quidem, ſi numerus rerum ſpectetur, multò ſunt plura, quæ Sanctus Thomas in lucem edidit: ſi veritas æſtimetur, veriora: quæ enim naturâ excellunt, veriora ſunt. Quam-

Ariſtoteles. obrem rectè dixit idem Philoſophus exiguam diuinorum agnitionem eximiæ rerum mundanarum intelligentiæ non parùm præſtare. Igitur ſi Thomas Eccleſiæ decus in rebus diuinis tractandis diſputandiſq; illud eſt aſſecutus, vt nunquam à veritate diſcederet, longo interuallo ingenij laude, & rectè iudicandi præſtantia Ariſtoteli eſt anteferendus. De Deo enim incomprehenſibili diſſerentem ſemper vera eloqui, veriſque ſimilia pronunciare, glorię cuiuſdam eſt ſingularis. Eleganter

Epicurus. enim Epicurus Deum fugientem deſcribebat ab Achille Pelei Filio.

Inſequeris cur me pedibus pernicibus ipſe
Mortalis Pelide, immortalem? An ego notus
Non tibi ſum Deus?

S. Clem. Alex. ſtrom. lib. 2. Quod Clemens Alexãdrinus detectis verborum inuolucris, dixit apertiùs. Deus, inquit, res quædam eſt captu, perueſtigatuque difficilis, perſequentis oculis ſemper ſe ſubducens, & procul abſcedens. Ecquis verò oratione explicet quàm promptè de rebus diuinis Thomas philoſophetur, & veritatem quaſi fugientem inſequatur & teneat, myſteriaque omnia in diuinitatis latebris recluſa expromat, inque omnium

Digitized by Google

omnium conſpectum producat? At verò ſubeſſe cuipiam par non eſt, de ſimplici ingenio Sancti Thomæ omnem gloriam faſtidiente, vel te nuem ſuſpicionem, quòd induſtriâ fecerit quædam obſcuriora, quæ propter ambiguitatem altero ſenſu atque interpretatione eſſent vera; ſed omnia ſincerè exponit, verbiſque velut à natura datis atque inſitis elucidat. Ipſum verò Philoſophum ita declarat, vt vel latere non poſſit, cum voluit; vel cum hæſitat Ariſtoteles, ipſo Thoma potiùs Auctore quàm interprete, proferat certam ſententiam. Itaque plurima ſunt quæ debent Thomæ Ariſtotelici libri: nos verò debemus Thomæ libros ipſos Ariſtotelicos, nullis alijs commentarijs antea ſatis, ſciteque explanatos. Et, vt vno eloquar verbo, in ipſis phyſicis diſciplinis Ariſtoteles dixit prima, Thomas dixit meliora. Quòd ſi vera quæque noſtra facimus quæ probamus, ſi inueniſſe nihil aliud eſt quàm dixiſſe priùs, id equidem poſſumus de Thomæ ingenij magnitudine præclariſsimè conijcere, Thomam fuiſſe inuenturum plurima quæ accepit, niſi priùs tradita legendo accepiſſet. Nam qui in obſcurioribus quæſtionibus de rebus cœlo abditis, nunquam non ſe ad veritatem direxit, & ratione duce vltra fines rationis progreſſus eſt, nihil non potuit in rerum natura indagare, quod alteri homini noſſe licuiſſet. Thomas verò ita Ariſtotelem probauit, vt alijs quoque ipſum placere, diſputando efficeret. Nam & in Auguſtino, quem vt magiſtrum ſummo ſtudio reueritus eſt, magnopereque coluit, quædam diſsimulauit, & nonnulla reiecit; in Ariſtotele omnia quæ natura duce ſciri potuerunt, rectè putauit eſſe conſtituta. Quare Ariſtoteli conſentiendo, propria ſanè placita ſequitur, quæ fuiſſent, ſi priùs non acciperet, placitura. At verò proponatur certamen de inuentione rerum; ſiquid Ariſtoteles excogitauit de natura, ſi plurima de arte ratiocinandi (qua laude ſibi ipſi Ariſtoteles placet) hæc quidem nequaquam extenuanda ſunt, aut minuenda; nihil enim ſimul & inuentum, & perfectum eſſe poteſt. Maiori tamen gloria cumulandum eſſe Prncipem Theologiæ non dubito, quòd circa principia Theologiæ nihil excogitauerit, quòd nihil de placitis Eccleſiæ Patrumque mutauerit: nam à Deo amiciſque Dei cum aſſenſu percipere principia Theologiæ, maius aliquid eſt quàm res naturæ inueſtigare: poſt hæc autē tradita ſibi à Deo principia, tot tantaq; ſunt quæ acie mentis, & induſtria inquiſiuit, excogitauit, inuenit, vt neque de numero ratio aliqua, neq; de rerum magnitudine vlla digna æſtimatio afferri poſsit. Quamobrem potiori quidem iure viro huic maximo punica mala ſacranda eſſent quam Mercurio; Cum nulla ſit quæſtio latebris illis, irretitiſque

D.Th. nō fecit induſtriâ quędā obſcuriora: ſed omnia ſincere exponit.

In phyſicis diſciplinis Ariſto tel. dixit prima Th. meliora.

granis

Digitized by Google

granis magis implicata, quam Auctor acutiſsimus non enodet & explicet; ita vt diuinatio quædam illi obtigerit, tanquam Salomoni, intelligendi ænigmata. Singulas partes quæſtionum, quæ ſunt innumeræ, in ſuos articulos, quos dixit, vocatæ ac diſtributæ, ſingula miracula dixit Eccleſiæ Pontifex Maximus. Miracula, inquam, dixit gratiæ, an naturæ? Profectò in ijs libris, quibus redundantis, ac pene infinitæ ſapientiæ ſuæ ſummam fecit, nominauitque, tanta eſt nouitas in dicendo, tanta in aſſerendo grauitas, tanta in diſputando argutia, tanta in opinando certitudo & firmitas, tanta in explicando breuitas, tam propria eloquutio, vt integri libri admirabiles ſint; & iure optimo in numero miraculorum recēſendæ innumerę illę quæſtiones, quas ſuis articulis diſtributas reliquit. At verò admiratione quàm maxima afficimur audientes, quoſdam id vertere vitio S. Thomæ, quòd adeò aſſenſus ſit Ariſtotelicis omnibus pronunciatis. Quibus reſpondendum modò eſt verbis Tullianis, Summa laus illi vitio data eſt inopiâ criminum. Cum enim nulla ſint quæ in virum doctiſsimum poſsint conijcere, id vitio aſsignant, quod eſt ſummopere laudandum. Cum etenim Theologi officium ſit diuina quæ latent, cum ijs, quæ à natura in conſpectu ſunt, componere, vt nullū rationis diſsidium inter vtraque excitetur; quid ſapientius, quid argutius, quid magis conſultum Reipubl. Chriſtianæ, non dicam excogitari, ſed ne expeti quidem potuit, aut optari; quam cum ſummi Philoſophi opinione ac ſenſu res diuinas conciliare, omniaque ita accommodare cōcinnè, ita coaptare ſapientèr, vt philoſophica aſſerta iuuent, & aperiant diuinorum intelligētiam? Nam ſi diuerſæ Philoſophorū opiniones in noſtram Theologiam accerſendę eſſēt, veniremus in ſuſpicionē, quòd ea quæ apta eſſēt noſtris, ad libitū, & ex animo eligeremus. Principem autem Philoſophiæ ſequuti, clariſsimè palamque oſtentamus, de rebus naturalibus nos vera philoſophatos, cum ijſdem rectiſsimè diuina omnia contuliſſe. Neque ex his indicium erit quòd nimiùm ille indulſerit, aut arriſerit Ariſtoteli; ſed quòd iſte apprimè ad ſcopum veritatis pertingat. Nam, etſi Platonem etiam errantem, Patres nonnulli ſequuti ſunt. (Quis enim mortalium, inquit Hieronymus, aliquo errore non tenetur?) Attamen ea quæ à S. Thomā manu iterum verſata ſunt, inoffenſo pede percurrimus, neq; illi vnquam Ariſtoteles dux fuit ad præceps, ſed comes quem in veritate indaganda non debuerit aſpernari. Superſedeo autem à temeraria concertatione, vt Thomam noſtrum cum magnis Patribus compararē Hieronymo, Auguſtino, Nazianzeno, Baſilio: tametſi illud veriſſimum ſit (quod quidam dixit) Thomam eum fuiſſe, quem omni

Non eſt dandum vitio D. Thomæ quòd in omnibus Ariſtoteli aſſenſus ſit.

Tullius.

Superſedet à comparatione S. Thomæ cum magnis Patribus.

ætate

ætate magnum dixeris. Et quidem Auguſtinus Magiſter Thomæ vocatus eſt; qui certè quàm ſolerter diſputauerit, quàm loquatur diſertè, quàm altè penetret ad myſteria, nõ eſt alicuius hominum ingenij aut facundiæ enarrare. Hæc tamen ab illo tradita, in libris Sancti Thomæ breuibus Theologicæ quæſtionis finibus determinata cum ſint, alia infinita ab iſto ſcripta effluxerũt, redundaueruntque largiſsimè. Nefas autem exiſtimamus, ſi quis ingenium cum ingenio, aut vim iudicandi vnius cum altero, audeat inuicem comparare. Auguſtinus flumen eſt placidiſsimum omni opulentia affluens, & ornatiſsimum: Thomas fulmen perſpicax mentis oculos perſtringens, quod cum fulgeat lucidiſsimè, capi tamen facilè non poteſt; omnia colluſtrat, omnia inuadit, ad õnia pertingit. Itaque Auguſtinus & Thomas flumen & fulmen. Cum igitur vir ſapientiſsimus valuerit ingenio, quod etiamſi induſtriâ non aleretur, magnum foret; admirabili tamen & quaſi immenſo ſtudio ac diligentia cunctarum rerum peritiam, & omnibus partibus conquiſiuit. Eorum quippe, quæ ſuo ſæculo literis commendata erant, nihil non verſauit & legit, cũcta notauit, omniaque hauſtu quodam memoriæ, portenti ſimilis, excepit & collegit, menti que penitus impreſsit. At verò quantum emolumenti rebus ſciendis attulerit in iјs dijudicãdis & internoſcendis, quæ eius memoriæ inſederant, nulla eſt tanta copia dicendi, nulla rationis tanta vis, quæ poſsit, non dicam verbis complecti, ſed ne quidem narrando percenſere. Quemadmodum enim incolæ Ægypti, eò quòd cernerent fines agrorum confundi profluente Nilo exturbatis finium ſignis & notis, dediderunt ſe aſtrorum curſibus, & conuerſionibus metiendis, vt ipſos fines quorum deſcriptionem tellus incerta, & volubilis non obſeruabat, aſtrorum dimenſione æſtimarent: ita ſanè, cum Patrum doctrina nominum multitudine, & quaſi colluuie, obruta lateret, & non ſatis notas ipſas veritatis indicaret: illius ingenij ſolertiâ, adhibito inſtrumento philoſophiæ, ità apertè deſignatur, vt obſcurum iam non ſit quid quiſque ſenſerit, & veritati tuendæ facti ſint fines perſpicui, quibus diſcernatur à falſis. Calluit enim præ cæteris omnibus vel Doctoribus, vel Philoſophis vim & proprietatem verborum, vt tanquam alter Adamus quocunque nomine rem nuncupet, ipſum ſit nomen eius. Eſt autem nomen nota intelligentiæ, ſignum notionis quæ eſt in mente, clariſsimũ argumentum peritiæ rerum. Itaque, vel hoc vno ſatis oſtenditur, quã ſcitè intellexerit quæcunque diſputando tractauit, vt qui verborum proprietate vniuerſis præcellat. Thomas igitur omnium Patrũ, Philoſophorum, clariſsimorumque virorum ſententias in ſe vno colligens, animoq;

S.Aug. magiſter S. Thomæ vocatur.

Aug. fulmen. Thom. flumẽ.

Sãcti Thomæ ingenium, itéque diligentia & ſtudium.

Quãtum emolumenti rebus ſciendis attulerit.

Comparatio.

Calluit S. Th. vim & proprietatem verborũ

D. Thom. pro omnibus, & inſtar omniũ colendus.

animoque diutiſsimè tractans & conferens, ita omnia expoſuit, confirmauit, expoliuit, emendauit, abſoluit, vt iure optimo vnus nobis pro omnibus & inſtar omnium colendus ſit. Quòd verò vir admirabilis res diuinas cum philoſophia copulauerit, vſque adeò vt nulla res ſit fidei tenebris adeò recondita, quam phyſica ratione non illuſtret; id mihi profectò videtur effeciſſe vt pro dignitate credamus; quo modo par eſt, eos fidem habere, qui non amiſerunt, ſed ſubmiſerunt propter fidem, rationem. Et quidem ij qui diuina oracula non inducta ratiocinatione, ſed nudè & ex ſolis verbis ſenſum conijcientes commentantur, ſæpius ambigua, & retruſa ſignificatione falluntur: vnde accidit venerandos Patres deflexiſſe aliquando à veritatis ſenſu. Qui verò argumentis verborum notiones expiſcantur, longè propiùs adeunt retectis inuolucris veritatem. Quapropter Theologia noſtra, quæ tradit doctrinam fidei diſputando, non ſolùm hominibus ratione præditis decora maximè eſt, ſed vtiliſsima; vtpote veri falſiq; index & iudex. Hanc ego ſolitus ſum aſtrorum ſoliſque volutationi comparare: prima ſcilicet die qua erant vniuerſa indecora & informia, facta quidem eſt lux; ſed die quarta, qua orbis hic cæpit pulcherrimè ornari, lucidiſsimorum aſtrorum motus & concurſatio eſt ab orbis opifice ſapientiſsimè inſtituta. Ita certè in priſcis Patribus luculentiſsima doctrina eſt, & lux. Fulgentiſsima offuſa, ſed quæ vix mouetur pulſu & volutatione rationis. Theologi verò ſunt qui lucem iſtam omnium mentibus inijciunt, qui iubar doctrinæ nitidiſsimum circumferunt & verſant. Nullus autem ſine inuidia poterit, vel hæſitando, inficiari, Thomam principem Theologiæ eſſe nobis omnibus inſtar ſolis clariſsimi, à quo cæteri Theologi ſplendorem velut mutuum accipiant. Conuenit autem etiam in virum ſapientiſsimum nomen alterum ſolis, quem mundi oculum appellamus, quia nõ prælucente Thoma ferè licet nemini veritatem ipſam, veluti ſine oculis, intueri. Qui ſcilicet cætera quidem fuit admirandus, ſed in hoc tamen planè diuinus, quòd ita cogitationes ſuas ad veritatem direxit, vt perpetuò collinearet. Quod enim iaculando effici non poteſt, vt omnẽ iactum ad notam propoſitam certò quis dirigat, ſingulari ille ingenio perfecit, vt ad ſcopum rerum verarum, quo omnes intendimus, feratur ſemper & deducatur. Hoc verò, etſi gloriæ ſit ſingularis ac pene diuinæ, non oratione perſuadere nunc opus eſt; ſed erit poſtea in his libris diſputando comprobandum: id enim munus veluti nobis aſsignatum inimus, vt placita omnia à communi magiſtro, authoreque ſelecta, nõ modò vero ſimilia, ſed vera quoque eſſe pugnemus: donũ planè diuinum dixerim, iudicio Solonis comprobatum; quia nec quidquam errare

Thom. inſtar ſolis.

Mũdi oculus.

Sẽper ad ſcopũ veritatis fertur

Solon.

Deorum

Deorum eſt. Cuius laudis eximiæ Doctori Sancto attributæ magnum argumentum arbitramur, vocem editam à Chriſto Domino oraculo imaginis ſuæ, *Bene ſcripſiſti de me Thoma*: neque enim bene eſt ſcriptum niſi quod eſt verè ſcriptum. Quas voces auribus fratrum acceptas eſſe traditur, rerum geſtarum almi ordinis noſtri publicis monumentis. Nec mirum eſt quòd fuerit diuino oraculo benè ſcripſiſſe iudicatus, qui Dei magiſtri aſsiduus auſcultator extitiſſet, id enim, cum adhùc eſſet cum mortalibus, fratri cuidam familiariùs ſecum agenti candidè confeſſus eſt ſciẽtiam ſibi è cœlo allatam potiùs quàm ſuo ſtudio fuiſſe comparatam. Cuius rei, ſi vir integerrimus non eſt ſatis locuples teſtis, credendus erit de ſe falſum, aut leue teſtimonium dixiſſe (quod abſit) & mendacio eam doctrinæ ſuæ commendationem ambijſſe, vt præclari quondam legiſlatores, Deorum ſecum colloquia mentiti ſũt. Profectò id ipſum doctrina illius planè teſtatur, quæ non niſi diuino munere potuit mortalium cuiquam obtingere. Metuãt veró ſibi æquũ eſt, ne ſint rebelles lumini, quod ait Ioannes, qui doctrinæ Sancti Thomæ tantopere obſiſtunt, habentis proculdubio donum cæleſte ſapiẽtiæ, vt non cum opinione Thomæ, ſed cum ipſa luce videantur velle pugnare. Non illi data eſt Abarydis ſagitta ab Apolline, non ad lebetem Theſprotei, non ſub ſpecu Trophonii vaticinatus eſt, non fuit Pythonis de terra vox eius; ſed numine veræ Deitatis plenus & inſtinctus, ſempiternis monumentis diuina documenta mandabat. Non Caſtalios, aut Colophonios fontes petebat, ſed aquis ſapiẽtiæ, quæ Deus eſt, epotis vberrimè, vt ſacer aquæductus rigauit omnes de ſuperioribus ſuis. Hæc enim eadem verba ſibi diuinitus cæleſti viſione prolata, inito magiſterio edidit, ignarus quid de ſe ipſo prędiceret, inſcius quidem ipſe de ſe, ſed veriſsimus vates, rigans mõtes de ſuperioribus ſuis. Hos ergo latices hauſit, hos habuit puteos, è quibus ſorberet ſapientiã. Quòd ſi erumpebat infinita aliqua quæſtio, extemplò Deum adibat, precariam enodationem ſupplex efflagitans, & coram deliberabat de theſi explicanda, referebatq; diuina reſponſa, vt tanquam à Moyſe poſſimus petere ab eo ſententiam Dei, verbaque Thomæ non vt humana ponderare, ſed æſtimare diuina. Et ſicut olim Eſdras reſpiciens ad ea quæ erant in proſpectu cõſcripta, verba verbis paria traducebat; ita videtur Doctor ſcientiſsimus ea quæ erant diuina manu mẽti ſuæ inſcripta, litteris tranſtuliſſe. Incredibile enim eſt adeò eximiam ſcientiã intelligentiamque rerum ſuperarum arte & ingenio potuiſſe comprehendi. Sed vt erat vir ſanctiſsimus, totos dies noctesque aſsidua meditationę à ſenſibus alienatus, & ab homine excedens, omnem copiam ſapientię

Bene ſcripſiſti de me Thoma. exponitur.

D.Th. aſsiduus ei magiſtri auſcultator.

Sciẽtia D.Th. è cœlo potius allata, quã ſtudio comparata

Ioan.

Eſdr.

ſapientiæ à diuino pectore, quaſi è theſauris, accepit: vt dicamus de Thoma, quod Auguſtinus de Ioanne notauit, quòd non ſine cauſa ſupra pectus Domini recubuit, ſcilicèt vt hauſtam inde ſapientiam longè latèque per Eccleſiam diffunderet. Quid autem Hæretici in Sanctum Thomam quaſi in hoſtem conſpirant? Quid ſibi volunt turpiſsima iſta conuicia, quæ ipſi hoſtes Eccleſiæ in Thomā conijciunt, niſi vt quod de Sancto Cypriano dixerat Theologus, linguam Eccleſiæ recidant, vt mutum, & elinguem populum, quaſi armis pulſis abiectiſque, adoriātur, & expugnent? Hæc eſt ſcilicèt Thomæ illa gloria, quam Hieronymus Auguſtino aſcribebat, quòd illum Heretici vehementiſsimè deteſtarētur. Quòd ſi ille fidei arx quædam eſt, tutiſsimumque propugnaculum; æquiſsimo iure doctores omnes ſcholaſtici ab incurſione, & impetu, quo cum veritate ipſa pugnam ineunt, deberent ſe ipſos reuocare, & quaſi ſacro bello abſtinere. Tametſi hoc quoque liquet experientiâ (quæ, vt ait Nazianzenus, ſtultorum magiſtra eſt, non verò ſapientium, quorum eſt antequām etiam experiantur, prænoſſe) conatu impreſsioneque aduerſariorum ipſis dedecus conflatum eſſe; Thomæ verò nunquam non fuiſſe ſummam gloriam comparatam. Illud quippe in doctrina eius compertum eſt, quod de fidei controuerſia notat Hilarius, dum omnes contra Thomam veniunt, omnes ſe inuicē vincere, ſed nihil ſibi euincere, victoriamque illorum Thomæ triumphū eſſe; dum arguit vnus alium, dum hic illum refellit, dum vtroſque ſuperueniens oppugnat, & victis omnium partibus, victrix denique extitit Sancti Thomæ ſententia. Magna enim (inquit vir ille ſapientiſſimus) vis eſt veritatis, quæ cum per ſe intelligi non poſsit, per ea tamē ipſa, quæ ei aduerſantur, elucet, vt in natura ſua immobilis manēs, firmitatem naturæ ſuæ, dum attentatur, acquirat. Quemadmodum autē Calanæ turris, hoc eſt Babylonicæ, vaſtiſsima mole excitatæ ingens illud opus, linguarū permiſtione interpollatum eſt, & compreſſum: ita quidquid veritati aduerſum multorum conatibus ædificatur, ipſa varietate turbulentiaque opinionum diſſoluitur. Quas ob cauſas minimè indecorum eſt, vt Sanctum Thomam haud dubiè Theologiæ principem quaſi Lydium currum conſequamur in ſanctis diſputationibus; quemadmodum ducem Philoſophiæ Ariſtotelem ſuſpicimus, admiramur, & obſeruamus in phyſicis diſciplinis. Diſcipuli Pythagorici rebus aſſertis rationem nullam adhibebant, ſed quærentibus cauſam, ad auctoritatem omnia reuocabant, *Ipſe dixit*, reſpondebant. Tantùm enim (inquit Cicero) opinio præiudicata poterat, vt etiam ſine ratione valeret auctoritas. Nos verò eorum, quæ Thomas tradidit, cauſam

vltrò

S.Auguſt. | Hæretici in D. Thom. quaſi in hoſtem cōſpirant. | S.Hieronym. | D.Thom. fidei arx eſt. | Nazianz. | S.Hilar. Qui cōtra Thomam veniunt, ſe inuicem vincunt, ſed nihil ſibi euincunt. | D.Thom. | Simile. | Pythagorici. | Cicero.

Digitized by Google

vltrò aſſerimus, refellimuſque argumenta contraria. Igitur & auctoritatem meritò Sanctæ Theologiæ inſtitutori dignißimo deferimus. Audito ſanè nomine illius quid ſentiendum ſit de re quapiam decernentis, ſicut aſſolet in ſcholis, Ariſtotele commemorato, definit cõtrouerſia noſtra, intermittitur quæſtio, animus conquieſcit. Animus enim addiſcentis in præceptore vno conſiſtit; doctoribus verò permutatis tanquam paruuli fluctuantes circumferuntur omni vento doctrinæ, vt Paulus ait, cu m nulla certa lege diſputantes coerceantur: omnes enim doctrinas dum reſpuunt. ingenium fluctuat, hæſitat, ac titubat ſententia, nutat ratio, nulla conſtant, omnia vacillant. Hoc ergo crimen ſpõte admittimus, hanc ignominiam ferimus libenti animo, hâc maculâ notari cupimus, vt dicamur adeò ſcientißimo auctori addicti deditiq;, vt nullatenus nobis ab illo deficiẽdum ſit. Qui verò me offenderit extra caſtra S. Thomæ ab eius opinionibus in re quauis diſſentientem, gratißimum erit, vt quaſi transfugam reuocet ac reducat. Nam ille eſt mihi puppis & prora, vt Græcorum eſt prouerbium; has operi meo extruendo iuxta Pyndarum, aureas columnas ſubijciam. Eorum autem qui Thomiſtæ eſſe, aut dici volunt, nemini fidem damus, vt magiſtro, nec commentarios alicuius ſequimur. Quæ enim in verbis S. Thomæ quaſi concluſa, in lucem depromenda ſunt, ita variantur ad arbitrium commentantium, vt illorum non pauca commentitia ſint & ficta, nõ commentaria, ſed commenta, & à doctrina illius vehementer abhorrentia: quin imò in nonnullis difficilioribus verbis S. Thomæ euoluendis, arbitramur quibuſdam accidiſſe, quod narrat fabula de Saturno, qui cum ſe Iouem filium devoraſſe exiſtimaſſet, & lapide comeſto cibum durißimum nequiret concoquere, cæteros quos deuorarat cum Ioue ipſo lapideo dicitur euomuiſſe. Sunt enim qui S. Thomam ſe capere optimè rati, lapidem gerunt in ſtomacho, quem digerere haud quaquam poſſunt. At verò ſi ea tandem difficultas verborum S. Thomæ, more peripatetico loquentis, vſu ac ſtudio emolliatur, experti ſanè ſumus in arduis quæſtionib⁹, quarum ſoluendarum ratio nulla ſuppeteret, verbis Thomę attentiùs legendis animoque tractandis, & iterum atque iterum reuoluendis, veritatis viam luculentißimam ſubitò patefactam eſſe.

Auctoritas D.Th. quanta.

Græcorũ prouerbium.

Aliquorum in D.Th. cõmentaria non commentaria, ſed cõmenta.

Fabula de Saturno & Ioue lapideo.

Cæterùm, ſtudioſe lector, reliquum eſt, vt dicamus breuiter de norma ſcribendi, ad quã libros hos dirigimus, & de librorum inſcriptione. Primum eſt quo mihi perſuaſi, vt animum admouerem ad ſcribendum, quod iampridem inciderunt in manus noua aliqua, & multum aliena à doctrina Patrum; ſimulque cupiditas quædam ſe ſe menti inieci

Norma ſcribẽdi, ad quam libri hi dirigitur

iecit

iecit cum religione & metu, hæc vt poſſem, refellendi. Alia deinde atque alia cum nouitate & offenſione emergentia, dum à me legerentur, eodem ſtudio confutanda, in campum ampliorẽ diſputationes noſtras pepulerunt. Eoque fine propoſito vt alios meq; ipſum ſcribendo hortarer ad nouitatem rerum coercendam, quæ in partibus diuerſis ſummæ Theologiæ noſtri auctoris ſolent tractari, rationem inij non concinnãdi commentarios, qui & longiſsimi eſſent futuri, ſi partibus quatuor S. Thomæ reſponderent; & viderer ſæpiùs actum egiſſe, ſapientiſſimaſque & eruditiſsimas commentationes in publicum emiſſas exæquare voluiſſe. Subit ergo operis inſcriptio pleniſsima, quâ omnia quæ duxeram eſſe mihi diſſerenda, ante oculos cõſtituerem, de gratiâ increata & creata. Opus quatuor voluminibus complendum; vt initio huius libri diuiſum explicamus: Tametſi haud me lateret illud Horatij probè de moribus in poemate philoſophantis, ***Vitæ ſumma breuis ſpem nos vetat inchoare longam.*** Manumiſimus ergo volumen hoc primum de Spiritu Sancto ab annis fere ſeptendecim abſolutum, vt licet videre in ſacri tribunalis antiqua approbatione. Poſteà ſcripſere famigeratiſsimi: nihil de ſcriptis mutaui, nihil addidi, aut ſubtraxi, ne priorem opinionum mearum rationem ac ſeriem nouis interciderem diſceptationibus. Si qua autẽ exiſtimem ex alienis ſcriptionibus, aut reſponſa, aut confutationem poſtulare, dummodo per ætatem liceat, erũt ſeparatim adijcienda. Ratio autem ſcribendi per libros, & capita ea fuit, vt liberior mihi eſſet ſcribendi licentia, non ſoluendis ſolis quæſtionibus, & ordine etiam illarum coarctata. Fateor in ampliorem, quã exiſtimabam cãmpum, exijt diſputatio. Vt enim Theologicas controuerſias penitus, ſi poſſem, enuclearem & componerem, à philoſophicis principijs fuſiſsimè pertractatis, quaſi duxi texendæ diſputationis filum, ſeparatim de his & illis diſputando. Tomum hunc, qui eſt de Trinitatis ſanctiſsimæ myſterijs, de Spiritu Sancto increatæ gratiæ nomine nuncupato, appellandum exiſtimaui, diſtinxique in libros ſex. Primum, de arcano ipſo trium perſonarum in vna Deitate ſubſiſtentium: Secundum de proceſsione diuinarum perſonarum, præmiſſo lõgiori tractatu de actionibus humanis & verbo: Tertium, poſt explicatam creatæ relationis naturam, accuratè de relationibus ipſis diuinis: Quartum de conſtitutione diuinæ perſonæ, iactis priùs longioribus fundamentis, de naturæ vniuerſalis contractione ad indiuidua, deque ipſa ſubſiſtentia & hypoſtaſe indiuiduæ naturæ creatæ: Quintum de vſu nominum diuinorum, præpoſita dialecticâ diſceptatione eorum quæ ad vſum nominum inſeruiunt: Sextum denique de Theologicis quæſtio-

Horatius.

Primus hic tomus eſt de myſterijs Trinitatis.

Inſcriptio & diuiſio huius tomi.

quæſtionibus circa miſsionem Spiritus Sancti ad nos, adhibitis etiam ſignificationibus earum rerum, ſub quarum ſpecie miſſus eſt. Feci igitur quaſicōflatū, planè functus libertate ſcribendi per libros. Poſſem philoſophica ſeiungendo librum edere metaphyſices; ſed haud diffiteor non eſſe vires pares ad integra opera exædificanda. In reliquis quid præſtiterim, breuiùs enunciabo.

Quæſtionem, ſi breuiùs abſoluenda eſt, vno capitulo claudimus; ſi verò longiùs tractanda, vno aut altero capitulo diuerſas de Theſi ſententias præmittimus, illarumque fundamentis conuulſis, noſtram opinionem ſtatuimus, opinandique rationes, & obſeruationes neceſſarias: tum verò alio capitulo ea argumenta proponimus, quæ adhùc indigent cōfutatione: plura enim illorū in ipſa quæſtionis agitatione, veritate patefactâ, euaneſcunt; & ita ad ea quæ ſunt oppoſita reſponſionē damus paucis adnotatis, præcipuè ex alijs Theologiæ locis, vbi ea recoli eſt neceſſe. Patrum ſententias quantâ poſſum induſtriâ commemoro, vel integras, ſi ſint verba ipſa notatione digna, vel locos ſaltem de quibus depromptæ ſunt. Doctores placuit nō omnes recitare, ſed præcipuos ante ætatem noſtram, Bonauenturam, Albertum, Alexandrum, Durandum, Scotum, & nonnullos alios, & ſingulatim ſectarum inuentores, de quibus quæſtio eſt; neque enim omnes quotquot ſcripſere ſcholaſtici, &, vt aiunt, Zonâ tenus philoſophantes æquū eſt vt Theologo fidē faciant ab auctoritate. Recitationes ergo omnes ex ſacra Scriptura, aut Patribus, aut Doctoribus ſcholaſticis, ne in media quæſtione obiectæ offendant, ad finem capitis conſtituimus; quo in loco ex præhabito tractatu, expoſitiones ſentētiarum faciliores ſunt; & inſcriptione Confirmationis notatæ diuiduntur. Hoc poſtremum opto ò ſtudioſe Theologiæ, non vt opinioni, ſi qua de me eſt, reſpondeam, ſed maximè vt animum adhibeas veritati. Nam, vt à Chriſoſtomo ſapientiſsimè dictum iam pridem didici, gloriæ contemptor vehementer ſapiens eſt, nouit enim res humanas. Facilè igitur perinde reſpuit Arcachadiam oleam, aut pinum Corinthiam, aut poma Delphica, nugas victorum. Et quidem meâ non multum intereſt, quæ quiſque ſibi viſus ſapientior, ex libris meis pro ingenio, & arbitrio ſuo vel arguat, vel excludat; dummodo alij ſint qui è libris iiſdem nonnihil recipiant emolumenti. S. Chryſoſt.

✠

METHO-

Digitized by Google

METHODVS HVIC OPERI præſcripta.

TRACTATVM diſtribuimus in libros, hos per capita. In diſputationibus aliorum ſententias propoſitas refutamus, ante quam ſtatuamus noſtram. Illud ſi longum ſit efficere, iuſto capite abſoluimus, & capite alio propriam ſententiam tractamus. Sin minus, capite eodē præſtatur vtrumque. Poſteà conſequuntur argumenta, cum notationibus, & reſponſis ſimul. Quia ea, quæ poſſunt declarari ſine argumentis, capitulo antecedenti, præmiſſa ſunt, & quæ ſunt neceſſaria diſputanti, inter arguendum ſeparatim notātur. Niſi ſubſint difficilia argumēta, nullum caput illis damus; quia nō facimus quæſtiones, ſed libros. Capita nonnulla ſecamus in partes, quia longiſsima eſſent non diuiſa; & ſeruiunt partes plures eidem theſi. Teſtimonia (qui locus Theologiæ præcipuus eſt) ſacrarum literarum, Conciliorum, Patrum, & Doctorum, vbi oportet, integris capitibus claudimus. Quod ſi breui recenſeantur, ad finem cuiuſuis quæſtionis diſpoſita inuenies, cum notula Confirmationis. Ea poſuimus poſteriora, eò quòd habita diſputatione, & faciliùs intelliguntur, & magis quæ dicta ſunt, ſuo conſenſu confirmant, rationeſque arguendi minùs impediunt. Quòd ſi capite vno, aut parte vna capitis multa dicenda ſunt, & ſingula confirmanda, neceſſe eſt variari methodum ſcribendi, & firmari ſingulatim ſententias auctoritate, abſque notulis cōfirmationis. De norma ſcribendi, qua vſuri ſumus, hæc admonita ſunto.

Digitized by Google

INDEX CAPITVLORVM,

ET PARTIVM IN IPSIS Capitulis contentarum.

LIBER I.

De Deitate Spiritus Sancti.

Cap.1. Proœmium. pag. 1.
Cap.2. Proponitur ſubiectum operis. 3.
Cap. 3. Subiectum operis commendatur. 5.
Cap.4. Nomē gratię æquiuocũ eſt. 7.
Cap.5. Partitio eorum, quæ ſub nomine gratiæ ſunt tractanda. 8.
Cap.6. Aſsignatur ratio ordinis. 10.
Cap.7. Inueſtigatio veritatis circa pſonas diuinas neceſſaria eſt. 11.
Pars. 1. Natura Deitatis incomprehenſibilis eſt. 12.
Pars. 2. Diuina proceſsio eſt incomprehenſibilis. 16.
Pars. 3. Non eſt temerè aliquid de diuinis diſſerendum. 17.
Pars. 4. Moderata diuinorũ inueſtigatio laudabilis eſt, & neceſſaria. 19
Cap. 8. Non eſt propoſitio nobis per ſe nota Spiritũ Sanctum eſſe verum Deum. 20.
Cap. 9. Per nullã cognitionem naturalem poteſt euidenter oſtendi Spiritum Sanctũ eſſe Deum. 23.
Cap. 10. Argumenta à Philoſophia petita refelluntur. 26.
Cap. 11. Obiectiones contra poſitionem allatę ex dictis Ethnicorum refelluntur. 31.
Cap. 12. Notitiam Trinitatis euidentem, citra viſionem Dei, ſola Dei atteſtatione euidenti obtinere poſſumus. 35.
Pars. 1. Poſt fidem etiam acceptam, nulla ratio inuenitur demonſtrãs Trinitatem eſſe. ibid.
Pars. 2. Nulla poteſt eſſe ſpecies abſtractiua Trinitatis, quæ ſit per ſe euidens. 36.
Pars. 3. Deus ſola euidenti atteſtatione ſua poteſt infundere euidentem notitiam Trinitatis, citra viſionem ſuæ eſſentiæ. 38.
Pars. 4. Euidentia atteſtationis diuinæ non permittit fidei aſſenſum obſcurum. 39.
Cap. 13. Argumenta refelluntur. 43.
Cap. 14. In rebus creatis eſt imago, & veſtigium Trinitatis. 48.
Pars. 1. Quæ ſit in nobis imago Trinitatis. ibid.
Pars. 2. Quæ ſit Trinitatis imago, & veſtigium. 53.
Pars. 3. Imago diuina non deletur in nobis per peccatum. 55.
Cap. 15. Conueniens fuit hoc myſterium nobis reuelari. 57.
Cap. 16. Quòd ſint diuinæ Perſonæ, non vna, probatur ex veteri teſtamento. 58.
Cap. 17. Quòd Spiritus Sanctus ſit diuina Perſona probatur ex veteri teſtamento. 65.
Pars. 1. Nominis, Spiritus, multiplex ſignificatio explicatur. ibid.
Pars. 2. Vetus teſtamentum affirmat Spiritum Sanctum eſſe Deũ. 66.
Pars. 3. Idem vetus Teſtamentum affirmat Spiritum Sanctũ eſſe perſonam diſtinctam ab alijs. 73.
Cap. 18. Iudæi conuincuntur circa veritatem Spiritus Sancti, quòd ſit Deus, diuinaque perſona. 74.

Digitized by Google

Cap. 19. Quòd Spir. Sāctus ſit perſona diſtincta à Patre, & Filio ex nouo teſtamento probatur. 76.
C. 20. Hęreſes cōtrarię refellūtur. 78
Pars prior. Refelluntur hæreſes contra diuinas perſonas aſſertæ. 79.
Pars poſt. Refelluntur hęreſes contra perſonā Spir. Sancti aſſertæ. 82.
Cap. 21. Quòd Spir. Sāctus ſit Deus, probatur ex veteri teſtamento. 85
Cap. 22. Spir. Sācti Deitas à Patribus ſtatuitur, & in Cōcilijs definit. 90
C. 23. Hæreſes cōtrarię refellūtur. 91
Pars prior. Recenſentur hæreſes cōtrariæ. ibid.
Pars poſterior. Hæreſes cōtrariæ refelluntur. 94.
C. 24. Deus eſt ens ſimpliciſsimū. 97
Pars. 1. Diuina quidditas omnis compoſitionis eſt expers. ibid.
Pars. 2. Deus non eſt compoſitus ex genere, & differentia, etſi ea cōpoſitio non ſit realis. 100.
Pars. 3. Deus nō eſt cōpoſit' ex quidditate, & habēte quidditatē. 101.
Pars. 4. Simplicitas non eſt perfectio rei, ſed quædam negatio. 103.
Cap. 25. Deus non venit in compoſitionem. 104.
Cap. 26. Refelluntur hæreſes contra ſimplicitatem Dei. 107.
Cap. 27. Quæ ſit realis diſtinctio, & quæ rationis explicatur? 110.
Pars prior. Quæ ſit diſtinctio realis, quæ rationis. 111.
Pars poſterior. Quo diſcrimine diſcernatur diſtinctio realis à diſtinctione rationis. 114.
Cap. 28. Diſtinctionis realis, & rationis vſurpatio recentior exponitur. 117.
Pars prior. Qua ratione vſurpetur diſtinctio realis, & rationis à Philoſophis recentioribus. ibidem.
Pars poſterior. Aliorum ſentētiæ refelluntur. 120.
Cap. 29. Quid ſit diuinum attributum? 121.
Pars. 1. Quid ſit perfectio ſimpliciter? ibid.
Pars. 2. Quid ſit attributū diuinū? 124
Cap. 30. Attributa diuina nulla reali diſtinctione diſtinguuntur. 126.
Pars. 1. Attributa diuina nulla reali diſtinctione diſtinguuntur. ibid.
Pars. 2. Attributa ante operationem intellectus non diſtinguūtur. 133.
Pars. 3. Explicatur ratio, qua intelligimus plura attributa in eſſentia omnino vna, & ſimplici. 135.
Cap. 31. Attributa diſtinguuntur ratione obiecta ex parte rei cognitæ. 138.
Pars. 1. Quæ ſit diſtinctio ponēda inter attributa diuina explicatur. ib.
Pars. 2. In nulla re creata inuenitur ſimilis diſtinctio, vt inter attributa diuina. 143.
Cap. 32. Argumenta proponuntur, & refelluntur. 145
Cap. 33. Eſſentia claudit in ſe attributa, ſed vnum attributū non claudit aliud in ſuo conceptu. 153.
Pars. 1. Eſſentia diuina claudit ſuo conceptu attributa. ibid.
Pars poſter. Vnum attributū diuinū nō claudit aliud ſuo cōceptu. 157.
Cap. 34. Argumenta refellūtur. 161.
Cap. 35. Attributa poſſunt cognoſci non cognitis creaturis. 163.
Cap. 36. In intellectione diuina, qua Deus ſe intelligit, non diſtinguūtur etiam ratione, attributa. 165.
Pars. 1. Intellectus diuinus non diſtinguit attributa eſſentiæ diuinæ intuitu. ibid.
Pars. 2. Enunciationes de diuinis attributis veræ, ſunt etiam perpetuæ veritatis. 167.
Cap. 37. Quod Deus ſit vnus ratione naturali oſtenditur. 169.
Cap. 38. Quòd Deus ſit vnus, ex literis ſacris, & Patrib' cōfirmatur. 173
Cap. 39. Hæreſes contra vnitatē Deitatis refutantur. 175.
Cap. 40. Diſtinctio inter diuinas perſonas

ſonas

Digitized by Google

ſonas realis perſonalis eſt, eaque minima. 177.
Cap.41. Argumēta cōtra diſtinctionem perſonarū refelluntur. 180.
Cap. 42. Numerus ternarius nihil addit perſonis diuinis. 185.
Pars. 1. Vnitas tranſcēdēs quid ſit? ib.
Pars. 2. Numerus in ſola quantitate eſt ens reale. 191.
Par.3. Numer' trāſcēdēs quid ſit. 194.
Pars. 4. Numerus diuinarum perſonarum perfectiſsimus eſt. 196.
Cap. 43. Deitas non eſt res quarta à perſonis diſtincta, aut compoſita. 201.
Pars prior. Deitas non eſt res quarta à perſonis diſtincta. ibid.
Pars poſt. Deitas nō eſt quid cōpoſitū ex perſonis, aut cū illis. 204.
Cap 34. Argumēta refelluntur. 206.

LIBER II.

De Proceſsione Spiritus Sancti.

Cap. 1. Amorem à dilectione diſtingui neceſſe eſt. pag.212.
Pars. 1. De multiplici vſurpatione Verbi. ibid.
Pas.2. Verbum ab intellectione re ipſa diſtinguitur. 214.
Pars.3. Amor diſtinguitur à dilectione re ipſa. 220.
C.2. Verbū procedit per intellectionē, & per dilectionē amor. 222.
Pars. 1. Actiones immanentes non ſūt paſsiones, ſed actiones. ibid.
Pars.2. Actiones immanentes nō ſūt qualitates, ſed actiones. 226.
Pars.3. Per aliquas actiones immanētes producitur terminus. 230.
Pars.4. Nō producitur terminus per omnē actionē immanentē. 235.
Pars.5. Per intellectionē producitur Verbū, & per dilectionē amor. 238
Pars.6. Intellectio, qua Verbum producitur, eſſentialiter eſt Verbi productio. 240.
Cap.3. Argumenta refelluntur. 242.
Cap.4. Verbum eſt neceſſarium ad intelligendum, vt terminus, in quo res cognoſcitur. 246.
Pars. 1. Verbum eſt neceſſarium in intelligente. ibid.
Pars.2. Neceſſaria eſt in intelligente vt plurimum ſimilitudo ex parte termini. 251.
Pars.3. Verbum, quod de intellectione producitur, ad intellectionem ipſam eſt neceſſarium. 253.
Pars. 4. Quænam cognitio Verbum exigat? 256.
Pars.5. Verbum à nobis nō cognoſcitur cum re cognita. 258.
Pars.6. Eſſe Verbi eſt cognoſci. 261.
Cap.5. Argumenta refelluntur. 264.
Cap. 6. Quid ſit amor per dilectionē procedens? 269.
Cap.7. Res amata eſt in amante. 273.
Cap.8. In Deo eſt vera, & realis proceſsio. 275.
C.9. Hæreſes cōtrarię refellūtur. 278
Cap.10. Argumēta refelluntur. 279.
Cap.11. Proceſsionis diuinæ notionem ſola fide conſequimur. 285.
Cap.12. Argumēta refelluntur. 286.
Cap. 13. Spiritus Sanctus eſt amor per dilectionem procedēs. 289.
Cap.14. Amor, vt eſt dilectionis terminus, in Deo non eſt quid eſsētiale, ſed perſonale. 293.
P.1. In Deo Verbū eſt perſona. ibid.
Pars. 2. In cognitione diuina nullum eſt medium. 295.
P.3. In Deo Verbū ñ eſt eſsētiale. 297
Cap.15. Argumēta refelluntur. 300.
Cap. 16. Spiritus Sanctus eſt Amor, non genitus, ſed procedēs. 305.
Cap. 17. Variæ opiniones referuntur, quanam ratione diſtinguatur proceſsio, & generatio. 306.
Pars. 1. Licet nobis rationem huius diſcriminis reddere. ibid.
Pars.2. Patrū, & ſcholaſticorū ſentētiæ de hac re proponuntur. 308.
Pars.3. Veræ ſententiæ expoſitiones variæ referuntur. 310.

Cap. 18. Indicatur diſcrimen inter Verbi generationem, & proceſſionem Spiritus Sancti. 312.
Pars. 1. Generationis definitio explicatur. ibid.
Par. 2. Ratio imaginis declaratur. 315.
Pars. 3. Amor non procedit per modum naturæ. 321.
Pars. 4. Ratio diſcriminis traditur inter diuinam generationem, & proceſſionem. 323.
Cap. 19. Argumēta refelluntur. 327.
Cap. 20. Duæ ſunt diuinæ proceſſiones re ipſa, formaliterque diſtinctæ. 333.
Pars. 1. Duæ ſũt diuinæ proceſſiones re ipſa, formaliterq; diſtinctę. ibid.
Pars. 2. Non ſunt plures proceſſiones diuinæ, quàm duæ. 334.
Cap. 21. Argumēta refelluntur. 336.
Cap. 22. Proceſſio diuina propriè eſt nō à cauſa, ſed à principio. 338.
Pars. 1. Principium, & cauſa ratione differunt. ibid.
Pars. 2. Diuina perſona non procedit à cauſa, ſed à principio. 341.
Cap. 23. Principium diuinæ proceſſionis eſt quaſi actiuum. 344.
Cap. 24. Diuina Proceſſio ducitur à reali potentia. 346.
Pars. 1. In Deo eſt potentia, à qua ducitur diuina proceſſio. ibid.
Pars. 2. Potentia, à qua ducitur diuina proceſſio, eſt realis. 347.
Cap. 25. Argumēta refelluntur. 350.
Cap. 26. Potētia notionalis eſt diuina natura addita relatione. 354.
Pars. 1. Potentia notionalis eſt ipſa diuina natura. ibid.
Pars. 2. Potentia notionalis eſt diuina natura addita relatione. 356.
Pars. 3. Quomodo intelligatur potētia notionalis cum relatione addita naturæ. 358.
Cap. 27. Argumenta refellūtur. 361.
Cap. 28. In perſona diuina procedēte eſt etiam realis potentia notionalis, de qua procedit. 365.
Cap. 29. Potētia notionalis à potētia creādi ratione diſtincta eſt. 370.
Cap. 30. Argumēta refelluntur. 373.
Cap. 31. Spir. Sāctus nō ſolū à Patre, ſed à Filio quoq; procedit. 378.
Cap. 32. Idē probatur ex ſacris literis, & Patribus, & Cōcilijs. 381.
Cap. 33. Refelluntur argumenta Græcorum ab auctoritate Patrū Eccleſiæ petita. 385.
Cap. 34. Pater, & Filius ſunt vnum principium Spiritus Sancti 388.
Cap. 35. Argumenta refellūtur. 390.
Cap. 36. Vna, eadēq; numero ſpiratio actiua eſt in Patre, & Filio. 394.
Cap. 37. Argumenta refellūtur. 396.
Cap. 38. Nomen vnius ſpiritoris nō ſignificat vnum ſubſiſtēs; ſed relationem vnam duorum ſubſiſtētium. 399.
Cap. 39. Spiritus Sanctus procedit à Patre per Filium. 405.
Cap. 40. Argumēta refelluntur. 407.
Cap. 41. Spiritus Sanctus procedit à Patre, & Filio, vt à duobus. 412.
Cap. 42. Argumenta refellūtur. 417.
Cap. 43. Si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, non diſtingueretur ab eo. 420.
Cap. 44. Argumenta refellūtur. 426.
Cap. 45. Nomina actuum notionalīū ſignificant originem cum operatione eſſentiali coniunctam. 433.
Pars prior. Potentia notionalis habet operationem eſſentialem cū origine coniunctam. ibid.
Pars poſterior. Operatio eſſentialis non eſt origo. 437.
Cap. 46. Pater, & Filius diligunt ſe Spiritu Sancto. 440.
Cap. 47. Argumēta refelluntur. 446.
Cap. 48. Pater diligit ſe, & omnia Spiritu Sācto, & in Spir. Sācto. 449.
Pars prior. Pater, & Filius diligunt ſe in Spiritu Sancto. ibid.
Pars poſterior. Pater, & Filius diligunt res creatas Spiritu Sancto, ſiue in Spiritu Sancto. 452.

Digitized by Google

Cap.49. Verbum diuinum ex rerum creatarum contemplatione procedit. 455.
Pars.1. Verbum procedit de cōtemplatione creaturarum. ibidem.
Pars.2. Verbum procedit de ipſo intuitu diuinarum perſonarū. 459.
Cap.50. Argumenta refellūtur. 463.
Cap.51. Spir.Sanctus non procedit ex dilectione creaturarum. 467.
Cap.52. Argumēta refelluntur. 469.
Cap.53. Proceſsio diuina diſtinguitur à relatione ratione formali. 471.
Cap.54. Proceſsio Spir.Sancti neceſſaria eſt, ſed non coacta. 478.
Cap.55. Proceſsio Spiritus Sancti ſpontanea eſt, non tamen libera, ſed naturalis. 480.
Pars prior. Proceſsio Spiritus Sancti voluntaria eſt, ſed non eſt ex cōſilio, & deliberatione. ibidem.
Pars poſterior. Proceſsio Spir.Sancti non eſt dicenda libera. 484.
Cap.56. Argumēta refelluntur. 488.
Cap.57. Voluntas cōcomitans prioritate rationis antecidit originē. 491.
Cap.58. Argumēta refelluntur. 495.
Cap.59. Proceſsio diuina æterna eſt. 497.
Cap.60. In proceſsione diuina eſt ordo naturæ. 500.
Cap.61. In diuina proceſsione nulla eſt prioritas realis? 504.
Pars.1. Quæ ſit prioritas realis? ibid.
Pars.2. In diuina proceſsione nulla eſt realis prioritas. 508.
Cap.62. Perſona diuina, quæ procedit, de ſubſtantia producentis procedit. 519.
Pars.1. Perſona diuina procedit de ſubſtantia producentis. ibid.
Pars.2. Perſona diuina non procedit à principio, quaſi materiali, ſed quaſi formali. 527.
Cap.63. Terminus formalis diuinæ proceſsionis eſt eſſentia. 529.
Cap.64. Proceſsiones diuinæ ex terminis formalibus formaliter diſtinguuntur. 531.
Pars prior. Duabus proceſsionibus diuinis, duo termini formales attribuuntur. ibid.
Pars poſter. Proceſsiones diuinæ per terminos formales diſtinguūtur. 535.
Cap.65. Perſona procedens propriiſſimè accipit naturam, non perſonalitatem. 539.
Cap.66. Per proceſsionem vnius appellationis vna duntaxat perſona diuina procedit. 543.
Cap.67. Sp.Sāctus procedit vt amor, & vt amans, & vt amatum. 547.

LIBER III.
De Relatione Spiritus Sancti.

Cap.1. In rebus creatis quædam ſunt relationes reales. pag.550.
Pars prior. De relatorum, & relationum diſtributione. ibid.
Pars poſterior. Sunt in natura rerum relationes reales. 555.
Cap.2. Refelluntur argumenta. 559.
Cap.3. Relatio realis quatenus ad aliud eſt, eſt ens reale. 562.
Cap.4. Argumenta refelluntur. 567.
Cap.5. Quid ſit verū formaliter, 571.
Pars prior. Affectiones entis nihil reale addunt enti. ibid.
Pars poſter. Verū formaliter eſt, qđ eſt diuinæ arti conforme. 577.
Cap.6. Argumenta refelluntur. 587.
Ca.7. Quid ſit bonū, & perfectū? 593.
Pars 1. Quid ſit bonum? 594.
Pars.2. Bonum eſt in rebus, verum in intellectu. 599.
Pars.3. Quid ſit bonitas increata? 603
Pars.4. Quid ſit perfectum, & perfectio? 605.
Cap.8. Argumenta refelluntur. 608.
Cap.9. Relatio creata eſt perfectio formalis, & bonum eius, in quo eſt. 616.

Digitized by Google

Cap.10. Relatio realis diſtinguitur ex natura rei à rebus abſolutis. 619.
Pars. 1. Relatio à rebus abſolutis re ipſa aliquatenùs diſtinguitur. ibid.
Pars. 2. Relatio à rebus abſolutis diſtinguitur ſolùm formaliter ex natura rei. 621.
Cap. 11. Arguméta refelluntur. 624.
Cap. 12. Relationũ realiũ diſtributio à fundamentis petenda eſt. 626.
Pars prior. De relationũ diſtributione per fundamenta. ibid.
Pars poſterior. Relatorum tria genera explicantur. 630.
Cap. 13. Relationes reales quædam natura ſua referuntur ad relationes oppoſitas, quædã ad abſoluta. 640.
Pars prior: Non omnis relatio terminatur ad relationem oppoſitam. ibidem.
P. poſterior. Quædam relationes terminantur ad oppoſitas. 643.
Cap. 14. Argumenta refellũtur. 645.
Cap. 15. Relatum per ſe primò reſpicit aliud. 651.
Pars. 1. Refelluntur aliquæ opiniones. ibid.
Pars. 2. Declaratur aſſertum hoc; relatum per ſe primò reſpicit aliud. 655.
Cap. 16. Argumenta refellũtur. 659.
Cap. 17. Vnum relatum eàdem relatione refertur ad plura. 662.
Cap. 18. Arguméta refelluntur. 665.
Cap. 19. Dei ad creaturas relationes ſunt rationis, non reales. 668.
Cap. 20. Arguméta refelluntur. 673.
Cap. 21. Perſonæ diuinæ ſimiles, æquales, & coæternæ ſunt. 676.
Cap. 22. Similitudo, & æqualitas, omniſque alia relatio in Deo eſt rationis, exceptis perſonalib⁹. 680.
Pars prior. Similitudo, & æqualitas in Deo ſunt relationes rationis. ibid.
Pars poſter. Omnis relatio in Deo eſt rationis exceptis perſonalib⁹. 683
Cap. 23. Arguméta refelluntur. 686.
Cap. 24. Relationes perſonales in origine fundantur. 691.
Cap. 25. Relationes perſonales ſunt reales. 694.
Cap. 26. Relationes diuinæ ſola ratione diſtinguũtur ab eſſentia. 697.
Cap. 27. Arguméta refelluntur. 699.
Cap. 28. Relatio, & eſſentia non includunt ſe in ſuis notationibus. 702.
Cap. 29. Arguméta refelluntur. 705.
Cap. 30. Relatio diuina eſt in eſſentia, & in perſona, ſed non dat nomen eſſentiæ. 708.
Cap. 31. Relationes diuinæ ſunt perfectæ, & bonæ, & perſonarũ diuinarũ perfectiones formales. 711.
Pars. 1. Relationes diuinæ ſunt ex propria ratione perfectæ, & bonæ. ibid.
Pars. 2. Refutantur quædam opiniones circa perfectionem relationum diuinarum. 714.
Pars. 3. Relatio diuina eſt formalis perfectio diuinæ perſonæ. 716.
Cap. 32. Arguméta refelluntur. 724.
Cap. 33. Pater non eſt maior Filio perfectione relatiua. 729.
Cap. 34. Quatuor ſunt in Deo relationes reales. 754.
Pars prior. Quatuor relationes diuinæ non ſunt res quatuor, ſed res tres. ibid.
Pars poſterior. Quatuor ſunt in Deo relationes reales. 739.
Cap. 35. Arguméta refelluntur. 741.
Cap. 36. Pater, & Filius refertur ad Spiritum Sanctum relatione ſpiratoris. 746.
Cap. 37. Spirator eſt per ſe correlatiuum Spiritus Sancti. 747.
Cap. 38. Spiritus Sanctus vna relatione ſimplici refertur ad Patrẽ, & Filium. 748.
Cap. 39. Spiritus Sanctus refertur ad Patrem, & Filiũ, vt ad duos. 750.

LIBER

Digitized by Google

LIBER IIII.

De Perſonalitate Spiritus Sancti.

Cap.1. Naturæ rerum ex ſe ipſis, nec communes ſunt, nec ſingulares. pag.753.
Pars.1. Rerum naturæ non ſunt ex ſe communes. ibid.
Pars.2. Rerum naturæ non ſunt ex ſe ſingulares. 760.
Pars.3. Quæ ſit vnitas naturæ communis. & ſingularis. 762.
Cap.2. Argumẽta refelluntur. 766.
Cap.3. In natura creata non eſt formale principium indiuidui naturæ additum. 774.
Pars prior. Indiuiduum addit naturæ communi indiuiduam differentiã noſtro modo intelligẽdi. 775.
Pars poſterior. Eam differentiam nõ eſſe re ipſa additam, aut diſtinctam. 777.
Cap.4. Argumenta refelluntur. 781.
Cap.5. De principio indiuiduationis rerum variæ ſententiæ refelluntur. 786.
Cap.6. Nuda materia eſt generationis ſubſtantialis ſubiectum. 790.
Cap.7. Argumenta refelluntur. 793.
Cap.8. Nuda materia eſt indiuiduationis principium. 804.
Pars.1. De cauſalitate, & effectibus materiæ. ibidem.
Pars. 2. De cauſalitate, & effectibus formæ. 810.
Pars. 3. Materia ſine forma exiſtere non poteſt etiam diuinitùs. 815.
Pars.4. Nuda materia eſt indiuiduationis principium, eaque eſt per quantitatem deſignata. 818.
Cap.9. Argumenta refelluntur. 824.
Cap.10. Indiuiduatio formæ ſubſtãtialis neceſſariò à materia petẽda eſt. 829.
Pars.1. Forma indiuidua, & deſignata ad agens naturale creatum referenda eſt. 830.
Pars.2. Materia deſignata eſt principium adæquatum Indiuiduationis formæ ſubſtantialis. 832.
Pars.3. Mutatâ materiâ per augmentum, manet eàdem forma, & indiuiduum idem. 836.
Pars.4. Forma indiuidua diuinâ potentiâ poteſt induci in quancũq; materiam eiuſdem rationis. 839.
Cap.11. Argumẽta refelluntur. 844.
Cap.12. Principium adæquatum indiuiduationis accidentium, eſt ſubiectum, in quo ſunt. 847.
Pars.1. De indiuiduatione quãtitatis, & accidentium materialiũ. ibid.
Pars.2. De adæquato principio indiuiduationis cuiuſq; accidẽtis. 850.
Pars. 3. In eodem ſubiecto non poſſunt inueniri plura accidentia ſolo numero diſcreta. 854.
Pars. 4. Vtrum accidens corruptum poſsit iterum produci. 857.
Cap.13. Argumẽta refelluntur. 860.
Cap.14. Formas ſeparatas à materia ſpecie differre neceſſe eſt. 867.
Cap.15. Argumẽta refelluntur 875.
Cap.16. Suppoſitum à natura diſtingui neceſſe eſt. 880.
Cap.17. Variæ ſententiæ refelluntur de ea re, quam addit ſuppoſitum naturæ. 888.
Cap. 18. Suppoſitum addit naturæ proprietatẽ ab exiſtentia diſtinctam. 894.
Pars.1. Quid ſit proprietas hypoſtatica, & quo pacto diſtinguatur à natura, & exiſtentia. ibid.
Pars.2. de cauſa proprietatis hypoſtaticæ. 896.
Pars. 3. De effectu proprietatis hypoſtaticæ. 900.
Pars.4. Vtrùm natura ſine ſuppoſito poſsit exiſtere. 906.
Cap.19. Proprietas ſuppoſiti affert vnitatẽ vltimam indiuidui. 907.
Pars.1. Quo pacto proprietas hypoſtatica diſtinguat naturam, & ſuppoſitum. ibidem.

Pars. 2. Proprietas hypoſtatica non eſt compoſita, ſed diuiditur per accidens diuiſa natura. 911
Pars. 3. Quæ ſint negationes debitæ ſuppoſito. 916.
Pars. 4. Quo ſenſu dicatur ſuppoſitũ incommunicabile. 918.
Cap. 20. Argumenta refellũtur. 921.
Cap. 21. Subſiſtere indicat modum entis intrinſecum. 926.
Pars. 1. Numerantur diuerſimodi, & ſignificationes ſubſiſtendi. ibid.
Pars. 2. Quis modus ſubſiſtendi ſit intrinſecus enti. 928.
Pars. 3. Quòd nulla ſit compoſita ſubſiſtentia. 930.
Cap. 22. Subſiſtere eſt entis completi. 932.
Pars. 1. Natura materialis, eiuſque partes non ſubſiſtunt per ſe. ibid.
Pars. 2. De ſubſiſtentia animæ rationalis. 933.
Pars. 3. Natura angelica ſubſiſtit per ſe. 939.
Pars. 4. De diſtinctione naturæ angelicæ à ſuo ſuppoſito. 943.
Cap. 23. Exiſtentia eſt res diſtincta à natura, ſiue eſſentia creata. 946.
Pars. 1. Quo ſenſu eſſentiæ rerum dicantur æternæ? 947.
Pars. 2. Eſſentia creaturæ in diuino exemplari eſt fundamẽtum perpetuæ veritatis, quæ in enuntiatione cernitur. 952.
Pars. 3. Eſſentiæ rerum ante creationem nihil ſunt, & per creationem extra cauſam fiunt, ita vt ſint ante exiſtentiam. 956.
Pars. 4. Natura, ſiue eſſentia producta eſt res diſtincta à ſua exiſtentia. 957.
Pars. 5. Diſtinctio inter eſſentiam, & exiſtentiam eſt abſolutè realis. 963.
Cap. 24. Argumenta refellũtur. 964.
Cap. 25. Exiſtentia eſt rei alicuius actus phyſicus, & vltimus. 969.
Pars. 1. Exiſtentia non eſt ſubſtantia, neque accidens. ibid.
Pars. 2. Exiſtentia non eſt modus rei, ſed actus vltimus rei, & complementum illius. 972.
Cap. 26. Vna eſt partibus ſubſtantiæ exiſtentia, quæ eſt actus ſuppoſiti. 974.
Pars. 1. Partes ſubſtantiæ cum ſuppoſito exiſtunt vnâ exiſtentiâ. ibid.
Pars. 2. Exiſtentia hominis eſt eadem animæ exiſtentia: eſtque actus vltimus ſuppoſiti. 979.
Pars. 3. Accidentia perfecta ſingulis exiſtentijs ſunt affecta. 982.
Pars. 4. Exiſtentia non aduenit rebus niſi completis ſecundum modũ entis in ſuo genere. 985.
Cap. 27. Argumenta refelluntur. 987.
Cap. 28. Agentia naturalia producunt rerum exiſtentias. 992.
Pars. 1. Refellitur opinio negans exiſtentiam produci ab agentibus naturalibus. ibid.
Pars. 2. Agentia naturalia ſunt principalia ad producendas rerum exiſtentias, & non ſolùm inſtrumenta. 996.
Pars. 3. Qua actione producatur exiſtentia. 1000.
Cap. 29. Argumenta refellũtur. 1002.
Cap. 30. Exiſtentia materialem cauſam habet, & finalem, ſed non formalem. 1007.
Pars. 1. Exiſtentia habet cauſam materialem. ibidem.
Pars. 2. Exiſtentia non habet cauſam formalem. 1010.
Pars. 3. Exiſtentia habet cauſam finalem, cui. 1014.
Cap. 31. Exiſtentia eſt cauſa formalis, efficiens, & finalis. 1016.
Pars prior: De effectu formali exiſtẽtiæ. ibidem.
Pars poſter. De cauſalitate efficiente, & finali exiſtentia. 1019.

Cap.

Cap.32. Deus non eſt in genere phyſico. 1020.
Pars. 1. Non omnia, quæ ſunt in genere logico collocantur perindè in genere phyſico. 1021.
Pars.2. Quædam conſtituuntur in genere phyſico. 1023.
Pars. 3. Deus non collocatur in genere phyſico, neque etiam Angeli. 1028.
Cap. 33. Argumēta refelluntur. ibid.
Cap. 34. Deus non eſt in genere logico. 1031.
Cap. 35. Argumenta refelluntur. 1036.
Cap.36. Nulla res diuina vniuerſalis eſt, ſed communis. 1039.
Cap. 37. Deitatis naturæ nullum eſt indiuiduationis principiū. 1042.
Cap.38. Diuina ſuppoſita plura ſunt, ſolis proprietatibus hypoſtaticis multiplicatis. 1044.
Cap. 39. Natura diuina per ſe ipſam perfectiſsimè ſubſiſtit. 1046.
Pars. 1. Refutatur opinio Caietani de ſubſiſtentia indiuidui communis. 1047.
Pars. 2. Oſtenditur Deitatem per ſe perfectiſsimè ſubſiſtere. 1050.
Pars.3. Examinatur modus loquendi ponens in Deitate ſubſiſtentiam abſolutam. 1054.
Cap.40. Argumenta refellūtur. 1056
Cap.41. Tres ſunt in Deitate relatiuę ſubſiſtentiæ. 1058.
Cap.42. Argumēta refellūtur. 1062.
Cap.43. In Deitate vna eſt exiſtentia abſoluta, & non ſunt tres relatiuæ. 1066.
Pars prior. In Deitate vna eſt exiſtētia abſoluta. ibid.
Pars poſterior. In diuinis non ſunt tres relatiuæ exiſtentiæ. 1068.
Cap.44. Tria diuina ſuppoſita ſubſtantia vna eſt, non tres ſubſiſtētiæ, tres autem hypoſtaſes, non vna hypoſtaſis. 1074.
Pars. 1. Quid ſit ſubſtantia in rebus creatis: & quid ſit accidēs. 1075.
Pars.2. Subſtantia propriiſsimè Deo conuenit, & ſingulariter dicitur in diuinis. 1078.
Pars.3. An in diuinis poſsint dici tres ſubſtantiæ primæ, aut incommunicabiles? 1083.
Pars.4. Tres perſonæ diuinæ dicuntur tres hypoſtaſes, non vna. 1085.
Cap.45. Perſona eſt rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia, ex Boetio. 1087.
Pars.1. De etymologia, & ſignificatione nominis, perſona. ibidem.
Pars.2. De quidditate, & definitione perſonæ. 1091.
Cap.46. Argumēta refellūtur. 1094.
Cap. 47. Nomen Perſonæ, propriè conuenit rebus diuinis. 1101.
Cap.48. Perſona diuina conſtituitur ex natura, & proprietate, non tamen reali compoſitione. 1104.
Pars. 1. In creatis omne ſuppoſitum componitur realiter ex natura, & proprietate. ibidem.
Pars.2. Perſona diuina non reali cōpoſitione, ſed per intellectum conſtituitur ex natura, & proprietate. 1105.
Cap.49. In diuina perſona neceſſariò eſt intelligenda proprietas conſtituens, & diſtinguens. 1110.
Cap.50. Argumenta refellūtur. 1114.
Cap. 51. Proprietas conſtituens, & diſtinguens diuinam perſonā non eſt quid abſolutum, ſed relatio. 1117.
Cap.52. Argumēta refellūtur. 1124.
Cap.53. Quinque ſunt notiones diuinarum perſonarum. 1127.
Pars.1. Quinque ſunt notiones in diuinis. ibidem
Pars. 2. Ingenitum eſt notio, & proprietas ſolius Patris. 1131.
Cap.54. Eadem proprietas, quæ diſtinguit diuinam perſonam, eandem conſtituit. 1137.

Digitized by Google

Cap. 55. Relatio diuina ex propria ratione conſtituit ſubſiſtens, & multiplicat ſubſiſtentia. 1142.
Pars prior. Quid conſtituat ſubſiſtẽs? ibidem.
Pars poſterior. Quid multiplicet ſubſiſtens? 1146.
Cap. 56. Relatio ſpiratoris non conſtituit ſubſiſtens, ſed aduenit ſubſiſtentibus. 1148.
Pars. 1. Relatio ſpiratoris non conſtituit ſubſiſtens. 1149.
Pars. 2. Spirator non eſt indiuiduum naturæ diuinæ. 1154.
Pars. 3. Quid de oppoſita ſententia ſentiendum ſit? 1160.
Cap. 57. Argumenta refelluntur. 1161.
Cap. 58. Variæ ſententiæ referuntur de conſtitutione formali diuinæ perſonæ. 1165.
Cap. 59. Relatio quatenus forma hypoſtatica, conſtituit formaliter perſonam. 1171.
Pars. 1. Relatio, vt relatio eſt, non cõſtituit perſonam. ibid.
Pars. 2. Quomodo intelligatur relatio, vt forma hypoſtatica, perſonamque conſtituet. 1175.
Cap. 60. Argumenta refelluntur. 1178.
Cap. 61. Perſona diuina non conſtituitur per originem, ſed per relationem. 1189.
Cap. 62. Argumenta refelluntur. 1191.
Cap. 63. Remotis relationibus diuinis non manent hypoſtaſes. 1193.
Cap. 64. Explicatur ordo rationis inter actus notionales, & proprietates perſonarum. 1195.
Cap. 65. Nomen perſonæ ſignificat in Deo relationem quatenùs eſt forma hypoſtatica. 1197.
Cap. 66. Nomen Spiritus Sanctus, ſignificat ſimul relationem, & naturam. 1203.

LIBER V.

De vſu nominum diuinorum.

Cap. 1. De nominum analogia. pag. 1206.
Pars. 1. De æquiuocorum, analogorum, & vniuocorum diſcretione. ibid.
Pars. 2. Opinio Thom. Caiet. circa analoga, infirmatur. 1210.
Pars. 3. Nomen, ens, non eſt vniuocum. 1219.
Pars. 4. Nomen, ens, analogum eſt vno conceptu, & ratione vna. 1222.
Pars. 5. De vnitate conceptus, & abſtractione analogorum. 1226.
Cap. 2. Argumenta refelluntur. 1232.
Cap. 3. Nominum diuinorum quædam propriè, quędam impropriè dicuntur. 1239.
Cap. 4. Nomina etiam affirmantia de Deo propriè dicuntur. 1243.
Cap. 5. Argumenta refelluntur. 1248.
Cap. 6. Nomina diuina communia rebus creatis vno conceptu, & ratione vna ſunt communia. 1230.
Pars. 1. Quod nomina diuina communia rebus creatis ſint analoga. ibidem.
Pars. 2. De abſtractione conceptus in analogis nominibus. 1253.
Pars. 3. Vtraque analogia propoſitionis, & attributionis, eſt in nominibus diuinis. 1255.
Cap. 7. Nomina attributorum priùs dicuntur de Deo, quàm de rebus creatis. 1257.
Pars. 1. Nomina attributorum priùs dicuntur de Deo, quàm de rebus creatis. ibidem.
Pars. 2. Nomina diuinæ originis, ſeu relationis priùs etiam dicuntur

de

de Deo, quàm de rebus creatis. 1260.
Cap.8. Qui eſt, nomen eſt Dei maximè proprium. 1263.
Cap.9. Nullum nomen declarat quid Deus eſt. 1267.
Pars.1. De notatione, & ſignificatione nominis Dei. ibidem.
Pars.2. Nullum nomen declarat quid eſt Deus. 1268.
Cap. 10. Argumenta refelluntur. 1277.
Cap. 11. Nomen, Deus, analogum eſt, vt ſignificat falſos Deos, & per ſimilitudinem. 1278.
Cap. 12. Nomen, Deus, non eſt ſingulare in conſideratione dialectica, ſed appellatiuum. 1282.
Cap. 13. Tres diuinæ perſonæ ſunt vnius eſſentię, quod eſt, ὁμοούσιον. 1285.
Pars. 1. In diſputatione Theologa tres diuinæ perſonæ ſunt vnius eſſentiæ. ibid.
Pars. 2. Sententia Patrum ad eundem ſenſum ſunt reuocandæ. 1287.
Cap. 14. Pater eſt in Filio, & Filius in Patre. 1289.
Pars. 1. Perſonæ diuinæ ſunt in alterutris per eſſentiam. ibidem.
Pars.2. Traduntur aliæ rationes, quibus vna perſona diuina eſt in alia. 1293.
Cap. 15. Argumenta refelluntur. 1299.
Cap. 16. Nomen Trinitatis ſignificat tres perſonas in vnitate naturæ. 1302.
Cap. 17. Nomina explicantur, quæ vel vnitatem, vel diſtinctionem in Deo indicant. 1306.
Cap.18. Explicantur documēta quędam de nominibus numerorum. 1311.
Cap. 19. Argumenta refelluntur. 1319.
Cap. 20. Pater, & Filius non ſunt vnum principium vtriuſque originis. 1322.
Cap. 21. Argumenta refelluntur. 1324.
Cap. 22. Explicatur dialectica ſuppoſitio nominum diuinorum. 1325.
Cap. 23. Quæ ſit prædicatio nominum diuinorum. 1329.
Cap. 24. Deitas non generat, ſed Deus. 1332.
Cap. 25. Argumenta refelluntur. 1338.
Cap.26. Contradicentes ſunt, Deus generat, Deus non generat. 1340.
Pars. 1. Accepto nomine, Deus, pro perſona, ſunt contradicentes, Deus generat, Deus non generat. ibidem.
Pars. 2. Accepto nomine Deus, pro natura diuina ſunt contradicentes Deus generat, Deus non generat. 1344.
Cap. 27. Argumenta refelluntur. 1347.
Cap. 28. Deus generat Deum, qui non eſt Pater. 1348.
Cap. 29. Non ſolus Pater eſt Deus. 1352.
Cap. 30. Argumenta refelluntur. 1357.
Cap.31. De dialecticis conſequentijs in diuinis nominibus. 1361.
Pars. 1. Explicatur illud proloquiū, quæcunque ſunt eadem vni tertio ſicut eadem inter ſe. 1362.
Pars. 2. Dialecticæ conſequentiæ in nominibus diuinis traduntur. 1367.
Cap.32. De fallacijs in vſu nominum diuinorum. 1371.

LIBER VI.

De Miſſione Spiritus Sancti.

Cap. 1. Spiritus Sanctus eſt nomen proprium

proprium diuinæ perſonæ. pag. 1375.

Pars. 1. Nomen Spiritus Sancti rectè accommodatum eſt diuinæ perſonæ. ibidem.

Pars. 2. Hoc nomen, Spiritus Sanctus, non eſt proprium diuinæ perſonæ. 1378.

Cap. 2. Amor,& donum ſunt nomina eiuſdem perſonæ, quam Spiritum Sanctum dicimus. 1379.

Pars. 1. Amor eſt nomen proprium Spiritus Sancti. ibid.

Pars. 2. Donum eſt nomen proprium Spiritus Sancti. 1382.

Cap. 3. Plura alia ſunt nomina Spiritui Sancto accommodata. 1385.

Pars. 1. De ratione, qua nomina Spiritui Sancto accommodantur. 1386.

Pars. 2. De nominibus Spiritus Sancti à Patribus vſurpatis. 1389.

Cap. 4. Spiritus Sanctus datur à Patre,& Filio,& dat ſe ipſum. 1392.

Cap. 5. Spiritus Sanctus mittitur à Patre, & Filio, ſed non mittit ſe ipſum. 1395.

Pars. 1. Quid ſit miſsio diuinæ perſonæ? 1396.

Pars. 2. Perſona diuina non mittitur, niſi ab ea, à qua procedit. 1398.

Cap. 6. Spiritus Sanctus mittitur, vt ſit in nobis. 1402.

Pars. 1. Quonam modo Deus ſit in rebus omnibus creatis. ibid.

Pars. 2. Quomodò Deus ſit in iuſtis. 1405.

Cap. 7. Perſona diuina non mittitur, niſi ad ſanctificandum creaturam. 1409.

Cap. 8. Miſsio diuinarum perſonarũ non fuit æterna. 1414.

Cap. 9. Nulla miſsio viſibilis diuinæ perſonæ fuit ante aduentum Chriſti Domini. 1416.

Pars. 1. Miſsio diuinæ perſonæ alia eſt inuiſibilis, alia viſibilis. ibid.

Pars. 2. Nulla fuit miſsio diuinæ perſonæ antè aduentum Chriſti. 1417.

Cap. 10. Quomodo mittatur Spiritus Sanctus in ſignis ſenſibilibus. 1419.

FINIS.

INDEX

Digitized by Google

INDEX ORDINIS Quæſtionum, & Articulorum D. Thomæ in 1.p. remitendus ad quæſtiones, quæ in hoc libro tractantur.

QVaſt.2. art.2. & 3. vide lib. 1. cap.37.

Quaſt.3.art.2. 3. & 4. vide lib.1.cap.24.p.1. & 3.

In eadem quaſt. art.3. vide lib.4. cap. 16. vide etiam cap.37.

Eadem quaſt. art.3. & q.75.artic.4. & q.85. art.1. & q.86.art.3.3.p. q.77. art.2. vide lib.4.cap.8.p.4.

Eadem quaſt. art.4. & q.5. art.1. vide lib.4.cap.25.p.2.

Quaſt.3.art.4.& 3.p.q.17.art.2. vide lib.4. cap.26. p.1.

Quaſt.3. artic. 5. vide libr. 1. cap. 24. p.2.

Quaſt.3. per totam maximè art.5. vide lib.4. cap. 32. p.1.& 3.& cap. 34. & lib.5.cap.1.p.3.

Eadem quaſt.art.5,6.7. & 8. vide lib. 1. cap.14. p.1. & 2.

Eadem quaſt.art.7. vide lib.1. cap.24.

Eadem quaſt.art.8. vide lib.1. cap.25.

Quaſt.4.art.4. vide libr.3.cap.24.

Quaſt.5.art.1. & 3. vide lib.3. cap. 8. p.1.

Quaſt.7.art.1. & q.44.art.2. & q.75. art.5. in fine, vide lib.4.cap.10.p.2.

Quaſt.8. art.1. & q.3. art.4. q.5. art.1. vide lib.4.cap.31.p.1.

Eadem quaſt. art.1. & 3. & q.43.art.3. vide lib.6. cap.6. p.1. & 2.

Quaſt.12. artic.7. vide libr. 1. cap.12. p.1.

Quaſt.13.art.1. vide lib.5. cap.9. p.2.

Eadem quaſt. art.2. vide lib.5. cap.1. p.3.

Eadem quaſt. art. 3. vide lib. 5. cap.3.

Eadem quaſt. art.4. & 12. vide lib.1. cap.30.p.1.2.& 3.& cap. 31.

Eadem quaſt. art. 5. vide lib. 5. cap. 6. p.1.

Eadem quaſt. art. 6. & 3. vide libr.5. cap.7.p.1.

Eadem quaſt. art.7. vide lib.3. cap.19.

Eadem quaſt.art.7. & quaſt. 28. art.1. vide lib.3.cap.13.p.1.& 2.

Eadem q. art.8. *Vide lib.5.cap.9.p.2.*

Eadem quaſt. art.9. & ad 2. vide lib.5. cap.12.

Eadem quaſt.art. 9. & 10. vide lib. 5. cap.11.

Eadem quaſt. art. 11. vide libr.5.cap.8.

Quaſt.16.art.1. vide lib.13.cap.5.p.2. & cap.6. p.2.

Quaſt.27.art.1. vide lib.2.cap.8. vſq. ad 10.& cap.17. vſque ad 21.

Eadem q. & art. & q.33. artic. 1. vide lib.2.cap.22. p.2.

Eadem q.& art.fin.& q.34.art.1, vide lib.2,cap.2.p.5.

Eadem q. art.2. vide libr. 2. cap.8.p.1.

Eadem quaſt. artic. 3. & q. 36. artic.4. vide lib.2.cap.7

Eadem quaſt.art.3.4. & q.36.art.1. & q.37. art.1. vide libr. 2. cap.13. & cap.16.

Quaſt.

Digitized by Google

Quaſt.27.art.4. vide libr.2.cap.17. cap.18.p.4.

Eadem quaſt.art.5. vide lib.2.cap.20. p.2.

Quaſt.28.art.1.& 2. vide lib.3.cap. 15.& 25.

Eadem quaſt.art.2.& quaſt.29.art.4. q.39.art.1. q.40.art.1. vide lib.3. cap.26.

Eadem q.art.4.& quaſt.30.art.1.& 2. vide lib.3.cap.22.& p.2.& cap. 34.p.2.

Quaſt.29.art.1.q.39.art.3.3.p.q.77. art.2. vide lib.4.cap.16.

Eadem q.art.1.& 3.p.q.92.art.2.& 3. vide lib.4.cap.45.p.2.

Eadem q. art.2.& ad 2. vide lib.4. cap.18.p.3.& cap.44.p.3.& 4.& cap.45.p.1.

Eadem quaſt.artic.3. vide libr.4.cap. 47.

Eadem quaſt.art.4. vide lib.4.cap. 65.

Quaſt.30.artic.1. vide libr.1.cap.16. & lib.4.cap.38.

Eadem quaſt.art.1.& 2. vide libr.4. cap.41.

Eadem q.art.2.& q.32.art.3.q.40.art. 2.c.& ad 2. vide lib.1.cap.40.

Quaſt.30.art.3. vide lib.1.cap.42. p.1.2.& 3.

Quaſt.31.artic.1.c.& ad 1.& 2. vide lib.5.cap.16.

Eadem q.art.1.& ad 3. vide libr.4. cap.36.

Quaſt.32.art.1.& q.39.art.7. vide lib.1.cap.12.p.1.

Eadem q.art.3. vide lib.4.cap.56.p.1. & 2.

Eadem q.art.5. vide lib.4.cap.53.p.1. & 2.

Quaſt.34.art.1. vide libr.2.cap.14. p.1.& 3.

Eadem q.art.3. vide lib.2.cap.49.

Quaſt.35.artic.1. vide lib.2.cap.18. p.2.

Quaſt.36.art.1. Vide lib.6.cap.1.p.2. & lib.4.cap.66.

Eadem quaſt.artic.2.& 3. Vide lib.2. cap.31.

Eadem quaſt.artic.2. Vide libr.2.cap. 43.

Eadem quaſt.artic.3. Vide libr.2.cap. 39.

Eadem quaſt.artic.4.c.& ad 1. Vide lib.2.cap.34.& 36.& cap.41.

Quaſt.37.art.1. Vide lib.2.cap.14.& lib.6.cap.2.p.1.

Eadem q.artic.2. vide lib.2.cap.46. & cap.48.p.1.& 2.

Quaſt.38.art.2. vide libr.6.cap.2. p.2.

Quaſt.39.art.2. Vide libr.5.cap.13. p.1.

Eadem quaſt.art.5.& ad argumenta. Vide lib.5.cap.24.

Eadem quaſt.art.8. Vide lib.6.cap.3. p.1.& 2.

Quaſt.40.art.2. Vide lib.2.cap.53. & lib.4.cap.51.54.55.& 61.

Eadem quaſt.artic.3. Vide libr.4.cap. 63.

Eadem quaſt.art.4. Vide lib.4.cap.59. p.1.& 2.& cap.64.

Quaſt.41.articul.2. Vide libr.2.cap. 57.

Eadem quaſt.art.3. Vide lib.2.cap.61. p.1.& 2.

Eadem quaſt.art.4. Vide lib.2.cap.24. p.1.& 2.

Eadem q.art.5. Vide lib.2.cap.26.p.1. 2.& 3.

Eadem q.art.6.& q.50.art.4.& q.75. art.7. Vide lib.4.cap.14.

Quaſt.42.art.1.2.& 6. Vide libr.3. cap.21.

Eadem q.art.3. Vide lib.2.cap.60. & 61.

Eadem q.art.5. Vide lib.5.cap.14.p.1. & 2.

Quaſt.43.artic.1. Vide lib.6.cap.5. p.1.

Eadem q.artic.1.2.4.maximè 8. Vide lib.6.cap.5.p.2.

Eadem q.art.2. Vide lib.2.cap.59.& lib.6.cap.8.

Eadem

Eadem quæſt. articul. 3. *vide libr.* 6. *cap.*7.
*Eadem quæſt. artic.*7. *maximè ad argumenta. vide lib.*6. *cap.*10.
*Quæſt.*50. *art.*5. *vide lib.*4. *cap.* 22. *p.*3.
*Quæſt.*54. *art.*3. *vide libr.* 4. *cap.* 23. *p.*4.
*Quæſt.*75. *art.*2. & 6. *vide libr.*4. *cap.* 22. *p.*2.
*Quæſt.*76. *per totam, maximè art.* 1. 2. & 3. *vide lib.*3. *cap.*6. *p.*1.

¶ Index ad 1. 2. & 3. p.

Ad 1.2. *quæſt.*31. *art.*5. *vide lib.*2. *cap.* 2. *p.* 2.
Ad 3. *p. q.*17. *art.*2. *corp. & ad* 1. *vide lib.*4. *cap.*26. *p.*3. & 4.
*Quæſt.*35. *art.*5. *vide libr.* 3. *cap.* 12. *p.* 1.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

OPERIS

DE GRATIA INCREATA, ET CREATA,

TOMVS PRIMVS

De Spiritu Sancto.

LIBER PRIMVS

De Deitate Spiritus Sancti.

CAPVT PRIMVM.

Procœmium.

SAPIENTIAM omnium antiquorum exquiret Sapiens, & in Prophetis vacabit, narrationem virorum nominatorum conſeruabit, & in verſutias parabolarum ſimul introibit, inquit Eccleſiaſticus. *Eccleſ. 39.*

2. Explicatur locus. Cùm enim in ſuperioribus, opificum exercitationem perelegantèr deſcripſiſſet, eorum qui operis ſuis, & ſibi victum quærunt, & reipublicæ vtilitatem afferunt: conuertens ſe ad ſapientiæ ſtudioſos, quorum eſt in cognitione veritatis vacatio, & otium lucubratio philoſophica; eis omnibus occupationis & officij quaſi materiam conſignans, antiqua iubet ſcripta euoluere, viros numine ſancto afflatos adire, diſputationes eorum, quos longa ætas commendat, apud ſe habere, eorumque dicta non obitèr conſiderare, ſed inſpicere penitùs, vt queat penetrare in reconditæ veritatis innolucra: ſic enim verſutias interpretamur quaſi argutias dicat, & obſcuras ſententias.

3. Quid ſit ſapientia. Eſt autem ſapientia rerum per principia prima cognitio, vt initio Metaphyſicæ proponitur; iſque ſapiens ſimplicitèr dicendus eſt, qui ad principia omnium prima ſe conuertit; vndè & Metaphyſica dicitur Philoſophia prima, & ſapientiæ nomen obtinet inter cæteras diſciplinas, quia earum principia ſpecialia ſuo ambitu præoccupat, & complectitur. Ad hæc reſpexit S. Thomas initio ſummæ Theologiæ q. 1. ar. 6. cũ Theologiam nomine ſapientiæ maximè compellat, eò quòd ſit deductio quædam à prima veritate mentes hominũ per gratiam illuſtrante; & ipſius Deitatis, quæ eſt rerum principium, indagatio. *S. Thom.*

Donum quoque Spiritus Sãcti, quod nomine Sapientiæ vſurpamus, eſt facultas iudicandi de rebus diuinis per cau-

Digitized by Google

Donum ſapiẽtiæ eſt circa practica.

ſas altiſsimas. Sed hæc appetentem animi partem excitat, & circa practica verſatur, quaſi Architectonica in operibus ſtudioſis, vt S. Thomas docet 2.2.q.43. artic. 3. reuocans diuerſam ſententiam, quam docuerat 1.2.q.68.ar.4.cum eam in ſola veritatis contemplatione verſari crediddiſſet. De quo munere Spiritus Sancti intelligendum eſt id, quod affert S.Thom.1.p.q.1.art.6. ex S. Dyoniſio. *Ierotheus doctus eſt non ſolùm ſciens, ſed & patiens diuina*. Quia ſolitus erat per hoc donum Sapientiæ, affectu in Deum excitari.

S. Thom.

S. Dyoniſ.

5\. Prima Philoſophia nó immeritò ſapientia dicitur.

Prętermiſſa ergo diſputatione de Sapientia, quæ eſt donum Dei, prima quidem Philoſophia, quæ eodem nomine Sapientiæ cenſetur, principijs vtitur cõmuniſsimis, atque adeò primis: nam ea quæ poſteriora ſunt diuidi oportet; priora autem coire, & ea eſſe ſimpliciter prima, quæ ſunt maximè communia. Sunt autem ea quoque, quæ communia dicuntur non ſolùm prima, ſed & remotiſsima à materia, quæ eſt propria ſingularium; commune autem, & ſingulare oppoſita. Ex quibus euenit, vt Metaphyſica inquiſitio difficilima iudicetur, eò quòd ſit rerum vniuerſalium à ſenſu, ac materia diſtantium.

Ob ſublimitatem ſubiecti, & difficultatẽ inueſtigandi.

6\.

Eapropter diſputatio metaphyſica non ſolùm antecellit cæteras diſciplinas, quaſi architectonica omnibus præeminens, ſed etiam ſapientiæ nomen habet propter difficultatem; maximè quâ ex parte Dei naturam contemplatur; Theologiaq; à Platone dicitur, hoc eſt ſermo de Deo: Ariſtoteles verò libros ſuos Metaphyſicos etiã inter auſcultatorios recenſuit, quos ſic appellatos eſſe, ait Albertus Magnus, quia in ea ſcientia diſcantur potiùs veritates auctoritate docentis, quàm demonſtrẽtur; quod diſciplinæ obſcuritatem ſatis commendat. Licet etiam negandum non ſit Metaphyſicas aſſertiones ſcitè ſæpiùs demonſtrari. Obtinet ergo ea ſcientia non ſolùm ex ſublimitate ſubiecti, ſed ex difficultate quoque inueſtigandi, non immeritò Sapientiæ nomen; dicimus enim eos maximè ſapientes, qui rerum abditarum notitia prælucent.

Plato

Ariſtoteles cur libros ſuos metaphyſicos inter auſcultatorios recenſuit?

Alb. Magn.

7\. Theologiæ obiectum.

Sed tamen Theologia noſtra, quæ ſacra doctrina, ſiue ſancta dicitur, ſolum Deum, diuinaq; conſiderat; de Deoque,

A & de rebus diuinis non quaſuis ſuſcipit quæſtiones, ſed eas duntaxat, quæ naturalis intelligentiæ conatum ſuperant. Quæcũque autem in Theologia ex principijs per lumen naturæ cognitis oſtenduntur, extranea ſunt, & ad explicationem rei Theologicæ allata aliundè. Conſiderandum eſt enim, quòd Deus Optimus, vt eſt rerum omnium principium, dicitur ens vniuerſaliſsimum; & à Philoſophis principium, & omnia: Conſentaneum enim eſt rationi, vt omnia præexiſtant in prima omnium cauſa, & origine; & conſequatur ens vniuerſaliſsimum, quod eſt natura Deitatis, vniuerſalitas operandi. Ita etiam

Occurritur obiectioni.

B neceſſe eſt, vt prima cauſa ſit ipſa prima veritas, cum verum ſequatur ens, & cognitio naturam; & vt ab ea veritate prima omnis diſciplina, & ſcientia decurrat; ſicùt omne, quod eſt, à Deo eſt, vt à primo quod eſt, ſeu à primo ente, vt aiunt.

8\. In intellectu creato nihil poteſt eſſe à naura inſitũ, ſeu naturalitèr, quod excedat modũ naturæ.

Sicut igitur Deitas in operatione ſua ſe ſe explicat, ita & ſui notitiam parit. Vnumquodque enim intelligitur ſecũdum quod eſt in intellectu; intellectus autem etiam Angelicus non poteſt habere aliquid à natura inſitum, quod ex-

C cedat modum naturæ: igitur Deus, qui infinitè diſtat à natura creata, non poteſt eſſe in intellectu creato etiam Angelico ſecundum id, quod eſt; ſed ſicut cauſa in effectu modo quodam definito; ergo non poteſt intellectus quicunque naturali facultate Deum capere; ſed cognoſcit Deum ex effectis duntaxat attingendo aliquid diuinum, & non quid eſt Deus. Eadẽ ratione probatur, quòd ex effectibus, eos duntaxat vis naturæ poteſt apprehendere, qui modum naturæ non excedunt: vndè miracula non ſunt naturalitèr nota, ſed per fidei præ-

D dicationem innoteſcunt; & ex ijs, quæ nota ſunt, aliorum poſsibilitas poterit forſan ratione inueſtigari.

9\. Theologica diſputatio, & cognitio duplex eſt, vtraque ſupernaturalis.

Sunt ergo in duplici genere Theologicæ diſputationes, vel enim verſantur circa diuinas origines internas, quæ ex effectibus non fiunt notæ, vt infrà oſtendemus; vel circa externas Dei operationes, quæ modum naturæ operantis tranſcendunt. Et vtroque modo cognoſcimus Deum, non prout eſt in nobis ad modum naturæ noſtræ, ſed prout eſt in ſe, ſiue vt per ſe ipſum innoteſcit.

Conſcen-

Digitized by Google

Conſcendimus enim ad notionem ſubſtantiæ ipſius Deitatis ſecundum quod eſt in ſe, ſcilicèt ſecundum quod in tribus perſonis exiſtit: vel ad eorum operum cognitionem, quæ omninò non apparent, ſed per colloquium, & illuſtrationem ipſius primæ cauſæ nobis elucent, vt quod Deus factus ſit homo, &c. Cuius operis poſsibilitas ratione naturali non poteſt oſtendi, ſed latet in ipſa potentia Dei operatrice, prout in ſe eſt, hoc eſt, prout excedit omnem creatam intelligentiam. Quod pulchrè admonet S.Hilar. lib.1. de Trinit. *Proficit enim mens vltra naturalis ſenſus intelligentiam; & plus de Deo quàm opinabatur, edocetur; Creatorem enim ſuum Deum ex Deo diſcit, &c.* Et ſubindè enumerat S.Hilar. myſteria fidei, quæ à Deo edocemur. (S.Hilar.)

10. (Theologia ſacra præcipua dicitur ſapientia inter ſcientias.) Ex quibus facilè intelligitur, quòd ſit noſtra Theologia inter ſcientias princeps ſapientia, tùm ob excellentiam ſubiecti, tùm propter rerum difficultatem; & quòd ſit quidam diuinus fœtus ex fide diuina, & humana ratione editus; ſuaque omnia principia petat à ſcientia beatorum, quæ eſt laus Theologiæ egregia; eò quòd prima veritas non in effectibus propoſita, ſed ſeſe ipſam aperiens & commoſtrans, ſit huius diſciplinæ initium, & origo. Vndè conſequutio firma eſt, vt *Sapientiam antiquorum exquirat Sapiens*, id eſt, ſapientiæ ſtudioſus: illa enim ſapientia hoc loco commendatur, quam ſacri Auctores literis ſacris mandarunt, Deo ipſos intùs alloquente, quod explicatiùs dicitur, *Et in Prophetis vacabit.* Eos enim oportet rerum in Deo occultarum habere præceptores, qui à Deo ipſo didicerunt.

11. Quia verò non omnia nobis ad doctrinam neceſſaria in ſacris literis traduntur; neque ſunt omnia in Concilijs, aut vſu Eccleſiæ præſcripta, conſentaneum eſt, vt antiquos quoque Patres, & amicos Dei, maximo in loco Theologia reponat: amicis enim ſuis nudè detegit Deus Optimus myſteria, & arcana diuina, iuxta illud Ioan. cap. 15. *Iam non dicam vos ſeruos, quia ſeruus neſcit quid faciat Dominus eius; vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audiui à Patre meo nota feci vobis.* Vndè & Apoſtolus 1. Corinth. 2. *Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum ſuum.* Sanctis ergo viris à Deo dilectis myſteria declarantur, quorum narrationes, commentaria, inquam, ſeu diſputationes, vir ſtudioſus poſt ſacras literas, & fidei dogmata in ſecundo loco habeat, conſultum eſt; & in argutias quæſtionum non ſine illis pedem inferat: hoc enim ſignificat qui ait, *In verſutias parabolarum ſimul introibit.* Simul, inquam, à Sanctorum Patrum comitatu nunquam diſcedens, iuxta modum loquendi Iſaiæ cap. 64. *Oculus non vidit Deus abſque te.* Hoc eſt, niſi te duce, & comite nullus agnouit. Quam etiam admonitionē accipimus à S. Dyoniſ. de diuinis nominibus cap. 2. qui cum cap. priori præcepiſſet ne auderemus de ſancta Deitate aliquid dicere, aut cogitare, niſi quod ſit à ſacris literis acceptum, idem repetens ſub illis verbis, *Ad diuinos ſplendores conuenit aſpicere, &c.* ſcilicet ad illuſtrationes diuinas per ſacras literas: ſubiungit autem ad hæc, *Ibi poſita Sanctorum cuſtodia cuſtodiri, & ab ipſa ad cuſtodiendum cuſtodientes ipſa confirmari.* Haud dubium eſt, quin Sanctos Patres cuſtodes ſacrorum eloquiorum diuinitùs planè nominet, qua nos cuſtodia cuſtodiri ait, & dùm ipſorum doctrinam cuſtodimus, ſeu obſeruamus ab ipſa cuſtodiri nos, & in veritate ſincera tutò ſeruari. Vndè illud 1. Timoth. c. 6. *O Timothee depoſitum cuſtodi, &c.* Et rurſùm 2. Timoth. cap. 1. *Bonum depoſitum cuſtodi, &c.*

(Ioan.15. — 1.Corint.2. — Iſaia.64. — S.Dyoniſ. — Patres ſunt cuſtodes ſanctæ ſcripturæ. — 1.Timot.6. — 2.Timot.1.12.)

Hoc igitur quod mihi maximè animo inſidet, initio ſcribendi teſtatum eſſe cupio, nihil me amplius curaturum, quàm vt à Patrum ſenſu, & à communi ſchola non diſcedam, memor illius aſſerti Conſtātinopolitanæ Synodi 6. quod huic operi præfixum relinquo, *Omnino neceſſe eſt non ſolum ſecundum ſenſum ſequi Sanctorum Patrum dogmata, ſed eiſdem vocibus vti ſimul cum illis, nihilque penitùs innouari.* (Conc.Conſtātinopolit.)

CAPVT II.

Proponitur ſubiectum operis.

1. (Deus ex nullo debito mundum cōdidit.) Conſiderandum verò eſt Deum nō condidiſſe mundanum opificium ex debito aliquo. Et in primis quod non illud condiderit ex debito iuſtitiæ eleganter oſtendit S.Thom. 2. contra gent. (S.Thom.)

 cap.

Probatur primò quoad debitũ iuſtitiæ.

cap. 18. is enim, qui ex debito iuſtitiæ operatur, non operatur propter ſe, ſed propter aliud; quod repugnat fini vltimo: & iterùm, præſupponit actionem alterius, cui debitum reddit; quod repugnat primo agenti: & adhùc, accepit aliquid ab alio; quod repugnat diuinæ dominationi, & immutabili naturæ; ergo quod Deus acceſſerit ex debito iuſtitiæ ad opus ipſum creationis eſt impoſsibile. Et iiſdem rationibus oſtenditur quòd neque ex debito gratitudinis; licet enim gratiarum redditio non ſit coacta debito iuſtitiæ, ſed liberalis & ingenua (quo diſcernitur à iuſtitiæ debito) & ex hac parte minus repugnet diuinæ excellentiæ; cæteris tamen partibus non eſt minor repugnantia, quòd id quod eſt ſimpliciter primum, primum opus ſuum ex debito gratitudinis aggrediatur.

Secundò quoad debitũ gratitudinis.

2. *Tertiò quoad debitum rationis.*

His autem eſt adijciendum, quòd neque ex debito rationis res temporarias Deus effecerit; nam debitum rationis trahitur ex lege aliqua, ſeu legibus, quibus ipſa ratio deuinciri oſtenditur. Vnde dirigi oportet rationem, quæ eſt legi obnoxia, & indè debitum contrahit: id autem quod eſt primum, eſt regula aliorum; ergo impoſsibile eſt, quod Deus, cum ſit prima regula, debito rationis teneatur, aut operetur ex debito.

3. *Quartò quoad debitum cõdecentiæ ex parte finis.*

Sed neque ex debito condecentiæ ex parte finis, aliqua neceſsitas Deum induxit ad opus creationis. Nam eo quòd eſt finis vltimus non potuit ad id induci propter aliud; & eo quòd ſibi nihil ex opere ſuo accreſcit, non potuit neque propter ſe moueri ex vtilitate aliqua. Quare ſi debitum ſignificet id, quod deeſt alteri, creatio rerum non erat debita diuinæ bonitati, etiam debito condecentiæ ex parte finis; quia etſi à creatione rerum abſtineret, ad id quod ſibi ipſi debitum erat, non minus faceret, gloriamvè ſuam, aut decus vllo pacto detereret, aut imminueret. Quæ omnia ex eo quòd Deus eſt primum rerũ principium, & finis vltimus, manifeſtè deducuntur.

4. *Philo.*

Doctè igitur Philo Iudæus Allegor. lib. 2. *Iuſtus*, inquit, *quærens rerum naturam, in hoc inuenit inuentum optimum, quòd gratia Dei ſint, quæ ſunt omnia; ſibi enim creando gratificatus eſt nihil, quando illi nihil inde accreſcit.*

A *Ideoque tantùm gratiam profundere proprium eſt ei. Quærentibus igitur principium creaturæ rectè reſpondebitur, bonitas, & gratia Dei, &c.* Gratiam autẽ Dei dicit, eo quòd non ex debito aliquo hæc omnia Deus effecerit. Quæ etiam eſt interpretatio Concilij Conſtantin. 6. actione 11. de animabus, & Angelis, vbi ait: *Non naturam re vera incorruptam, propriève immortalem habentes eſſentiam; ſed gratiam à Deo ſortiti ſunt, quæ immortalitatẽ largitur, &c.* Abſit enim vt in ſancta Synodo aſſeratur animos hominum, & Angelos corrumpi poſſe, aut interire; ſed duntaxat habere eos vitam Dei beneficio acceptam; B quod vocat Concilium gratiam, eo quòd Deus nullo debito impulſus ſit, vt vel animos noſtros, vel Angelos cœleſtes ex nihilo procrearet. Hac ergo gratia, qua creati ſunt, ſunt immortalem naturam conſequuti, vt ſemel creati nequeant interire. Videndus ſuper hac re S. Dyoniſ. libr. de diuinis nominibus cap. 6. & S. Auguſt. lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 26. vbi refert, atque exponit congruentèr locũ Platonis in Timæo pag. 480. vbi inducit Deum animas, & Angelos alloquentem.

Creatio gratia quædam dicitur. *Conc. Conſt.* *S. Dyoniſ.* *S. Aug.* *Plato.*

5. *In omnibus effectibus Dei eſt debitũ naturalis iuſtitiæ, ſi inter ſe & cũ Deo cõferantur.* *S. Thom.*

At verò ſi res ipſas effectas inter ſe C conferamus, debitum naturalis iuſtitiæ in illis oportet concedere, cum S. Thoma 2. contra gent. cap. 29. Habent enim inter ſe neceſſariam coniunctionẽ propter ordinem, tum ex parte finis, ad quem media ſunt conſignanda apta, & neceſſaria; tum ex ordine principiorum, vel eſſentialium in compoſitione materiali, quæ ſunt materia, & forma; vel actiuorum ad quæ actio ex neceſsitate conſequitur. Et ita ex parte rerum creatarum nullum opus Dei iuſtitia vacat, iuxta illud Sapientię 11. *Omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti.* D Quæ abſque dubio ad iuſtitiam naturalem, de qua ſermonem facimus, referuntur. Sed ſecundum hanc neceſsitatem naturalis iuſtitiæ (vt vtar verbis Sancti Thomæ eo loco) *Deus debitor dici non poteſt, ſed magis in creaturam debitum neceſsitatis cadit.* Hæc ille. Superſedemus autem ab illa controuerſia, An Deus ſe ſe debitorem ex fide data conſtituat iuſtis bene erga ſe merentibus? Quod alio loco erit inueſtigandum.

Sapient. 11.

Hoc modo Deus dici non poteſt debitor *S. Thom.*

Euici-

Digitized by Google

6\. Euicimus igitur nullam eſſe in Deo rationem, vndè ipſe debitum contrahat; nihil autem eſſe in operibus eius extra debiti rationem, ſi rerum effectarum ordinem conferamus. In omnibus enim iuſtitia naturalis præſtatur, dùm ad fines naturæ ſuæ congruos res quæque per actiones, & formas aptas dirigitur. Enimverò etſi Deus ijs, quæ ſunt naturæ rerum neceſſaria, adijciat plura ornamenta naturæ, hæc tamen ad iuſtitiam naturalem conducunt; quia debita ſunt naturæ, dùm ordinem naturalis finis non excedunt, & ſunt neceſſaria ſimpliciter non vt res ipſæ ſint, ſed vt (id quod naturam decet) meliores ſint.

Etiam ornamẽta naturę ipſi ſunt debita, vt res meliores ſint.

7\. At verò mentes rationales deſignauit Deus, pro bonitate ſua, in finem natura ſublimiorem, vt eſſent Deitatis participes; & ad eum finem efficientia principia animis indidit, mediaque ſupra naturam, & fini excellenti idonea aptauit. Quod totum opus cum naturam excedat, non poteſt ex debito iuſtitiæ nominari, ſed nomine gratiæ in ſacro eloquio eleganter nuncupatur. Eaq; eſt præſentis operis materia, adæquatumque ſubiectum, extenſo nomine gratiæ ad increatam, & creatam, vt explicabimus.

Ordinatio in finẽ ſupernaturalem non eſt ex debito iuſtitiæ naturalis.

Subiectum adæquatum præſentis operis aſsignatur.

8\. Hoc tamen nomine non quoduis beneficium diuinum complectimur, ſicut retulimus quoſdam vocaſſe gratiã opus creationis, eo quod Deus artifex ab omni ratione debiti ſolutus, & liber naturas rerum effecerit. Sed ea ſola Dei beneficia, quæ naturam excedunt, & in quibus iuſtitia naturalis non cernitur, gratiæ nomine cum Theologis nuncupamus.

Quid nomine gratiæ in hoc opere ſignificetur.

9\. Oportet autem per tranſennam meminiſſe Pelagianæ hæreſis, aiebat enim Pelagius hominem quidem ſalutem æternam conſequi per gratiam Chriſti. Sed veræ ſententiæ doloſus interpres gratiam Chriſti ipſam naturam liberi arbitrij appellabat; quia, vt paulò anteà dicebamus, creatio quoque gratia quædam eſt, quia non eſt ex meritis. At verò Eccleſia Chriſti prædicat gratiam nõ ſolùm quæ merita nulla ſequatur, ſed quæ naturam ſubuehat ad eas operationes, aut ad ea dona, quæ ſunt ſupra naturam; gratia verò creationis non ſufficit ad ſalutem æternam obtinendam. De qua re multa diſputat Sanctus Au-

Pelagiana hęreſis.

Creatio quo ſenſu gratia dicatur.

A guſtinus doctiſsimè ſuis libris contra Pelagium; & Epiſtola 195. ad Innocentium Papam hanc gratiam expoſtulat à Pelagio, *Quæ*, inquit, *non eſt natura, ſed qua ſaluatur natura.* Et inferiùs. *Etſi enim quadam non improbanda ratione dicitur gratia Dei, qua creati ſumus, vt nonnihil eſſemus.* Et iterùm. *Vndè meritò & iſta gratia dici poteſt, quia non præcedentium aliquorum operum meritis, ſed gratuita Dei bonitate donata eſt; alia eſt tamen, qua prædeſtinati vocamur, iuſtificamur, glorificamur, vt dicere poſsimus, ſi Deus pro nobis, quis cõtra nos?* Sed de his Tomo 2. & 3. multa ſunt nobis differẽda. Hæc igitur gra-
B tia Chriſti eſt, quæ naturam promouet, atque eleuat ad diuina.

S. Aug.

CAPVT III.

Subiectum operis commendatur.

1\. Gratia ſupra naturam.

QVod gratia excedat naturam, ab eo fine accipiendum eſt ad quem per gratiam euehimur, vt diuinæ fœlicitatis, qua Deus fruitur, compotes ſimus, iuxta illud primæ Ioan. 3. *Nondum apparuit quid erimus, ſcimus autem quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus.* Vndè rectè S. Auguſtinus lib. 19. de Ci-
C uitate Dei cap. 25. *Sicut non eſt à carne, ſed ſuper carnem, quod carnem facit viuere; ſic non eſt ab homine, ſed ſuper hominem, quod hominem facit beatè viuere.* Et cap. 26. ſubdit. *Vt vita carnis anima eſt, ita vita beata hominis Deus eſt.* A qua tamen ſimilitudine aliquatenus declinandum eſt, ne in anima capacitatem naturalem gratiæ, ſicut eſt animæ in carne ipſa, fingamus: ſed ſicut non educitur anima rationalis ex potentia materię, ita neque gratia ex natura educitur; quia ſupra naturam eſt. Hoc autem eſt diſcrimen, quòd in materia pri-
D ma, ſeu in corpore eſt naturalis capacitas, & potentia naturalis paſsiua, vt recipiat animam rationalem; in anima verò non eſt naturalis potentia paſsiua ad recipiendam gratiam, quæ eſt ſupra naturam. Cum igitur media cum ipſo fine collationem habeant, & ordinem, impoſsibile eſt ad eum finem, qui eſt ſupra naturam, per opera naturæ peruenire. De quibus ſigillatim ſuis in locis erit nobis longiùs diſputandum.

1\. Ioan. 3.

S. Aug.

Explicatur S. Auguſt.

Digitized by Google

2. Dignitas gratiæ Dei. 1. Cor. 2. Quòd ſi oportet hoc loco ſubiecti excellentiam, dignitatemque demonſtrare, ſatis nobis eſſe poterit illud Pauli 1. Corinth. 2. *Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcẽdit, &c.* Vbi non ſolum loquitur de fœlicitate æterna, ſed de ijs etiam diuinis muneribus, quibus ornamur, dum viuimus, vt digni ſimus, qui cum Deo ambulemus ad ſuperna ipſius hæreditaria bona gradum facientes. Et ibidem. *Non Spiritum huius mundi accepimus, ſed Spiritum, qui ex Deo eſt, vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis.* Loquitur ergo de ijs bonis, quæ iam acceperat, quorũ bonitatem, & decus non niſi per Spiritum Dei poſſe ſciri affirmat, ne dicam explicari. Dona gratiæ etiam viatoribus collata non niſi per Spiritum Dei ſciri poſſunt.

3. S. Thom. S. Aug. At verò S. Thom. 1. 2. q. 113. art. 9. gratiam vnius hominis præponit molitioni huius mũdani opificij, cum S. Auguſtino in Ioan. cap. 14. Excedit enim gratia vnius hominis totam ſimul creatam naturam, perfectione, & nobilitate: gratia enim eſt quoddam Deitatis conſortium iuxta verbum Petri Apoſtoli epiſtola 2. cap. 1. *Vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ.* Nam cætera diuina opera vmbram quandam Deitatis ſubobſcurè imitantur. Quod ſi quæ ſunt, quæ in analogia intelligentiæ conueniunt, non ſolùm communiſsime, vt ſubſtãtia, relatio; ſed in quadam notione ſpeciali, vt intellectus, ſapientia, &c. per ea tamen nihil eſt nobis cum Deo, vt eſt in ſe ipſo, commune: quia id quod eſt Deus neque attingere intelligentia, neque affectu amplecti poteſt natura creata. Vtrumque autẽ conceditur nobis per gratiam, quæ eſt noſtrum cum Deo conſortium. Vnde rectè Tertul. in Apolog. cap. 11. Deum Deificũ cõpellat, quia Deus ſanè nos efficit ad ſe ipſum prout in ſe eſt aduocans, ac pertrahens fœliciſsimè. Gratia vnius hominis totã ſimul creatã naturã nobilitate, & perfectione excedit. 2. Petr. 1. Tertul.

4. Neceſſaria nobis gratia Dei. 2. Cor. 3. Ad hunc autem finem præclariſsimũ quam nobis ſit neceſſaria Dei gratia, ſonat vbique Eccleſia Dei. Et Paulus 2. Corinth. 3. *Non quòd ſufficientes ſimus cogitare aliquid ex nobis quaſi ex nobis.* Quòd neque cogitare quid poſſumus Deo dignum, niſi ex gratia ipſius. Quod ſi vel eloqui nequimus, quam fruſtrà ſine gratia Dei maiora conabimur? Pulchrè S. Bernard. cum in illa verba commentaretur Cantic. 8. *Innixa ſuper di-* S. Bern.

A *lectum*, ſerm. 85. inquit, *fruſtra nititur, niſi innititur.* Quia vanus, & inutilis conatus omnis eſt, niſi gratiam connitentem habeamus, ſeu Dei cõnitamur præſidio. Noſtra ergo opera gratia ipſa præuenire dicitur, concomitari, & ſubſequi; vt quoduis opus noſtrum ad beatum finem nos conducens, gratiæ diuinæ omni ex parte deferatur. Quamobrem noua creatura etiam hac ratione vir fidelis aptè dicitur 2. Corint. 5. & ad Galat. 6. quia totum eſt nouum in homine, & nouæ cuiuſdã creationis, vt verbis vtar Pauli Hebr. 9. quod eſt ſcilicet ſupra hominis ipſius naturã. Et oportet ideò B nos naſci denuò, vt ait Chriſtus Dominus Ioan. cap. 3. ſeu iterum cõſeri, quod per Ezechiel. cap. 36. prædixerat. *Quia ecce ego ad vos, & arabimini, & accipietis ſementem, & multiplicabo in vobis homines.* Scilicet vt fiat noua hominum ſeges ad æternam fœlicitatem renata. Qua ratione vir fidelis noua creatura dicatur. 2. Cor. 5. Ad Gal. 6. He br. 9. Ioan. 3. Ezechiel. 36.

Iam verò humano generi perdito quantum gratiæ Deus Optimus conferat, à morte ad vitam reuocans, & vindicans à ſeruitute peccati in libertatem ſpiritus, in hæreditatem cœleſtem, quis queat explicare? De hac Dei gratia, inquit S. Ambroſ. in epiſtol. ad Roman. C cap. 11. *Duplex ergo gratia eſt, quia hoc competit Deo, quia abundat miſericordia, vt requirat quos gratis curet.* Nam ſatis, ſuperque gratiæ erat, ſi ij omnes, qui Deum vt medicũ inquirerent, morbum inſanabilem pellerent. Sed eſt duplex gratia, quòd ipſe medicus inquirit, quos ſanet. 5. S. Ambr. Diuina gratia, & miſericordia ſuperabundat.

Sed quòd gratia Dei ad Theologicam diſputationem pertineat, nulli dubium eſſe poteſt; opera enim gratiæ ex ijs maximè ſunt, quæ omnipotentiam Dei requirunt, ita vt ſola fides diuina poſſibilia eſſe oſtendat: imò cætera quidem diuina effecta mirabilia excedunt D rerum naturam, quoad modum operandi duntaxat, vt quòd ſubitò fiant quibus erat à natura longiùs tempus præfixum; quòd impediatur actio naturalis; quòd redeat priuatio ad habitũ; ita accidunt miracula dum in momento ægritudines pelluntur; dum ignis virtutis ſuæ oblitus appoſita nõ comburit; dum cæci aſpectum recipiunt, & mortui vitam. At verò quæ gratiæ opera ſunt, adijciuntur naturis rerum, & modum exi- 6. Supernaturalia quoad modum operandi. Supernaturalia quoad entitatem.

ſtendi

Digitized by Google

Potentia paſſiua naturalis nõ datur ad formas ſupernaturales.

A ſtendi immutant; dona enim gratiæ ſunt formæ mentibus noſtris additæ abſque naturali capacitate, hoc eſt, abſque potentia paſsiua naturali, quia nullũ agens naturale poteſt talia opera efficere: vbi autem non eſt potentia naturalis actiua, impoſsibile eſt ineſſe naturæ paſsiuam. Eſt tamen in natura rationali capacitas, hoc eſt, non eſt repugnantia; nec enim aliquid obſtat quin poſsit animus humanus à Deo Optimo diuinis ornari muneribus. Quod etiam humanitas in perſona diuina exiſtat, eſt nouus modus exiſtentiæ ad gratiam ſummam attinens; & gratiæ quoque referẽdum eſt, quod quantitas in Sacramento ſine ſubiecto exiſtat, vt contineat Corpus Chriſti pro alimonia animorum.

Non repugnantia cõceditur.

7\. Diſputatio de gratia totam ferè cõtinet Theologiæ amplitudinem.

7\. Hæc autem per gratiam effecta, ſi ad principia prima reuoces, diſputatio de gratia totam ferè continebit Theologiæ amplitudinem. Agendum enim erit de prædeſtinatione Dei, quæ eſt gratiæ fontana origo; tum de tribus gradibus gratiæ, ſcilicèt de inchoata, qua dũ viuimus, præditi ſumus; de conſummata, quæ eſt fælicitatis conſequutio: & de gratia vnionis. Neque ab hac differendi ratione myſterium Trinitatis poteſt eſſe alienum, cum nihil ſit cum operibus gratiæ coniunctius. Hæc eſt igitur materia, hoc ſubiectum operis, quod Deo auſpicante aggredimur.

CAPVT IIII.

Nomen gratiæ æquiuocum eſt.

1\. Gratiæ nomen æquiuocum eſt apud Latinos.

Prima ſignificatio.

1\. POſtulat ratio diſciplinæ, vt in ipſo differendi exordio, nominis gratiæ æquiuocationem reijciamus. Eſt autem nomen gratiæ ambiguum, cuius tamen ſignificationes omnes crediderim à prima quadam deriuari, vt gratiam pro beneuolentia, vel amicitia accipiamus; gratum enim etiam id, quod placet, dicitur; & ideo quæ amamus dicimus grata nobis eſſe ſiue accepta; quæ eſt interpretatio Tulliana ſatis frequens; & apud eundem Tullium Ciceronem dicuntur gratiam inire, qui in beneuolentiam veniũt alicuius; ita vt vtrumque nomen, gratia, & gratum, in hac ſignificatione minimè diſsideat. Vnde nomen gratiæ pro cauſa finali accipitur, cum dicimus nos aliquid facere gratia alicuius rei, ſeu in gratia cuiuſpiam; hoc eſt, propter aliquem finem, ſeu propter quempiam, quem diligimus: id enim, quod diligimus, eſt ipſius voluntatis finis. Exinde videtur nomen hoc, gratia, dilatatum ad ſignificãdum quoque gratuitũ beneficium propter beneuolentiæ, & beneficij affinitatem. Quam nominis intelligẽtiam apud Ciceronem etiam inuenies. Beneficij verò redditionem ſæpius gratiam vocari. Quæ ſignificatio eſt vſitatiſsima. Vnde gratia pro gratitudine, & is gratus appellatur, qui eſt beneficij memor. Deinde fauorem gratia ſignificat, & dicitur quiſpiam venari gratiam popularem, & is gratioſus, cui fauẽt alij. B Denique gratiam facere iniuriæ, eſt remittere; quia ſine compẽſatione debiti, ſed gratis fit; iuxta illud Plauti. *Iuriſiurandi volo gratiam facias*, id eſt exſoluas me ab obligatione iuriſiurandi, quo tibi ſum aſtrictus. Iuxta quam ſignificationem aduerbium, gratìs, deducimus, ſeu gratuitò, hoc eſt, non ex debito: nam & beneficium gratuitum, & veniam gratuitam ſolemus dicere.

Secund. Tert. Quart. Quint. *Plautus.*

Similitèr æquiuocum in ſacris literis. Prima ſignificatio.

Eaſdem nominis notiones in ſacris eloquijs facilè reperies; in primis gratiam pro dignitate diuinę amicitię, qua ſumus Deo accepti, C in Epiſtolis Pauli frequenter, vt initio 3. tomi explicabimus. Pro beneuolentia verò ſæpe ſæpius in veteri pagina. *Si inueni gratiam*, hoc eſt, ſi mihi bene vis. Et id etiam quod eſt conſequens, vt beneficium gratuitum hoc nomen enunciet. Imò & ipſum habitum, ſeu propenſionẽ ad beneficia effundenda nomine gratiæ legimus. In quo ſenſu videtur accipi Sapient. 4. *Gratia Dei, & miſericordia eſt in Sanctos eius, & reſpectus in electos illius.* Pro ipſo verò beneficio ſæpius, Eccleſiaſtici 40. *Gratia ſicut Paradiſus in benedictionibus.* Id eſt eleemoſyna, & D beneficia ex charitate profecta, vt hortus amenißimus vberes fructus faciẽs. Et 2. Corinth. 8. *Vt in hac gratia abundetis.* In largitione eleemoſynarum. Vnde ſyncathegorema, gratìs, ſeu gratuitò, iuxta illud Geneſ. 29. *Num quia frater meus es, gratis ſeruies mihi?* At verò pro beneficij, vel officij redditione, ſeu gratitudine vſurpatur Eccleſiaſtici. 3. *Eleemoſyna reſiſtit peccatis, & Deus proſpector eſt eius, qui reddit gratiam.* Vbi ſatis diuina gratitudo noſtro loquendi modo explicatur; dicitur enim Deus

Secunda. *Sapient.* 4. *Eccleſiaſt.* 40. *2. Cor. 8.* *Gen. 29.* Tertia. *Eccleſ. 3.*

Digitized by Google

Quarta acceptio propria ſcripturæ pro venuſtate, & ſpecie. *Prou. 31.* Item, pro ſermonis lepore, & efficacia. *Eccl. 21.* *Pſal. 44.* In nouo teſtamento nomen, gratia, nouę ſignificationis.

gratiam reddere. Eſt verò nominis ſignificatio non inconcinna in ſacris literis, quam apud prophanos non reperio, vt gratia pro venuſtate, ſeu ſpecie accipiatur; eò quòd maximè grata hæc ſunt, & placent, vt illud Prouerb. 31. *Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo.* Et ſermonis lepor, atque efficacia, gratia quoque dicitur Eccleſiaſtici. 21. *In labijs ſenſati inuenietur gratia.* Id eſt, lepor iuxta aliam translationem. Et illud Pſalm. 44. *Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.* At verò in nouo teſtamento ob eam ſignificationem eſt nouum nomen, vt beneficia, ac dona, quę ſunt ſupra naturam importet: nam cum gratia ſit facta per Ieſum, etiam nomen eſt innouatum; ſolet enim Deus Optimus nomina mutare cū mutatione rerum. Cuius veritatis probationem non eſt præſentis inſtituti ex ſacris literis afferre. Nomen igitur, gratia, quod in hoc opere vſurpamus, Dei beneficia in nos gratis impenſa quoquo modo ſignificat; ea, inquam, quæ ad ipſum finem ſupra naturā nos prouehant, vt anteà explicauimus. Et in tota amplitudine huius ſignificationis nomen gratiæ modò accipimus.

CAPVT V.

Partitio eorum, quæ ſub nomine gratiæ ſunt tractanda.

1. Gratia increata Deus dicitur. Primò, id eſt, autor gratiæ.

VT ea, quæ à nobis ſunt tractanda, in partes diſtribuamus, attendendum eſt, quòd gratia increata Deus dicitur ob cauſas tres. Primùm, quia conſuetum eſt tum in literis ſacris, tum in omni Philoſophorum vſu, nomen cauſæ cum effectu communicare, vt cauſæ nomen effectui tribuamus, & nonnunquam nomen effectus aſcribamus etiam cauſæ. Et ideò Deus dicitur à Theologis gratia increata, id eſt Autor gratiæ, non quod Deus ſit gratia animis noſtris inhærens; ſed gratia dicitur, hoc eſt Autor gratiæ nobis inhærentis.

2. Secundò propriè. i. dilectio increata erga nos. *S. Thom.*

Deindè verò, ſi gratiam accipiamus pro beneuolentia, dicitur Deus gratia increata eloquutione propria, id eſt, dilectio increata, qua nos Deus diligit. Sanctus igitur Thom. ſcholę Theologorum facilè princeps 1.2.q.110.ar.1. aduertit gratiam etiam apud homines pro beneuolentia, ſeu dilectione vſurpari:

A vnde affirmat quod ipſa æterna Dei dilectio, qua nos diligit, gratia rectè dicatur, haud dubiè quin ea ſit gratia increata. Idem aſſeuerat 3.p.q.2.ar.10. & per eam gratiam effectam fuiſſe in Chriſto hypoſthaticam vnionem, ſcilicèt per effectricem voluntatem, ſeu dilectionem Dei, quæ eſt gratia increata. Idemque docuerat in 3.d.13.q.3.ar.1. adhærens Magiſtro Sent. quem eò loco refert. Et idem docet in 2.d.28. art.1. ad 1. & adhuc in 3.d.2.q.2.ar.2. *Magiſt.*

Sed obſeruandum eſt, quod in ea ſignificatione, qua gratia beneuolentiam indicat, coarctatur nomen; quia licet 3.
B vtraque pars, ſcilicèt gratia increata, & creata ſub hoc nomine gratiæ propria eloquutione contineatur, quia vtraque dicitur propriè beneuolentia: erit tamē huic operi inadæquatum ſubiectum, cū de pluribus ſit differendum, quam vt poſſint hoc beneuolentiæ nomine contineri. Quare quia non proponimus in præſens ſubiectū ſcientiæ, de quo oportet affectiones demonſtrari, ac proindè illud oportet eſſe nomine, & ratione vnum; ſub alia ſignificatione nomen gratiæ vſurpamus ampliori notione, vt donum gratuitum intelligamus, quod ſtatim explicandum eſt. Quo pacto hoc no-
C mine doni Deum, diuinaq; munera cōplectimur: eòque verba S. Thomæ poſſunt facilè trahi, aut ſaltem congruentèr aptari.

4. Tertiò, id eſt, increatū donum.

Eſt ergo tertia cauſa, quòd Deus vocetur gratia increata, id eſt, increatum donum, & hic erit nobis aptior loquendi modus, vt Deus dicatur gratia, quia ſeipſum dat. De qua re libr. 6. diſſeremus. Vndè & donum Deitatis dicitur. Non tamen liceret Deitatem appellare beneficium, quia eſt donū; videtur enim beneficium à benefaciendo trahi: Deus
D autem non eſt in eo ſenſu beneficium, ſed ſimpliciùs dicitur donum. Quod ſi à nomine gratiæ cogitatione ſepares beneficij rationem, meritò vocabis Deum gratiam, non ſolùm vt gratiæ effectorē, ſed vt donum ipſum, quod ſe donat. Et ſecundùm hanc nominis interpretationem videtur à viris doctis hoc nomen inuentum, vt Deum dicerent gratiam, hoc eſt, increatum donum. Huic nominis ſignificationi arridet Magiſter in 2. Sent. d. 26. dùm diuidit gratiam per increatam, quæ dat gratiam, & creatam, *Magiſt.*

Non licet Deitatem appellare beneficium.

quæ

quæ eſt gratia data. Cõuenit autem no-
A
men non parum accommodè tum Dei Filio, tum Spiritui Sancto; cum vnus, & alter datus ſit nobis à Patre æterno. Et Filius quidem iuxta illud Iſaiæ 9. *Filius datus eſt nobis.* Sed tamen eſt datus Filius in tẽpore, & inde eſt gratia vnionis, quę iuſtum volumen exigit. At verò Spiritus Sanctus eſt æternum donum, vt in hoc volumine lib. 6. docendũ eſt.

Filius, & Spiritus Sanctus gratia increata dicuntur.

Iſaia. 9.

Quare in ipſum Spiritum Sanctum maximè conuenit nomen gratiæ increatæ, quod explicat diſertè Alexand. Alenſ. 3. p. q. 69. memb. 1. art. 1. vbi ſic ait. *Donum quoddam eſt creatum, quoddam increatum; & donum quidem increatum eſt ipſe amor diuinus, quo Deus nos amat* B *formaliter, vel eſt Spiritus Sanctus, qui procedit per modum amoris à Patre, & Filio.* Et ibidem explicat donum hoc eſſe gratis datum, ęternum tamen intra Deum eſſentialiter manens. Legendus verò eſt vir doctiſsimus Gaſpar Caſalius Epiſcopus Leirienſis in opere de quadripartita Iuſtitia lib. 1. cap. 4.

Maximè Spiritus Sanctus.

Alenſis.

Gaſpar Caſalius.

5. Eidem nominis intelligentię non deeſt quoque Patrum autoritas. S. Gregor. Naz. cui inter Patres Theologo nomen eſt, de diuinitate ad Euagrium. *Pater, inquit, Seruatoris, prima illa vitæ cauſa, & ſtirps immortalitatis, ille ſempiternæ vitæ fons, biſlua quadam, & biſida* C *Filij, & Spiritus Sãcti intellectuali ad nos miſſa gratia, nec ipſe eſſentiam ſuam quicquam læſit; nec enim ob illorum ad nos aduentum imminutionem vllam ſubijt, & hi ad nos vſque proceſſerunt, nec tamen à Patre vllo modo ſeparantur.* Quo in loco apertè, & Filium, & Spiritum Sanctum vocat gratiam biſidam ad nos miſſam: nam aliàs gratia data per vtrumque non biſida eſt, ſeu diſtincta, ſed vna, & eadem. Et S. Ambroſ. lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 19. inquit in illud Ioan. 4. fiet in eo fons aquæ viuæ. *Siue* D *Patrem quis hoc loco, ſiue Filium intelligat fontem, fontem vtiq; intelligimus non aquæ iſtius, quæ creata eſt, ſed diuinæ illius gratiæ, hoc eſt, Spiritus Sancti; ipſe enim eſt aqua viua. Propterea Dominus dicit, ſi ſcires donum Dei.* Vbi nõ obſcurè per aquam interpretatur gratiam, nõ tamen gratiã factam, ſeu creatam: Sanè Spiritum Sanctum intelligit, qui eſt gratia increata; cuius aquæ fontem, ideſt, principium, Patrem, & Filium

Nazian zen.

S. Ambr.

aſſerit. Et cap. ſequenti elegantèr de ea aqua, ſeu potiùs flumine gratiæ plura proſequitur. Et libro eodem cap. 5. Spiritum Sanctum nuncupat gratiam ſpiritualẽ nobis datam, & refert Matthæum, & Lucam, alium ſcripſiſſe, dabit bona; alium, dabit Spritum; quia ipſe ſpiritus eſt bonũ datum. S. etiam Cyrillus Hieroſoly. Catecheſi 16. nomine aquę ſalientis intelligit Spiritum Sanctum. *Quia (inquit) aqua in diuerſis ſpeciebus diuerſa, & in omnibus fit omnia, & cuiuſcunq; naturæ ſe adiunxerit, illi fit incrementum; ſic & Spiritus Sãctus cum ſit vnus diuidit gratiam prout vult.* Et ibidem vocat Spiritum Sanctum magnum, & omnipotens, & admirandum chariſma: quas ob cauſas, & nos dicimus Spiritum Sanctum increatam gratiam. Similiter etiam Marius Victor. libr. 1. aduerſus Arium, flumina Spiritum Sanctum, vẽtrem autem de quo deriuantur Chriſtũ Dominum interpretatur.

Notandum.

S. Cyril. Hieroſol.

Marius Victor.

Præter ea verò, quę dicta ſunt, eſt adhuc cogitandum quod nomen gratię increatæ ſecundum quod Deitati aſcribitur, ad plura diuina attributa poteſt referri, eo quòd Deus pluribus nominibus eſt Autor gratiæ. Bonitas enim diuina poteſt dici gratia increata ex parte finis. quia Deus propter ſuam bonitatẽ, quæ eſt obiectum diuinæ voluntatis adęquatum, voluit nos ſaluos fieri. Ipſa voluntas propter electionẽ, quia Deus non ex neceſsitate, ſed liberè agit, diciturquoq; gratia increata, vt cum S. Thom. oſtendimus. Et eodẽ nomine cenſenda eſt diuina prædeſtinatio ipſo Auctore in 3. Sent. d. 13. q. 3. art. 1. quia eſt ordo per quem dirigimur in vitam æternam.

6. Ad plura diuina attributa gratię increatę nomen referri poteſt.

S. Thom.

Similitèr quia opus omne diuinũ eſt tribus perſonis diuinis commune, non ſeiũgitur ab hoc nomine indiuidua Trinitas, vt vtar verbis S. Ambr. 1. Cor. 2. *Ne gratia, & donum diuiſum ſit per perſonas Patris, & Filij, & Spiritus Sãcti, ſed indiſcretè vnitatis, & naturæ trium vnum opus intelligatur, vt ad vnum omnem gloriam redigat, & diuinitatem.* Nam in ipſo opere ſalutis, quam per Chriſti Domini merita conſequimur, nõ maioris debiti ſummam à Chriſto ipſo, quã à Patre, & Spiritu eius, qui ſine meritis eandem nobis ſalutem attulerunt, contrahimus, vt ſuo loco 4. tom. docebimus: Sed æqua erga tres perſonas, eademque

7. Non ſeiũgitur ab illo indiuidua Trinitas.

S. Ambr.

demque debiti mēſura à nobis exigitur. Quod & Apoſtolus ſignificauit, cum ſingulis perſonis gratiæ munera accepta refert, dicens 2. Corinth. 13. *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei, & communicatio Sancti Spiritus ſit cum omnibus vobis Amen.* Sicut ergo eſt gratia commune opus Trinitatis, ita & Trinitas tota gratia increata meritò nuncupāda eſt. Hoc tamen nihil obſtat, quin Spiritus Sanctus per quandam accōmodationem, vt Theologi aiunt, gratiæ increatæ nomen ſibi ſigillatim vendicet, in quem opus ipſum ſalutis ſæpiùs in ſacris literis reuocatur; maximè verò nomen gratiæ in Spiritum Sanctum conuenit, quia donum eſt, vt ex ijs quę diximus probè eſt oſtenſum.

2. Corint. 13

Sp̄s Sanctus per quandam accommodationem illud ſibi ſigillatim vendicat.

8\. Gratia increata duplex.

Partimur ergo nomen gratiæ in partes quatuor; nam gratiam increatam duplicem dicimus, alteram Spiritum Sanctum, vt eſt opifex gratiæ, ſeu ipſum donum gratiæ; alteram voluntatem diuinā, ſeu prædeſtinationem, quatenùs eſt gratiæ fons, & origo, à quibus duabus partibus duos Tomos inſcribimus, primum de Spiritu Sācto, ſecundum de voluntate Dei; in quo etiam de ſcientia, prouidentia, & alijs connexis diſputabimus, & concordiam liberi arbitrij cū ijs iuxta Patres, & antiquos Theologos diligentiſsimè, omniq; ſtudio tractabimus.

9\. Gratia creata duplex.

At verò diſputationē de gratia creata diſtinguimus quoque in partes duas. Priori volumine, quod de gratia inhærēte inſcribimus complexi longiſsimam diſputationem de ipſa gratia, qua Deo accepti reddimur; doniſque gratuitis homini collatis, & ante lapſum Adæ, & poſt lapſum; de gratia Angelis infuſa, & merito; de excellentia Deiparæ Virginis; & de gratia conſummata, hoc eſt, de viſione beatorum; vt ſemper ad maiora accreſcat oratio, & ab imperfectis ad ea quæ ſunt perfectiora. Vltima verò parte operis, hoc eſt, in quarto volumine de gratia vnionis agendum erit; quod idē eſt agere de Incarnationis myſterio: quē tractatum ad quæſtiones aliquas de Euchariſtia dilatabimus; quia Sacramentū hoc eſt quędam Incarnationis dilatatio. Nam quòd corpus Chriſti coniunctum ſit cum quantitate panis, eſt gratia nobis collata, & eſt cibus gratiæ, & dicitur Euchariſtia, id eſt, bona gratia. Itaque iſtam vnionem, ſeu coniunctionem cor-

Euchariſtia incarnationis quædam dilatatio eſt, & gratia.

A poris Chriſti cum quātitate panis, quaſi mutuato nomine dicamus ſecundo loco gratiam vnionis in eo ſenſu, non quòd ſit gratia, qua Patri gratus eſt Chriſtus, ſed gratia ſit, qua nos Chriſtus gratificat. Et vt clariùs dicam, hæc vnio poſterior gratia ſanè eſt nobis collata; quia ſecundo in loco beneficij collacandum eſt, quod corpus Chriſti copulatum, vnitumque ſit cum quantitate panis ad animos noſtros alendos, & recreandos.

Confirmatur hic loquendi modus auctoritate S. Hilar. lib. 8. de Trinitat. qui ait Chriſtum in hoc Sacramento naturalitèr in nobis eſſe. *Si enim,* inquit, *verè Verbum caro factum eſt, & nos verè Verbum carnē cibo Dominico ſumimus, quomodo non naturalitèr manere in nobis exiſtimandus eſt?* Et infrà. *Eſt ergo in nobis ipſe per carnem, & ſumus in eo, dùm ſecum hoc quod nos ſumus in Deo eſt.* Et iterùm: *Ac ſic perfecta per mediatorem vnitas diceretur, cum nobis in ſe manentibus ipſe maneret in Patre; & in Patre manens ipſe maneret in nobis.* Nonnè ergo ad gratiam eſt referenda iſta coniunctio, meritòque dicenda quædā gratia vnionis, ſeu gratuita vnio, qua Deus naturalitèr in nobis eſt? Naturalitèr, hoc eſt, verè, & re ipſa ſecūdum carnem aſſumptam, & cibo Dominico communicatam. Itaque ſicut humanitas Chriſti per gratiam vnionis eſt in Deo, ita & nos modo quodam per hoc ſacramentum, & per hanc bonam gratiam in Deo ſumus, iuxta illud Ioan. 6. *In me manet, & ego in eo.* Et hac de cauſa ſacramentum Euchariſtiæ poſt tractatum de Incarnatione breuitèr attingemus.

10\. S. Hilar.

B

Explicatur S. Hilarius.

C

Ioan. 6.

11\. At in his diſceptationibus omnes ferè Theologiæ partes, quæ in ſpeculatione præcipuè ſitæ ſunt, ſuſcipimus explicandas.

D

CAPVT VI.

Aſsignatur ratio ordinis.

12\. SEd vt rationem quoque reddamus, quare ab Spiritu Sancto diſputationem inchoemus, oſtendendum eſt ordinem doctrinæ id exigere. Atque equidē à gratia increata initium faciendum eſſe non eſt dubium, quia progredimur à cauſa ad effectum: eſt autem gratia increata ipſius creatæ principiū, ſeu cauſa;

ſed

Digitized by Google

ſed cum increata gratia ſit volũtas Dei; & item Spiritus Sanctus, vt præmonuimus, dicatur gratia increata, cur ab Spiritu Sancto erit exordiẽdum? Sanè ideò quia actiones ſunt ſuppoſitorum, vt docet Philoſophus. Verùm etſi in Deo ipſa natura operetur, eò quòd per ſe etiã exiſtat, & ſit proprium actionis principium; tamen cum de Spiritu Sancto agimus, non conſideramus naturam Deitatis, vt per ſe exiſtentem, ſed quaſi naturam ſuppoſiti, quę eſt actus operantis. Vndè videntur duo conſequi, alterum, quòd in doctrina Theologica, quæ vniuerſalis eſt circa omnia diuina, ab ipſa Deitate oportet, vt exordium ſumatur: nam Deitas priùs conſideratur à nobis, quàm perſonæ; & ipſa eſt tota vis, efficaciaque agendi, & per ſe ipſam agens. Alterum cõſectarium eſt, quòd cum diſputatio inſtituitur de vna perſona diuina, & de eius virtute efficiente; videtur ratio ordinis inuertenda, vt priùs à perſona quàm ab eius natura, & potentia ſermo oriatur: nam in Spiritu Sancto quod operatur eſt ipſa perſona; & natura in illo eſt ratio operandi, ſeu virtus efficiens.

Ratio ordinis ſeruanda in doctrina vniuerſali de Deo, videtur inuertẽda diſputanti de vna perſona diuina.

Accommodatus etiam is eſt ordo ad reliquam ſeriem diſputationis, vt in 2. Tomo de Prædeſtinatione diſputemus, quia præcedit tertium de gratia in nobis inhærente, vt ſic meliùs quæſtiones hinc indè commotas diſcutiamus, & dubia ſimul conciliemus. Eſt autem maximè congruum, vt à cõtemplatione Deitatis ad opera diuina veniamus, & vt ſapientia diuinæ naturæ contẽplatrix antecedat ſcientiam in rebus humanis occupatam, vt ait S. Auguſt. 12. de Trinit. cap. 14. Quo etiam pacto idem S. Aug. 13. de Trinitat. cap. 19. diuidit primam Ioannis narrationem, vt Verbum *In principio apud Deum*, ſapientia ſpeculetur: ad ſcientiam verò pertineant, quæ ſequuntur. *Homo miſſus à Deo vt teſtimonium, &c.* Verbum verò carnem factum theſaurum eſſe ait reconditum, & ſapientiæ ſimul, & ſcientiæ. Theologia verò, quę humano ingenio comparatur, vnaque, & eadem tùm ſapientia dicitur, tùm ſcientia, res diuinas, humanaſque conſiderat. Quare meritò preferente lucem S. Auguſtino à diuinis facientes initium; poſterius de Prædeſtinatione, & gratia nobis collata acturi; tandem de

S. Aug.

Theologia noſtra tùm ſapiẽtia dicitur, tùm ſcientia.

A Verbo carne facto differentes finẽ operi imponemus.

At verò in hoc 1. Tomo eadem ducti ratione, quia non de tota Trinitate diſputamus, ſed de Spiritu Sancto ſingulatìm, diuinum planè doctrinæ ordinem à S. Thoma traditum in diſputationibus non tenemus; quia Doctor Sanctus cõparat perſonas inter ſe, & cum eſſentia, & ſua cuique propria tribuit. Nos verò de Spiritu Sancto commentati, de ipſius Deitate primo libro agimus; ſecũdo verò loco de proceſsione; tertio de relatione; quarto de Perſona: vt hac etiam in re S. Thomam, quoad poſſumus, imitemur. Sed ſingula hæc capita ita abſol- B uimus, vt recurrere ad alia loca nuſquã ſit opus: ideò enim ex alijs quæſtionibus S. Thomæ dubia omnia, quæ has cõtrouerſias poſsint reſpicere, in vnum coegimus. Et ne quæſtionibus Dialecticis difficultates Theologas interpellemus; librum quintum addimus de vſu nominum diuinorum, in quo omnis quæſtio, quæ de re Dialectica in diuinis nominibus excitatur, ſuo loco, & ordine continetur. Clauditur autem Tomus tractatu de miſsione Spiritus Sancti. Ita tamen de Spiritu Sancto in hoc Tomo diſputamus, vt omnis quæſtio de Trinitate C ſimul expediatur.

Ordo in hoc 1. tomo ſeruãdus.

CAPVT VII.

Inueſtigatio veritatis circa Perſonas Diuinas neceſſaria eſt.

Capita ſuperiora totius operis de gratia increata & creata prologomena ſunt. Conſentaneum verò eſt, vt accedamus ad ea, quæ ſunt in hoc volumine diſputanda. Idque præſtandũ erit ſermone conciſo, & coanguſtato, remotoque omni fuco orationis, ſed ruſtica- D nis potiùs verbis, vt ait S. Gregor. Naz. quo magis vis, efficaciaque argumentationis clarè, ac nudè appareat. A neceſſitate verò doctrinæ initium ducendum eſt, diſtinguiturque caput hoc in partes quatuor.

Nazianz.

Prima pars. *Natura Deitatis incomprehenſibilis eſt.*

Secunda. *Diuina Proceſsio eſt incomprehenſibilis.*

Tertia. *Non eſt temerè aliquid de Diuinis diſſerendum.*

Quar-

Quarta, *Moderata Diuinorum inueſtigatio laudabilis eſt, & neceſſaria.*

PARS PRIMA.

Natura Deitatis incomprehenſibilis eſt.

1. Deus eſt incõprehenſibilis. *S. Thom.*

QVoad primam partem naturam diuinam eſſe incomprehenſibilem nullus eſt qui ambigat. De quo S.Tho. 1.p.q.12.art.7.& in 4.ſent. d.49. q. 2. art.3. & lib.3. cont.gent. cap.55. & de veritate q. 8. art. 2. Fuere tamen in primis Eccleſiæ ſæculis heretici, qui vt nulla in re non inſanirent, auſi ſunt dicere ſe comprehẽdere, perfectèque cognoſcere naturam Dei, ſicut & Deus ſe ipſũ nouit. Dicebantur autem Annomæi, erantque Eunomij ſectatores. Is negauerat Verbi diuini æternitatem, eoque maximè argumento vtebatur, quoniam ingenitum eſt nomen Deitatis; repugnat ergo eum, qui verè genitus dicitur, ſcilicet Filium, eſſe quoque verum Deum, quia non eſt æternus, ſed genitus in tempore. De ingenito autem ſuo loco dicemus. Sed Annomæi, vt amplificarent hæreſim Eunomij, addiderũt hoc nomine ingeniti rectè intelligi, quod quid eſt Deus; ſeque ideo quidditatem Dei comprehendere. Referunt Theophilactus Epheſ. 3. Sanctus Auguſtin. Epiſtola 112. cap. 9. Sanctus Epiphan. de Hæreſibus hæreſi 36. Occurunt autem Patres, quod hoc nomen, ingenitus, etiamſi accommodetur Deitati, & non ſoli perſonæ Patris, potiùs tamen enunciat, quid Deus non ſit, ſcilicet quòd nõ ſit genitus, quam id quod eſt Deus. Neque ea inſania longiori indiget confutatione. Oppugnat tamen hanc hæreſim S. Ioannes Chryſoſt. in quinque homilijs de incomprehenſibili Dei natura, S. Auguſt. Epiſtola 112. cap.8. S. Ambr. Lucæ 1. cap. 1. S. Gregorius Nazianz. Oratione 2. de Theologia, S. Dionyſ. cap. 5. de myſtica Theologia, & de diuinis nominibus cap. 2. Clemens Alexandr. lib. 5. ſtromat. S. Baſil. lib. 1. cõtra Eunomium, & Epiſtola ad eundem.

Annomæi hæretici.

Theophil. S. Auguſt. S. Epiphan. Patres occurrũt Annomæis.

Chryſoſt. S. Auguſt. S. Ambr. Naz. S. Dionyſ. Clem. Alex. S. Baſil.

2. Probatur hæc fidei veritas 1. ex ſacra pag. à Patribus expoſita.

Eſt ergo fidei Catholicę aſſertum, naturam diuinam eſſe incomprehenſibilem. Probatur præcipuè ex verbis Apoſtoli 1. ad Timoth. 6. *Lucem habitat in*

A

acceſsibilem, quem nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt. Idem etiam oſtenditur de naturæ Deitatis attributis; Iudicia enim eius ſunt incomprehẽſibilia, teſte Paulo Roman. 11. Conſiliũ ſimilitèr, Hierem. 32. *Magnus conſilio & incomprehenſibilis cogitatu.* Sapientia quoque diuina, de qua Iob cap. 28. *Abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium.* Imo & opera Dei incomprehenſibilia ſunt, Iob. 11. *Forſan veſtigia Dei comprehendens, & vſque ad perfectum omnipotentem reperies?* Sunt autem veſtigia Dei diuina opera. Et hoc eſt argumentum S. Cyrilli Hieroſolym. Catecheſi 6. comprobantis diſertiſsimè

B

Deum eſſe incomprehenſibilem, cuius vel opera comprehendi nequeant. Sed quod addit Sanctus Iob, *Et vſq; ad perfectum omnipotentem reperies?* videtur referendum (iuxta Tigurinam tranſlationem, quæ licèt aliqua ex parte improbanda ſit, non tamen eſt omninò contemnenda) ad conſumatam Deitatis perfectionem, quam comprehendere non poſſumus; niſi & ipſam perfectionẽ pro opere perfecto accipias. S. Cyrillus loco commemorato alitèr legit, ſcilicet, *aut ad extrema peruenies, quæ fecit omnipotens,*

C

& extrema, interpretatur, minima opera Dei, ad quę etiam intelligẽda notitia noſtra non prouenit. Perſequitur autem, *Excelſior cœlo eſt, quid facies? profundior inferno, & vnde cognoſces? longior terra menſura eius, & latior mari.* Ad quæ videtur alludere Paulus illis verbis Epheſ. 3. *Quæ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas, & profundum.* Quem locum S. Bern. elegantèr enarrat lib. 5. de Conſiderat. ad Eugen. cap. 13. *Quid item Deus,* inquit, *ſublimitas, & profundum; in altero ſupra omnia, in altero intra omnia.*

D

Videndus ſuper hac re. S. Iuſtinus Martyr in expoſitione fidei de vera, rectaque confeſsione, vbi congruentèr exponit locũ illum Pſal. 138. vbi Rex Propheta ait. *Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me, confortata eſt, & non potero ad eam.*

1. Timoth. 6. Roman. 11. Hierem. 32. Iob. 28. Cyrill. Hieroſol. Idem. Epheſ. 3. S. Bern. S. Iuſtin. Pſalm. 138.

3. Probatur ex Concilijs. *Concil. Baſilienſ. Conc. Later. Clem. 1.*

Idem probatur ex Concilijs, nam dãnata eſt ea hæreſis in Concilio Baſilienſi ſeſſ. 22. & in Cõcilio 2. Lateran. quod habet caput Firmitèr, de Summa Trinit. *Vnus eſt verus Deus æternus, immenſus, incommutabilis, incomprehẽſibilis, &c.* vbi etiam referuntur verba Clemẽtis 1. Epiſto-

Digitized by Google

Epiſt. 1. ad Iacobũ fratrẽ Domini. *Deus omninò ſimplex, & incorporeus, & incomprehenſibilis eſt à nobis.* Poteſt item probari traditione Eccleſiæ, nam Patres hoc dogma vt impiam hæreſim deteſtãtur, eoque nomine apertè notant.

4 Probatur eadem veritas auctoritate Patrũ, quos ſuprà recitauimus. Sed quoniam hoc argumentũ maximè cõmendat neceſsitatẽ doctrinæ, quam ſuſcipimus elucidandam, erit nobis ad ſententias Patrum longiùs digrediendum.

3. Patrum ſententijs de incõprehẽſibili dei natura.

S. Dionyſ.

S. Dionyſ. lib. de myſtica Theologia, & altero de diuinis nominib. nihil aliud magis agit, quàm vt Deũ incomprehenſibilẽ oſtẽdat. Vndè inuenit nomina illa redundantia, quæ legũtur cap. 1. *Superſubſtantialis ſubſtãtia, & intellectus nõ intelligibilis, & verbum non dicibile, & rationabilitas nõ intelligibilitas.* Quorũ repugnãtia verborum indicat diuina hæc non ita intelligi à nobis prout ſunt, ſed eſſe ſupra totũ id, quod à nobis capitur, collocata. Vndè ſubiũgit c. 2. *In quo omnes fines omniũ cognitionũ ſuperineffabiliter præextiterunt. Quem neq; cogitare poſsibile eſt, neque dicere, nec totalitèr aliquo modo contẽplari.* Contẽplari totalitèr idẽ eſt quod cõprehendere. Itaque ait omnem cognitionem fine ſuo claudi, extra quẽ ineffabile ſit, quod Dei ſupereſt: propter quod inquit. *Ab omnibus ipſe eſt ſegregatus, & ſuper ignotus.* Et infrà. *Ab omni cognitione ſegregatus.* Et iterùm cap. 3. *Nec ſenſus eius eſt, nec phantaſia, nec opinio.* Quì ergo Deum poſſumus cõprehendere, de quo neque id quod eſt contingit ſuſpicari, aut cogitatione fingere? Hoc ipſum doctè ſonãt verba S. Dionyſ. de caligine ſuperluminoſa, quę ſanè eſt ipſa lux inacceſsibilis. Quod idem ſignificat illa ſententia S. Greg. Naz. oratione de fide: *Certè hoc eſt Deus, quod cum dicitur, non poteſt dici; cum æſtimatur, non poteſt æſtimari; cum definitur, ipſa definitione creſcit.* Et ſimilia verba ſunt apud S. Ambr. lib. contra Arianos cap. 6.

Idem. Idem. Naz. S. Ambr.

5 S. Anſelm.

Hoc identidem explicat S. Anſelm. Proſolog. c. 14. loquens de mẽte ſua. *Intendit ſe,* inquit, *vt videat; & nihil videt, vltra hoc quod vidit, niſi tenebras; imò non videt tenebras, quæ nulla ſunt in te; ſed videt ſe non plus poſſe videre propter tenebras ſuas.* Et ſtatim: *Tenebratur oculus eius infirmitate ſua, aut reuerberatur fulgore tuo; ſed certè & reuerberatur in ſe, & reuerberatur à te. Vtique & obſcuratur ſua breuitate, & obruitur tua immenſitate, &c.* Quibus verbis argutè oſtendit, quę ſint Deitatis tenebrę, & vndè in Deo tenebras inueniamus; tùm ex hebeti mentis noſtræ acie: tùm ex immenſitate diuinæ lucis, quæ tanta eſt, vt omnem ſuperet intelligentiam creatam.

Deus incomprehenſibilis ob noſtri intellectus imbecillitatẽ, & diuinæ lucis immenſitatem.

6. Clem. Alex.

Clemens quoque Alexãd. lib. 5. Stromat. eam eſſe caliginem interpretatur, in qua Moyſes cum montem Synai cõſcendiſſet, Dominum colloquebatur; & affert ex Orpheo decantatum.

Nonvideo hunc; ſolidus poſitus nam nimbus in orbe eſt;
Namq; pupilla oculis hominum mortalibus inſunt
Paruæ, & mortales; inſunt nam caro & oſſa.

S. Iuſtinus.

Et ſimilia refert S. Iuſtinus Martyr lib. de Monarchia ex Orpheo. Quæ ſunt ad animum quoque transferẽda, ſuas enim habet ipſe quoque pupillas, ſuos fines, quibus continetur, maximè cum notitiã educat ex ſenſu carnis, vt in philoſophia docemur. Pulchrè igitur docet Euripides. *Qui cuncta cernit, ipſe ſed non cernitur. Eſt enim Deus inuiſibilis lux omnia colluſtrans, quaſi lux in tenebris;* Menãder autem. *O ſol,* inquit, *Deorum nam te adorare decet primum, Dei per quem videntur cæteri:* quaſi dicat Deum eſſe lucem, qua colluſtrati ſe ſe intuentur cœleſtes, cum ipſe, velut ſol, ſit in ſe ipſo inuiſibilis, oculorum aciem perſtringens.

Euripides.

7. Naziang.

S. verò Gregorius Naz. orat. Apologet. 1. nobis mortalibus non ſolùm negãt conſpicuam eſſe naturam Deitatis; ſed vel ipſius ſimulachrum aliquod vix poſſe à nobis apertè cerni, aſſeuerat. *Quis,* inquit, *terrena caligine, carniſque craſsitie obuolutus tota mẽte, totam illã mentem purè proſpiciet; rebusq; ſtabilibus, & oculos fugientibus, inter inſtabiles, oculiſq; ſubiectas miſcebitur? cũ vix etiã ipſum ſummi boni ſimulachrũ quiſquam in hac vita, quãlibet occurrat purgatus, cernere queat; non aliter atque ij, qui in aquis ſolem intuentur.* Itaque vel etiam in ſpeculo intuentibus frangitur oculorum mentis obtuitus. Quamobrẽ ipſe Naz. orat. 1. de pace ad finẽ ait; *Sãcta ſanctorum, hoc eſt, naturam Deitatis latere homines duplo velo, Angelos verò ſimpli-*

Digitized by Google

ſimplici velo. Quia illi ſunt naturæ intelligibilis, cui ſola non apparet Deitas; nos verò naturæ corporeæ, quibus ipſa natura angelica nō eſt conſpicua. Et ita obducitur nobis duplum velum; Angelis ſimplum. Angeli ergo in ſpeculo clarè vidēt; nos verò in ſpeculo per ænigma.

Angeli in ſpeculo clarè vident, mortales in ſpeculo per ænigma.

8. *Chryſoſt.*

S. Ioannes Chryſ. de incōprehenſibili Dei natura homil. 1. in illud Pſal. 138. *Cōfitebor tibi, quia terribilitèr magnificatus es,* contēplatus naturā Dei, & admirabilitate pleniſſimus, *Quid* (inquit) *cum, terribiliter, dicat, ſignificat?* Deindè cum referret ea, quæ ſolent homines mirari. *Itē* (inquit) *ſcilicèt miramur maris vaſtitatem, immenſoſq; gurgites; ſed non ſine metu, cū eius inſpicimus altitudinē: ſic & Propheta cum vaſtū id, immenſūq; diuinæ ſapientiæ mare inſpiciat, vertigine quaſi tentatus ſtupeſcit.* Vbi pulchrè exemplo deſcribit pelagus infinitum diuinæ ſapientiæ, quod vel cogitare animus refugit, ac perhorreſcit; nē dicam ſibi arroget, vt comprehendat. Quā fortè metaphoram vſurpauit ſibi Georg. Piſidas vates ex Chriſtianis egregius de mundi opificio, ſic inquiens.

Immenſum diuinæ ſapientię pelagus.

Piſidas.

Vt nauigantibus in cauis pelagi abditis
Quo latius protendit vaſtum mare,
Tanto ſe magis contrahunt præcordia.
Et iterùm.
Tum pronus incūbens ad imum gurgitē,
Et conuolutus ad cauum voraginis
Vertigine æſtuo.

Naz.

S. Greg. Naz. orat. de Natiu. Chriſti, qui cū de eſſētia Dei loqueretur. *Eſt,* inquit, *velut pelagus quoddā eſſentiæ immenſū, & interminatū, omnē tum temporis, tū naturæ cognitionem ſuperans, mente ſola adūbrabile, & quidē perexiguè, & perobſcurè; non ex ijs, quæ in ipſo ſunt, ſed quæ circa ipſū: priuſquàm teneatur effugiēs, & priuſquàm intellectu capiatur, ſe ipſū fuga proripiens.* Quibus in verbis nō ſolùm proponit, quod quid eſt Deus pelagus quoddā eſſe infinitū, quod mēte humana haurire impoſsibile ſit; ſed modū quoque, naturæ intelligētiā ſuperare, in quo nec tēporis, nec naturæ ordo, cōditioque poſsit inueniri. Quinetiā cogitatione ipſa nō poſſe adūbrari; quia ea quę nouimus nō ita ſunt in natura Deitatis, ſicut à nobis cognoſcūtur, ſed ſunt circa ipſam, ſcilicèt ex operibus eius oſtendētia Deitatis ipſius eminentiā, quā tamen nō valeamus mente tenere, quod idē eſt

A quod comprehēdere. Et ideò orat. 2. de Theologia arguit Platonē tacito nomine, *Deū* (inquit) *intellectu percipere difficile eſt, eloqui autē impoſsibile, vt prophanorū Theologorū quidā docuit.* Quæ ſunt ferè verba Platonis in Thymæo. *Ego verò* (inquit Naz.) *ita potiùs dicendū cenſeo, Dei naturā nullis quidē verbis explicari poſſe; animo autē, atq; intellectu cōprehendi multò minùs. Nam quod quis animo & ratione cōplexus fuerit, id quoq; fortaſſe ſermone declarare queat.* & in apologet. orat. 1. elegantèr ait, Deū maius ſui ſtudiū, amorēque excitare, dū ſic cognoſcitur, vt nunquā ſatis comprehendatur. *Qui abyſſo,* inquit, *tegitur, qui* B *pro latebris tenebras habet, vtpotè lumē puriſsimū, pluribuſq; inacceſſum: qui & in vniuerſo, & extra vniuerſū eſt: qui bonū omne eſt, & bono omni ſuperior: qui mētē illuſtrat, & mentis celeritatē, altitudinēque fugit: quātūque percipitur, tantūdem ſuper ſe ſubduxit, amātesque ſui, ex eo quòd fugit, & velut iā comprehēſus ſe proripit, ad ſuperiora illectos ducit.* Quibus etiā verbis & abyſſum meditatur, & latebras Deitatis caliginē, & totū Deum ignotū, dū totus cognoſcitur, quia ſubducit ſe ſuper: quod ex Hilario ſtatìm C ſubijciemus. Similia verò huic ſentētiæ dixit antiquitùs Clem. Alex. lib. 2. ſtromat. *Deus,* inquit, *res quædam eſt captu, peruestigatuq; difficilis, perſequētis oculis ſēper ſe ſubducens, & procul abſcedēs.*

D. Greg. Naz. Platonem arguit.

2.

Clem. Alex.

9. *Piſidas.*

Quod idem dixit Piſidas de mundi opificio.
Manes, fugiſq; exilis atq; vmbra in modū
Dum detineris, prenſionem tum effugis.
Sicùt enim vmbra, ſiue ſpectrum nō apprehēditur, quia nō eſt id, quod apparet: ita & Deitas quod quid eſt non capitur, quia eſt ſupra id quod de Deitate contēplamur; cū non ita ſit in ſe ipſa, ſicùt mo- D dùlo noſtræ intelligētiæ apprehenditur. Illa verò lucta Iacobi cum Angelo ſignificabatur etiā, vt ait S. Gregor. Naz. oratione in laudē diuini Baſilij, humani moduli cum diuina ſublimitate comparatio, & contentio. *Vnde etiam,* inquit, *humana natura ſuperata ſigna geſtat,* quia ſcilicèt poſt luctam claudicabat Iacobus. In qua viſione myſticè contemplari licet Deitatem, vel etiam humana ſpecie apparētē, hoc eſt, intelligentia humana apprehēſā, adhùc ſuperare, & effugere rationis humanæ conatus, & vires.

Nazianz.

Simi-

10 *Damaſc.*

Similitèr S. Ioãnes Damaſc. c. 2. fidei orthod. lib. 1. Deũ appellat *infinitũ, omnem amplexum, comprehẽſionem omnẽ; omnemq́; intelligentiã effugientẽ*. Profectò quod infinitũ eſt cõprehendi nõ poteſt niſi ab infinito; & quod eſt ſupra naturã, effugit naturæ intelligentiã: & c. 4. hoc ipſum ſuſcipit confirmandũ, quòd Deus ſit incõprehenſibilis, maximè eo argumẽto, quia quod eſt ſupra ſubſtãtiã, eſt quoque ſupra cognitionẽ. *Infinita igitur* (inquit) *diuinitas, & incomprehẽſibilis: & hoc ſolum eius comprehẽſibile, infinitas & incomprehenſibilitas.*

Incomprehẽſibilitas ipſa comprehendi poteſt.

Et ratio præſtò eſt; nam cõprehendere incõprehenſibilitatẽ eſt cõprehendere negationẽ quandã, ſcilicèt quòd Deus nõ ſit cõprehenſibilis, & hoc facilè eſt; ipſam autẽ quidditatẽ, de qua cõprehendimus eſſe incomprehẽſibilẽ, cõprehendere eſt impoſsibile; cũ ſit in verbis aperta repugnantia, ſcilicèt vt incõprehenſibile cõprehẽdamus.

Tertullian.

De qua etiam re elegantèr Tertul. in apolog. cõtra gẽt. c. 17. *Quod*, inquit, *immẽſum eſt, ſoli ſibi notũ eſt: hoc eſt quod Deum æſtimari facit, dum æſtimari non capit. Ita enim vis magnitudinis, & notũ hominibus obiecit & ignotũ.*

11. *S. Hilar.*

S. Hilarius verò, & diſertè, & argutè hoc ipſũ cõfirmat lib. 2. de Trin. *intelligẽtiã*, inquit, *cũmoue, & totũ mẽte complectere; nihil tenes: quia totũ hoc habet reliquum: reliquum autẽ hoc ſemper in toto eſt: ergo neq́; totũ ei eſt, cui reliquũ eſt; neq; reliquũ eſt, cui õne quod eſt, totũ eſt.* Quibus in verbis explicatiſsimè oſtẽdit Deũ nõ poſſe cõprehendi; nam cõprehẽdere eſt totũ amplecti; quidquid autẽ de Deo cõcipiamus, aliquid ſupereſt quod de ipſo Deo poſsimus intelligere. Illud autẽ reliquum etiã eſt totũ, nõ enim pars, cũ Deus ſit ſimplex. Et ratione eadẽ id ipſum, quod præconcepimus, totũ eſt, non pars; atqui ſupererat aliquid intelligendũ; ergo neque circa id, quod erat pręintellectũ, neq; circa id, quod ſupererat intelligendũ, eſt propria Deitatis cognitio. Quòd ſi id, quod eſt, non poſſumus cognoſcere, multò minus poſsibile eſt comprehẽdere, quod eſt perfectè cognoſcere. Quare ipſe S. Hilar. rectè cõſulit lib. 1. de Trinit. *Cũ itaq; de rebus Dei erit ſermo, cõcedamus cognitionem ſui Deo.* Et poſt pauca, *idoneus enim ſibi ipſi teſtis eſt, qui niſi per ſe cognitus nõ eſt.*

S. Hilarius arguit tacitè Annomæos.

Et ibidẽ tacitè Annomæos arguẽs ait. *Neq; vt ipſi vſq; ad infinitatẽ opinãdi de infinitis rebus emergerent, ſed intra finẽ ſenſus ſui indefinita cõcluderent.* Quibus ſignificat Annomęos ideò eſſe Deo iniurios maximè, quia cũ non eò poſsint euadere per elationẽ animi, vt infinitã de Deo cõcipiãt intelligentiã, ſed breuẽ & præfinitã; videntur coarctare naturã Deitatis, & reddere finitam, vt eã poſsit capere intelligẽtia finita. Idẽq; ſignificat antea verbis alijs, *vt in quãtum ſe ad aliquẽ præſũpta licet opinionis mens infinita protẽderet, in tãtum omnẽ perſequẽtis ſe naturæ infinitatẽ, infinitas immoderata æternitatis excederet.*

Occurrit obiectioni.

Reſpõdet ergò tacitæ obiectioni, nam etſi intellectus noſter ſit vis quædã infinita ſecundũ potentiam, quia in intelligibili operatione non ſubſiſtit, ſed perpetuò pergit: tamen infinitas Dei eſt immoderata, hoc eſt, ſine modo; quia, vt Theologi dilucidiùs aiunt, eſt infinita in actu; atq; adeò excedit intellectũ omnẽ creatum, qui eſt in potentia infinitus.

12. *S. Auguſt.*

Elegantèr verò S. Aug. tom. 9. de cõtẽpl. Chriſti c. 1. de Deo inquit, *Quẽ ſtãtem ſequimur, & cõprehendere non valemus.* Nos enim in cognitione Deitatis quaſi progredimur cõferẽtes nos à quibuſdam in alia; Deus autẽ cũ immobilis perſeueret, apprehẽdi nõ poteſt, quaſi infinito inter nos & illũ ſpatio interpoſito, & c. 2. ait. *Nec vllatenùs ita putãdũ eſt, vt vnaquaq́; res pro magnitudine portionis ſuæ capiat te, id eſt, maxima maius, minima minus; cũ ſis potiùs ipſa in omnibus, & omnia in te.*

Deum nõ poſſe comprehendi, quia partes non habet.

Vbi argumẽtũ idẽ S. Hilarij tractat, ſcilicèt Deũ non poſſe cõprehendi, quia partes nõ habeat. Cum ergo alij de Deo plura, alij pauciora intelligãt, conſequẽs eſt, vt eorũ nullus id, quod eſt Dei proprium mente accipiat, quod nõ eſt maius nec minus, ſed in ipſa noſtra intelligẽtia ea eſt mẽſura, vt notitia ipſa noſtri intellectus, qua Deũ capimus, breuior ſit, aut diffuſior; maior, aut minor: Deus verò ſit infinitum quoddã, quod extra menſurã eſt, cum partes non habeat, atque adeò nequeat cõprehẽdi.

13.

Denique nullus Sanctorum Patrũ, neque verò Philoſophorũ vllus etiã Ethnicorum, de natura Deitatis verbũ fecit, qui eius infinitatem incomprehenſibilẽ inteſtatam relinqueret: quare & de quodam Gręcorũ ſapiente refert S. Iuſtinus lib. de recta confeſſ. illud egregiè dictũ, *nihil diuinum eſſe hominibus manifeſtũ.*

Græcus quidam ſapiens apud S. Iuſtinum.

Hæ Patrum ſententiæ Deũ incomprehenſibilem affirmant,& inſuper probant.

Nos verò eas ſentẽtias adduximus,non quibus Patres affirmant Deum eſſe incõprehenſibilẽ;quia eę ſũt innumeræ,quas infinitum eſſet percurrere; ſed illas,quibus veritatis eiuſdem cauſam,& rationẽ conſcribunt. Theologicas autẽ demonſtrationes in alium locum ſeruamus de viſione Dei,vbi erit diſtinctè explicandũ quot modi ſint comprehenſionis? & an beati poſsint Deũ comprehendere? Sed impia hæreſis Annomæorum hoc loco fuit refutanda, qui ſe mortales dicerent naturam Deitatis perfectè cognoſcere.

SECVNDA PARS.

Diuina proceſsio eſt incomprehenſibilis.

1. Proceſsiones diuinas eſſe incõprehenſibiles de fide eſt. *Iſaia.53.*

EX his deducendum eſt conſectariũ, quòd diuinæ quoque proceſsiones incõprehenſibiles ſunt, & ipſa Trinitas in vnitate naturæ. Quod eſt certiſsima fide tenendũ,iuxta illud Iſaiæ c.53. *Generationẽ eius quis enarrabit?* Nam hũc locum Patres vno cõſenſu explicant de generatione Verbi;licet illorum aliqui aliã interpretationẽ ſimul admittant; generationem eius, id eſt,ſæculum eius, vt videbimus lib.2. Tertullianus verò.& S. Iuſtinus contra Iudæos venuſto ſanè cõmentario(an ita certo dubito)explicant locũ iſtũ de Natiuitate Domini ex Virgine Beatiſsima,quod fuerit miraculum haud facilè enarrãdum. Sed ferè omniũ conſenſus eſt de diuina Verbi proceſsione,de qua etiã re lib.2. dicemus: eſt ergo generatio iſthæc inexplicabilis;& ratio huius aſſertionis eſt in promptu; nã generationem, aut proceſsionẽ, quæ eſt in natura diuina,non niſi comprehendẽdo naturã poteſt quis perfectè cognoſcere. Vndè S. Gregorius Naz. orat.3. de Theologia inquit, *Quanto enim difficilius eſt Dei naturã,quàm hominis,indagare;tanto quoq; difficilius percipi poteſt ſuperna illa, & diuina generatio, quam tua.* Et iterùm, *Dei generatio ſilentij honore decoretur: abundè magnum tibi eſt ſcire eum genitũ eſſe: quomodò autem genitus ſit,ne ipſis quidem Angelis,ne dum tibi intelligere cõceſſerim. Vis declarem quomodò? Vt ſcit Pater, qui progenuit, & Filius,qui progenitus eſt.* Similia apud Patres frequẽtèr reperies;nam occultationem huius myſterij omnes referunt ad incomprehenſibilem naturam,in qua omnia quæ exiſtunt latent, & occulta

Tertul.
S.Iuſtinus.
Naz.

A ſunt. Idem S.Greg. orat.3. *Peruenimus* (inquit) *ad ſũmitatem montis fumantẽ, & coruſcantem; ingredimur interiora nubis, penetralia diuinitatis,* ſcilicèt ad arcanum Trinitatis ſanctiſsimæ penetrantes. Quibus ſimilia dicit S. Ambroſius lib.1. de fide cap.5. *S. Ambr.*

Hoc ipſum elegãtèr S.Hilarius teſtatur lib.2. de Trinit. *Poſuit*,inquit,*naturæ nomine Patrẽ, Filium, & Spiritum Sanctũ: Extra ſignificantiã ſermonis eſt, extra intelligẽtiæ conceptionẽ. Quicquid vltra quæritur,nõ enũciatur,non attingitur,non tenetur. Verborũ ſignificantiã rei ipſius natura conſumit; ſenſus contẽplationẽ imperſpicabile lumen obcæcat,* B *intelligentiæ capacitatem; quicquid fine vlsimo cõ tinetur,excedit.* Quibus in dictis demõſtratio haud obſcura proponitur;nam hæc nomina,Pater,Generatio, Relatio, Perſona,Natura,ſunt ſignificatione,intelligentiaq; diſtincta; re autem ipſa idẽ ſunt:nullus ergo intellectus per has notiones, & nomina poterit intelligere perfectè rem ipſam, cũ vna eademq; ſit;conceptiones autẽ diſtinctę,quia non adæquant rei ipſius naturã. Et hoc eſt rẽ eſſe extra ſignificantiã ſermonis,& naturã conſumere verborũ ſignificãtiã:vndè rectè ait cætera infinitè ſuperari ab hac C immẽſitate Deitatis,& Trinitatis. Et S. Aug. in Ioan. *Studeo*(inquit) *fratres dicere; neq; ipſe Ioannes dixit, vt eſt, ſed dixit,vt potuit;quia de Deo,vt homo dixit,& quidem inſpiratus à Deo;ſed tamen homo,quia inſpiratus,dixit aliquid; ſi non inſpiratus eſſet,nihil dixiſſet.* *2. S.Hilar.* *Elegans ratio S.Hilarij.* *S. Auguſt.*

S.Cyrillus autẽ initio Theſauri ſic exorditur, *Quid aut ad intelligendũ magis arduum, aut ad explicandũ difficilius, quã vera ſpeculatio, quæ de ſancta, conſubſtantialiq; Trinitate habetur?* Quamobrem opus illud vocat theſaurum,quaſi indagationem rerum abditarum. D *3. S.Cyril.*

Paulus verò Burgẽſ. 1.p. Scrutinij d.9. c.8. teſtatur hęc myſteria in literis ſacris non ſuperficie tenus tradi,ſed in eiſdem quaſi abſconditos theſauros latere; & Prouerb.2. de ijs legi. *Si quæſieris eam tanquam pecuniam;& quaſi theſauros effoderis eam, tunc intelliges.* *4. Paul.Burg.* *Prouerb. 2.*

Sed quid opus eſt confirmatione in re apparente? Toto enim hoc opere nihil à nobis facilius efficietur, quàm vt incõprehenſibilem eſſe Trinitatem in ſingulis quæſtionibus commonſtremus, dùm ad *5.*

ad vnaquęque elucidanda non valemus. Vndè S. Auguſtinus cum libros 15. de Trinitate edidiſſet, his verbis claudit totum opus cum Eccleſiaſtico 43. *Multa dicemus, & deficiemus in verbis; cõſummatio autem ſermonum ipſe eſt in omnibus.* Tunc autem Deum colloquens ait, *Cum ergo peruenerimus ad te, ceſſabunt multa iſta, quæ dicimus, & non peruenimus.* Nihil ſanè potuit dici ſapiētiùs: pleraque enim hominibus contingit ignorare; aliqua autem pro ingenio noſtro ſciri non eſt negandum: ſed verba omnia, quæ facimus de rebus diuinis, inania ſunt ad hoc, vt ipſam perfectã cognitionem attingamus, quouſque ad Deũ liceat peruenire. Quamobrem Synodus Nicæna. 2. vocat ineffabile myſterium, & quod omnem ſuperat intellectum, & ſermonem. Et Hormida epiſt. 1. Decretali cap. 1. ſecretum impenetrabilis ſubſtantiæ. Alexãder etiam Epiſcopus Alexandriæ, qui Arium excommunicauit, epiſtola ad Alexandrum Conſtantinopolitanum Epiſcopũ, & Leo Papa ſerm. 7. de Trinitate hæc myſteria ſuperare noſtrum intellectum confirmant.

S. Auguſt. *Eccleſ. 43.* *Synod. Nic. 2.* *Hormida.* *Alexand.* *Leo Papa.*

6. Hoc ergo loco ſtatutum ſit naturam Deitatis, & Trinitatem Perſonarum incomprehenſibilem eſſe. Nam Trinitatẽ non poſſe cognoſci etiam imperfectè per intellectus naturalem efficaciam, oſtendendum eſt cap. ſequenti. Qua etiam ſententia firmatur hæc veritas, quòd Trinitas ſit incomprehenſibilis; quia natura Trinitatis, quæ eſt diuina natura, per opera diuina dilucidè innoteſcit, vt cauſa rerum, etſi comprehendi, hoc eſt, intellectu capi, & contineri non poſſit: at verò Trinitas in ipſa natura diuina nos latet; ſed etſi poſſet naturali vi intellectus cognoſci, comprehendi tamen omninò non poſſet, ſicut neque natura diuina comprehenditur.

Natura diuina per opera diuina dilucidè innoteſcit naturalitèr vt cauſa rerũ; nõ ſic Trinitas.

TERTIA PARS.

Non eſt temerè aliquid de Diuinis differendum.

1. IN tertia parte ſtatuendum eſt nihil eſſe temerè de rebus diuinis aſſerendum; quod ideò ſtatuimus, vt nimiam aliquorum licentiam cohibeamus, qui nouas opiniones verbis non auditis hactenùs, ſed denuò excogitatis audent propria auctoritate inducere. Ego verò ſententiam Patrum cõcordem referam, vt viderint ipſi quid agant. Omittam verò admonitiones illas communes Eccleſiaſtici. 3. *Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris.* Et Sapient. 9. *Difficile æſtimamus, quæ in terra ſunt, & quæ in proſpectu ſunt, inuenimus cum labore; quæ autẽ in cœlis ſunt, quis inueſtigabit?* Quod argumentum S. Gregor. Nazianzenus integra oratione, quæ ſecunda eſt de Theologia, luculentèr, elegantiſsimèque abſoluit, plura tractans de minimis rebus ignota, eos maximè perſtringens, & arguens, qui audactèr ſcrutantur diuina. Sanctus verò Baſilius vel vnum de formica exemplum oſtendit epiſtola ad Eunomium, *Dicat mihi aliquis, quæ ſit formicæ natura? an ſpiritu, & anhelitu vita ipſius contineatur?* Et poſt plures quæſtiones, *Si minutiſsimæ formicæ naturam nondùm cognitione apprehendiſti, quomodò incomprehenſibilis Dei vim, te imaginari gloriaris?* Verbis autem clarioribus ab ea audacia deterremur, Prouerb. 15. *Qui ſcrutator eſt Maieſtatis opprimetur à gloria.* Minæ ſunt diuinæ, vt ſapientes ſibi metuant, & credant certiſsimò fore, vt in rebus fidei cæcutiant, qui ad lucem inacceſsibilẽ audacẽ pedem inferunt, & quaſi non vocati accedunt tanquã ad rubũ ardentem, & ad montem fumigantẽ.

Nihil nouum de Deo temerè aſſerendũ eſt, ex Patrum ſententijs.

Eccleſ. 3. *Sap. 9.* *Nazianz.* *S. Baſil.* *Prouerb. 15.*

2. Quod adnotauit S. Ioannes Chryſoſt. de incomprehenſibili Dei natura, homilia 3. in illud Apoſtoli, *Qui lucem habitat inacceſsibilem,* ſcilicèt eam lucẽ non ſolùm eſſe incomprehenſibilem, ſed etiã inacceſsibilem, hoc enim eſſe longè maius. Nam incomprehenſibile non poſſe quidem inueſtigari, inacceſsibile verò non etiam licere. Non licet enim per Deum optimum inueſtigari Deitatis arcanum. Sanctus verò Gregorius Naz. oratione 2. cõfert diſputationem Theologiæ, ſcilicèt de rebus diuinis, cũ Moyſis ad Deum colloqutione in mõte fumo circumfuſo, & terribili, ad quem non liceret accedere. Legant audaces, & diſcant quàm religioſè nobis à monte hoc cauendum ſit. Legant quoque Chryſoſtomum de incomprehenſibili Dei natura, homilia prima; vbi cum deſcripſiſſet Angelos apud Prophetas in Viſione coram Domino oculos obtegentes, & hoc Maieſtati eius deferentes, inquit: *Videsnè quantũ timoris, quanta religionis obſeruantia inter Angelos eſt? Angeli glori-*

Chryſoſt. Inacceſsibilis maius, quàm incomprehẽſibile. *Nazianz.* *Chryſoſt.* Angeli corã Domino oculos obtegẽtes venerabundi.

Digitized by Google

glorificant, honorant, colunt, obſeruant, adorant; homines parui faciunt, petulātèr ſcrutantur, temerè, pluſquam capere poſſunt, conantur rapere. Illi commendant, & laudant; hi diſceptant, & plus ſibi arrogant, quam valeant intelligere; Illi oculos tegunt, & venerantur; hi contendunt impudentèr inſpicere, atque intueri ineffabilem gloriam, verba ſunt Chryſoſtomo digna. Ex quibus illa erūt obſeruanda, quòd de cognitione Deitatis, quæ capere non poſſumus, diſputando eripimus, dum ea quæ neſcimus tentamus aſſerere.

3. **S. Hilar.** Eodem exemplo lucis inacceſsibilis S. Hilarius probè nos admonet lib. 10. de Trinit. *Sicut non eſt in ſole, quod videas, ſi hoc velis videre, quod non potes; amittas autē quod poſt videri, dum quod non poteſt, niteris: ita & in rebus Dei habes quod intelligas; ſi intelligere, quod potes, velis. Sed tamen ſi vltra quod potes, ſperes; id quoque quod potuiſti poſſe, non poteris.* Quod veriſsimum ſanè eſt; nam is qui temerè, & inconſideratè ſpeculatur diuina, etiam eas veritates, quas parcè, & continentèr inueſtigando percepiſſet, per inſolentiam ignorat.

4. **S. Dionyſ.** Proponēdus igitur eſt nobis diuinus Dionyſius cap. 1. de diuinis nominibus. *Vniuerſalitèr non eſt audendum dicere aliquid, neque etiam cogitare de ſuperſubſtantiali occulta Deitate, præter ea, quæ diuinitùs nobis ex ſanctis eloquijs ſunt expreſſa.* Quæ verba interpretatus S. Thomas 1. p. q. 29. ar. 3. ad 1. & q. 32. art. 2. ad 1. licere nobis ait, vt ex ipſis ſacris eloquijs alia etiam quæ vera ſunt & conſequentia colligamus. Et iterùm cap. 1. ait S. Dyoniſius. *Eatenùs ad ſupera contendere debemus, quatenùs diuinorum ſcriptorum radijs ſe ipſe offert.* Quibus verbis conſentit ille S. Doctoris interpretationi, nam à ſanctis ſcriptis iubet percipere diuinorum diſciplinam, quatenùs in illis verbis veritas irradiās ſe oſtendit; quod eſt alia ex alijs per cōſequentiam diſcere. Subſcribit autem S. Dionyſio S. Ioannes Damaſcenus eius aſſectator lib. 1. fidei Orthodoxæ cap. 2. *Non igitur fieri poteſt, vt præter illa, quæ diuinitùs ſacra nobis, & veteris, & noui teſtamenti enunciarūt eloquia, quæuè dixerunt, & manifeſtarunt, quicquā eloquamur de Deo, aut penitùs intelligamus.* Et cap. 1. *Cuncta igitur quæ tradita* A *ſunt per legem, & Prophetas, & Apoſtolos, & Euangeliſtas ſuſcipimus, cognoſcimus, veneramur, nihil vltra illa perquirentes.* Et hi quidèm Patres de rebus diuinis philoſophati ſunt; ſed non niſi ea, quæ eſſent cum ſacris literis ſenſu coniuncta. Egregiè etiam Doctor Paſchalius diſputans de re quapiam, quæ non eſt tradita in ſacris literis lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 9. *Nihil*, inquit, *ex hoc eloquia ſacra cecinerunt: nefas eſt erumpere diuina ſilentia:* quaſi dicat ſileamus, quæ Deus ipſe tacuit, quaſi volens ea eſſe in ſilentio. B Verùm & Eccleſiæ definitiones de myſterio Trinitatis nihil aliud ſonant, quàm ea, quæ ex ſacris literis planè eruuntur; quia nulla in re periculoſiùs erratur, quàm in Trinitatis quæſtionibus, vt S. Auguſtinus affirmat lib. 1. de Trinitate cap. 3. Et idem confirmat S. Ambroſ. Hebr. 1. *Vbique* (inquit) *religioſo nobis opus eſt intellectu, maximè autem vbi de Deo loquimur, vel audimus.* Et libr. 1. de fide c. 5. *Si quando*, inquit, *aliàs, maximè per iſtā caliginem ingredienti illud meminiſſe opus eſt, ſequere Deum.* Elegantèr ſanè; nam in caligine huius myſterij nullum C alium ducem licet ſequi, niſi Deum, qui ſe ipſum nouit. Et S. Bernard. libr. 5. de conſiderat. ad Eugen. cap. 8. *Sacramentum hoc*, ait, *magnum eſt; & quidèm venerandum, non ſcrutandū, quomodò pluralitas in vnitate, & hæc vnitate; aut ipſa in pluralitate: ſcrutari hoc temeritas eſt; credere pietas eſt; noſſe vita, & vita æterna.* Et ob hanc cauſam in Concilio Moguntino cap. 1. cautum erat, nè hæc vulgò proderent, & meritò quidem: nam & Philoſophi priſci Philoſophię arcana quædam tegebant ſilentio, quibus non iudicarent eſſe vulgi ingenia idonea. D Clemens Alexand. Stromat. lib. 5. Epicuræos ait habere apud ſe quædam arcana, & non permittere omnibus, vt ea ſcripta legant; & ſtoicos referre à Zenone primo quædam conſcripta, quę nō facilè permittāt legere diſcipulis. Quanto ergo religioſiùs cauēdum eſt, ne myſteria Trinitatis ſanctiſsima, & abditiſsima vulgò proponantur, quæ etiam cum ſummo metu, & reuerētia decet à Theologis tractari.

5. Ex his omnibus ſi quæ nobis religio inijcienda eſt, ſi quis ſcrupulus in mente relinquendus, nemo inficiabitur illud aſſeri

Marginalia: *S. Thom.* Licet nobis ex ipſis ſacris eloquijs, alia etiā quæ vera ſunt & conſequentia colligere. *S. Dionyſ.* — *Damaſc.* — *Paſchalius.* — Silenda quæ Deus ipſe tacuit. — *S. Aug.* — *S. Ambr.* — *S. Bern.* — *Conc. Mog.* — *Clem. Alex.* — Myſteria fidei præſertim Trinitatis, etiam à Theologis cū ſummo metu, & reuerentia tractanda.

Digitized by Google

aſſeri temerè de rebus diuinis, quod eſt nouum,& peregrinum tùm apud Patres, tùm apud Magiſtros ſcholæ priſcos, & probatos,quibus cæteri non repugnent. Neque mihi dubiũ eſt grauitèr eos peccare inDeum;præterquam quòd immoderatè agunt, qui in hac diſputatione noua afferunt, noua, inquam, aſſerta de rebus diuinis.

QVARTA PARS.

Moderata diuinorum inueſtigatio laudabilis eſt, & neceſſaria.

1. Neceſſaria eſt doctrina,& inquiſitio moderata de ſancta Trinitate, ex Patrum ſententijs.

QVòd verò hic tractatus de Trinitate Theologorum ſtudio,& curioſitate dignus ſit, & maximè neceſſarius, ex iiſdem, quæ oſtenſa ſunt, poterit cõmonſtrari. Nam cùm fides Chriſtiana à profeſsione Trinitatis initiũ ducat;quò ea cognitio difficilior eſt, eò magis eſt neceſſaria veritatis inquiſitio; tùm, vt hæreſes, quæ penè hac in re innumeræ ſunt,excidantur;tùm,vt ea,quę ſunt per audaciam aliquorum temerè inuecta, amandentur ab ſcholis;tùm etiam,vt ne quid de Deo,quod falſum ſit, mente cõcipiamus. Nam vt S. Auguſtinus ait,lib. quæſtionum ſupra Ioſue, q. 29. tom. 4. *Quiſquis talem cogitat Deum, qualis nõ eſt, alienum Deum vtique, & falſum in cogitatione portat.* Quod etſi poſsit per inconſiderantiam ſine crimine pietatis euenire; elaborandum tamen maximè eſt, ne Deum falſum mente ſpeculante geramus,dum ea de Deo, quæ non ſunt, in Deo concipimus. Neque tamen ideò à Deitatis contemplatione auocemur; ſed res diuinas cum moderatione animi inueſtigemus, quod eſt *non plus ſapere, quàm oportet ſapere,ſed ſapere ad ſobrietatem.* Ita nos commonet S. Dionyſius cap.1.de diuinis nominibus,qui cum dixit. *Ipſius quidem quicquid eſt ſcientia, & contemplatio omnibus eſt inuia*, ſubiungit, *non tamen incommunicabile eſt vniuerſalitèr bonum.* Et infrà. *Benignè ſuper apparet,&ad ipſius contemplationem,& communionem,& aſsimilationẽ extendit ſanctas mentes, quæ ipſi, ſicut eſt fas, & ſicut decet ſanctas mentes, ſe immittunt. Et neque ad ſuperius, quàm conueniẽtèr data Dei apparitione,ſuperbè præſumunt; neque ad inferius ex ſubiectione ad peius prolabuntur: ſed firmè, & indeclinabilitèr ad radium ipſius ſuperſplendentem extenduntur,& commẽſurato amore conuenientium illuminationũ reuerentia ſancta & caſtè, & ſanctè altiùs eleuantur.* Æqua profectò omnibus doctrina ne ſupra rationem ea de Deo fingamus,quę à ſacris eloquijs non didicimus;neque verò ſic deuincti rationem Philoſophiæ ſequamur,vt ad ſimilitudinem rerum obiectarum Deum eſſe exiſtimemus, hoc enim eſt indeclinabilitèr extendi ad radium diuinum. Nam res diuinas oportet,vt moderatè inquiramus; ita tamen moderatè, vt dignam de Deo ſuſpicionem habeamus. Quod doctè perſuadet S.Hilarius lib.1.de Trinitate. *Vt de ſubſtantia Dei auditurus ſenſum ſuũ ad ea quæ Dei ſubſtantia ſunt digna moderetur; moderetur autem non aliquo modo intelligendi, ſed infinitate.* Infinitas eſt moderatio, ſeu norma, quã debemus animo adhibere de rebus diuinis loquuturi. Hoc etiam Patres perpetuò agunt, vt neque ad altiora,ſupra rationem animo moliendo aliquid,aſcendant;neque verò ſinant res diuinas à nobis humilitèr intellig; ſed, prout decet, contemplantes naturam infinitam. Hũc verò fructum quam maximum facturos nos eſſe ait S. Auguſtinus lib. 1. de Trinit.cap.3. *Quia*, inquit, *nec periculoſiùs alicubi erratur, nec laborioſiùs aliquid quæritur, nec fructuoſiùs aliquid inuenitur.* Et S.Anſelmus, Sancti Auguſtini auſcultator auidiſsimus,Monologorum cap.62. *Sufficere namque debere exiſtimo rem incomprehenſibilem indaganti; ſi ad hoc ratiocinando peruenerit,vt eam certiſsimè eſſe cognoſcat; etiam ſi penetrare nequeat intellectu, quomodò ita ſit.*

S.Aug. — Elaborandum ne Deum falſum mẽte ſpeculante geramus. — S.Dionyſ. — S.Hilar. — Infinitas eſt moderatio ſeu norma, quam loquuturus de rebus diuinis animo adhibere debet. — S.Auguſt. — S. Anſelm. — Rem incomprehenſibilem indagãti quid ſufficiat.

2. Richard. Exhortatio ad Theologiam.

Richardus verò de S. Vict. in Prologo librorum de Trinitate nos ad eius contemplationẽ quoad poteſt ſtimulat, atque excitat. *Parum ergo*, inquit, *debet nobis eſſe,quæ recta,& vera ſunt,de Deo credere;ſed ſatagamus(vt dictum eſt)quæ credimus intelligere. Nitamur ſemper, inquantum fas eſt, vel fieri poteſt, comprehendere ratione, quod tenemus ex fide.* In quo tamen ſtudio contemplationis moderationem adhibuit, vt ne pluſquam fas eſt,velimus attingere.

3. Theologia noſtra quid ſpectet.

Ad hæc ergo ſpectat Theologia noſtra, vt ex datis principijs veritates aliquas commonſtret, etſi modum rerum,

Digitized by Google

& conditionem explicare non valeat. Fælicißimum tamen eſt quomodocũq; in ea diſciplina verſari, in qua Dei notionibus, & abditißimis arcanis mentẽ imbuamus; vt rectè vſurpemus illud S. Bernard. lib. 5. de Cõſiderat. ad Eugen. cap. 11. *Solus eſt Deus, qui fruſtrà nunquam quæri poteſt, neque cum inueniri non poteſt.* & cap. 1. *Totiès* (inquit) *peregrinatur conſideratio tua, quotiès ab illis rebus ad iſta deflectitur inferiora, & viſibilia.* Et infrà. *Si tamen ita verſatur in ijs, vt per hæc illa requirat, haud procul exulat. Sic conſiderare, vel approbare repatriare eſt.* Quod verbũ, repatriare, vtilitèr ſanè latinitate donauit, vt intelligeremus redditum eſſe in patriam eam, quæ eſt de rebus diuinis, contemplationem. Eſt autem ſanctißimæ Triadis meditatio, teſte S. Greg. Nazianz. in Apolog. caput fidei Chriſtianę, idemque viſum beatißimũ, cuius in aſpectu ſumma fælicitas eſt poſita, vt nulli accidat beatum eſſe, ſine intuitu Trinitatis, vt 2.2. Theologi diſputant. Et hæ quidèm ſunt vtilitates Theologici commentarij de myſterio Trinitatis; illaque præcipua, vt oppugnantium hæreticorum argumentis faciamus ſatis: quod & Patres grauitèr præſtiterunt. Namque, vt ait S. Hilarius lib. 12. de Trinitat. Apoſtolus, qui nobis arma ſpiritualia tradidit, fidẽ non nudam, neque inopem rationis nobis reliquit; ſed armis inſtructam, & paratam.

S. Bernard. *Nazianz.* Vtilitates theologici commentarij de myſterio Trinitatis. *S. Hilar.*

CAPVT VIII.

Non eſt propoſitio nobis per ſe nota, Spiritum Sanctum eſſe verum Deum.

1. RAtio Ariſtotelicæ diſciplinæ in Poſterioribus poſtulat, vt à prænotionibus ſubiecti, de quo agimus, faciamus initium diſputandi; ſcilicèt inquirẽdum eſt 1. an Spiritus Sanctus ſit? & quid ſit? Prænotiones autẽ dicũtur, quia in diſputatione priùs ponuntur, neque indigent demonſtratione; nam ſi demonſtrantur, non ſunt prænotiones, ſed concluſiones demonſtratæ. Spiritum Sanctum eſſe nõ eſt hoc pacto nobis notum, vt ſe ipſo innoteſcat abſque demonſtratiuo medio; quia ſupra ſenſum eſt, ac ſupra omnem intellectum creatum; vnde non poteſt vlla ſubſtantia creata, illum, prout eſt in

A ſe ipſo, intueri. Imò vèrò neque ex effectu Spiritus Sanctus apertè cognoſcitur, quia nõ operatur primò per ſe quatenùs Spiritus Sanctus, ſed quatenùs Deus: nã perſona non eſt ratio operandi, ſed natura. Cognoſcimus autẽ Deum per operationem Deitatis; ſed hoc nomen Deitatis non declarat Spiritum Sanctũ eſſe. Igitur de Spiritu Sancto non habemus pręnotionem, quòd ſit. Et hoc argumento vtitur S. Thom. 1. p. q. 32. artic. 1. ad probandum quòd Trinitas Beatißima non ſit per ſe nota, quod tractabimus cap. 9. huius libri.

De Spiritu S. non habemus prænotionem quòd ſit. *S. Thom.*

2. Sed neque pręnotionem, quid ſit Spiritus Sanctus, habemus. Nam eius quid- B ditas, eſt ipſa quidditas Dei vna, & eadẽ, quæ naturali ratione incomprehẽſibilis eſt, vt iam oſtendimus. Et prætereà eo etiam modo, quo poteſt quidditas Dei ratione naturali inueſtigari ex parte, & imperfectè per operationem, vt Deus eſt cauſa rerum; non tamen per eam innoteſcit quidditas Spiritus Sancti; quia non eſt notum naturali ratione, quòd Spiritus Sanctus ſit Deus, vt cap. ſequẽti docebimus.

Similitèr neque prænotionem, quid ſit.

3. In Deo igitur hæ duæ prænotiones coincidunt, an ſcilicèt ſit, & quid ſit; nam ipſum eſſe eſt quod quid eſt Dei, & quid- C ditas, & exiſtentia idem eſt; non ergo accidit alterum ſine altero perfectè cognoſcere. Cùm igitur Deum eſſe per Phyſicas, & Metaphyſicas rationes demonſtremus; quòd Deus ſit, non eſt prænotio, ſed concluſio ſcita. Et ſimilitèr quid ſit Deus, non eſt in aliqua ſcientia prænotio. Igitur de Spiritu Sancto, quem ratio naturalis non attingit, prænotiones non ſunt in ſacra Theologia; ſed potiùs per fidem diuinam vtraque veritas ponenda eſt; quòd Spiritus Sanctus ſit, & quod ſit verus Deus. In quo ſenſu videtur S. Hilarius dixiſſe lib. 2. de Trini- D tate, de Spiritu Sancto loquens. *Et quidèm puto, an ſit, non eſſe tractandum. Eſt enim quandoquidèm donatur, accipitur, obtinetur.* Vbi prænotionem Spiritus Sancti, an ſit, reuocat quidem nõ ad ſenſum corporeum, quo non percipitur; ſed ad ſenſum ſpiritualem, quo Spiritum Sãctum viri iuſti mẽte, & affectu percipiũt; obſcurè tamen per fidem, qua credunt Spiritum Sanctum eſſe.

In Deo h; duæ prænotiones coincidunt. *S. Hilar.*

4. Sed altera ſupereſt quæſtio de hac re, quam hoc capite proponimus, an ſit propoſitio

Propoſitio, Spiritus Sanctus eſt, eſt per ſe nota ſecundum ſe.
S.Thom.

poſitio per ſe nota, Spiritus Sanctus eſt. Nam ſicut S.Thomas ait 1.p.q.2.art.1. quòd hæc, Deus eſt, eſt per ſe nota, non nobis, ſed ſecundum ſe; non, inquam, nobis, quia demõſtramus illam à poſteriori; bene tamen ſecũdum ſe, quia res ſignificata per ſubiectum, & prædicatum eſt eadem, & caret medio à priori, quo demonſtretur: ita quoque videtur aſſerendum, quòd hæc propoſitio, Spiritus Sanctus eſt, nobis quidem non ſit per ſe nota, quia neque naturalitèr, ſed ſolùm per fidem; ſed tamen eſt per ſe nota ſecundum ſe, quia extrema ita ſunt coniuncta, & idẽ, vt medio à priori nequeat demonſtrari. Sicut enim quòd Petrus ſit homo, eſt per ſe notum; ita & quòd Spiritus Sanctus ſit Deus, & neceſſariò exiſtat, eſt per ſe notum ſecũdum naturam Deitatis, ſeu ſecundum ſe.

Non tamen nobis, quia neque naturaliter.

5\. *Hæc, Deus eſt Spiritus Sanctus, quaſi à priori oſtenditur ex diuina infinitate. Nõ tamẽ illa, Sps Sanctus eſt Deus.*

Eſt autem hoc loco conſiderandum, quòd in cognitione noſtra eſſentia, ſeu natura Deitatis antecedit origines diuinas. Vnde aſsignatur quaſi ratio à priori oſtendens, quòd Deus ſit Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus: nihilominùs tamen quòd Pater, aut Spiritus Sanctus ſit Deus, eſt per ſe notum; quia Pater, ſeu Spiritus Sanctus eſſentialitèr, & quidditatiuè eſt Deus. Sicut etiam Ariſtoteles 5. Phyſicorum demonſtrat motum fieri circa corpus; nihilominùs quia corpus phyſicum ſeu naturale conſtat natura, quæ eſt principium motus, corpus phyſicum eſſe mobile eſt alia ratione per ſe notum; eò quòd corpus phyſicum natura conſtet, quæ eſt principium motus; neque hac ratione demonſtratur corpus eſſe mobile, ſed eſt per ſe notum, quia natura eſt aptitudo ad motum: mobile autem eſt aptum moueri; & ideò mobile, & naturale definitione ſunt idem in quæſtione phyſica, ſi aptitudo ad motũ ſignificet naturam, in qua eſt potentia, & vis ad motum. Si verò aptitudo ſignificet ipſam potentiam & vim, erit aptitudo ad motum paſsio, & affectio corporis phyſici; & adhùc eſt propoſitio per ſe nota, corpus phyſicum eſt mobile, quia iſta aptitudo, ſeu vis ad motum eſt prima paſsio corporis phyſici, quæ cum prædicatur de proprio ſubiecto propoſitio eſt per ſe nota, vt docet S.Thomas 1.Poſterior.lect.36.

Declaratur exemplo.
Ariſt.
S.Thom.

6\. Neque hoc tamen obſtat, quin rationibus aliundè petitis demonſtretur motum A neceſſariò in corpore inueniri, vt Ariſtoteles demonſtrat 5. Phyſic. etſi corpus eſſe mobile non demonſtretur, ſed per ſe notum ſit. Quãuis ergo ex infinitate Dei poſsint à priori oſtendi diuinæ origines noſtro intelligendi modo, quia ex eo quòd natura diuina eſt infinita, intelligimus eam eſſe diuinę generationis principium, à qua generatione Patris & Filij agnitionem capimus; tamen ſi naturam ipſam diuinam cum Patre, aut Filio conferamus, nihil tam eſt per ſe notum, quàm quòd Pater ſit Deus, & quòd Filius ſit Deus; ſicut quòd Petrus ſit homo. Et idem dicendum de proceſsione Spiritus Sancti, quæ oſten- B ditur quaſi à priori ex eo quòd voluntas diuina, & natura infinita eſt. Sed ſi eadẽ natura in Spiritu Sancto conſideretur, vt propria eius quidditas, nihil magis eſt per ſe notum, quàm quòd Spiritus Sanctus ſit Deus.

7\. Sed vt de prænotionibus propoſitis explicatiùs diſſeramus, illa quæſtio eſt in medium afferenda, ſitnè per ſe notum principium, Deum eſſe? ea enim dicuntur per ſe nota principia, quæ quis negare quidèm poſsit verbo tenùs, ſed aſſenſu, & mẽte negare nõ poſsit, vt ait Ariſt. lib. de intellig. cap.1. & idem docet 4. C Metaphy. tex.9. & 1. Poſteriorum tex.5. & vltimo; quòd ſcilicèt non contingat cogitare cum aſſenſu oppoſitum eius, quod eſt per ſe notum; ideòque demonſtratione oſtendi non poſsit, cum ſit demonſtrationis principium; oritur enim demonſtratio ex per ſe notis. Sunt autẽ principia quędam omnibus per ſe nota; quædam verò per ſe nota ſapientibus, vt ait Boetius libr. de hebdomadibus, quod hoc loco attendendum eſt. De hac re S.Tho.1.p.q.2.ar.1. & in 1.d.3.q.1. ar.2. & 1.contra.c.10. & 11. de potentia D q.7.ar.2.ad 11. & de Verit.q.10.ar.2.

Quæ ſit propoſitio per ſe nota ſecundũ ſe.
Ariſt.
Boetius.
S.Thom.

8\. Sãctus Anſelmus ergo lib. Monolog. Ex ea nominis Dei intelligentia, quòd Deus eſt id, quo melius cogitari nõ poſſit; quia id quod cogitatur exiſtens, melius eſt, quàm ſi non exiſtens cogitetur: in ipſa nominis interpretatione ineſſe exiſtimauit, vt per ſe notum ſit Deum eſſe; quia id, quo melius cogitari nõ poteſt, non eſſe cogitari non poteſt. Quod idem videtur ſentire S.Ioannes Damaſcen. lib.1. fidei orthodox. cap.1. *Cunctis cognitio, quòd Deus ſit, ab ipſo naturalitèr*

D. Anſelm.
Damaſc.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

litèr inſita eſt, atque ingenita. Quarè etiam omnes omnium nationum homines dicunt, Deus videt, donet Deus, vt obſeruat Tertullianus in apologet. contra gentes cap. 17. & ſubijcit elegantiſſimam exclamationem: *O teſtimonium animæ naturalitèr Chriſtianæ*, Chriſtianum naturalitèr appellans eum, qui naturali ratione Deum eſſe agnoſcit. Et Cicero de natura Deorum lib. ait hãc eſſe naturæ informationem, ſeu naturalem conceptionem omnium.

Tertull.

Cicero.

9. S. Thom. Deum eſſe, nõ eſt per ſe notum nobis.

Oppoſitam ſententiam cum S. Doctore amplectimur, quam optimè diſputat 1. contra gentes cap. 11. docetque imprimis ea, quæ à natiuitate accepimus, quaſi à natura nos habere; ideòque plurimis accidere, vt credant à natura inſitam eſſe notitiam Dei, quia vſu, & conſuetudine ducti hoc ipſum omnes concipimus. Sed neque id per ſe notum eſt, quod eſt notum omnibus naturali notitia; ſunt enim quædam notiſsima per effectus ſuos, quæ notitia naturalis eſt: & tamen quod eſt per effectum notum nõ dicitur per ſe notum. Deinde verò illud eſt certiſsimum, quòd Deus ex natura ſua eſt maximè notus, ſicut eſt primum ens, & prima veritas, à qua dimanat omnis notitia: cum ergo Deus ſit ſuum eſſe, nihil eſt notius ex natura ſua, quàm Deum eſſe. Ea autem quæ ſunt natura notiora, ſunt nobis minus nota. 2. Metaphyſ. tex. 1. maximè autem natura diuina eſt nobis ignota, quia quod quid eſt Deus non poſſumus capere, vt ſuperiùs docuimus: ideòque Deum eſſe non eſt nobis per ſe notum, etſi natura ipſa rei nihil ſit notius. Et hanc ſententiam tenuit Auicenna apud S. Thomam in 1. d. 3. q. 1. art. 2.

Oſtenditur, & ſimul occurritur obiectis. Primò. Secundò. Tertiò.

Ariſt.

Auicenna.

10. Non conuincitur oppoſitum ex interpretatione S. Anſelmi. Probatur. 1.

Igitur illud primum liquet non eſſe omnibus per ſe notum, Deum eſſe; nam ea nominis interpretatio, quam S. Anſelm. affert, ſolis ſapientibus placet: & ideò dixit inſipiens, non eſt Deus. Quòd ſi nomen, Deus, ita interpreteris, vt vult S. Anſelmus, apud eum tamẽ, qui negat Deum eſſe, nihil adhùc efficies; quia non perſuadebis eam eſſe nominis interpretationem, niſi demõſtratione aliqua vtaris; quod verò demonſtratur, non eſt per ſe notum. Imò etſi hæc nominis interpretatio conſtet, adhùc non eſt per ſe notum, Deum eſſe, quod argutè S. Thomas animaduertit 1. contra gentes cap. 10. & 11. Nam per hanc nominis interpretationem, Deus in mente intelligentis erit id, quo melius cogitari non poteſt, & erit exiſtens in mente, hoc eſt, cogitabitur exiſtens: ſed quòd hoc ipſum exiſtens non ſolùm ſit in mente, hoc eſt, cogitetur; ſed quòd in rerum natura ſit, non eſt per ſe notum, quod Thomas Caietan. ad 1. partem in comment. declarat, vt ſit in actu exercito; ſed clariùs dictum fuerat à S. Thoma, quòd ſit in rerum natura; hoc eſt, quòd non ſolùm cogitetur eſſe, ſed quòd re ipſa exiſtat. Exemplo rem illuſtrabimus, chimæræ enim definitio eſt, quòd ſit animal concretum ex varijs partibus aliorum animantiũ; ſed hæc ipſa definitio eſt rei commentitiæ, quæ non eſt ens; ita quoque eſto ſit definitio Dei, ſeu nominis interpretatio ea, quam ponit S. Anſelmus, inque ea definitione contineatur Deum exiſtere; adhùc eſt ignotum, an res ipſa definita ſit verum ens, an fictitium, & nullũ ens. Aliàs eodem argumento probaremus per ſe notum eſſe, quòd Spiritus Sãctus ſit; quæ tamen veritas non eſt à natura inſita, neque per ſe nota; ſed ſupra naturam, & per fidem obſcuram à fidelibus percepta. Probatur, nam interpretatio nominis, Spiritus Sanctus, eſt quòd ſit diuina perſona, & illud optimum quo melius cogitari non poteſt; ergo per ſe notum eſt Spiritum Sanctum eſſe. Dicẽdum igitur eſt quod natura ſua nihil notius, nobis verò nihil magis occultum.

Probatur 2.

S. Thom.

Caiet.

Declaratur exemplo.

Probatur 3.

11. S. Thom. ait propoſitionẽ, Deus eſt, eſſe per ſe notam.

Supereſt dubium in verbis S. Thomæ 1. p. q. 2. art. 1. ait enim eſſe propoſitionẽ per ſe notam, Deus eſt. Et idem repetit de Poten. q. 7. ar. 2. ad 11. Nam etſi concedamus notum per ſe eſſe, Deum eſſe, hoc eſt, rem ipſam & naturam Deitatis per ſe exiſtentẽ, notiſsimam natura eſſe: propoſitionem tamen per ſe notam eſſe negat Ioan. Scot. in 1. d. 3. q. 2. Si enim nomine propoſitionis per ſe notæ, intelligit S. Thomas rem ſignificatam per propoſitionem, ſcilicèt Deum ipſum, nimis impropriè loquitur. Si verò propoſitionem formalitèr accipit pro enunciatione voce, aut mente expreſſa, quæ conſtat ſubiecto & prædicato; de ea non eſt iudicandum ſecundum naturam rei ſignificatæ, ſed ſecundum nominum ſignificationem, & interpretationem: quibus explicatis, ſi propoſitio eſt per ſe nota, etiam nobis eſt per ſe nota; nos enim

Scotus impugnat.

ipſi

ipſi nomina explicamus:

12. Ad hæc dicimus S. Thomam nõ fuiſſe impropriè loquutum, ſed de propoſitione formalitèr feciſſe mentionem; cõcedimuſque etiam noſtram debere eſſe nominum explicationem, vt terminis explicatis ſit per ſe nota propoſitio, & ponimus eam interpretationem nominis, Deus, quam ponit S. Anſelmus.

Admittitur interpretatio nominis, Deus, à S. Anſelmo poſita.

13. Notandum ergo eſt, vt modò diſſerebamus, quòd adhibita ea nominis interpretatione adhuc nobis eſt ignotũ, an res ſic definita ſit commentitia, & nulla res ſit. Hoc autem accidit nobis phantaſma corporeum ſpeculantibus, dum intelligimus. Si autem Deus informaret noſtrã mentem ea notitia, & ſpeciebus ijs quibus apertè, & clarè intelligeremus Deum ſic definitum non eſſe rem fictitiam, propoſitio redderetur nobis per ſe nota; explicatis terminis ſecundum propriam nominum ſignificationem, vt nota eſt beatis: quod exemplum Beatorum affert S. Thomas. Sed in Chriſto Domino eſt aliud rei accommodatius; nam per ſcientiã infuſam diſtinctis conceptibus apprehendit Deum eſſe, quoniam poteſt vti diſtinctis conceptibus conuertendo ſe ad phantaſmata, vt Tomo tertio dicemus; & ideò iuxta nominum ſignificationes Deum eſſe apprehendit, & abſque demonſtratione intelligit hoc eſſe per ſe notum, & eſſe principium primum abſque demonſtratiuo medio; quia terminorum explicationem euidentem habet per ſcientiam inditam.

Ea propoſitio non eſt per ſe nota nobis viatoribus.

Beatis maximè & Chriſto Domino per ſcientiam infuſam.

14. Similitèr videtur dicendum de Spiritu Sancto. Nam Beati, qui intuentur Spiritum Sanctum eſſe Deum, dum extra viſionem Deitatis proferunt verba de Spiritu Sancto voce, aut mẽte, intelligunt euidentèr abſque diſcurſu, Spiritum Sanctum exiſtere. Et eſt idem exemplum de ſcientia indita animę Chriſti Domini. Et ita extra verbum eſt illis propoſitio per ſe nota, Spiritum Sanctum eſſe Deum; & Spiritum Sanctum exiſtere.

Idem dicendũ de hac, Spiritus Sanctus exiſtit, ſeu eſt Deus.

15. At qui Ioannes Scotus manifeſtò ſibi repugnat cum aliquibus recentioribus, qui ei adhærent: dum enim opinantur aliàs nomen, Deus, ſignificare naturam Deitatis, non provt à nobis intelligitur, ſed provt in ſe eſt, contra eundem S. Thomam; conſequens erat vt

Scotus ſibi repugnat. Quomodò interpretetur nomen, Deus.

A aſſererent propoſitionem, Deus eſt, eſſe per ſe notam, ſcilicèt quia nomẽ, Deus, ſignificat iuxta illorum opinionẽ quod quid eſt Deus, vt lib. 5. videbimus. Nos verò dicimus propoſitionem per ſe notam eſſe, Deus eſt: Et ad hoc ſatis eſt, quod nomine Dei intelligamus, cum S. Anſelm. id quo melius excogitari nihil poteſt. Eadem ratione eſt per ſe nota propoſitio, Spiritus Sãctus eſt; nam nomine Spiritus Sancti intelligimus perſonam diuinam, & ipſum Deũ, quo melius excogitari nihil poteſt. De hac re diſputant Thom. Caiet. 1. p. q. 2. art. 1. Et lib. 1. Poſter. cap. 3. Dominicus de Soto ibi q. 2. ad 9. Franciſc. Ferrar. lib. B 1. contra gentes cap. 11. Durandus in 1. d. 3. q. 3. Richardus de Mediavilla eadem d. q. 2. Heruæus ibidem, & alij, qui partes S. Thomæ tuentur.

Caet. Sotus. Ferrar. Durand. Richard. Heruæus.

CAPVT. IX.

Per nullam cognitionem naturalem poteſt euidenter oſtendi, Spiritum Sanctum eſſe Deum.

OCcaſione prænotionũ de Spiritu Sãcto, oportet venire in quęſtionem conſuetam, ſitnè intellectui creato, etiam Angelico, naturalitèr notum Spiritum Sanctum eſſe Deum? Naturalitèr notum dicimus id, quod naturali rationis ductu, Deo non reuelante, inueſtigari poteſt. Poſtea tractabimus, qua ratione Deus nobis hoc arcanum poſſit detegere? Et illud ſimul, vtrùm accepta iã fide Trinitatis inueniri poſſit vera demonſtratio de Trinitate? 1.

C

Ad quæſtionem igitur propoſitam reſpõdemus negando, quòd ratione naturali poſſit deprehendi Trinitas diuinarum perſonarum. Negatio verò iſta probatur ex cap. præcedenti; nam cum D quod quid eſt diuinarum perſonarum ignoremus, ſupereſt vt per effectus ſolos nobis poſſint innoteſcere diuinæ perſonæ; ſed nullus effectus oſtendit proprietates perſonarum, ſed ſolam naturam: ergo nulla cognitione naturali poſſunt apprehendi, aut attingi diuinæ perſonæ; omnes enim res creatę referũtur ad vnitatẽ principij, quod eſt natura diuina; Deus enim, vt Deus eſt, eſt rerũ pricipiũ, & origo; eamq; vnitatẽ diuinæ naturæ imitantur res ſingulę in ſua vnitate 2.

Concluſio.

Res creatę nõ diſcernũt perſonas diuinas, ſed referuntur ad vnitatẽ principij, eamq. ſingulæ imitantur.

Digitized by Google

Probatur 1.
Conc. Epheſ.

vnitate. Et hoc quidem in Concilijs definitum eſt, nam in Epheſino Actor. cap. 7. decernitur opus eſſe totius Trinitatis, quicquid ſingulis perſonis aſcribitur. Et cap. 8. nõ eſſe ſeparatam Trinitatis efficaciam. Et in Cõcil. Tolet. 11.

Conc. Tolet.

in Profeſsione fidei, diuinas perſonas inſeparabiles eſſe, & in eo quod ſunt, & in eo quod faciunt; ergo nulla operatio, quæ extra Deum eluceat, poteſt perſonas diſcernere. Hoc argumento vtitur S. Ioãnes Damaſc. lib. 1. Fidei Orthod. cap. 19. vbi aſſerit trium perſonarũ operationem eſſe vnam; ratione autem naturali cõprehendi ſolam vnitatem operationis, nõ Trinitatem perſonarũ operãtium. *Vna eſt proſilitio, & motus triũ perſonarum, quod quidem increata natura conſpicere impoſsibile eſt. Quoniam diuina effulgentia, & operatio vna ſubſtantia eſt, & ſimplex, & impartibilis, & boniformitèr in rebus partibilibus variata; atque omnibus, quæ propriam conſtituunt naturam largiens, ſimplex manet.* Effulgentiã vocat ipſam operationem diuinam internam quę per opera cætera effulget, quæ actio eſt ipſa diuina ſubſtantia, vt cum S. Thom. aliàs explicabimus: hãc ait boniformitèr variari in rebus partibilibus, ideſt, ſeruare ſuam vnitatem formę qua eſt vnum bonum, etſi variè ad res creatas, & partibiles dimanet; ſemperque manere in ſua ſimplicitate. Vnde ex nullo numero rerum creatarum poteſt oſtendi numerus in cauſa primæ; ſed vnitas, & ſimplicitas, quia operatio, & poteſtas eſt ſimplex, & vna. Et cõfirmatur, quia res conditæ nõ emanant à Deo, vt eſt quid relatiuum; ſed vt eſt quid abſolutũ, ſcilicèt, ab eius potentia operãte; ergo ex his nullo modo deducitur Deum eſſe Patrem, aut Filium, quæ ſunt relatiua.

Damaſc.

Explicatur Damaſc.

Confirmatur.

Omnipotẽtia res abſoluta.

3. Probatur 2.

Secundò probatur quoniam effectus non oſtendit cauſam ſecundũ id in quo à cauſa diſtinguitur, ſed ſecundum id in quo conuenit, & ſecundum quod cum cauſa communicat: in agente autem eſt aliquod principium communicationis, ſcilicèt natura, & forma; Et aliquod principium incommunicationis (vt ita dicam) & diſtinctionis, quod eſt incommunicabile, ſcilicèt, ſuppoſitum: ergo per diuina effecta nõ poſſumus naturalitèr cognoſcere ſuppoſita diuina, quæ nobis non communicantur; ſed duntaxat naturam, quę eſt ratio, & cauſa communicandi diuina.

Suppoſitũ incommunicabile.

4. Probatur 3.

Tertia ratio ſumitur ex analogia, quã noſter intellectus neceſſariò obſeruat inter Deũ, & creaturas; Vbi enim quod quid eſt ignoratur, neceſſe eſt pcõmunia rẽ definire: Vnde õnia nomina, quæ naturalis ratio Deo attribuit, analoga ſũt. Nam in ipſis attributis, quę ſunt quaſi Deitatis affectiones proprię, etiã ignoratur quod quid eſt; verbi gratia, dicimus Deum ſapientem, ſed id, quod eſt ſapientia in Deo, ignoramus; ideoq; per cõmunia ſimul coniuncta cũ negationibus proprijs Deo eam deſcribimus, vt quòd ſit ſapiẽtia increata, &c. Sed ex ijs quæ Deo, & nobis ſunt cõmunia, nulla poteſt oriri Trinitatis perſonarũ notio: neque verò ex negationibus proprijs Deo, quę remouent imperfectiones creatas, ſed non ponũt aliquid proprium Deo; ergo nulla poteſt in nobis Trinitatis notio reperiri ex vi naturali rationis. Nam in rebus creatis diſtinctio ſuppoſiti diſtinctionẽ affert naturæ, & pluralitas rerum omninò repugnat vnius, & eiuſdem rei ſimplicitati; multitudo enim rerũ tollit vnitatẽ; quòd ſi in vnum cõueniat, facit cõpoſitionem: at verò Trinitas eſt vna natura in tribus perſonis, & res vna, & res tres abſque vlla cõpoſitione. Denique nihil eſt, quod fides, ac Theologia tradat in tota diſputatione hac, quod non longè ſuperet captum naturalis rationis, aut quod habeat in rebus creatis exemplum, & ſimilitudinem.

Omnia nomina quæ naturalis ratio Deo attribuit analoga ſunt, & cõmunia coniũcta cum negationibus Deo proprijs.

Trinitas res vna, & res tres abſque vlla cõpoſitione: Nõ ſic res vlla creata.

5. Probatur 4.

Quartò probatur hæc veritas, quoniã ratione naturali oſtẽditur vnitas Deitatis, & quòd Deus ſit ſubſtãtia indiuidua; ſed indiuidua ſubſtãtia in rebus creatis nihil differt à ſuppoſito: ergo impoſsibile eſt, quod naturalis ratio in indiuidua natura ſubſiſtere agnoſcat tria ſuppoſita; quod videtur repugnare definitioni ſuppoſiti, atq; adeò primis cõceptionibus intellectus noſtri. Et quidẽ in natura Deitatis nõ repugnat hoc; ſed tamen ſi ſequamur cõmunẽ intelligẽtiã ſuppoſiti, & naturæ, ſeu ſubſtantię, nihil magis videtur repugnare; tãtũ abeſt, vt ad hoc ratio naturalis inducat. Nam vbi remouetur principium cognitionis, quod eſt definitio, & cõmunis intelligẽtia, neceſſe eſt cognitionẽ omnẽ remoueri; definitio verò ſuppoſiti vulgata non conuenit diuinis perſonis, niſi cum quadam moderatio-

Cõmunis definitio & conceptio ſuppoſiti non conuenit ſuppoſitis diuinis, niſi cũ quadam moderatione.

Digitized by Google

moderatione, vt quartò lib. docebimus. A

6. Probatur 5. De Sp. Sácto. Increatis quod per dilectionem procedit amor, eſt Angelis euidens, nó nobis

Quintò, de Spiritu Sancto eſt ratio ſpecialis, tum quia ſaltē in nobis nō eſt euidens, quòd per dilectionē procedat amor (quod tamen arbitror Angelis eſſe notum cum ſit veritas naturalis) tum verò quia ipſis Angelis non poteſt eſſe euidēs ſecūda naturę ſubſtātialis cōmunicatio, quæ eſt proceſsio amoris poſt generationē Verbi, imò neq; diſtinctio inter vtranque, vt infrà explicabimus.

7. Probatur 6.

Denique ex oppoſita ſententia conſequēs eſt quòd in vita mortali euacuetur fides de myſterio Trinitatis, contra illud Pauli 1. Corinth. 13. *Cum venerit quod perfectum eſt*, ideſt, aperta Deitatis viſio, *euacuabitur quod ex parte eſt*, ideſt, obſcura eiuſdē cognitio. Et probatur conſectarium, quoniam cognitio naturalis euidens, quæ ſcientiam parit, fidem euacuat, ſeu actum fidei repellit: Chriſtianus enim vir, qui philoſophica demonſtratione diſcit Deum eſſe, & eſſe vnum, iam hæc non credit, ſed euidētèr ſcit; ergo ſi poteſt ſciri euidētèr myſterium Trinitatis, iam nō erit fidei, ſed ſcientiæ cognitio; cętera etiam myſteria poterūt cognitione naturali attingi, cū faciliora ſint cognitu; & deſinet aliquis credere abſq; crimine; imò erit Deo gratus ſine fide, quæ eſt hæreſis à Paulo damnata, Hebræor. 11. *Sine fide impoſsibile eſt placere Deo.* Probatur, nam gratia non amittitur ſine crimine; ceſſante ergo fide in hac vita propter cognitionem euidentem, manebit gratia, & placebit aliquis Deo ſine fide, quod eſt impoſsibile. Sanè ſi ratio naturalis ſuppeteret ad hoc myſterium perſuadēdū, haud dubium quin ab Apoſtolis adhibenda, & colluſtranda fuiſſet in re adeò difficili. At verò ante fidei prędicationē nulla nobis vel leuis ſuſpicio de Trinitate diuinarum perſonarum poteſt à natura ineſſe, vt cap. ſequēti diſputabimus inter ſoluendā argumenta.

1. Cort. 13.

Cognitio naturalis euidés quę ſcientiam parit, fidē euacuat,

Hebræ. 11.

Confirmatur.

CONFIRMATIO.

8. 7. Probatur ex ſacris literis.

SVpereſt vt doctrinā hanc auctoritate firmemus, quod eſt proprium argumentum Theologum. Et imprimis probatur ex ſacris literis: ex illo Matth. 11. *Patrem nemo nouit, niſi filius, & cui voluerit filius reuelare.* Nemo, ideſt, nulla perſona, etiam Angelica. Et ex illo, quod dixit Dominus Petro, Matth. 16. *Beatus es Simon Barjona, quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus.* Si ergo natiuitas filij oſtenſione diuina indiget, multò magis proceſsio Spiritus Sancti, quæ eſt ſecunda, & obſcurior, cognituq; difficilior. Ad myſterium hoc Trinitatis referenda ſunt illa verba Ioan. ca. 3. *Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodò ſi dixero vobis cæleſtia credetis?* Quia Nicodemus nō adhibebat plenam fidem ijs, quæ Dominus de baptiſmo proponebat; ſi myſteria (inquit) gratiæ non agnoſcitis, quæ ſunt diuina opera, quomodò capietis quæ ſunt propria naturæ Deitatis? erat enim Dñs facturus mentionē de SpirituSancto in baptiſmo. Et hoc argumētū B eſt efficax ad probandā noſtram cōcluſionē, nam myſteria gratiæ non poſſunt cognoſci euidētèr naturali cognitione, quod aſſerit planè Apoſtolus 1. Cor. 2. *Loquimur Dei ſapiētiā in myſterio, quæ abſcōdita eſt, quā prædiſtinauit Deus ante ſæcula in gloriā noſtrā.* Vbi de myſterijs gratiæ, & maximè de incarnatione Verbi diſſerit. Et ibidē. *Quā nemo Principum huius ſæculi cognouit;* Dæmones intelligit, qui dicūtur mundi Principes. Et de ijs myſterijs ſubdit. *Oculus nō vidit neq; auris audiuit, neq; in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus ijs qui diligunt illū.* C Quod eſt de gratiæ donis interpretādum. Ergo multò minùs poteſt cōcipi naturali, & euidēti ratione myſteriū Trinitatis, quod eſt multò lōgiùs ab omni cognitione remotū. Et de Angelis loquitur Paulus, ſiuè de Beatis, ſiuè de Dæmonibus meliùs explices Eph. c. 3. *vt innoteſcat principibus, & poteſtatibus, in cæleſtibus*, hoc eſt, in aere demorantibus, *per Eccleſiā multiformis ſapientia Dei.* Quia ipſi de rebus, quę ſūt ſupra naturā, cognitionē à nobis accipiūt; dū ea nobis per fidei prædicationē oſtē- D dūtur, quę naturalē rationē ſuperāt. Doctrina eſt S. Th. effectus ſupernaturales non poſſe naturalitèr cognoſci, 2. 2. q. 178. & 1. p. q. 1. ar. 7. in quē doctè cōmētatur Domin. Bañes. Et in hoc ſēſu ferè omnes Patres accipiunt illud Ioan. c. 1. *Deum nemo vidit vnquā, Vnigenitus filius qui eſt in ſinu Patris ipſe reuelauit.* Vt explicatio ſit præcedentis ſentētiæ. *Veritas per Ieſū Chriſtū facta eſt.* Quaſi apertè dicat, velamina illa, quæ tegebāt Moyſis legale miniſterium, exigebant vt ipſe Vnigenitus qui Patrem nouit

Matth. 11.

Explicatur.

Matth. 16.

Secunda proceſsio obſcurior.

Ioan. 3.

Explicatur.

Myſteria gratiæ nō poſſūt cognoſci euidētèr naturali cognitione.

Cor. 2.

Epheſ.

Cognitionem de rebus quæ ſunt ſupra naturam Dæmones à nobis accipiunt.

S. Thom.

Bannes.

Ioann. 1.

Digitized by Google

ex facie, myſteria hæc nobis aperiret, vt veritas ſuccederet rerũ vmbris, & inuolucris; hæc enim congruitas ijs verbis indicatur, vt Deus Ipſe homo factus, is eſſet, qui myſteria apertè oſtẽderet, quæ nullus, niſi Deo oſtendente, poteſt cognoſcere.

9. Hæc tamen teſtimonia non probant manifeſtè, & expreſsis verbis aſsertionẽ noſtram; poſſunt enim explicari de oſtenſione per fidem, quæ eſt cum aſsenſu noſtro, & vt præbeatur, ſicut oportet, aſſenſus ille fidei, requiritur gratia Spiritus Sancti, & interna illuminatio; de qua re ſunt ſacra teſtimonia intelligenda.

Concluſionẽ negantes non hæreſis, ſed manifeſti erroris in rebus fidei cõuincuntur.

Quare eos, qui poſitioni noſtræ repugnant, non audeo damnare hæreſis, vt faciunt Recentiores ſcholaſtici. Sed proculdubio cõuincuntur manifeſti erroris in rebus fidei, & nihil hæreſi vicinius, quã quod quis aſſerat fidei myſteria, & illud præſertim, quod eſt maximè arcanũ, poſse attingi naturali ratione euidẽti.

Probatur 1.

Quod enimquis euidẽtèr nouit, nouit infallibilitèr, & apprimè, atque optimè; quid ergo neceſsaria gratia, vbi tantùm præſtat natura?

Probatur. 2.

Sanè vbi eſt naturalis cognitio, eſt etiam cõnaturalis affectio; non enim eſt ſupra naturam appetentis partis, quod nõ eſt ſupra naturam intellectus: igitur ſi myſteria gratię ſunt nota per lumen naturæ, poſſunt etiam eſse per naturam volũtatis accepta, ſcilicèt, vt naturalitèr appetamus bona diuina oſtenſa, & aperta, & ſperemus, & diligamus per naturã, quæ eſt manifeſta hęreſis.

Probatur 3.

Deinde illud, quod euidentèr nouimus, ſimplicitèr dicimur noſſe, & reuelatum nobis eſſe; ergo ſi ſecundum naturam euidentèr nouimus myſterium Trinitatis, caro, & ſanguis nobis reuelat, id eſt, humana natiuitas.

10. Cõcluſio cõfirmatur & ex Patribus, & Scholaſticis.

S. Dionyſ. S. Athan. S. Baſil. S. Hilar. S. Cyrill. S. Ambr. S. Auguſt. S. Bernard. S. Auguſt. S. Thom.

Confirmatur Patrum conſenſu; videlicèt ita affirmant S. Dionyſ. de diuinis nominibus cap. 1. Sãctus Athanaſ. Epiſtola ad Serapionem, 2. Baſilius lib. 1. cõtra Eunomium. S. Hilarius in libris de Trinitate, & S. Cyrillus in Theſauro, S. Ambr. S. Auguſtinus, S. Bernardus locis recitatis, & alij plerique Patres. Rectè verò S. Auguſtinus tractatu 27. in Ioannem admonet, quod per fidem quidẽ in Dei cognitionem venimus, ſed non per cognitionem ad fidem. Idem ſentit S. Thomas de Veritate, q. 10. art. 13. & 1. contra gentes cap. 7. & 1. p. q. 32. art.

A 1. & lib. 1. ſent. d. 2. & 3. Idem affirmat Alex. Alenſ. 1. p. q. 2. in principio art. 3. & Durandus q. 1. Prologi, Ioannes Scotus quodlib. 14. art. 1. S. Bonauentura in 1. d. 3. q. 4. Itaque eſt ſcholaſticorum vna conſenſio.

Alex. Alenſ. Durand. Scot. S. Bonauent.

CAPVT X.

Argumenta à Philoſophia petita refelluntur.

1. SVpereſt, vt refellamus argumenta philoſophica, quibus noſtra ſentẽtia impugnatur; arguitur enim ſic. Primò, cõmunis animi conceptio eſt, quòd diuiſo ſuppoſito, ſeu perſona, diuiditur quoque quidditas, & natura, ita vt vnius naturæ vnum ſit ſuppoſitum; igitur niſi ab hoc cõmuni intellectu excipiatur diuina natura, falſa eſt illa cõmunis animi conceptio; quod non videtur dicẽdum, ſcilicèt, cognitionem naturalẽ eſse falſam, cũ Deus ſit Auctor naturæ: neceſse eſt ergo, vt ipſa ratio naturalis oſtendat exceptionem naturę diuinæ, quæ poteſt eſse in pluribus ſuppoſitis indiuiſa; aliàs ratio naturalis falſi conuincitur. Et confirmatur quia nos ſoluimus euidentèr argumenta contraria, ergo euidentèr oſtendimus aſsertionem fidei: quod enim euidens eſt non eſse falſum, euidens eſt eſse verum.

2. Secundò, in rebus creatis inuenitur veſtigium, & imago Trinitatis; ex veſtigio autem, & multò meliùs ex imagine rem ipſam cognoſcimus; ergo naturali cognitione ex rebus ipſis poſſumus in cognitionem Trinitatis deuenire. Quòd autem in rebus creatis ſit veſtigium, & imago Trinitatis, communitèr docent Patres. S. verò Auguſtinus 15. de Trinitate cap. 6. hoc argumentum proponit; cum enim quæreret, quare Trinitatem nõ liceat videre, cum etiam in ſenſu noſtro eius imaginem geramus, ſic inquit. *Quòd ſi ita eſt, perfectò aut inuiſibilia eius, per ea quæ facta ſunt, nulla intellecta conſpicimus; aut ſi illa conſpicimus, non in eis conſpicimus Trinitatem; & eſt illic quod conſpiciamus, eſt quod non conſpectum credere debeamus.* Quibus verbis hoc vertit in dubium, ſcilicèt, quare per hãc imaginẽ nõ cognoſcamus Trinitatẽ, ſicut & ex alijs rebus creatis inuiſibilia Dei cognoſcimus.

S. Auguſt.

Tertiò,

Digitized by Google

3. Tertiò,quòd natura contrahatur ad ſuppoſitum,eſt quædã imperfectio;& eſt quædam perfectio naturæ, quòd in pluribus ſuppoſitis reperiatur: ſed ratio naturalis remouet à Deo omnem imperfectionem, & omnem perfectionem illi tribuit;ergo poteſt naturali ratione probari Deitatem in pluribus ſuppoſitis cũ vnitate ſubſtantiæ reperiri.

4. Quartò,conſortium eſt maxima quædam fælicitas,& perfectio; id autem dicitur eſſe ſolum, quod non habet in natura ſua conſortem; ergo Beatiſsimæ, ſummæque Deitati debet etiam hoc ratio naturalis tribuere, vt ſint diſtincta ſuppoſita eiuſdem Deitatis, inter quæ ſit conſortium, & ſocietas. Vnde Richardus lib.9.de Trinitate in initio ait, Deum non eſſe beatum ſine conſortio. *Richard.*

5. Quintò,omnem inæqualitatem præcedit æqualitas; id enim quod poſitiuũ eſt,præcedit priuationem, ſeu formam, quæ ad priuationem reducitur; vt brutum habet quidèm formam,ſed quę explicatur per priuationem, ſcilicèt irrationale: poſitiuum autem pręcedit priuationem, & formam, quæ priuatione ſignificatur; præcedit, inquam, vel natura, vel ſaltem dignitate; ſicut homo pręcedit cętera animantia irrationalia: ergo æqualitas,quod eſt poſitiuum, antecedit inæqualitatem vt priuatiuum quid: æqualitas autẽ non reperitur eiuſdẽ ad ſe,ſed inter res diſtinctas: ergo in ente, quod eſt omnium primum dignitate,& natura, neceſſe eſt, vt præcedat æqualitas; ſed non eſt ibi æqualitas inter diſtinctas naturas; ergo eſt inter diſtincta ſuppoſita. Alia argumenta ſunt à proceſsione diuina, quibus probatur naturalitèr eſſe notam; ſed ſunt libr. 2. aſſerenda; & nonnulla etiam in cap.12. ſeruamus;quia ſpecialem continent difficultatem ad illud caput reuocandam.

ADVERTENDA.

6. Nihilominùs aſſerẽdum eſt naturali ratiocinatione nullo modo Trinitatem perſonarum oſtendi;nõ ſolùm, inquam,non oſtendi euidentèr,vt ſupra definitum eſt:Sed neque deprehẽdi poſſe,aut in opinionem, ſuſpicionemvè incidere niſi ex prędicatione fidei diuinæ: S.Thomas p.1.q.32.art.1.abſolutè negat cognitionem Trinitatis poſſe à naturali ratione proficiſci; & argumentũ ipſum, quod affert, aſſertionem ita cõfirmat, vt de omni cognitione, etiam obſcura,& imperfecta explicandum ſit; quia ab operibus Dei ſola vnitas naturæ ſignificatur, & non Trinitas perſonarũ. Neque hoc opus eſt probare nouis argumentis, cum ſatis oſtenſum ſit quàm longè abſit hoc myſterium à ratione naturali, quod etiam in ſoluendis argumentis erit magis perſpicuum. Et ita cenſent Alexander Alenſ.prima part. quæſtion. 2. memb. 1. artic. tert. Et Ioannes Scotus quodlib. 14. art.1. ac Durand.q. 1. Prologi.

Trinitatem ne in opinionem quidem, ſuſpicionemvè incidere,niſi ex prędicatione fidei diuinæ. *S.Thom.* Ratio. *Alex.Alẽſ. Scotus. Durand.*

7. Obſeruãdum tamen eſt ex S. Thom. eo loco in ſolutione ad ſecund. quòd ad oſtendendam aliquam veritatem, duplici genere argumẽtationis vti poſſumus: vel eo, quod oſtendat rem aliquam eſſe; vel eo, quod duntaxat tueatur non poſſe conuinci oppoſitum. Illud primum genus argumentationis rẽ ipſam oſtendit; hoc ſecundum ponit priùs rem eſſe, & partes huius poſitionis tuetur: nam & ex hoc quod non cõuincitur poſitionem eſſe falſam, oſtenditur poſitionis,ſeu aſſertionis veriſimilitudo. Ita Aſtrologi affirmant omnem motum aſtrorũ,qui ſenſu cernitur,poſſe conſtare cum poſitione illius ſententiæ, quæ ponit excentrica, & Epycicla. Ita & nos ponimus, ſeu aſſerimus Trinitatem eſſe, & ea omnia affirmamus, quæ ratio naturalis oſtendit poſſe conſtare cum hac fidei poſitione;non tamen probamus euidẽtèr Trinitatem eſſe. Et ita forſan poteſt explicari Richardus de S. Vict. lib. 1. de Trinitate cap.4. vbi ait. *Credo ſinè dubio,quoniam ad quorumlibet explanationem, quæ neceſſe eſt eſſe, non modò probabilia,imò etiam neceſſaria argumenta non deſint, quamuis illa interim contingat noſtram induſtriam latere.* Et infrà. *Videtur autem omninò impoſsibile omne neceſſarium non eſſe, neceſſariaque ratione carere.* Sed ſanè Richard.videtur ſignificare proprias rerum diuinarum rationes poſse humana induſtria inueſtigari;& alij hoc ipſum aſseuerant, vt refert Durandus libr. 1. ſentent.d.3.q.4. Quod cap.præcedenti refutatum iam eſt.

S.Thom. Duplex genus argumentationis. Ex eo quòd nõ conuincitur aſſertionem eſſe falſam oſtẽditur illius vereſimilitudo. *Richard.* Explicatur.

8. Illud etiam notauerim cum S.Thom. eos,qui nituntur probare Trinitatẽ perſonarũ ratione naturali derogare fidei diuinę;

Fidei diuinę derogare eos,qui naturali ratione perſonarũ Trinitatẽ probare nituntur.

diuinæ; tum quoniam fides eſt de ijs, quæ rationem naturalem ſuperant: igitur dignitatem eius imminuūt, qui profitentur ratione naturali myſteria fidei ſe capere, aut attingere: tum etiam, quia certè eæ probationes infirmæ ſunt, quibus ſi velimus inducere infideles, indociles, magiſque contumaces reddemus; & arbitrabuntur nos potiùs deſipere, qui rationibus parum efficacibus ducti, aſſenſum præbeamus rebus adeò arduis, & diuinis: igitur eæ rationes fidei quidem ſemel ſuſceptæ ſeruiunt, & vtiles ſunt, ſed apud infideles non faciunt fidem. Quòd autem Philoſophi de Trinitate aliqua dixerint, ea ex parte huic veritati fidem conciliant, nō quòd Philoſophi conſequuti diſputando ſint talem cognitionem; ſed quòd maximè antiquitùs traditam acceperint. Nam veritas antiquitate commendatur, vt cap. ſequenti dicemus.

Philoſophorum dicta de Trinitate ſolū probanteā antiquitùs traditam.

9. Illud etiam expendendum eſt, quòd argumēta diluuntur vel negatione præmiſſarum, vel conſequentiæ; ea autem quæ in bona conſequentia aſſumuntur contra fidei documenta, oportet eſſe falſa; cum verò aſſumuntur vera, neceſſe eſt in conſequentia vitium ſubeſſe, vt in altero, aut in vtroque ſit defectus. Cum ergo contra fidem Trinitatis aſſumuntur falſa, quæ tamen rebus creatis ſunt conſentanea, poſſunt quidem negari à nobis, ſed non eſt neceſſe oſtēdi euidentèr, quòd ſint falſa. Quare vt illa probentur, neceſſe eſt, vt alia aſſumantur, de quibus idem iudicium erit; neganda enim ſunt, ſi conſequentia bona ſit; verbi gratia, ſi quis arguat in omni proceſsione ſubſtantiali inueniri nouam exiſtentiam communicatam procedenti; nego id in rebus diuinis, in quibus exiſtentia eſt æterna. Aliud ergo aſſumptum excogitandum eſt ad probandum quòd etiam in rebus diuinis illud neceſſarium ſit. Quòd ſi conſequentia ſit bona qua impugnatur fides Trinitatis, aſſumptum oportet ſit falſum, & negandum eſt. Hoc autem ſatis eſt, vt euidentèr diluatur argumentum, ſiquidem arguens in re propoſita non aſſumit euidens principium. Nam ſi illud nō eſt euidens principium, euidens eſt me probabilitèr contraire, ita vt nō vincar argumento: & hoc eſt euidentèr ſoluere; ſicut in rebus alijs, quæ non ſunt

Quędam negari poſſunt quę tamē nō eſt neceſſe euidentèr oſtendi, quòd ſint falſa.

Exemplum.

A dogmata fidei, accidit me ſoluere argumentum euidētèr, cum tamen falſa ſuſtineam per ignorantiam, aūt data opera. Quare hęc refutatio euidens argumētorum, non oſtendit vera eſſe, quæ tueor. Si verò aſſumptum ſit euidēs, cōſequentia neceſſariò peccat, cuius fallaciam euidentèr poſſum refringere. Sed neque per hoc oſtendo verum eſſe euidentèr, quod credo; nam etſi illud argumentum non conuincat hoc eſse falsū, adhùc non eſt euidens, non eſse aliud argumentū, quod poſsit id euincere, quod S. Thomas 1. p. apertè videtur confiteri, & Thomas Caiet. ibidem, ac Ægid. quodlibet. 5. q. 4.

Argumētum euidētèr ſoluere accidit etiam falſa ſuſtinentem.

Nō eſt euidēs non eſſe aliud argumentum euincens.

S. Thom. Caiet. Ægid.

B

RESPONSIO.

AD primū igitur reſpondetur negādo antecedēs, ſcilicèt, eſſe cōmunē animi conceptionem, quòd vnius naturæ vnum ſit ſuppoſitum; niſi fortè ex inductione, quia ſingulæ naturæ in ſingulis ſuppoſitis ſunt; ab inductione autem ſingulorū, nō eruitur argumētū ad res diuinas; nam ſimilitèr probaremus ſapientiam diuinam eſſe quēdam habitum inhærentem, & ſic de alijs. Itē euidens eſt per naturale lumen vnam naturam eſſe vnius habentis naturā; vnde rectè conſequitur, quòd in natura diuina ſit vnum ſubſiſtēs, ſcilicèt, Deus. Sed quod in natura vna id vnū, quod habet naturam, ſit etiam incōmunicabile (in quo completur ratio ſuppoſiti) nullo pacto eſt euidens per naturæ creatæ rationale lumen, aut diſcurſum rationalē. Et ratio eſt, quia natura quidē vna eſt vnius; ſed quòd hoc vnū ſubſiſtens nō poſſit eſſe cōmune pluribus ſuppoſitis creatis, ſi qua ratione probatur, ſane probatur ex eo quòd natura eſt finita; quod docebimus tomo 4. in ea quæſt. vtrùm natura creata poſſit eſſe in pluribus ſuppoſitis? & breuitèr idē attingemus hoc lib. 1. & adhùc fuſiùs lib. 4. Cuius quæſt. deciſio eſt, nō poſſe naturā creatā eſſe in pluribus ſuppoſitis creatis, & hoc ideò quia finita eſt. Quæ ratio non habet locū in natura infinita, vt ſimilitèr probemus non poſſe eā eſſe in pluribus ſuppoſitis. Sed neq; idē probatur, quòd quia eſt infinita ſit in pluribus; nam ex altera parte occurrūt aliæ difficillimæ quęſtiones, ita vt ratio naturalis nihil de his cōcludat; 10

Euidēs eſt vnā naturam eſſe vnius ſubſiſtētis, ſiue hoc incommunicabile ſit, ſiue communicabile, vt Deus.

Ratio naturalis non probat naturā infinitā nō poſſe eſſe in pluribus ſuppoſitis: neque concludit poſſe in illis eſſe.

dat; Et quòd hæc ſint Theologo neceſſariò concedenda, argumentũ euincit; nam ſi ratio naturalis oſtẽderet id, quod habet naturam, inquantum eſt vnum, eſſe etiam incommunicabile, rectè concluderetur, quòd Deus, qui eſt vnus in natura, ſit ſuppoſitum vnum, & incommunicabile; atque adeò ratio naturalis falſum proponeret. Negamus igitur eſſe naturalitèr notum, quòd vnius naturæ vnũ ſit ſuppoſitum, niſi ſolùm inductione in naturis creatis, aut ſimili aliquo argumento de natura creata oſtendente duntaxat: vnde non poſſumus manuduci ad diuina, neque vt aſſeramus vnum ſuppoſitum, neque vt plura; ſed dũ creatura rationalis cogitat Deũ eſſe vnum ſuppoſitum, fallitur præſumens iudicare de ijs de quibus non poteſt. Si verò cogitat eſſe plura, caſu, & ſine ratione iudicat id, quod verum eſt. Ad confirmationem iam reſponſum eſt in aduertendis, euidentem ſolutionem argumentorum non probare aſſertum eſſe verum.

Quòd vnius naturæ vnum ſit ſuppoſitũ non eſt principium naturalitèr notũ niſi ſolũ inductione, vel ſimili argumẽto nõ colligente in diuinis.

11. Ad ſecundum reſpondetur, quòd nõ omnis ſimilitudo deducit ad cognitionem Dei, niſi ea ſit, quæ pariat vnum conceptum analogum; quod eſt neceſſariò obſeruandum. Nam quod quidam aiunt imaginem Trinitatis eſſe imperfectam; ideòque Trinitatem non exprimere, ita vt ratione naturali innoteſcat, non diſſoluit argumentum; nam ex alijs rebus quæ Deo ſunt ſimiles imperfectè, euidentèr tamen colligimus rerum ipſarum diuinarum cognitionẽ, vt quòd Deus ſit ſapiens, & iuſtus. Analogia ergo vnius conceptus neceſſaria eſt ad diſcurſum Theologum, vt libr. 5. docebimus; analogia autem Trinitatis non inuenitur in rebus creatis, ſcilicèt, vt ſit vna natura in tribus ſuppoſitis; nam ſi id in creatura inueniremus, & iudicaremus ſimul aliquid eſſe perfectionis, firmum eſſet argumentum in Deo quoque Trinitatem ſuppoſitorum eſſe.

Aliquorũ reſponſio reijcitur.

Analogia vnius conceptus neceſſaria eſt ad diſcurſum Theologũ.

12. Reſpondetur ſecundò, quòd imago, quæ eſt ſignum inſtrumentale (vt aiũt) deducit in cognitionem rei iam antea conſpectæ; nam qui ſolem non vidiſſet, & depictum intueretur, non intelligeret eſſe imaginem ſolis, neque inde ſuſpicaretur eſſe ſolem. Licet ergo in rebus creatis ſit veſtigium, aut imago Tri-

Imago quæ eſt ſignum inſtrumentale ſolùm deducit in cognitionem rei iam antea cognitæ.

A nitatis, ei tamen qui de Trinitate diuina nihil præconcepit, nihil ſignificat. Vide S. Auguſtin. lib. 15. de Trinitate, vbi diſcrimen aſsignat inter Trinitatem increatam, & creatam. Et cap. 8. edocet in nobis eſſe quidem imaginem Trinitatis, ſed obſcuram. *Tranſformamur*, inquit, *de forma in formam, mutamur, atque tranſimus à forma obſcura in formam lucidam*, videturque alludere ad verba Pauli 2. Corinth. cap. 3. *Tranſformamur à claritate in claritatẽ.* Itaq; per fidem, & dilectionem eſt in nobis imago Trinitatis, ſed adhùc obſcura. Sed cap. 24. apertam ſolutionem proponit. *Qui ergo*, inquit, *vident ſuam mentem, quo pacto videri poteſt, & in ea* B *Trinitatem iſtam, ſcilicèt creatam, &c. nec tamen eam credunt, vel intelligunt eſſe imaginem Dei, ſpeculum quidem vident, ſed vſque adeo non vident per ſpeculum eum, qui eſt per ſpeculum nunc videndus, vt nec ipſum ſpeculum, quod vident, ſciant eſſe ſpeculum, ideſt, imaginem.* Et hæc eadem eſt noſtra ſecunda reſponſio modò explicata. Et idcirco probè dixit Antiſthenes apud Clemẽt. Alexand. adhortatione ad gentes, Deũ cognoſci ex imagine non poſſe: aut quia imago imperfecta eſt, aut quia Deus eſt C in ſe ipſo ignotus, etſi imago eius in nobis ſit.

In nobis eſt imago Trinitatis, ſed obſcura.

13. Ad tertium reſpondetur, quòd natura creata, eò quòd eſt finita, & à ſuppoſito diſtincta, quippe quæ ab eo habet complementum quoddam, quodamq; modò definitur, & coarctatur in vno ſuppoſito, vt dicemus lib. iſto cap. 40. Et quoad hoc concedo propoſitionem maiorem, ſcilicèt, notum eſſe ratione naturali, quòd natura diuina non ſit in vno ſuppoſito definita, neque ab illo pendeat, quod eſt imperfectionis; natura enim diuina neque ſic cõpleta eſt, vt D à ſuppoſito aliquid habeat perfectionis, aut complementi; neque verò definitur à ſuppoſito. Quare etſi eſſet in vno ſolo ſuppoſito, non eſſet ideò finita, quaſi ab illo defineretur; ſed ex hac parte bene poſſet intelligi natura infinita in vno ſolo ſuppoſito. Imò natura nobilior, qualis eſt Angelica, ſecundum totam ſpeciẽ exiſtit in vno ſuppoſito, quia in eo habet quicquid perfectionis poteſt habere, vt S. Thomas docet 1. p. q. 50 art. 4. Verũ eſt quod ſpecies rerũ mate-

Notum eſt ratione naturalĩ quòd natura diuina nõ pẽdeat ab uno ſuppoſito quoad perfectionẽ & complemẽtũ, neque ab illo definiatur.

S. Thom.

Digitized by Google

Rationes duæ ob quas naturæ ſpecificæ rerum materialium plura habẽt ſuppoſita, in diuina natura nõ procedũt.

rialium, quia in vno ſuppoſito nõ inuenitur tota perfectio ſpeciei, plura ſuppoſita exigunt ad ſui ornatum, & perfectionem; quæ tamen ratio nõ habet locum in diuina natura, quæ eſt extra materiam. Præterea in rebus materialibus in pluribus ſuppoſitis ſunt plures naturæ indiuiduæ, quæ plures perfectiones ſecum afferunt; at verò diuina natura vna eſt, & indiuidua, eaque perfectiones vniuerſas complectitur. Quare nulla ratio naturalis perſuadet, vt cogitemus plura eſſe ſuppoſita Deitatis: ſed ex arcano quodam infinitatis diuinę hoc credimus oriri, ſcilicèt, quia ſunt origines intra naturam eandẽ indiuiduam, quod eſt ſupra omnem rationem naturalem.

Non eſt notũ naturali ratione quod eſſe in vno ſuppoſito ſit imperfectio.

Itaque non eſt notum ratione naturali, quod eſſe in vno ſuppoſito ſit imperfectio, quod erat probandum in maiori propoſitione?

5. *Idem.*

Ad quartum cum S. Thom. 1. part. quæſt. 32. artic. prim. ad 2. reſpondetur, quod boni eſt gaudere de conſortio: & perfecti eſt nihil indigere conſortio. Quod ſic eſt intelligẽdum, boni eſt gaudere de conſortio, ſi conſortem habeat, ita vt non aſpernetur cõſortem, ſed potiùs diligat, & fruatur conſorte; perfecti verò eſt non indigere conſorte, quia perfectum eſt quod ſibi ſufficit. Id autem quod cõſorte indiget, habet in cõſorte, quod in ſe deſiderat: quare vt docet S. Thomas 1. part. loco citato ad 2. perfectum omninò non eſt. Qua ratione probatur Deum non habere conſortem, vt ſint duo Dij conſortes. An verò conſortium ſit perfectio quędam, & fælicitas diuinarum perſonarũ in diſceptatione Theologa verſatur, de qua re lib. 3. diſſeremus. Sed ratio naturalis nõ oſtẽdit in bono vno, & ſufficienti, & perfecto, quòd eſt Deus, neceſſarium eſſe conſortium. Itaque concedo antecedens, quòd conſortiũ in Deo eſt quædã perfectio, ſed ea non eſt nota ratione naturali; quia in rebus creatis nobis notis perfecti eſt non indigere conſortio, vt diximus.

Perfectum eſt quod ſibi ſufficit.

Vnde non ſunt plures dij conſortes.

Verũ eſt quòd cõſortium in Deo eſt quædã perfectio diuinarũ perſonarũ, ſed hæc nõ eſt ratione naturali nota.

6.

Ad vltimum reſpõdetur, quòd in ijs, quæ ſunt propriè oppoſita ſecundũ priuationem, & habitum, habitus ſeu quod eſt poſitiuum, antecedit priuationem reipſa, & dignitate: non autem in ijs, quæ ſunt impropriè ſic oppoſita; in his enim ſola ratione poſitiuum antecedit priuationem, non autẽ antecedit dignitate, vel natura; quia id, quod eſt quaſi priuatio, aliquãdo eſt perfectionis argumẽtũ, vt infinitũ, inæquale, &c. In vnoquoq; autem genere nobiliſsima ſpecies eſt menſura aliarum, quare in hac intelligitur quaſi habitus, & in cæteris priuatio, quæ eſt imperfectio: & ita dicitur irrationalitas imperfectio, & priuatio in brutis: finitum autem, & infinitum non ſunt ſpecies quantitatis, ſed affectiones, ſicut par, & impar in numero; quare non eſt perfectio quantitatis finitũ, imò neque infinitum, quod in quantitate eſt impoſsibile: In ente verò finitum, quod eſt poſitiuum, eſt imperfectio, & infinitũ, quod eſt priuatio, eſt perfectio ſumma. Quanuis ergo infinitum ſit quędam priuatio finiti, non ſequitur quod finitum ſit priùs re ipſa, aut dignitate. Eodem modò dicendum eſt Deum eſſe inæqualem cęteris rebus propter exceſſum infinitum, & ita inæqualitas iſta eſt argumentum perfectionis; quare inæqualitas, etſi quædam priuatio ſit, nõ tamen æqualitas eſt prior re ipſa, aut dignitate, ſed ſola ratione eſt prior; quia ordine cognoſcendi, vniuerſim habitus antecedit priuationem, etiam in iſtis, in quibus eſt impropriè priuatio. Et nos quidem priùs concipimus res creatas, in quibus inuenitur ęqualitas, quã Deũ, in quo eſt inęqualitas. At verò in intellectu diuino hoc ipſum deprehenditur, quòd æqualitas ſit ratio cognoſcẽdi inæqualitatem. Et ipſa Deitas eſt ratio cognoſcendi, quòd Deus eſt æqualis ſibi; & deinde, quòd eſt inæqualis cæteris rebus. Itaque negatur antecedens quaſi naturaliter euidens, quòd æqualitas antecedat inæqualitatem dignitate, aut natura, ſed ſola ratione. At verò Sãct. Thomas, addit attributa diuina eſſe inter ſe æqualia, & hæc ęqualitas priùs cõſiderata eſt ratio cognoſcendi inæqualitatem; ſed ſanè non eſt realis æqualitas, cum non ſit inter res diſtinctas.

In ente finitum quod eſt poſitiuum eſt imperfectio: & infinitum quod eſt priuatio eſt perfectio ſumma.

Ordine cognoſcendi vniuerſim habitus antecedit priuationẽ etiam impropriè dictam; nõ verò ordine dignitatis, aut naturæ.

S. Thom.

7. Diuino admonitu confitemur, quòd æqualitas diuinarũ perſonarũ antecedit inæqualitatẽ Dei ad creaturas.

Et hæc quidem dicta ſunt à nobis naturali ductu rationis philoſophantibus, quia ratio ipſa æqualitatis, & inæqualitatis non conuincit euidentèr, quòd æqualitas antecedat inæqualitatem; ſed bene diuino admonitu confitemur, quod ęqualitas diuinarum perſonarum, vtpotè æterna, antecedit inæqualitatẽ,

quæ

Digitized by Google

quæ eſt Dei ad creaturas in tempore. Quòd ſi æqualitas, & inæqualitas conſideretur inter res poſsibiles, adhùc æqualitas antecedit, quia in ipſa cogitatione Deitatis prius cognitione occurrunt diuinæ perſonæ, vt poſsibiles, quam creaturæ. Et ita prima diſtinctio ordine cognitionis eſt inter diuinas perſonas; & ſtatim ſequitur inter illas æqualitas ante inæqualitatem creaturarum cum Deo collatarum.

CAPVT XI.

Obiectiones contra poſitionem allatæ ex dictis Ethnicorum refelluntur.

1. NOn immeritò hoc loco afferuntur Philoſophorũ enunciata, qui myſterium Trinitatis videntur agnouiſſe, quos refert S. Auguſt. lib. 10. de Ciuitatẽ Dei cap. 23. & lib. 7. confeſsionum cap. 9. ait, plurimos ex Platonicis paucis mutatis verbis Chriſtianos factos, quia nimirùm eorum doctrina verbũ Dei æternum, & alia dogmata Chriſtiana contineret, vt paucorum verborum in profeſſione fidei fieret immutatio; quod idem aſſerit lib. 18. cap. 56. & Albertus Magnus lib. de cauſis teſtatur multos ex Platonicis fuiſſe Chriſtianos. Et S. Iuſtinus in Apologia 2. ad Antonium Imperatorem, Trinitatis notitiam ait in Timæo Platonis obſcurè contineri. De quo etiã argumento Lactantius lib. 4. Inſtitutionum cap. 6. & 7. Euſebius Pamphilus de præparatione Euangelica lib. 1. & 11. & Auguſtinus Eugubinus lib. 10. de perẽni philoſophia. Beſſarion Patriarcha Cõſtantinopolitanus lib. 2. aduerſus calumniatorem Platonis cap. 4. & S. Gregor. Nazianz. oratione 5. de Theologia ait, Ethnicos etiã de Spiritu Sancto aliquid attigiſſe. S. Cyrillus cõtra Iulianum lib. 1. Clemens Alexandr. in ſtromatis lib. 4. & lib. 5. ſic ait, *Ita Plato ex bono mentẽ, & ex mente animam mundi emanare ait, & horum quodlibet Deum appellat.* Et idem Plato epiſtola ad Dionyſiũ tyrannum, iurandum eſſe ait per Deũ tres; & Ariſtoteles libr. 1. de cœlo text. 2. numero ternario Deum colendũ. *Per hunc numerum adhibemus noſmetipſos magnificare Deum vnum eminẽtem proprietatibus eorum, quæ ſunt creata.* Damaſius quoque Philoſophus apud Auguſt.

S. Auguſt. — Plurimos ex Platonicis paucis verbis mutatis Chriſtianos factos. — Albertus Magnus. — S. Iuſtinus. — Lactantius. — Euſeb. — Aug. Eug. — Beſſarion. — Naz. — S. Cyrillus. — Clem. Alex. — Plato. — Ariſt. — Damaſius.

A Eugubinum lib. 1. cap. 6. teſtatur Ægyptios ſolitos eſſe Deitatẽ acclamare tertiò, eundem ternariũ numerum Deitati attribuentes. Mercurij verò Triſmegiſti ſententia nihil vulgarius in libro, qui dicitur Pimander, Dialogo 4. *Monas genuit Monadem, & in ſe ſuum reflexit amorem.* Quibus ſententijs ternarius numerus in diuinis ſatis exprimitur, & de ſingulis perſonis fit non obſcura mentio. De Spiritu Sancto quoque, cui aptè accommodari poteſt, quòd anima mundi ſit; ſicut vnio, & vita à Theologis ipſi ſpiritui ſpeciatim aſcribuntur. B

Triſmegiſt.

2. Doctores ſcholaſtici diuerſas ineunt rationes reſpondendi ad hæc teſtimonia. Quidam ea omnia de attributis diuinis explicant, quaſi non loquantur de proceſsione perſonarum, ſed de ordine intelligendi quo vnum attributum prius alio à nobis intelligitur; ſicut in nobis prius cõſideratur mens, deinde verbum, tertiò amor & vnio, quorum vnum ab alio apud nos dimanat vera proceſſione, quia diſtincta ſunt. In Deo autem, quia ſunt omnia indiſtincta, forſan prædicti Philoſophi intelligebãt habere hæc inter ſe ordinem, ſed non veram proceſſionem. C Neque inficiandum eſt ita potuiſſe explicari Philoſophorum aſſerta, vt non perſonas diſtinctas in natura eadem, ſed eiuſdem naturæ diuinæ virtutes operatrices diſtinctas ſignificarent: neque crediderim Ariſtotelem in numero ternario perſenſiſſe diuinas perſonas. Ternarium verò numerum obſeruabãt, vt ſacrum, & in ſacris vſitatum, quia eſt perfectiſsimus. Ita S. Thomas de Veritate q. 10. art. 13. & 1. p. q. 32. art. 1. ad 1. & in 1. d. 3. q. 1. art. 4. ad 1. refert Commentatorem interpetrantem Deum cœli ternariò, quia is numerus indicat prin- D cipium, medium, & finem, quibus conſtant omnia, & quia is eſt numerus perfectus. At verò Platonem ait legiſſe fortè in Ægypto libros ſacros. Quæ reſponſio maximè placet; quia Philoſophi, vt poſt hæc ſubijciemus, multa dixere abdita quadam ſignificatione referentia Trinitatem, Verbumque diuinum, & Spiritum Sanctum.

Quorundam reſponſio nõ inepta. — S. Thom. — Ternarius numerus perfectiſsimus.

3. Aptior ergo, faciliorque explicatio eſt, quod Ethnici à fidelibus Iudæis hæc myſteria arripuerunt; & conciſa, ac lacerata ſcriptis ſuis inſeruere, tùm quia nõ plenè illa intelligebant: tùm forſan, vt

Optima reſpõſio, quòd Ethnici à fidelibus Iudæis hæc myſteria arripuerunt.

Digitized by Google

Rationes duæ ob quas naturæ ſpecificæ rerum materialium plura habēt ſuppoſita, in diuina natura nō procedūt

rialium, quia in vno ſuppoſito nō inuenitur tota perfectio ſpeciei, plura ſuppoſita exigunt ad ſui ornatum, & perfectionem, quæ tamen ratio nō habet locum in diuina natura, quæ eſt extra materiam. Prætereà in rebus materialibus in pluribus ſuppoſitis ſunt plures naturæ indiuiduæ, quæ plures perfectiones ſecum afferunt; at verò diuina natura vna eſt, & indiuidua, eaque perfectiones vniuerſas complectitur. Quare nulla ratio naturalis perſuadet, vt cogitemus plura eſſe ſuppoſita Deitatis: ſed ex arcano quodam infinitatis diuinę hoc credimus oriri, ſcilicèt, quia ſunt origines intra naturam eandē indiuiduam, quod eſt ſupra omnem rationem naturalem. Itaque non eſt notum ratione naturali, quod eſſe in vno ſuppoſito ſit imperfectio, quod erat probandum in maiori propoſitione?

Non eſt notū naturali ratione quod eſſe in vno ſuppoſito ſit impfectio.

5. *Idem.*

Ad quartum cum S. Thom. 1. part. quæſt. 32. artic. prim. ad 2. reſpondetur, quod boni eſt gaudere de conſortio: & perfecti eſt nihil indigere conſortio. Quod ſic eſt intelligēdum, boni eſt gaudere de conſortio, ſi conſortem habeat, ita vt non aſpernetur cōſortem, ſed potiùs diligat, & fruatur conſorte; perfecti verò eſt non indigere conſorte, quia perfectum eſt quod ſibi ſufficit. Id autem quod cōſorte indiget, habet in cōſorte, quod in ſe deſiderat: quare vt docet S. Thomas 1. part. loco citato ad 2. perfectum omninò non eſt. Qua ratione probatur Deum non habere conſortem, vt ſint duo Dij conſortes. An verò conſortium ſit perfectio quędam, & fælicitas diuinarum perſonarū in diſceptatione Theologa verſatur, de qua re lib. 3. diſſeremus. Sed ratio naturalis nō oſtēdit in bono vno, & ſufficienti, & perfecto, quod eſt Deus, neceſſarium eſſe conſortium. Itaque concedo antecedens, quòd conſortiū in Deo eſt quædā perfectio, ſed ea non eſt nota ratione naturali; quia in rebus creatis nobis notis perfecti eſt non indigere conſortio, vt diximus.

Perfectum eſt quod ſibi ſufficit.

Vnde non ſunt plures dij conſortes.

Verū eſt quòd cōſortium in Deo eſt quædā perfectio diuinarū perſonarū, ſed hæc nō eſt ratione naturali nota.

6. Ad vltimum reſpōdetur, quòd in ijs, quæ ſunt propriè oppoſita ſecundū priuationem, & habitum, habitus ſeu quod eſt poſitiuum, antecedit priuationem reipſa, & dignitate: non autem in ijs, quæ ſunt impropriè ſic oppoſita; in his enim ſola ratione poſitiuum antecedit priuationem, non autē antecedit dignitate, vel natura; quia id, quod eſt quaſi priuatio, aliquādo eſt perfectionis argumētū, vt infinitū, inæquale, &c. In vnoquoq; autem genere nobiliſsima ſpecies eſt menſura aliarum, quare in hac intelligitur quaſi habitus, & in cæteris priuatio, quæ eſt imperfectio: & ita dicitur irrationalitas imperfectio, & priuatio in brutis: finitum autem, & infinitum non ſunt ſpecies quantitatis, ſed affectiones, ſicut par, & impar in numero; quare non eſt perfectio quantitatis finitū, imò neque infinitum, quod in quantitate eſt impoſsibile: In ente verò finitum, quod eſt poſitiuum, eſt imperfectio, & infinitū, quod eſt priuatio, eſt perfectio ſumma. Quanuis ergo infinitum ſit quędam priuatio finiti, non ſequitur quod finitum ſit priùs re ipſa, aut dignitate. Eodem modò dicendum eſt Deum eſſe inæqualem cęteris rebus propter exceſſum infinitum, & ita inæqualitas iſta eſt argumentum perfectionis; quare inæqualitas, etſi quædam priuatio ſit, nō tamen æqualitas eſt prior re ipſa, aut dignitate, ſed ſola ratione eſt prior; quia ordine cognoſcendi, vniuerſim habitus antecedit priuationem, etiam in iſtis, in quibus eſt impropriè priuatio. Et nos quidem priùs concipimus res creatas, in quibus inuenitur ęqualitas, quā Deū, in quo eſt inęqualitas. At verò in intellectu diuino hoc ipſum deprehenditur, quòd æqualitas ſit ratio cognoſcēdi inæqualitatem. Et ipſa Deitas eſt ratio cognoſcendi, quòd Deus eſt æqualis ſibi; & deinde, quòd eſt inæqualis cæteris rebus. Itaque negatur antecedens quaſi naturaliter euidens, quòd æqualitas antecedat inæqualitatem dignitate, aut natura, ſed ſola ratione. At verò Sāct. Thomas, addit attributa diuina eſſe inter ſe æqualia, & hæc ęqualitas priùs cōſiderata eſt ratio cognoſcendi inæqualitatem; ſed ſanè non eſt realis æqualitas, cum non ſit inter res diſtinctas.

In ente finitum quod eſt poſitiuum eſt imperfectio: & infinitum quod eſt priuatio eſt perfectio ſumma.

Ordine cognoſcendi vniuerſim habitus antecedit priuationē etiam impropriè dictam; nō verò ordine dignitatis, aut naturæ.

S. Thom.

7. Et hæc quidem dicta ſunt à nobis naturali ductu rationis philoſophantibus, quia ratio ipſa æqualitatis, & inæqualitatis non conuincit euidentèr, quòd æqualitas antecedat inæqualitatem; ſed bene diuino admonitu confitemur, quod ęqualitas diuinarum perſonarum, vtpote æterna, antecedit inæqualitatē,

Diuino admonitu confitemur, quòd æqualitas diuinarū perſonarū antecedit inæqualitatē Dei ad creaturas.

quæ

Digitized by Google

quæ eſt Dei ad creaturas in tempore. Quòd ſi æqualitas, & inæqualitas conſideretur inter res poſsibiles, adhùc æqualitas antecedit, quia in ipſa cogitatione Deitatis prius cognitione occurrunt diuinæ perſonæ, vt poſsibiles, quam creaturæ. Et ita prima diſtinctio ordine cognitionis eſt inter diuinas perſonas; & ſtatim ſequitur inter illas æqualitas ante inæqualitatem creaturarum cum Deo collatarum.

CAPVT XI.

Obiectiones contra poſitionem allatæ ex dictis Ethnicorum refelluntur.

1. NOn immeritò hoc loco afferuntur Philoſophorũ enunciata, qui myſterium Trinitatis videntur agnouiſſe, quos refert S. Auguſt. lib. 10. de Ciuitatẽ Dei cap. 23. & lib. 7. confeſsionum cap. 9. ait, plurimos ex Platonicis paucis mutatis verbis Chriſtianos factos, quia nimirùm eorum doctrina verbũ Dei æternum, & alia dogmata Chriſtiana contineret, vt paucorum verborum in profeſſione fidei fieret immutatio; quod idem aſſerit lib. 18. cap. 56. & Albertus Magnus lib. de cauſis teſtatur multos ex Platonicis fuiſſe Chriſtianos. Et S. Iuſtinus in Apologia 2. ad Antonium Imperatorem, Trinitatis notitiam ait in Timæo Platonis obſcurè contineri. De quo etiã argumento Lactantius lib. 4. Inſtitutionum cap. 6. & 7. Euſebius Pamphilus de præparatione Euangelica lib. 1. & 11. & Auguſtinus Eugubinus lib. 10. de perẽni philoſophia. Beſſarion Patriarcha Cõſtantinopolitanus lib. 2. aduerſus calumniatorem Platonis cap. 4. & S. Gregor. Nazianz. oratione 5. de Theologia ait, Ethnicos etiã de Spiritu Sancto aliquid attigiſſe. S. Cyrillus cõtra Iulianum lib. 1. Clemens Alexandr. in ſtromatis lib. 4. & lib. 5. ſic ait, *Ita Plato ex bono mentẽ, & ex mente animam mundi emanare ait, & horum quodlibet Deum appellat.* Et idem Plato epiſtola ad Dionyſiũ tyrannum, iurandum eſſe ait per Deũ tres; & Ariſtoteles libr. 1. de cœlo text. 2. numero ternario Deum colendũ. *Per hunc numerum adhibemus noſmetipſos magnificare Deum vnum eminẽtem proprietatibus eorum, quæ ſunt creata.* Damaſius quoque Philoſophus apud Auguſt. Eugubinum lib. 1. cap. 6. teſtatur Ægyptios ſolitos eſſe Deitatẽ acclamare tertiò, eundem ternariũ numerum Deitati attribuentes. Mercurij verò Triſmegiſti ſententia nihil vulgarius in libro, qui dicitur Pimander, Dialogo 4. *Monas genuit Monadem, & in ſe ſuum reflexit amorem.* Quibus ſententijs ternarius numerus in diuinis ſatis exprimitur, & de ſingulis perſonis fit non obſcura mentio. De Spiritu Sancto quoque, cui aptè accommodari poteſt, quòd anima mundi ſit; ſicut vnio, & vita à Theologis ipſi ſpiritui ſpeciatim aſcribuntur.

S. Auguſt. Plurimos ex Platonicis paucis verbis mutatis Chriſtianos factos. *Albertus Magnus.* *S. Iuſtinus.* *Lactantius.* *Euſeb.* *Aug. Eug.* *Beſſarion.* *Naz.* *S. Cyrillus.* *Clem. Alex.* *Plato.* *Ariſt.* *Damaſius.* *Triſmegiſt.*

2. Doctores ſcholaſtici diuerſas ineunt rationes reſpondendi ad hæc teſtimonia. Quidam ea omnia de attributis diuinis explicant, quaſi non loquantur de proceſsione perſonarum, ſed de ordine intelligendi quo vnum attributum prius alio à nobis intelligitur; ſicut in nobis prius cõſideratur mens, deinde verbum, tertiò amor & vnio, quorum vnum ab alio apud nos dimanat vera proceſſione, quia diſtincta ſunt. In Deo autem, quia ſunt omnia indiſtincta, forſan prædicti Philoſophi intelligebãt habere hæc inter ſe ordinem, ſed non veram proceſſionem. Neque inficiandum eſt ita potuiſſe explicari Philoſophorum aſſerta, vt non perſonas diſtinctas in natura eadem, ſed eiuſdem naturæ diuinæ virtutes operatrices diſtinctas ſignificarent: neque crediderim Ariſtotelem in numero ternario perſenſiſſe diuinas perſonas. Ternarium verò numerum obſeruabãt, vt ſacrum, & in ſacris vſitatum, quia eſt perfectiſsimus. Ita S. Thomas de Veritate q. 10. art. 13. & 1. p. q. 32. art. 1. ad 1. & in 1. d. 3. q. 1. art. 4. ad 1. refert Commentatorem interpetrantem Deum cœli ternario, quia is numerus indicat principium, medium, & finem, quibus conſtant omnia, & quia is eſt numerus perfectus. At verò Platonem ait legiſſe fortè in Ægypto libros ſacros. Quæ reſponſio maximè placet; quia Philoſophi, vt poſt hæc ſubijciemus, multa dixere abdita quadam ſignificatione referentia Trinitatem, Verbumque diuinum, & Spiritum Sanctum.

Quorundam reſponſio nõ inepta. *S. Thom.* Ternarius numerus perfectiſsimus.

3. Aptior ergo, faciliorque explicatio eſt, quod Ethnici à fidelibus Iudæis hæc myſteria arripuerunt; & conciſa, ac lacerata ſcriptis ſuis inſeruere, tùm quia nõ plenè illa intelligebant: tùm forſan, vt quaſi

Optima reſpõſio, quòd Ethnici à fidelibus Iudæis hæc myſteria arripuerunt.

Digitized by Google

S. Cyrillus.

quaſi propria venditarent. Nam & S. Cyrillus lib.1. contra Iulianum ait Pythagoram, & Platonem non ignoraſſe Moyſis documēta, quæ in Ægypto erāt in admiratione omnium,& Mercurium, ſeu Hermetem Triſmegiſtum fuiſſe in Ægypto ſacerdotem:& inquit, *Ille Ægyptius Hermes &c.ſemper ea,quæ Moyſes docuit,ſenſiſſe comperitur, tametſi nō omninò rectè,& irreprehenſibilitèr, ſed aliqua ex parte.* De quo argumēto plurima cum eruditione ſcribit Clemens Alexand.in libris ſtromatum, in quibus nihil agit aliud, quàm vt furta Ethnicorum indicet, ſacriſque libris reſtituat.

Clem. Alex.

Et libr.1.ſtromatum poſt longam diſputationem ſic colligit. *Eſt ergo etiam in Philoſophia, quæ furto ſubrepta; & veluti à Prometheo parum ignis aptum ad lumen, qui vtilitèr excitatur; & veſtigium aliquod ſapientiæ,& motus à Deo: in his autem latrones, & fures fuerunt, qui ſunt apud Græcos Philoſophi, qui ante Domini aduentum à Prophetis Hebræis partes veritatis, id minimè agnoſcentes, ſumpſerunt: ſed ſibi tanquam propria dogmata attribuerunt; & alia quidèm adulterarunt, alia autem ſuperuacanea quadam diligentia indoctè tanquā ſapientes pronunciarunt, alia autem etiā inuenerunt, fortè enim ſenſus quoq; ſpiritum habuerunt.* Quibus verbis opinatur potuiſſe quoque indi Philoſophis antiquis ſpiritum intelligentiæ diuinæ, quo aliquas veritates fidei ſcriptis proderēt. Et ſtatim recitat Ariſtotelem dicentem Sophiſticam furem eſſe ſapientiæ. Rectè quidèm, nam, vt ipſe refert libr.eodem, Clearchus Peripateticus dicebat nouiſſe ſe Iudæum quendam, cum quo conuerſatus erat Ariſtoteles:haud dubium, quin ab ipſo potuerit de Deo plura ediſcere. Et libro eodem refert dictum Numenij Pythagorici ſic ſcribentis; *Quid enim eſt Plato, niſi Moyſes qui loquitur Atticè?* eò quòd à Moyſe multa acceperit Plato. Et apud Clem. Alexandr. lib.5. ſtromatum Orpheus apertam facit mentionē de Caldęo propheta. Quarè dixit Tertullian. veriſsimè in apologet. contra gentes cap. 47. *Quis poetarum, quis Sophiſtarum, qui non omninò de Prophetarum fonte potauerit?* Non dubium certè eſt, quin Sophiſtæ fures fuerint diuinæ ſapientiæ. De qua etiam re legendus eſt Euſebius de præparatione euangelica lib.10.cap.2. & S.Auguſt. 8.de Ciuit. Dei cap.11. & lib.8.cap.37.

Opinatur Clemens Philoſophis antiquis ſpiritum diuinæ intelligentiæ fortè inditum.

Tertul.

Euſeb.

S. Aug.

Alij dicunt ab Adamo ad philoſophos hæc ſapiētiæ fragmenta perueniſſe.

Alij addunt, ex traditione vetuſtiſsima ab Adamo fragmenta quædam doctrinę ſanctæ in ore gentium relicta, & veniſſe ad magnos illos Philoſophos Beroſum, Iamblicum, Triſmegiſtum, Proclum, Socratem, Platonem, Plotinum, & Philonem: proindèque eorum libros myſteria fidei redolere.

4. *Aug. Eug.*

Auguſtinus igitur Eugubinus plurimis confirmat fidem Trinitatis à primis parentibus per manus quaſi veniſſe ad poſteros: nam & Noe hæc filijs tradidiſſe; cum autem Noe vſque ad Abrahę tēpora ſuperuixerit, quid eſt mirum verſari ea adhùc ætate doctrinam Trinitatis inter aliquos? Et amicos Iob Ethnicos in ſenſu recondito hoc myſterium videri ſignificare? Iam propagato populo Iſraelitico, cum non ſit dubium apud Iudæos ſapientes Trinitatis notionē fuiſſe apertam, ait fieri potuiſſe vt idem ad Ægyptios deflueret: primos autem Philoſophos ex Ethnicis præ ſtudio ſapientiæ ſolitos eſſe in Ægyptum deſcendere; indèque præcipuè arcana ſua didiciſſe, auctor eſt Clemens Alexandr. S.Cyrillus, Theodoretus, & alij.

Clem. Alex. S. Cyrillus. Theodoret.

5. Philoſophi teſtes Sanctæ Trinitatis iā olim traditæ.

Sanè hæc longa conteſtatio Ethnicorum tanta diligentia, ſtudioque ab Auguſtino Eugubino, & ab alijs compoſita in eo fauet maximè fidei, ac doctrinæ Trinitatis, vt non nouum, & quaſi excogitatum myſterium videamur prædicare, ſed à mundi primordijs celebre; quod ipſi Ethnici vel obſcurè, aut etiam corruptè indicantes, fuiſſe tamen à Maioribus acceptum declararunt. Quarè nō arbitrōr otioſum, aut vacuum ſtudium hoc Eugubini, & aliorum; maximè, cum in hoc ipſo S. Cyrillus grauitèr laborauerit, & S. Auguſtinus videatur ſubſcribere huic ſententiæ. Iuſtinus verò dialogo cum Triphone pag.91. poetas Ethnicos vel in fabulis ait veritati Catholicæ atteſtari, quas videntur à ſacris literis hauſiſſe, immutataſque, & figmentis inuolutas tradidiſſe; vt cum Mythragiſtæ ſuum Mythrum aiunt ſaxo progenitum, alluſiſſe ad lapidem exciſum ſine manibus apud Danielem, quo Chriſtus ſignificatus eſt ex Virgine natus: & Perſeum de Virgine natum fabulatos eſſe. Itaque & nobis teſtes ſunt eius, quam prædicamus, veritatis. De qua re elegātèr

S. Cyrillus. S. Aug. Iuſtinus.

Poetæ Ethnici vel in fabulis veritati Catholicæ atteſtantur.

Clem. Alex.

tèr ſcribit Clemens Alexand. ſtromatũ lib. 1. his verbis. *Siuè ergo dicunt Græcos diuinæ Philoſophiæ eſſe caſu aliquid elocutos, caſus eſt diuinæ œconomiæ, quia rectè prouiſum eſt à Deo, vt ea etiam fidem firment, quæ ſunt caſu à Philoſophis ſcripta, non tamen caſu, ſed Dei prouidentia in ſcriptis relicta.*

Ethnici inanis gloriæ cupidi.

6. Quòd ſi obijcias Ethnicos non potuiſſe literis mandare, quæ non crederent. Reſpondemus, inanis gloriæ cupiditate (vt alij ſolent) ſcripſiſſe, quæ non caperent; quo maiorem ſapientiæ opinionẽ conciliarent: id autem actum eſſe Deo prouidente, vt ex eorum ſcriptis atteſtatum eſſet fuiſſe hanc fidem iam olim prædicatam; vel ſanè hoc ideò egerunt, quòd aliquam fidem humanam adhiberent iſtis rebus, eò quòd Moyſem maximè reuererẽtur & ſapientes Ægyptios.

Ludouicus Viues.

Quod vt fiat probabilius, in memoria obſeruanda ſunt dicta Philoſophorum à Patribus enarrata; & illud primum, quod refert Ludouicus Viues apud S. Auguſtinum ex Mercurio Triſmegiſto, & Iamblico, cum Rex Ægypti interrogaſſet Serapidem quiſnam eſſet ſe beatior? reſpondiſſe.

De ſingulis perſonis diuinis.

Principio Deus eſt, tunc ſermo, & ſpiritus iſtis
Additur, aquaque hæc ſunt tendentia in vnum.

Quod oraculum cum fuerit Dœmonis opera editum, intelligendum eſt id Dœmonem ſibi voluiſſe, quod doctè obſeruat Tertullianus libr. de corona militis cap. 15. Dœmones procurare ſcilicèt, vt fidei noſtræ dogmata inter ſua dicta numerentur, quo vel ſuis fidem faciant, vel noſtris illam eripiant, veri falſique commiſtione. Quam ob cauſam legitur Chriſtus Dominus illos increpaſſe Dœmones, qui illum filium Dei clamabant. Refertur etiam ab Auguſt. Eugubino lib. 2. de perenni Philoſophia cap. 19. aliud oraculum Apollinis cùm interrogaretur de vera religione. *Ne me (inquit) ſciſciteris de ſancto, ac diuino genitore, & ſobole chara, rebus magni induperantis, & flatu qui mundum aſtrictũ continet omnem.* Vbi etiam malus Dœmon veriſſimam de tribus perſonis confeſsionem prodidit. Quid ergo mirũ eſt, quod Philoſophi vel à ſuis oraculis didicerint trium perſonarum notionem?

Tertullian.

Dœmones verum & falſũ callidè miſcent.

Aug. Eug.

S. Iuſtin. ex Æſchilo.

Sanctus Iuſtinus ex Æſchilo antiquiſſimo refert verſiculos quoſdam libro de Monarchia.

Vnus eſt per ſe genitus, ab eo cuncta prognata ſunt,
Et in eis ipſe ſuperat, neq; eum quiſquam Mortalium videt.

De Verbo.

S. Cyrillus ex Orpheo.

S. Cyrillus lib. 1. contra Iulianum, cum eadem de Orpheo verbis aliquatenùs mutatis deprompſiſſet, ait. *Itaque vnum & illum per ſe genitum per omnia, & ſuper omnes nominat Deum.* Prophyrius 4. libro hiſtoriæ Philoſophicæ refert ex Platone de Mẽte, *Proceſsit autem ante ſecula ab Auctore Deo incitata per ſe genita.* Et ibidem dicitur proceſsiſſe ab æterno, & eſſe ſubſiſtentem. Et Orpheus facit de Verbo apertam mentionem.

Porphyr.

Vocem adiuro te Patris, quam locutus eſt Primum,
Quando mundum vniuerſum ſuis firmauit Conſilijs.

Clem. Alex.

Triſmeg.

Et iterùm apud Clem. Alexand. adhortatione ad gentes. *Verbum eſt aſpiciens diuinum, aſsiſtere nunquam huic ceſſat.* Et Triſmegiſtus, *Verbum enim eius procedens, perfectum, exiſtens, &c. fœcundum, ac opifex*, & iterùm de Verbo. *Eſt autem è perfectiſsimo progenitus, perfectus, & fœcũdus, germanus filius*. Quòd autem dicit filium fœcundum eò pertinet, quia eſt rerum conditor, vt ſtatim ſubijcit. *Verbi eius mentalis natura eſt generatiua, & condere poteſt.* Et iterùm alio loco. *Conditoris verbum, ò fili, perpetuum, per ſe mobile, increſcibile, indiminuibile, incommutabile, &c.* Per ſe mobile autem ait, quia per ſe operatur, & propter ſe. Quis autem neget hæc eſſe propria Deitatis attributa, quę Hermes tribuit Verbo à Deo procedenti. Et in ſermone ad Aſclepium vocatur Verbũ mens mentis, id eſt, ſapientia ſapientiæ, vt Patres loquuntur. At verò Hermetẽ, Triſmegiſtum de Spiritu Sancto philoſophatum eſſe teſtatur Auguſt. Eugub. lib. 2. de perenni philoſophia cap. 14. Et quidem Triſmegiſtus ſermone 3. ad Aſclepium interrogatus de ſpiritu (dixerat enim Deum mente, & ſpiritu ſuo omnia continere) reſpondit, *Hoc ſpiritu omnia opus habent, omnia enim portat ſecũdum dignitatem, omnia viuificat, & alit, & à ſancto fonte producitur, &c.* Vide ſpiritum omnia portantem ſecundum dignitatem, ſcilicèt, vt Deo dignum eſt; & cun-

De Spiritu Sancto. Aug. Eug. Triſmeg.

Digitized by Google

eundem Spiritum productum à ſancto fonte, vt ſaltem intelligat à Patre. Quid ergo potuit dici clarius? vt taceam cętera, quę initio huius capitis ſunt recitata. Sanè Gregorius Nazianz. oratione 5. Theologiæ teſtatur priſcos philoſophos nomine mentis imaginem quandam ipſius Spiritus Sancti animo concepiſse. De tribus verò perſonis mentionem fecere Philoſophi non ſolùm colendo numero ternario, vt prædictū eſt, ſed Prophyrius explicans opinionem Platonis ait, vſque ad tres ſubſiſtentias diuinam ſubſtantiam progredi; primam vocat bonum, ſecundam conditorem, tertiā animam mundi (ſcilicèt SpiritumSanctum) & ait Deitatem progredi vſque ad animam: ſanè aſserēs animam eſſe quoque Deum. Quòd autem Spiritus Sanctus dicatur anima explicat S. Cyrillus, quia viuificat. Et ſimilitèr explicat Prophyrius illud Platonis, *Circa primum prima, & ſecunda circa ſecundum, & circa tertium tertia*. Et Euſebius Cæſarienſis libr. 11. de præparatione euangelica refert Plotinum ſcripſiſse librum de tribus hypoſthaſibus. Suidas verò, verbo Mercurius, ait idcircò Hermetem Mercurium fuiſse appellatum Triſmegiſtū, id eſt, ter magiſtrum, quia de tribus diſſeruit diuinis perſonis.

Nazianz. — De tribus perſonis. — *Prophyr.* — *S. Cyrillus.* — *Porphyr.* — *Euſeb. Cæſ.* — *Suidas.* — Cur Hermes ſit Triſmegiſtus appellatus

8. Sed obſeruādum eſt, eos ita de ijs rebus fuiſse locutos, vt noua ſemper meditarentur, quibus adiectis fontē ipſum veritatis turbarunt: & ideò Patres aiunt initia hæreſum emanaſse à Philoſophis, quod S. Hieronymus refert à Tertulliano dictum epiſtola ad Cteſiphontē, laudatque ibi Tertulliani ſententiam, Hæreticorum Patriarchas philoſophos fuiſſe. Quam ſententiam Tertullianus pronunciauit libro de præſcriptis aduerſus hæreticos, & hæreſum auctores recenſet alium Platonicum, alium Stoicum, aliū Epicuręum; & libr. 1. contra Marcio. eoſdem arguit ſapientiæ profeſsores, de quorum, inquit, ingenijs omnis hæreſis animatur. Idem affirmat libr. de irreptionibus. Et S. Ambroſ. lib. 1. de fide c. 5. quia, vt conſtat ex verbis alijs Platonis, mens dicitur facta, hoc eſt, creata: & anima dicitur commixta mundo, vt Auguſtinus Eugubinus ex eius ſententia refert: & tres ſubſiſtentias tres Deos credit; vndè prima, ſecunda, & tertia, ſcilicèt, attributa, & imperia, ſeu primæ partes, ſecundæ, & tertiæ, circa primum, ſecundū, & tertium. Quare S. Cyrillus affirmat cum Arianis Platonem conſentire. Et Plotinus librum ſcripſit de tribus principalibus eſſentijs, apud Genebrardum ad Schegium fol. 70. qui & Prophyrium in eandem impietatem adegit. Triſmegiſtus verò puriori ſermone vtitur, quē Eugubinus arbitratur nuſquā falsò ſentire de rebus diuinis, ſi beneuolè expliceturQuamobrem hęc ſe collegiſſe diligentèr ait S. Cyrillus ea de cauſa, vt cōpertum ſit erraſſe quidèm Philoſophos proprijs opinionibus ſeductos, non fuiſſe tamen expertes eorum, quæ in Moyſaicis libris continentur.

Initia hæreſū à philoſophis. — *S. Hieron.* — *Tertullian.* — *S. Ambr.* — Platonis errores. — *Aug. Eug.* — *S. Cyrillus.* — *Plotinus.* — *Porphyr.* — Triſmegiſtus nuſquam falſus Eugubino videtur. — *S. Cyrillus.*

9. Qua etiam de re elegantiſsimè idem Tertullian. in apologet. cōtra gent. cap. 47. *Homines, inquit, gloriæ, & eloquentiæ ſolius libidinoſi, ſiquid in ſāctis ſcripturis offenderunt, digeſtis pro inſtituto curioſitatis; ad propria opera verterunt: neq; ſatis credētes diuina eſſe, quominùs interpolarent; neque ſatis intelligentes, vt adhùc tunc ſub nubilo etiam ipſis Iudæis obumbrata, quorum propria videbantur. Nam & ſiqua ſimplicitas erat veritatis, & magis ſcrupuloſitas humana fidem aſpernata mutabat: per quod incertum miſcuerunt etiam quod inuenerunt certum.* Et iterùm, *Ex horum ſemine, & noſtram hanc nouitiolam paraturam viri quidā ſuis opinionibus ad philoſophicas ſententias adulterauerunt, & de vna via obliquos multos tramites, & inexplicabiles ſciderunt*, nouam paraturam dicit teſtamentum nouum. Itàque Philoſophi luſtrantes didinos libros ex parte mutarunt, quia non intelligebant recōdita myſteria: ex parte etiam adulterarunt, quia cum non ſincerè crederēt eſſe diuina oracula, non fuit illis religio, quæ legebant, variare. Et quidèm rectiſſimè concludit Tertullianus: *Omnia aduerſus veritatem, de ipſa veritate conſtructa ſunt, operantibus ſimulationem iſtam ſpiritibus erroris.* Inuidia, ſcilicèt diaboli, quæ eſt auctor mendacij, ſuperſeminata ſunt zizania, & de veris Dei oraculis, maligna interpretatione ortæ ſunt hæreſes.

Tertullian. — *Idem.*

10. Sybillas verò fuiſſe verè Prophetiſsas probabilior fert opinio; neque videtur poſse negari, cum apertè de Chriſto Domino multa prædicent, de quibus hoc idem S. Hieronymus aſseuerat libr. 1. contra

Sybillas fuiſſe prophetiſſas probabilius. — *S. Hieron.*

contra Iouenianum, *Quid referam* (inquit) *Sybillas, Erythræam, atque Cumanam, & octo reliquas, quarum inſigne virginitas eſt, & virginitatis præmium diuinatio?* vt etiam affirmat S. Auguſtinus lib. 17. de Ciuitate cap. 23. lib. 3. cōtra Fauſtum cap. 15. & Lactantius lib. 4. Inſtitutionum diuinarum cap. 6. & 7. & lib. 1. cap. 6. & lib. 2. de diuinatione. Vide S. Thomam 2.2. q. 1. artic. 7. ad 3. & Barthol. Torres, ac Sixtum Senenſem lib. 2. titulo, Sybillina oracula. S. verò Auguſtinus oratione contra Iudęos, Paganos, & Arianos, de Sybillinis oraculis admirāda commemorat: & illud ſcitu digniſsimum, quòd Sybilla quibuſdā verſibus primas literas præfixerit, quibus acceptis Græcè legatur Ieſus Chriſtus Dei filius Saluator: quod & Latinè præſtitit Sybillinorum oraculorum traductor lib. 8. in Bibliotheca Patrū tom. 8. vbi adhùc extant multi oraculorum Sybillinorum libri admirabiles.

S. Auguſt. Lactant. S. Thom. Torres. Sixtus Sen. S. Aug. Scitu digniſsimum de Sybilla. *Sybillinorū oraculorū traductor.*

11. De Sybillis etiam Clemens Alexand. libr. 1. & lib. 6. ſtromatum; vbi etiam de Hyſtaſpe ſic ſcribit, *Hyſtaſpē ſumite, & inuenietis Dei filium multò clariùs, & apertiùs eſſe ſcriptum, &c.* Idem argumentum tractat Auguſt. Eugub. lib. 1. de perenni philoſophia c. 25. & apud Clem. Alexandr. lib. 1. ſtromatum, Heraclitus ait, primam Sybillam non humanitùs, ſed diuinitùs apparuiſſe, & Delphis oſtēdi petram, qua inſidens vaticinabatur. Serapiō verò narrat ne mortuam quidē ab arte diuinandi ceſſaſſe. Quibus liquet quantæ fuerit auctoritatis etiam apud Ethnicos.

Clem. Alex. De Hyſtaſpe. *Aug. Eug. Clem. Alex.* De 1. Sybilla.

12. Prædictam ſententiam ſi ſequamur, facilè eſt reſpondere hos Philoſophos, qui de Trinitate expreſsiùs commentati ſunt, cognitionem hanc ex libris ſacris accepiſſe. Sed vtcunque illud ſit, cōpertiſsimum tamen eſt myſterium hoc ratione naturali non conſtare, nō dicam euidentèr, ſed ne inueſtigari quidèm vllatenùs potuiſſe; cum nulla ſit via huius veritatis inquirendæ, vt ex ſuperioribus eſt ſatis probatum.

Myſteriū Trinitatis ratione naturali ne inueſtigari quidē potuit.

CAPVT XII.

Notitiam Trinitatis euidentem, citra Viſionem Dei, ſola Dei atteſtatione euidenti obtinere poſſumus.

Prima pars. *Poſt fidem etiam acceptam nulla ratio inuenitur demonſtrans Trinitatem eſſe.*

Secunda. *Nulla poteſt nobis eſſe ſpecies abſtractiua Trinitatis, quæ ſit per ſe ipſam euidens.*

Tertia. *Deus ſola euidenti atteſtatione ſua poteſt infundere euidentem notitiam Trinitatis, citra viſionem ſuæ eſſentiæ.*

Quarta. *Euidentia atteſtationis diuinæ non permittit aſſenſum fidei obſcurum.*

PARS PRIMA.

Poſt fidem etiam acceptam, nulla ratio inuenitur demonſtrans Trinitatem eſſe.

1. DIſceptatio eſt inter Theologos, vtrùm viro Chriſtiano credenti myſterium Trinitatis, & multa de eo philoſophanti, poſsint occurrere euidentes demōſtrationes, quibus hoc ipſum, quod credit, demonſtret? vt facere viſus eſt Richardus de Sancto Vict. lib. 1. de Trinitate cap. 4. Et eas quidem rationes poſſe inueniri ab homine lumine fidei illuſtrato docet Henric. quodl. 8. q. 14. Ioannes verò Scotus d. 2. q. 1. ar. 3. plura congerit argumēta, quibus conuictus Michael de Medina libro de recta fide cap. 54. affirmat concluſionem elici omni Philoſophia certiorem. At verò Raymundus Lullius in libro, quem vocauit Apoſtrophen, & in libro de demonſtrationibus æquiparantiæ, & in libro ſententiarum ipſo in veſtibulo affirmat cōmonſtrari poſſe euidentèr myſteriū Trinitatis; & credit eas ſe demonſtrationes conficere luculentiſsimas, quibus neceſſe ſit conuinci hæreticum, aut Ethnicum hominem. Neque diſſentit Ioānes Gerſon Alphabeto. 13. litera F. Sed addit Lullius hominem ſic philoſophantē circa illud myſterium Trinitatis non habere fidem.

Richard. Henricus. Scotus. Michael de Medina. Raym. Lullius. Ioan. Gerſ. Lullius.

2. Contra hos Doctores (excepto Richardo, de cuius ſententia lib. 2. cōmentabimur) affirmamus ex prædicatione fidei nullam inueniri poſſe rationē, quæ Trinitatem perſonarū euidentèr oſtendat. Probatur: nam hæc veritas non deducitur ex principijs cognitionis naturalis, vt ſuprà oſtenſum eſt; aliàs quæ ex natura-

Concluſio certiſsima. Probatur.

Digitized by Google

naturali lumine poſſunt ſciri, contingit aliquãdo ſciri, vt quadratura circuli, quę cum non ſit demonſtrata, forſan tamen demonſtrabitur; myſterium autem Trinitatis ante fidei prædicationem non contingit intelligi, vt ſuprà. Quamuis ergo poſt fidei prędicationem inueniamus rationes congruas, atque aptas ad indicandam hanc veritatem, nulla tamen illarum eſt demonſtratiua; & hoc eſt certiſsimum; aliàs hoc myſterium per accidens eſſet ignotum, ſiquidèm ex principijs cognitis lumine naturali commõſtrari poſset; imò & ab Angelo eſſet cõmõſtrabile, qui principia naturalia cognitionis ſcitè callet. Ex principijs tamẽ fidei obſcuris, ſi quis dicat per euidentẽ conſequentiam deduci cognitionẽ certam Trinitatis, aut comparari ſcientiam obſcuram, qualis eſt Theologia, non erit temeritatis nota arguendus. Concluſio enim, quæ conſequitur ex principijs fidei, non eſt euidens, cum oriatur à principijs fidei obſcuris; neque fidẽ euacuat, qua potiùs nititur. Verùm probabilius eſſe exiſtimamus, nec datis etiam principijs fidei, per euidẽtem conſequentiam myſterium Trinitatis explanari: ſunt enim multa, quæ vim conſequentiæ impediunt, & irretiunt, vt nihil poſsit omnino ex parte à dubijs emergentibus abſolui, quò euidens conſtet ratiocinatio. Itaque neque dato hoc principio quòd in natura Deitatis ſit origo, demonſtratur perſonarũ Trinitas in natura eadẽ, propter dubia, quæ occurrunt diſputãti.

Probabilius eſt nec datis etiam principijs fidei, per euidentẽ conſequentiã myſterium Trinitatis explanari.

3. Hi tamen Doctores non ſolùm affirmant ex aliquo principio fidei deduci concluſiones euidentes, & ſcitas huius myſterij: Sed credunt audito ſemel myſterio fidei, poſſe animum ſubire euidentes demonſtrationes ex principijs euidentibus; quod ſummoperè contendit Lullius. Principia autem euidentia, etſi non innoteſcant niſi poſt fidei prædicationem, ſunt tamen per ſe nota, & ignota per accidens. Qua etiam in re eſt diſcors à ſe ipſa ſententia. Nam ſi per ſe nota ſunt, & euidentia, quid prohibet per ſe ipſa innoteſcere abſque prædicatione fidei? Myſterium autem hoc eſſe ignotum cõprobauimus Scripturæ ſanctæ oraculis, Patrumque ſententijs. Et ferè nihil diſtat hæc ſenrẽtia ab illa, quæ aſſerit ſimplicitèr myſterium Trinitatis poſſe demonſtrari.

Sẽtẽtia Lullij, audito myſterio fidei poſſe fieri euidentes demonſtrationes ex principijs euidentibus.

Repugnat ſibi.

Ferè nihil diſtat ab alia ſuperius erroris damnata, imò hæreſis ab aliquibus.

A 4. Præterea ex hac opinione euidentiſſimè conſequitur id, quod Raymundus Lullius conſentaneè affirmat, hominem aſſequutum hanc ſcientiam, non habere fidem Trinitatis. Nam vndecunque didicerit illa principia euidentia per ſe nota, etiamſi poſt prædicationem quaſi duce lumine fidei; habet tamen euidentia principia, & concluſionem euidentẽ; ergo non habet fidem de re eadem, vt omnes ferè Theologi cõſentiunt, & Ioãnes Scot. probat contra Hẽricum d.24. q.1. Hoc autẽ conſequens quod Lullius ſolus affirmat, meritò alij recuſãt: myſterium enim Trinitatis eſt præcipuum inter articulos fidei, quod oportet per B ænigma nos cognoſcere iuxta verbum Pauli. Et opinio Lullij hac in rẽ (quidquid arbitrãdum ſit de reliqua eius doctrina) temeraria eſt contra omniũ Patrum, Theologorumque ſententiam; & videtur erraſſe contra fidẽ. De hac enim fide Trinitatis præcipuè dicitur ab Apoſtolo, quòd euacuabitur.

Lullius.

Ioan. Scot.

Lullij ſententia temeraria, & erronea cõtra fidem.

SECVNDA PARS.

Nulla poteſt eſſe ſpecies abſtractiua Trinitatis, quæ ſit per ſe euidens.

C 1. Diuerſa quæſtio eſt inter Ioannem Scotum, & Durandum vtrùm poſſit à Deo Optimo nobis infundi notitia euidens Trinitatis abſtractiua, ſcilicèt, non intuentibus Deum; eſto ea notitia euidens euacuet fidem. Ioannes Scotus in quodlib. q.6.13.& 14. & in 2.d.3. q. 9.& in 4.d.49.q.11. quæſtionem verſat, & partem affirmantem probat. Imò ait potuiſſe Angelo infundi naturalem ſpeciem euidentèr repręſentantem myſterium Trinitatis: quam nuncupat naturalem, quòd ea cognitio ſit ordinis naturalis; ſupernaturalemque ſimul, quia D potuit à Deo liberè infundi. Et hoc quidèm poſterius enunciatum derogat diuinæ gratiæ, quod tractabimus Tom. 3. Cognitio enim Trinitatis eſt omninò altioris ordinis ſupra naturam intelligibilem, etiam Angelicam. Neque probè Scotus ait eam ſpeciem eſſe ſupernaturalem, ob infuſionem liberam. Nam ſi cognitio eſt naturalis ordinis, Angelo condito in fælicitate ſumma, ordine naturæ debito, infundenda fuit eà ſpecies, nequid deſideraretur in debitis naturæ: præter-

Ioan. Scot.

Cognitio Trinitatis eſt omninò ſupernaturalis.

Non rectè ſpecies dicitur ſupernaturalis, ob infuſionẽ liberam.

præterquàm quòd ſpecies Angelorum, vel Scoto ſuffragãte, ſunt infuſæ à Deo; & tamen dicuntur naturales, quia ſunt conſentaneæ naturali cognitioni: ergo & ea ſpecies Trinitatis, cuius cognitio eſt intra ordinem naturæ Angelicę, eſſet naturalitèr infuſa, quod longè diſtat à ſincera doctrina. Quapropter meritò Scotiſtæ, hac ex parte ſentẽtiæ, non ſubſcripſere Magiſtro ſuo. Parti autẽ priori conſentiunt Aliacenſis, Guilhelmus Ochamus, Ioannes de Baſſolis, Ioannes Maior, & Gabriel poſſe à Deo infundi notitiam Trinitatis abſtractiuam euidẽtem.

Aliacenſis. Ocham. Baſſol. Maior. Gabriel.

2. Diſsidium autem eſt inter Ioannem Scotum, & Grabrielem de notitia intuitiua. Nam Gabriel quæſt. 1. Prologi art. 2. intuitiuam ait eſſe, quo cognoſcitur rei exiſtentia: Scotus intuitiuam ait eſſe, quæ fertur in præſentiam rei; notitiam verò abſentis rei eſſe abſtractiuã. Nos verò cum Scoto ſpeciem abſtractiuam dicimus vſu communi loquendi eam, quæ abſtrahit, hoc eſt, ſeparata eſt à rei præſentia: intuitiuam eam, per quã rem præſentem intuemur. Non ergo in præſens diſceptamus, an per ſpeciem creatam, præſentem Deum intueri poſſimus, & Trinitatem perſonarum ſimul; quod eſt alio loco diſſerendum Tomo 3. Sed affirmamus modò per ſpeciem abſtractiuam, qua Deum non videmus, non poſse haberi euidentem Trinitatis notitiam. Et illud mihi certiſsimum eſt, quòd ſpecies abſtractiua Deitatis non poteſt eſse quidditatiua, quod aduerſarij ſibi perſuadent. Probatur planè, quoniam quidditas Dei eſt ipſum eſse diuinum; ergo ea ſpecies quidditatiua, per quam cernimus, ſeu euidentèr cognoſcimus quod quid eſt Deus, ita vt per eã intellectus attingat veram quidditatiuam Deitatis cognitionem, commonſtrat Deum, vt exiſtens eſt; ita vt exiſtentia, quæ eſt ipſa quidditas diuina, ſit obiectum euidẽtis iſtius cognitionis. Cognitio autem quidditatiua euidens circa exiſtentiam rei, ipſa eſt intuitiua; eſt enim rei præſentis ſecundùm exiſtentiam: ergo ſpecies quidditatiua euidens Deitatis eſt ipſa intuitiua, non abſtractiua: & in hoc maximè aduerſarij hallucinantur. Hi autem afferunt exemplũ, nam ſpecies Petri, inquiunt, quem vidimus, quidditatiua eſt; & tamen cum illũ

Quæ ſit ſpecies abſtractiua: quæ intuitiua.

Speciem abſtractiuam Trinitatis nõ poſſe eſſe quidditatiuam certiſsimum.

Exiſtẽtia, ſeu eſſe Dei eſt ipſa quidditas diuina.

A non videmus, non eſt intuitiua, etſi per illam cognoſcamus euidentèr Petrum. Ego verò quæram ab eis, quid cognoſcam euidentèr de Petro per illam ſpeciem Petri, quem aliquandò vidi? Non enim cognoſco Petrum eſſe, cum poſsit iam non eſſe: nec verò Petrum eſſe hominem, quia hæc euidentia non accipitur ab ſpecie illa, ſed à neceſſaria coniunctione prædicati cum ſubiecto. Cognoſco ergo per ſpeciem Petri, quẽ vidi, Petrum ipſum, id eſt, illud ſuppoſitũ naturæ humanæ, quæ cognitio eſt euidens ex rememoratione viſionis præcedẽtis. Itaque ſpecies illa, qua cognoſco hoc

Species relicta ex viſione Petri præcedẽtis nõ eſt exẽplum ad rem quòd detur ſpecies quidditatiua Dei, & eadem abſtractiua.

B ſuppoſitum deſignatum, manet ex intuitiua præcedenti notitia. Non eſt ergo exemplum ad rem, quòd detur ſpecies quidditatiua Dei, & eadem abſtractiua, Imò S. Paulus, ſi eſſentiam diuinam vidit, non habuit poſteà quidditatiuã abſtractiuam ſpeciem viſionis præcedentis, aliàs haberet memoriam euidẽtem, quæ cum fide obſcura pugnat, vt diximus.

In D. Paulo non manſit memoria euidẽs diuinæ eſſentiæ.

3. Explicatur adhuc, nam ſi illa ſpecies Deitatis repræſentat duntaxat quidditatem Dei, ita vt per illam non cognoſcamus eſſe veram Dei quidditatem; ſanè non eſt quidditatiua, neque per illam

C aliquam veritatem de Trinitate poſſumus euidentèr cognoſcere; cum de ipſa eſſentia, quæ eſt ratio cognoſcendi Trinitatem, non cognoſcamus quòd vera ſit. Et præterea impoſsibile eſt, quòd apprehendamus quod quid eſt Deus, quin euidentèr cognoſcamus ipſam eſſe veram Deitatis quidditatẽ. Nam Deus ignoratur à nobis defectu noſtræ intelligentiæ. Quare Angeli per ſuam cognitionem, etiam non quidditatiuam, euidenter cognoſcunt Deum exiſtere: cognoſcũt tamen in effectu, & ideò non

Angeli per ſuã cognitionem etiã non quidditatiuam euidenter in effectu cognoſcũt Deum exiſtere.

D intuentur: ergo ſi detur quidditatiua ſpecies terminata ad ipſam diuinam eſſentiam, terminatur quoque ad ipſum verum eſse diuinum immediatè, & intuitiua eſt: quod ſi hæc ſpecies quidditatiua ipſum eſse diuinum repræſentar, non in effectu, ſed in ſe, ita vt per illam euidenter cognoſcamus Deum eſſe, non ex effectu, ſed ex ipſa eius eſſentia, & ex ipſo eſse, quis non videat hãc cognitionem eſse intuitiuam? Quare neque contumaces poſsunt repugnare.

D Deindè

Digitized by Google

4. Deinde oſtendendum eſt, quòd niſi ſpecies quidditatiua ſit, non poſsit eſſe euidens notitia Trinitatis, etiam infuſò lumine quouis intellectui noſtro (loquimur autem ſecluſa euidentia Dei atteſtantis, de qua ſtatim dicemus) Nam ſi quidditatiua ſpecies non eſt, analogica eſt, & imperfecta, per quam non apprehendimus quod quid eſt Deus; ergo apprehẽdimus Deum conceptu analogo, & connotatiuo; ſed cum hoc conceptu non coniungitur euidentèr Trinitas perſonarum; ergo cum hoc conceptu nullum lumen infuſum poteſt euidentèr oſtendere Trinitatem. Explicatur hoc, nam conceptus Dei analogus, vel ſignificat Deum in obliquo, vt cauſam, quo pacto cognoſcitur per effectũ; per effectum autem non innoteſcit Trinitas: vel concipitur ſub conceptu, qui ſit Deo, & creaturæ communis, vt quòd ſit ſapiens, &c. Sed his conceptibus non oſtenditur euidentèr Trinitas perſonarum, eâdem ratione, quia non apprehendimus quod quid eſt diuinæ ſapientiæ, ſed ſapientiam, vt in nobis eſt, & alia attributa ſimilitèr; per ea autem, quæ in nobis ſunt, non innoteſcit Trinitas; ergo nullum lumen poteſt infundi, quod oſtẽdat euidenter Trinitatem ſub ſpecie nõ quidditatiua, vt ponimus. Hanc ſententiam non parùm corroborant verba S. Dionyſij epiſtola ad Caium dicentis, *Si aliquis videns Deum intellexerit quod vidit, illum non vidiſſe Deum, ſed aliquid eorum quæ ſunt Dei.* Quibus indicat planè Deitatem non poſse intelligi, niſi ſolo intuitu, & quòd extra intuitũ nulla eſt clara notio diuinæ quidditatis. Hæc eſt etiam ſententia Durandi quæſt. 3. Prologi, & Palud. d. 23. q. 2. & in 3. d. 24. q. 3. Argent. in q. 3. Prologi, Alfonſ. Tolet. quæſt. 2. & Franciſci à Chriſto q. eadem, & d. 3. q. 1. ad 3. Dominici Bañes q. 2. art. 1. dub. 2. & 2. 2. q. 5. art. 1. ad 3. Suares 3. p. q. 11. art. 2. ſect. 5. & aliorum. Nonnulli ſunt, qui hoc idem confirmant ex verbis Domini, *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te.* Quæ vertit S. Hilarius 9. de Trinitate, vt ſciãt te, & ſimiliter legit Tertullianus.

Si ſpecies Dei quidditatiua non eſt, analogica eſt, & imperfecta.

Cõceptus Dei analogus quid ſignificet.

S. Dionyſ.

Durand. Palud. Argent. Tolet. F. a Chriſto. Bañes. Suares.

Ioan. 17.

S. Hilarius.

5. Quare ſciẽtia Trinitatis, hoc eſt, euidẽs cognitio ſatis eſt, aiunt, ad beatitudinẽ, etſi non ſit intuitiua. Sed hęc ratio futilis eſt, nam etſi per euidentiam in atteſtãte, quę poſsibilis eſt, vt dicemus, habeamus A euidentem Trinitatis notitiam, non erimus beati: quod enim beatos facit, eſt facies diuina, neque illud ſummum bonum poſsidetur, niſi per intuitum. Itaque ſi quomodolibet aliàs per impoſsibile poſſet quis non videndo Deum clarè cognoſcere Trinitatem, adhùc beatus non eſſet.

Euidẽs Trinitatis notitia abſque viſione non facit beatum.

TERTIA PARS.

Deus ſola euidenti atteſtatione ſua poteſt infundere euidentem notitiam Trinitatis citra viſionem ſuæ eſſentiæ.

B

Docuimus notitiam Trinitatis non haberi naturali rationis inquiſitione, eamque notitiam Trinitatis, quæ ſit abſtractiua, non eſſe euidentem, niſi fortè in atteſtatione diuina, de qua iam diſputare opus eſt. Affirmamus itaque Deũ poſſe ita apertè oſtendere alicui ſe eſſe ipſum, qui loquatur ad eum, vt neceſſe ſit euidentèr eum aſſentiri ijs, quæ dicũtur, cum ſit euidens Deum vera loqui; & hæc dicitur euidentia in Deo atteſtante; C quam non poſſe inueniri cum actu fidei poſtmodùm commonſtrabimus. Quam tamen euidentiam diuinæ atteſtationis arbitror non oriri à lumine aliquo infuſo, vt quidam arbitrantur; ſed maximè ab ſpecie infuſa, quæ ſit euidens loquutio diuina immiſſa creaturæ. Nã ſi Deus loqueretur ad aliquem, vt Angelus ad Angelum, voluntariè nudando, & aperiendo conceptum ſuum, per hoc Deus oſtenderet naturam ſuam, quæ eſt ipſe conceptus, vel intellectio diuina; & is, cui Deus ſuum conceptum oſtenderet, videret Deum in ſe. Clara ergo, & euidens Dei loquutio ad nos citra viſionẽ D eſſentiæ ſuæ, cum non ſit ipſa interna loquutio Dei, quæ eſt eius intellectio, & eſſentia, oportet vt ſit ſpecies immiſſa nobis; ſicùt de Angelis aliqui crediderunt, quod loquerentur mutuò inter ſe per immiſsionem ſpecierum: ſpecies autem ea à Deo immiſſa, quæ ſit euidens Deum eſse qui loquitur, directè quidem repræſentat rem, de qua Deus loquitur; ſed quaſi reflexè repræſentat quoque euidenter Deum loquẽtem; ſicut vox hominis indicat hominem loquentem, & alia de quibus homo loquitur. Et ſicùt alia opera diuina ſignifi-

1.

Dari poſſe euidentiã in Deo atteſtante.

Locutio Dei euidens nõ fit per ſolum lumen ad iudicandum; per ſpeciem verò immiſſam ad apprehendendum, maximè Probatur.

Ea ſpecies quid ſignificet directè: quid quaſi reflexè.

A ſignificant dilucidè Dei potētiā: ita quoque non eſt mirum, quòd ſpecies quædam immiſſa à Deo repræſentet euidētèr Deum loquentem, & ſit diuina quædam locutio. Conſentaneum his eſt, quod docet S. Thomas, aliquandò immitti Prophetis lumen, ſcilicet, ad corroborandum intellectum, 2. 2. q. 171. art.2.& de Veritate q. 12. art.2.& 3.& Canus 12.de locis c.3. Sed ad apprehēſionem veritatis ait infundi ſpecies. 2. 2.quæſt.173.artic.1. Quare ad cognoſcendum euidentèr Deum loquentem, quod pertinet ad apprehenſionem veritatis, non lumen, ſed ſpecies infundenda eſt.

S. Thom.

Canus.

Cognoſcere euidētèr Deū loquētē, quod pertinet ad apprehēſionem, exigit ſpeciē.

2.

Per hoc autem, quod dicimus ſpeciem hanc repræſentare Deum loquentem, non intelligimus per ipſam oſtendi internam Dei locutionem, quæ eſt diuina eſſentia, quod modò refutauimus; ſed locutionem externam, quæ fit per ipſam ſpeciem ſeſe ipſam repræſentantem: nam & hoc, nomine repræſentandi ſignificamus, quod eſt præſens ſe ſiſtere. Ipſa ergo ſpecies à Deo immiſſa per ſui præſentiam, notam facit ſe, quòd ſit quædam Dei loquutio; quia eius hæc notio eſt per ſe euidens, & ab ipſa ſpecie impreſſa, tanquam à principio intelligendi oritur notitia, qua ſimul homo concipiat Deum loquentem, & ea de quibus Deus loquitur, ſiue hæc duo intelligat diſtinctis conceptibus, ſiue eodem; ad eum modum, quo acceptis vocibus humanis, & hominē loquentem intelligimus, & ea de quibus homo ille loquitur.

Eiuſmodi ſpecies per ſui præſentiam facit euidentèr notā ſe quòd ſit loquutio externa Dei.

3.

Videtur autem quòd nullum aliud lumen infuſum à Deo poſsit afferre hanc euidētiam diuinæ loquutionis abſque ſpecie, quæ euidentèr ſe ipſam commonſtret, vt diximus. Nam præter ſpeciem, nullum eſt lumen intellectui impreſſum, niſi ad iudicandum de veritate, quam intellectu apprehendimus. Iudicium autem de re contingenti non poteſt eſſe euidens, niſi accipiatur ab experientia, quæ eſt circa rem præſentem. Cum ergo loquutio Dei ad aliquem extra Deum ſit contingens, quæ modò eſt, modò non eſt, non poteſt de ea haberi aliquid certum, niſi per experientiam: quare neceſſarius eſt aliquis effectus, in quo Deum loquentem experiamur. Nullus autem poterit excogitari effectus, qui euidentèr oſtendat Deum eſſe, qui loquitur, niſi ſpecies ipſa à Deo immiſſa. Ad ea autem, quæ experimento nouimus, non requiritur lumen ad iudicandum: ſed ſpecies ad rem percipiendam. Benè autem data iſta ſpecie poteſt quoque dari infuſum lumen, ſi ita placet, quod nos propenſos reddat ad aſſenſum Dei loquentis; vt ſcientiæ infuſæ Chriſti non ſolùm ſpecies, ſed lumen quoque attribuimus.

Inſufficiētia ſolius luminis, & ſufficientia ſpeciei immiſſæ. Probatur.

Data ſpecie poteſt inſuper dari lumen infuſum.

4.

B Ex his ergo ſumma huius doctrinæ comprobatur; omnis enim certitudo, quæ non deriuatur ab euidentia rei, accipitur ab auctoritate dicentis, maximè verò ab auctoritate diuina; igitur per eadem, per quæ oſtendimus de Trinitate non eſſe euidentem cognitionem citra viſionem Dei, oſtendimus neque certò eam cognoſci, niſi ex Dei auctoritate, vel per fidem oſtendentis ſe obſcurè; vel etiam per euidentem loquutionem, de qua modò conſerebamus ſermonem; per quam ij etiam, qui Deum non vident, poſſunt habere euidentem cognitionem Trinitatis ſola euidentia in atteſtante, & nulla alia ratione. Qui C verò Deum vident, claram etiam notitiam Trinitatis extra Verbūm habere poſſunt, ſicut dicimus de ſcientia Chriſti Domini infuſa.

Oſtēditur doctrina in titulo propoſita.

QVARTA PARS.

Euidentia atteſtationis diuinæ non permittit fidei aſſenſum obſcurum.

1.

ETiamſi Deus poſsit nobis euidentem notitiam Trinitatis infundere in hac vita euidenti atteſtatione ſua, hoc D tamen nulli hominum præſtitit, aut Angelorum in via ad Patriam: ſanè, quia vt iam diſputabimus, ea euidentia tolleret fidem, quæ obſcura eſt. Fides autem neceſſaria eſt ad meritum. Quamobrem ante viſionem beatam ſola fides Trinitatis Angelis, & hominibus data eſt.

2.

Aſſerimus igitur in eo, qui habet fidē ſupernaturalem, non poſſe ſimul inueniri euidentiam vllam, ſed ſolam certitudinem; tùm quia non eſſet neceſſaria fides ei, qui haberet aliquam euidentiā, vndecunque comparatam; ſicut ſuprà

Cum fide nulla euidētia inuenitur.

Digitized by Google

oſtendimus non poſſe cognoſci euidentèr myſterium Trinitatis hoc eodem argumento; quia fides tunc non eſſet neceſſaria ſic cognoſcẽti Trinitatem: tùm etiam quia aſſenſus obſcurus,& euidens circa idem non poſſunt ineſſe ſimul in eodem intelligente; ſicut lux & tenebræ nequeunt eſſe in eodem ſpatio : quantunuis ex diuerſis cauſis dicantur euenire.

3\. Quarè haud dubiè exiſtimamus aſſẽſum fidei non poſſe ineſſe ſimul cum ea euidentia, quam dicunt in atteſtante. Sunt enim qui opinantur, quòd is, qui fidẽ adhibet, etſi euidentèr nouerit Deũ eſſe, qui loquatur; & ex eo quòd Deus vera loquitur, euidentem habeat notionem, vera eſſe, quæ Deus ſibi atteſtatur, fidem tamen ſupernaturalem habeat, eò quòd eius aſſenſus firmatur teſtimonio diuino. Quæ eſt celebris Thomæ Caietani opinio. Si verò quæras, an is aſſenſus, qui firmatur euidenti Dei teſtimonio, ſit quoque euidens? Reſpõdent euidentem eſſe ex parte diuinæ atteſtationis, ſed ex parte rei cognitæ eſſe obſcurum, quia niſi ſit obſcurus, non erit aſſenſus ſupernaturalis fidei, qui neceſſariò obſcurus eſt, & videntium in ænigmate.

Celebris Caietani opinio.

4\. Hæc Caietani opinio (niſi fallor) dilucidè, ac manifeſtè refellitur. Nam ſi ego accipiam euidenti Dei teſtimonio Deũ eſſe trinum, diſcurſum colligo clariſſimum. Euidens enim eſt Deum vera loqui; euidens eſt modò Deum mecum loqui : ergo euidens eſt verum eſſe quod loquitur, ſcilicèt, ſe eſſe trinum. Tunc vlteriùs; hic aſſenſus, Deus eſt trinus, etiam ex auctoritate dicentis eſt euidẽs, vndecunque id habeat, vt ſit euidens; ergo non eſt obſcurus: aliàs hic aer poſſet eſſe ſimul illuſtratus,& obſcurus, ſecundum aliam,& aliam cauſam; impoſſibile autem eſt, quod obſcuritas,& claritas inſint ſimul eidem, etiam ſecundùm cauſas diuerſas : ergo aſſenſus ille, qui obſcurus non eſt, ſed clariſſimus, nõ poteſt eſſe ſimul actus fidei, qui eſt obſcurus. Nec probè aduertunt, quanuis hic aſſẽſus nitatur auctoritate dicentis, nõ ideò eſſe obſcurũ; ſiquidem ea eſt auctoritas, vt euidentem aſſenſum pariat, imò euidẽtiorem, quam rationes philoſophicæ. Non ergo ſatis eſt ad fidem ſupernaturalem, quam ipſi fatẽtur eſſe obſcuram,

In actu fidei non poteſt eſſe euidẽtia Dei atteſtantis. Probatur facto ſyllogiſmo.

Exemplum.

Auctoritas diuina maximè parit euidentiam.

A auctoritas, & teſtificatio Dei; niſi ea ſit, cui aſſenſu obſcuro adhæreamus.

5\. Huic argumento alij alitèr reſpondẽt negantes aſſenſum eſſe euidentem, etſi oriatur ab euidentibus principijs; quoniam in bona conſequentia ſi antecedẽs eſt neceſſarium, eſt etiam conſequẽs neceſſariũ, ſed non opus eſt vt ſit conſequẽs euidens, etiamſi antecedens ſit euidens: neque ſyllogiſmum expoſitoriũ eſſe demonſtratiuum, quia in concluſione colligitur idem, quod eodem modo fuerat aſſertũ in maiori propoſitione; & idcircò non euacuari fidem. Eam ergo cõſequentiam, quæ eſt per cauſam, vel per B effectum, aiunt non cõſentire cum obſcuritate fidei; quia per cauſam,& effectũ oſtenditur euidentèr coniunctio extremorum inter ſe; per teſtimonium autem aut indicium, quaſi per quid extrinſecũ, non oſtenditur hæc intima coniunctio. Et ideò poteſt credi per fidem id, quod non videtur in ſe ipſo, etſi aliàs notum ſit per teſtimonium euidens. Et hoc idẽ docere videtur S. Thomas 2.2. quæſt. 5. art. 2.

Aliquorũ reſponſio.

S. Thom.

6\. Hic modus reſpondẽdi aſſumit quoddam pronunciatum vero abſimile, quòd ex antecedenti euidente non conſequatur conſequens euidens; aſſenſus enim C concluſionis eſt quidam partus ex aſſenſibus præmiſſarum, ita vt omninò neceſſe ſit, ex euidentibus euidentem aſſenſum gigni, nõ minus naturali emanatione, quam ex igne ignem. Et hoc idem manifeſtè commonſtratur ex ipſo modo intelligendi, aſſentimur enim cõcluſioni propter præmiſſas, & veritas, quæ in præmiſſis elucet, eſt medium formale, ſiue ratio formalis aſſentiendi; ergo ſi præmiſſæ ſunt euidentes, aſſenſus propter illas eſt euidens. Quod nullus etiã proteruè negabit, niſi velit nos in lu- D ce clariſſima intueri poſſe aliquid obſcurè. Firmum ergo eſt illud argumentũ, quòd hic aſſenſus euidens non ſit aſſẽſus fidei, qui eſt obſcurus.

Impugnatur reſponſio.

Ex euidẽtibus euidens aſſenſus gignitur.

7\. Quod verò aiunt ſyllogiſmum expoſitorium, cuius eſt terminus ſingularis, non eſſe demonſtrationem,& nos confitemur non eſſe eam, quam Ariſtoteles definiuit in Poſterioribus: ridiculum verò eſt eam ſolam demonſtrationem euacuare fidem, ſi aliæ ſint æquè euidentes. Quod verò aiunt in his ſyllogiſmis expoſitorijs, concluſionem eodem modo conti-

Non ſola demõſtratio Ariſtotelica euacuat fidem.

Digitized by Google

Syllogiſmum expoſitorum ſupra factũ carere delectu.

contineri in maiori propoſitione, falſum A eſt; nam in propoſitione vniuerſali continentur ſingularia conceptu confuſo, quo non ſunt nota; verbi gratia, cum dicimus, quicquid Deus aſſeuerat, verum eſt; adhùc enim non eſt notũ, quòd Deus aſſeueret hoc ſingulare, & hoc ſit notum minori propoſitione, Deo euidentèr loquente. Prætereà, ſi quod volunt hi Doctores, verum eſſet, validius argumentũ haberemus contra illos: nam ſi concluſio iſtius ſyllogiſmi eodem modo continetur in maiori propoſitione; ergo eſt euidentiſsima, cum maior propoſitio euidentiſsima ſit; ergo non eſt obiectum aſſenſus fidei, vt colligitur ex illis præmiſsis. B

Arguitur ad hominem.

8\. Quid ſibi velit coniũctionem extremorum in ſeipſis euidentèr oſtendi per cauſam, vel effectum, &c.

His diſputatis adhùc inquirimus, quid ſibi velit illa coniunctio extremorum in ſe ipſis, quæ ſolùm per cauſam, & effectum oſtendatur euidentèr? Coniunctio enim extremorum, aut eſt in intellectu, aut in rebus ipſis vnitas rei ſiue vnio rerum. Coniunctio quæ eſt in intellectu, aut eſt apprehenſio, aut iudicium: de apprehenſione euidenti non loquimur, quę fit per ſpecies proprias, & eſt per ſe euidens; iudicium verò eſſe euidens ex quibuſcunque præmiſsis euidentibus, oſtẽdimus. Coniunctio verò in re ipſa non ſit euidens per demonſtrationem, quaſi res ipſa in ſe recipiat formam lucidam, corpoream, aut intelligibilem; ſed fit euidens ſpeculanti per hoc, quod cognoſcitur euidenti notitia. Et hoc in idem recidit; comprobauimus enim notitiam fieri euidentem quacunque euidenti cõſequentia. Verum eſt quòd conſequentia per cauſam oſtendit, quid eſt res? ſed hoc non oſtendit conſequentia per effectum, quam illi fatentur euacuare fidem; & meritò quidèm, quia per effecta ſcimus Deum eſſe, quæ ſcientia euacuat fidem. Tunc verò arguimus ad hominem; fides enim non declarat, quid res eſt; ſed an ſit, verbi gratia, quòd Deus ſit trinus; ergo ea euidentia, qua ſcimus Deum eſſe trinum, etſi non nouerimus quid ſit Trinitas, euacuat fidem Trinitatis. Et eſt eadem ratio de conſequentia per effectum, aut per indicium, aut auctoritatem dicẽtis, dummodò ſit euidens conſequentia. C D

Conſequentia per effectum non oſtendit quid res ſit; ſed an ſit.

Arguitur ad hominem.

De Deo euidens cognitio an ſit, euacuat fidem, vndecũque habeatur.

9\. S. Thomæ locus admodùm obſcurus.

Reliquum eſt vt declaremus verba S. Thom. 2. 2. illo art. 2. q. 5. non parùm obſcura. Ait enim, ſi quis Propheta mortuum excitaret atteſtando veritatem, quam prædicaret, audientem conuinci miraculo, & adhùc credere. *Signo* (inquit) *conuinceretur intellectus videntis, vt cognoſceret manifeſtè hoc dici à Deo, qui non mentitur; licet illud futurum, quod prædicitur, in ſe euidens non eſſet: vndè per hoc ratio fidei non tolleretur.* Ad verborum interpretationem opus eſt commentari in articul. illum, quo S. Thom. decernit in Dæmonibus eſſe fidem, non ſpontaneam, ſed coactam. Docet autem fidem eſſe aſſenſum ex voluntate impellente; nam vbi deeſt euidentia rei, intellectus eſt dubius, & propenditur in alteram partem ex quadam deliberatione volũtatis. Hoc autem ait accidere duobus modis, vel ex quadam affectione, & propenſione voluntatis in bonum; vel quia intellectus cõuincitur, quod hoc potiùs credendum ſit, quàm illud.

Ex qua doctrina accipiamus documẽtum ad elucidandam quæſtionem, & verba ipſa S. Doctoris. Sunt enim hic duo actus intelligendi: alter, quo quis iudicat eſſe credendum; alter, quo quis credit, qui actus credendi eſt à voluntate impellente. Dicendum igitur eſt illud iudicium, quo quis aſſentit aliquid credendum eſſe, poſſe eſſe euidens, vt ipſe Thomas Caietanus obſeruat 2. 2. & illa euidentia non tollit fidem, quia non eſt de obiecto fidei; ſed eſt de aliquo præcedenti, ſcilicèr, quod credendum ſit: iſtud autem iudicium eſt practicum, & antecedit actum fidei, & poteſt eſſe euidens: iudicium autem fidei eſt ſpeculatiuum, & neceſſariò obſcurum. Et indè colligitur diſcrimen inter Dæmonis fidem, & illius qui audijt Prophetam patrato miraculo. Dæmon enim multis argumentis conuictus credendũ eſſe, credit inuitus renitente praua volũtate: qui verò miraculum vidit, & fidelis eſt, credit libens ex bona voluntate. Igitur verba illa Sancti Thomæ, quòd fidelis, qui videt miraculum, manifeſtè cognoſcit Deum loqui, declarandã ſunt de iudicio practico euidenti, de hoc enim loquebatur, cum præmiſiſſet intellectũ conuinci, quòd hoc credendũ ſit; & oſtendens conuinci intellectum, poſuit exemplum Prophetæ excitantis mortuum. Quarè illud intelligit Sanctus Thomas in ſe eſſe euidens, quod per euiden-

10\.

Iudicium practicum antecedit actum fidei, & poteſt eſſe euidens. *Caiet.*

Iudiciũ fidei eſt ſpeculatiuum, & neceſſariò obſcurũ.

Diſcrimen inter Dæmonis fidem, & illius qui audiit prophetam patrato miraculo.

S. Thom. explicitur de iudicio practico euidenti.

Digitized by Google

Aliud, euidenter conuinci aliquid eſſe credendum: aliud, euidentèr conuinci eſſe verum in ſe.

euidentem conſequentiā probatur; quia quamuis intellectus conuictus, quòd aliquid ſit credendum, credat, non conuincitur illud, quod credit, eſſe verum in ſe, ſed ſolùm conuincitur eſſe credendum. Nam miraculum illud, & atteſtatio Prophetæ, quæ euidentèr conuincunt eſſe credendum, non conuincunt euidentèr eſſe verum quod creditur; vt in diluendis argumentis conſtabit. Hæc autem alio in loco accuratiùs tractabimus.

11. Prophetæ de rebus fidei nullam euidentiā in atteſtante habuerunt. Aduerſus *Caiet. & Gandau.* *1. Cor. 13.*

Quarè & Prophetæ de rebus fidei nullam euidentiam in atteſtante habuerūt, quidquid velit Thom. Caietanus 2. 2. q. 171. artic. 5. Henricus Gandau. quodlib. 8. q. 4. & quodlib. 2. q. 2. Quod confirmatur verbis Pauli 1. Corinth. 13. vbi per aduenientem viſionem Deitatis ait eſſe Prophetiam euacuandam, quæ ſi clara eſſet non deſineret lumine adueniente, ſed permaneret. Sed & Theologia, ſi quidèm eſt per ſe habitus cum fide coniunctus, & obſcurus, nō poterit permanere cum euidētia in atteſtante; ſicut & cum viſione non poteſt manere, ex ſententia Caietani in Cōmentarijs epiſtolæ ad Corinth. in locum commemoratum; licet 2. 2. oppoſitum docuiſset.

Sententia Caietani.

Theologia manet in patria.

Ego tamen non video, quare Theologia in patria non maneat: nam cum hominibus beatis inſitum ſit vti ratiocinatione, quâ ſcientia comparatur; ineptum eſt dicere, aliam ſcientiam eos ibi comparare acquiſitam diſcurſu, quæ ſit alterius ſpeciei à noſtra Theologia, cum ſpecies manentes in intellectu ſint eædem circa idem obiectum formale. Quarè melius videtur dicendum habitū Theologiæ non eſse per ſe euidentem, ſed per ſe certum, quæ certitudo in patria manet non mutato habitu eſsentialitèr, ſed accidentalitèr, vt ex obſcuro efficiatur euidens.

Habitus Theologiæ non eſt per ſe euidēs, nec per ſe obſcurus, ſed per ſe certus.

12. Notitiam Trinitatis euidentem in atteſtā te nullus viator habuit.

Ex dictis colligendum eſt, nullum hominum per fidem ambulantium habuiſſe euidentem notitiam Trinitatis, etiam in atteſtante. Nam præcipuum obiectū fidei noſtræ, cui adhærendo ſummoperè apud Deum Optimū meremur, eſt Trinitas perſonarum: ita vt credendum nō ſi hominem ambulantem per fidem iſtū actum fidei tantopere meritorium non exhibere; atqui fides cum euidentia in atteſtante ſimul inueniri non poteſt.

S. Antonin.

Sed tamen S. Antoninus 4. parte, tit. 15. cap. 18. §. 2. ex Magno Alberto teſtatur Beatam Virginem habuiſse euidentiam iſtius myſterij in atteſtante; & idem ſentit Caniſius lib. 4. de Deipara, verſus finem; & Carthuſianus libr. 2. de laudibus Virginis artic. 14. & 22. & & S. Auguſtin. ſermone 1. de Aſſumptione, quod Maria nouerat ſe concepiſse modo ſupernaturali, & Angelos famulantes. S. Athanaſius ſermone de Deipara ait, illam nouiſse Deum in vtero, non quidem videndo, ſed eo modo, quo nos nouimus animam noſtram ex operibus, non tamen clara notitia, quia non retineret fidem.

Caniſius. *Carthuſ.* *S. Aug.* *S. Athanaſ.*

13. Eam tamen B. Virgo habere potuit, imo & intuitiuam.

Neutram per modum habitus.

Nihilominus dicendum eſt Beatam Virginem potuiſse habere notitiam euidentem Trinitatis, non ſolùm in atteſtante, ſed intuitiuam: nam qui hoc concedunt Moyſi, & Paulo, Beatæ Virgini temerè denegarent: ſed neque ſcientiam claram, neque in atteſtante habuiſse per modum habitus; ſed per modum operationis breui tempore. Nam ad maiorem dignitatem eius pertinet, vt circa obiectum præcipuum fidei, quod eſt Trinitas, actum fidei haberet. Quod verò ait S. Auguſtinus, nouiſſe illam quòd ſupernaturali modo cōcepiſſet, ſcilicèt, abſque viro, & Angelos famulantes, non ſatis fuit ad euidētiam in atteſtante; ſicut neque alia miracula, quæ Apoſtoli intuebantur, vt dicemus. Quod verò dicit S. Athanaſius de cognitione eius, qua filium in vtero agnoſcebat Deum, vt nos animam noſtram nouimus, interpretandus eſt non quoad euidentiam, ſed quoad modum cognitionis, ſcilicèt quia agnoſcebat illum ex operibus, maximè ex illis, quæ mentis ſenſu percipiebat, quæ ſatis obſcura ſunt.

S. Aug.

Miracula non ſufficiunt ad euidentiam in atteſtante.

S. Athanaſius explicatur.

14. B. Ægydij hiſtoria.

Quarè non placet quod refertur de Beato Ægydio in geſtis fratrum Minorum, qui Deum ita clarè dicitur fuiſſe contemplatus, vt loco verborum ſymboli. *Credo in vnum Deum.* verbis mutatis diceret, *Scio vnum Deum Patrem, &c.* etſi hoc referat Carthuſianus; niſi verbum, ſcio, vſurparit pro certiſsima cognitione, non pro euidenti notitia, vt Philoſophi accipiūt. Benedictus Pereira Gen. 5. q. 4 de Adam affirmat habuiſſe euidentem notitiam in atteſtante. Sed S. Thomas de Veritate q. 18. art. 7. affirmat illius ſpeciem intelligibilē fuiſſe clariorem lumine fidei, & obſcuriorem lumi-

Carthuſian. *Pereira.* *S. Thom.*

Digitized by Google

Capreol.
In Adamo nulla fuit Trinitatis euidẽtia etiam in atteſtante.

lumine patriæ, quod Ioãnes Capreolus explicat non fuiſſe euidentem ſpeciem diuinæ eſſentiæ, ſed attributorũ. Itaque de myſterio Trinitatis nulla fuit euidẽtia in Adamo, etiam in atteſtante.

15. *S. Thom.*

Sed facit dubium id quod S. Thom. de Veritate q. 12. art. 3. ad 4. docet in Paulo poſt viſionẽ diuinæ eſſentię manſiſſe memoriam eorum, quæ viderat; quę memoria videtur fuiſſe euidẽs. & tamen fuit in Paulo fides ſimul cũ iſta memoria, aliàs non eſſet viator, vt docet Sãct. Thom. 3. p. q. 8. art. 3. & 4. & in 2. d. 11. q. 1. art. 1. & in 4. d. 49. q. 2. art. 7. ergo & cum fide poteſt eſſe euidentia Dei atteſtantis. Dicendum tamen eſt in Paulo nullam manſiſſe memoratiuam ſpeciem diuinæ eſſentię: nam extra viſionẽ diuinæ eſſentiæ nulla eſt ſpecies propria illius, ſed analogica; ſicut neque nomen propriũ, aut propria cognitio, vt lib. 5. dicemus, & tomo 3. vberiùs: imò neque in viſione beata dari poteſt propria ſpecies Deitatis, vt tomo eodem diſputabimus. Quare etſi Paulus vidiſſet diuinam eſſentiam, & Trinitatem, poſt viſionem non habuit memoriam euidentem Trinitatis; actus enim memorandi pendet ab ſpecie relicta, quæ nulla manſit in Paulo circa Trinitatis myſterium, & ita iſtius myſterij retinuit fidem. Cætera, quę potuit videre, quorum relictę sũt ſpecies memoratiuæ, ſanè poſtea non credidit, ſed meminit; nulla ergo euidẽtia cum fide ſimul haberi poteſt. Sed tamen non negamus quin ſine fide poſsit quis habere euidentiam Dei atteſtantis, quod hoc capite declarabimus.

Idem.

In D. Paulo nulla manſit ſpecies memoratiua Deitatis, vel Trinitatis.

16. Quidam aiunt memoriam euidentem non euacuare fidem, quia eſt euidentia per extrinſecum principium, ſicut per atteſtationem. Sed hac in re non videntur ſibi conſtare, & à veritate aberrant, ni fallimur. Nam aſſenſus ex euidenti memoria eſt in ſe ipſo euidens, neque enim eſt per cõſequentiam, ſed per ſimplicem apprehenſionem; aſſenſum autem ductum ab atteſtantis auctoritate dixerant eſſe in ſe ipſo obſcurum: quare non eſt ſimilis ratio de memoria euidẽti. Præterea memoria euidẽs nihil aliud eſt, quam ſpecies relicta in mente, quæ ſi ſit euidens, euidentem notitiam parit: quare abſque dubio qui euidẽti memoria aliquid nouit, non credit, ſed nouit rem euidentiſsimè. Neque dicimus, nos

Aſſenſus ex euidẽti memoria eſt in ſe ipſo euidens.

A credere ea, quę euidentèr meminimus; ſed noſſe nos ea dicimus, & ſcire. Et licet aliquando excidat memoria quid res ſit, tamen retinetur quòd ſit; & ita nouimus euidentèr rem eſſe. Ergo etſi memoria viſionis elapſæ non repræſentet quid ſit Trinitas, repræſentat tamen euidentèr Trinitatem eſſe. Maximè quia nõ poſſumus videre viſionem Trinitatis, niſi intuendo Trinitatem, vt docebimus, & hi Doctores probè conſentiunt; ergo neque poteſt manere in memoria ſpecies euidens repræſentans viſionem
B præteritam Trinitatis, niſi repræſentet euidentèr Trinitatem; quam ſi repræſentaret euidentèr, nulla eſſet fides Trinitatis.

Dicimus ſcire nos ea quę meminimus, nõ credere.

Nõ poſſumus videre viſionẽ Trinitatis, niſi intuẽdo Trinitatem.

S. Thomas de Veritate q. 12. art. 7. & 2. ait lumen dari Prophetis etiam ad myſteria fidei intelligenda; quod lumen Propheticum euidens eſt. Sed vt quæſtionem iſtam miſſam faciamus de claritate, aut certitudine luminis Prophetici; certũ eſt de myſterio Trinitatis nullum illos habuiſſe lumen euidens: cætera autem myſteria, quę extra naturam Deitatis extant, & ſunt aliquid creatũ, vt Incarnatio, Euchariſtia, &c. cum ſint
C res conditę, nihil prohibet poſſe à Deo effici ſpecies euidentes, quibus agnoſcantur lumine infuſo, vt de ſcientia Chriſti dicimus. 17.

Certum eſt Prophetas de Trinitate nullum habuiſſe lumen euidẽs.

CAPVT XIII.

Argumenta refelluntur.

IN oppoſitum tamen arguitur; & imprimis probatur, quòd ipſa fides afferat ſecum euidentiam, maximè accedentibus miraculis. Nam, vt docent Theologi 2. 2. fides oſtendit euidentèr
D myſteria diuina eſſe credibilia; ergo oſtendit euidentèr eſſe poſsibilia. Probatur ex oppoſito conſequens, nam ſi euidentèr ſunt impoſsibilia, ſũt etiam euidentèr incredibilia: tunc vlterà; oſtendit fides Trinitatem perſonarum euidentèr eſſe poſsibilem; ergo oſtẽdit euidentèr eſſe; nam in ijs, quæ ſunt æterna, poſſe, & eſſe neceſsariò ſunt coniuncta, vt Ariſtoteles ait 3. Phyſicorũ text. 32. aliàs eſset in illis mutatio, ſi ea quę poſſunt eſse, nõn eſsent aliquandò; quia inciperent aliquandò eſſe.

1. 1. Argum.

In perpetuis quę poſſũt eſſe, actu ſunt: & contra. *Ariſtotel.*

Secundò, in rebus creatis eſt exem- 2. 2. Argument.

Digitized by Google

plum, quòd poſsit oſtendi euidẽtèr Trinitatem eſſe poſsibilem; quoniam anima eſt tota ſimul in toto corpore, & tota in ſingulis partibus, & hoc ſecundum ſubſtantiam; ſicuti eſſentia eſt tota in tota Trinitate, & tota in ſingulis perſonis: ergo oſtenditur Trinitatẽ eſſe poſſibilem; ergo Trinitatem eſse, vt modò probauimus.

Confirmatur.

Et confirmatur, quia veſtigium Trinitatis eſt in creatura, imò creatura refertur relatione reali ad Trinitatem; quæ relatio cum ſuo termino cognoſcitur ab Angelo quidditatiuè, & ab homine cognoſci poteſt cognitione quidditatiua in hac vita; ergo cognoſcitur eadẽ cognitione Trinitas. Quod eſt argumentum Nicolai de Cuſſa, dẽ pace fidei, cap. 8.

Nicolaus de Cuſſa.

3. Tertium.

Tertiò, omnia argumenta, quæ contra hãc veritatem opponuntur, euidentèr ſoluuntur à Theologis: ſed confutatio falſitatis eſt veritatis confirmatio, idem enim eſt refellere quendam hominem non eſſe album, & aſſerere eſſe album; ergo dum in argumentis ſoluẽdis euidenter confutatur illorum falſitas, euidentèr oſtenditur veritas fidei.

Confirmatur.

Confirmatur, quia verũ vero cõſonat; quod ergo omni ex parte eſt conſonum rationi, videtur eſſe euidentèr verum: Sed poſito hoc myſterio nihil diſſonum rationi inuenimus, ergo eſt euidentèr verum.

4. Quartum.

Quartò, Chriſtus Dominus efficiebat miracula in huius veritatis cõfirmationem atteſtans ſe eſſe Deum; Deus autẽ non poteſt atteſtari ad falſitatem, eſſet enim in Deo mendacium; atteſtabatur autem, & confirmabat aſſerta à Chriſto, dum per eum ſupra naturam rerũ operabatur, & ipſa miracula ſunt Deitatis proprij teſtes, vt Patres docent; ergo euidens erat vera eſſe, quæ de hoc myſterio à Chriſto Domino aſſerebantur.

5. Quintum.

Quintò, primus Angelus in momẽto, in quo eſt conditus, accepit reuelationem hanc à Deo nullo internuntio, ſed immediatè, vt aiunt; & erat illi euidens Deum non poſſe falli, neque fallere, cum in Deo neque ignorantia, neq; mendacium reperiatur: ergo euidentèr ſciebat vera eſse, quę ſibi de hoc myſterio reuelabantur, ſeu denunciabantur à Deo, quibus per fidem aſsentiebatur: eſt ergo ſimul cum fide euidentia Trinitatis.

A Et confirmatur, quia Deus proponebat fidei myſteria Angelo, infundendo ſpecies, quod ſolus Deus poteſt efficere, vt explicat S. Thom. in 1. d. 8. q. 1. art. 5. ad 3. ergo euidentèr cognoſcebat Deum eſse, qui hoc modo ſecum loquebatur.

Confirmatur. *S. Thom.*

6. Sextum.

Vltimò, Chriſtus Dominus per ſcientiam inditam extra viſionem Deitatis euidentèr intelligebat myſterium Trinitatis: ergo extra viſionem contingit hæc ſcientia.

Confirmatur.

Cõfirmatur, quia Deus poteſt oſtendere Incarnationem Verbi, in qua neceſsariò continetur ipſum verbũ euidentèr notum; & poteſt immittere alicui ſpeciem, qua euidentèr cognoſ-

B cat viſionem alterius beati, quæ eſt viſio Trinitatis, & cognoſcendo viſionẽ Trinitatis euidentèr, eadem euidẽtia cognoſcit Trinitatem.

ADVERTENDVM.

7. Primum aduertendum. Ita ignotũ nobis per naturã Trinitatẽ eſſe poſsibilẽ, ſicut ignotum eſt eam eſſe.

PRo deciſione huius dubij eſt notãdum, quòd ita eſt nobis per naturã ignotum hoc myſterium eſſe poſsibile, ſicut eſt ignotum Trinitatem eſse: quoniam nihil in Deo poteſt eſſe, quod non ſit: poſsibile enim in Deo non ſignificat potentiam, aliâs eſset mutabilis de po-

C tentia in actum; ſed ſolùm ſignificat veritatem propoſitionis, vt docet S. Thomas 1. p. q. 41. art. 4. ad 2. Eſt enim poſſibile quid communius, quam neceſſe in re Dialectica. Vnde quod neceſſe eſt eſſe, poſsibile eſt eſse: igitur eadẽ certitudine tenendum eſt, quòd ratione naturali non conſtet Deum poſse eſse triniũ, ſicut non conſtat eſse trinum.

S. Thom.

Poſsibile eſt quid communius ad neceſſe.

8. Secũdum aduertendum.

Alterũ quoque aduertendũ eſt notatione dignisſimum, quòd non omnis notitia euidens euacuat fidem. Fides enim eſt certiſsima, & infallibilis, ita vt nulla ratione poſsit ei ſubeſse falſum; eſt au-

D tem notitia euidens, cui poteſt ſubeſse falſũ aliqua ratione: Phyſica enim diſciplina docet eſse tonitrua Vere, accidit autem Vere non eſse tonitrua: Aſtrologia docet perpetuum eſse curſum ſolis; qui tamen iubente Ioſue interciſus eſt. Quare ſi eadem concluſio ſcita ſit euidẽti notitia, cui tamen poſsit ſubeſse falſum, nihil mirum eſt, quòd adhùc relinquat locum fidei tollenti illud dubium & ſuſpicionem falſitatis; verbi gratia, Paralyticus ſanus factus eſt à Chriſto Domi-

Digitized by Google

Domino, & hoc intuentibus perſpicuum fuit: ipſe autem dixit ſe hominem illum ſanaſſe; de re eadem perſpicua, adhùc erat fides; quia illa euidentia ſenſus poteſt falli, fides autem non fallitur: ergo de re eadem euidenti, ſi quod adhùc ſupereſt dubium, relinquitur locus fidei: hac tamen ratione fides eſt adhùc obſcura, quia illud duntaxat declarat, quod in rei euidentia eſt minus dilucidum. Non ergo mirum eſt, quod miracula Chriſti tam magna locum facerẽt fidei, cùm intellectui humanò, imò & Angelico, ſuſpicio aliqua falſi poſſet occurrere, vt in argumentis refutandis liquidum erit.

De re euidẽti ſi quod adhuc ſupereſſe poteſt dubium, relinquitur locus fidei.

RESPONSIO.

9. *Ad primum. Aliud eſt, eſſe aliquid euidẽtèr credibile: aliud, eſſe euidẽtèr poſſibile.*

AD primum ergo reſpondetur cõcedendo antecedens, quòd fides oſtendit euidentèr myſteria diuina eſſe credibilia: ſed non eſt bona cõſequutio; eſt euidentèr credibile; ergo euidentèr poſſibile. Probatio verò conſequutionis nulla eſt, quoniam debet probari ex oppoſito conſequentis, id eſt, ex eius contradicente, ſeu ex negatione eius, hoc modo: Non eſt euidentèr poſſibile, ergo non eſt euidentèr credibile: quæ conſequutio mala eſt, ſicut, & præcedẽs. In argumento verò probatur cõſequutio ex oppoſito priuatiuè, quæ probatio nulla eſt. Si verò contendas, quòd priuatio aliquando æquiualet negationi, impoſſibile enim, & non poſſibile idem eſt. Reſpondetur, quòd non probatur conſequutio ex terminis contradictorijs, ſi extra ipſos maneat aliqua adiectio, ſicut manet in argumento adiectio ſeu particula, euidẽtèr, quę ſi includatur in terminis cõtradictorijs probatio erit recta, ſed vtraque conſequutio mala, in hunc modum; ſi eſt non euidentèr poſſibile, eſt non euidentèr credibile, ergo ſi eſt euidentèr credibile, eſt euidentèr poſſibile: vtraque enim mala eſt conſequutio conditionalis. Cum verò particula illa, euidentèr, manet extra terminos contradictorios, nõ rectè probatur conſequentia ex oppoſito conſequentis ad oppoſitum antecedentis; quia non eſt oppoſitum conſequentis ſimplicitèr, cum particula manet extra terminos contradictorios, vt diximus. In quo ſophiſmate aliqui Doctores hæſerunt.

Quomodo probetur, vel non probetur cõſequutio ex terminis cõtradictorijs.

10. *Ad ſecundum*

Ad ſecundum reſpondetur negando A antecedens, nullũ enim exemplum naturale eſt Sãctiſſimę Trinitatis: neque illud de anima quadrat; tum quia anima non eſt idem cum corpore; vnde fit, vt anima partes non habeat, quas habet corpus, eſt enim anima indiuiſibilis ſubſtantia, & ideò tota anima eſt in qualibet parte corporis, quia ipſa tota eſt indiuiſibilis: ſed eſſentia diuina, & perſonę ſunt omninò idem; quare naturali ratione per exemplũ hoc non cõſtat, quòd eſſentia diuina eadem ſit tota in perſonis diſtinctis, à quibus nulla ratione diſtinguatur. Deinde anima non eſt adæquatè in aliqua parte corporis, aliàs nõ eſſet in alia; neque Angelus adæquatè in B aliqua parte loci: Deitas verò eſt adæquatè in Patre, & adæquatè in Filio. Et adhùc hoc exemplum ſolùm oſtendit ex hac parte non eſſe repugnantiam: ſed ſunt aliæ difficultates de proceſſionibus, & relationibus, & ſubſiſtentijs, quæ in exemplo de anima nõ apparent. Denique hoc exemplum ſolùm oſtendit, ſicut in Aſtrologia, poſitionem hanc Trinitatis non repugnare cum his quæ cernimus, quod in reſponſione ſequenti concedimus. Ad confirmationem reſpondetur creaturam procedere à tribus perſonis, quatenus ſunt vnum, & id- C circo referri etiam ad tres perſonas, quatenus ſunt vnum. Itaque terminus formalis iſtius relationis eſt vna eſſentia diuina, & poteſt relatio cognoſci quidditatiuè in ordine ad diuinam eſſentiam, non cognitis perſonis, quia ſatis eſt cognoſcere terminum formalem relationis, vt ipſa relatio cognoſcatur quidditatiuè.

In natura rerũ non eſt exemplum Trinitatis.

Exemplum de anima deficit primò

Deficit ſecũdò

Deficit tertiò in multis.

Quid probet.

Ad confirm.

Terminus formalis relationis creaturæ eſt eſſentia diuina, vt vna.

11. *Dupliciter dicuntur ſolui argumẽta euidentèr. Primò.*

Ad tertium reſpondetur diſtinguendo maiorem propoſitionem. Nam dupliciter poteſt intelligi, quòd ſoluamus argumentum euidentèr: primò, quia vi- D demus non ſolùm fallaciam conſequutionis, ſed etiam falſitatem antecedentis, & hoc modo non poteſt ſoluere argumentum euidentèr, niſi qui videt veritatem ipſam oppoſitam falſitati, quæ in argumento cõtinetur, vt in obiectione intenditur. Alio modo ſoluit euidenter argumentum, qui videt ſe non teneri, neque conuinci argumento, qui enim non tenetur, ſolutus eſt: & etiam hoc poteſt accidere; vt in ſolutione decipiatur: forſan enim non conuincitur argumento, quia terminorum ſignificationes nõ ſatis

Secundò.

Digitized by Google

ſatis capit. Et qui ſoluit hoc ſecundo modo, non videt ſe non decipi in ſolutione, ſed ſolùm videt ſecundum explicationem terminorum, quam habet, argumentum non cõuincere. Deinde etſi modis omnibus ſoluat argumẽta oppoſita, tamen adhùc ignorat, an ſit aliud argumentum, quod forſan non ſolueret. Et ideò ſolùm videt fidem non repugnare cum rationibus oppoſitis ſibi, ſicut Aſtrologus, vt cap. 10. inter aduertenda docuimus. Prætereà, minor propoſitio negatur quoad id quod aſſeritur, nos ſoluendo argumenta confutare euidentèr falſitatem eorum, quæ dicuntur cõtra doctrinam fidei: euidens enim eſſet doctrina fidei, ſi contraria falſitas euidentèr confutaretur. Ad confirmationem reſpondetur concedẽdo maiorem propoſitionem, quòd illud eſt euidentèr verum, quod omni ex parte eſt conſonũ rationi: falſum enim aliqua ex parte neceſſariò repugnat cum ratione. Concedimus etiam minorem propoſitionem, quòd nos non inuenimus in doctrina fidei aliquid contrarium rationi; verùmtamen, etſi id non inueniamus, non eſt euidens, quòd non ſit à ratione diſcrepans doctrina fidei; quare nulla eſt conſequentia, quòd euidentèr ſit vera.

Doctrina fidei eſſet euidẽs, ſi contraria falſitas euidẽtèr confutaretur.

Ad confirm.

Nõ eſt euidẽs doctrinã fidei omni ex parte eſſe rationi cõſonam.

12. Ad quartum reſpondetur, quòd miracula à Chriſto effecta non erãt euidẽtèr nota hominibus: *poterãt enim ſuſpicari fieri ſecundum apparẽtiam: *aut poſſe effici ab Angelis ſaltem nonnulla ex illis. * Item ipſe Dæmon, qui rerũ naturas euidentèr nouit, & ſciebat eſſe verè miracula, poterat ſuſpicari hanc poteſtatem datam à Deo hòmini Chriſto, qua ipſe malè vteretur ad atteſtationem falſitatis; vnde non planè, & euidentèr conuincebatur ratio, vt ſciret vera eſſe, quę à Chriſto aſſerebantur. Et verba ipſa Chriſti, & Angelorum beatorum, qui Chriſto ferebant teſtimonium in Natiuitate, ſuſpicari Dæmones poterant, quod haberent amphibologiam aliquam, ſeu ambiguitatem. Sanè Dæmon de veritate Incarnationis ſaltem vſque ad paſsionem Domini ſemper aliquid addubitauit. Imò ex ipſa reſurrectione, & triumpho Chriſti conuictus, non habuit euidentiam de ipſius Deitate; licèt conuictus fuerit; & inuitus crediderit credulitate quadam potius, quã ex euidentia rationis: ſicut fide huma-

*Ad quartum. Chriſti miracula fidei non afferebant euidentiam. Oſtenditur * Primo. * Secundo. * Tertio.*

Quartò.

Quintò.

Sextò.

A na non poſſum negare, velim nolim, Romam eſſe; & tamen hæc fides nõ eſt euidens ex lumine rationis, ſed multitudine teſtium opprimitur intellectus, vt negare id non poſsit; quod de Dæmone videtur ſuo modo dicendum. Apoſtoli verò non credebant conuicti, ſed libero conſenſu; aliàs non mererentur credendo. Ad argumentum igitur reſpondetur concedendo maiorem propoſitionem, quòd Chriſtus in miraculis faciendis atteſtabatur ſuam Deitatem. Conceditur etiam minor propoſitio, B quod Deus illis miraculis ferebat teſtimonium Chriſto; ſed hoc non erat euidens, vel quia miracula non erãt euidẽtia, vel quia non erat euidens Chriſtum Dominum nõ poſſe abuti poteſtate miraculorum ad falſum: & ita Deus minimè illi ferret teſtimonium in falſis, etſi poteſtatem miraculorum permitteret; quare cum hoc euidens non eſſet, neque doctrina Chriſti habebat euidens teſtimonium, ita vt eſſet euidentèr vera; benè tamen habebat teſtimonium euidẽtèr credibile, ſed non euidentèr nobis notum.

Exemplum.

Reſpõdetur ad argumentum.

13. Ad quintum reſpondetur negando C maiorem propoſitionem, ſcilicèt, quòd primus Angelus euidentèr nouerit Deũ eſſe, qui illi proponeret myſteria fidei; quia Angelus primus potuit dubitare, an eſſet aliquis ſuperior Angelus huius facultatis aut naturalis, aut à Deo acceptæ, vt non innoteſcens ipſi Angelo immitteret ipſius intellectui ſpecies illas de Trinitatis arcano, quibus illũ deciperet, aut in dubio collocaret. Fides autem Angelo infuſa, cũ eſſet ſupra naturam, nõ erat naturalitèr illi nota, nec euidentèr cognoſcebat, quòd eſſet illa immiſsio à Deo. Fuit ergo primus An- D gelus in aliqua ratione dubij, & ſolùm ex electione conſenſit, id probans quod erat rationi magis conſentaneum, ſcilicèt, Deum eſſe qui ſecum loqueretur, ideòq; maximè prudẽter fidẽ adhibuit. Ad confirmationem reſpondetur, quòd etſi verum ſit, ſpecies à ſolo Deo immitti Angelis, fortè id nõ erat Angelo euidentèr notum, aut ſaltem addubitabat, vtrùm hanc poteſtatem poſſet Deus alteri Angelo attribuere, qui vellet illum decipere, & qui ipſe decipi poſſet. Itaq; conceditur antecedẽs, quòd ſolus Deus poſsit Angelo immittere ſpecies, ſed quia

Ad quintum Primo Angelo nõ erat euidentèr notum Deũ loqui cũ ipſo in inſtãti ſuæ creationis Oſtenditur primò.

Secundò.

Solùm ex electione conſenſit myſterijs fidei.

Ad confirm.

Digitized by Google

quia id non erat euidens, & poterat ea poteſtas dari à Deo alteri Angelo, non eſt euidens conſequentia, quòd Angelus ſciret Deum eſſe, qui cum illo colloqueretur.

14. Itaque ſicut miracula antecedentia oſtendunt euidētèr credibilia eſſe myſteria fidei, hoc eſt, digna eſſe maximè, quibus credamus; ideòque ſequitur iudicium prudentiæ egregium, vt ijs credamus: ita loquutio Dei ad Angelos, etſi eſſe euidens fidei aliàs obſtaret quæ eſt aſſenſus obſcurus, erat tamen planè admirabilis loquutio, & quam iudicare deceptionē, imprudētiæ eſſet: eiſque etiā ideò euidens fuit myſteria illa credibilia eſſe nō ſolùm primo Angelo, ſed omnibus; quia non ſunt hæc propoſita primo Angelo, & ab eo ad alios deriuata; ſed proximè à Deo accepta ab omnibus, & eodem modo ſunt propoſita: per ſpecies quidem cōmunes, quę nō euidētèr indicarent Deum loquētem, diuinitùs tamen immiſſas; quas rectum eſſet credere à Deo immitti. Errarent enim maximè ſi exiſtimarent conceſſum eſſe alicui, vt eos illuderet. Nam Deum loqui, eoſque non illudi, euidens duntaxat nō fuit, ſed credibile, & maximè rationi conſonum fuit.

Myſteria fidei Angelis omnibus euidentèr credibilia fuerunt, & immediatè à Deo propoſita.

15. Vrgetur arg. Quod ſi argumento vrgeas. In Angelo non fuit error intellectus in primo inſtanti, quo eſt conditus, quia ergo omnis operatio illius inſtātis tribuitur auctori naturæ, vt docet S.Thomas 1.p.q. 63.ar.5. ſed in illo inſtanti Angelus adhibuit aſſenſum fidei; ergo ipſe Angelus euidentèr cognoſcebat illum aſſenſum non eſſe prauum, aut falſum, ſed rectum, verumque eſſe. Occurrendum eſt argumento, dicendumque eſt in primo inſtanti creationis Angelum nihil potuiſſe accipere à Deo, quod ad falſum induceret, ſed benè potuiſſe ab Angelo alio decipi. Hoc tamen etiam pertinuiſſe ad Dei prouidentiam, vt in illo inſtāti nullus Angelorum peccaret, aut deciperetur intelligendo; non tamen fuiſſe abſolutè impoſsibile, vt ab alio deciperetur. Deinde non erat manifeſtum Angelo ſe creatū fuiſſe in illo inſtanti, cum potuiſſet per Dei potentiam abſolutam creari antea ipſe inſcius ſui; vel decipi ab Angelo prçexiſtente, quem ipſe ignoraret. Ea etiam, quæ reuocantur ad Dei potētiam, non ſunt à natura manifeſta; vndè

S.Thom.

Reſpondetur primò.

Quòd Angelus in primo inſtanti creationis ab alio deciperetur nō fuit abſolutè impoſsibile

Reſpondetur ſecundò.

Tertiò.

Quartò.

poſsibile eſſe Angelus crederet ſe modo aliquo ſibi ignoto deludi ab aliqua creatura; ita vt non euidentèr cognoſceret Deum eſſe, qui ſibi loqueretur. Denique dicendum potiùs eſſet Deum ſubtraxiſſe Angelo euidentem aſſenſum naturalem, vt daretur locus fidei obſcuræ, quam vt fateamur fidem cum euidētia in Angelo coniunctam fuiſſe. Sed argumentum non cogit nos in tantas anguſtias. Et hæc etiam poſſunt accommodari illi argumento communi, quod miracula Chriſti facerent euidentiam. Quintò.

Ad vltimum reſpondetur concedendo antecedens, quòd ſcientia Chriſti infuſa poterat eſſe euidens circa Trinitatem, tum euidentia in atteſtante, de qua egimus per euidentem ſpeciem immiſſam, quæ loquentem Deum indicaret; tū ex collatione conferendo ſcientiam infuſam cum ſcientia beata animæ ſuæ, quaſi accipiens lumen à ſcientia ſubalternante. Sicut enim fides infuſa affert maiorem certitudinem concluſioni euidentèr ſcitæ, quòd Deus eſt; ita & ſcientia beata efficit euidentiam in actu ſcientiæ infuſæ, cum nulla ſit repugnantia, vt 4.tomo dicemus. 16. Ad ſextum.

Scientia infuſa Trinitatis in Xpo euidens. Primò euidētia in atteſtāte

Secundò euidentia accepta à ſcientia beata.

Ad confirmationem reſpondetur, quòd nullus poteſt videre vnionem aliquam, quin videat partes vnitas; ſicut neque compoſitionem abſque partibus componentibus; & ideò qui Deum non videt, non poteſt videre coniūctionem, & vnionem humanitatis cum Deo, niſi intelligat hanc vnionem per aliud, ideſt, per hoc quòd videat humanitatem illā non habere ſuam exiſtentiam, & perſonam: vndè colligitur quòd habeat exiſtentiam, & perſonam diuinam: non tamen ſequitur ex ea cognitione, quòd humanitas ſubſiſtat in perſona relatiua, aut abſoluta, ita vt eo argumento indicetur perſona filij, in qua eſt humanitas, ſed ſolùm indicatur humanitatem eſſe in perſona diuina, & ita non innoteſcit Trinitas perſonarum. Quoad ſecūdum reſpondebis forſan, quòd ſpecies illa quidditatiua qua video viſionem alterius beati non oſtendit, quod quid eſt Deitas, & ideò neque oſtendit Trinitatem; & hoc probabis, quoniam illa ſpecies non eſt quidditatiua Deitatis, vt ſupra oſtendimus. Itaque per eam video alterū videre Deum, ſed quid videat de Deo, ipſe non video: video enim creaturam, 17. Ad confirm.

Per abſentiam propriæ, perſonę, in humanitate colligitūr eſſe perſona diuina, nō verò perſona Verbi.

turam, dum video viſionem creatam in mente Beati, qua ipſe Deum videt; ſed quod quid ipſe videat, ſcilicèt, quod quid eſt Deus, ego non video. Sed contra hoc occurrit argumētum; nam ſpecies creata euidentèr repræſentat non ſolùm, quòd ille beatus videat Deū, ſed quòd videat Trinitatem, quia viſio illa creata in beato eſt verus intuitus Trinitatis; & non poſſum videre iſtam viſionem, quin videam eſſe viſionem Trinitatis. Reſpondendum eſt concedendo id quod eſt conſequens, quòd per illam ſpeciem erit mihi euidens Trinitatem eſſe, quia id, quod ille beatus videt, neceſſe eſt eſſe. Sed hæc euidentia pertinet ad notitiam intuitiuam, quia eſt intuitus alterius intuitus, vel viſionis. Et ita non eſt contra concluſionem noſtram, quòd is, qui videt viſionem beatā, habeat euidētiam Trinitatis: aſſerimus enim citra viſionem Dei hanc euidentiam non accidere. Præterea negatur ſimplicitèr, quòd poſſit eſſe ſpecies quidditatiua viſionis beatæ, ſicut Trinitatis ſpecies quidditatiua non datur: quia ſpecies quidditatiua viſionis iſtius, eſt etiam ſpecies quidditatiua Deitatis, quia in viſione eſt apertè notum quod quid eſt Deus: licèt enim viſio beatorū ſit ens creatum; quia tamen eſt coniuncta cum ſuo obiecto, ita vt non poſſit quidditatiuè, aut clarè cognoſci viſio, quin ſimul clarè cognoſcatur quod quid eſt res viſa; idcirco ipſa viſio quidditatiuè nō poteſt cognoſci, niſi à vidētibus Deū; ſicut neque cognoſci poteſt quod quid eſt Deus, niſi à videntibus Deum. Dicam clariùs: viſio non poteſt clarè cognoſci, quin ſimul clarè cognoſcatur res viſa; ergo neque viſio Dei ſine Deo; hoc autem coniunctū viſio Dei, & Deus non poteſt quidditatiuè cognoſci, niſi à videntibus Deum.

Nō poteſt dari ſpecies quidditatiua viſionis beatæ.

Viſio nō poteſt clarè cognoſci quin ſimul clarè cognoſcatur res viſa.

CAPVT XIIII.

In rebus creatis eſt imago, & veſtigium Trinitatis.

1 VT verò doctrinam de cognitione Trinitatis, quæ à naturis rerum poſſit elici, abſolutā relinquamus; operæpretium erit breuitèr proponere, quę imago, aut veſtigium Trinitatis in natura rerum inueniatur? Et vt explicatior ſit doctrina, etiā de imagine Deitatis A breuitèr differemus, ſolummodò proponentes ea, quę ferè ſcita ſunt, & apud omnes conceſſa. Et vt diſtinctè rem totam enodemus, in partes tres hoc caput diſtinguimus.

Prima pars. *Quæ ſit in nobis imago Deitatis.*

Secunda. *Quæ ſit Trinitatis imago, & veſtigium.*

Tertia. *Imago diuina non deletur in nobis per peccatum.*

PRIMA PARS.

Quæ ſit in nobis imago Trinitatis.

IMprimis conſtituendum eſt, quòd in rebus creatis non ſit perfecta imago B Deitatis; quod etiam apud omnes planiſsimè compertum eſt; de quo argumēto plura commemorat ex Philoſophis Clemens Alexand. libr. 5. Stromatum. Nam & Cleans Stoicus, cum Dei naturā explicaret, illud eſſe Deum ait, 1.

In rebus creatis nō eſſe perfectam imaginem Deitatis.

Clem. Alex. Cleans.

Quod permanet, poteſt nec quis imitarier.

De quo etiam Xenophones. *Xenoph.*

Qui nec corpore, nec mente eſt mortalibus vllis aſsimilis.

Et idem ſenſit Antiſthenes, vt refert Clemēs adhortatione ad gentes, & plura alia ſunt apud Clementem. Quamobrem ipſe C commentatur libr. 1. Stromatum, diuinum numen pręfuiſſe populo Iſraelitico in figura colūnæ, eò quòd iſta figura nullius rei ſit imago, ſicut nullum eſſe poteſt Deitatis ſimulachrum; quod idem Patres luculentiùs confirmant, & docet S. Thom. 1. p. q. 93. art. 1. Quare ſicut nō eſt in rebus creatis perfecta imago; ita neque, propriè loquendo, eſt ſimilitudo in ſpecie, quę eſt definitio perfectæ imaginis apud S. Hilariū, vt ibidem docet S. Thom. ſolutione ad 3. de qua re ſtatim cum Ioanne Scoto D diſſeremus. Imò ipſe Doctor Sanctus q. 7. de pot. art. 7. ad 4. ex doctrinā S. Dionyſij negat creaturam ſimilem eſſe Deo, quia infinitè deficit, diſtatque à natura diuina.

Antiſthen. *Clem. Alex.* Cur Deus in figura colūnę. *S. Thom.* *S. Hilar.* *S. Thom.*

Deinde ſecundum fidem Catholicam aſſerendū eſt, quòd homo ſit imago Dei, licèt imperfecta, Geneſ. 3. *Ad imaginem Dei factus eſt homo*: & definitum eſt in Decret. 23. q. 3. cap. penultimo. Et idē maiori ratione aſſerēdum eſt de Angelis, qui hominibus ratione antecedunt. De qua re S. Thom. 1. p. q. 93. artic. 3.

2\. Secundum fidem eſt hominem eſſe imaginem Dei licèt imperfectā. *Geneſ. 3.* De Angelis idem. *S. Thom.*

Perperàm

Theodoretus de Angelis perperàm.

Perperàm ergo Theodoretus q. 20. in Geneſ. hoc Angelis negauit, eò quòd in ſacris literis non dicantur creati ad imaginem Dei. Docet autem & eos ad imaginem Dei eſſe creatos S. Gregor. Magnus homil. 34. in Euangel. & affert illud Ezechiel 28. *Tu ſignaculum ſimilitudinis*, vbi etiam in Cherubim ſaltem in ſenſu myſtico ſignũ, ſeu imago Dei deſcribitur. Sed ſacræ literæ pauca de Angelis docuerunt. Imaginem etiam Deitatis agnouiſſe Poetas affirmat Clem. Alexandr. lib. 4. Stromatum ad finem, in electis quidèm, & probis viris. Et idcirco eos appellaſſe Deiformes, Diuos, Deo æquales, Concilio Iouis pares, Deo ſimiles. *Corrodentes*, inquit, *illud, ad imaginem, & ſimilitudinem.* Vnde Euripides. A B

D. Gregor. *Ezech. 28.*

Euripides.

In meo, inquit, *tergo ſunt pennæ aureæ,*
Et aptantur grata Syrenum talaria.
Ibat in immenſum ſublatus æthera
Iouem conuenturus.

Sic enim deſcribit Euripides animum ſuum euectum ad cęleſtia cœlitum quodam habitu expeditum, quo refert Deũ imago creata. Errabat tamen, ſi in ſolis probis imaginem agnoſcebat, vt dicemus: ſed quæ perfecta, & ſimilior imago eſt, in ſolis probis eſt.

Similior imago Dei in probis.

Quod autem dicitur, *ad imaginem Dei*, duplicem habet interpretationem, ſcilicèt, ad imaginem, id eſt, ad exemplar diuinum, quod eſt diuina eſſentia; vbi imago impropriè vſurpatur pro exemplari, vt S. Auguſtinus de fide ad Petrum cap. 1. Dei naturam vocat imaginem, ad quam factus eſt homo. Vel ad imaginem, id eſt, ad hoc effectus vt eſſet imago, quaſi deſignetur effectus creationis. C

3. Duplex interpretatio, ly, *ad imaginẽ Dei.* Prima. 1. Ad exemplar, vbi imago ſumitur impropriè. Secunda. i. vt ſit imago.

4. Aliæ duæ dicẽtes i. ad ideam, reijciuntur.

Non tamen eſt explicandum, *ad imaginem*, ideſt, ad ideam, quaſi ad idealem rationẽ, quã Theologi ideã vocãt. Nam omnes res creatæ habent ideam in mẽte diuina, & hoc non eſſet ſingulare in natura rationali. Sed neque imago ibi accipitur pro idea in mente artificis. Sed ſumitur pro exemplari ipſo, cuius eſt imago, & quod imago ipſa imitatur, vel ſecundum artem, quæ eſt in mente artificis, vel ſecundum naturam; vt Cæſar eſt exemplar ſuæ imaginis. Et in eo ſenſu Deitas eſt exemplar noſtrum, ad cuius imitationem efformamur ſecundum ideam diuinę prouidentiæ. D

Priores duæ approbantur.

5. *D. Ambr.*

Sanct. Ambroſ. Exameron lib. 6. cap. 8. & Sanct. Auguſtinus lib. 83. quæſtionum, q. 51. aiunt Filium Dei eſſe imaginem, hominem verò non eſſe imaginem, ſed ad imaginem factum. Verùm ipſe S. Auguſtinus lib. 1. Retractationum cap. 26. eò quòd legerat in S. Paulo, *Vir imago Dei eſt*, diſcrimen hoc loquutionis, quòd ſit imago, aut ad imaginem, meritò tollit: & Geneſ. 5. dicitur Adam genuiſſe Seth ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam; cum tamen filius naturalis ſit imago perfecta patris. Idem eſt ergo dicere, quòd ſit imago, aut ad imaginem. Poteſt autem dici, quòd homo ſit imago, & quòd imago ſit in homine; ſicut talentum dicitur imago regis, & in talento imago.

D. Auguſt. *D. Paul.*

Idem eſt eſſe imaginem, & ad imaginem

6. Diſcrimen notũ inter imaginem, & veſtigium.

Deinde expendendum eſt diſcrimen notum inter imaginem, & veſtigiũ, quod vel ſenſus dignoſcit: nam imago refert rem aliquam ſecundum ſimilitudinem in ſpecie, vt filius parentem ſecundum eſſentiam; vel imago regem ſecundum delineamenta, & figuram, quæ ſunt regi propria, & imagini cum rege cõmunia. Veſtigium verò refert animal duntaxàt ſecundum ſimilitudinem quæ eſt in effectu ſecundum genus, & non ſecũdum ſpeciem; vel refert partem, ſcilicèt, plãtam animãtis, & non ipſũ animal. Quare deficit à ratione imaginis. Et hoc eſt, quod refertur ex S. Hilario in lib. de Synodis, *imago eſt ſpecies indifferens*, Quæ definitio alio loco eſt explicanda: Idem ſignificat S. Auguſtin de Geneſi ad literam cap. 16. *Omnis imago ſimilis eſt ei, cuius eſt imago, nec tamen omne, quod eſt ſimile, imago eſt.*

S. Hilar.

S. Aug.

7. *Scotus.*

Hoc in verbo offendit Ioannes Scot. in 1. d. 3. q. 5. & arbitratur nõ eſſe neceſſariam ſimilitudinẽ in ſpecie; quia homo eſt imago Dei, & non habet ſimilitudinẽ eiuſdem ſpeciei, neque ſecundum eſſentiam, neque ſecũdum aliquod attributum.

8. Ad imaginem ſufficit ſimilitudo in ſpecie ſecũdum analogiam.

Occurrendum eſt tamen, quòd ſpecies dicitur hic nõ propriè, ſed lato nomine, vt ea, quæ conueniunt in analogia ſecundum ea quę ſunt ſibi propria, dicantur ſimilia ſecundum ſpeciem. Et in hoc ſenſu Angelus, & homo dicuntur ſimiles Deo ſecundum ſpeciem, quia ſunt naturæ rationalis. Itaque rerum aliæ conueniunt cum Deo in genere ſubſtãtiæ, aliæ in genere viuentis; homo verò,

E &

Digitized by Google

& Angelus in ſpecie rationalis naturæ. Quæ omnia intelligenda ſunt secũdum analogiam; quia Deus non conuenit propriè in genere, aut in ſpecie cum rebus creatis, vt lib.5.docebimus. Et hæc eſt doctrina S. Auguſtini lib.83.quæſtionum, q.55. vbi creaturam rationalem affirmat propinquiùs accedere ad ſimi-militudinem diuinam.

S.Auguſt.

9. Definitio imaginis.

Cum ergo imago ſit ſimilitudo quædã deducta ab alio, tanquam ab exemplari, ita vt ſpecie conueniat cum exemplari, vt explicatum eſt, vel ſecundum ſubſtantiam, vel ſaltem ſecundum figuram,& propria accidẽtia; quæritur quænam ſit iſta conuenientia naturæ rationalis creatæ cum increata natura, vnde ea quæ eſt creata, dicatur eſſe ſimilitudo,& imago increatę? & hoc eſt quærere rationem imaginis. Neceſſe eſt autẽ, vt omnis ratio imaginis creatę dirigatur ad Deum, quod parte tertia capitis explicabitur.

Deſignantur rationes, ob quas homo dicitur imago Dei.

10. Præcipua rat.

Præcipua igitur ratio imiginis eſt rationalitas, & ideò aimus dici hominem imaginẽ Dei, quia ratione pollet. Affirmat S.Greg. Nyſſen. in illud. *Faciamus hominem &c.* S. Baſilius homil. 10. in Exameron. S. Ioannes Damaſc. lib.2. fidei orthod. cap. 12. S. Ambroſ. lib.6. Examеron. S. Auguſtinus tractatu 8.in primam Epiſtolam Ioannis,& libr.6.ſuper Geneſ. ad literam cap. 12. tomo.3. *Sed hoc excellit in homine, quia Deus ad imaginem ſuam hominem fecit propter hoc, quod mentẽ dedit ei intellectualem.* Quod identidem teſtatur Philo Iudæus lib. quod deterius potiori inſidietur, dicens Deum archetypum rationalis naturæ.

S.Greg.Ny. S.Baſil. Damaſcen. D.Ambr. D.Auguſt. Phil.Iud.

11. Secunda ratio

Secunda ratio huius imaginis eſt liberum arbitrium. Ita S. Ioannes Damaſcen. lib. 2. fidei Orthod.cap. 12.S. Gregor. Nyſſenus de opificio hominis cap.4. S.Ambroſ.lib.6. Examеron, cap.8. S.Bernardus de gratia, & libero arbitrio, & ſerm 80. in Cantica, vbi de tribus libertatibus in ſpirituali ſẽſu diſſerit.

Damaſcen. S.Greg.Ny. S.Ambr. S.Bern.

12. Tertia ratio. *S.Greg.Ny.*

Tertia ratio imaginis eſt capacitas diuinorum, vt affirmat S.Gregor. Nyſſenus lib.de creatione hominis cap.17. cum ſcriprura dicit hominem factum ad imaginẽ Dei, *Æquale eſt hoc*, inquit, *ac ſi diceret humanam naturam omnis boni factam eſſe participem.* Bonitatis ve-

A rò plenitudo diuinitas eſt. Et S.Bernardus lib.de anima.cap. 1. *Mens ſiquidẽ noſtra eo ipſo eius imago eſt, quo eius capax eſt, eiuſque particeps eſſe poteſt.*

13. Quarta ratio

Quarta ratio imaginis eſt immortalitas. Ita S. Auguſtinus lib. de quantitate animę ca.2.& Auctor lib.de Eccleſiaſticis dogmatibus, qui eidẽ S. Auguſt. aſcribitur, & Beda in expoſitione Geneſis allegorica refert eam fuiſſe ſentẽtiam Originis.

Beda.

14. Quinta ratio

Quinta ratio eſt rerum dominium, quam rationem ipſa ſcriptura ſacra innuit Geneſ. 1. *Et præſit piſcibus maris, & volatilibus cæli, &c.* Hanc affert S. Ioannes Chriſoſtomus homil.7,ad po-B pulum Antiochenum,& ſuper Geneſ. Et S. Gregorius Nyſſenus de creatione hominis. S. quoque Dorothæus Abbas cap. 12. in ſua doctrina, & Sanctus Auguſtinus de quæſtionibus noui, & veteris teſtamenti, quæſt. 45.& refertur in decreto 33. quæſt. 5. cap. Hæc imago. Verùm S. Anaſtaſius lib. 6. Exam. impugnat hãc rationẽ imaginis; neq; enim nos aliquando legiſſe Adamũ poteſtate vſũ in piſces maris, neq; hominẽ dominari piſcibus, niſi fortè piſcatoria arte, quæ eſt dolus, nõ dominatus. Anaſt.tamen ad myſticos ſẽſus deflectitur. Neq; verò fas eſt negare vſum rerum Adamo C fuiſſe permiſſum, vt vero Domino; qua etiam dominandi poteſtate imago eſt Dei.

Geneſ.1. S.Chryſoſt. S.Greg.Ny. S.Doroth. D.Auguſt.

S. Anaſtaſius eã impugnat.

Reſpondetur.

15. Sexta ratio amplior.

Vltimo loco poteſt aſsignari amplior quędam ratio imaginis, ſcilicèt, perfectio omnis naturæ rationalis propria, quæ eſt creaturę cum Deo communis: nam ſecundum eam omnem perfectionem creatura imitatur Deum in analogia ſpeciei rationalis. Hũc ſpectat quòd animus hominis, ſeu Angelus omninò ſit materię expers: quę tamen ratio minùs pertinet ad imaginem, quia ſpiritus D creatus, remotis potẽtijs, parum refert Deitatis; ſignificat enim ſubſtantiam diuinam, quod eſt commune alijs ſubſtantijs;& quòd ſit expers materię, quod pertinet ad remotionem imperfectionis. Sed quòd animus hominis imbutus ſit iuſtitia, miſericordia, pietate, & alijs, quæ Deo maximè conueniunt, haud dubium quin ad imaginem pertineant. Vnde Sanctus Gregorius Nyſſenus de Cathec. capit. quint. in ea aſsimilatione ad imaginem ait omninò pertinere enume

Ratio minùs pertinens ad imaginem.

Rationes multæ ad imaginẽ pertinentes.

S.Greg.Ny.

Digitized by Google

enumerationem eorum, quæ Deum exprimunt. Et de opificio hominis cap. 5. *Multiplices, ac varij ſunt huius imaginis colores, quibus natiua Dei forma ad viuum exprimitur.* Igitur homo eſt imago Dei non ſolùm ſecundum naturam rationalem, ſed ſecundum ea omnia, quæ natura rationalis habet cum Deo communia.

Homo eſt imago Dei ſecundũ omnia quę natura rationalis habet cũ Deo cõmunia

16\.

Natura humana eſt etiã veſtigium Dei pluribus de cauſis.

Prima dupliciter explicata.

Homo breuis mundus.

Nazianz.

Natura verò humana, non vt imago, ſed quaſi veſtigium pluribus de cauſis imitatur quodãmodò Deum; quia ſicut Deus per eminentiã naturæ eſt omnia, ita homo per vim intelligendi omnia in ſe continet: homo verò etiam ratione alia ſecundũ animã, & corpus omnia cõplectitur, quia eſt breuis mũdus. De quo rectè S. Greg. Nazianz. in Oratione in Natali Domini. *Velut ſecũdum quendã & alterum mundum in paruo magnum in terra conſtituit.* Nam hic paruus mũdus, ſcilicèt, homo, magnus eſt in paruo.

Secunda.

Item homo imitatur Deũ, quia ſecundũ artem imitatur naturæ opus, quod eſt diuinum, & operatur homo ſecundũ ideã in mente, vt Architectus, quo eodẽ modo Deitas operatur. Sed hæc non attingunt ipſam rationem imaginis, quæ ſita eſt in Deitatis contẽplatione, vt docuimus, vel ſecũdum potentiam, vel ſecundum operationem. Ad quod etiam pertinet, quod ait S. Auguſt. in quæſtionibus noui, & veteris teſtamenti. *Hoc eſt ad imaginem Dei factum eſſe hominẽ, quia vnus vnum fecit,* id eſt, quia vnus, & ſolus homo ante cæteros cõditus referebat vnitatem Dei. Sed huiuſmodi ſimilitudines ſunt penè innumerę.

In quo ſita ſit ratio imaginis in homine, ſaltẽ pręcipuè.

S. Auguſt.

Ratio adiecta principali.

17\.

Toſtatus.

Alfonſus Toſtatus Epiſcopus Abulẽſis in Geneſ. q. 28. refert Iudæos ponere rationem imaginis in anima, eò quòd eſt tota in corpore toto, & in ſingulis partibus; ſicut Deus in orbe toto: & quòd percipit ſenſibilia, cũ ipſa non percipiatur ſenſu. Sed hęc ſunt etiam aliqua ex parte cõmunia brutis, & ideò non conducunt ad imaginem, ſed ad veſtigium.

Indiuiſibilitas animæ pertinet ad rationem veſtigij.

18\.

Theodoreto nec Angelus, nec mulier eſt imago Dei.

Theodoretus Geneſ. q. 20. rationem imaginis oſtendere conatur, & nunquã id efficit; eò quòd cum crederet neque Angelum, neque mulierem eſſe ad imaginem Dei, non poterat aſsignare eam imaginem in homine, quæ his non eſſet cõmunis. Sed neque de Angelis ęquum erat dubitare, vt ſupra oſtendimus, neq; verò de muliere. Et videtur deceptus A verbis S. Pauli 1. Corint. 11. *Vir imago, & gloria Dei eſt, mulier autem gloria viri.* Verùm, vt videre eſt ex his cauſis imaginis quas retulimus, nulla deeſt mulieri, vt imago æquè ſit, vt vir, viro tamen ſubiecta; nam & ſub eius poteſtate dominium habet rerum. Quòd autem eo loco S. Pauli nõ dicatur imago Dei, ſed gloria viri, vel eſt referendũ ad ſubiectionem, quia debet parere viro, vt Theodoretus innuit, & ideò nõ dicitur imago viri, ſed gloria viri: vel ad hoc, quòd ipſa eſt formata de viro, & propter virum; in qua re vir imitatur Deũ, qui eſt principium, & finis omnium, vnde ſubijcit Apoſtolus. *Non enim,* inquit, *vir ex muliere eſt, ſed mulier ex viro.* Sed hæc excellentia, quam vir habet, nõ pertinet ad imaginem principalitèr, ſed eſt quædam perfectio adiecta. Quare & mulier imago Dei eſt. Vide S. Baſilium homil. 10. in Exameron, & S. Auguſtin. lib. 12. de Trinitate cap. 7. vbi per allegoriam explicat locum S. Pauli, quòd mulier deſignet rationem inferiorẽ, & vir ſuperiorem; & ideò potius dicatur vir imago, quam mulier: ſed tamen fatetur eſſe ad imaginẽ cõditam. Nam cum Scriptura ait Deum creaſſe hominẽ ad imaginem ſuam, adijcit. *Maſculum, & fæminam creauit eos.* Et eodem argumento vtitur S. Baſilius homil. 10. in Exameron. Et S. Aug. vtitur argumento alio, quia in mente non eſt ſexus; ſed vir ſecundum mentem habet imaginem Dei, ergo & mulier. *Renouatur,* inquit, *ad imaginem Dei, vbi nullus ſexus eſt, hoc eſt, in ſpiritu mentis ſuæ.* Eandem quæſtionẽ agitat S Auguſt. de quæſtionibus noui, & veteris teſtamẽti, q. 21. & 24. Et quæſtion. ad Oroſiũ q. 18. S. Amb. 1. Corinth. 11. S. Greg. Niſſ. de Opificio hominis ca. 17. S. Anaſt. lib. 6. Examer. innuit rationem imaginis primùm in homine inueniri, id eſt, principalitèr: deinde etiam in muliere; ſed certè in imagine, quæ eſt ſecundum rationem, nõ eſt diſcrimen ſexus.

1. Cor. 11.

Mulier etiam imago Dei eſt ob rationes aſſignatas.

D. Paulus explicatur.

Theodor.

S. Baſil.

S. Auguſtini explicatio allegorica.

Mulierem eſſe imaginẽ Dei probatur.

Geneſ. 3.

D. Baſil.

D. Auguſt.

Idem.

S. Ambroſ.

S. Greg. Ny.

S. Anaſtaſ. ponit diſcrimen ſexus.

Nullum eſt in imagine quæ eſt ſecundum rationem.

19\.

S. Epiphanij ſententia.

Sanctus verò Ephiphanius hæreſi 70. ideò hæſitat, & dubius eſt in cauſa imaginis explicãda, quia credit ad eã requiri ſimilitudinem, in qua nihil non ſit ſimile; idque cum impoſsibile ſit in homine inueniri, ait occultam eſſe, & arcanam imaginem Dei in homine, ſed videtur Epiphanius alitèr accipere imaginem

quàm vt Patres accipiunt, quia hæc imago creata eſt imperfecta, qua in re omnes Patres, & Theologi conueniunt.

20\. *Homo ſecundũ corpus nõ eſt imago Dei.*

Ex his colligitur, quòd homo non eſt imago Dei ſecundum molem corporis; quia neque genere, neque ſpecie conuenit cum Deo ſecũdum quod eſt corpus. Vnde hæretici, qui Deũ eſſe corpus inſcitè aſſeruerunt, hominem eſſe imaginẽ Dei ſecundum corpus cõminiſcebãtur.

Anthropomorphitis hæreticis etiã Deus corporeus. *S. Epiph.* *Theodor.* *S. August.* *Nicephor.* *Theophr.*

Hi nominabantur Anthropomorphitæ Audæi ſectatores, qui hominẽ eſſe imaginem Dei ſecundũ corpus, quia & Deus eſſet corporeus, aiebãt, vt refert S. Epiphanius hæreſi 70. & Theodoretus lib. 4. hæreticarum fabularum, & S. Auguſtinus lib. de hæreſibus, hæreſi 50. & Nicephorus lib. 11. cap. 14. & lib. 13. cap. 10. & Theophraſtus libr. de hæreſibus tempore Apoſtolorum emergentibus, numero 49.

21\. *S. Baſil.* *S. Greg. Ny.* *S. Ambr.* *S. Auguſt.*

Contra eſt S. Baſilius homil. 10. in Exameron. S. Gregorius Nyſſenus in illud. *Faciamus hominem, &c.* S. Ambroſ. lib. 6. Exameron cap. 8. S. Auguſtinus Pſalm. 48. & lib. 6. ſuper Geneſim ad literam, & de cognitione veræ vitæ cap. 22. & 1. contra Manichęos cap. 17. & 1. de doctrina Chriſtiana ca. 22. & lib. 12. Trinitatis cap. 7. & S. Gregorius lib. 22. Moralium, & Theodoretus q. 20. in Geneſim.

S. Greg. *Theodor.* *Perperàm Theodoret. & S. Epiphan.*

Perperam ergo Theodoretus, & S. Epiphanius, etſi Deũ corporis expertem fateantur catholicè, cum rationem imaginis nullam decreuiſſent, dubitarunt eſſetne in corpore, aut in ſola mente imago Dei; maximè S. Epiphanius, qui exactiſsimam ſimilitudinem requirebat.

22\. *Figura corporis erecta eſt veſtigiũ imaginis.* *S. Thom.* *D. Auguſt.*

Eſt autem concors ſententia Patrum, quòd imago Dei eſt in mente, in qua, ſcilicèt, eſt ſimilitudo ſecundum ſpeciem analogię, vt ſupra. At verò figura humana in cœlum erecta non eſt imago Deitatis, quia ſimilitudo non conuenit in ſpecie; eſt tamen veſtigium imaginis, vt S. Thomas ait 1. p. q. 93. art. 5. ad 3. quia indicat figura hæc animum ipſum creatum eſſe ad contemplandum cæleſtia. Et hoc eſt, quod ait S. Auguſtinus lib. 83. queſtionum q. 51. quòd corpus hominis propinquiùs accedit ad imaginem, & ſimilitudinem Dei, quàm cętera corpora. Et lib. 6. Geneſ. ad literam ca. 12. tom. 3. & libr. de Geneſ. contra Manichæos cap. 17. *Ita intelligitur per animum, maximè atteſtante etiam erecta corporis forma, homo factus ad imaginẽ, & ſimilitudinem Dei.* Ad hoc pertinet quod S Greg. Nazianzenus ſermone in Natiuitate Chriſti vocat hominẽ, *mixtum adoratorem, viſibilis naturæ ſpectatorem, intellectilis myſten.*

A

Nazianz.

Vnde etiam ſecundum corpus Deo quodammodò vacat, dum ſenſus ipſe ſpectando cæleſtia miniſtrat intellectui, quę cõtẽpletur. Et Cicero ea ratione vocat corpus appendicem animę, quaſi ſit additamentũ quoddam. Sed longè melius S. Macarius Ægyptius dixit homil. 90. corpus eſſe imaginẽ animæ. Quod & Plato diſſeruit in fabula Narciſsi, corpus appellans vmbram animę.

Cicero. *D. Macar.* *Corpus imago animæ.*

B

Philo Iud.

At verò Philo Iudæus lib. de plantatione Noe elegãtiſſimè obſeruat figuram hominis erectam ad contemplationem diuinorum. *Euidens*, inquit, *ſimulachrum occulti oculi corpus hoc habemus, quod poteſt ad æthera ſuſpicere.* Non ergo ſolùm animus imago Dei eſt, ſed, & homo totus etiam ſecundum corpus ad contemplationem Dei benè aptatus.

Totus homo ad contemplationẽ Dei benè aptatus. *S. Bern.*

Hoc etiam S. Bernardus meminit ſerm. 24. in Cantica. *Quid enim*, inquit, *indecentius, quam curuum rectò corpore gerere animum.* Cæteris autẽ elegãtius hoc ipſum Amb. in hac verba, Pſalm. 118. verſ. manus tuæ. *Eſt enim*, inquit, *homo ſtatu celſus, vultu decorus, cæſarie gratus, non in aluũ cæterorum more curuatus animaliũ, ſed ipſo naturæ iure ſublimis, qui in cælũ libero ſpectat obtutu, nulla captiuæ ſeruitute ceruicis depreſſus in terrã, ſed tam propria conſcius libertatis, & locuples ſui teſtis auctoris.*

C

23\. *Aug. Eugub. exiſtimatio vana.*

Non verò pertinet ad hanc hæreſim, quod Aug. Eugubinus in ſua Coſmopœia, & alij dixerũt Deũ corpore hominis efformato acceſsiſſe ad hominis creationẽ, vt etiam ſecũdum corpus hominem conderet ad imaginem ſui, ad exemplar corporis aſſumpti.

D

Nam hi Auctores non ſimilitudinẽ naturæ induxẽrũt vt Deus verè eſſet corporis particeps, aut homo vera imago ſecundũ corpus; ſed ſolũ credunt fuiſſe quandã adumbrationem externam in corpore non aſſumpto hypoſtaticè, ſed ſolùm extrinſecùs aptato, vt poſtea apparuit Deus Patriarchis frequentiùs. Hæc tamen exiſtimatio vana eſt, & nullius auctoritatis.

SECVN-

Digitized by Google

SECVNDA PARS.

Quæ ſit Trinitatis imago, & veſtigium.

1. In homine eſt imago Trinitatis. DIcendum iam eſt, quòd in homine ſit non ſolùm Deitatis, ſed & Trinitatis imago. Quæ eſt Patrum cócors ſententia, quam etiam colligunt ex illis verbis. *Faciamus hominem ad imaginem, &c.* S. Gregorius Nyſſenus oratione, quam edidit in hæc verba. S. Hilarius de Trinitate. S. Ambroſius lib. 6. Exameron cap. 8. S. Auguſtin. lib. 3. de Geneſ. ad literam cap. 19. & 12. de Trinitate cap. 6. & ferè omnes Patres, qui eum locum enarrant: nam plures perſonæ loquuntur, quibus eſt hoc commune opus, vt ad imaginem ſuam hominė efficiant; ergo in ipſo homine eſt trium perſonarum imago, quæ ipſas perſonas neceſſe eſt referat. Videte S. Thom. in 1. Sententiarum d. 3. & 1. p. q. 93. art. 5. & 8. & rectè quidem Alexand. Alenſ. 1. p. q. 58. membro 4. ſeſſ. 1. obſeruat non ſolùm eſſe hominem conditum ad imaginem Trinitatis, ſed ipſam beatiſſimam Trinitatem ſerie propagationis referre; quia ex vno Adamo Eua; & ex duobus, ſcilicèt, Adamo, & Eua Cain: ſicut ex vno Patre Filius: & ex Patre, & Filio ſimul, Spiritus Sanctus.

S. Greg. Ny. S. Hilar. S. Ambroſ. S. Auguſt. S. Thom. Alex. Alēſ. Obſeruatio.

2. Aliqui dixerunt hominem factum ad imaginem Filij, & non Patris: Alij verò ad imaginem Patris, & nō Filij, vt refert S. Cyrillus contra Iulianum libr. 1. Et hoc refellit, cū neque ſolus Pater, neq; Filius ſolus dicat, *Faciamus hominem, &c.* Et idem dicit S. Auguſtin. in opere imperfecto ſuper Geneſ. cap. vltimo.

S. Cyrillus. Contra quoſdam. S. Auguſt.

3. Ruperti ſingulare placitum. Singulare eſt id, quod Rupertus hac in re affert lib. 2. de Trinit. cap. 2. nam in eo quòd factus eſt ad imaginem Dei, ait hominem referre Filium Dei; & in eo quod factus eſt ad ſimilitudinē Dei, ait hominem referre Spiritum Sanctum; eò quòd imago vnius ſit, ſimilitudo autem inter duos quaſi media, & iam cōmunis: Eſt autem Spiritus Sāctus medius quodammodò inter Patrem, & filium, vt mutuus amor. Sed hoc eodem argumento refellitur; nam in ijs verbis. *Ad imaginem, & ſimilitudinem noſtrā*, dilucidè ſignificabatur eſſe imaginem communem, & ſimilitudinem communem, vnam ſcilicèt, trium perſonarū; & ideò nomine perſonarū dicitur, *noſtrā*,

Refellitur.

A alias non tres loquerentur, ſed Pater diceret, ad imaginē meā; & Pater, & filius, *Ad ſimilitudinē noſtram*. Prætereà omnes Patres cōſentiunt hāc imaginē, totā Trinitatē referre, idq; aſſeri verbis illis. Patrum conſenſus.

4. Quod autē in homine ſit imago Trinitatis, ſecundū S. Auguſt. lib. 9. de Trinitate, explicatur dupliciter, primò ſecundū potentias animæ, memoriam, intellectum, & volūtatē, vt memoria referat Patrem, intellectus filium, voluntas Spiritū Sanctū. Deinde ſecundū operationē, ſcilicèt, quòd in nobis eſt proceſſio verbi, & amoris; nam per ſimiles operationes intellectus, & voluntatis in Deo procedit Verbū, quod eſt Filius: &

S. Auguſt. In homine imago Trinitatis duplex. Prior ſecundū potentias. Poſterior ſecundum operationes.

B amor, qui eſt Spiritus Sāctus. Et hæc ſecunda Trinitas ſecundū operationē, dicitur cap. 4. mens, notitia, & amor: illa prior imitatio Trinitatis, quæ cernitur in potētijs, eſt perpetua; ſed eſt ſolùm in potētijs, & nō in ipſa operatione, quo deficit à perfectione beatiſsimæ Trinitatis: ea verò quæ cernitur in operatione, eſt tranſiens, & non permanet in nobis, quo etiam diſcedit à perfectione eadem Trinitatis ſāctiſsimæ. Nihilominùs hæc eſt perfectior imitatio; quoniam cū Trinitas conſtet ex origine, quæ eſt actualis operatio, magis exprimitur in opera-

Vtraque deficit. Poſterior eſt perfectior imitatio. Probatur primò.

C tione noſtra, quā in potentijs. Prætereà potentiæ non diſtinguuntur realitèr, vt diuinę perſonæ, nam memoria, & intellectus eſt res eadem: Et prætereà Trinitas potentiarum non ſignificat proceſſionē, ſed eſſentiā; Verbū verò, & amor realitèr diſtinguuntur inter ſe, & ab ipſo intelligente; & indicant proceſsionem, cum ſint termini operationis, & nō ipſa operatio, vt infra dicemus.

Secundò. Tertiò.

5. Poſſet quis obijcere quòd miſcemus potentiā, & operationes in ſecūda Trinitate, ſcilicèt, mētē, notitiā, & amorē: nam mens ſignificat animum ipſum, aut

D ſuperiorem animi partem, quæ eſt potentia intelligēdi; notitia verò, & amor procedūt per operationes mentis. Quæſtionem hanc ſoluit S. Thomas in 1. d. 3. q. 5. & ibidem q. 4. vbi plura alia diſſerit de his, quæ à S. Auguſt. ſunt aſſerta circa Trinitatem potentiarum, vel operationum; quę difficillima ſunt, & duntaxat ad interpretationem eorum, quæ à S. Auguſtino dicuntur, ſunt neceſſaria. Sanè non poſſumus melius explicare eā Trinitatē, quę in operatione noſtra cernitur.

S. Thom.

nitur: nam ſi vndequaq; ſignificáda eſſet proceſsio, & origo, diceremus verbi elocutorem, & verbum, & amorem referre Trinitatem: Sed lo[illegible] ſecundu ea quę in v[illegible] Trinitas creata, me[illegible], verbum, & amor; [illegible] ns Patrem deſignet, verbu Filium, amor Spiritum Sanctum. Verum eſt, quod in hac imagine Trinitatis non eſt requirenda ſimilitudo, analogiavè adeo exactè; quia hæc in nobis pertinent ad naturam; in Deo verò perſonæ ſunt, is qui Verbum profert, & Verbú, & Amor: ſed ſatis eſt, quod inueniatur proceſsio in rebus naturalibus ſecundum naturam, quæ imitatur proceſsionem in Deo perſonalem, quæ efficitur perſonas, de qua etiam re diſſerit S. Thom. de pot. q. 9. art. 9.

Trinitas creata, verbi elocutor, verbum, & amor. A[illegible] is vero mens, verbum, & amor.

Hæc in [illegible] ad naturam [illegible] tinent [illegible] ad perſo[illegible]

S. Thom.

6. Veſtigium vero Trinitatis inuenitur etiam extra naturam rationalem, quia ſimilitudo veſtigij nõ attingit ſpeciem, ſed genus, vt ſupra explicauimus. S. Auguſtinus lib. 9. de Trinitate cap. 6. duplicem Trinitatem inuenit in ſenſu hominis: in externo ſpeciem ſenſibilem, & ſenſationem, & animi attentionem; ita vt ſpecies, quæ eſt principium, referat Patrem, ſenſatio filium, animi attentio, quæ eſt cum voluntatis applicatione, referat Spiritum Sanctum. Similiter in ſenſu interno ſpecies in memoria ſenſili impreſſa refert Patrem, imaginatio filium, & attentio Spiritum Sanctum. Et poteſt explicari attentio de voluntate ſenſuali, ſeu ſenſili, vt ſint partes eiuſdē naturæ ſenſilis. Et quidem hæc Trinitas interna, quæ inuenitur in potentia cogitãte ſẽſitiua, quatenus attingit quodammodo non Deum, ſed obſequium diuinũ, prolibans aliquid à ratione, magis accedit ad imaginem, vt ſit veſtigiũ quoddam expreſsius. Vnde illud Pſal. 83. *Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum*, neque in his opus eſt diutiùs verſari.

Veſtigium Trinitatis e[illegible] in natura [illegible] rationali.

S. Auguſt.

Duplex Trinitas in ſeſu hominis.

Prior externa

Poſterior interna.

Explicatur attentio.

Trinitas interna veſtigium expreſsius.

Pſalm. 83.

7. Eſt alia Trinitas cõmunis rebus omnibus creatis, ſcilicèt, modus, ſpecies, & ordo, quę ponit S. Auguſtinus lib. de natura boni cap. 23. Modus pertinet ad principium operationis, quia eſt menſura, & refert Patrem; ſpecies, ſeu forma ad imaginem pertinet, & refert filiũ; ordo pertinet ad finem, quia eſt propenſio, quaſi appetitus naturæ, & refert Spiritum Sanctum. Et hęc ſignificantur in illis verbis Sapient. 9. *Omnia in numero, pondere, & menſura diſpoſuiſti*, vt menſura naturæ referat Patrem; numerus verò, qui pertinet primò ad operationem qua ſe natura multiplicat, referat filium; & pondus, quod deſignat propenſionem, ſeu amorem, referat Spiritũ Sanctum. Videte S. Thom. in 1. d. 3. quæſt. 2. artic. 2. & 1. part. quæſt. 93. art. 6.

7. Alia Trinitas cõmunis omnibus rebus creatis.

S. Auguſt.

Sapient. 9.

Locus hic explicatur.

S. Thom.

8. Præter hæc Patres alijs ſimilitudinibus ſolent vti ad explicandum hoc myſterium Trinitatis. Eadē, (inquiũt) aqua dicitur fons in ſua origine, fluuius dum decurrit, lacus verò dum aliquo loco quieſcit. Ita S. Anſelm. de Incarnatione cap. 7. Fons ergo refert Patrem, fluuius filium, lacus Spiritum Sanctum, in quo proceſsio diuina ſiſtit, & quaſi quieſcit. Aqua eadem eſt, ſicut & diuina eſſentia: nomina autem diuerſa fons, fluuius, lacus, ſicut & nomina perſonarum. Vide Concilium Nicen. lib. 2.

8. Trinitatis ſimilitudo in aqua, fonte, fluuio, & lacu vbique eadem.

S. Anſelm.

Conc. Nic.

9. Alia ſimilitudo eſt luminis: nam in corpore luminoſo eſt lux inſita; & effulgentia; & radius ſeu lux diriuata: lux refert Patrem tanquam principium; & effulgentia, quæ lucem circumſtat, refert filiũ; & radius, qui vltra dimanat, refert Spiritum Sanctum. Fuit autem & in hoc exemplo cuiuſdam hæreſis, qui aſſeruit Deitatem eſſe, quaſi lucernam, ſeu vas continens tria luminaria: Hirarchas enim, vt refert. S. Hilarius lib. 6. de Trinitate, *vnius lucernæ duo lumina prædicauit, vt Lychnotum bipartita diuiſio ſubſtantiam Patris, & filij æmularetur.* Sed cauendum eſt in hac ſimilitudine, quia videtur inducere tres eſſẽtias diſtinctas in tribus luminaribus diuiſis. S. Dionyſius peracutè vtitur ſimilitudine trium luminarium ſolis locis oppoſitorum; quæ tamen eandem lucē in medio aere efficiunt; ita vt lux vna è luminaribus tribus émiſſa referat eſſentiam diuinam vnam in tribus perſonis. Et quidem 2. cap. de diuinis nominibus ſic ait. *Videmus quoque, in domo multis exiſtentibus luminaribus, ad vnum quoddam lumen vnita omnium lumina, & vna claritate indiſcreta reſplendentia.* Sanct. Bonauentura tomo 1. libr. de luminaribus term. 13. in ſole refert ſplendorem ad Filium, calorem verò ad Spiritum Sanctum; aptè quidem, quia eſt in Verbo ſplendor, & in amore calor.

9. Alia ſimilitudo in lumine.

In exemplo duorũ vel triũ luminariũ in vna lucerna hęreſis Hyrarchæ.

S. Hilar.

S. Dionyſ.

Similitudo vnius lucis è tribus luminaribus oppoſitis emiſſæ.

S. Bonauen.

Aduer-

10.

Nulla ſimilitudo, ſeu analogia Trinitatis perfecta eſt in creatura.

Hilarius.

Aduertendum eſt igitur vltimo loco omnes has ſimilitudines, & imagines imperfectas eſſe, & non poſſe ex omnibus partibus cum Trinitate illa exemplari, & increata; conferri. Qua in re omnes Patres conſentiunt. Vnde S. Hilarius libr. 1. de Trinitate. *Omnis igitur comparatio homini vtilis potiùs habeatur, quã Deo apta; quia intelligentiam magis ſignificat, quàm explicat.* Et infrà. *Pergimus igitur itaque de Deo loquuturi Dei verbis; ſenſum tamen noſtrum rerũ noſtrarum ſpecie imbuentes.* Species ergo, ſeu ſimilitudo harum rerum ſenſibilium blanditur quodammodò, & fauet rationi myſterium Trinitatis inquirenti, ſed accedere vſque ad analogiam non valet, vt proprium conceptum de Trinitate efformemus ex aliqua ſimilitudine rei creatę. Et S. Ioannes Damaſcenus lib. 1. fidei Orthod. cap. 8. *Impoſſibile eſt in creatura compertam imaginem in ſe ipſa immutabiliter diuinæ Trinitatis modũ repræſentare; quod enim creatum eſt, & compoſitum, & fluxibile, & mutabile, & circunſcriptum, & figuram habens, & corruptibile, quomodò liquidè monſtrabit omnibus huiuſmodi ſupereminentem, ſuperſubſtantialem, diuinamque ſubſtantiam?*

Damaſcen.

TERTIA PARS.

Imago Diuina non deletur in nobis per peccatum.

1

SEd ne quis in legendis ſententijs Patrum falſam imbibat intelligentiam, arbitratus imaginem Dei amitti, ſeu deleri per peccatum, ea nobis diſputatio fuit hoc loco agitanda. Illud autem primò ſtatuendum eſt, imaginem Dei eſſe in creatura rationali, per hoc quòd eſt ordinata ad Deum. Vnde S. Auguſtinus lib. 14. de Trinit. cap. 4. de anima rationali aſſerit, quòd, ſi ſecundum hoc facta eſt ad imaginem Dei, quòd vti ratione, atque intellectu ad intelligendum, & conſpiciendum Deum poteſt, ab initio quo eſſe cœpit, fuerit in ea Dei imago, vel obſcura, vel clara. Et eodem lib. cap. 11. expreſsiùs ait, quòd non propterea eſt Dei imago in mente, quia ſui meminit, & diligit, & intelligit ſe; ſed quia poteſt etiã meminiſſe, & intelligere, & amare Deũ à quo facta eſt; ergo imago eſt ratio tributa nobis ad Deum intelligendũ. Hoc expreſsè docet S. Thomas 1. p. q. 93. art.

Rationalis natura eſt imago Dei quatenus ad Deum ordinari poteſt, vel actu ordinatur.

S. Aug.

S. Thom.

8. Imò ait dum anima ſe intelligit, & diligit, nõ imitari Trinitatem, niſi hoc referat ad Deum. Probat autem, quoniam ſimilitudo imaginis oportet, vt ſit ſecũdum ſpeciem; Verbum autem Dei, quod procedit per cognitionẽ Deitatis, oportet vt ſit exemplar Verbi creati, quo ſcilicèt Deitatem cognoſcamus; aliàs Verbum hoc, & illud non ſunt ſecũdùm ſpeciem ſimilia. At verò S. Thomas in 1. d. 3. q. 4. art. 4. obſcuriùs, & per plura de hac re differit; eſt tamen interpretãdus, quòd nunquam admittat imaginẽ in ordine ad alia obiecta, niſi quia ea obiecta ad Deum, quod eſt primum, poſſunt referri, vel actu referuntur. Et S. Bernardus libr. de anima cap. 1. *Non propterea eius imago eſt, quia ſui meminit mens, ſeq; intelligit, ſed quia poteſt intelligere, ac diligere, à quo facta eſt.*

Verbum diuinũ ſolum eſt exemplar Verbi creati illius quo cognoſcitur Deitas.

S. Thom.

Vel alia obiecta in ordine ad Deum.

S. Bern.

Ex qua notatione duo ſunt conſequẽtia. Et quòd in peccatore maneat imago ſecundùm potentias, quia manet liberùm arbitrium, in quo eſt propenſio quædam ad bonum, quæ nunquam per peccatum conuellitur. Et quòd ſecundùm operationem in peccatore non eſt imago Dei, dum mentem abijcit ad res creatas contra legem Dei. Illa ergo imago perpetua eſt: hęc verò mutabilis, quia ipſe peccator modò vult id quod rectũ eſt, modò verò id quod iniquum; quod S. Bernard. dilucidè propoſuit ſerm. 80. in Cantica de tribus libertatibus diſſerens. *Hinc eſt fortaſsis, quod ſolum liberum arbitrium ſui omninò defectum ſeu diminutionem non patitur, quòd in ipſo potiſſimum æterna, & incommutabilis ſubſtantiæ, ſubſtantiua quædam imago impreſſa videatur. Nam etſi habuerit initium, neſcit tamen occaſum; nec de iuſtitia, vel gloria capit augmentum, nec de peccato, ſiue miſeria detrimentum. Quid æternitati ſimilius, quod non ſit æternitas? Porrò in alijs duabus libertatibus (ſcilicèt conſilij, & complaciti) quoniam non ſolùm ex parte minui; ſed & ex toto amitti poſſunt, accidentalis quædam magis ſimilitudo ſapientiæ, atq; poteſtatis diuinæ imagini ſuperducta cognoſcitur.* S. Auguſtinus lib. contra Adimantum cap. 5. refert hæreticos Manichæos obijcere repugnantiam in verbis Chriſti Domini, *Vos ex Patre Diabolo eſtis.* cũ ſcriptum ſit ad imaginem Dei factũ eſſe hominem. Sed nõ aduertebant ad imaginem

2.

In peccatore manet imago Dei ſecũdum potentias, non verò ſecundũ operationes.

S. Bern.

Liberum arbitrium ſemper idem, ideòque eſt potiſſimũ ſubſtantiua quædam imago æternæ; & immutabilis ſubſtantiæ.

Operationes conſilij, & cõplaciti accidẽtalis quædam ſimilitudo ſuperducta.

S. Aug.

Manichæi refutantur.

ginem ſecundùm operationem, quę mutatur in ijs, qui dicuntur filij Diaboli, eò quòd illum imitantur, manente imagine in animæ potentijs, ſecundùm quam dicitur homo conditus ad imaginem Dei.

3. *D. Paulus 1. Cor. 15.* explicatur.

De hac imagine ſecundùm operationem, intelligendum eſt illud Pauli. 1. Corin. 15. *Sicut portauimus imaginem terreni, portemus imaginem cæleſtis.* Nam cum imago ſecundùm potētias non deleatur, neque imago ſupra imaginem inducatur, ſupereſt vt interpretemur S. Paulum loqui de imagine ſecūdum operationem, vt ſit cōmutatio terrenæ imaginis cum cœleſti: nam & imaginem Dei gerere, eſt per opera oſtendere fidem, & dilectionem. Hoc eſt item quod vehementer. S. Anſelmus ſuadet Monolog. cap. 65. *Rationalis creatura nihil tantū debet ſtudere, quàm imaginem hanc ſibi per naturalem potentiam impreſſam, per voluntarium affectum exprimere.* Et infrà. *Quis enim neget quæcunque meliora ſunt in poteſtate, ea magis debere eſſe in voluntate?* Vrgens ſanè perſuaſio, vt imaginem Dei ex potentia animæ, ad effectum quoque proferamus. Et S. Bernardus in libr. de anima cap. 1. *Oportet ergo id, quod ad imaginem eſt, cum imagine conuenire, & non in vacuum nomen imaginis participare.* Marius Vict. lib. 1. contra Arium, imaginem collocat in ipſa animæ ſubſtantia: ſimilitudinem verò in qualitate: ſed meliùs ponitur imago in libero arbitrio, quod etſi ſit qualitas, non extinguitur, ſed ſemper manet; ſimilitudo verò, ſiue perfectio imaginis in operatione cernitur, quæ mutatur.

Imaginē Dei gerere, eſt per opera oſtendere fidem, & dilectionem.

S. Anſelm.

S. Bernard.

Marius Vict.

Imago in libero arbitrio ponitur: perfectio imaginis in operatione

4.

Similitèr ſecundum hanc operationis imaginem homines comparantur brutis, & feris: non tamen quòd imaginem Dei exuant, quæ eſt in potentijs, ſcilicèt liberum arbitrium, & rationem. Et Iob. 40. cap. vocat Deus malum Dœmonem *Behemoth*, ſecundum intelligentiam S. Thomæ eo loco, quòd imaginem Dei deleuerit, ſaltem ſecundum operationē; ita vt imitetur bruta, quæ ratione carēt. Quod etiam obſeruant Patres Geneſis initio, cum Dœmō ſpecie ſerpentis Euā congreſſus eſt. S. Auguſtinus primæ epiſtolæ Ioānis tractatu 8. *Ideò,* inquit, *multi cum per cupiditates malas detererent in ſe imaginem Dei, & ipſam quodāmodò flammam intelligentiæ peruerſitate morum extinguerent; clamat illis ſcriptura. Nolite fieri ſicut equus, & mulus, quibus non eſt intellectus.*

Iob. 40.

S. Thom.

S. Aug.

Pſal. 31.

Hoc diſcrimen imaginis cernitur in homine ſecundum quod etiam Trinitatis imago eſt. Nam cum referat Trinitatem ſecundum potentias, & ſecundum operationes, haud dubium eſt, quin manente imagine ſecundum potentias, ſecundum operationem imago Trinitatis mutetur. Et hoc eſt, quod S. Thomas 1. p. q. 93. art. 8. oſtendit. Nam id verbum, quo cogitamus res tempori ſubiectas, non refert Verbum diuinum; & is amor, quo rebus his hæremus, nihil minùs refert, quàm Spiritum Sanctum. Hæc ergo creata Trinitas perficitur per fidem, & charitatem; quia per has operationes intelligimus arcana diuinitatis, & ipſam, prout in ſe eſt, diligimus. Erit verò perfecta Trinitas creata, quando Deum viderimus, tunc enim maximè ſimiles ei erimus; itaque erit in nobis imago Trinitatis abſolutiſsima, quia videbimus clarè Deum, & diligemus apertè viſam eſſentiam Deitatis, ſicut Deus ſe videt, & diligit, ſeque fruitur.

5. Homo etiam Trinitatis imago ſecundum potentias, & ſecundū operationes.

S. Thom.

Creata Trinitas perficitur per fidem, & charitatem.

Maximè perfecta eſt in beatis.

In homine tamen peccatore ſecundū potentias manet imago Trinitatis; manet namque liberum arbitrium, vt fides docet: item manet dominium rerum: manet etiam natura rationalis, & propenſio ad bonum, in quibus ſecundum potentias eſt imago Trinitatis. Sed ſecundum operationem non eſt imago, niſi operatio dirigatur ad Deum. Et licet eæ potentiæ per peccatum deordinatæ ſint, & inuerſæ, manet tamen potentia in natura, vt ad ordinem redeat; & ideò non amittitur imago, ſed eſt ſupra imaginem fœditas, & turpitudo inducta.

6. In peccatore manet imago Trinitatis quoad potētias, nō quoad operationes.

Sed & habitus referunt Trinitatem, vel Deitatem, non ſecundum potentias, ſed ſecundum operationem; quia habitus virtutum conſequimur, & ponimus pro libertate, vt volumus: & ipſa gratia, quæ eſt ornatus eſſentiæ animæ, ſeu macula peccati, quæ eſt animæ turpitudo; pertinet ad imaginem ſecundum operationem, quia hæc imago eſt mutabilis. De hac igitur intelligendæ ſunt Patrum ſententiæ, quoties affirmant imaginem Dei per peccatum deleri. Quod quidèm diſcrimen imaginis inuenerunt Patres in illis verbis, *Ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* Nam etſi ſimilitudo perfectiſsima ſit imago ipſa, quæ eſt ſimilitudo

7. Habitus omnes, imò ipſa gratia pertinet ad imaginem quoad operationes.

Gen. 3.

Cur præter ly *ad imaginẽ*, addatur ly, & *ſimilitudinem noſtrã?*

ſimilitudo in ſpecie, & expreſſa, vt ſuprà; tamen cum imagini additur ſimilitudo, clariùs ſignificatur ipſa imago abſolutiſsima. Nonnulli aiunt imaginem ſignificari in natura, ſimilitudinem verò in moribus: quam opinionem ſequitur S. Anaſtaſ. lib. 6. Examer. *Illud*, inquit, *ad ſimilitudinem, eſt vitæ inſtitutionis, quæ libera electione ſuſcipitur.* Qua forma loquendi in peccatore eſt imago Dei, non ſimilitudo: quod & Philo Iudæus videtur innuere lib. de mundi opificio, dicẽs additum eſſe, ad ſimilitudinem, ad ſignificandum exactum ſigillum.

Anaſtaſius. *Philo Iud.*

9. Ruperti ſingulare aſſertum. Ad imaginem imò ad ſimilitudinem etiã reprobi effecti.

Sed ſingulare eſt, quod adijcit ad hæc Rupertus lib. 2. de Trinit. cap. 2. ſcilicèt, quòd ad ſimilitudinem effecti ſunt ſoli prædeſtinati; reprobi verò ad imaginem duntaxat. At verò cauendum eſt ab hac doctrina, quoniam videtur ſignificare eos non conſequi gratiam, qui eam ſunt in poſterum amiſſuri, quia reprobi ſint; quæ hæreſis damnatur ab Eccleſia, vt tomo 3. videbimus.

10. Qui negat imaginẽ Dei in peccatore manere incurrit in ſuſpicionem duarum hæreſum. •Prima. •Secunda.

Qui autem negauerit manere in peccatore imaginem Dei, incurrit in ſuſpicionem duarũ hæreſum; •altera eſt, quòd videatur negare liberum arbitrium in peccatore, & capacitatem diuinorũ, ratione quarum rerum dicitur homo conditus ad imaginem Dei. •Altera, quod neget etiam hominem peccatorem eſſe verum Dominum rerum ſuarum; nam & ratione dominationis dicitur homo quoque imago Dei, vt ſuprà. Fuit autem ea hæreſis Vuideuiſtarum negantium in viro peccatore rerum ſuarum dominationem, aut imperij ditionem manere. S. Epiphanius epiſtola ad Ioannem Hieroſolymitanum Epiſcopum, quæ recenſetur inter epiſtolas S. Hieronymi n. 6. refert inter hæreſes Originis, quòd crediderit imaginem Dei non manere in peccatore. Et quidem Origines homil. 1. in Geneſ. in illa verba, *Faciamus hominem, &c.* ita videtur ſentire. Sed homil. 13. in librum eundem iterùm eadem verba explicans, oppoſitam ſententiam haud dubiè tenet. *Filius Dei*, inquit, *eſt pictor huius imaginis. Et quia talis, ac tantus eſt pictor, imago eius obſcurari per incuriam poteſt, deleri per malitiam non poteſt. Manet enim ſemper imago Dei in te, licet tu tibi ipſe ſuperducas imaginem terreni.* Quare vel ſe explicauit, ſi quid obſcurius alibi dixiſſet, vel

Hæreſis Vuideuiſtarum. *S. Epiphan.* Hæreſis Originis. Origines illi ſuſpectam ſententiam retractauit, vel ſe elucidauit.

A ſaltem retractauit. Nam & apud S. Aug. quædam obſcura ſunt lib. 83. quæſtionũ q. 67. & 6. ſuper Geneſ. ad literam cap. 27. & 28. Sed lib. 1. Retractationum cap. 26. & lib. 2. cap. 24. veram ſententiam apertè pronunciat, cum de amiſsione imaginis nonnihil dixiſſet, *Hoc*, inquit, *non ita accipiendũ eſt, quaſi totum amiſerit homo, quod habebat imaginis Dei. Nam ſi omninò amiſiſſet, non eſſet propter quod diceretur Roman. 12. Renouamini in nouitate ſenſus veſtri.* *S. Aug.*

11. Flaccus recẽs hæreticus.

Mathias Flaccus Illyricus recens hæreticus, non ſolùm ait amiſſam imaginẽ per peccatum, ſed hominem tranſiſſe in
B viuam, & ſubſtantialem imaginem Diaboli, vt refert Gregorius de Valentia de fine hominis q. 3. vbi latè reprehendit amentiam hominis, & hæreſim arguit. *Valentia.*

12. In damnatis nõ manet abſolutè imago Dei.

Supereſt tamen nobis dubium, an maneat imago Dei in damnatis? Et videtur quidèm quòd abſolutè non manet; nam ſunt quidem Angeli ſpiritus, & animæ hominum; ſed ratio ſpiritus non ſufficit ad imaginem, vt ſupra: ſunt & in illis potentiæ animæ; ſed non eſt liberum arbitrium ad bonum, cum propria voluntate deſtinati, & addicti ſint ad malum: vnde ſola ratio ſpeculatiua eſt aliqua ex parte integra, practica autem eſt Deo
C aduerſa. Si ergo placet dicere, eos eſſe imaginem ſecũdum partem ſpeculatricem duntaxat, eſto: ſed ſanè imago, quæ ſolùm capite referret hominem, cætera leonem, non diceretur imago hominis.

Vt nec liberũ arbitrium ad bonum, nec ratio integra, præſertim practica.

CAPVT XV.

Conueniens fuit hoc myſterium nobis reuelari.

1. Rationes reuelandi nobis hoc myſteriũ. Prima, Gloria Dei.

MAgni momenti ſunt rationes, ob quas Deo fuit optimũ viſum my-
D ſteriũ Trinitatis nobis detegere. Et imprimis in gloriam ipſius, iuxta illud Eccleſiaſtici 43. *Maior eſt omni laude, ne laboretis, non enim comprehendetis.* Cedit enim in gloriam Dei fides Trinitatis, in qua tota ratio naturalis ſilet, & obſtupeſcit. *Eccleſ. 43.*

2. Secũda, Augmentum meriti noſtri.

Secundò in augmentum meriti, quod fides ſibi vendicat, tùm ex eo, quòd nos ſubmittimus fidei abnegantes nos metipſos, id eſt, noſtrum intellectum, quem etiam in captiuitatem redigimus, teſte S. Paulo 2. Corinth. 10. tùm maximè *2. Cor. 10.*

quòd

quòd de Deo magna quædam concipimus, quod adnotauit S. Ioan. Chryſoſt. in illud S. Pauli, Roman. 4. *Credidit Abraham Deo, &c.* Quibus verbis fidei meritum immolanti filium præfertur. *Fides,* inquit Chryſoſtomus, *eſt magni animi, & magna de Deo philoſophantis.* Magnitudo ergo rei, cui credimus, adauget maximè fidei meritum.

Chryſoſt.

3\. Tertia, Manifeſtatio dilectionis diuinæ. *Ioan.* 15.

Tertiò, vt Deus amorem noſtrũ prouocaret, dilectionis ſuæ ſignum maximũ exhibens, dum ipſius Deitatis arcana nobis aperit. Ioãnis. 15. *Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos.* Vnde ſpes etiam & fiducia in nobis maximè erigitur. Quamobrem meritò admiratur S. Baſilius opuſcul. 5. de ſymbolo cap. 1. quòd tam dilucidè confiteatur anula paupercula abdita myſteria, quæ latent ſummos Philoſophos, vt impleatur vaticinium Iſaiæ cap. 9. *Repleta eſt terra ſcientia Domini.*

S. Baſilius.

4\. Quarta, Noſtræ naturæ dignitas, & intellectus perfectio.

Quartò ad dignitatem, & decus naturæ noſtræ, & ad intellectus perfectioné. Nam excellentia obiecti non corrumpit intellectum, ſicut ſenſum; imò perficit, vt docet Ariſtoteles 3. de anima tex. 7. & tex. 67. Vnde in cognitione rerum ſublimium quantumuis obſcura, maioré nobilitatem, atque oblectamentum cõſequitur, quàm in rerum abiectarũ aperta euidentia, vt ipſe Ariſtoteles docet lib. 1. de proprietate animalium cap. 5. & lib. 2. de cœlo tex. 61. & idem libr. 10. Ethicorum cap. 7. reprehendit tacitè Symonidem, quòd à rerum ſublimium inueſtigatione declinaret, Humana, inquiens, oportere ſapere hominem, & mortalia mortalem. Imò, ait Ariſt. vt animi abiectioné ſuperemus, ad altiora oportet mentem euehere, quia animus conſideratione rerum humiliũ vileſcit. Rectè verò S. Hilarius lib. 2. de Trinit. c. 4. *Hæc credendo incipe, percurre, perſiſte, etſi non peruenturum ſciam, gratulabor tamen profecturum: qui enim piè infinita proſequitur, etſi non contingat aliquando, ſemper tamen proficiet procedendo.*

Ariſt.

Idem.

Animus conſideratione humilium vileſcit.

S. Hilarius.

5\. Quinta, Cœleſtiũ deſideriorum excitatio.

Quintò, vt homines diſcant ſuperna deſiderare. Qua méte Philoſophi, vt legimus 7. Ethicorum cap. 15. & 10. libr. cap. 1. & 5. de rebus cœleſtibus diſputabant, vt à ſenſibilibus homines auocarent. Cognitio igitur Trinitatis, quæ totam rationem longè ſuperat, nõ parum excitat deſiderij erga ipſius Trinitatis beatificam viſionem. Sed huiuſmodi rationes ferè communes ſunt in alijs fidei noſtræ myſterijs, de quibus S. Thom. 1. contra gentes cap. 5. At verò 1. p. q. 32. art. 1. ad 3. aliam adijcit, vt ſcilicèt ordo creationis ex parte conditoris innoteſcat, quia Deus non naturæ neceſsitate, ſed per Verbum ſuum, ex amoreque ſui, in quibus vtraque proceſsio diuina indicatur, res mundanas condidit.

Ariſt.

S. Thom. Sexta propria Vt ordo creationis ex parte conditoris innoteſcat.

6\. Septima & potiſsima ratio. Vt myſteriũ Incarnationis ſcitè doceatur

Potiſsima ratio eſt, quia myſteriũ Incarnationis non potuit ſcitè doceri, niſi explicata perſonarum diſtinctione; cum vnio carnis non ſit facta in natura Dei, ſed in perſona; & non in tribus perſonis, ſed ſolùm in Verbo. Vndè Prophetis detegebatur myſterium hoc expreſsè, quando de incarnatione Domini fiebât certiores. Et dignum Deo eſt, vt tunc ſe ipſum manifeſtè oſtendat, cum ſe nobis exhibet, & impendit; tunc enim palam factus eſt filius Dei, cum eſt nobis datus. Sed longior tractatio de hac re ad diſputationem Theologam non pertinet. Videte S. Auguſtinum de verbis Domini ſer. 38. in illud, *In principio erat Verbum, &c.* Vbi fuſiſsimè loquitur de dignitate, atque vtilitate fidei circa hoc myſterium.

S. Aug.

CAPVT XVI.

Quòd plures ſint diuinæ Perſonæ, non vna, probatur ex veteri teſtamento.

1\. HActenùs longa diſputatione oſtédimus, veritatem Trinitatis ita eſſe in arcana Deitate concluſam, vt nulla ratione naturali aperiatur, aut explicetur. Quamobrem neceſſe eſt, vt Trinitas ipſa, quæ eſt vnus, & verus Deus, ſeſe agnoſcẽdam præbeat per colloquium, quo poſſunt aperiri ab eo, qui nouit, ea quæ ab alijs ignorãtur. Dum verò ipſum Dei colloquium nobis obſcurum eſt, quia loquentem non intuemur, vt præmonuimus; neceſſe eſt, vt aſſenſus, quem Deo loquenti præbemus, obſcurus ſit, iſque fides diuina dicitur, id eſt, fides Deo adhibita de rebus quoque diuinis. Vndè S. Auguſtinus tom. 10. lib. 50. homiliarum homil. 32. *Fides,* inquit, *gradus eſt intelligendi,* hoc eſt, ad eorum, quæ non intelligimus, intelligentiam, per fidé grãdum facimus, iuxta illud Iſaiæ. 7. *Niſi credi-*

S. Aug.

Iſaia. 7.

S. Aug.

crediderіtis non intelligetis. Ita enim legit S. Auguſtinus iuxta translationē 70. quod in verſione latina correcta legitur, *Non permanebitis.* Idemque S. Auguſt. tractatu 22. in Euangel. Ioānis ait. *Fructus pietatis fides, fidei verò fructus, intellectus, &c.* Et Tertullianus lib. 4. cōtra Marcionem, *Intellectum fides meretur.*

Fructus pietatis fides, fidei verò fructus intellectus.

Tertull.

2.

Neque verò ſapientèr aliquis iudicabit inutilem eſſe, aut abſque operæpretio diſputationē contra Iudæos de Spiritus Sancti Deitate, cum & ipſi nō obſcurè poſsint veteris teſtamenti auctoritate conuinci.

3.

Primò igitur oſtendendum eſt ex ſacra ſcriptura veteri, quam Iudęi quoque nobiſcum, vt veras Dei voces, & collocutiones venerantur, & colunt, plures eſſe in Deitate perſonas. Et eſt commune argumētum ex initio Geneſ. *In principio creauit Deus*, vbi in Hebræo eſt, *creauit Eloim.* Et quidèm S. Hieronymus teſtatur pleroſque exiſtimare in fōte Hebræo legi, *in Filio creauit:* vt fiat aperta mentio Filij, ſed eam lectionem non approbat. Nobis tamen argumento ſatis eſt id, quod eſt certè compertum legi Hebraicè, *creauit Eloim*, quod eſt *Dij:* verbum enim, *creauit*, quod eſt numeri ſingularis vnitatem naturæ ſignificat; nomen verò, Dij, cum ſit numeri pluralis, & non ſignificet naturas plures obſtante verbo ſingulari, ſupereſt vt ſignificet plures perſonas in natura eadem. Hoc ſenſu interpretatur Magiſter locū iſtum 2. ſentent. diſt. 1. quem ſequuntur ſcholaſtici Doctores, & conſentiunt Nicolaus de Lyra, Petrus Galatinus, Auguſtinus Eugubinus, Paulus Burgenſis, Ambroſius Catharinus. Refragatur verò Thomas Caietanus, & ante Caietanum doctiſsimus Alfonſus Toſtatus, qui aiunt non ſignificari his verbis perſonarum diſtinctionē. Et quidèm Caietanus credidit nomen, *Eloim*, carere numero ſingulari, in quo eſt deceptus cum non eſſet Hebraicè peritus. Eſt enim nomen, *Eloba*, Iob. 12. *Inuocabit Deū*, Hebraicè *Eloba:* & 36. *Adhùc habeo, quod pro Deo loquar.* Et Habacuc. 3. cap. *Deus ab Auſtro veniet*, in quibus locis legitur, *Eloba*, quod Burgenſis quoque fatetur. Negari etiam non poteſt eſſe idiotiſmū linguæ illius non ſolùm commutationē numeri, vt nomen plurale pro ſingulari

Cōtra Iudęos commune argumentum.
Geneſ. 1.
S. Hieron.
In ly *Creauit Eloim*, ſignificatur naturæ vnitas, & perſonarum pluralitas.
Magiſt.
Lyranus.
Galatinus.
Eugub.
Burgenſ.
Catharinus.
Diſſentit Caietan. & Toſt.
Fallitur in Hebræa voce Caiet.
Iob. 12. & 32
Eloha. i. Deus.
Habacuc. 3.
Arguitur pro Caiet.
Numeri cum numero com-

A vſurpent Hebræi; ſed vt vnum cum altero coniungant, Geneſ. 24. *Poſuit ergo ſeruus manum ſub femore Abrabā Domini ſui.* Hebraicè, *Dominorum ſuorū.* Iſaiæ. 19. *Tradam Ægyptum in manum dominorum crudelium.* Hebraicè *dominorum duri.* Ecce nomen ſingulare, & plurale coniūguntur. Et cum verbo ſingulari nomen plurale Geneſ. 42. *Locutus eſt Dominus terræ durè.* Hebraicè, *Dixit nobis Domini terræ durè.* Et clariùs adhùc Exod. 20. *Non habebis Deos alienos.* Hebraicè, *non erit tibi Dij alieni.* B Ecce cum de Dijs vanis loqueretur numero plurali, verbum ſingularis numeri vſurpauit abſquè vlla myſterij latentis ſignificatione, ſi ſaltèm ad literā verba explicemus. Plurali etiam numero vſurpari nomina illuſtrium virorum teſtantur nonnulli; legito Riberam Michææ. 5. & Bellarminum lib. 2. de Chriſto cap. 6. Et confirmatur opinio Caietani, quoniam cum diſcedendum ſit ab hac loquutione Deorum, ne dicamus plures Deos, nō facilè perſuadebis in eo quod legitur creauit Dij, intelligi perſonas diuinas, quaſi eæ ſint dicendæ Dij. C Siqua ergo eſt ſignificatio diuinarum perſonarum eo in loco, vt aliqui piè interpretātur; non eſt ex ſenſu literæ eruenda, ſed ex myſtico ſenſu fortaſsis; quod tamen apud S. Hieronymum, & Originem obſeruantiſsimum myſticorum non reperitur. Nōnihil tamē ſignificationis myſticæ eſt, quòd in toto opere creationis ſæpè repetatur, *Eloim*, pluraliter, & nūquam, *Eloba*, ſingularitèr; quod obſeruat Burgenſis d. 9. Scrutinij cap. 2. & cap. 3. refert antiquos Iudæos ea difficultate commotos explicaſſe, *Eloim*, ideſt, Deū, & Angelos; quod Burgenſis doctè refutat. D Et ita in hoc nomine, *Eloim*, myſterium ſubeſſe iudicant præter Burgenſē, Lyranus, & Galatinus, & Magiſter d. 2. & Gilbertus Genebrardus Hebræi ſermonis peritiſsimus, argutiſsimusq; interpres Pſalmorum, cōmentario in Pſal. 10. in illud, *Æquitatē vidit vultus eius.* affirmat legi in fonte, *æquitatem vidit vultus eorum*, ad deſignandum numerū perſonarum. Et ibidem recitat ex Abbē Ezra, Rabbi Iaphet ſenſiſſe rectiſsimè myſterium indicari Geneſ. 20. cum dicitur, *Eduxerunt me Dij*, ſcilicèt, diuinæ perſonę. Et idem obſeruat Pſal. 88. in illud, *Quis in nubibus æquabitur Domino?* Hebrai-

mutatio, imo & coniunctio eſt Hebraiſmus.
Gen. 24.
Iſai. 19.
Geneſ. 42.
Exod. 20.
Ribera.
Bellarm.
Confirmatur opinio Caiet.
Reſoluitur dictam ſignificationē non eſſe literalē, eſſe tamen myſticam.
S. Hieron.
Orig.
In toto opere creationis ſæpè repetitur, Eloim ſinguliter, & nūquā Eloha, pluraliter.
Burgenſis.
Lyranus.
Galatinus.
Magiſt.
Genebrard.
Pſalm. 10.
AbbenEzra
Rabbi Iaph.
Gen. 20.
Pſal. 88.

Digitized by Google

A

Hebraicè, *Eloim*, hoc eſt, *Dijs fortibus*. Non abhorret ergo Genebrardus ab iſta interpretatione, *Eloim*, in numero plurali. Videre eſt autē quàm abſurdè Ambroſius Cathar. reprehendat Caietanū lib. 4. animaduerſionum, quòd ex eo loco Trinitatis myſterium non agnouerit. Vide Sixtum Senenſem lib. 5. Biblioth. adnotatione 1. vbi partes Caietani tuetur.

Catharinus abſurdè Caiet. reprehendit.

Six. Senenſ.

4. Eſt tamen argumētum ſecundum, cui nullus ſanè poterit aduerſari, ex verbis Geneſ. 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram.* Ad intelligentiamque verborum recolendum eſt, quod ſupra diximus, duplicem eſſe ſenſum literæ, *ad imaginem*, id eſt, vt ſit imago, vel *ad imaginem*, hoc eſt, ad exemplar; imago enim pro exemplari ampliori quadam ſignificatione accipitur. Sanctus igitur Aug. de fide ad Petrum cap. 1. probat, plures eſſe perſonas in natura eadem diuina, ex his verbis, *ad imaginem noſtram*. Cum enim dicit, *ad imaginem*, oſtendit vnam naturam eſſe ad cuius imaginem homo fieret; cum verò dicit, *noſtram*, oſtendit eundem Deū non vnam ſed plures eſſe perſonas. Itaque ſecundum S. Auguſt. nomine, *noſtrā*, quod pertinet non ad vnum, ſed ad plures, ſignificantur perſonæ plures; & vnitas naturæ ſignificatur in imagine, eò quòd homo imitatur vnam, & eandem naturam Deitatis; ſiue accipias, *ad imaginem noſtram*, id eſt, vt ſit imago noſtra, ſiue *ad imaginem noſtram*, id eſt, ad exemplar noſtrum. S. verò Hilarius lib. 3. de Trinitate in ſenſu poſteriori imaginē accipit pro exemplari, & probat perſonas eſſe plures non ſolùm ex verbis, *Faciamus*, & *ad imaginem noſtram*, quæ pluribus conueniunt; ſed ex eo quod dicitur, *ad imaginem, & ſimilitudinem*, quæ ſcilicèt imago, & ſimilitudo eſt ipſum exemplar creationis, & ipſe Deus; vbi autē eſt ſimilitudo, & imago eſt diſtinctio perſonarum; nullus enim ſui ipſius eſt imago, aut ſibi ipſi ſimilis. Senſus autem erit, Faciamus hominem ſimilem nobis, ſicut & in nobis imago eſt, & ſimilitudo. Verba S. Hilarij hæc ſunt, *Qui dixit, Faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, inuicem eſſe ſui ſimiles, in eo quod, ſimilitudinem noſtrā, dixit, oſtendit.* Eadem eſt interpretatio Philonis Iudæi lib. 2. allegoriarum, dicit

2. argum. efficax, ex Gen. 1

Eſt argumēt. S. Aug.

Procedit in vtraq; interpretatione ly, ad imaginem, ſupra tradita.

S. Hilarius ſumit imaginem latè pro exemplari.

Commētatur locum Gen. 1. vt ſit ſēſus, Faciamus hominem ſimilem nobis, ſicut & in nobis imago eſt.

Philo ſimilitèr.

enim verbum eſſe Dei imaginem, & ipſum eſſe exemplar rerum, quæ fiunt; & eo ſēſu ſcriptum eſſe, *Faciamus hominē ad imaginem*, quæ, ſcilicèt, Dei eſt imago, rerum autem exemplar. Sed tamen hic commentarius S. Hilarij, & Philonis eſt perobſcurus. & ad oſtendendum plures eſſe perſonas, non ſatis planus. Satis enim nobis ſunt verba illa, *Faciamus*, &, *ad imaginem noſtram*, quæ haud dubiè pluribus conueniunt, non vni; ita vt ſit imago vna perſonarum plurium, quod ipſe S. Hilarius lib. 5. non longè à principio perſpicaciùs diſſeruit; & S. Auguſtinus 7. de Trinitate ad finem; & lib. 16. de Ciuitate Dei cap. 6. Quo teſtimonio teſtatur S. Anaſtaſius conuiciſſe ſe Iudæum, ita vt nec mutire auderet lib. 6. Exameron.

Hic commentarius eſt perobſcurus.

Sufficiūt illa verba, *Faciamus*, &, *ad imaginē noſtram.*

S. Hilar.

S. Aug.

S. Anaſtaſius hoc teſtimonio conuicit Iudæum.

B

Iudæi ergo diſtinctionem perſonarū haud agnoſcentes, vel etiam præ impietate negantes, variè locum explicant. Alij enim aiunt Deum ſecum loquutum more hominum dicere, *Faciamus*, vt refert S. Iuſtinus in Triphone. S. verò Hilarius 4. de Trinitate, rectè ſanè hoc refutat, & commonſtrat non eſſe ſolitariū Deum, cum dixit, *Faciamus ad imaginē noſtram*, imò per hæc voluiſſe ſignificare, quod cū Deus prius dixerat *Fiat lux. Fiat firmamentum*, non ſecum loquebatur Deus ſolitariè, quod otioſum eſſet: ſed diuinæ perſonæ colloquebātur. *Fiat lux, &c.* quod clariùs in hominis opificio fuerat expreſſum, *Faciamus hominē, &c.* At verò S. Baſilius intelligentiam Iudæorum meritò irridet, homil. 9. in Geneſ. *Quis enim faber, aut ærarius, aut lignarius, aut certè coriarius ſutor, ſolus ipſe quidem, nec alio quopiam ſibi cooperāte ſtipatus, intraq; ſuæ artis inſtrumenta deſidens, quis, inquam, ſibi ſoli admurmurat dicens, Faciamus gladiū, &c.* Et infrà. *Sunt enim inſignes profectò nugæ vnum aliquem inueniri, qui ſibi imperet, &c.* Profectò vanum, & otioſum eſt, & viri non cordati, ſi ſolitariè ſecum loquatur numero plurali confabulatus, Faciamus; neque eſt vllus ſcripturę locus in quo vir aliquis, aut Angelus ſic loquatur, vt ea loquutio, quæ maximè futilis eſt, in Deum Optimum à Moyſe referatur, quod etiam notat Gregorius Bæticus lib. ſuo de Trinitate, & Tertullianus lib. contra Craneam. 5.

Prima Iudæorum explicatio, Deum ſecum loquutū more hominū dicere, *Faciamus. Fiat.*

S. Iuſtinus.

S. Hilarius eam refutat.

C

S. Baſil. irridet.

D

Loquutio otioſa, maximè futilis, & ſubmurmuratoris non cordati, non eſt iudicāda in Deū à Moyſe referri.

Greg. Bæt.

Tertull.

Quarè alij Iudæorum aiunt Deum cū Ange- 6.

Digitized by Google

2. explicatio Iudæorũ; Deũ cum Angelis loqui.

Philo.

Plato eũ tradidit.

A Angelis loqui, ſeu cum domo Iudicij ſui (vt aiunt) quod idem eſt. Et hæc eſt ſententia Philonis Iudæi de opificio ſex dierum, & libr. de Profugis; quam videtur accepiſſe ex Platone in Thimæo, vbi inducitur Deus loquens cum Dijs ſecundis, ſcilicèt cum Angelis, & eos adhortatus, vt ſicùt ipſe Deus animum hominis condiderat, cæteras res corporeas, & ipſum hominis corpus Dij ſecundi molirētur.

Illam refutãt *Theodoret.* *S. Chryſoſt.* *S. Baſil.* *S. Cyrillus.* *Tertull.* *S. Aug.* *S. Hilar.*

Refutatur hæc explicatio à Theodoreto, S. Ioanne Chryſoſtomo, S. Baſilio, in hunc locum Geneſ. & à S. Cyrillo lib. 1. contra Iulianum, & à Tertulliano lib. contra Praxeam, & à S. Auguſt. 16. de Ciuitate Dei cap. 6. Necnon etiam à B S. Hilario 4. de Trinitate his verbis, *Neque rurſum recipit ſolitarij ſolitudo, Faciamus, neq; quiſquam alieno à ſe, noſtram, loquitur.* Docet enim in verbo, *Faciamus*, excludi ſolitudinem; nó enim ſolus eſt, qui ſic loquitur: & in verbo, *ad imaginem noſtram*, excludi naturã alienam.

Per ly *ad imaginẽ noſtram*, excluditur natura angelica.

Non ergo Deus cum Angelis loquebatur cum dixit, *ad imaginẽ noſtrã*, ſed Deus cum Deo, ſcilicèt perſonæ diuinæ inter ſe.

S. Baſilius aſsignat primam rationẽ.

Sanctus verò Baſilius euidentiùs idem coarguit ex verbis eiſdẽ, *ad imaginem noſtram*; non enim eadem imago eſt Dei, & Angelorum. Quod idẽ C clariùs adhùc exponitur: nam cũ Angeli non poſsint creare animam rationalem; ſi ſolum corpus hominis fabricarunt, cú homo ſecundum corpus non ſit ſimilis Angelo, nó potuit dici verè ad Angelos, *Faciamus hominẽ ad imaginem noſtrã*; nam corpus quod Angeli effeciſſe dicũtur, ad imaginem ſuã effeciſſe dici verè nó potuit.

Aſsignatur ſecunda.

Tertia ratio. Angelus non eſt exemplar hominis totale, neque partiale.

Neque verò Angelus eſt hominis idea, aut exẽplar, vt homo ad imaginem Angelorũ dicatur códitus, ſed ad imaginem Dei. Eſt etiã Dei ad Angelum in ſimilitudine ſpatiũ quoddam infinitum, ſicut eſt hominis ad Deũ: non ergo D Deus, & Angelus ſimul coeunt in ideã, & exemplar hominis, vt homo dicatur effectus ad imaginẽ Dei, & Angelorum.

Geneſ. 1.

Quod etiã verbis alijs Geneſ. 1. apertè conuincitur, *Creauit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginẽ Dei creauit illum.* Vbi nulla ſit mentio de Angelis, ſed idem Deus dicitur feciſſe hominem, qui dixerat, *Faciamus*, & *ad ſimilitudinem noſtram*.

Solus Deus exemplar.

S. Aug.

Quare S. Auguſt. 16. de Ciuitate Dei cap. 6. vehementèr hoc reprehendit. *Nefas eſt credere ad imaginẽ* A *Angelorum hominem factum, aut eandẽ eſſe imaginem Angelorũ & Dei.*

S. Ambroſ. aſsignat quartam rationẽ.

S. Ambroſius quoque lib. 6. Examerон cap. 7. alio vtitur argumento ex verbis ijſdem, quod Angeli cum ſint ſerui, & miniſtri, non habent operationem cum Deo cõmunem, vt nomine ei dicatur ad illos, *Faciamus hominem, &c.*

Rab. Moyſes.

Sanè Rabbi Moyſes in ſuo Deuteron. in titulo 1. lib. cap. 1. conſtitutum ait eſſe apud Iudæos, Deum in rerum creatione neminem habuiſſe ſocium. Non ergo ad Angelos loquitur, *Faciamus hominem.*

7\. Tertia Iudæorum explicatio, Deum loqui de ſe pluraliter pro auctoritate.

Alij denique locum explicant, quòd Deus loquatur de ſe, numero plurali pro auctoritate, & principatu: & poteſt referri B illud Eſther. 16. *Nos autem à peſſimo mortalium, &c.* vbi referuntur literæ Regiæ Aſſueri, in quibus pro regia dignitate vtitur nomine plurali, *Nos, &c.*

Eſther. 16.

Theodoret. refellit. 1.

Sed hæc explicatio meritò etiam redarguitur à Theodoreto q. 20. in Geneſ. Non eſt enim conſuetum in libris ſacris, vt nomẽ Dei ea de cauſa pluraliter vſurpetur, alias vt plurimum id fieret, & in vſu eſſet, aut ſaltèm in ijs locis, in quibus Deus pro dignitate loquitur, vt in Sinai, cum legem promulgauit, & aliàs ſæpè.

Refellitur 2.

Præterea iſta conſuetudo loquendi profana eſt, & nimis glorioſa, vnde nullus C Rex, aut princeps in populo Dei legitur ita loquutus, vt modò ſolent Reges. Et forſan tempore Moyſis non erat is vſus apud Principes, vigẽte adhùc modeſtiore principatu.

Periti Rabbini illa non vtuntur.

Quarè nec periti Rabbini eam euadendi viam ſibi excogitarunt, quæ non potuit illos latere in re difficillima, ſi vlla eſſet ratio ſic interpretandi.

8\. Alia loca probantia Trinitatem.

Ad hoc autem argumentũ ſimilia teſtimonia ex ſacris literis poſſunt adduci. *Geneſ.* 2. & 11. Geneſ. 2. *Faciamus Adæ adiutorium ſimile ſibi*, & cap. 11. *Venite deſcendamus, & confundamus ibi linguam eorum.* Et D *Iſaia.* 6. Iſaiæ. 6. *Quem mittam, & quis ibit nobis.* Quæ videtur loquutio Patris cum alijs perſonis.

Geneſ. 3. inſignis locus

Eſt verò inſignis locus Geneſ. 3. *Ecce Adam quaſi vnus ex nobis factus eſt.* vnus enim, quod eſt nomen partitionis, ſignificat partitionem inter ſimiles; non enim rectè quis hominum dicet, vnus ex nobis venit, cum Angelus venit, ſed vnus ex Angelis. Quo pacto ergo potuit Deus dicere, vnus ex nobis, vt ſe Angelis connumeraret? Et

S. Hilar.

S. Hilarius libr. de Synodis in Synodo

Digitized by Google

Genebrard.

Syrmienſi definitũ refert, debere ita explicari hæc loca ferè omnia. Gilbert. Genebradus Pſal. 10. verſu vltim. illa verba *Æquitatem vidit vultus eius*, teſtatur in fonte Hebræo legi ſic ad literã, vt verbũ verbo reddamus, Rectum viderũt facies eorum; facies autẽ Græcè proſopa, Hebraicè panini, Latinè perſonas dici. Quod ſi ita eſt, compertũ habemus teſtimonium planiſsimum in fonte Hebræo, Rectũ viderunt perſonę eorum, ſcilicet diuinæ perſonæ, de quibus haud dubiè ſermo erat. Vtuntur argumento iſto Patres, & Græci, & Latini, vtpotè validiſsimo, Origenes, S. Ioannes Chryſoſt. S. Baſilius, Theodoretus, Rupertus, S. Ambr. in eum locum, S. Auguſt. in Imperfecto, S. Athanaſ. orat. cõtra Idola, S. Epiph. in Anchorato, S. Cyrillus lbr. 1. contra Iulianum; quod ampliſsimè proſequitur Galatinus lib. 2. de arcanis cap. 9. B

Teſtimoniũ planiſsimum ex fonte Hebræi.

Origen. *S. Chryſoſt.* *S. Baſil.* *Theodoret.* *Rupert.* *S. Ambroſ.* *S. Aug.* *S. Athanaſ.* *S. Epiphan.* *S. Cyrillus.* *Galatinus.*

9\.

3\. argumentũ. Mittentem, & miſſum duos eſſe.

Primus locus. *Iſaia. 42.*

Tertium argumentum eſt, quoniã Filius dicitur miſſus à Patre, neceſſe eſt autem miſſum, & mittẽtem duos eſſe, Iſaiæ 42. *Non à principio in abſcondito loquutus ſum, &c. Et nunc Dominus miſit me, & ſpiritus eius.* Is enim, qui à principio loquutus eſt palam, eſt proculdubio verus Deus, qui legẽ dedit Moyſi, qui per Iſaiam eo loco ſuum populũ alloquitur; is autẽ teſtatur ſe fuiſſe miſſum à Domino. Eſt igitur perſona diſtincta, & vtraq; eſt vnus Dominus, ſiquidèm vnus eſt Dominus in lege ſacra: quem locũ tractat Galatinus lib. 2. cap. 3. Paulus Burgenſis in ſuo ſcrutinio 1 p. d. 9. Idem cõprobatur verbis Zachariæ cap. 2. *Ecce ego venio, & habitabo in medio tui, ait Dominus, &c. & ſcies, quia Dominus exercituum miſit me ad te.* Nulla eſt tergiuerſatio, cum legamus Dominum venientem, vt habitet in medio populi ſui, & eundem Dominũ miſſum à Domino, non à ſe ipſo, ſed ab alia perſona diuina. Nomen quoque Filij, & geniti, quod in veteri inſtrumẽto nõ ſemel legitur Deo attributum, manifeſtè declarat in ipſa Deitatis natura veram diſtinctionẽ, ſcilicèt, perſonarum, cum natura ſit vna; quod argumentum tractabimus tom. 4. & de miſsione Spiritus Sancti 3. p. capitis ſequentis, qua etiam comprobatur Spiritus Sanctus perſona diſtincta. C D

Galatinus. *Burgenſ.*

2\. locus. *Zachar. 2.*

Aliud argum. ſimile, ex nomine Filii, & geniti, alibi tractabitur.

10\.

4\. argumentũ ex repetitione vocis Deus aut Dominus, vt plures perſonæ inducãtur.

Quartum argumentum eſt, cum ita repetitur Deus, aut Dominus, vt videatur alia perſona induci, & eſt celebris locus à Patribus, & Theologis vſitatus Geneſ. 19. *Pluit Dominus a Domino.* Hũc tamẽ locũ periti Interpretes ſimpliciùs enarrant, Pluit Dominus à ſe. Nam Hebræi repetunt nomen loco reciproci, vt quod dicimus, *Pluit Dominus à ſe*, idiotiſmus linguæ Hebrææ ſit, *Pluit Dñs à Domino*. Dicitur autẽ, *Pluit Dominus à ſe*, id eſt à cœlo, à regia ſua; quod Latinè dicimus camus ad me, id eſt, domũ meã. Vel dicitur à ſe pluere, id eſt, pro libito, & poteſtate. Videte Robertum Stephanum in Phraſibus, verbo, Repetitiones. Poteſt quoque aliter exponi, *Pluit Dominus a Domino*, hoc eſt, pluit vehemẽter, vt ſit hyperbole, ſicut montes Dei, ſopor Dei, & ſimilia, quaſi ingens ſopor, & magni montes hyperbolice dicantur.

Locus celebr. Iuxta aliquos Hebraiſmus.

1\. ſenſus.

2\. ſenſus.

Rob. Steph.

Poteſt eſſe alter Hebraiſm. & ſenſus.

11\.

Dictus locus perſonarũ diſtinctione oſtendit.

Sed adhùc videtur non eſſe negandũ, in his quoq; verbis perſonarũ diſtinctionẽ rectè intelligi. Nã S. Irenæ' lib. cõtra hæreſes c. 6. ita intelligit. Et S. Gregor. Naz. qui maximè ſtudet literali intelligẽtia, oratio. 3. Theologa ait locum eſſe expreſsũ de Filio Dei. Et S. Ambroſ. lib. 3. de Spiritu Sãcto c. 17. idẽ haud dubiè cõfirmat. Et S. Athanaſ. 1. lib. de vnitate Sanctæ Trinitatis in principio. Et Nicephorus Eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 9. c. 31. in formula fidei Syrmij ita ſcriptũ fuiſſe tradit, *Si quis illud, Pluit Dominus à Domino, non de Patre, ac Filio accipiat; ſed ſe ipſum à ſeipſo pluiſſe dicat, anathema ſit. Pluit enim Dominus Filius à Dño Patre.* Maximo enim argumẽto eſt, Patres antiquos ita hunc locum interpretari, in cuius interpretatione vel Ariani conſentirent. Et S. Hilarius in lib. de ſynodis aduerſus Arianos idem anathema iactum refert in eos, qui hanc negant intelligentiam. Videte annotationes Feu Ardentij in Irenæ. lib. 3. contra hæreſes, plures alios Patres referentis, Ioſephum à Coſta lib. 4. de Chriſto reuelato cap. 7. & Iſidorum Clariũ oratione 35. extraordinaria. Legendum eſt Conciliũ Syrmienſe canone 13. 16. & 17. Cuius tamẽ Concilij non eſt indubia authoritas, cũ non fuerit legitimè congregatum, & Apoſtolica voce firmatum: ſed vel ex ijs decretis liquet, eum fuiſſe Patribus antiquiſsimum commentarium illius loci.

S. Irenæus. *Naz.* *S. Ambr.* *S. Athan.* *Nicephor.*

Ita interpretãdum definitur in formula fidei Syrmij.

S. Hilar.

Feu Ardẽt.

Ioſ. à Coſta. *Iſid. Clar.*

Concil. Syrm. licet illegitimum, interpretationem antiquam oſtendit.

12\.

Synodus Syrmien. de locis alijs ſcripturę idem definit.

Sunt verò plura alia loca eiuſdem argumenti in veteri teſtamento; & Synodus Syrmienſis duo alia adijcit eodem anathe-

Primus locus *Zachar.* 3.

Cõmẽt. clariſſimus.

Obijcitur. 1. ex Chryſoſt.

2. ex Num. 12.

Hebraiſmus.

Diſpar ratiõ de locis, qui obijciũtur; & de illo Zachariæ.

S. Hieron.

Rabbinorum abſurda interpretatio.

Vera interpretatio.

Secund. locus *Oſeæ.* 1.
S. Athan.
Burgenſ.

A anathemate præcipiens de Patre, & Filio explicari: alterum eſt Zachar. 3. *Dixit Dominus ad Satban, Increpet Dominus in te.* id eſt, dixit Filius, Increpet in te Pater: qui ſanè commẽtarius videtur clariſsimus; nulla enim dilutio argumẽti aduerſarijs eſt ex ijs, quas poſuimus: nec enim reciproci loco repetitur nomen, Dominus, cũ legimus, Dixit Dominus increpet in te Dominus; neque hyperbole eſt, vt cum dicitur, Mõtes Dei. Poſſet tamen opponi illud Ioan. Chryſoſt. 1. ad Timoth. 1. homil. 3. *Dixitque Abraham, quoniam non ingreditur Abraham, &c.* Vbi Abraham commutata
B perſona loquitur de Abraham, id eſt, de ſe ipſo, quoniam non ingreditur Abraham, id eſt, quoniam non ego ingredior. Et Numer. 12. *Locutus eſt Dominus, ſi quis fuerit inter vos Propheta Domini.* id eſt, meus Propheta; hi enim ſunt Hebraiſmi. Diſsimile autem videtur eſſe, *Dixit Dominus, Increpet in te Dominus:* Neque rectè diceret, dixit Dominus, Increpem ego in te; nõ enim ſe ipſum precatur, ſed planè alium precatur, vt increpet in Sathanam. S. Hieronymus autem hunc locum intelligit, ſicut & aliũ, Pluit Dominus à Domino. Rabbini verò primo loco nomine Domini intelligunt
C Angelum, forſan verborum difficultate oppreſsi, eò quod non rectè Deus dicat de ſe ipſo, Increpem ego in te; ſed abſurdius eſt in voce repetita modò Angelũ, modò Deũ intelligere, Dixit Dominus, id eſt, Angelus, Increpet in te Dominus, id eſt, Deus. Intelligẽdũ ergo eſt de Domino Chriſto, qui in forma ſerui precatur Dominum Patrem, ſicut & in Pſalmo legimus, *Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis.* Scilicèt ſecundum naturam aſſumptam ſedere iubet Dominus Dominum. Alterum teſtimo-
D niũ eſt Oſeæ. 1. *Dixit Dominus, ſaluabo eos in Domino Deo ſuo.* Quo argumento etiam vtitur S. Athanaſ. oratione de vnitate Sanctæ Trinitatis; & Paulus Burgenſis Hebraicè perdoctus, de Patre, & Filio affirmat eſſe explicandum, ſcilicèt, Dixit Dominus filius, ſaluabo eos in Domino Deo ſuo: Quod enim Dominus filius inducatur loquutus, verba ipſa oſtẽdunt: Dominus autem Deus Iudæorum, Pater ſignificatur; dixit ergo Dominus Filius de Domino Patre, ſaluabo eos in Domino Deo ſuo.

13.
Burgenſis arguit ex Zach. 2.

Rabbini agnoſcẽtes diuerſas perſonas, Deum & Angelos abſurdè intelligunt.

Præter hæc autem, quæ in ſynodo dicta referuntur ipſe Paulus Burgẽſ. affert ſimilem locum Zachariæ. 2. *Habitabo in medio tui, ait Dominus, & applicabũtur gentes ad Dominum.* Loquebatur enim Dominus filius hîc quoque de Domino Patre. Et obſeruat Burgenſis Rabbinos agnoſcere diuerſas eſſe perſonas, de quibus ſermo hic inſtituitur: vnde confugiebant ad illam ſolutionem eis cõmunem, quod loqueretur Deus de ſe, & de domo iudicij, id eſt, de Angelis ſimul. Lege Burgenſem d. 9. Scrutinij cap. 3. 1. p.

14.
S. Ambroſius arguit ex Exodo 33.

S. Iſidorus ex Iſaiæ 42.

S. Athanaſ. ex Geneſ. 35.

Repetita voce Dei, aut Dñi intelligitur nõ idẽ Filius, nec Deus alius, ſed perſona alia, ſcilicèt, Pater.

S. Ambroſius lib. 1. de Spiritu Sancto c. 14. arguit ex verbis Exod. 33. vbi Dominus loquutus eſt ad Moyſem. *Ego oſtendam omne bonum tibi, & inuocabo in nomine Domini coram te.* vbi Dominus loquitur de Domino, quaſi de perſona alia. Et S. Iſidorus lib. de Natiu Domini c. 4. ex loco Iſaiæ. 42. *Ecce ſeruus meus, &c. Dedi ſpiritum meũ ſuper eum.* vbi de Filio, qui eſt Meſsias promiſſus, deq; Spiritu Sãcto fit mẽtio. Ex quo loco fidẽ Trinitatis non abs re depromit. Et S. Athanaſ. lib. 1. de vnitate S. Trinit. ex illo Gen. 35. *Interea loquutus eſt Deus ad Iacob, &c. Facq; altare Deo qui apparuit tibi.* Qui ſcilicèt Deus Pater loquutus ſit ad Iacob de Deo, qui apparuerat, ſcilicèt de filio: Filiũ enim apparuiſſe Iacob Patres teſtãtur. Eſtq; Patribus argumẽtũ vulgare, vt Deũ, qui Prophetis, Patriarchiſq; apparuit, filium intelligant; & quia is dicitur Deus, vel Dominus, repetita voce Dei, aut Domini, intelligi aiunt nõ eundem filium, nec Deum alium, ſed perſonam aliam, ſcilicèt Patrem.

15.
Pſal. 109.
Firmiſsimum argum. à Chriſto acceptum.
S. Irenæus confirmat ex *Pſalm.* 44.

Hæc duo teſtimonia planiſſima.

Negari verò nõ poteſt de duabus perſonis intelligi neceſſe eſſe quod dicitur Pſal. 109. *Dixit Dominus Dño meo, &c.* hoc enim argumentum firmiſsimum ab ipſo Chriſto Domino accepimus. Quod cõfirmatur à S. Irenæo loco recitato ex altero verſiculo, *Sedes tua Deus in ſeculũ ſeculi, &c.* Verba ſunt ad Meſsiam, quem Deum vocat, & ſubijcit, *Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ.* Eſt ergo De[us] Chriſtus vnctus à Deo, Filius Deus à Patre Deo: & in hoc, quod dicitur *Deus* tuus, alia perſona ſignificatur, quæ duo teſtimonia planiſsima ſunt.

16.
S. Chryſoſt. 1. *Timot.* 2.

Quod verò Marcioniſtæ obijciunt ex repetitione vocis, Domini, vt auctor eſt S. Ioannes Chryſoſtomus. 1. ad Timoth. 2. in illa verba, *Det illis Dominus in-*

Digitized by Google

Hic non oportet duos dominos intelligi, ſed perſonas duas.

uenire miſericordiam apud Dominum, duos Dominos intelligi ineffica x argumentum eſt; nõ enim oportet duos Dominos intelligi, ſed perſonas duas, vt in veteri teſtamento locis recitatis. Fateor tamen, quòd in nouo teſtamento vbi veritas perſonarum diuinarum liquet, non adeò ſollicitè opus eſt obſeruare diſtinctionem perſonarum in vocis repetitione. Et ita hunc locum Pauli explicant S. Ioannes Chryſoſtomus, Eucumenius, Theophylactus, & Adamus ſimpliciter abſque ea obſeruatione; & docent Hebraſmum eſſe. *Det illis Dominus inuenire miſericordiam apud* Dominum, id eſt, apud ſe.

In teſtamẽto nouo non eſt cur adeò ſollicitè obſeruetur diſtinctio perſonarũ in vocum repetitione.
Chryſoſt. *Eucumen.* *Theophyl.* *Adamus.* Hebraiſmus.

17.
5. argum. minus perſpicuũ. ſola repetitio vocis cõtinuò ſimilis.
Iſai.6.

Quintum argumẽtum eſt minùs perſpicuum ex ſola repetitione vocis abſque præpoſitione interiecta, nec mutato nominis caſu, aut grãmatica cõſtructione; vt cum dicitur Iſaię.6. *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum,* vnũ Deum ſignificat; trina verò cõclamatio, *Sanctus, Sanctus, Sanctus,* tres perſonas videtur ſignificare, vt docet S. Gregor. Naz. orat. in Natali Domini, & S. Ambroſ. lib. 3. de Spiritu Sancto cap. 18. & S. Bonauent. tom. 1. opuſcul. lib. de luminaribus duo illa Seraph. canẽtia *Sãctus, Sanctus, Sanctus,* ita interpretatur, vt alterũ Seraph. inſonaret Trinitatẽ perſonarum in natura vna Deitatis; alterũ verò tres naturas, ſcilicèt, diuinam, corporeã, & rationalẽ in vna perſona Chriſti. Huius argumenti ſunt alia plura, S. Athanaſ. lib. 1. de vnitate ſãctæ Trinitatis refert illud Pſal. 17. *Viuit Dominus, & benedictus Deus meus, & exaltetur Deus ſalutis meæ,* trina repetitio Domini, & Dei ternionem ſanctarũ perſonarũ ſignificat. Et ſimile eſt illud Pſal. 66. *Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus.* Et Paulus Burgenſ. obſeruat legalem benedictionẽ, Num. 6. vbi pręcipiebatur nomen Dei tertiò repeti. *Sic benedicetis filijs Iſrael, & dicetis eis. Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te; oſtendat Dominus faciem ſuam tibi, & miſereatur tui; benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te.* Quę tertia repetitio proculdubio non vacat ſignificatione Trinitatis perſonarum. Imò omnia in benedictione illa ſacerdotali numero ternario complicata erant, vt notat etiã Gilbert. Genebrard. Pſal. 66. Maximè verò eleuatio trium digitorum ſacerdotis myſ-

Naz. *S. Ambr.*
S. Bonauent. interpretatio de Trinitate, & triplici Chriſti natura.
Trinitatẽ ſignificãt alia loca.
S. Athan. *Pſal. 17.*
Pſal. 66.
Burgenſ. *Numer. 6.*
Itẽ benedictio ſacerdotalis in qua omnia numero ternario complicata erant.
Genebrard.
Maximè verò eleuatio triũ digitorum ſacerdotis.

A terium ſignificabat, quod nũquam Rabbini explicare potuerunt. Et in Gloſſa Pſal. 49. *Deus Deorum Dominus,* quæ dicitur Medraſtilin, quæritur cur repetatur nomen tribus vicibus? Et reſpondetur id fieri propter Deitatis proprietates tres, ſapientiam, ſcientiam, & prudentiam. Quod idem habetur in magna Gloſſa ſuper Geneſ. ſeu in Bareſith Rabbã ſuper illud, *In principio creauit Deus.* Paulus autem Burgenſ. 1. p. Scrutinij d. 9. cap. 4. rectè arguit non poſſe recenſeri numero ternione proprietates Dei, hoc eſt, perfectiones, quæ ſunt innumerę; ſed cum Midoch ſignificet menſurã, ideòq; rei terminum, ſeu proprietatẽ ſignificet,
B per tres proprietates Deitatis nil aliud, niſi tres perſonas poſſe explicari. Galatinus autem lib. 2. de Arcanis cap. 1. refert Gloſsã Rabbi Simeonis ſuper Deuteron. cap. 6. vbi nomen Deitatis tertiò repetitur; quo in loco agnoſcit principiũ omniũ, qui dicitur Pater; & profunditatem fluminum, fontemque ſcientiarum Filium; & Spiritum Sanctum ab vtroque procedentem, quem compellat menſurã vocis. Non paruam igitur energiam etiã Rabbini latentem confitentur in repetitione trina nominis diuini.

Gloſſa. *Pſal. 49.*
Magna Gloſſa ſuper Geneſ. 2.
Burgenſ. contra dictas Gloſſas rectè arguit nõ poſſe limitari numero ternione proprietates abſolutas. Midoch .i. eſt menſura.
Galatin. *Gloſſ. Rabbi Simeonis ſuper Deut. 6.*

18.

Quòd ſi obijcias aliquando nomẽ diuinum bis poni cum pro vna perſona
C accipiatur, vt illud Iſaiæ. 48. *Dominus Deus miſit me.* Vbi duo nomina diuina, ſcilicèt, Dominus Deus vnam perſonam ſignificant, ſcilicèt, Patrem. Reſpondet Paulus Burgenſ. loco recitato c. 13. quòd Dominus eſt ibi nomen appellatiuũ, ſcilicèt, Adonai, & coniungitur cum nomine naturę diuinæ proprio Iehouah, quaſi dicat, Dominus meus Iehouah. Sed in locis alijs ſimplex eiuſdem nominis repetitio, cum otioſa non ſit, non eſt negandum illam ſignificare perſonas plures, ſi
D ſenſum ſcripturæ ſtudioſè inquiramus.

Iſai. 48.
Burgenſ. Adonai Iehouah, i. Dominus Deus, diuerſa ſunt nomina.
Simplex eiuſdem nominis repetitio, cum otioſa non ſit, myſteriũ continet.

19.
Sextum arg. Tropicũ, apud Iudæos Tropologiæ ſtudioſos nõ inutile.
Geneſ. 18.

Sextum argumentum eſt ænigmaticum, & tropicum, quod tamen non parũ deberet valere apud Iudæos tropologiæ ſtudioſiſsimos. Et eſt inſignis ſignificatio de tribus viris Abrahæ occurrentibus Gen. 18. Abraham verò vnũ adorauit. Quidquid enim ſit de ſenſu hiſtorico, aperta tamẽ eſt alluſio ad tres perſonas diuinas in vna Deitate, vno cultu, & latria venerandas; quare Abrahã tres illos vno nomine cõpellat *Domine mi, &c.* Quod geſtum obſeruat Doctor Paſchalius

Aperta alluſio ad Deum trinum & vnum.

Paſchal. *Galatin.* Tres literæ nominis, Iehouah, ſignificant Trinitatem. Cum ſignificatur Filius, ſæpè adiungitur ſignum humanitatis eius.

chalius lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 7. Ad hoc genus argumenti pertinet quod Galatinus ait lib. 3. de Arcanis cap. 11. tres literas nominis, *Iehouah*, ſignificare Trinitatem. Et aliqui myſterium agnoſcunt quòd ea litera, quæ ſignificat Filiũ, habet coniunctum ſignũ humanitatis eius, ſicut in Pſalm. cum ter nomen Dei repetitur, *Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus.* Pater dicitur Deus, & Spir. Sãct. Deus; Filius autẽ Deus noſter, quia propter humanitatem frater noſter eſt, quod & Gilbertus Genebrardus notauit.

Genebrard. *Galatinus.*

B Galatinus verò 3. de Arcanis cap. 10. ex nominis, *Iehouah*, literis, & notulis multa myſteria conijcit more Hebræorũ, quibus & Trinitas perſonarũ, & vnitas naturæ, & Incarnatio Verbi declarentur. Illud etiam obſeruat Doctor Paſchalius ex Iſai. 40. *Quis appendit tribus digitis molem terræ.* Tres digitos refert ad perſonas, potentiam verò appendendi tam facilè molem terræ, ad vnitatem Deitatis in tribus.

Paſchalius. *Iſai. 40.*

Vltimũ arg. Deus dicitur genitus, & Filius, & miſſus.

C Vltimum argumentum elicitur ex eo, quòd Deus dicitur genitus, & Filius, & miſſus; & Spiritus Sãctus dicitur miſſus, & idem Deus: neceſſe eſt autẽ perſonas diſtinctas eſſe generantem, & genitum; mittentem, & miſſum. Hoc argumentũ firmiſsimũ eſt. Et quidem generatio diuina ex veteri teſtamento dilucidè probatur; ſed diſputatio ea aliũ locum exigit. At verò Spiritus Sancti miſsionem, & proceſsionẽ capite ſequenti ex eodem veteri volumine oſtendemus. Et ita ex miſsione, & proceſsione diuinarum perſonarum, quæ in veteri pagina exprimitur, dilucidè oſtenditur pluralitas perſonarum. Quare tot argumentis ingentibus nullo modo dubitandum videtur,

D quòd in veteri volumine perſonarum diuinarum numerus apertè explicetur.

CAPVT XVII.

Quòd Spiritus Sãctus ſit diuina Perſona probatur ex veteri teſtamento.

VT autẽ inſequamur Iudæos in hac diſputatione de veritate ſanctiſsimæ Trinitatis, de Spiritu Sancto nobis nunc incumbit diſſerere ſigillatim. Caput autem in partes tres diuidimus. Prima pars. *Nominis, Spiritus, multiplex ſignificatio explicatur.*

A Secunda Pars. *Vetus teſtamentum affirmat Spiritum Sanctum eſſe Deum.*

Tertia pars. *Idem vetus teſtamentum affirmat Spiritum Sanctum eſſe perſonam diſtinctam ab alijs.*

PRIMA PARS.

Nominis, Spiritus, multiplex ſignificatio explicatur.

1. Primaria ſignificatio pro vento.

B NOmen, ſpiritus, ex prima inſtitutione videtur ſignificare ventum: & quia ventus tenuis eſt, & facilè agitatur, deriuatum eſt ad ſignificandas res omnes, vel tenues, vel ſubtiles, vel agiles, quæ ſubitò, & facilè mouentur. In prima ſignificatione, ſcilicet pro vento accipitur Eccleſiaſtes. 1. *Luſtrans vniuerſa in circuitu pergit ſpiritus*, id eſt, ventus: loquitur enim ibi ſimiliter de conuerſione, & gyro ſolis. Et Iſaiæ 40. *Cecidit flos, quia ſpiritus Domini, id eſt, ventus, ſufflauit in eo.* Et cõſequens eſt, vt ſpiritus accipiatur aliquando pro voce, quæ ſcilicet, efflato Spiritu profertur.

Eccleſiaſt. 1.

Iſai. 40.

Conſequenter ſumitur aliquando pro voce.

C Iſaiæ 37. *Dabo ei Spiritum, & audiet nuncium.* Spiritum vocat rumorem delatum ad Senacherib, ſeu nuncium.

Iſai. 36.

2. Secunda ſignificatio pro omni anima viuente.

In ſecunda ſignificatione ſpiritus ſignificat omnem animam viuentem, quia anima brutorum minùs corporea eſt, rationalis autem incorporea, Eccleſiaſt. 3. *Quis nouit, ſi ſpiritus filiorum Adam aſcendat ſurſum, & ſpiritus iumentorum deſcendat deorſum?* Vbi repetitur nomẽ, ſpiritus, pro anima rationali, & irrationali. Et cap. 11. *Quomodò ignoras, quæ ſit via ſpiritus?* id eſt, animæ viuentium, ſeu animantium. Et Iſaiæ. 42. *Dans flatum populo, qui eſt ſuper eam, & ſpiritum calcantibus eam.* Flatum, id eſt, vim reſ-

Eccleſiaſt. 3.

Et cap. 11.

Iſaia. 42.

D pirandi; & ſpiritum, id eſt, animam; vel forſan ſpiritum pro vi reſpirandi etiam accepit: moris eſt enim in ſacra ſcriptura eadem verbis alijs repetere: in quo ſenſu videtur accipi illud Pſal. 145. *Exibit ſpiritus eius, & reuertetur in terrã ſuam.* Nam vis reſpirandi in homine interitum habet. Et illud, *Cauete ab homine, cuius ſpiritus eſt in naribus eius.* Scilicet, cuius eſt vehemens anhelitio, ſeu efflatio, elati animi, & iracũdiæ ſignũ. Frequenter autẽ ſpiritus pro anima accipitur. Et 2. Paralipom. cap. 18. Spiritus pro Dæmone ponitur, *Proceſsit ſpiritus,*

Pro vi reſpirandi. Mos ſcripturæ eadem aliis verbis repetere.

Pſal.

2. Paralip. 18.

tus, & ſtetit coram Domino. & illud, *Omnis ſpiritus laudet Dominum.* In qua ſignificatione ſpiritus indicat ſubſtantiam corporis expertem.

Pro omni ſubſtancia corporis experte.

3.

3. ſignificatio ampliſsima pro impetu, vel paſsione quauis.

Tertia ſignificatio eſt ampliſsima, accipitur enim ſpiritus pro impetu, vel paſsione quauis, quia paſsio eſt quadam commotio animi; & aliquando pro habitu mentis, quo ad operationem propendimus. 1. Paralip. 12. *Spiritus Domini induit Amaſai*, id eſt, impetus quidam magnus, & audaciæ, cernebatur in Amaſai, vt cernitur veſtis, qua quis eſt indutus. Et illud Iudicum. 15. *Irruit ſpiritus Domini in eum*, id eſt impetus quidam magnus; nam qui à Domino agebantur, etiam corpore impellebantur ſæpius quaſi furerent, & ſaltabant. Pro iracundia verò accipitur hoc nomẽ Prouerb. 25. *Viri qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum*, id eſt, iracundiam. Et Zachar. 6. *Requiſcere fecerunt ſpiritum meum in terra Aquilonis*; id eſt, iracundiam meam diuturnam eſſe coegerunt in Aquilonis regionem. Pro habitu verò mentis accipitur Eccleſiaſtici. 15. *Adimplebit illum ſpiritu ſapientiæ, & intellectus.* Et Eccleſiaſtici. 39. ſimilia habentur; & aliàs ſæpius. Quare difficile eſt in tam varia nominis ſignificatione certum aliquid afferrẽ, niſi antecedentia, & conſequentia conferantur diligenter, ad intelligentiam cuiuſque loci enodandam.

1. Paral. 12.

Iudicum. 15

Qui à Domino agebantur, etiam corpore ſæpius impellebantur quaſi furerent.

Sumitur pro iracũdia.

Zachar. 6.

Pro habitu mentis.

Eccleſ. 15. & 39.

SECVNDA PARS.

Vetus Teſtamentum affirmat Spiritum Sanctum eſſe Deum.

1.

His præmiſsis in hac parte ſecunda capitis ſuſcipimus diſputationem pernecceſſariam, quòd ſcilicèt in pluribus locis veteris teſtamenti fiat mentio de ſpiritu Domini, ſeu de Spiritu Sãcto, ita vt hoc nomen non poſsit accipi pro vlla re creata ſecundum coniuncta, quæ antecedunt, & conſequuntur; ſed Spiritus Domini ſit Dominus ipſe, & verus Deus. Occurrit immediatè locus Gen. 1. *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* Nam etſi Tertullianus aduerſus Hermog. cõtendat ſpiritum Dei hoc loco accipi pro vento ingenti, & Theodoretus conſentiat q. 8. in Geneſ. & alij expoſitores; Sanctus verò Ioannes Chryſoſt. ſpiritũ

1. argum. Spiritus Sanctus rerum conditor, & viuificator.

Probatur primò.

Geneſ. 1.

Tertullian. & Theodoretus intelligunt de vento ingẽti.

A Dei interpretetur vim quandam motricem, quæ aquis à Deo immiſſa redderet eas fœcundas: quam intelligentiam non improbat S. Auguſtinus in Geneſ. opere imperfecto cap. 4. Communis tamẽ Patrum commentarius eſt, vt eo loco Spiritus Sanctus Deus verus intelligatur. Fauet S. Hieronymus in quæſtionib. Hebraicis ſuper Geneſ. dum interpretatur verbum, *ferebatur*, hoc eſt, incubabat, & fouebat; vt planiùs Moyſes ſignificaret Spiritum Sanctum omnia fouentem, & viuificantẽ. Eſt enim ſimile verbũ Deut.
B 32. *Sicut Aquila, &c. & ſuper eos volitans*, id eſt, incubans. Et huic ſententiæ conſentanea ſunt verba S. Cypriani ſermone de Spiritu Sancto ſuper hunc locũ Gen. *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* vbi ait, *Spiritus Sanctus conditor benignus opus ſuũ amplectitur, & diligit quod plaſmauit, &c.* Incubatio enim illa ſignificat Spiritum Sãctum hærentẽ aquis, vt eas redderet fœcundas, & opus cœptum abſolueret; quod oſtendit Spiritum Sanctum eſſe rerum omnium conditorẽ. Vnde Eccleſia canit de Spiritu Sancto, *Super aquas foturus eas ferebaris.* Nam ea præſentia Spiritus Sãcti ſuper aquas, ſecundum hiſtoriam ſignificabat eum
C aquas fœcunditate præditas efficere, ſed myſticè baptiſma Chriſtianorum, & effuſæ gratiæ copiam præ ſe ferebat.

S. Chryſoſt.

S. Auguſtinus non improbat de vi quadam motrice fœcunda.

Patres cõmuniter de Spiritu Sancto.

S. Hieron. Ferebatur, id eſt, incubabat, & fouebat.

Deuter. 32.

S. Cyprian.

Eccleſia.

Præſentia Spiritus Sancti ſuper aquas quid ſignificauerit ſecundũ hiſtoriam? quid myſticè?

Illud autem monebo etiam apud Iudæos ſtatutum fuiſſe, Spiritum diuinum hoc loco intelligi, vt docet Gloſſa magna Bereſith. ſuper Geneſ. Nam ad quæſtionem, Quis eſt iſte ſpiritus, qui ferebatur ſuper aquas? Reſpondet, Hic eſt ſpiritus Meſsiæ, de quo ſcriptum eſt, & requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini. Quod nõ poteſt intelligi de anima Chriſti, quæ nondùm erat creata, ſed de ſpi-
D ritu Chriſtum inhabitante, cui tribuitur mundi creatio. Et idem teſtatur Hieronymus Oleaſter in hunc locum vir noſtras, ſatiſque vtilis interpres in notationibus ad mores, aitq; Rabbinorum etiã commentarium eſſe de Spiritu Sancto.

2.

Gloſſa magna ſuper Gen.

Oleaſter.

Etiam Rabbinorum commentarius eſt de Spir. Sãcto.

Philaſtrius opinatur de ſanctificante ſpiritu intelligendum eſſe illud Geneſ. 2. *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculũ vitæ.* Sicut in nouo teſtamento Chriſtus fecit, cùm dixit, *Accipite Spiritum Sanctum*, afflans ſpiritum in Apoſtolos. Et hoc argumentum adeò efficax exiſtimat, vt negari citra hæreſim non poſsit hæc loci huius

3.

Facit 2. locus Gen. 2.

Eum de Spiritu ſanctificante intelligit Philaſtrius.

Digitized by Google

De anima Adæ.
S. Aug.
Chryſoſt.
Eucherius.
Hugo.

De Sp. Sancto D. Cyrillus.

huius expoſitio. Sed S. Auguſtinus 13. de Ciuitate Dei, cap. 24. illum irridet, & locum explanat de anima Adæ, ſicut & S. Chryſoſtomus homil. 13. in 2. cap. Geneſ. & Eucherius, & Hugo Cardinalis; & plerique Patres. S. Cyrillus 14. lib. Theſauri cap. 3. ſuffragatur verba eſſe de Spiritu Sancto, vt idem ſit Adæ inſpiratus, qui Apoſtolis à Christo Domino infuſus, cum dixit: *Accipite Spiritum Sanctum.*

4.
Secundũ arg. diſponitur in forma.

Ad hoc argumẽtum poſſunt congeri plura alia teſtimonia veteris teſtamenti, ita vt præmiſsis duabus propoſitionibus firma ratio deducatur, qua Spiritum Sanctum Deum eſſe oſtendamus. Nam mundi fabricatio, rerumque creatio Deo ſoli tribuitur in veteri teſtamẽto, & Rabbi Moyſes in ſuo Deuteronomio in titulo 1. lib. cap. 1. hoc ait eſſe primum fundamentũ legis Moſaicæ, quòd Deus in rerum creatione nullum ſocium, aut cooperatorem habuerit. At verò Spiritus Dei ſæpius dicitur rerum conditor, & opifex. Quo argumento vtitur Sãct. Athanaſ. contra Arium in diſputatione coram Probo his verbis. *Priuſquam Spiritum Sanctum Deum eſſe perducã, eundem creatorem eſſe cunctorum orbis legalibus approbabo. Scriptum eſt enim: Verbo Domini cœli firmati ſunt; & ſpiritus oris eius omnis virtus eorum. Et in Salomone. Et ipſe, inquit, creauit ea per ſpiritum ſuum. Et in Pſalm. Emittes ſpiritum tuum, & creabũtur, & renouabis faciem terræ. Et in lib. Iob. Spiritus diuinus eſt, inquit, qui creauit me. Et in lib. Iudith, Tibi, inquit, ſeruiet omnis creatura tua, quoniam dixiſti, & facta ſunt, miſiſti Spiritum tuum, & ædificauit &c.* Hactenus S. Athanaſ. ſolis teſtimonijs veteris teſtamenti Arium oppugnat. Eſt ergo Spiritus Sanctus, qui ſolus Deus eſt mundi conditor, & artifex. Iiſdem ferè teſtimonijs ex veteri teſtamento S. Cyrillus commoſtrat Spiritus Sãcti Deitatem in lib. Quòd Spiritus Sanctus ſit Deus, ſtatim in initio, cui titulus eſt, Argumenta euidẽtia quòd Spiritus Sanctus ſit Deus. S. item Baſilius libr. 2. contra Eunomium idem argumentum teſtimonijs iiſdem luculẽtèr proponit; vt omittam Patres Latinos, qui eadem diligentèr etiam de Spiritu Sãcto interpretantur; nec enim ſingula poſſumus enarrare. Iam verò illud Pſalm. 32. *Verbo Domini &c.* De Filio, & Spiritu Sancto intellexiſſe veteres affirmat Gilbertus Geuebrard. & Paulus Burgenſ. 1. p. Scrutinij d. 9. cap. 5. refert intelligentiam Rabbi Simeonis in eum locum. *Inſpirauit, vel ſufflauit Deus Spiritum Sanctum, & creatus eſt mundus; ſicut dicitur. Et ſpiritus oris eius omnis virtus eorum.* Et præter S. Baſilium, S. Cyrillum, & S. Athanaſium S. Ioannes Damaſcenus etiam 1. fidei Orthodoxæ cap. 7. conſentit. Illud etiã Pſalm. 103. *Emittes Spiritum tuum,* interpretes periti Hebræorum explicant de Spiritu diuino: oppoſuit enim Pſaltes Spiritum Dei ſpiritui animalium; ille mortalis eſt; hic verò vitæ inſtaurator. Et cetera teſtimonia iam commemorata planiora ſunt; quia non niſi de Spiritu diuino poſſunt explicari.

De' res creauit abſq; ſocio Rab. Moyſ. ait hoc eſſe primum fũdamẽtũ legis Moyſaicæ.

S. Athanaſ. contra Arium probat ex veteri teſtamẽto Spiritũ Sãcti eſſe cũctorum creatorem.

S. Cyrillus.

S. Baſil.

Locũ Pſalm. 32. de Filio, & Spiritu Sancto intellexerunt veteres.
Genebrardi.
Burgenſis.
Interpretatio Rabbi Simeonis.

Damaſcen.

Locũ Pſ. 103. periti Hebræi interpretatur, de Spiritu Sãcto.

5.
Loca ſimilia prioribus.
Iudith. 16.
Iob. 26.
Locus maximè obſeruandus.
2. Reg. 23.

Alia etiam poſſunt in hunc locũ cõferri, vt illud Iudith cap. 16. *Miſiſti Spiritum tuum, & creata ſunt.* Et Iob. cap. 26. *Spiritus eius ornauit cælos.* Quæ ſimilia ſunt prioribus. Sunt verò maximè obſeruanda verba Dauid; 2. Regum 23. *Spiritus Domini loquutus eſt per me, dixit Deus Iſrael mihi, loquutus eſt fortis Iſrael dominator hominum.* Haud dubium eſt, quin ipſe cũ Dauide loquutus ſit, qui, & per illum loquebatur; Ipſe ergo Spiritus Dei, Deus erat fortis Iſrael, & dominator hominũ. Et rectè Deus dicitur, qui fortitudine, & principatu Dei præditus eſt, Deus fortis Iſrael &c. Quod eſt noſtrum argumentum. Denique Zachar. 4. Angelus ad Prophetam ait. *Hoc eſt Verbum Domini ad Zorobabel dicens, non in exercitu, nec in robore, ſed in Spiritu meo, dixit Dñs exercituum.* Cum enim colloqueretur de victoria per Chriſtum comparanda, vt Rabbini agnoſcunt; non eſſe eam humanæ poteſtatis, ſed diuinæ ſignificat; quam poteſtatem tribuit diuino Spiritui, qui fuit Auctor Incarnationis, & operum Chriſti, vt Chriſtiani prædicant. Confitendum eſt ergo Spiritum Dei Deum eſſe, cum poteſtate valeat, vt Deus.

Fortitudo, & principatus Dei in Spiritu Sãcto.

Zachar. 4.

Rabbini agnoſcunt hic ſermonẽ eſſe de victoria per Chriſtum cõparanda.

Poteſtas Dei eſt in Spiritu Sãcto, auctore operũ Chriſti.

6.
Teſtimoniũ nõ parui momẽti ex libro Analypſis.
Origen.
Clem. Alex.
S. Athanaſ.

Habemus etiam teſtimonium non parui momenti ex libro Analipſis, cuius meminit, Origin. lib. 3. Periarchon, & Clemens Alexandr. lib. 6. Stromatum, & S. Athanaſ. in Synopſi. Vnde creditur Iudas Apoſtolus deprompſiſſe illud

Digitized by Google

Iudas Apoſtolus. illud de altercatione Moyſis cum Diabolo, vbi planiſsimè dicitur, *à ſpiritu eius creati ſumus.* Ergo Spiritus Sãctus creator eſt, & Deus eſt. Quod teſtimonium recitatur in Concilio Niceno lib. 2.

Conc. Nicen.

7. Secundũ arg. Secundum argumẽtum eſt, quoniam ea ſcientia, quæ iuxta veritatem veteris voluminis tribuitur ſoli Deo, tribuitur quoque Spiritui Dei; ergo ſpiritus Dei Deus eſt. Præmittamus priorem propoſitionem. Proprium ſanè Dei eſt ſcientiam immittere abſque magiſtro, & illuſtrare intùs mentem iuxta illud Pſalm. 93. *Qui docet hominem ſcientiam.* Et Eccleſiaſtici 1. & Sapient. 7. *Ipſe ſapientiæ dux eſt.* Ea etiam quæ ſunt ſupra ſenſum, & intelligentiam, aperire, quæ dicimus myſteria, Dani. l. 2. *Ipſe reuelat profunda, & abſcondita*: Et infra. *Eſt Deus in cœlo reuelans myſteria.* Maximè verò diuinum eſt futura prænuntiare, Iſaiæ 41. *Annunciate quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus quia Dij eſtis vos.* Item cogitationes mẽtis inueſtigare, Pſalm. 7. *Scrutans corda, & renes Deus.* Et Hieremiæ 17. *Prauum eſt cor omnium, & inſcrutabile, quis cognoſcet illud? Ego Dominus ſcrutans cor, & probans renes.* Sed Spiritus Sãctus habet hanc diuinam ſcientiam quoad omnes partes numeratas, & eam alijs impertit. De illuſtratione interna dicitur Iob 32. ab Eliu, vt certum, & exploratum, *Spiritus eſt in hominibus, & inſpiratio omnipotentis dat intelligẽtiam.* Et Eſdræ lib. 2. capit. 9. *Spiritum tuum bonum dediſti, qui doceret eos.* Et Sapient. ſeptim. *Omnium artifex docuit me ſapientia, eſt enim in illa ſpiritus intelligentiæ.* Sapientia artifex omnium, eſt Deus ipſe, ſeu Verbum Dei, in quo eſſe quoque Spiritum intelligentiæ non poteſt negari, qui, ſcilicèt, nobis intelligẽtiam immittat. De myſterijs autem dicitur Sapientiæ. 9. *Senſum autem tuum quis ſciet, niſi tu dederis ſapientiam, & miſeris Spiritum Sanctum tuum de altiſsimis?* Quod eſt ſimile verbis Apoſtoli. 1. Corinth. 2. *Spiritus omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei.* Et ſicut ſcrutatur Dei profunda, ita ea nobis declarat. De futurorum verò prænotione planum eſt illud lib. 2. Eſdræ cap. 9. *Conteſtatus es eos in ſpiritu tuo per manum Prophetarum tuorum.* Neque vlla eſt

Propriũ Dei Primò ſcientiã immittere abſque magiſtro.
Pſalm. 93.
Eccleſ. 1.
Sapient. 7.
2. Diuina myſteria aperire.
Daniel 2.
3. Prænuntiare futura.
Eſaiæ. 41.
4. Cogitationes mentis inueſtigare.
Pſalm. 7.
Hierem. 17.
Spiritus Sanctus habet hãc diuinã ſcientiã quoad omnia.
Quoad primum, idest, illuſtrationem internam.
Iob. 32.
2. Eſdræ. 9.
Sapient. 7.
Quoad ſecũdũ *Sapient. 9*
1. Cor. 2.
Quoad tertiũ *2. Eſdræ 9.*

A dubitatio Spiritum Dei per prophetas loquutum, vt & Dauid teſtatur 2. Regũ 23. *Spiritus Domini loquutus eſt per me &c.* Quis autem neget Dauidem multa futura in Spiritu Sancto prænunciaſſe. De interno verò ſenſu, & mentis intelligentia, quem Spiritus Dei penitùs nouit, & explorat, inſignis eſt locus Sapient. 1. *Spiritus enim Sanctus diſciplinæ effugiet fictum.* Et redditur ſtatim ratio. *Benignus eſt enim ſpiritus ſapientiæ, & non liberabit maledicum à labijs ſuis, quoniam renum illius teſtis eſt Deus.* Nulla eſſet argumenti conſequentia, ſi ex eo, quòd Deus eſt teſtis cogitationum, quæ per renes ſignificantur, quia internæ ſunt;

B diceretur ſpiritus ſapientiæ effugere fictum: ſed idem ſpiritus ſapientiæ dicitur Deus, & teſtis renum, quod ex ſerie aliorum verborum ad manum oſtenditur; & cum locum explicabimus poſteà vberiùs; ergo cum ſpiritus Dei prędit⁹ ſit diuina ſcientia, non poteſt negari, quin ipſe ſpiritus Dei Deus ſit.

Tertium argumentum duabus quoq; propoſitionibus cõtinetur veteri teſtamento firmatis. Altera eſt, quòd ſolus Deus mentes hominum ſanctificat. Altera, quòd ſpiritus Dei dicitur eas ſanctificare; ergo ſpiritus Dei Deus eſt. Prior

C propoſito oſtenditur, Exod. 31. *Vt ſciatis, quia ego Dominus, qui ſanctifico vos,* ſcilicèt, qui ſanctos vos reddo ſeparans à gentibus per legem, & ſacrificia, & alias legis ſanctificationes, ſeu iuſtificationes, vt in Pſalmis ſæpè repetitur. Eſt ergo Deus Auctor totius ſanctitatis, neque hoc Iudæi negant: ſed neque fas eſt vt negent ſpiritum Dei eſſe hominibus ſanctitatis Auctorem; eſt enim monitor legis, qui delinquentes corripit, Prouerb. 1. *Conuertimini ad correctionem meam, en proferam vobis ſpiritum meum.* Hebraicè, *eſlo*, depromo:

D Quibus verbis ſignificatur ſpiritũ Dei eſſe quid diuinum mentibus hominum immiſſum, vt corripiantur. Et Zachar. 7. *Ne audirent legem, & verba quæ miſit Dominus exercituum in ſpiritu ſuo Sãcto per manus Prophetarum priorum.* Eſt ergo Spiritus Sanctus, qui per Prophetas ad legis obſeruantiam hortabatur, Deus ipſe, qui per eos populum ſuũ commonebat. Et Sapientiæ 12. *O quàm bonus, & ſuauis eſt Domine ſpiritus tuus in omnibus, idcòque eos, qui exerrãt partibus*

2. Reg. 23.
Quoad quartũ Locus inſignis. *Sapient. 1.*
8. Tertium arg.
Solus Deus mentes hominum ſanctificat.
Exod. 31.
Sp. Dei eſt hominibus ſanctitatis autor à lege aberrantes corripiens
Prouer. 1.
Zachar. 7.
Sapient. 12.

partibus corripis &c. Cui intelligentię conſonat illud Pſalm. 50. *Spiritum Sanctum tuum ne auferas à me.* Quaſi ab Spiritu Sancto correptus, & innouatus optaret, ne Spiritus Sanctus à ſe diſcederet. Et Pſalm. 142. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.* Nullus ductor in terram rectam, in regionē probitatis, niſi Deus: & nullus bonus abſoluta voce indicatus, niſi Deus. Et ita explicat Diuus Ambroſius lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 5. *Quid eſt enim ſpiritus, niſi plenus bonitatis &c.* Ex ijs verò, quæ argumento ſequenti diſſerenda ſunt, copioſiùs oſtenditur, quòd Spiritus Sanctus ſit ſanctimoniæ Auctor, & gratiarum ſpiritualium largitor vberrimus; Eſt ergo Spiritus Sanctus Deus, qui nos probitate, & moribus ſanctis exornat.

Pſalm. 142.

S. Ambroſ.

9. 4. Argumētū. Solus Deus poteſt illabi animis noſtris.

Quartum argumentum eſt validiſsimum; nam cum certum habeamus ſolū Deum habitare in mentibus hominum & ſolum Deum poſſe illabi animis noſtris, Spiritus Sanctus dicitur apud nos habitare, & nobis infundi: eſt ergo Spiritus Sanctus Deus. Argumentum eſt Didymi Alexandrini libr. 1. de Spiritu Sancto, Spiritum Sanctum eſſe Deum, quia eſt capabilis, & participabilis, hoc eſt, quia poſſumus eius ſubſtātiā capere; ita vt ſit intra nos, non quaſi in vaſe, aut loco, ſed per ſubſtantiam infinitam omnia continentem, & in omnibus intimè præſentem. De quo Diuus Ambroſius lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 5. *Qui cum ſit inacceſsibilis natura, receptabilis tamen propter bonitatem ſuam nobis eſt, complens virtute omnia.* Quod ait receptabilem, ait Didymus capabilem ſecundum S. Hieronymi interpretationē. Quòd ergo ſpiritus Dei ſit in hominum mentibus, & illis infundatur, ex pluribus locis veteris teſtamenti oſtendendum eſt. Locus eſt celebris apud Iſaiam cap. 11. haud dubiè de Spiritu Sancto explicandus. *Requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini*, ſcilicèt ſuper Meſsiam. Cui ſimile eſt illud cap. 61. *Spiritus Domini ſuper me, eò quòd vnxerit Dominus me, ad annunciandum manſuetis miſit me.* Spiritus, qui vngit Meſsiam, & illum mittit, nō eſt animus Meſsię; ſed eſt infinita ſubſtātia menti humanæ, quæ erat in Chriſto, illapſa, quem Chriſtiani Spiritum Sanctum eſſe credimus. Et iterū

Eſt argum. Did. Alex.

Quo pacto Deus ſit intra nos.

S. Ambroſ.

S. Hieron. Spiritus Sanctus hominū menti⟨b⟩us infunditur. Locus celebris Iſaiæ 11.[2]

cap. 44. *Effundam ſpiritum meum ſuper ſemen tuum &c.* Et illud ſimiliter cap. 42. *Complacuit ſibi in illo anima mea, dedi ſpiritum meum ſuper eum.* Eſt ergo ſpiritus Dei res diuina, qui ſpiritus in pijs hominibus domicilium habet: quod idem pollicetur Dominus Aggæi 2. *Et ſpiritus meus erit in medio veſtrū.* Cui conſonat illud Ezechiel 11. *Dabo eis cor vnum, & ſpiritum nouum tribuā in viſceribus eorum.* Quia ſpiritus diuinus cordibus infuſus ipſa innouat, & reformat. Et cap. 36. *Dabo vobis cor nouum, & ſpiritum nouum ponam in medio veſtri.* Et repetit. *Spiritum meum ponam in medio veſtri, & faciam, vt in præceptis meis ambuletis.* Tigurina verſio, quæ apud ipſos Hebraizantes nonnullam fidem habet, vtrobique loco verborum, *in medio veſtri*, habet, *In præcordijs veſtris.* Adhùc explicatiùs dicitur de eodem diuino ſpiritu Ezechiel 39. *Non abſcondam vltra faciem meā ab eis, eò quòd effuderim ſpiritum meū ſuper omnem domum Iſrael.* Vbi Deus pollicetur non ſe auerſurum eſſe faciem à populo, in quem ſpiritum ſuum profudiſſet. Elegantiſsimè dictum de Spiritu Sancto, qui eſt amor effuſus. Neque poterat Deus à populo disiungi, inquē totum amorem profuderat.

Idē cap. 44. & 42.

Sp. Sanctus in pijs habitat; eoſque innouat.

Aggæi. 2.

Ezech. 11.

Et cap. 36.

Et cap. 39.

Sp. Sāctus, qui eſt amor, eleganter dicitur effundi.

10. Cum eo in nos effuſo bona omnia ſimul nobis infunduntur.

Quamobrem cum Spiritus Sanctus ſit auctor bonorum omnium, per hoc, quod dicitur effundi, ſimul omnia bona creata dicuntur in nos cum ipſo collata. Iſaiæ 32. *Donec effundatur ſuper nos ſpiritus de excelſo, & erit deſertum in Charmel.* Vbi prædicitur commutandos eſſe agros ſteriles in perpetuum virorem, & amænitatē, propter miſsionē Spiritus Sancti: quę ſunt de donis gratię interpretanda. Et cap. 44. cum effuſionē aquarum affluentiſsimam prędixiſſet, ſubdit Propheta. *Effundam ſpiritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictionem meam ſuper ſtirpem tuam.* In quem locum S. Ambroſ. libr. 1. de Spiritu Sancto cap. 7. *Nulla enim poteſt eſſe plena benedictio, niſi per infuſionem Spiritus Sancti*, Et ſimilitèr Ezechiel 32. *Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini.* Subiungit. *Et ſpiritum meum ponam in medio veſtri.* Quia ſpiritus diuinus eſt fons gratiarum, quibus peccata eluuntur, & animæ luſtrantur. Vnde etiam locus omnis

Iſaiæ 32.

Et cap. 44.

S. Ambroſ.

Ezech. 36.

Digitized by Google

De Sp. Sancto aptiſsimè explicatur quiuis locus in quo nomine ſpiritus, donũ aliquod intelligitur.

nis ſcripturę ſacræ, in quo ſecundum interpretes, nomine ſpiritus intelligitur donum aliquod, ſiuè Prophetię, ſiue fortitudinis &c. aptiſsimè poteſt de Spiritu Sancto explicari, qui per hoc quod mentibus infunditur, illas cumulat bonis omnibus. Quod perſpicuum eſt in illo loco Iſaiæ 11. *Requieſcet ſuper eũ ſpiritus Domini.* Quod non poteſt intelligi de lumine prophetico, cum abſolutè dicatur *Spiritus Domini*, & ſtatim conſequatur, *Spiritus conſilij &c.* hoc eſt, ſpiritus idem, qui eſt auctor conſilij, & fortitudinis, & pietatis &c. Et confirmatur teſtimonio Ioelis 2. *Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt Filij veſtri, & filiæ veſtræ.* Effuſio ſpiritus cauſa eſt prophetię, quia ſpiritus habitans in mentibus Prophetarum, eas colluſtrat. Ex quibus omnibus confirmatur, quod Spiritus Sanctus non ſolùm animis iuſtorum illabitur, ſed autor ſit ſanctimoniæ, & gratiarum omnium diſtributor.

Iſaia 11.

Ioelis 2.

11\. S. *Ambroſ.* auget argum. ex Ioelis 2.

S. Ambroſius loco proximè citato ex hoc loco Ioelis auget argumentum: dicitur enim apud Ioel. *Effundam de ſpiritu meo*, quaſi non ita effundi queat, vt totus capiatur, & contineatur: hoc enim eſt proprium Deitatis, vt ſit in omnibus, & extra omnia. *De Spiritu Sancto Pater ſe dicit effundere ſuper omnem carnẽ, non enim totum effundit; ſed quod effudit, omnibus abundauit.* Extat verò locus alius in hoc argumento obſeruatione dignisſimus; cum enim Moyſes ad prouinciã ſuam ſocios ſeptuaginta, qui populo ſententiam dicerent, vellet aduocare, eis quoque Deus ſapientiam rectè iudicãdi pollicetur his verbis Numer. 11. *Auferam de ſpiritu tuo, tradamque eis.* Quod nullo modo poteſt intelligi de ſapientia, quæ erat in Moyſe, quæ nec diminuta eſt, neque pars ſapientiæ Moyſis conſciſſa, quę per partes ſeptuaginta alijs diuideretur: ſed de Spiritu Sancto, qui in Moyſe erat, effuſum eſt in aliòs ſeptuaginta, dum ſingulis illabebatur vnus, & idem ſpiritus, ſapientiæ lumine eos illuſtrans ſecundum illud Ioelis. *Effundam de ſpiritu meo &c.* Vnde S. Ambroſ. lib. 3. de Spiritu Sancto cap. 7. *Etiam Moyſis ſpiritus iudicaturis diuiſus eſt*, ſecundum effectum.

Pater cur de Sp. Sancto effundere, & tradere dicatur.

Locus alius valdè obſeruãdus.

Numer. 11.

Sapiẽtia creata Moyſis nõ eſt diuiſa, alijsvè tradita.

S. *Ambroſ.* Sp. Sanctus diuiſus ſecundũ effectum.

12\. Denique illud etiam pro argumenti A confirmatione certum habemus, quòd ſpiritus Domini ſit ſubſtantia rationalis, quæ cum Ezechiele colloquebatur, & ipſum Ezechielem ingrediebatur, quod non poteſt intelligi de Angelo, vt ſtatim ſubijciemus, Ezechiel 2. *Ingreſſus eſt in me ſpiritus, poſtquam loquutus eſt mihi, & ſtatuit me ſuper pedes meos.* Aliqui interpretantur: Ingreſſus eſt in me ſpirit', ideſt, Reſtitutus eſt mihi animus. Si tamen ſpiritum pro animo accipiãt, verborum aliorum ſeriem nullam poſſunt reddere; hęc enim verba ita colli- B gata ſunt, vt ſpiritus dicatur ingreſſus, qui & loquutus, qui & ſtatuit Prophetã firmo greſſu. Et cap. 3. clariùs dicitur. *Et ingreſſus eſt in me ſpiritus, & ſtatuit me ſuper pedes meos, & loquutus eſt mihi.* Quis loquutus niſi Spiritus? puncto enim interiecto Spiritus, qui eſt in recto caſu, idem eſt, qui ingreſſus eſt; qui firmauit Prophetam; qui cum alloquutus dicitur. Et confirmatur quoniam cap. 3. & 8. dicitur. *Aſſumpſit me ſpiritus. Eleuauit me ſpiritus.* Quod illi explicant de vento. Sed ſanè nullo modo mihi perſuadere potero, vt vẽtus ageret Prophetas, & aſportaret in alias regiones C per medium aerem volitantes, cum cõmodiùs ſit de ſpiritu diuino interpretari, qui in illis viſionibus aſtabat Prophetę ductor, & impulſor rotarum quòcunque ibat ſpiritus: ergo ipſe Spiritus, (aliàs eſſet æquiuocatio nominis in eodẽ loco) qui erat Spirit' vitæ in rotis, qui Prophetã euehebat, quò volebat; eũ colloquebatur, & eius mẽtẽ ingrediebatur, & pedes firmabat. * Angelus autem non ingreditur corpora, niſi per violentiam priuans animam mente, & ſenſu, quod iuſtis non accidit: maximè, cum ſpiritus ingreſſus Ezechielem dicatur D illum alloquutus. Eſt ergo ſpiritus Dei Deus ipſe, qui mentium cultor eſt, & magiſter, & in mentibus habitat.

Confirm. arg.

Ezech. 2.

Aliquorũ interpretatio de animo. Refellitur ex ſerie cõtextus

Et ex cap. 3.

Item ex cap. 3. & 8. Hæc loca aliqui interpretãtur de vento. Reijciuntur.

* Interpretatio de Angelis reijcitur. Angeli quopacto, & quinam ingrediantur corpora.

Hic ſpiritus alloquutus eſt Ezechielem.

13\. 5 Argum. Deus immenſus omnia implens.

Quintum argumentum eruitur ex immenſitate Dei, qui orbem terrarum ſolus implet. Hierem. 23. *Cœlum, & terram ego impleo.* Et Iſaiæ. 66. *Cœlum ſedes mea, terra autem ſcabellum pedum meorum.* Sed ſpiritus Dei dicitur omnia implere planiſsimis verbis. Sapient. 1. *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum:* ergo ſpiritus Dei, Deus eſt. Et in Pſalm. 38. *Quo ibo à ſpiritu tuo.* In quẽ locũ S. Ambroſ. lib. 1. de Sp. Sancto ca. 7.

Hierem. 23.

Iſaiæ. 66.

Sp. Dei immẽſus omnia implens.

Probatur 1.

Sapient. 1.

Probatur 2.

Pſalm. 38.

De quo S. Ambroſ.

Digitized by Google

De quo hoc Angelo ſcriptura dicit? de qua Dominatione? de qua Poteſtate? cuius inuenimus Angeli virtutē per plurimos eſſe diffuſā? Et idem argumentū efficit ex hoc loco S. Athan. de vnita ſubſtātia Trinitatis ad finē, vbi ait verſiculū, *Quò ibo à ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiā* de Spiritu Sancto, & Filio, qui eſt Dei facies, & figura ſubſtantiæ, eſſe intelligendum; tunc ſequi, *Si aſcendero in cœlum, tu illic es &c.* Idemque eſt argumentū apud S. Cyrillum ex hoc loco 13. libr. Theſauri capit. 2. Eſtque ea communis Patrū interpretatio. Aliqui tamen per ſpiritū, numen præſens intelligunt, quaſi ſit circumloquutio. Confirmatur ex illo Aggæi 2. *Spiritus meus erit in medio veſtrū.* Quod S. Hieronymus, & Theophilactus de Spiritu Sancto exponunt. * Eſt verò loc⁹ alius accuratiùs enarrādus Ezechiel 37. Cum enim Iſrael in calamitate rerū deplorata, omnem ſpē depoſuiſſet, quaſi extinctum ſe, & fato functum diceret; Deus adducit Prophetā ad oſſa arida, quibus ſignificatur idē populus, non ſolùm emortuus, ſed poſt mortem longos annos ſepultus, ita vt ſola oſſa arida ſupereſſent: & dixit Dominus, *Ego intromittam in vos ſpiritū, & viuetis.* Haud dubiū eſt, quin de ſpiritu vitæ loquatur, qui, ſcilicèt, viuere faceret: tūc ſequitur. *Vaticinare ad ſpiritum, vaticinare Fili hominis, & dices ad ſpiritum, Hæc dixit Dominus Deus. A quatuor ventis veni ſpiritus, & inſuffla ſuper interfectos iſtos.* Sanè Prophetæ non præcipitur, vt loquatur ad ſpiritum, id eſt, ad vētum, qui ventus non affert vitam mortuis; nec verò ad Angelos, quia eis non eſt data hæc vis, & natura, vt afflent, aut inſpirent vitam: & item non dicitur, ad ſpiritus vaticinare, ſed ad ſpiritum; nullus autem ſpiritus, hoc eſt, Angelus poteſt à quatuor ventis auocari niſi ſpiritus diuinus, qui omnia replet. Quod argumētum eſt S. Ambroſij 4. lib. de Spiritu Sancto cap. 20. *Vtique cum ſpiritum ſuum dixerit, nunquid alium præter Spiritum Sanctum nuncupauit? Neq; enim flatilem ſpiritum diceret; nec hic ſpiritus à quatuor mundi poſſet venire cardinibus; quia hic ventorum flatus, quem videmus, partis non vniuerſitatis eſt; Et hic ſpiritus, quo viuimus ſingulorum, non vniuerſorum eſt.*

S. Athanaſ. intelligit hunc locum de Sp. Sācto, & Filio

S. Cyrillus.

Patres cōmunitèr.

Aliqui de numine præſente intelligunt.

Confirmatur. *Aggæi 2.*

S. Hieron. Theoph.

• Probatur 3. *Ezech. 37.*

Hic locus accuratiùs enarratur.

Ventus nō viuificat, nec Angelus.

Sp. Sāctus immēſus à quatuor vētis auocari poteſt, nō alius.

Eſt argumētū S. *Ambroſ.*

Spiritus quo viuimus non eſt vniuerſorū

A Eſt ſextum argumentum, quòd ſpiritus Dei in veteri quoque teſtamento dicitur Deus, & Dominus; & eadem de ſpiritu Dei, & Deo dicuntur creberrimè 2. Regum 23. *Spiritus Domini loquutus eſt per me, & ſermo eius per linguam meam, dixit Deus Iſrael mihi.* Sanè idem ſpiritus Dei, qui loquutus eſt per os Dauid, Deus eſt, qui cum Dauid loquebatur: quæ etiam verba in hunc ſenſum refert Sanctus Iſidorus de Natiuitate Domini cap. 4. Et Iudicum 13. de Sampſone. *Creuit puer, & benedixit ei Dominus, cœpitque ſpiritus Domini eſſe cum eo &c.* Et cap. 16. *Neſciens quòd receſſiſſet ab eo Dominus.* Igitur
B ſpiritus, qui cum puero erat, ipſe eſt Dominus, qui ab eo receſsit. Argumentū eſt S. Cyrilli libr. 3. Dialogorum de Trinitate, & S. Ambroſ. lib. 2. de Spiritu Sancto in Prologo, & cap. 5. *Vides ergo quia ille, qui comitabatur, ipſe diſceſsit; idem eſt ergo Dominus, qui ſpiritus Domini, hoc eſt, ipſum ſpiritum Dei Dominum nuncupauit.* Idem liquet nō obſcurè Sapient. 1. Si verborum intelligentia expendatur, cum enim dixiſſet, *Spiritus, ſcilicèt, intelligentiæ, effugiet fictum, & auferet ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu: & non libera-*
C *bit maledicum à labijs ſuis; quoniam renū illius teſtis eſt Deus, & cordis illius Scrutator eſt verus, & lingua eius auditor. Quoniam, inquit, ſpiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia ſcientiam habet vocis.* Hoc, inquam, Ruth, vt Hebræi appellant; ſeu hoc Pneuma, vt græcè appellatur; hic, ſcilicèt, Spirit⁹: continens ergo, & connexus eſt ſenſus, quòd ſpiritus ſapientiæ, vel intelligentiæ, vel ſpiritus Domini (qui idem eſt, vt verba ipſa declarant hoc loco) hic, inquam, Spiritus non liberat, ſed arguit
D maledicum; quia Deus intuetur cor, & verba detrahentiū audit; eſt enim Deus teſtis renum, & auditor linguæ: quia ſpiritus vbique adeſt, qui ſcilicèt, orbem terrarum replet; & hic, qui omnia continet, & replet, ſcientiam habet vocis, hoc eſt, verba hominum detrahentium percipit, & audit. Eſt ergo idem ſpiritus Deus teſtis cordium, & linguæ auditor, qui orbem replet, & ſciētiam habet vocis: aliàs nulla eſſet conſequentia verborum. Adhuc confirmatur ex verbis Iſaiæ

14.

6. Argum. Eadem de Deo & de Spiritu Dei dicuntur. Probatur 1. 2. *Reg.* 23.

S. Iſidorus.

Probatur 2. *Iudic* 13.

Et cap. 16.

Eſt hoc arg. *S. Cyril. & S. Ambroſ.*

Probatur 3. *Sapient.* 1. Locus optim.

Explanata intelligentia, & conſequentia verborum.

Confirmatur.

Digitized by Google

Iſaia 48. Iſaiæ 48. vbi Meſsias ait. *Dominus Deus miſit me & ſpiritus eius.* Quem locum ſtatim explicatiùs enarrabimus. Cum ergo Domini iuſsio ſpiritui Domini ſit communis, idem Dominus, & Deus idē eſt Pater, qui dicitur Filium mittere, & Spiritus Patris, ſcilicèt, Spiritus Sāctus, qui ſimul filium mittit. Denique probatur vehemēti argumēto à S. Cyrillo lib. quòd Spiritus Sanctus ſit Deus; nā Deuteron. 9. dicitur. *Dominus ſolus duxit eos*, ſcilicèt, populum Iſraeliticum, cuius non Angelus, non homo dux, ſed Deus ipſe prędicatur. At verò dicitur Iſaiæ 63. n. 14. *Spiritus Dñi ductor eius fuit; ſic adduxiſti populum tuum, vt faceres tibi nomen gloriæ.* Iterum atque iterum eodem vtar argumento. Deus ſolus deduxit; deduxit autem ſpiritus, ſcilicèt, Spiritus Sanctus: eſt ergo idem ſpiritus, qui Deus. At in Deuteronomio dicitur. *Dominus ſolus duxit eos, & non erat cum eo Deus alienus.* ergo Spiritus Sanctus, qui ſecūdum Iſaiam populum duxit, Dominus erat, & non erat Deus alienus, aut cōmentitius Deus, vt impij Hæretici aiunt. Ex eodem loco arguit Sanctus Cyrillus vbi dicitur num. 10. *Afflixerunt, ſeu acerbauerunt Spiritū Sanctū eius*, vt legit S. Cyril. Et in Tigurina verſione, quæ Hebræis nō diſplicet, legitur, *Spiritum eius Sanctum*, ſcilicèt, Moyſis. Et licet in vulgari correcta legatur, *Spiritum Sancti eius*; non pro ſpiritu, ideſt, animo Moyſis: ſed pro Spiritu diuino Moyſen aſpirante accipitur, de eodem enim repetitur. *Vbi eſt, qui poſuit in medio eius Spiritum Sancti ſui?* quod de animo Moyſis non poteſt rectè intelligi: quod ſi de Spiritu diuino intelligatur, validum eſt argumentum S. Cyrilli; loquebatur enim Propheta de populi iniquitate, qua exaſpe-rarunt Dominum ſæpiùs in deſerto, ductore Moyſe; & ait eos Spiritum exaſperaſſe, ſeu afflixiſſe. Eſt ergo ſpiritus ipſe Deus, de quo totiès repetitur Pſalm. 77. *Exacerbauerunt eum*, & in alijs locis.

Probat 4. vehementi argumento. S. Cyrillus. Deuteron. 9.

Iſa. 63. n. 14.

Probat 5. S. Cyrillus Iſa. 63. n. 10.

Vis huius argumēti inculcatur

Pſalm. 77.

15. Septimum argumentū eſt, quoniā in nullo loco ſpiritus diuin' cōnumeratur inter creaturas in veteri teſtamēto; niſi pro vento, vt illud, *Benedicite omnis ſpiritus Dei Domino*: aut pro mentibus hominum, *Spiritus, & animæ iuſtorum.* Argumentum eſt S. Iuſtini de recta fidei confeſsione, S. Baſilij lib. de Spiritu Sā-

7. Argument.

S. Iuſtin. S. Baſil.

A cto cap. 1 S. S. Epiphanij in Anchorato, & S. Ioannis Chryſoſt. homil. in illud. *Tunc & ipſe filius ſubÿcietur.*

S. Epiphan. S. Chryſoſt.

16. Expendantur omnia hæc teſtimonia in quibus poteſtas, ſcientia, ſanctimonia, habitatio mentis, immenſitas, ac Deitas Spiritus Sancti ſignificatur; & nihil ſimile de angelo, aut homine reperies in veteri teſtamēto pronunciatum; imò omnia hæc, quæ de Spiritu Sancto leguntur, eſſe planè diuina, & in Deitate ſingularia: quare euidentèr profectò cōmonſtrant Sp. Sancti Deitatem.

Præcedentia argumenta ſimul collecta euidenter cōuincunt Sp. Sāctū eſſe Deū non verò creaturam.

17. Vltimum argumentum ex tropo, & ſignificatione quadam deducamus: videtur enim diuinus ſpiritus myſticè referri in B hominis aſpiratione, cum dicitur Geneſ. 2. *Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.* Quem locum Philaſtrius adeò contendit eſſe de Spiritu Sancto interpretandum, vt negari abſq; hæreſi nō poſsit, vt ſupra diximus. Negandum tamen non eſt in ea aſpiratione in ſenſu myſtico ſignificari Spiritum Sāctum, qui datus eſt Apoſtolis, cum Chriſtus afflauit, & dixit, *Accipite Spiritum Sanctum*, quia idem Spiritus auctor eſt & vitæ & gratiæ. Et videtur huic loco alludere alius Iob. 33. *Spiritus Dei fecit me, & ſpiraculum Omnipotentis viuificauit me.* C Significatur etiam diuinus Spiritus per digitū Dei, ſicut Filius per manum, quia ſicut Pater operatur per Filium, ita & Filius per Spiritum Sāctū. Vnde cum Magi tertium ſignum Moyſis in Ægyto edere non valentes dixerunt, Exod. 8. *Digitus Dei eſt hic.* Spiritum Sanctum, quem non nouerant, indicabant, vt Patres aiunt. Sed clariùs in eo, quòd tabulæ legis ſcriptę erāt digito Dei, Spiritus Sanctus deſignabatur, qui fuit Autor legis. Quæ accepimus etiam à S. Ambroſio in tractatu de D Spiritu Sancto poſt libros tres. Idem de Spiritu Sancto lib. 1. cap. 16. affirmat Spiritum Sanctum ſignificari in verbis Iſaiæ 10. *Et erit lux Iſrael in igne*; ignis enim Spiritum Sanctum apud nos deſignat, ſicut & aquæ flumina. Mittimus verò alia, quæ Spiritum Sanctum deſignabant ſecundum allegoriam, vt nubes in qua baptizatos eſſe filios Iſrael, S. Paulus diſſerit: Piſcina item, & Natatoria Siloe, de quibus nobis diſſerendum eſt in lib. vltimo circa Spiritus Sancti miſsionem.

Vltimū arg. ex tropo.

Geneſ. 2.

Philaſtrius

Myſticè ſignificatur Sp. Sāctus. 1. per aſpirationē hīc Idem ſpiritus autor & vitæ, & gratiæ.

Iob. 33.

2. ſignificatur Filius per manū; Sp. Sāctus per digitum.

Exod. 8.

S. Ambroſ.

3. Sp. Sanctus per ignē, & Iſaia. 10.

Plura alia deſignant Sp. Sāctum ſecundū allegoriam.

TER-

TERTIA PARS.

Idem vetus Teſtamentum affirmat Spiritum Sanctum eſſe perſonam diſtinctam ab alijs.

1.

Sp. Sanctũ eſſe perſonam diuinam.

NVllum eſſe dubium poteſt, quin Spiritus Dei dicatur Deus in tot veteris voluminis ſententijs. Ex quibus coniunctum ſequitur, quòd Spiritus Dei ſit quædã perſona diuina; perſona enim in hoc à natura diſtinguitur, quòd perſona eſt habens naturam. Cum ergo ſatis probatum ſit, quòd Spiritus Sanctus ſit præditus potentia, & ſcientia, & ſanctimonia, & inhabitet omnium mentes, repleatque omnia, abſq; dubio eſt perſona. Maximè verò innoteſcit perſona per operationem: quis ergo neget Spiritum Sanctum eſſe perſonam, qui fecit hominem, creauit cælos, loquutus eſt cũ prophetis, & per illos; miſit Meſsiam, & dedit ei mandata? quæ omnia abundè ſatis ſunt probata.

Probatur 1.

Probatur 2.

2.

Sp. Sancti perſonã eſſe diſtinctam à perſona Patris, & Filij

Supereſt ergo, vt oſtendamus ex veteri teſtamento Spiritum Sanctum eſſe perſonam diſtinctam à Patre, & Filio, quod non minoribus argumentis poteſt confirmari. Iacto enim fundamento, quòd in Deitate ſunt plures perſonę diuinæ, quod capite præcedente oſtendimus, argumentum fit luculentiſsimum in hunc modum; Perſonæ per nomina innoteſcunt; in diuinis autem nomina ſunt diſtincta Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: ergo Spiritus Sãctus à Patre, Filioque diſtincta perſona eſt. Et quidem quòd Spiritus Sanctus ſit perſona diuina diſtincta ab aliqua ſaltèm diuina perſona, ſatis liquet cum dicatur datus, & effuſus à Deo, Iſaiæ 42. & 44. Ezechiel 28. 37. 39. & Ioelis 1. Zachari 12. & alijs in locis. Quod ſi Spiritus Sãctus eſt Deus, & eſt à Deo datus, & effuſus in nos; eſt certè Deus de Deo, perſona, ſcilicèt, diſtincta ab alia diuina perſona. Idem oſtenditur, eò quòd in veteri etiam pagina dicitur ſæpiſsimè Spiritus Dei; vna autem perſona non poteſt dici alterius, niſi quia ab ea procedit, aut quia alterius miniſter eſt. Quo argumẽto lib. 2. commõſtrabimus Spiritum Sãctum procedere à Filio, quia dicitur in nouo teſtamento Spiritus Filij. Ergo in veteri quoque teſtamento, quo legimus Spiritum Dei, cum ſpiritus idem non

probatur 1.

Probatur 2. eſſe diſtinctũ ſaltè ab aliqua earum.

Sp. Sãctus Deus à Deo effuſus & datus dicitur.

Eſt Deus de Deo.

Probatur 3. idem.

Dicitur Spiritus Dei.

A ſit miniſter, ſed ſit Deus verus, neceſſe eſt, intelligamus Spiritum Dei de Deo procedentem, Deum de Deo, perſonamque diuinam ab alia perſona diuina diſtinctam.

3.

Probatur 4. eſſe diſtinctũ à Patre, & Filio

Sed probatur adhùc Spiritum Sanctũ eſſe perſonam diuinam diſtinctam à Patre, & Filio, tum quoniam nomine ipſo indicante perſonã, diſtinctio ſatis nota eſt: tum etiam, quia Filius dicitur genitus; at verò ſpiritus nuſquam legitur genitus, ſed datus, efflatus, effuſus; quia miſſus eſt ad nos ſpeciali quadam miſsione, vt donum Dei, qua ſignificatur diſtincta proceſsio à generatione Filij, vt diſputant Theologi: diſtincta B autem proceſsione neceſſe eſt procedat perſona diſtincta, quæ non poteſt dici Filius, cum non gignatur, ſed Spiritus Sanctus dicitur. Itaque etiam in veteri inſtrumento ſunt duo procedentes Filius, & Spiritus Sanctus: & præter hos eſt Pater, à quo duo procedunt.

Filius dicitur genitus: Sp. Sãctus datus, efflatus, effuſus &c.

Etiam in veteri teſtamento ſignificantur duo procedentes, & etiã Pater.

4.

Probatur 5. idem inſigni loco.

Iſai. 48.

Burgenſ.

Eſt verò inſignis locus Iſaiæ cap. 48. quem Paulus Burgenſ. d. 9. 1. p. Scrutinij cap. 13. fuſiſsimè enarrat, nec minus doctè, quo probatur Spiritum Sanctum diſtingui à Patre, & Filio. *Accedite ad me, & audite hac: nõ à principio in abſcondito loquutus ſum; ex tempore ante-* C *quam fieret, ibi eram; & nunc Dominus meus miſit me, & ſpiritus eius.* Meſsias eſt, qui loquitur, qui legem dederat in monte, & ideo ait, *non in abſcondito loquutus ſum*? alius eſt ergo Pater, qui Filium mittebat, cum dicitur, *Dominus miſit me*; alius Filius miſſus; alius Spiritus Sanctus, de quo dicitur, *& ſpiritus eius*; ſcilicet miſit me. Neque poteſt quis dicere ſpiritum eſſe ipſum Filium, & Meſsiam, cum apertè dicatur Meſsiam miſſum ab ſpiritu. Et ibidem aſſerit Burgenſis doctos Iudæorum D in libro, qui dicitur Mequilea, Exod. 19. verba illa, *non in abſcondito loquutus ſum*, intelligere de promulgatione legis, & eam eſſe communem ſententiam Hebręorũ interpretum. Eſt ergo Deus qui legem tulit, qui eo loco dicitur loquutus palàm, qui item à Deo ſe miſſum ait, & ab ſpiritu Dei, ſcilicèt, à Patre, & Spiritu Sancto. Quod verò in Dialogo Saulus obijcit; quoſdam hunc miſſum intellexiſſe Iſaiam, Paulus Burgenſis refellit, quia illi Auctores impio fundamento nitebantur, quòd animæ Propheta-

Mequilea liber

Sauli obiectio, Iſaiã eſſe hũc miſſum, Refellitur à Burgenſi.

G

phetarum fuiſſent in monte Sinai ante eorum ortum, & ideò Iſaiam hæc loquutum de ſe. *Non in abſcondito loquutus ſum:* ſcilicèt, ego Iſaias, qui eram in monte Sinai, cum lex promulgabatur. Quæ hæreſis apud Iudæos impia quoque eſt, & non ferenda. Cum ergo Iudæi confiteantur Deitatis vnitatem, dum eos conuincimus plures eſſe perſonas diuinas, nominaque earum ex veteri teſtamento producimus; & quod Filius ſit ab Spiritu Sancto miſſus, Spiritus à Patre effuſus, & efflatus, perſpicuum eſſe videtur, quod tres ſint in Deitate perſonæ, Deus autem vnus, vt fides Chriſtiana conclamat.

Notabilis Sententia Hæretica, etiam apud Iudæos.

CAPVT. XVIII.

Iudæi conuincuntur circa veritatem Spiritus Sancti, quod ſit Deus, Diuinaq; Perſona.

1. HActenus probauimus Spiritus Sancti Deitatem, eumque eſſe diuinā perſonam ab alijs diſtinctā teſtimonijs veteris teſtamenti; quibus teſtimonijs accedente Patrum interpretatione diligentèr iam commemorata, tenemur Chriſtiani fidem maximam adhibere. Sed tamen pervtile eſt illud etiam diſſerere, an remota auctoritate Patrum, & Conciliorum, quæ nulla eſt apud Iudæos, & miſſo etiā nouo teſtamento, quod adeò conſentit cum veteri, vt ex vtriuſque collatione, qui nouum recipit, non poſſit negare ſimilia dici quoque in illo veteri. An, inquam, ex teſtimonijs veteris teſtamenti nudis, quæ ſola Iudæi recipiunt, poſſint conuinci, quod Spiritus Sāctus ſit Deus, & perſona diuina ab alijs diſtincta. Eſt enim celebris controuerſia de ea re apud Doctores.

Conſenſus noui teſtamenti cum veteri.

Celebris controuerſia proponitur.

2. Neque verò videtur poſſe negari, quod hæc veritas obſcuris admodùm verbis ſignificetur in veteri teſtamento, vt pleraque alia myſteria. Nam, vt ait Paulus Burgenſ. in ſuo Scrutinio 1. p. d. 9. cap. 4. fundamenta fidei vnus, aut alter ex Doctoribus Hebræorum docebatur, vt dicitur in Talmuth. cap. Eudorſim: & docetur hoc idem à Rabbi Moyſe in ſuo Deuteron. lib. 1. titulo de fundamentis legis capit. 4. Vnde Burgenſ. librum ſuum vocauit Scrutinium Scripturarum, & Dominus Chriſtus nos

Deitas, & etiā diſtinctio Sp. Sācti obſcurè ſinificatur in veteri teſtamēto.

Probatur 1. ex *Burgenſ.*

Secundò ex *Thalmuth.* *Rab. Moyſ.*

Tertiò. *Burgenſ.*

A admonet ſcripturas ſcrutari; latēt enim myſteria in teſtamēto veteri, quaſi theſauri abſconditi, vt ait Burgenſis cap. 8. S. verò Gregor. Nazianzen. oratione 5. Theologa. *Vetus*, inquit, *teſtamentum Patrem apertè prædicabat, Filium obſcuriùs: Nouum autē Filium manifeſtauit, ſpiritusque diuinitatem ſubobſcurè indicauit*; quibus verbis Spiritus Sancti Deitatem, nec in nouo teſtamento ſatis dilucidè explicatam eſſe ait. Et in Actis Apoſtolorum legitur Iudæos reſpondiſſe Apoſtolis Spiritum Sanctum, & baptiſma prędicantibus, neque ſi Spiritus Sanctus ſit, ſe audiuiſſe: erat enim ea res vulgò occulta. In veteri verò teſtamento

B myſteria diuina multò erant obſcuriora; de quo elegantèr S. Cyrillus Dialogo de Trinitate lib. 3. de Moyſe precante Dominum. *Oſtende mihi te ipſum. Præcipiebatur*, inquit, *etiam fodere in petra, & per anguſtiſſimum foramen, ſi vellet videre per ænigma; nobis ſignificante etiam in hoc Deo, quòd lex de Deo ſcientiam his, qui docebantur, adeò paruam irradiabat, & quaſi per anguſtiſſimum foramen lumen vix immittebat.* Et eodem modo videtur loqui Theodoretus lib. 2. ad Gręcos, vbi ait Deum in veteri teſtamento noluiſſe

C proponere myſteriū Trinitatis expreſſè, voluiſſe tamen illud adumbrare, vt cum prædicaretur in nouo teſtamento, nō videretur omninò nouū. Et S. Auguſtinus ſerm. 45. de verbis Domini, velū tēpli ſciſſum eſſe ait in paſſione Domini, hoc eſt, myſteria explicata, quæ in veteri teſtamento erant obvoluta, & velata. Quam ob cauſam, rectè notat Gilbertus Genebrardus in Pſalm. 88. circa illa verba. *Quis in nubibus æquabitur Domino?* Hebraicè legi numero plurali, ſcilicèt, *Dijs fortibus*: & ſeptuaginta vertiſſe numero ſingulari, ne gentes pu-

D tarent nos credere plures eſſe Deos. Occultæ itaque erant diuinæ perſonę etiam Iudæis rudibus, ne plures Dij crederentur.

Idē *Burgēſ.*

Probatur 4. ex *Nazianz.* dicente etiam in nouo teſtamento Sp. Sācti perſonam ſubobſcurè indicari.

Probatur 5. ex actis Apoſtolorum. Hæc res erat vulgò occulta.

Probatur 6. ex *S. Cyrill.*

Rationes huius obſcuritatis.

Prima *Theodor.*

S. Auguſt.

Secunda *Genebrard.*

Occultæ erāt diuinæ perſonæ rudibus etiā Iudæis.

3. Alfonſus Toſtatus Epiſcopus Abulenſ. in repetitione quadam de Trinitate conſtantèr affirmat, Iudæos de myſterio Trinitatis non conuinci ex veteri teſtamento; & idem aſſerit in Leuit. ad finem concluſione ſecund. Et cum ob hanc ſententiam malè audiat apud aliquos Auctores, non deſunt

Abulenſ. malè audit.

Digitized by Google

deſũt ex nouis, qui hominis partes tueantur vehementiſsimè.

4. Cum ergo quæritur, an Iudæi cõuincantur? nomen hoc difficultatem parit; poſsunt enim conuinci hæreſis, & infidelitatis. Poſſunt quoque conuinci cõtumaciæ, temeritatis, & falſitatis. Noui autem Doctores credunt eum dici conuictũ, cui veritas euidẽtèr cõmõſtratur; quo quidẽ pacto arbitror nullã ſcripturã poſſe adeò eſſe planæ ſignificationis in rebus adeò difficilibus, vt res ſignificata euidentèr appareat. Nam & Hæretici ſcripturas planiſsimas in ſenſus varios torquent, & diſtrahunt; & cæci quidem ſunt, ſed quia cæci, veram ſcripturæ intelligentiam non cernunt. Quis autem Catholicè aſſerat Hæreticos non conuinci, in quibus ipſa cæcitas nihil eſt, niſi infidelitas, & hæretica impietas.

Noui quidam Doctores credunt eum dici cõuictum cui veritas euidèter cõmõſtratur.

Cæci in fide, licet illis veritas nõ appareat euidẽter, poſſunt conuinci.

5. Arbitror igitur Iudæos, qui negant Meſsiam eſſe Deum, & Filium Dei, cõuinci hæreſis, & infideles reddi negãdo; vt tomo 4. fuſiſsimè dicendum ſeruo: forſan tamen non conuincuntur hæreſis, dum Spiritum Sanctum negant, quia teſtimonia non ſunt adeò plana, vt nequeant ſine perfidia negari.

Concluſio Prima pars

Secunda.

6. Deinde verò exiſtimo Iudæos, qui negant ea, quæ de Spiritu Sancto ſupra ſunt propoſita, conuinci contumaciæ, & temeritatis, & falſitatis, & ineptiæ.

Tertia.

7. Pro huius verò pronunciati intelligentia oportet aduertere, quòd ea, quæ dicuntur obſcurè, non facilè intelliguntur ſine interprete, vt dixit Philippus Eunucho Principi Candacis Reginę, Actor 8. *Putaſne intelligis quæ legis? Qui ait, & quomodò poſſum ſi non aliquis oſtẽderit mihi?* Ea tamen, quæ obſcurè dicũtur, per explicationem interpretis ita poſſunt reddi dilucida, vt perſpicuè cernamus nullum alium eſſe verborum ſenſum, ſed eum eſſe planiſsimum. Et ita dicendum videtur, quòd teſtimonia, quæ adduximus ex veteri teſtamento, obſcura aliquatenus ſunt; ſed ita vt nullum ſenſum congruum reddant, niſi eum, quo Spiritus Sancti Deitas planè ſignificatur. Vnde nos, qui fidem explicatam accepimus, dum interpretamur vetus teſtamentum, Iudæos abſque dubio conuincimus.

Aduertendũ.

Actor. 8.

Obſcura per explicationẽ interpretis fiunt plana, Catholiciſq; perſpicua.

8. Probatur noſtra ſententia ex geſtis A Chriſti Domini Matth. 22. qui cum Iudæos rogaſſet cuius Filius putaretur Chriſtus, ſeu Meſsias? & reſpondiſſent, Dauid. *Quomodò ergo*, inquit, *Dauid in ſpiritu vocat eum Dominum dicens, Dixit Dominus Domino meo?* Omnes profectò conuicti ſunt interpretatione verborum tam facili, quæ ad oculos erat, cum antea locus eſſet obſcurus, & omninò ignotus. Miror verò, quod quidam reſpondeant Iudæos nõ eſſe cõuictos verbis, ſed auctoritate Dñi; cũ luce clarius ſit eos auctoritati Chriſti nihil detuliſſe, ſed ſola B ratione conuictos abſceſsiſſe. Neque forſan adeò manifeſtè conuicti ſunt, vt negando fidem interpretationi, infideles, & Hæretici redderentur: Sed contumaciæ ſaltem, & peruicacitatis meritò fuerunt, vel ex illo loco, arguendi. Cum ergo plura teſtimonia adduxerimus, quorũ ñ interpretandi rationes non minùs dilucidæ ſunt, negandum non eſt Iudæos quoque contumaciæ, & temeritatis conuinci, quòd ijs propoſitis veritatem diffiteantur. Confirmatur quia ea teſtimonia nullum alium habẽt germanum ſenſum, & plurima ex C eis à Rabbinis explicantur, vt explicata à nobis ſunt; ſed ea conuincunt Spiritum Sanctum Deum eſſe, & perſonam diuinam; ergo non poteſt meritò negari Iudæos ijs conuinci, maximè cum ſint tot, tantaque teſtimonia; & ea omnia, quæ de Spiritu Dei dicuntur ſingularia, & excellentia ſint, quæ de nulla re creata aſſerũtur, neque poſſunt verò aſſeri.

Probatur 1. pars.

Matth. 22. Iudæi à Chriſto conuincũtur ex Pſ. 109.

Quorundam reſponſio refellitur.

2. & 3. pars declaratur.

1. pars cõfirmatur.

9. Confirmatur deinde autoritate Patrum, quos recitauimus capite præcedenti, qui ijs teſtimonijs vtuntur ad cõuincendos etiam Hæreticos, quòd ſi in D firma crederẽt, vacuam operam, & inutilem nauarent. Imo Patres aperta voce clamant Iudęos ex ijs conuinci, dum eos arguunt contumaciæ, & impietatis: S. Baſilius homil. 9. in Geneſ. cum probaret plures eſſe diuinas perſonas ex illo loco. *Faciamus hominem &c. Audi*, inquit, *tu quæſo, qui bellũ indixiſti perpetuum Chriſto.* Vbi comparat Iudæos ferę incluſæ non inuenienti, quo erumpat. *Sic, inquit, & inimica gens veritatis Iudæi in anguſtum intruſi, multa ſũt, inquiunt, perſonæ, & non vna, ad quas oratio Dei dirigitur, Angelis enim aſtã-*

Cõfirmatur 2. auctoritate Patrum.

S. Baſil.

Verba notabilia in Iudæos pro loco Geneſ. 2. Trinitatẽ probante.

 tibus

Digitized by Google

tibus, *Faciamus hominem, dicit. Iudaicũ profectò hoc eſt figmentum, & ex illorũ odio in Chriſtum delira illius, & fictilis fabula excogitatio deriuata eſt.* Vide quam acritèr S. Baſilius in Iudæos inuehitur, eò quòd in illo loco, *Faciamus hominem ad imaginem, &c.* plures diuinas perſonas recuſarẽt credere. S. Gregor. Nazianz. de Theologia oratione 5.

Nazianz.

Spiritum Sanctum, inquit, *Sadducæi penitùs non eſſe cenſuerunt, ſicut nec Angelos, nec reſurrectionem. Quibus haud ſcio quid acciderit, vt tot, ac tanta de eo inſtrumento veteri teſtimonia pro nihilo haberent.* Et ſubijcit Philoſophos Ethnicos magis acceſsiſſe ad Spiritus Sancti notionem, profectò literis Hebræorum admonitos, in quibus plura, & magna teſtimonia eſſe de Spiritu Sancto, Nazianzen. teſtatur; miraturque Sadducæos, quod ijs non crediderint. Sed neque Angelos, neque reſurrectionem eſſe credebant, hæretico profectò ſpiritu, & impia incredulitate. Quare ergo huius criminis, quod Spiritum Sanctum eſſe non credant, à nobis excuſabuntur, qui à Patribus palam damnantur?

Sadducæos vt contemptores veteris teſtamenti dãnat. Ethnicos magis acceſsiſſe ad Sp. Sancti notionem docet.

S. Hilar. Exprimit 3. partem.

Sanctus verò Hilarius de Trinitate lib. 4. cum quędam de perſonarum diſtinctione ex veteri teſtamento diſputaret perobſcura, credidit tamen Iudæos ita conuinci, vt hæc verba adijceret. *Quæ perfidia cæcitas eſt, quæ increduli cordis obtuſio eſt, quæ irreligioſitatis temeritas eſt, aut ignorare hæc, aut non ignorata negligere? Certè ita commemorata, & dicta ſunt, ne intelligentiam veritatis error aliquis, aut obſcuritas impediret. Quæ ſi non poſſe ignorari docemus, impietatis eſſe crimen neceſſe eſt, quòd negantur.* Ego verè ab ijs verbis S. Hilarij nihil diſcedo, nec meliꝰ velim meã eſſe explicatã ſententiã. Niſi enim Iudęi ea quæ propoſuimus, ignorarent, adhibita verborum interpretatione, impietatis eos conuinci neceſſe eſt. Accedit auctoritas S. Epiphanij in Anchorato docentis duas perſonas diuinas, putà Patrem, & Filium notas eſſe in veteri teſtamento; tertiã non ita manifeſtè fuiſſe ſignificatam. *Perſonarũ*, inquit, *dualitas vehemẽtèr à Prophetis prædicata, Trinitas verò perſonarum in Euangelijs manifeſta facta eſt.* Quòd idcirco dixit, quia mentio Spiritus Sancti in antiqua pagina ſit obſcurior: perſonas autem duas, non ſolũ notas ait, ſed prędicatas fuiſſe.

S. Epiphan. docet 2. partẽ.

S. Fulgentius de fide ad Petrum Prophetas accepiſſe fidem Trinitatis teſtatur, quod indubiè credendum eſt, cum eorum teſtimonia ad literam de tribus perſonis proferantur; nec verò quæ dictabant, poterant Prophetæ ignorare. Quid ergo mirum quòd exigamus à Iudæis fidem eorũ, quæ Prophetæ prædixerunt, dum ea, quæ obſcura ſunt, non obſcurè explicamus? Idem confirmat ex veteri teſtamento Alex. Primus, Epiſtola 10. Decretali, & Benedictus primus Epiſtola vnica Decretali, & Nicolaus Lyranus in opuſculo de Trinitate, quem Alphonſus Toſtatus Epiſcopus Abulenſis refutat.

S. Fulgent. docet pro 2. & 3. parte prophetas accepiſſe fidem Trinitatis, quã & dictarunt.

Alex. 1. Bened. 1.

Lyranus. Abulenſ.

10\. Ergo iuxta Patrũ ſententiam obſcura eſſe, quę in veteri teſtamẽto de Trinitate dicũtur, cẽſemus cũ S. Greg. Naziãz. S. Cyrillo, & alijs. Ea verò à noſtris illuſtrata, & quaſi luce infuſa detecta, Iudęos maximè conuincere iudicamus. Nec eſt officium viri Theologi Iudęis hac in re indulgere; vel potius iniquum eſſe in Iudæos, vt ea argumenta, quæ ſola apud eos valent, inefficacia eſſe contendat. Quod ſi dicũt non conuinci eos, ita vt neceſſe ſit eos euidentèr aſſentiri noſtræ interpretationi, quod neq; in Hæreticis accidit, minime repugnamus, vt ſupra ſtatutũ eſt.

Nazianz. S. Cyrill.

Non conuincuntur Iudæi imò, nec hæretici ita vt neceſſe ſit eos euidẽtèr aſſẽtiri noſtræ interpretationi.

CAPVT XIX.

Quòd Spiritus Sãctus ſit perſona diſtincta à Patre, & Filio ex nouo teſtamento probatur.

1\. NE longa diſputatio, & redũdans videatur, eodem capite oſtendemus ex nouo teſtamento plures eſſe diuinas perſonas: & ſigillatim de Spiritu Sãcto, quod à Patre, & Filio diſtinguatur.

2\. Veritas autem Sanctiſsimę Trinitatis perſpicua eſt in nouo teſtamento, in quo clariùs plures diuinæ perſonę ſignificantur, Ioan. 8. ait Chriſtus Dominus *Etſi iudico ego, iudicium meum verum eſt, quia ſolus non ſum, ſed ego, & qui miſit me, Pater; & in lege veſtra ſcriptum eſt, quia duorum hominum teſtimoniũ verum eſt.* Quibus apertè ſignificat, ſe & Patrem duos eſſe, ſicut duo teſtes duo homines ſunt: non tamen Filius, & Pater ſunt duo Dij ſicut duo homines, ſed duæ perſonæ, & vnus Deus. Quòd autem Deus vnus ſit infra probandum

Veritas Sanctiſſimæ Trinitatis perſpicua eſt in nouo teſtamento. Probatur 1. *Ioan. 8.*

De duabus perſonis Patris, & Filij.

Digitized by Google

bandum eſt. Cũ ergo Chriſtus Filius Dei naturalis Deus ſit, ſicut & Pater; & non ſint duo Dij; conſequens eſt, vt dicantur duo, quia ſunt perſonæ duæ. Et 1. Ioannis 5. in eundem ſenſum dicitur. *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo*, tres, ſcilicèt, perſonæ. Item Ioannis 10. ait Chriſtus Dominus, *Ego, & Pater vnum ſumus*, vnus de ſe ipſo non poteſt verè dicere, vnum ſumus, ſed vnus ſum. Vnde S. Auguſtinus tract. 36. in Ioannem. *Geminam*, ait, *peſtem elidit veritas dicens, Ego, & Pater vnum ſumus; quod enim dixit, vnũ, liberat te ab Ario; quod dixit, ſumus, liberat te à Sabellio*: qui, ſcilicèt, Sabellius negabat plures perſonas eſſe Patrem, & Filium. Et iterum Ioannis 10. *Ego in Patre, & Pater in me eſt*. Nemo autem eſt in ſe ipſo. Item Filius rogabat Patrem, & confitebatur Patrem maiorem ſe eſſe; nemo autem ſe ipſum rogat, & ſe ipſo maior eſt. Et huiuſmodi poſſunt afferri innumera argumenta valdè perſpicua. Mitto illud, quòd Filium à Patre neceſſe eſt generatione diſtingui, vt probat Tertullianus contra Praxeam. Ad quod etiam pertinet, quòd Filius eſt imago Patris teſte S. Paulo, Coloſſenſ. 1. *Imago inuiſibilis Dei*. Et iterum Hebręor. prim. *Figura ſubſtantiæ eius*, nullus autem eſt imago ſui, ſed alterius.

Probatur 2. de tribus perſonis. *1. Ioan. 5.*
3. De eiſdem duabus ſupra *Ioan. 10.* Contra Ariũ, & Sabellium. *S. Auguſt.*
4. De eiſdem duabus. *Ioan. 10.*
5. De eiſdem, aliis locis perſpicuis.
6. De eiſdẽ ex *Tertul.*
7. De eiſdem.
Coloſſ. 1. Hebr. 1.

Similia autem de Spiritu Sancto legimus in nouo teſtamento. Et quidem quod Spiritus Sanctus ſit perſona apertiſsimè probatur, ex eo quòd operatur, loquitur, docet, arguit, imperat, iuxta illud Matth. 10. *Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis*. Et item Ioannis 14. *Ille vos docebit omnia*. Et item Ioannis 16. *Arguet mundum de peccato*. Et iterum Actor 13. dixit Spiritus Sanctus. *Segregate mihi Barnabam, & Paulum*. Et iterum Actor 20. *In quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei*. Eſt ergo Spiritus Sanctus perſona diuina, quæ Eccleſiæ Dei præeſt, & illam moderatur; & impudentiſsimum eſt hoc negare eos, qui his verbis planiſsimis fidem adhibent. Quare rectè Sanctus Epiphanius libr. contra Nactianos hæreſi 57. Filium, & Spiritum Sanctum vocat Erypoſtaton, ideſt, in ſe ipſis ſubſiſtentes.

3. Sp. Sctũ eſſe perſonam diuinã, quę præeſt Eccleſiæ. Probatur ex operationibus *Matth. 10. Ioan. 14. Ioan. 16. Actor. 13. Actor. 20.*
S. Epiphan.

Quod autem ſit perſona diſtincta à Patre, & Filio, probatur primùm ex il- A lo verbo Chriſti Ioannis 14. *Ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis*. Alius enim dicitur abſque dubio perſona alia. Quo argumento vtitur Sanctus Athanaſius contra Gregales Sabellij, & Sanctus Baſili. oratione contra Arium, & Sabellium. Probatur item, quia Spiritus Sanctus dicitur, *Spiritus Dei, & Spiritus Patris*, in quo ſignificatur eius proceſsio à Patre, & clarius, *Spiritus veritatis, qui à Patre procedit*. Quod autem diſtinguatur etiam à Filio probatur ex eo quod dicitur de Chriſto ad Ioſeph, Matth. 1. *Quod enim in ea natum eſt, de Spiritu Sancto eſt*. Quia Chriſtus dicitur natus B de Spiritu Sancto, quaſi de perſona diſtincta. Quod ſignificauit per Iſaiam ipſe Chriſtus de ſe, Iſaiæ 48. *Dominus meus miſit me, & ſpiritus eius*. Et probatur clarius ex verbis Ioannis Baptiſtæ Ioan. 1. *Quia vidi Spiritum deſcẽdẽtem, quaſi columbam de cœlo, & manſit ſuper eum*. Non enim ipſe Filius rectè diceretur deſcendiſſe ſuper ſe nomine commutato, vt Spiritus deſcedens ſit ipſe Filius, ſuper quem ſpiritus deſcẽdit. Sed adhùc illuſtrius oſtenditur ex verbis Chriſti Ioann. 15. *Cum autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre Spiritum, qui à Patre* C *procedit &c.* Nõ enim dicitur mitti, niſi perſona alia à mittente; pelliturque dubium omninò dum Chriſtus ipſe ait de Spiritu Sancto Ioan. 16. *Ille me clarificabit quia de meo accipiet, & annunciabit vobis*. Dum ait, *Ille*, perſonam aliã indicat: & ille qui accipit perſona alia eſt ab eo diſtincta, à quo accipit; nemo enim accipit à ſe ipſo. Nec hoc tacuit Chriſtus Dominus, ſed dixit ibidem. *Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcũque audiet, loquetur*. Non ergo Spiritus Sanctus eſt ipſe Filius à quo D accipit, quod loquatur, quia nec à ſe ipſo accipit, nec à ſe ipſo loquitur. Nec verò arbitror opus eſſe lõgiori diſputatione in re perſpicua. Et hoc idẽ docet S. Epiphan. loco iam cõmemorato in locũ Ioan. 17. *Non dixit*, inquit, *Dñs, Ego vado, & Ego veniam; at Ego, & Ille &c.*

4. Quòd Sp. Sanctus ſit perſona diſtincta à Patre, & Filio Probatur 1. *Ioan. 14.* Eſt argum. *S. Athan. & S. Baſil.* Probatur 2. de Patre.
3. deinde de Filio. 1. teſtimoniũ *Matth. 1.*
Secundum. *Iſaiæ 48.*
3. clarius. *Ioan. 1.*
4. adhùc illuſtrius. *Ioan. 15.*
5. clariſsimũ. *Ioan. 16.*
Confirmatur *Ibidem.*
S. Epiphan.

Expreſſum autem eſt teſtimonium de tribus ſimul perſonis 1. Ioan. 5. *Tres ſũt qui teſtimonium dant in cœlo Pater & Verbum, & Spiritus Sanctus, & hi tres vnum ſunt*, & ſubijcitur. Si teſtimonium

5. Aſſerta diſtinctio probatur expreſsè *1. Ioan. 6.*

nium hominum accipimus, teſtimonium Dei maius eſt. Vbi planè ſcriptum eſt tres in cælo eſſe *D*eum verum, cuius teſtimoniũ verũ eſt. Quæ verba vt planiſſima à nonnullis Hæreticis fuiſſe ſublata, & prætermiſſa teſtatur *S.* Athanaſ. lib. 7. ad Theophilum de poceſsione regulę Chriſtianæ, Vigilius diſputat. inter Athanaſium, & Arium, Fabadius libr. contra Arianos, Eugenius Carthagineñſ. lib. de fide Catholica, Idacius capit. 5. Sanctus Hieronymus prologo in Epiſtolas Catholicas. Affert tamen hæc verba *S*ãctus Athanaſius diſputatione cõtra Arium, & Iginius Primus Epiſtola 1. ducentis ante Arium annis, vt leguntur in vulgari correcta.

Hæc verba Hęretici abraſerunt.
S. Athanaſ.
Vigilius.
Fabadius.
Eug. Carth.
Idacius.
Hieronym.
S. Athan.
Iginius.

6. *Probatur 5. autoritate Patrum de Trinitate diſputantiũ*

De myſterio Trinitatis diſputant diligentiſsimè Patres, Sanctus Epiphanius hæreſi 48. & 57. S. Baſilius in libris cõtra Eunomium, S. Athanaſius orationibus, & epiſtolis quamplurimis, *S*ãctus Cyrillus in Theſauro, & in dialogis per libros plures, S. Gregor. Nazianzen. orationibus quinque Theologię, S. Ioannes Damaſcenus in libris fidei Orthodoxæ: & ex Latinis, Tertullianus lib. contra Praxeam, S. Hilar. libris 12. de Trinitate, S. Auguſtin. 16. Sanctus Ambroſius in libr. de fide ad Gratianũ, & de Spiritu Sãcto, Marius Victorinus Afer contra *A*rium, quem refert *S*anctus Hieronymus in Cathalogo, Sixtus Papa ad Dionyſium, & Leo Primus Epiſtola 93. & Gregorius Bęticus haud ſpernendus libr. edito de Trinitat. contra *A*rium, quem & Hieroymus inter Eccleſiaſticos ſcriptores cenſet, *S*anctus *A*nſelmus in Monolog. & S. Bernard. lib. 5. de conſideratione ad Eugenium, Boetius item, & Richardus de Sancto Victore libros ſuos de Trinitate inſcripſerunt. Poſt Magiſtrum verò, qui Patrum ſententias congeſsit, in lib. 1. omnes Doctores de Trinitate commẽtati ſunt. Et inter omnes tàm Patres, quàm Scholaſticos Doctores, *S*anctus Thomas in 1. lib. ſentẽtiarum; in quæſtionibus de potentia: in opuſculis: Sed in libr. 4. contra Gentes & 1. p. ferè 20. quęſtionibus, lõgo interuallo & doctiùs & vberiùs, & luculentiùs præ omnibus proculdubio diſputauit: quod facilè erit dum diſſeremus, intueri; cum nihil in diſputando occurrat, quod S. Thomas non attigerit, nihil difficile quod non explicauerit. Hi omnes vno conſenſu eam hæreſim, quæ negat plures eſſe diuinas perſonas arguunt, & refellũt; nec enim opus eſt innumeras illorum ſententias recenſere.

S. Epiphan.
S. Baſil.
S. Athanaſ.
S. Cyrill.
S. Greg.
S. Damaſ.
Tertul.
S. Hilar.
S. Auguſt.
S. Ambr.
Mar. Vict.
Sixtus Pap.
Leo Primus
Greg. Bæt.
S. Anſelm.
S. Bernard.
Boetius,
Richard.
Magiſter.
Omnium optimè S. Thom.

7. *Probatur 5. Sanctis viſionibus, & oraculis.*

*S*unt etiam ſanctæ viſiones, diuinaq; oracula plurimis ſanctorum enunciata, quibus etiam veritas *S*anctæ Trinitatis corroboratur; quæ narrat longiùs Rob. Bellarminus lib. 1. de Chriſto cap. 12. & cap. 13. ad finem, & nonnulla miracula hoc ipſum atteſtantia. Confirmat autem fidem hanc Trinitatis, atque excitat res geſta. Cum enim populus Cõſtantinopoli ſupplicationes faceret, eò quòd Vrbs motibus terræ quateretur, Felix Papa enarrat in Epiſtola ad Zenonem Imperatorem, è populo raptum puerum fuiſſe in altum, & ab Angelo didiciſſe Sacrum Canticum, quod Græci dixerũt Triſagium, eo quòd ter Sanctus inclametur. *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis miſerere nobis*. Qua repetitione Pater, & Filius, & *S*piritus *S*anctus inuocatur; delapſo autem puero, & quę didicerat, nunciante, populum eo hymno dicto numen trinum votis ſuis præſens ſtatim habuiſſe. Qui hymnus fuit ab Eccleſia hilariſsimè receptus; & in *S*ynodo Calcedonẽſi celebratus cãtibus, teſte S. Ioanne Damaſceno lib. 3. fidei Orthodoxæ capit. 10. In quem poſtea Hæretici calumnias ſuas (vt ſolent) coniecerunt, vt dicemus cap. ſequenti.

Bellarmin.
Confirmatur ex hiſtoria.
Felix Papa.
Triſagius hymnus dictus Trinitati.
S. Damaſ.

8. *Probatur 6. ex definitione Eccleſiæ.*

Vno ergo totius Ecleſię conſenſu definita eſt hæc veritas in Concilijs ſæpiſſimè. Et habetur cap. Firmitèr de ſumma Trinitate; & in *S*ymbolo S. Athanaſij ab Eccleſia recepto. *Alia eſt perſona Patris, alia Filij, & alia Spiritus Sancti*. Et iterum, *nec confundẽtes perſonas, nec ſubſtantiam ſeparantes*. De nomine Trinitatis lib. 5. dicemus. Quod autem perſonæ ſint tres, & non plures ex proceſsionibus diuinis libr. ſecund. demonſtrandum eſt. Quid verò ſignificetur nomine perſonæ libr. 4. diligentiùs expendendum.

C. Firmiter.
Symb. S. Athanaſ.

CAPVT. XX.

Hæreſes contrariæ refelluntur.

Pars prior. *Refelluntur hæreſes contra diuinas perſonas aſſertæ.*

Pars

Digitized by Google

Pars poſterior. *Refelluntur hæreſes contra perſonam Spiritus Sancti aſſerta.*

PARS PRIOR.

Refelluntur hæreſes contra diuinas perſonas aſſerta.

1. Hæreſis negãs plures eſſe in Deitate perſonas. Illius caput fuit Noetus.

HÆreſis eſt iamdiù Eccleſiæ infeſta eorum, qui negant plures eſſe in Deitate perſonas: quod diù docuerunt Hermogenes, Praxeas, Noetus, Sabellius; fuitque hæreſis caput Noetus, quẽ conſequuti ſunt Praxeas, Hermogenes, & Sabellius (vt ait Philaſter Epiſcopus Brixianus apud S. Auguſtinum de hæreſibus, ad quod vult Deus hęreſi. 41.) Ptolemaide Ægypti ſub Galieno Imperatore, vt narrat Gilbertus Genebradus lib. 3. Chronicon, pagina 531. Noetum etiã auctorem fuiſſe hæreſis teſtatur S. Epiphanius hæreſi. 57. Alij Praxeam antiquiorẽ Noeto volunt hæreſim inchoaſſe, vt colligitur ex Tertulliano in lib. de Præſcriptionibus contra hæreticos cap. vltimo. Hermogenem in hac claſſe recenſet S. Auguſt. lib. de hæreſibus c. 41. Montaniſtas verò in eo numero nõ ponit, eorum errores commemorans cap. 26. Sanctus autem Epiphanius apertè affirmat Montanũ rectè ſenſiſſe de perſonis diuinis: at verò S. Hieronymus epiſtol. 54. Montaniſtas coanguſtaſſe ait diuinas perſonas in vnam; & fortaſſe diſcrepat S. Hieronymus ab alijs, quoniam fuere quidã Montaniſtæ huius ſectæ, quam Montanus non fuerat conſequutus, vt refert Nicephor. lib. 4. hiſtoriæ cap. 22. Dicitur verò Sabelliana hæreſis, non quòd fuerit Sabellius autor, ſed quòd eam amplificauerit; fuit enim Sabellius Noeti diſcipulus, teſte Philaſtrio, diſcipulus, inquam hoc eſt, ſectator, cum ea ætate Noeti non vixerit; ſed magiſtro in hæreſi extitit famoſior. Deindè eos conſequuti ſunt Paulus Samoſatenus, & Photinus teſte S. Hilario libr. de ſynodis. Sed & Priſcilianus eandem hæreſim excitauit, vt refert S. Auguſtinus de hæreſibus cap. 7. De qua etiam tractat Euſebius Cæſarienſ. lib. 10. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 29. & S. Thomas 4. contra gentes cap. 5.

Philaſter. *Genebrard.* *S. Epiphan.* Alij Praxeam caput faciunt. *Tertull.* *S. Aug.* *S. Epiphan.* Ait Montanũ hæreſiarchã rectè ſenſiſſe de perſonis diuinis. *S. Hieron.* Quidam Mõtaniſtæ cũ Noeto. *Nicephor.* Sabellius huius hæreſis amplificator magiſtro famoſior. *S. Hilar.* *S. Aug.* *Euſeb. Cæſ.* *S. Thomas.*

2. Sabellij hæreſis proponitur.

Affirmabat Sabellius eundem Deum perſonam vnicam, ſeu vnam, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum dici: Patrẽ dici, quatenùs Auctor rerum eſt; Filium verò, quia ex Virgine idem Pater natus eſt; at Spiritum Sanctum dici, quatenùs nos ſanctificat. Et vt refert S. Athanaſ. oratione, Deus ex Deo, contra Arium, dicebat Sabellius Patrem dilatari in Filium, & Spiritum Sanctum, ſcilicèt ſecũdum actiones diſtinctas, à quibus diſtincta nomina ſibi comparabat. Videtur autem fuiſſe auctor hæreſis Simon ille Magus, qui raptus à Dæmone coram populo Romano videbatur ad cœlos conſcendere, & à Petro Deum orante deiectus eſt. Is autem, teſte Theodoreto lib. 1. Hæreticarum fabularum, *ſe ipſum nominabat infinitam potentiam: & ſe Iudæis quidem tanquam filiũ apparuiſſe; ad Samaritanos autem tanquam Patrem deſcendiſſe; ad alias autem gentes tanquam Spiritum Sanctum acceſſiſſe.* Quę ſunt verba Theodoreti: Et idem aſſerit S. Iuſtinus Martyr in Dialogo cum Triphone pag. 98. & Apolog. 2. pag. 24. & 38. & apertiſsimè S. Cyrillus Hieroſ. Catecheſi. 6. refert Simonem dixiſſe ſe Patrem eſſe, & Chriſtum, & Spiritũ Sanctum. Simon ergo dum ſe Deum prædicabat, confundebat ſimul diuinas perſonas, ſe eſſe Patrem, & Filium, & Spiritũ Sanctum aſſerens. Quidam verò Hæreticus dictus Manes (à quo Manichæi) pronunciauit ſe eſſe Chriſtum, & Spiritũ Sanctum ſimul, vt refert Theodoretus lib. 1. ad finem, quæ ſunt portenta hæreſum. Cyrillus verò ea Catheceſi. 6, & 16. dicit Manetem feciſſe ſe ſpiritum operatiuum.

S. Athan. Auctor huius hæreſis Simõ Magus arrogãtèr inſanit. *Theodor.* *S. Iuſtinus.* *S. Cyril. Hieroſol.* Similitèr inſanit Manes hæreſiarcha à quo Manichæi. *Theodoret.* *S. Cyrillus.*

3. Hebiõ, & Cherinthus in quo cum Sabellianis cõueniãt. Item Samoſat. ac Photinus. *S. Irenæus.* *S. Aug.*

Alij verò in eandem hæreſim ibant, vt plures eſſe perſonas diuinas negarẽt, Hebion, & Cherinthus apud S. Irenæũ lib. 1. cap. 25. & 26. quos etiam Paulus Samoſatenus, ac Photinus conſequuntur apud S. Auguſtinũ de hæreſibus hæreſi. 44. & 45. qui dicebant Chriſtum ante Incarnationem nihil fuiſſe; ideòque vnicam perſonam diuinam agnoſcebãt. Sed Sabellius eandem perſonã dicebat Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, & Chriſtum. Vnde dicebantur Patripaſſiani, quia cum Chriſtum paſſum faterẽtur, non negabant Patrem etiam paſsũ, ideòque Patripaſsiani dicti. Samoſatenus verò cum Hebione perſonã Chriſti non æternam eſſe, neque diuinam dicebat; ideòque etiam negabat eſſe plures perſonas diuinas. Ariani autem re ipſa in eandem hæreſim currunt, quia dum

Sabelliani dicebantur Patripaſsiani. In quo diſcrepent à Samoſateno, & Hebione.

Digitized by Google

In quo differant ab Ario quantũ adverba Arij.

Contra Hebionem, & Cherinthum dicitur Ioannes Euãgeliſta Euãgelium conſcripſiſſe.

Theodoret.

Filium,& Spiritum Sanctum negant eſſe verum Deum,vnicam perſonam diuinã relinquunt,ſcilicet Patrem;verbis tamẽ Filium, & Spiritum Sanctum Deum dicunt,& eſſe perſonas in Deitate tres,nõ vnã,vt Sabellius. Arius ergò dicit Chriſtum eſſe perſonam diſtinctam à Patre; Sabellius verò negat eſſe diſtinctã. Cõtra Hebionem, & Cherinthum dicitur Ioannes Euangeliſta Euangelium conſcripſiſſe,vt refert Theodoretus, & alij.

4.

Noſtris autem ferè temporibus hęreſis ſepulta reuixit autore Michaele Serueto anno milleſsimo quingẽtiſsimo trigeſsimo ſecundo,teſte Surio,quẽ ſequuti ſunt Trãſyluani hæretici Principe Georgio Blandrata. Hi enim, & perſonarũ numerum negãt cum Sabellio;& Chriſti Domini perſonam ex tempore creatã, & exiſtentem blaſphemè aſſerunt cũ Samoſateno;& dicuntur noui Samoſateni, eò quòd Samoſatenus vtrãque hæreſim complexus eſt,quod iſti faciunt.

Noui Samoſateni duplicem hæreſim,vt Samoſatenus,cõplexi.

5. In eadem hæreſi Iudęi.

Item Mahometus.

In hac ergo perfidia ſunt Iudæi, qui cum vulgò ante Chriſtum Dominũ natum ignorarent myſterium Trinitatis, eius prædicationem exoſi in eadem incredulitate perſeuerant;quos libuit Mahometo ſequi.

6. à Philoſophis initia hæreſũ.

Videntur autem hanc hæreſim priſci Auctores imbibiſſe ex dictis Philoſophorum,quia Philoſophi myſteria accipientes à teſtamento veteri, quæ non pura hauriebant, & ſua ex mente poſteà alijs effutiebant, mille erroribus implicata reliquerunt, vt anteà admonuimus.

7. *S. Cyrillus.* *Triſmegiſt.*

Poteſt Chriſtianè explicari.

Item ab hæreticis diſtorqueri.

Similiter *Plato.*

Auerrois philoſophia negans Trinitatem.

Refert igitur S.Cyrillus contra Iulianum libr. 1. Hermetem Triſmegiſtrum cum Deum,& mẽtem, Spiritũq; Sanctũ prædicaſſet, iterùm cõfundere perſonas his verbis, *Omninò eſt Dominus, & Pater,& Deus,& fons, & vita,& veritas, & lux,& mens,& ſpiritus.* Quę etſi poſſint explicari Chriſtianè,vt non accipiamus mentem, & Spiritum pro perſonis; ſed pro ſubſtantia intelligente, & ſpirituali: forſan tamen hæc verba, & ſimilia hæreticos in ſenſum impiũ impulerunt. Nam & in ijs, quæ Porphyrius refert de Platone, *Mens* dicitur *per ſe genita exiſtens, & ipſa Pater.* Quæ verba lib. 2. expendemus; nec enim oportet diutiùs in hac re verſari. Hinc etiam Auerroes. 12. Metaphy.& Philoſophos,& inanem philoſophiam ſequutus negauit poſſe defẽdi in vna ſubſtantia indiuidua tres perſonas ſubſiſtere; neceſſe enim eſse, vt tres perſonæ ſint non in ſubſtantia indiuidua, ſed ſpecifica, vt tres homines in vna ſpecie. Et idem notat Celſidius ſuper Timęum Platonis pag.44. Nuſquam enim Philoſophi priſci vnam Deitatem in tribus perſonis potuerunt exiſtimare; quos & hæretici ſequuti ſunt. Vide Nicephorum libr. 8. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap.47. vbi de ea re diſserit contra Philoponum; vide etiam Gilbertum Genebrardum libr. de Trinitate, vbi recitat etiam Suidam. Quare & Arius Philoſophorum aſsecla non poſse intelligi aſseuerabat, quod tres perſonæ ſint vnus Deus, ſed eſse hoc argumentum inſolubile, vt refert Vigilius diſputatione inter Arium,& Athanaſium.

Celſidius. Similiter priſca philoſophia

Nicephor.

Genebrard. *Suidas.*

Arius Philoſophorum aſſecla.

Vigilius.

8. In hymno Triſagio duæ hæreſes intruſæ.

Prima ponit quatuor perſonas diuinas, duas verò in Chriſto.

S. Damaſc.

Aduertendum quoque eſt, quòd in hymno Triſagio ſupra commemorato duæ hæreſes intruſæ ſunt. Altera Petri Gnaphei cuiuſdam, qui quatuor perſonas diuinas eſse docuit; duas ſcilicèt in Chriſto,alteram diuinam,alteram humanam, vt refert S. Ioannes Damaſcenus 3.lib.fidei Orthodoxę cap.10.& in epiſtola de Triſagio; occaſione verborum, *Sanctus immortalis*: quaſi tèr repetito nomine, *Sanctus*, tres perſonæ ſignificẽtur, & addito, *immortalis*, quarta perſona. Futile ſanè argumentum; præterquã quòd in Græco coniunctio, &, non legebatur, vt Damaſcenus docet. Alij verò quartam perſonam addebant Triſagio, eò quòd in cantico Seraphinorum Iſaiæ 6. additur,poſt trinam acclamationem, *Sãctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum:* & Apoc.4. *Sanctus, Sãctus, Sãctus, Dominus Deus omnipotens:* quaſi quartũ nomen additũ ſignificet quartam perſonam,& ita ſint perſonæ duę in Chriſto: cum tamẽ illud quartum nomẽ ponatur, vt commune tribus perſonis, vt explicat Alcuinus Albinus de S.Trinitate lib.1. cap.3. de qua re Clitoueus in Damaſcenum. Sed,quod ad rem eſt, altera ex oppoſito occurrit hæreſis propter falſam intelligentiam S. Epiphanij, vt refert etiam Sixtus Senenſis libr. 5. Bibliot. Sanctæ. Dicebant Hæretici Triſagium Chriſto Domino decantari,quaſi ipſe eſſet Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus ter in Triſagio inclamatus. De qua re Damaſcenus in epiſtola de Triſagio longiſsimè diſputat, & docet Triſagium per diphtongum,ei, neceſſariò ſignificare

1. argumentũ pro hac hæreſi futile.

2. argum. *Iſaia.6.*

Apoc.4.

Alcuinus. *Clitoueus.*

Secunda hæreſis oppoſita, Chriſtum eſſe Patrem,Filiũ, & Sp. Sanctũ.

Sixt.Sen.

D. Damaſc. Triſagiũ per, ei, ſignificat

Digitized by Google

ternariũ ſanctũ per, i. ſanctum per excellentiam.

nificare ternarium numerum; nam per ſimplex, i, nõnunquam ſignificat aliquid per excellentiam Sanctum. Quod ergo attinet ad nomen, Triſagius, dum ternarium Sanctum ſignificat, non poteſt Chriſto Domino conuenire; benè tamẽ quatenùs ſignificat per excellentiã Sanctum.

Olim Trinitati in prima ſignificatione decantabatur.

Quod verò attinet ad hymnũ, qui Triſagius dicebatur, fuit quidem in gloriam Trinitatis inuentus, & eidem vſu Eccleſiæ dicatus; neque olim Chriſto Domino à Catholicis attributus. Trina verò acclamatio Seraphinorum nõ Chriſto Domino, ſed Trinitati dicabatur, cuius doctrinæ teſtes refert ipſe Damaſcenus S. Athanaſium, Baſilium, Gregoriũ, & cæteros Patres.

Nunc Chriſto in ſecunda.

Sed tamen extincta hæreſi Sabelliana, hic hymnus in Eccleſia decantatur Domino Chriſto, remota omni ſuſpicione, quod ipſe ſit Pater, aut Spiritus Sanctus; ſed quod excellentiæ cauſa ter inclametur, Sanctus Deus, Sãctus fortis, Sanctus immortalis.

9\.
Argumenta Hæreticorum. 1. Trideros vocabant Chriſtianos.

Nazianz.

Eſt autem his hæreticis illud argumẽtum commune, quòd tres perſonas ij qui credunt, tres Deos inducant, & Trideros vocabant Chriſtianos, id eſt, cultores trium Deorũ, vt eſt auctor S. Gregor. Nazianz. oratione de laudibus Heronis, & oratione 5. Theologa. Quod quidem impijſsimè nobis obijciunt; nos enim cõfeſsionem diuinarum perſonarum ab vnitate Deitatis inchoamus. *Credo in vnum Deum.*

Reſpondetur in vna Deitate plures perſonas illius infinitatem cõmendare.

Idem.

Quod autem in Deitate vna plures ſint perſonæ, commendat maximè infinitæ naturę excellentiã, quod pulchrè dixit idem Nazianzenus oratione de Natiuitate Domini. *Ne diuinitatis inopia premi iudicemur.* Eſt enim copia quædam, quod diuina bona communia ſint pluribus perſonis; inopia foret, ſi in vnica perſona conſtricta & coarctata eſſent.

10\.
2\. argum.

Aliud argumentum hæreticorum eſt; Verus ille Deus adeò in literis ſacris prędicatus, eſt ipſe Pater diuinus; ſi ergo Deus ipſe eſt trinus, Deus trinus eſt Pater.

Reſpondetur.

Verus Deus eſt Pater, &c. hinc nõ ſequitur quòd Deus trinus ſit Pater.

Argumentum procedit ex falſa intelligentia ſcripturæ; aliqui enim exiſtimarunt nomẽ, Deus, ſemper accipi pro Patre, quod poſteà cõfutabimus. Verus ergo Deus eſt Pater, ſicut eſt Filius, & Spiritus Sanctus; nulla ergo conſequentia eſt, quod Deus trinus ſit Pater, ſicut nulla eſt conſequentia, quod Filius ſit Pater, vt lib. 5. docebimus.

A

11\.
3\. argum. quo Blandrata hæreticus iactat ſe conuiciſſe Caluinum

Aliud argumentum. Verus Deus inuocatur per Chriſtum, ſed Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus non debent inuocari per Chriſtum, quia Chriſtus eſt ipſe Filius, & ſic inuocaretur per ſe ipſũ; ergo Deus non eſt Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus ſimul. Quo argumento hæreticus Blandrata iactat ſe cõuiciſſe Caluinum, qui tres perſonas confitebatur. Argumentum autem præcipuè eſt contra Chriſti diuinitatem, quaſi ipſe nõ ſit Deus, ſiquidẽ Deus inuocatur per Chriſtum.

Reſpondetur. Chriſtus ſecũdum humanitatem, eſt aduocatus apud ſe ſecundũ diuinitatem.

Reſpõdetur tamẽ quod ipſe Chriſtus ſecundum humanitatem, eſt aduocatus apud ſe ſecundum diuinitatẽ; vt docent Patres, & alio loco docendum à nobis eſt.

B

Eccleſia in precibus ſignificat perſonarũ diſtinctionẽ.

Eccleſia verò in precibus maximè ſignificat perſonarum diſtinctionẽ, quia precatur Patrem per Chriſtum Filium eius in Spiritu Sancto.

12\.
4\. argum. ſit à nouis Samoſatenis.

Nouum argumentum excogitarunt noui Samoſateni; idq; impudentiſsimũ, & abſurdum. Ex eo enim, quod hæc veritas ab exordio naſcentis Eccleſiæ prædicata eſt, & omnium Chriſtianorũ conſenſu firmata, ſtultè arguunt eſſe ſeductionem de qua dicitur Lucæ 21. *Videte ne ſeducamini*, Actorum. 20. *Intrabunt poſt diſceſsionem meam lupi rapaces in vos.* & ad Coloſſenſ. 2. *Videte ne quis vos decipiat per philoſophiam.*

Lucæ. 21. *Actor. 20.* *Coloſſenſ. 2.*

C

Reſpond. 1.

Sed tamen ſeductio nõ potuit dici ab Apoſtolo ea, quam ipſe maximè prædicauit de Patre Ieſu Chriſti, & de Spiritu Sancto apertè differens; neque inanis philoſophia, quã Apoſtoli quoque prædicare admoniti ſunt Matth. 28. *Euntes docete omnes gẽtes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.*

Matth. 28.

Reſpond. 2.

Simile autem argumentum poſſent efficere de omni veritate Catholica, quam ipſi Apoſtoli populis, & gentibus annunciarunt.

Seductio vera eſt Sabelliana hæreſis, & ſimiles.

Sed potiùs ſeductio dicitur poſt diſceſſum Apoſtolorum Sabelliana hæreſis, quæ Patrem, & Filium confundit; & aliæ ſimiles contra veritatem Trinitatis annunciatam exortæ.

D

Nec verò minùs abſurdæ, & futiles ſunt aliæ nouorum Hæreticorum obiectiones. Argumenta verò contra huius fidei veritatem, quæ Hæretici ab inani, imò falſa philoſophia conficiunt, ad finem huius libri ſoluentur, præmiſsis nonnullis quæſtionibus, quæ ad explicationem rei videntur conducere.

POSTE-

Digitized by Google

POSTERIOR PARS.

Refelluntur hæreſes contra perſonam Spiritus Sancti aſſerta.

1.

De Patre Valentinus Gentilis nouus hæreticus.

Pugnantia loquitur.

DE ſingulis tamen perſonis fuerunt hæreſes ſingulæ negantium Patrē, & Verbum,& Spiritum Sanctū eſſe perſonas. De Patre Valētinus Gentilis nouus hæreticus ait, quòd Pater nō ſit perſona, ſed ſpiritus quidam à quo omnia. Sed profectò ille impius vocem propriã ignorauit. Nam in natura rationali perſona eſt,à qua eſt operatio:conceſſit ergo definitionem, notionemq; perſonæ, perſonam autem per ſtultitiam negauit. Neque verò cogitatione fingi poteſt natura ſine hypoſthaſi vlla,ſiue perſona, cuius natura ſit.

2.

De Verbo antiquæ hæreſes Sabellianorū. *S. Athanaſ.* *S. Baſil.* Filiū eſſe perſonam nō negabāt,ſed Verbum.

De Verbo etiam fuere antiquæ hæreſes Sabellianorum non eſſe perſonam, vt teſtatur *S. Athanaſius* oratione contra gregales *Sabellij*; & S. Baſil. contra *Sabellium*,& Arium.Diuidebant autem Verbum à Filio, nam Filium perſonam eſſe non negabant, ſed Verbum non eſſe perſonam dicebant.Eſſe autem Chriſtum perſonam vnam, & eandem, quod perſpicuum eſt, tomo 4. commonſtrabimus,Deo fauente. Libro autem 2. huius operis Verbum, & Filium eandem perſonam eſſe docebimus.

3.

De Sp.Sancto hæreſis. *S. Athanaſ.*

Eſt autem hæreſis quoque de Spiritu Sancto,quòd nō ſit res ſubſiſtens,& perſona. Nam S.Athanaſius in oratione de communi eſſentia Patris, & Filij diſputat contra quoſdam hæreticos, qui aſſerebant Spiritum Sanctum eſſe quoddam Dei donum,ſeu virtutem.Et S. Thomas 4. contra gentes cap.18. refert ex Macedonianis,qui Spiritum Sanctum negabant, quoſdam dixiſſe eum eſſe ipſam diuinitatem Patris, & Filij, de quibus S. Auguſtinus libr.de hæreſibus hæreſi. 52. Alios verò dixiſſe Spiritum Sanctum rē creatam eſſe, ſcilicèt, vim aliquam, aut rem quampiam animis noſtris inhærentem, quæ non eſt perſona, cum ſit accidens inhærens. Sadducæi quoque negabant Spiritum Sanctum omninò eſſe, vt teſtatur S.Gregor.Nazianz.oratione 5.Theologa.

S.Thom. Veteres Macedoniani in duas ſectas oppoſitas diuiſi. *S. Aug.* *Sadducæi.* *Nazianz.*

4.

Noui Macedoniani ſimilitèr bipartiti. Seruetus poſteriores ſequitur.

Ex nouis autem Hæreticis Seruetus ait Spiritum Sanctum non eſſe rem ſubſiſtentem, ſed vim quandam, & Dei impulſum, poſteriores Macedonianos ſe-

A quutus. Gregorius verò Blandrata ſequitur priores,& ait Verbum, & Spiritū Sanctum non eſſe perſonas diuinas, ſed virtutes Dei. Et hos ſequitur alia turba Hæreticorum,vt referūt Robertus Bellarminus vir ſtudioſiſsimus, & Gregor. de Valentia. Cum quibus hæreticis cōſentit SchegKius ille, quem Gilbertus Genebrardus doctiſsimè oppugnat, aſſerens tres perſonas eſſe tres virtutes, ſiue potentias eiuſdem eſſentiæ,nō ſubſiſtentes, vt lib.4.dicemus.

Blādrata priores. *Bellarm.* *Valentia.* *Genebrard.* In SchegKiū cum Blandrata ſentientē.

5.

Mar. Vict. longè abeſt ab hæreſi. Tridimanos.i. tres potentias habens.

SchegKio videtur fauere Marius Victor. lib.4. contra Arium, B *Tridimanos, inquit, eſt Deus,id eſt,tres potentias habens,eſſe,viuere,& intelligere.* Sed Marius longè abeſt ab hæreſi. Nam etſi tribus perſonis attribuat potentias tres, non tamen potentias re ipſa diſtinctas, quas ſępiùs ait eſſe idem:perſonas autē, & ſubſiſtentias ait eſſe diſtinctas libris ſuis contra Arium.Gennadius etiam Patriarcha Conſt. in ſua confeſsione Verbum,& Spiritum Sanctū dicit duas energias,id eſt, potentias naturales Dei; ſed loco eodem dicit hypoſthaſes tres. Idē tamen Marius fiducia quadam in omnibus Platonizantis, ac myſticè philoſophātis,verbis quidèm ferè labitur in hæ- C reſim,non ſatis diſtinguens Spiritū Sanctum à Filio. Et ipſam quidem Deitatē libris illis contra Arium nūcupat nomine Spiritus Sācti, quo nomine fauet hæreſi Serueti dicentis Spiritum Sanctum eſſe potentiam, non perſonam: aliquando verò ait vnum eſſe Filij, & Spiritus Sancti motum, quo ſcilicèt ſunt à Patre; cum tamen hæreticum ſit dicere proceſſionem vnam duorum, quod libr.2. declarandum eſt. Nonnūquam verò ipſam perſonam Spiritum Sanctum videtur dicere Chriſtum eſſe, præſertim libr.illo 8. D ſic enim loquitur de Paraclito, *Quis eſt iſte? vnusne ſolus Spiritus Sanctus? an idem,& Chriſtus? Etenim ipſe dixit,aliū Paraclitum dabit vobis Deus. Dum dixit alium,ſe dixit alium: dum dicit Paraclitum operam ſimilem declarauit.* Et poſt pauca. *Alius Paraclitus; & ipſe à Patre mittitur;Ieſus ergo Spiritus Sanctus.* Et lib.eodem. *Quis igitur eſt Spiritus Sanctus, id eſt, logos.* Et iterùm, *An quia idem ipſe Chriſtus, & Spiritus Sanctus?* Et inferiùs: *Ergo Spiritus Sanctus in iſto actu alter Paraclitus.* quaſi non perſonalitèr ſit alter, ſed ſolo actu, vt anteriùs

Al eſt etiam Gennadius.

Marium prædictum verbis ferè labi in hęreſim, oſtenditur, Primò. Secundò. Tertiò, variis locis. Primus. Secundus. Tertius. Quartus. Quintus.

Digitized by Google

Prima reſpõſio pro Mario.

A anteriùs inſinuauerat. Profectò ſi de editione librorum Marij timendum eſset, ſuſpicaretr quædam ex his, & ſimilia à Sabellianis fuiſſe ſuppoſita. Et quidem circa veræ fidei ſinceritatem, apparet in libr. eodem dixiſſe ſubſiſtentias tres, id eſt, perſonas tres: quid clarius?

6. Secũda reſpõſio, & præcipua.

At verò ad ſententiarum iſtarum elucidationem, ſcire oportet Marium ijs in locis myſticè, ac metaphoricè philoſophari; nam & incarnationem Verbi, & mortem, & deſcenſum ad inferos, & reſurrectionem myſticis ſenſibus quibuſdam interpretatur. Quarè non eſt mirãdum quòd miſsionem Spiritus Sancti myſtico etiã ſenſu proindè inducat: quo ſenſu myſtico Paraclitum miſſum à Patre nũcupat Spiritum Sanctum. *Quis eſt iſte*, inquit, *vnusne ſolus Spiritus Sanctus, an idẽ & Chriſtus?* quaſi dicat verbis clarioribus. Solusnè Spiritus Sanctus perſona, inquam, à Filio diſtincta, dicitur Spiritus Sanctus, aut Paraclitus? an etiã ſenſu, ſcilicèt, myſtico dicemus Chriſtum Paraclitum miſſum? Et obijcit ſibi quia Chriſtus dixit, alium Paraclitum. Sed & hoc myſticè declarat Marius; *Dũ dixit*, inquit ille, *alium, ſe dixit alium*: alium ſcilicèt, non perſonaliter, ſed officio, videlicèt ſimili opera. Quia ipſe Chriſtus myſtico ſenſu dicendus ſit Paraclitus miſſus, cum ipſius ſit prima proceſsio, ex qua ſuo ordine proceſsit perſona Spiritus Sancti. Et ſimilitèr declaranda quæ ſequuntur ſcilicèt Chriſtũ eſſe Spiritum Sanctum miſſum miſsione illa prima, qua & Chriſtus, & Spiritus Sãctus ſiue Paraclitus dici poſsit. Sanctum etiam Spiritum logon dici, id eſt, verbum, quia vtrunque nomen vſurpat, vt commune tribus perſonis libris ijſdem: quare non eſt mirum, quod vtrũque tribuat vni perſonæ. Quòd verò interrogatione illa permittit eundem eſſe Chriſtũ, & Spiritum Sanctum myſtico ſenſu intelligendum eſt. ſ. opera ſimili Chriſtum eſſe vtrunque. Et eodem modo declarãdum, quod ait Spiritum Sanctum alium eſſe Paraclitum actu quodam: quia myſtica illa ſignificatione nõ diſtinguit Spiritum Sanctum à Chriſto perſonaliter, ſed operatione. Cæterùm hæc myſtica probauerim in geſtis Patrũ, & interpretatione ſcripturarum: at in diſputatione contra hæreticos periculis hęreſum pleniſsima, Marium minimè collaudauero

Marius in ſenſu myſtico loquitur, dũ Paraclitum miſſum à Patre, .i. Filiũ, nuncupat Spiritũ Sanctum.

Sic explicantur loca adducta. Primus.

Secundus.

Tertius.

Logon. i. verbum, & ſpiritũ ſactum vſurpat Marius vt nomina communia tribus perſonis.

Quartus.

Quintus.

In diſputatione contra hæreticos non eſt diſſerendũ obſcurè & incautè, vt Marius.

tam obſcurè, & incautè diſſerentem, & omnia commiſcentem varijs myſterijs; ſed hæc ſcribimus in defenſionem viri clariſsimi.

7 Marius diſtinguit perſonas diuinas per attributa eſſentialia ratione diſtincta.

Verum equidèm eſt Marium diſtinguere perſonas diuinas per attributa eſſentialia tribuens Patri eſſe, Filio vitã intelligentiam Spiritui Sancto: nõ quòd exiſtimet has eſſe res diſtinctas, cũ perpetuò affirmet omnia hæc eſſe vnũ; neq; verò quòd excludat proprietates perſonales, cum ijſdem libris ſubſiſtentias tres dicat, & res tres lib. 4. & exiſtentes.

B Et lib. 4. ad finem, Chriſtum exiſtere ſua exiſtentia, & Spiritum Sanctum ſua. Sed dùm petit diſtinctionem aliquam, quæ poſsit explicari inter perſonas, ab ipſa ratione diſtinguente attributa, Filium coniungit cum Spiritu Sancto, quia intelligentia attributa huic, eſt quædam vita quæ tribuitur alteri. i. Filio, quod etiam facit lib. 4. contra Arium, *Quodãmodò*, inquit, *idem Ieſus, idem Spiritus Sanctus, actus ſcilicèt agẽdi diuerſi*, quodammodò, inquit, idem, quia ſunt actione diuerſi.

Eadem ratione coniungit Filium cũ Spiritu Sancto.

C Vbi non videtur myſticè loquì, neque Chriſtum dixit eſſe Spiritum Sanctum, & repetit Chriſtum eſſe idem, & Spiritum Sanctum idem, perſonas, vt videtur, diſtinguens. At verò ad finem iſtius libri 4. myſtica ſignificatione immutata dicit Spiritum Sanctũ eſſe Chriſtum. *Iam verò*, inquit, *Spiritum Sanctũ alio quodã modo ipſum eſſe Ieſum Chriſtum occultum, interiorem, cum animis fabulãtem.* Quod faciliori equidèm metaphora dicitur, eò quòd Chriſtus mittit in nos Spiritum Sanctum habitantem, & loquentẽ, vt ipſe Chriſtus dicatur nos inhabitare, & nobiſcum loqui. Et hoc

Cum Spir. Sãctus ſit miſſus in nos à Chriſto, dicitur à Mario eſſe Chriſtus, & metaphora faciliori quàm è cõtra.

D idẽ declarat qua ratione Marius Chriſtum etiam dixerit Spiritum Sanctũ. Similitèr vel corrigendus eſt locus, vel aliqua ratione elucidandus apud eundem Marium Vict. libr. 3. contra Arium, vbi videtur dicere Spiritum Sanctũ eſſe eũdem Filium Dei: *Nemo igitur*, inquit, *ſeparet Spiritum Sanctum, & propter ma blaſphemiæ eſſe neſcio quid ſuſpicatur, quia & ipſe de Patre eſt, quia ipſe eſt, & Filius, qui de Patre eſt.* Quę verba ſic leguntur tomo 4. Bibliot. Patrũ, editione 2. Pariſijs elaborata, qua vtimur. Quòd & ſi alijs codicibus ſic habentur, punctis diuidenda verba ſunt, vt ſenſum Catholicum faciant, in hunc modum; quia ipſe

Locus Marij fortaſſe corrigendus.

Punctis diuiſus aliqua ratione licèt duriore ſenſum catholicũ facit.

eſt

eſt, & Filius, qui de Patre eſt. Vt intelligatur ipſe ſpiritus eſſe qui de Patre procedit, & Filius etiam de Patre procedere; vt relatiuum, qui, referat duos, ſcilicèt Spiritum, & Filium ſenſu diſiunctò. Fateor & hunc loquendi modum duriorem eſſe. Marius tamen libris contra Arium ſępè numerat, vt obſeruauimus, perſonas tres, & loco eodem paulò anteriùs, *Hic Deus*, inquit, *ſcilicet Pater*, de quo ibi loquebatur, *is cum duobus cæteris Deus*, vbi numerauit duos præter Patrem, ſcilicèt Spiritum Sanctum, & Filium; neque vlla relinqui poteſt ſuſpicio de viro hoc ſapientiſsimo.

8. Argumēta hæreticorum. Primum. *Ioan.* 3.

Argumenta hæreticorum inania ſunt. Afferunt illud Ioannis 3. *Spiritus vbi vult ſpirat.* ſpiritus, hoc eſt, ventus; ſicut ergo ventus, qui voluntate præditus nō eſt, dicitur ſpirare, vbi vult; ita & Spiritus Sanctus per tropum, inquiunt, dicitur ea agere, quæ Deus agit per illum. Hic autem ſolitus eſt hæreticorum furor, vt ſcripturæ ſanctæ intelligentiā ſumant, non ex Patrum ſententia, ſed ex libertate cuiuſque, & dicendi licentia. Vnde fit vt nihil nobis conſtare poſsit ex diuino eloquio, ſi quiſque noſtrum diuina verba in ſenſum proprium trahat. Sed vide in quem ſenſum? Nam de vento quidèm, in quo non eſt voluntas, neceſſe eſt ad tropum, & analogiam referatur id, quod dicitur, *Vbi vult ſpirat.* Sed de Spiritu Sācto, qui verbis planiſsimis dicitur velle, loqui, operari, præcipere, & diſtribuere; neque dicendi ratio tropum exigit, neque verba vllo modo poſſunt per tropum, & analogiam explicari.

Hæretici in ſē ſum qui ipſis placet ſcripturam trahere ſolent.

Ventus dicitur ſpirare vbi vult, per tropū: Spir. Sanct. vbi vult propriè, vt patet.

9. Secundum.

Obijcitur deindè illud, quod Spiritus Sanctus ſit pignus hæreditatis, & ſit donum diuinum, quæ non conueniunt perſonæ, ſed hæc ſunt diuina munera, quibus ornamur. Ad hoc facilè reſpondetur, quod Filius quoque poteſt dici donū diuinum; quia datus eſt nobis; *Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret.* Eadem ratione Spiritus Sanctus dicitur *pignus hæreditatis noſtræ*, Epheſ. 1. datur enim per gratiam ſanctificantem, qua adoptamur in filios, & hæredes. Et ſimilitèr dicitur de Patre Pſal. 15. & 141. quòd eſt pars hæreditatis noſtræ, & ipſa hæreditas. Igitur Spiritus Sanctus ſingulari quadam ratione dicitur donum, quia eſt perſona per dilectionem procedens, vt lib. 6. dicemus.

Filius dici poteſt donum diuinum.

Simili ratione Sp. Sāctus pignus hæreditatis noſtrę. *Epheſ.* 1.

Itē Pater pars hæreditatis noſtræ, & ipſa hę reditas.

Pſal. 15. & 141.

Sp. Sanct. ſingulari ratione ſuæ proceſsionis dicitur donum.

A 10. Sunt autem dona plurima ex hoc dono in nos profecta, videlicèt, animi ornamenta, habitus, & actiones, quæ ſunt res creatæ. Vnde obſeruandum eſt cum S. Athanaſio oratione ad Serapionem, Spiritum Sanctum, qui eſt diuina perſona, in ſcriptura ſancta ſemper ſignificari per quandam excellentiam addito articulo græco, quaſi dicas, *ille ſpiritus*; aut dicitur ſpiritus Dei, vel à Deo; vel ex ipſis verbis, & orationis ſenſu Spiritus diuinus declaratur, dùm ei tribuuntur ea, quæ ſunt Dei propria. Et ita dignoſcitur an ſit donum creatum, ſcilicèt, habitus, aut vis operandi, aut actio nobis inhærens à Deo immiſſa: B an verò ſit increatum donū, quod eſt perſona diuina per dilectionem procedens.

S. Athan. Spir. Sanctus ſemper in ſcriptura ſignificatur addito articulo quo diſcernatur à dono creato.

11. Tertium arg.

Obijciunt denique quòd Pater eſt Spiritus, & eſt ſanctus; & Filius ſimilitèr: nō ergo eſt perſona diſtincta Spiritus Sanctus. Ad hoc reſpondendum eſt libr. 4. clariùs, quo pacto ſit nomen perſonæ Spiritus Sanctus. Certū tamen eſt quòd in ſcriptura ſacra nunquā accipitur nomē hoc, Spiritus Sāctus, niſi pro perſona.

Certum eſt in ſcriptura hoc nomen, Spir. Sanctus, nunquam accipi, niſi pro perſona.

12. Sunt tamen explicanda verba S. Hilarij 8. de Trinitate, quæ nobis obijcit Seruetus, quòd nomina confundamus, & aliquando nomine Spiritus Sancti ſignificemus Patrem, aliquandò Filium. C Verba ſunt hæc, *In ſpiritu autem Dei Patrē Deum ſignificari, ita exiſtimo intelligi oportere, quòd Spiritum Domini ſuper ſe Dominus Ieſus Chriſtus profeſſus ſit: propter quod eum vngat, & mittat ad euangelizandum.* Et infrà. *Filium verò hoc modo demonſtratum eſſe intelligamus, cū dicit, quod ſi in Spiritu Dei eijcio Dæmonia.* Ad verborum ſenſum enucleandum legēdus eſt Hilarius paucis ante verbis, quibus vult oſtendere vnitatem diuinæ naturæ in Chriſto, & Patre, eò quòd cō- D muni poteſtate vterentur, cum vterque in ſpiritu dicatur operari; intelligit autē vtrumque operari in ſpiritu eodem, id eſt, in virtute eadem; & ait, *Et quæro nunc in ſpiritu Dei, vtrumnè naturam, an rē naturæ ſignificatam exiſtimes? Non idē enim eſt natura, quod naturæ res, ſicut non idem eſt homo, & quod hominis eſt.* Quæ verba ſi ex Philoſophia ſunt interpretanda, res naturæ eſt perſona cuius natura eſt; vel etiam vulgari ſermone dicit S. Hilarius naturam hominem, & rē naturæ poteſtatem hominis; loquebatur enim

S. Hilar. Verba obſcura S. Hilarij, quæ nobis obijcit Seruetus.

Explicantur.

Id eſt S. Hilar.

Res naturæ eſt perſona, vel poteſtas naturæ ſuppoſitæ, v. g. hominis.

Digitized by Google

enim de poteſtate Patris, & Filij, quam vult probare eſſe eandem, eò quòd per eundē Spiritū Pater, & Filius viuificent, id eſt, per eandem poteſtatē. In his ergo locis omnibus S. Hilarius accipit Spiritū, non pro perſona, ſed pro virtute Deitatis. Et perſpicua ſunt iam quæ ſequūtur; nam in illis verbis, *Spiritus Domini ſuper me*, ait, ſignificari Patrē; id eſt, demōſtrari ſpiritū Patris, poteſtatē Patris; in illis verò, *In digito Dei eÿcio Dæmonia*, demōſtrari Filiū, ſeu ſpiritū Filij, id eſt, poteſtatē Filij. Et modeſtè ait S. Hilar. *Exiſtimo intelligi oportere.* Eò quòd hæc interpretatio ſit ex mēte S. Hilarij, & ab ipſo fortè excogitata. Nā hæc teſtimonia Patres nō de poteſtate, & virtute, ſed de Spiritu Sancto, qui eſt diuina perſona, rectiùs videntur explicare. Damus ergo Serueto id, quod verum eſt, S. Hilariū in his locis per ſpiritū Dei intellexiſſe virtutē Dei; nomen tamē Spiritus Sācti nunquā accipit pro virtute, ſed pro perſona. Et ipſe S. Hilarius eo loco teſtimonium ſubdit de perſona Spiritus Sācti ex Apoſtolo, & Propheta Ioel. 2. *Effundam de ſpiritu meo.* Vbi ſpiritū Patris ait eſſe ipſum Paraclitum, reſpiciens ad ſenſum hiſtoricum; quia Spiritus Sāctus Paraclitus deſcendit ſuper Apoſtolos. Gregor. de Valentia contendit explicare S. Hilarium quaſi de Spiritu Sācto in ſuperioribus locis ſit loquutus, ſed id non poteſt facere, quod conatur.

In verbis illis S. Hilar. per Spiritum Dei intellexit virtutem Dei, ſeu poteſtatem.

S. Hilarij modeſtia.

Patres per ſpiritum Dei Spiritum Sanct. rectiùs videntur explicare.

S. Hilar.

Ioel. 2.

Valentia reijcitur.

13. Patrum verò teſtimonia non adducimus, quia omnes, vt capite præcedenti diximus, vno conſenſu, & verbis conceptis Patrem, & Filium, & Spiritū Sanctum tres eſſe perſonas, vt veritatem catholicam prædicant, & profitentur.

CAPVT XXI.

Quòd Spiritus Sanctus ſit Deus probatur ex nouo teſtamento.

1. DE perſona Spiritus Sancti ex nouo inſtrumēto acceptis ſententijs diſputauimus, hæreſesq; cōtrariæ refutatæ ſunt: reliquū eſt vt de eius Deitate teſtimonijs eiuſdē noui teſtamenti diſſeramus. Expreſsior eſt autē in nouo teſtamēto, quàm in veteri de Deitate Spiritus Sācti doctrina, ob cauſas ſuprà allatas. Et imprimis probatur quòd Spiritus Sāctus dicatur Deus abſolutè, ac verè ex illo Matth. vlt. *Docete omnes gentes baptizātes eos in nomine Patris, & Filÿ, & Spiritus Sācti.* Vbi Spiritus Sāctus cum Patre, & Filio eiuſdē eſſe nominis, & auctoritatis aſſeritur; nihilq; minùs dicitur, quā quod in Symbolo profitemur, *Patris, & Filÿ, & Spiritus Sācti vna eſt diuinitas, æqualis gloria, coæterna maieſtas.* Item ex illo 1. Ioan. 5. *Tres ſunt, qui teſtimoniū dant in cælo Pater, Verbū, & Spiritus Sāct. & hi tres vnū ſunt.* Et infert, *Si teſtimoniū hominū accipimus teſtimonium Dei maius eſt.* Tres ergo, quos numerauerat teſtimoniū ferentes, vnus, & idē Deus eſt; nā *Dei*, inquit, *teſtimoniū maius eſt.* Et Petr. Act. 5. ad Ananiā. *Cur tētauit Sathanas cor tuū, mētiri te Spiritui Sācto? non es mētitus hominibus, ſed Deo.* Spiritus ergo Sanctus, cui mentitus fuerat Ananias, Deus eſt. Quo argumēto vtitur S. Athanaſ. de cōmuni eſſentia Patris, & Filij, & S. Greg Naz. orat. 5. Theolog. & alij Patres. Itē 1. Cor. 6. *Neſcitis, quòd mēbra veſtra templū ſunt Spiritus Sācti*, ſubijcit, *glorificate, & portate Deū in corpore veſtro.* Deū, inquā, cuius tēplū eſtis, ſcilicèt Spiritū Sanctū. S. Aug. epiſt. 66. *Quē Deū, niſi Spiritū Sanctum, cuius corpora noſtra dixerat eſſe templū.* Et S. Athanaſ. Dialogo cōtra Annomæos eodē argumento vtitur. Et S. Baſil. lib. 4. in Eunomiū. Et c. 12. inquit S. Paul'. *Diuiſiones gratiarū ſunt, idem autē ſpiritus; & diuiſiones miniſtrationū ſunt, idē autem Dominus; & diuiſiones operationū ſunt, idē verò Deus.* Vbi eidē diuino Spiritui per accōmodationem, & gratiæ referuntur, vt diſtributori gratiæ; & adminiſtrationes, vt Domino; & operationes, vt Deo. Eſt ergo Spiritus Sāctus idē Dominus, & Deus. Qui locus eſt arguendi etiā Patribus cōmunis. Deniq; Ioan. 4. cum dicitur, *Spiritus eſt Deus*, locum Ariani obliterarunt teſte S. Ambroſ. lib. 3. de Spiritu Sancto c. 11. conuicti ex illo quòd Spiritus Sanctus Deus eſſet, *Quia maluerunt*, inquit, *delere ſcripturā, quā mutare ſententiā.* Quem etiam locū S. Gregor. Naz. de Spiritu Sancto enarrat oratione 5. Theolog. S. tamen Athanaſ. libr. de cōmuni eſſentia cum alijs, declarat verba hæc non de perſona Spiritus Sācti, ſed de ipſa Deitate. Idem probat S. Ambroſ. lib. 2. de Spiritu Sancto c. 6. ex Paulo ad Philippenſ. 3. *Nos ſumus circumciſio, qui ſpiritu Deo ſeruimus.* & ita legi in Græco; nomen autē, ſeruimus,

1. argum. eſt quia Spiritus Sanctus dicitur Deus abſolutè, & verè Probatur. 1. *Matt. vlt.*

Symbolum S. Athan.

Secundò *1. Ioan. 5.*

Tertiò *Actor. 5.*

Vtuntur hoc argumento *S. Athan.* *Nazianz.*

Quartò *1. Cor. 6.*

Vtuntur hoc *S. August.*

S. Athan. *S. Baſil.*

Quintò *1. Cor. 12.*

Sextò *1. Ioan. 4.*

S. Ambroſ. Ariani conuicti hoc teſtimonio maluerūt delere ſcripturam, quā mutare ſententiam.

Nazianz.

S. Athan. De ipſa Deitate declarat locum.

S. Ambr. *Ad Phil. 3.*

Digitized by Google

S.Thomas. In editione correcta aliter legitur. Fit infirmum argum.ex hoc teſtimonio.

Græcè latriã ſignificat, qui eſt cultus ſolius Dei, quod etiã obſeruat S. Thomas 4.contra gent. c.18. Verum eſt quod in editione modò correcta legitur. *Qui ſpiritu ſeruimus Deo.* Et ita fit infirmum argumentum ex hoc teſtimonio. A

2. Probatur 7. ex collatione vtriuſq; teſtamenti. Conferũtur.1. *Hierem.31. Hebr.10.*

Sed adhùc probatur ex collatione veteris, & noui teſtamenti. Nam Hierem. 31. dicitur. *Hoc erit pactum, quod feriã cum domo Iſrael, poſt dies illos dicit Dominus; dabo legẽm meã in viſceribus eorum,&c.* Paulus verò Hebræor. 10. hoc refert in Spiritum Sanctum. *Conteſtatur nos & Spiritus Sanctus, poſtquam enim* B *dixit, Hoc autem teſtamentũ,* & ſequitur locus Hieremiæ apud Paulum. Idem ergo Dominus, qui per Hieremiã conteſtatur, & pactum condit, eſt Spiritus Sanctus, teſte Paulo, eiuſdem teſtamẽti Auctor. Iſaiæ. 6. quæ dicitur Dominus loquutus refert Paulus Actor. 28. *Spiritũ Sanctũ loquutũ. Vade ad populũ iſtũ,&c.* quod affert *S.*Ambroſ.libr.3. de Spiritu Sãcto cap.22.& 23. Et illud, *Eſt Deus in cœlo reuelans myſteria,* ex Daniele. Paulus 1.Corint.14. *Spiritus loquitur myſteria,* haud dubiè Spiritum Sanctũ Deũ C affirmans, cum loca ex ſcriptura afferat mutato nomine, pro Deo Spiritum Sanctum rectè ſubſtituens; eò quòd ea, quæ de Deo dicuntur, de qualibet perſona communitèr dici poſsint.

Conferuntur 2. *Iſai. 6. Actor.28.*
S.Ambroſ.
Conferãtur.3. *Daniel .2. 1. Cor.14.*

3. S.probat idem *S.Ambr.* ex collatione verborum. *Ioan.1.*

Probat idem S. Ambroſ. de Spiritu Sancto libr.2.cap.9. ex collatione verborum Ioannis cap.1. Nam quos ait in Deo natos, natos etiam de Spiritu Sancto Dominus ait. *Quod natũ eſt de ſpiritu, ſpiritus eſt, quia Deus ſpiritus eſt.* Et cap.11. idem S.Ambr. ex re geſta Actor. 11. cum enim cecidiſſet Spiritus Sãctus ſuper gentes ait Petrus. D *Ego quis erã, qui prohiberem Deum?* Vbi ſpiritum vocat Deum. Et Hebr. 3. *Hæc dicit Spiritus Sanctus, Hodie ſi vocem eius,&c. Vbi tẽtauerunt me Patres veſtri.* Verba ſunt Dei, quæ Paulus ait Spiritum Sanctũ dixiſſe. Itẽ probat S.Cyrillus in lib. Quod Spiritus Sãctus ſit Deus ex illo Hierem. 2. *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ.* At Ioan.7. *S*piritus *S*anctus dicitur flumen aquæ viuæ; eſt ergo Spiritus Sanctus Deus ipſe, qui conquerebatur, *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ.*

9. probat *S. Ambr. Actor. 11.*
10. probatur *Hebr. 3.*
11.probat *S. Cyrillus. Hierem.2. Ioan. 7.*

4. Confirmatur argumento *S.Athan.*

Et confirmatur argumento *S.* Athanaſij ſermon.3.contra Arianos, & S.Baſilij lib. de *S*piritu Sancto cap. 18. Quia Spiritus Sanctus in ſacris literis nunquam numeratur inter creaturas, ſed cũ de Deo eſt ſermo, Spiritus Sanctus, vt conſors Deitatis inducitur. *S.Baſil.*

5. 12. probat *S. Cyrillus. 2.Cor. 3.*

Eſt autem argumentum S. Cyrilli in libr. quod Spiritus Sanctus ſit Deus ex verbis Apoſtoli 2. Corinth. 3. *Vbi ſpiritus Domini, ibi libertas.* non enim eſt ſeruus ſpiritus, qui alios liberos reddit, & in libertatem vẽdicat; quod ſi non eſt ſeruus, eſt Dominus, & Deus. Ad quod etiam pertinet quod *S.*Athanaſ.epiſtola ad Serapionem annotat Angelũ Gabrielem miniſtrum fuiſſe Spiritus Sancti, cũ dixit ad Mariam Luc.1. *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te.* Deus enim eſt, cui Angeli miniſtrant. Item Chriſtus ex Spiritu Sancto conceptus eſt; ab eodemque ductus in deſertũ. Et Luc.4. *Ducebatur Ieſus in Galilæã in virtute ſpiritus.* Quod adnotat S. Cyrill. 13. Theſauri cap. 2. Angeli ergo miniſtrabant; at Spiritus Sãctus ducebat. In eodẽq; ſpiritu Chriſtus eijciebat Dæmonia. Et Iſaias dicit de ipſo Chriſto Domino cap. 61. *Spiritus Domini ſuper me, eò quòd vnxerit Dominus me.* Et maiorem eſſe blaſphemiam in Spiritum Sanctum, quam in ſe ipſum Matth.12. quod obſeruat *S.*Ambroſ. 1. libr. de Spiritu Sancto cap.3. Non ergo minor eſt Spiritus Sãctus, quàm Chriſtus.

Decimotertiò *S.Athan.*
Luc.1.
Decimoquart. *Luc.4. & alibi.*
S.Cyrillus.
15. probatur *Matth. Iſai.61.*
Decimo ſextò *Matt.12. S.Ambr.*

6. 17. probat *Naz.* Spir.Sanctũ cum Chriſto comparando.

Hoc item argumento vtitur S.Greg. Nazianz. oratione 5. Theologa elegantèr Spiritum Sanctum cum Chriſto cõparando, *Naſcitur Chriſtus, præcurrit Spiritus; baptizatur ille, hic teſtimoniũ dicit; tentatur ille, hic in altum ſubducit; miracula edit ille, hic concomitatur; aſcendit ille, hic ſuccedit.* Ex quibus verbis vltimis maximè argumentum corroboratur. Nõ enim minor eſt, qui loco Chriſti Paraclitus ſuccedit. Expendenda verba Chriſti Ioan. 16. *Expedit vobis, vt ego vadam; ſi enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos.* Quomodò ergo expediebat nobis abire maiorem ſcilicèt Chriſtum, vt minor, ſcilicèt, Spiritus Sanctus veniret? Et confirmatur ex illo Ioan. 14. *Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos.* Quod impleuit Chriſtus miſſo Spiritu Sancto loco ſui, vt aduertit S. Cyrillus libr. Quòd Spiritus Sanctus ſit Deus. Quod eſt argumentum contra Macedonium, qui Chriſtum Deũ eſſe confitebatur, id autem de Spiritu Sancto negabat.

Ioan.16.
Confirmatur *Ioan. 14.*
S.Cyril. Hoc arg. optimum eſt cõtra Macedon.

Eodem

Digitized by Google

7.
18. probat S. *Ambr.* ſimilitèr ex ſocietate Spir. Sancti cũ Patre, & Filio.

Eodẽ argumẽto vtitur S. Ambr. lib. 1. de fide c. 5. ex loco Mat. 17. vbi Chriſtus Petrum reprehendit quòd tabernacula Moyſi, & Eliæ poſtularet. *Emẽdatur*, ait, *Dei Patris auctoritate dictis, Hic eſt Filius meus dilectiſsimus, ipſum audite, id eſt, Quid cõſeruos tuos cũ Dño ſocias tuo?* Sed Spiritus Sanctus habet ſocietatẽ cũ Patre, & Filio ſæpè in ſacris literis: ergo nõ eſt ſeru', ſed Dñs. Et lib. 1. cõtra Arianos eodẽ vtitur argumento. *Nã inæqualiũ ſocietas melioris offenſa eſt.* Quod cõfirmatur ex illo Matt. 28. *Baptizãtes eos in nomine Patris, & Filij, & Spir. Sãcti.*

Idem.

Matth. 28.

8.
19. probatur, quia efficit nos Deos participatione Deitatis in filios adoptans.

Poteſt quoque ad hoc argumentũ reuocari, quod Spir. Sanctus eſt in forma Dei verus Deus, ſiquidẽ efficit nos Deitatis participes; non enim calidum efficit, niſi quod calidũ eſt, aut excellentius calido, vt ſol: at verò Spiritus Sãctus efficit nos Deitatis participes in filios adoptans, vt verus ſpiritus Patris cœleſtis. Vnde Apoſtolus Rom. 8. *Accepiſtis Spiritũ adoptionis filiorũ.* Et ita arguit S. Cyrill. 13. Theſauri c. 1. ſcilicèt Spiritũ Sanctũ eſſe Deũ per eſſentiã, quia efficit nos Deos participatione Deitatis. Et itẽ quia nos refert in diuinã ſimilitudinẽ; de qua etiã re lib. 14. Theſauri c. 4. Quod cõfirmatur ex illo loco Epheſ. 1. *Signati eſtis Spiritu promiſsionis Sancto.* Qua ratione vocatur Spiritus Sãctus à Græcis ſignaculũ propter omnimodã cũ Patre, & Filio ſimilitudinẽ: vnde nos creata quadam, & adumbrata ſimilitudine ſimiles etiã ſibi efficit, & ideò dicitur, *Signati eſtis Spiritu Sancto.* Ergo Spiritus Sãctus habet veram Dei formam, & eſt verus Deus. Idem argumentum vſurpat S. Ambroſ. libr. 1. de Spiritu Sancto cap. 6. & S. Cyrillus 13. Theſauri cap. 1. & lib. 14. c. 4.

Roman. 8.
Eſt argumẽtũ *S. Cyrilli.*

Confirmatur, quia efficit nos Deo ſimiles. *Epheſ.* 1.

Eſt hoc argu. *S. Ambroſ. S. Cyril.*

9.
2. arg. eſt, quia Spir. Sanctus eſt in Deo ſubſtantialitèr. Probatur 1. *Cor.* 2.

Secũdò probatur ex eo, quod Spiritus Sanctus in Deo eſt; nihil verò eſt in Deo creatũ; ergo Spiritus Sãctus eſt quid increatũ, & eſt Deus ipſe. Quod ſit Spiritus Sãctus ſubſtãtialiter in Deo, probatur ex illo Cor. 2. *Quis enim hominũ ſcit, quæ ſũt hominis, niſi ſpiritus hominis, qui in ipſo eſt? Ita & quæ Dei ſunt, nemo cognouit, niſi Spiritus Dei.* Quid potuit dici clarius? Ex eo enim colligitur ſpiritũ hominis noſſe quæ ſũt hominis, quia eſt in homine; & ſimilitèr ſpiritum Dei noſſe, quæ ſunt Dei, quia eſt in Deo, verè & ſecũdũ exiſtẽtiã, ſicut ſpiritus hominis in homine; ergo Sp. Sãctus Deus eſt. Argumentũ eſt S. Cyrilli 11. Theſauri c. 2. & S. Baſilij in ſerm. cõtra Arianos, & S. Athanaſ. cõtra Annomæos, qui ex eo probant Spir. Sanctum eſſe Deũ, quia eſt ſpiritus Dei. Ad quod etiam pertinet illud 1. Ioan. 4. *In hoc cognoſcimus, quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis, quoniam de ſpiritu ſuo dedit nobis.* Ipſe enim Spiritus eſt res diuina, per quem Spiritum Deus eſt in nobis. Et 1. Corinth. 12. eodem argumento probatur eſſe in nobis Chriſtum, quia ſpiritum eius habemus.

Vtuntur hoc argumento *S. Cyrillus. S. Baſil. S. Athan.*

Confirmatur. 1. *Ioan.* 4.

1. *Cor.* 12.

10.
3. argum. quia Spiritus Sanctus eſt ſummum bonum Vtitur illo *Didymus.* Probatur *Matt.* 7. *Luc.* 11.

Tertiò probatur quòd Spiritus Sãctus ſit Deus, quia eſt ſummũ bonũ. Et eſt argumentũ Didymi lib. 1. de Spir. Sancto: nam quo loco Mattheus c. 7. ait, *Quanto magis Pater veſter, qui in cœlis eſt, dabit bona petẽtibus ſe.* Lucas c. 11. ait, *Quãto magis Pater veſter cœleſtis de cælo dabit ſpiritũ bonum petentibus ſe.* Igitur quod alius dixit ſpiritũ bonũ, alter compellat bona. Eſt ergo Spiritus Sanctus nõ bonũ aliquod, ſed ſummũ bonũ ſubſiſtens, omniaque bona cõtinens. Et S. Cyrillus 13. Theſauri c. 4. probat Spiritũ Sanctũ eſſe per eſſentiam ſanctum, & natura ſanctũ, quod nulli creaturæ conuenit. Vndè & per ſe ipſum ſanctos nos efficit nobis infuſus, ſanctimoniã nobis ſecũ afferẽs.

Confirmat *S. Cyrillus.*

11.
4. argum. quia Spir. Sanctus habet diuinã ſcientiam. Probatur 1. *Cor.* 2. Explicat benè *S. Cyrillus.*

Quartò probatur quòd Spiritus Sanctus ſit Deus, quia habet diuinam ſcientiam ex loco citato 1. Corinth. 2. *Quis enim hominũ ſcit, quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis, &c.* S. Cyrillus 13. Theſauri cap. 4. aduertit ſpiritum hominis naturaliter noſſe, quæ ſunt in homine; ita & ſpiritum Dei, quæ ſunt in Deo, non per reuelationem, ſed per naturam Deitatis. Et cõfirmatur ex eodem loco cum ſubditur, *Spiritus enim omnia ſcrutatur etiam profunda Dei,* quod eſt comprehẽdere Deitatem; hoc verò Dei ſolius eſt: nam de creata cognitione dicitur, quòd Deus eſt incomprehenſibilis cogitatu; Deus ergo eſt, qui Deum comprehendit; & ita explicat S. Baſilius lib. 5. in Eunomium, quod ſcrutari eſt penitùs inſpicere, iuxta illud Pſal. 7. *Scrutans corda, & renes Deus.*

Confirmatur ex D. Paulo ibid.

S. Baſil.

Pſal. 7.

12.
5. argum. quia procedit vt amor.

Quintò probatur ex diuina proceſsione, qua procedit, vt amor; amor autẽ eſt in amante: ergo in Deo eſt amor procedens, & ipſe eſt Deus: de qua re alio loco. Argumentum eſt S. Cyrilli 14. Theſauri cap. 4. vbi probat Spiritum Sanctũ eſſe Deum, quia eſt ipſa charitas Dei.

Eſt argumẽtũ *S. Cyrilli.*

Digitized by Google

13.
6. argum, quia operatio Spir. Sancti eſt cõmunis cũ Patre, & Filio. Probatur. 1. ex forma baptiſmi. Probatur 2. 2. Cor. vlt. Matth. 10.

A Sextò probatur ab effectis, quoniam operatio Spiritus Sancti eſt cõmunis cũ Patre, & Filio, vt conſtat ex forma baptiſmi, *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*. Probatur itẽ ex illo 2. Cor. vlt. *An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus?* At Matth. 10. ipſe Chriſtus ait, *Non vos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis*. Chriſtus ergo, & Spiritus Sãctus per Apoſtolos loquuti ſunt, indiuidua Deitatis luce Apoſtolos illuſtrantes. Itẽ Deus loquutus eſt per Prophetas, ſicut aſſerit Zachar. Luc. 1. At Petrus 2. Epiſt. c. 1. *Spiritu Sãcto inſpirati loquuti ſunt*, ait, *ſancti Dei homines*. Deus Auctor eſt vitæ, vt ſacræ literæ paſsim docẽt; at verò Ioan. 6. *Spiritus eſt, qui viuificat*, & Rom. 8. *Quod ſi Spirit⁹ eius, qui ſuſcitauit Ieſũ à mortuis, habitat in vobis*. Et alia plurima colligi poſſũt ex nouo teſtamẽto, in quibus cõmunis operatio Dei Patris, & Filij, & Spiritus Sãcti oſtẽditur. Vndè Didymus lib. 1. de Spir. Sãcto adnotat Spiritũ Sãctũ dici digitũ Dei; quia eſt cõiunctus cũ manu, ſcilicèt, cũ Verbo diuino; ergo Spiritus Sanctus eſt Deus. Ad hoc etiã pertinet quòd Spir. Sanctus regit Eccleſiã Dei, & habet imperiũ diuinũ in illã, quod ex Act. plurimis locis conſtat c. 10 dixit Spiritus Petro, *Vade cũ eis nihil dubitans, quia ego miſi illos*. Actor. 13. ait Spiritus Sãctus, *Segregate mihi Paulum, & Barnabam in opus, ad quod aſſumpſi eos*. Et cap. 20. *Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiã Dei*. Quis ergo eſt hic, qui Eccleſiæ, & Apoſtolis præeſt, niſi Deus, & cum Patre, & Filio Spiritus ipſe diuinus? Ideò etiam dicitur Spiritus Sanctus digitus Dei, quia eſt Patri, & Filio in operatione coniunctus, de quo dicitur Lucæ. 11. *Si in digito Dei eijcio Dæmonia*. Vt eſt communis Patrum interpretatio.

Probatur 3. Lucæ. 1. 2. Petri. 1. Probatur. 4. ex ſacris literis paſſim. Ioan. 6. Roman. 8. Probat. 5. Didymus. Probatur. 6. Actor. 10. 13. & 20. Explicatiùs proponitur 5. probatio Didymi. Lucæ. 11.

14.
7. argum. quia Spir. Sanctus eſt immenſus. Didymus. Probat. 1. Ioan. 20. Occurritur tacitæ obiectioni.

Septimò probatur ex eius immenſa præſentia elegantèr ab eodem Didymo lib. 1. Cum enim Chriſtus in orbẽ terrarũ Apoſtolos mitteret, Spiritum Sanctum eiſdẽ infudit Ioan. 20. *Accipite*, inquit, *Spiritum Sanctum*; igitur Apoſtolis per orbẽ vniuerſum diſperſis Spiritus Sanctus vbique terrarũ aderat. Quod argumentum firmũ eſt; nam Chriſtus non ſola gratiæ munera Apoſtolis infudit, ſed ipſum Spiritum Sanctum eis dedit; ergo Spiritus Sãctus immenſæ magnitudinis eſt, vt Deus, qui omnia repleat. Hoc idẽ probat S. Ambroſ. lib. 1. de Spir. Sancto cap. 7. ex verbis Chriſti Actor. 1. *Accipietis virtutem venientis Spiritu Sancto in vos, & eritis mihi teſtes in Hieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria vſq; in fines terræ*, inquit S. Ambroſ. *Incircumſcriptus igitur, & infinitus Spir. Sãctus, qui ſe diſcipulorum ſenſibus per ſeparatarum diuortia diſcreta regionũ, ſemotoſq; fines totius orbis infudit, &c.* Et idẽ probat ex illo Ioel. 2. *Effundam de Spiritu meo ſuper omnem carnem*. Et ex illo Sapient. 1. *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, &c.*

S. Ambr. Probat. 2. Actor. 1. Probat. 3. Ioel. 2. Probat. 4. Sapient. 1.

15.
8. argum. quia eſt infinitè potens. Probatur. 1. Secundò. Ioan. 20. Probatur. 3. Quartò. Roman. 1. Explanatur hic locus. Roman. 8. Probatur. 5. optimè. 1. Cor. 12. S. Ambr.

B Octauò probatur eius poteſtas infinita ex pluribus, primò ex opere Incarnationis, quod eſt quodãmodò infinitũ; dicitur autẽ ad hoc Spiritus Sãctus in Virginem ſuperueniſſe. Deindè ex remiſsione peccatorũ; ſolius enim Dei eſt offenſam in ſe admiſſam demittere; hoc autẽ Spiritus Sãctus efficit, *Accipite Spiritũ Sanctum, quorum remiſeritis peccata, &c.* Ioãn. 20. Et cõſequentèr ex opere iuſtificationis, quæ ſæpiſsimè Spiritui Sãcto tribuitur in ſacro eloquio. Et adhùc ex reſurrectione Chriſti, & aliorũ mortuorum: De alijs mortuis dicitur cum de C Chriſto Paulus loquetetur Rom. 1. *Qui prædeſtinatus eſt Filius Dei in virtute ſecundum ſpiritũ ſanctificationis ex reſurrectione mortuorum*. hoc eſt, Chriſti prædeſtinatio, quod eſſet Filius Dei, manifeſta fuit ex virtute miraculorũ, & ſuſcitatione mortuorum, quam Chriſtus, vt homo, obtinebat per Spiritum Sãctum. At de ipſo Chriſto excitato dicitur Roman. 8. *Spiritus eius, qui ſuſcitauit Ieſũ, &c.* ergo Spiritus Sanctus poteſtate eſt Patri æqualis mortuos reuocans, & eſt verus Deus. Poteſtas, & auctoritas Spiritus Sancti indicatur maximè in verbis D Apoſtoli. 1. Corinth. 12. *Diuidens ſingulis prout vult*: quod oſtendit S. Ambroſ. libr. 1. de Spiritu Sancto in initio, *Non enim Spiritus Sanctus, aut poteſtati alienæ eſt ſubiectus, aut iuri, ſed ſuæ libertatis arbiter, omnia pro auctoritate propriæ voluntatis diuidens, ſicut legimus, ſingulis prout vult*.

16.
6. probatio cõſona cum tertia, & quodãmodò cũ quarta. S. Ambr.

Eadem poteſtas Spiritus Sancti oſtẽditur in baptiſmo, in quo renaſcimur ex aqua, & Spiritu Sãcto; de qua re pulchrè S. Ambroſius libr. 1. de Spiritu Sancto cap.

Digitized by Google

cap. 6. *In aqua enim imago mortis, in ſpiritu pignus eſt vitæ.* Eſt enim noſtra regeneratio quędam à morte excitatio infinitæ poteſtatis.

17. 6. probatio ampliatur.

Ad hoc argumentum reducitur quod eſt Autor cœleſtium munerũ, fidei, ſpei, charitatis, & gratiæ, & aliorum, quæ ſolas mentes iuſtorum exornant, vt tritiſſimum eſt in nouo teſtamento; ſolus autem Deus iſtorum munerum eſt Autor, vt ſuo loco dicemus; ergo Spiritus Sanctus Deus eſt.

18. 9. argum. quia templa ſumus illi dicata. Probatur. *2. Cor. 6. 1. Cor. 6.* Eſt argumẽt. *S. Aug.*

Nonò probatur ex verbis Apoſtoli 2. Corinth. 6. *Vos enim eſtis templum Dei viui.* Et 1. Corinth. 6. *Mẽbra veſtra ſunt templũ Spiritus Sancti, qui in vobis eſt.* Soli enim Deo templa homines ſacrãt. In quem locum poſteriorem S. Aug. doctè arguit templũ ex lapidibus non ædificari niſi Deo vero, quanto magis templum rationale, quod nos ſumus. Vndè idem libr. 1. contra Maximum cap. vlt. *Noli negare Deum eſſe Spiritũ Sanctũ, ne templũ creaturæ facias membra creatoris.* Et 1. de Trinit. cap. 6. *Non creatura Spiritus Sanctus eſt, quia cui corpus noſtrum templum exhibemus, neceſſe eſt huic eam ſeruitutem debeamus, qua non niſi Deo ſeruiendũ eſt, quæ Græcè appellatur latria.* Quod quidem argumentũ S. Auguſtini firmiſsimum eſt, vt Spiritũ Sanctum, cuius templum nos ſumus, vt Deum colamus. Et S. Cyrillus lib. Quod Spiritus Sanctus ſit Deus, ad finem probat Spiritum Sãctum eſſe Deum, quia in Chriſto templũ ſibi ſanctiſsimũ cõdidit.

Similiter arguit *S. Cyrillus.*

19. 10. arg. quia dicitur in nos effuſus, & à nobis accipi.

Decimò probatur ex alia ſanctarum literarum loquutione vſitatiſsima, qua Spiritus Sanctus dicitur in nos effuſus, & quod illum accipimus. Quod enim finitum eſt, continetur loco, vel ſubiecto; & non poteſt vnum, & idem accipi à pluribus, & in plures diffundi; ideò appellat Didymus lib. 1. Spiritum Sãctum capabilẽ, hoc eſt, immenſum, qui poſsit à pluribus ſimul haberi, & accipi, in ſe ipſe indiuiſus. Et ratio eſt, quia quod infinitum eſt, eo ipſo eſt à pluribus participabile (vt ita dixerim) & à nullo adæquatè cõprehenſibile: ergo hac etiam ratione Spiritus Sanctus Deus eſſe cõprobatur. Cõfirmat argumentum S. Ambroſ. lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 4. ex verbis Apoſtoli 1. Corinth. 12. *Sicut etiam vas electionis Doctor gentium dicit, quia vnum ſpiritũ potauimus, quaſi eum, qui non queat ſcindi, ſed infundatur animis, & ſenſibus illabatur, vt ſæcularis ſitis reſtinguat ardorẽ.* Rectè ſanè arguit ex eo, quod Spiritus Sanctus pluribus mentibus infundatur, eſſe Deum, & infinitam eſſentiã.

Didymus. Confirmat. *S. Ambroſ. ex 1. Cor. 12.*

Infinitas Spiritus Sancti.

20. Confirmatur ex eo quòd dicitur ſpecialiter implere Sãctorum mentes.

In quo etiã argumento poteſt numerari, quod Spiritus Sanctus dicitur implere ſanctorum mẽtes, qui eſt ſpecialis, & diuinus planè modus, quo Deus ſanctis ſuis adeſt, non ſolùm per eſſentiam, præſentiam, & potentiã; ſed quarto modo per gratiam, vt lib. 6. diſputabimus. Quod ſi obijcias illud Act. 5. de Anania, cui Petrus, *Cur impleuit Diabolus cor tuum.* Vt legit S. Thom. 4. contra gent. cap. 18. Ipſe reſpõdet quod loquutio eſt per tropum, & metaphorã, ſignificaturq; non Diaboli exiſtẽtia in anima *Ananiæ*; ſed eius operatio, ſcilicèt, iniquitas, & dolus: ſicùt Actor. 13. *O plene omni dolo, & omni fallacia.* Sed in editione correcta nõ legitur, cur impleuit, ſed cur tẽtauit: ſpiritus autẽ Sanctus Deitate ſua nos replet, quia Deus eſt, & in nobis habitat.

Obijcitur *Actor. 5.* *S. Thom.* Reſpondet *idẽ S. Thom.* Diabolus cor implere dicitur per tropũ. *Actor. 13.* Editio correcta aliter legit.

21. Eraſmus refellitur.

Ad finẽ huius capitis aduertendũ eſt, quòd non conſentimus cum Eraſmo adnotatione ad illud Epheſ. 5. *In regno Chriſti, & Dei,* aſſerente Deũ abſolutè dictũ ſemper intelligi Patrẽ. Hoc enim redolet Arianam hæreſim, quaſi ſolus Pater ſit Deus. Imò quoties Deus nominatur nulla facta diuinę proceſsionis mẽtione, pro tribus perſonis eſt neceſſe accipi nomen; cum ſit nomen tribus cõmune, etiã ex Dialecticis pręſcriptionibus; quod docet S. Thom. 1. p. q. 39. ar. 4. Sed cũ proceſsio, ſeu origo deſignatur, nomen Dei, aut Domini ad Patrẽ refertur, quia abſolutè, & in omni proceſsione ipſe eſt principiũ, vt intelligamus ſpiritũ Domini, id eſt, ſpiritum Patris: quia & Filius proceſſionem ſpiritus ad Patrẽ retulit, cum tamen etiã à Filio procedat. Remota autẽ hac vocis accõmodatione, iuxta Dialectica inſtituta, ſpiritus Domini deſignat ſpiritum Patris, & Filij; quia ſignificatur proceſsio Spiritus Sãcti, quæ eſt à Patre, & Filio ſimul, vt lib. 2. dicemus: illa enim conſtructio in gignendi caſu originẽ, ſeu proceſsionẽ deſignat. Imò aliquãdo nomẽ, Deus, accipitur pro Filio, vt in Cãtic. *Benedictus Dñs Deus Iſrael, quia viſitauit, & fecit redẽptionẽ.* Et iterũ, *Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos.* Aliquãdo verò accipitur pro

S. Thom. Nomen Deus, accipitur per accommodatione pro Patre, cum proceſsio, ſeu origo deſignatur vt ibi, Spiritus Domini, Dei, &c. i. Patris.

Aliquandò accipitur pro Filio. *Luc. 1.*

Aliquãdo pro Spir. Sancto. 1. *Cor.* 12. *Act.* 5. Spiritu Sancto, vt 1. Cor. 12. *Diuiſiones operationum ſunt, idem autẽ Dominus.* Et Actor. 5. *Non es mentitus hominibus, ſed Deo.* In quibus locis nomẽ Dei abſolutè dictum in Spiritum Sanctum conuenit, vt liquet ex antecedentibus, & conſequẽtibus. Deus ergo non eſt potiùs nomen Patris, quàm Filij, aut Spiritus Sancti; ſed accipitur pro omnibus ſimul, vel pro ſingulis ſecundum verborum intelligentiam, quæ antecedunt, & conſequuntur.

CAPVT XXII.

Spiritus Sancti Deitas à Patribus ſtatuitur, & in Concilijs definitur.

1. Patres qui Deitatem Spiritus Sancti tuendã ſuſceperunt. S. *Athan.* *Didymus.* NOn defuerunt Patres ex antiquis, qui hanc veritatem de Spiritus Sãcti Deitate tuẽdam ſuſceperint. De quo argumento S. Athanaſ. in Concilio Niceno ad finem cõtra Arium habuit orationem, & epiſtola etiam ad Serapionem, & aliàs ſæpius. Didymus verò in tribus libr. apud S. Hieronymum ab eodem ex Græco traductis, luculentiſsimè S. *Baſil.* S. Baſil. in libris contra Eunomium, & in lib. de Spiritu Sancto ad Amphilochium Epiſcopum cap. 16. S. Gregorius Nicen. *S. Greg. Nic.* in lib. ad Euſtachium, quod Spiritus Sãctus ſit Deus, S. Gregor. Nazianz. lib. 5. *Nazianz.* de Theologia, & oratione in Heronem, S. Epiphan. hæreſi 74. *S. Epiphan.* Cyril. Hieroſolymitanus Cathacheſi. 16. & 17. *S. Cyr. Hier.* At verò S. Cyrillus Alexandrinus libr. 7. de Trinitate, & lib. ſpeciali de Spiritu Sancto, *S. Cyrill. Alexand.* S. Hilarius lib. 12. de Trinitate, *S. Hilarius.* S. Ambroſ. in libr. 3. de Spiritu Sancto, *S. Ambr.* S. Cyprianus ſerm. de Spiritu Sancto per totum, *S. Cyprian.* S. Auguſt. lib. 1. de Trinit. cap. 6. *S. Aug.* inter quos meritò recenſetur S. Thom. 4. *S. Thomas.* contra gẽtes loco recitato, vbi fusè, doctèque veritatem catholicam cõfirmat.

2. At præterquàm quòd in diſputatione ex veteri, & nouo teſtamento, Patrum plures ſententias, rationesq; retulimus, quibus Spiritum Sanctum Deum eſſe iudicant: legendus eſt S. Greg. Nazianz. oratione 5. Theologa, quia omnia quaſi epilogo complexus, doctiſsimè, differtiſsimèque diſputat de Spiritus Sancti Deitate. *Nazianz. epilogo omnia cõplexus eſt.* Incipit autem Epilogus in hæc verba. *Spiritus Dei dicitur ſpiritus Chriſti, mens Chriſti, &c.* Et ſingula verba ad teſtimonia ſcripturarum ſcita, & conſueta ſpectant.

A 3. Neque verò Patres hanc veritatem vtcunque acceptam tradiderunt, ſed vt Catholicæ Eccleſiæ definitionem, cui impium ſit contrauenire. S. Athanaſ. epiſt. ad Serapionem, *S. Athan.* *Qui Spiritum Sanctum ad creaturas detrahit, impius eſt, & ſine Deo, & infideli deterior, & quiduis potiùs, quàm Chriſtianus.* Et in lib. de beatitudine Filij, *Maledictus, qui ſolum verum Deum Patrem, & vnigenitum verum Filium, & vnicum verum Deum Spiritum Sanctum non confitetur.* Et S. Gregor. Naz. oratione 5. Theologa in *Nazianz.* B principio; *Si vnũ illud à principio erat, vtiq; & tria: ſi vnum deijcis, audax hoc dicam, ne duo quidèm ſuperiori loco colloces: quæ enim imperfectæ diuinitatis vtilitas? Imò quæ diuinitas, ſi imperfecta?* Vbi affirmat eadem fide retinendũ eſſe Spiritum Sanctum: vel Patrem, & Filium tolli, ſi Spiritus Sanctus tollatur. Et oratione in appulſu Epiſcoporum ex Ægypto, *Blaſphemia eſt non Spiritus Sãcti diuinitatem aſſerere, ſed eum ſubmouere à diuinitate.* Et S. Ambroſ. lib. 1. de *S. Ambr.* Spiritu Sancto cap. 2. *Eiuſdem impietatis eſt vel Patri, vel Spiritui Sancto derogare.* Idem confirmat S. Cyrillus lib. C 13. Theſauri ca. 1. & *S. Cyrillus.* S. Baſilius lib. 3. cõtra Eunomium; *S. Baſil.* & plurima ſimilia apud Patres reperies. Notanda autẽ ſunt verba S. Baſilij lib. 2. cõtra Eunomium, *Sancti Baſilij dictum de Spiritu Sancto.* *Ex quo pietatis prædicatio denunciatur neminem in hunc vſque diem audiuimus, qui Spiritum Sãctum creaturam appellaſſet.* Inſigne teſtimonium vt conſenſio de Deitate Spiritus Sancti appareat. Adrianus Papa *Adrianus.* edidit ſcriptum ad Carolum Magnum, quod legitur tomo 3. Conciliorum, vbi Deitatem Spiritus Sancti Patrum teſtimonijs confirmat. Et ante illum Clemens primus, *Clemens. 1.* Alexander primus, *Alexand. 1.* Sixtus 1. *Sixtus. 1.* D Ægyd. 1. *Ægyd. 1.* in ſuis epiſtolis, S. Ignatius epiſt. 5. *S. Ignatius.* Sanctus Dionyſ. c. 2. *S. Dionyſ.* de diuinis nominibus, & alij.

4. Vnus eſt Eraſmus, qui ſi non ſpiritu infideli, verbis tamen planè hæreticis, audet nos mordere, ac pungere, quod Spiritum Sanctum Deum appellemus. Sed Eraſmum, vt hæreticum Arianũ deuitandum reſpondemus, *Eraſmus cauẽdus vt hæreticus Arianus.* quem meritò inter eos recenſet Robertus Bellarm. in. *Bellarm.* in Prologo 2. controuerſiæ de Chriſto Domino. Et eundẽ Arianiſmi doctè arguit Bartholom. Torres q. 27. art. 1. Sane ad finem libri, quem de Spiritu Sãcto *Torres.*

S. Hila-

S. Hilar.

S. Hilarius inſcribit (cuius in Proœmio Eraſmus impudenter aſſerit, Patres non vocaſſe Spiritum Sanctum Deum) negat S. Hilarius Spiritum Sanctum eſſe creaturam; & mendax eſt Eraſmus, qui cum iactet ſe eſſe in Patribus verſatũ, non potuit non legiſſe tot teſtimonia Patrum de Deitate Spiritus Sancti, quæ ſuprà retulimus, eundemque in ſacris literis Deum compellatum oſtendimus.

Eraſmus mẽdax.

5. Concilia definientia Spirit. Sãcti Deitatẽ. *Conc. Nic. Conſtantin.*

Sed accedit Eccleſiæ auctoritas, per quam veritas hæc iampridem in Concilijs definita eſt. In Niceno in confeſsione fidei illis verbis, *Et in Spiritum Sãctum*, ſcilicèt, credimus. In Conſtantinopolitano. 1. verbis in Eccleſia decantatis, *Et in Spiritum Sanctum Dominũ, & viuificantem.* In Epheſino item 1. antequam ferantur anathemata. In Calcedonenſi actione 5. in 2. editione fidei. Et in Lateranenſi ſub Martino, anathemate 1. & in 6. Synodo bis; ſcilicèt in Epiſtola Agathonis, & in Suggeſtione Synodica, quæ habentur actione 4. In eodẽ Concilio actione 11. Extat de hac re Epiſtola Sophronij approbata ab eodem Concilio actione 13. Et iterùm definitur eadem veritas ibi in confeſsione fidei actione 17. Et iterùm à Cõcilio Niceno 2. actione 1. de fidei confeſsione. Item cap. *Fideli*, de Summa Trinitate, quod habetur in Concilio Lugdunenſi. Et in Lateranenſi cap. *Firmiter*, & cap. *Damnamus*. Et in Florentino in Decreto de Spiritu Sancto. Et à Sixto Pontifice huius nominis primo epiſtol. 1. decretali. Item ab Iginio epiſt. 1. & à Sancto Damaſo in profeſsione fidei ad Paulinum. Adhũ: in Cõcilio Syrmienſi anathemate 17. & ſequentibus. Et in Conc. Vuormatienſi in confeſsione fidei. Et in Concilijs Toletanis, & Bracharenſibus ſæpiùs.

Epheſin. Calcedonẽſ. Lateran. 6. Synod. ſæpiùs. Nicen. alibi. Cap. *Fideli.* quod habetur in Cõc. Lugd. *Lateran. Florent.* S. Pontifices *Sixtus. 1. Iginius. S. Damaſus* Alia Concilia. *Conc. Syrm. Vuormatiẽſ. Toletana & Brachar.*

6. Nihil ergo videtur firmius ab Eccleſia conſtitutum, quàm Catholicum hoc pronunciatum, quòd Spiritus Sanctus Deus ſit.

CAPVT XXIII.

Hæreſes contrariæ refelluntur.

Prior pars. *Recenſentur hæreſes contrariæ.*

Poſterior pars. *Hæreſes contrariæ refelluntur.*

PRIOR PARS.

Recenſentur hæreſes contrariæ.

1. Hæreſes oppoſitæ Sabelliana & Ariana. Ab amplificatoribus vtraq; denominatur.

DVæ ſunt contra Deum inſignes hæreſes inter ſe oppoſitę, Sabelliana, & Ariana. Illa negat ternarium perſonarum; hæc negat vnitatem ſubſtantiæ diuinæ in perſonis tribus. Et ſicut illa dicta eſt Sabelliana, non quia à Sabellio fuerit inuenta, ſed amplificata: ita & hęc dicta Ariana, non quòd ab Ario profecta ſit, ſed quòd ab eo maximè celebrata.

2. Pugna autem harum duarũ hæreſum in eo conſtituta eſt, vt Sabelliani Patrẽ, & Filium, & Spiritum Sanctum aſſerant eſſe vnam perſonam diuinã; Ariani tres eſſe dicant, & vnitatem ſubſtantię in tribus iſtis negent. Cæteri enim ſectatores hæreſum neque omnes conſentiunt, neque omnes diſsident. Noſtris verò temporibus extiterũt Triditæ, qui tres perſonas diuinas, tres Deos veros dicerẽt, & veras Deitates tres, vt infrà referemus: quod portentum in prioribus ſęculis non eſt auditum: licet enim S. Cyrillus Hieroſolymitanus catacheſi 16. narret Marcionem poſuiſſe Deos tres: fortè non credidit Marcion veras Deitates tres; ſed, vt Ariani, dicebat Filium, & Spiritum Sanctum nomine, & ſimilitudine Deos.

Noſtris temporibus Triditæ, tres Deos colentes. *S. Cyrillus.* Fortè Marciõ fuit Arianus non Tridita.

3. His ergo Triditis exceptis, omnes Ariani tres perſonas Deitatis, ita verbis confitentur, vt rem ipſam impiè tollant, nam Filium, & Spiritum Sanctũ non eſſe verum Deum planè affirmant. Quarè cũ Sabellianis in eo concordant, quòd vnã perſonam diuinam verum Deũm agnoſcunt; diſſentiunt tamen, quia illi Patrẽ, & Filium, & Spiritum Sanctum aiunt eſſe perſonam vnam; hi autem concedunt eſſe perſonas diſtinctas; ſed Filium, & Spiritum Sanctum eſſe verum Deum inficiantur. Ergo etiam Ariani perſonas diuinas negant, ſiquidem perſonam Filij, & Spiritus Sancti eſſe verum Deum negant.

Ariani cum Sabellianis in quo conſentiant. In quo diſſentiant. Etiam Ariani perſonas diuinas re ipſa negant.

4. Qua in re attendendum eſt, quòd hæretici vtrique ſuis inter ſe partibus aduerſati, etſi nolint, veritatem Catholicã muniunt, & confirmant. Nam dum Sabelliani aiunt Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum eandem eſſe perſonã diuinam; Patrem, & Filium, & Spiritum

Hæretici dum inter ſe pugnant, fidẽ noſtram confirmant.

Sanctum Deum verum eſſe contendunt, quia id vident in ſcriptura ſancta eſſe planè declaratum. Et dùm Ariani perſonas tres eſſe omninò connituntur oſtēdere, licet blaſphemè negent illarum veram Deitatem, quam Sabelliani commonſtrant; quid aliud faciūt, niſi vt vtrique manu indicent alterutrum dogma catholicum, perſonas eſſe tres, & veram in tribus Deitatem? Et idem ſæpiùs videre eſt in hæreticorum diſsidijs. Quod S. Hilarius doctè adnotauit 7. de Trinitate, *Hæretici igitur omnes contra Eccleſiam veniunt; ſed dum hæretici omnes ſe inuicem vincunt, nihil tamen ſibi vincunt. Victoria enim eorum Eccleſiæ triūphus ex omnibus eſt, dùm in eo hæreſis contra alteram pugnat, quod in hæreſi altera Eccleſiæ fides dānat. Nihil enim eſt, quod hæreticis commune eſt. Et inter hæc fidem noſtram dum ſibi aduerſātur, affirmant.* Et infra affert exemplum de contentione hæreticorum Photini, Sabellij, & Arij, qui in aduerſarijs reprobant, quę nos ipſi reprobamus, vt Sabellius in Ario quod non agnoſcat Chriſtū eſſe Deum; Arius in Sabellio, quod non videat eſſe perſonam diſtinctam. Et hęc etiam ab alijs Patribus notata ſunt.

S. Hilarius egregiè.

Quid reprobet Sabellius in Ario? quid Arius in Sabellio?

5. *S. Thom.* Neuter finit numerum Trinitatis.

Obſeruat autem S. Thomas q. 9. de potentia art. 9. neque Arium, neque Sabellium finire numerum Trinitatis: nam ſi Filius & Spiritus Sanctus ſunt creaturæ, vt blaſphemus Arius ait, quid prohibet eſſe plures? Si verò ſūt nomina eiuſdem perſonæ Patris, vt ait Sabellius, quid prohibet eſſe nomina plura?

6. Auctores hæreſis Sabellianæ Hebion, & Cherinthus.

Quod autem attinet ad hæreſum auctores, Hebion, & Cherinthus Chriſtum eſſe purum hominem crediderunt, quos ſequutus eſt Paulus Samoſatenus, & Photinus illius diſcipulus. Quare eos retulimus inter Sabellianos; quia ſcilicèt tollentes Filium, & Spiritum Sanctum reliquerunt vnam perſonam diuinam, ſcilicèt Patrem. Sed Artius Syrus primus fuiſſe dicitur à S. Baſilio libr. 1. contra Eunomium, qui Filium Dei alterius ſubſtantiæ à Patre aſſeruerit; & poſt eū ipſe Eunomium ait. Lucius item, & Acatius eandem olim hæreſim tenuiſſe feruntur; Nazaræique Iudæi, qui Chriſtum, vt virum probum ſuſceperunt colendum; vt refert Theodoretus libr. 2. hæreticarum fabularum. Ab Origine etiam hanc hæreſim emanaſſe docet S. Epiphan. epiſt. ad Ioannem Hieroſolymitanū, & Theophylact. Alexand. in Paſchal, lib. 2. & S. Auguſtinus libr. de hæreſibus, ad quod vult Deus cap. 43. Item S. Athanaſ. apud Nicephorum lib. 8. cap. 21. teſtatur centum annos ante Concilium Nicenum ab antiquis Epiſcopis hunc errorem in aliquibus fuiſſe grauitèr animaduerſum, qui auderent Filium Dei creaturam dicere. Poſt quos Arius hæreſim apertiùs docuit Filium Dei creaturam eſſe; & ex non entibus, hoc eſt, ex nihilo creatum; & non æternum, ſed tempore definito; vt per eum Deus cæteras res conderet, quaſi per architectum. Itaque aiebat ante ſæcula quidèm, hoc eſt, ante temporis decurſus, Filium Dei conditū fuiſſe, non tamen ab æternitate. Quæ liquent ex Arij epiſtola ad Euſebiū Nicomed. quæ eſt apud Nicephorum lib. 8. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, & S. Epiphanium lib. 2. de hæreſibus hęreſi 69. Et ibidem recitatur altera epiſtola Arij ſimilis ad Alexandr. Eademque de Ario refert S. Athanaſius oratione 2. contra Arianos, & aliàs ſæpiùs. Eundem Filium Dei poſt longa tēpora fuiſſe carne humana indutū Arius aſſerebat. Spiritum Sanctum etiam cum Filio Dei conditum ante tēpora noſtra; & fuiſſe creaturas adeò excellentes, vt vtraque rectè dicatur Deus, ſed non ſit verus Deus. Quæ omnia Arij dicta, & apud S. Athanaſiū; & apud Patres alios extant. Et hæc eſt ratio, quod Arius aliquandò dicatur inuentor huius hæreſis, quòd eam ſic explanauerit. Cum Ario conſentit Eunomius, vnde eadem hæreſis appellatur Eunomiana apud Theophyl. libro de hæreſ. dicebat enim Patrē Filium feciſſe, Filium verò feciſſe Spiritum Sanctum.

Artius Syrus primus omnium, vt dicit *S. Baſil.*

Item Nazaręi Iudei vt refert *Theodoret.*

Ab Origine hæc emanaſſe. *S. Epiphan.*

Theophyl. *S. Aug.* *S. Athan.*

100. annis ante Nicenū punitam.

Arij hæreſes de Filio proponuntur.

Niceph. *S. Epiphan.* *S. Athan.*

Arij hæreſis de Sp. Sancto.

Hæreſis Ariana dicitur Eunomiana apud *Theophyl.*

Deindè Ariani ſunt in partes diuiſi; alij enim Filium Dei Deo ſimillimum dicebant, non quidē omouſion, id eſt, vnius ſubſtantiæ, ſed omiuſion, id eſt, ſimilis ſubſtantiæ. Alij verò omninò diſsimilē Patri, & Eteriuſion, id eſt, diſsimilis ſubſtantiæ, quaſi Filium degenerem, & portentum, vt refert S. Ambroſ. lib. de fide 3. cap. 7. & Theodoretus hæreticarū fabularum, libr. 4. de Eunomio. Similitèr alij Dei Filium non ab æterno creatum cum Ario. Alij verò ab æterno creatum concedebant, vt refert S. Auguſtinus poſteriores Arianos cenſuiſſe, libr. 6. de Trinitate cap. 1.

7. Arianorū duæ ſectæ.

S. Ambr. *Theodoret.*

Aliæ duæ.

S. Auguſt. Poſteriores Ariani.

Maho-

8. *S. Damaſc.* Mahometus impius adulator.

Mahometus verò, quem S. Ioannes Damaſc. hæreſi. 10. Mamedium vocat, Trinitatem omninò negat cum Iudæis; & Chriſtũ n excellentia Apoſtolũ dicit, quaſi Chriſtianis morigerus, qui Chriſto deferat. Omnibus enim ſtuduit adulari, de quo Sanderus libr. 7. de viſibili Monarchia hæreſi 125. & Caniſius lib. 7. de Deipara cap. 20.

Sanderus. Caniſius.

9. Valentinus Gentilis priùs Tridita, poſteà Arianos poſteriores ſequutus.

Ex nouis hæreticis Arium conſequitur Valẽtinus Gentilis; nam etſi in principio tres Deos æquales dixiſſet, poſteà hoc retractans, inæquales Deos dixit Filium, & Spiritum Sanctum, delapſus, dùm ſe corripit, in Arianiſmum: & Patrem vocat eſſentiatorem, Filium verò, & Spiritum Sanctum eſſentiatos; non ſolùm impiè, ſed barbarè etiam blaſphemans, & in perſonas diuinas maledicta conijciens; quaſi Filius, & Spiritus Sanctus habeant eſſentias diſtinctas factas, ſeu creatas; æternos verò eſſe cum poſterioribus Arianis concedit.

10. Ab hac hæreſi non abhorrẽt noui hæreſiarchæ. *Bellarm. Valentia.* Nec abhorrẽt hæretici Vbiquetarij. Nec Seruetus.

Ab hac hæreſi non abhorrere Martinum Lutherum, Philippum Melanctonem, Zuinglium, & ipſum Caluinũ probat Robertus Bellarminus in Præfatione 2. Controuerſiæ tom. 1. & Gregor. de Valentia Vbiquetarios etiam inter hos connumerat in opere de rebus fidei lib. 1. de vnitate, & Trinitate cap. 78. & 9. Imò & Michaelem Seruetum, quem nos Sabellianum diximus, quia perſonas diuinas negat, collocat ille inter Arianos; eò quòd Chriſtum nomine tenus Deum dicat; quia ſcilicèt ſecundum humanitatem fingit eſſe natum de ſubſtantia Dei, purum tamen hominem eſſe. Quo etiam pacto Samoſatenum modò inter Arianos, modò inter greges Sabellianos numeramus. In quas hæreſes rectè conueniunt verba S. Ambroſij de fide libr. 1. cap. 4. *Hæreſis enim velut quadam hydra fabularum, vulneribus ſuis creuit, & dum ſæpè reſcinditur, pullulauit, igne debito, incendioq; peritura.* Nam hæretici rationibus oppreſsi, & conuicti, dum viam euadendi quærunt, alia capita hæreſum componunt, antiquis reſciſſis.

Nec Samoſatenus duas hæreſes cõplexus.

S. Ambroſ. egregiè in hæreticos.

11. At verò omnes hi hæretici in hoc ferè conueniunt, vt Spiritum Sanctum dicant eſſe minorem Filio, ſicùt Filiũ minorem Patre aiunt. Et Macedonius adeò petulans fuit contra Spiritum Sanctum, vt Filium Deum eſſe crederet, Spiritum Sanctum negaret. Extitit autem Macedonius anno ſalutis 368. contra quem ſanxit ſacrum decretum Concilium Cõſtantinopolit. primum ſub Theodoſio. Et iam olim, ſcilicèt anno 324. in Conc. Niceno ſub Conſtantino, Spiritum Sanctum eſſe Deum, approbatũ fuerat. Macedonianis autem, qui obijciebant Catholicis nomen Triditarum; reſpondet Gregor. Nazianz. oratione 5. Theologa ipſos eſſe quoque Biditas, qui Patrem, & Filium confiteantur, Biditas, inquam, quaſi duos Deos colentes Patrem, & Filium: quod ſi eos vnum Deum crederẽt; adderent quoque Spiritum Sanctum cũ Patre, & Filio Deum vnum, & ceſſarent à calumnia Triditarum. Hos Macedonios appellat meritò Theophraſtus Semiarianos, quia ex parte qua negant Spiritum Sanctum Deum, cum Arianis conſentiunt.

Macedonius petulantiſsimus in Spir. Sanctum.

Anno 324. in Conc. Nic. fuerat approbatũ Spir. Sanctum eſſe Deum. *Nazianz.* Macedonios Biditas vocat meritò.

Theophraſt. Semiarianos.

12. Idem S. Greg. Naz. eo in loco hæreticos contra Spiritum Sanctum inſurgentes falsè perſtringens; cũ Iudæos, & Sadducæos, qui negant Spiritum Sanctum, & Philoſophos, qui eum dicunt mentem, ſeu animam mundi, arguiſſet: de hæreticis per ironiam ſic ait: *At verò noſtri ſapientes partìm vim quandam, & facultatem ipſum exiſtimarunt, partìm creaturam; partìm Deũ; partìm vtro potiùs nomine vocandus eſſet, minimè certum, atq; exploratũ habuerunt.* Et infrà, *Alios etiam homines, videlicèt ſapiẽtiores, audiui, qui diuinitatem metiuntur; ac tum quidem perindè ac nos intelligi confitentur; ſed ea inter ſe disiungunt, vt primũ eſſentia, & poteſtate indefinitũ ſtatuant: alterum poteſtate, non item eſſentia; poſtremum vtroque circumſcriptum, & definitum: ſic alio quodam modo eos imitantur, qui opificem, & adiutorem, & miniſtrum nominant.* Hi enim hæretici Filium creaturam aiunt, & ideò eſſentia definitum; ſed eundem creatorem eſſe rerum aliarum, & ideò potentia infinitum: at verò Spiritum Sanctum creatum eſſe à Filio, & non eſſe creatorem: & ideò neque eſſentia, neque potentia infinitũ: ſed Patrem & Filium, quaſi opificem, & adiutorem: Sanctum verò Spiritum adminiſtrũ & ſeruum audent dicere. Mitto Valentinianum figmentum antiquũ de Æonibus, & Deitatibus penè innumeris, qui Spiritum Sanctum factum eſſe ab Angelo impiè aſſeruit. Gnoſtici verò hæretici de Spiritu Sancto impudentiſsimè blaſphe-

Idem Naz. Hæreticos iſtos ironicè perſtringit.

Hæreticorum impietas ridicula.

Valentinianũ figmẽtum in Spir. Sanctũ. Gnoſtici hæretici in Spir. S. impudẽtiſsimè blaſphemi

blaſphemabant. Teſtatur enim S. Cyrillus Hieroſ. catacheſi. 16. talia eos de Spiritu Sancto dicere, quæ ipſe Cyrillus neque nominare auderet.

S. Cyril. Hieroſol.

13. Cauſa verò errandi cæteris hæreticis fuit, cum ſcripturas ſanctas ex propria mente interpretarentur; quòd Spiritum Sanctum à Filio procedentem creaturã creaturæ dicerent, quia & Filius creatura eſſet. Et præterea quòd obſcuriùs explicetur in ſacra ſcriptura Deitas Spiritus Sancti: quare S. Gregor. Naz. oratione 5. Theolog. ait, Spiritum Sanctum ſubobſcurè indicatum etiã in nouo teſtamento. Arbitror autem nomine noui teſtamenti eo loco Nazianz. intellexiſſe hiſtoriam euangelicã, ſcilicèt, geſta Chriſti Domini. Nam ipſe Nazianz. in conſequentibus cum quæreret quanam de cauſa ſic obſcurè tradita nobis ſit de Spiritu Sancto doctrina, ſic ait: *Neque enim tutum erat Patris diuinitate non dum confeſſa, Filium apertè prædicari, nec Filij diuinitate nondum admiſſa, Spiritũ Sanctum velut grauiorem quandam (ſi ita loqui fas eſt) ſarcinam ingeri.* Alludit ad verbi Chriſti, *Non poteſtis portare modò.* Quæ infrà explicat. Sequitur autẽ *Ne alioqui immodicis cibis oppreſſi, ſoliq; radijs hebetes oculos adijcientes, priſtinis quoque viribus periclitarentur. Quin tacitis potiùs acceſſionibus, & vt Dauid loquitur, aſcenſionibus, atque ex gloria in gloriam progreſſionibus, & incrementis Trinitatis lumẽ ſplendoribus illuceret.* Argumentum autem ducit in hunc modum Nazianzenus. Iudæi enim vix Deum vnum capiebant, Deum, inquam, omnium Patrem, & ideò de naturali Dei Filio obſcura quædam intelligẽtia credita illis fuit; Filius autem carne veſtitus, & conſpicuus ſe ipſum clariùs indicauit: de Spiritu Sancto autem obſcurè, ne tanto pondere adhùc indociles animi opprimerentur; ideòque dixiſſe Dominum ad Apoſtolos cum ab eis diſcederet. *Multa alia vobis dicere habeo, ſed non poteſtis portare modò. Paraclitus autem, &c. ille vos docebit omnia.* Scilicèt, quia ipſam Paracliti notionem accipere prompti non erant, niſi Paraclitus ille adueniens, & mentibus eorum illapſus, ſe ſe agnoſcendum præberet. Quod videtur Nazianzen. ſapientèr docuiſſe. Totum autem iſtud argumentum conuincit Chriſtum agentem inter homines, de quo eſt hiſtoria Euangelica, meritò ſuppreſſiſſe clariorem notitiam Spiritus Sancti. Sed miſſo Spiritu Sancto declarata ſunt omnia; & in Epiſtolis Catholicis, & Actis Apoſtolorum prædicatur apertè Spiritus Sancti diuinitas, vt liquet ex capite antecedenti.

Cauſa errãdi hæreticis fuit duplex. Prima. Secunda. *Nazian.* Cur doctrina de Spir. Sancto obſcurius ſit tradita in nouo teſtamẽto. i. in euãgelio. *Ioan. 16.* In Epiſtolis Catholicis, & Actis Apoſtolorũ clarè prædicatur Spirit. Sancti diuinitas.

14. Inſanior autem eorum fuit impietas, qui ſe ipſos eſſe Spiritum Sanctum credi voluerunt, quorum primus fuit Simon Magus, de quo anteà diximus, vt refert S. Cyrillus Hieroſolym. catacheſi 16. & Theodoret. libr. Hæreticarum fabul. 1. & præter hunc Manes, qui ſe eſſe Paraclitum aiebat à Chriſto miſſum: & adhùc Montanus ſe eſſe Spiritum Sanctũ prædicabat, vt Cyrillus enarrat loco eodẽ. Sed catacheſi 6. diligẽtiùs obſeruat Manetis conditionem, & infauſtum interitum; Simonem verò ait dixiſſe ſe Patrẽ, & Filium, & Spiritum Sanctum.

S. Cyril. Hieroſol. Theodoret. Se ipſos eſſe Spir. Sanctum prædicarunt Simô Magus. Manes. Montanus.

POSTERIOR PARS.

Hæreſes contrariæ refelluntur.

1. SVpereſt, vt argumenta refellamus propter quæ hæretici Spiritus Sãcti Deitatem tollunt. Et illud quidem perantiquum eſt apud hæreticos; quod Spiritus Sanctus non appelletur Deus in ſacris literis; quod Ariani inculcare ſolebãt, vt refert S. Athanaſius oratione cõtra Annomæos, & S. Greg. Nazianz. oratione 5. Theologa. Sed nos iam oſtendimus in vtroque teſtamento Spiritũ Sanctum appellari Deum. Quod etſi in ijſdẽ ſacris literis non extaret, ſatis eſſet nobis affluens copia argumentorum, quibus oſtendimus Spiritum Sanctum prædictum eſſe omnibus ijs naturæ dignitatibus, quæ Deitatis ſunt propriæ.

Argumenta hæreticorum. 1. argumentũ perantiquũ. *S. Athan. Nazianz.* 1. reſponſio, in vtroque teſtamentò Spirit. Sanctum appellari Deum, vt oſteſum eſt. 2. reſponſio ex ſupradictis.

2. Multa alia argumenta hæreticorum ſimul complexus eſt S. Greg. Nazianz. oratione 5. his verbis: *Quæcunque autem hic quoque humiliùs dicũtur, velut quod detur, mittatur, diſtribuatur, chariſma etiam, donũ, inſufflatio, pollicitatio, interceſſio, ac ſi quid aliud huiuſmodi, ne ſingula commemorem, ad primã cauſam referri debent, vt ex quo ſit, oſtendatur; ac non tria principia diuiſa, proindèque tres Dij admittantur.* Sed nos de his ſingulis rationem reddere volumus.

Idem Naz. multa argumenta hæreticorũ ſimul cõplexus eſt. Omnia hæc ſignificãt Sp. Sancti proceſſionẽ, & miſſionem.

3. Eſt ergo primum argumentum, quòd Spiritus Sanctus detur, ſcilicèt, quod ſit donum.

Quòd Spir. S. detur ſeu ſit donum Patris.

Apud Naz. prima cauſa. i. primũ principium à quo proceditur.

2 q e mittatur, ſeu accipiat poteſtatẽ tãquam ij, qui mittuntur.

3 quòd diſtribuatur, ſeu infũdatur, vt immenſus, & infinitus.

4. Chariſma ſeu vnctio per gratiam.

5. inſufflatio.

6. pollicitatio, ſeu oppignoratio ob ius ad gloriã, & ſplẽdorem animi, per gratiam.

A donum. Ad quod iam ſuperiùs reſpondimus, Deum dare ſe ipſum; quare nil mirum, quòd Deus dicatur donum, hoc enim refertur ad primam cauſam, id eſt primum principium, vt ait Nazianz. vt ex quo ſit, oſtendatur, ſcilicèt quod Spiritus Sanctus ſit donum Patris, à quo procedit. Et ſimilitèr refellitur argumẽtum alterum, quod Spiritus Sãctus mittatur, ſicut ſeruus; hoc enim impium eſt; ſed dicitur mitti, quia accipit poteſtatẽ, ſicut ij qui mittuntur: accipere autẽ poteſtatem ſignificat proceſsionem, vt dicemus lib. 6. Quòd verò infundatur, ſeu diffundatur, ſeu diſtribuatur, in quo videtur Nazianz. alluſiſſe ad linguarum ignearum partitionem, & donorum diuiſionem; maximè ſignificat Spiritus Sãcti Deitatem, qui vnus cum ſit, poteſt à pluribus capi, & obtineri, vt ſuprà commonſtrauimus. De chariſmate, id eſt, vnctione, dicendum Spiritum Sanctum ita vocari, non quòd oleum ſit, quod eſt nõ minùs abſurdũ, quàm impium; ſed quia oleo ſacto, id eſt, gratia Dei nos imbuit, & perungit. De dono autem iam dictum eſt. De inſufflatione dicendum eſt, per ſpiritum corporeum ab ore Chriſti Domini efflatum ſignificari Spiritum diuinum ab eo procedentem; vnde hoc quoque proceſsionẽ ſignificat. Pollicitatio verò, ſeu oppignoratio (ad hoc enim videtur alludere) ita explicanda, ſicut & chariſma, ſeu vnctio; non enim Spiritus Sanctus eſt pignus, & arrhabo aureus, aut argenteus; ſed quia confert nobis animi ſplendorem, & gratiam Dei, quæ eſt pignus hæreditatis; quia per gratiam ſumus filij; quod ſi filij, & hæredes. Meritò igitur hæc omnia ait S. Greg. Naz. proceſsionem Spiritus Sancti ſignificare, quia in omnibus his ſignificatur Spiritus Sanctus, vt donum, & vt miſſus.

4. 7. interceſsio.

Verba Pauli explicat. 1. *S. Aug.*

Ad Gal. 4.

Roman. 8.

Obſcurius verò eſt quòd interceſsio Spiritus Sancti ad Patrẽ, ſignificet quoque Proceſsionem, vt Gregor. ait. Hæc autem verba Pauli, quòd Spiritus Sanctus poſtulet pro nobis, ſenſum habent planiſsimum apud S. Auguſtinum lib. 1. contra Maximum, id eſt, poſtulare nos facit. Explicatur enim per locum ſimilẽ, nam ipſe Apoſtolus qui ad Galat. 4. ait, *Miſit Deus ſpiritum Filij ſui in corda veſtra clamantem Abba Pater.* Roman. 8. ſe ipſum ſatis exponit, *Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba Pater.* In quo, id eſt, per quẽ; ſignificat enim cauſam: clamat ergo Spiritus, & intercedit in hoc ſenſu, quod eſt nobis cauſa, excitando corda noſtra, vt clamemus. Idem docet S. Auguſt. epiſt. 121. cap. 15. & Ioan. 3. Et de vnitate, & Trinitate Dei cap. 3. & contra ſermonẽ Arianorum cap. 25. tom. 3. Videtur autem non ſpernẽda alia explicatio, quòd verbum poſtulandi dicatur per tropum, vt exponere videtur S. Petrus Chryſolog. ſerm. 2. de Prodigo, *Intus eſt in Patris pectore, ipſe qui interuenit, & exorat affectus.* Cum ergo Spiritus Sanctus ſit charitas Dei, & diuinus affectus, ſiue dilectio, per accommodationem, vt lib. 4 dicemus, elegãtèr videtur dictũ, quod B ipſe poſtulat pro nobis nõ precibus, ſed voluntatis propenſione, & affectione: ſignificatur ergo etiam in ijs proceſsio, quatenùs Spiritus Sanctus ad hoc mittitur, vt poſtulare nos faciat; non quòd ipſe, quaſi miſſus ſupplex ſit ad mittẽtem; nam qui omnia accepit, non ſupereſt quod poſtulet; ſicùt & Chriſtus ſecũdum Deitatis naturam non fuit ſupplex, ſed Dominus.

Idem S. Aug.

Explicat. 2. elegantèr *S. Chryſol.*

Proceſsio ſignificatur quatenùs Spir. Sãct. ad hoc mittitur, vt poſtulare nos faciat

5. 3 argumẽtum probans eſſe creaturam. *Ioan.* 1. *Amos.* 4.

Locus Ioan. 1. explicatur optimè ex adiunctis. *Nazian.*

Sed Spiritum Sanctum eſſe creaturã hæretici probant ex eo, quòd per Verbũ dicuntur omnia facta Ioan. 1. Spiritus C Sanctus igitur, aut non eſt, aut factus eſt. Et Amos. 4. *Formans tonitruũ, & creãs ſpiritum.* Sic enim legitur apud Patres nonnullos. Ad hæc reſpondetur cum S. Greg. Nazianz. oratione 5. & alijs Patribus quod omnia, quæ facta ſunt per Verbum ſunt facta, & hoc ſignificatur verbis ſequentibus, *ſine ipſo factum eſt nihil, quod factum eſt.* id eſt, ex ijs, quæ facta ſunt, ſine ipſo nihil eſt factum. Et hic eſt commentarius S. Ioannis Chryſoſtomi ſerm. 4. in Ioan. Cum ergo Spiritus Sanctus aliàs nõ legatur factus, ſed D faciens, & creans; non poteſt dici factus per Verbum; ſicùt nec Pater eſt factus. Illud verò Amos Prophetæ non de Spiritu Sancto, ſed de vento intelligitur, vt explicat S. Athanaſ. epiſtol. ad Serapionem, Didymus, S. Cyrillus, & alij. Et ex coniunctis probatur; coniungitur enim tonitruum cum vento. Et confirmatur auctoritate editionis correctæ. *Quia ecce formans montes, & creans ventum.*

S. Chryſoſt.

Locus Amos 4. explicatur de vento ex coniunctis. *S. Athan. Didymus. S. Cyrillus. Ed. correct.*

6. 4. argum. Spir. Sanctum non eſſe Deum. Probant 1. *Ioan.* 16.

Deindè probant Spiritum Sanctum non eſſe Deum ex illo Ioan. 16. *Non loquetur à ſemetipſo, ſed quecũq; audiet, loque-*

Secundò. Probant. 3. *Epheſ*. 4. Probant. 4. Quintò. *Ioan*. 17.

A *loquetur.* Et ex eo item quòd Spiritus Sanctus eſt tertius poſt Patrem; eſt ergo tertia natura, non diuina. Item ex illo Epheſ. 4. *Nolite contriſtare ſpiritũ Dei.* Qui autem triſtitia afficitur, Deus non eſt. Item ex eo quòd non eſt filius naturalis; non eſt ergo de ſubſtantia diuina naturalitèr procedens, ſed per artem diuinam; ſicùt homo de ſubſtantia ſua ſolum producit filium, cætera efficit per artem. Item ex illo Ioan. 17. *Vt cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* Vbi de Spiritu Sãcto non fit mentio, ſed excluditur.

7\. Ad 1. reſpõdet *S. Baſil.* indè probari Spir. Sanctũ eſſe eiuſdem ſubſtantiæ cũ Patre, & Filio.

Ad primum reſpondet S. Baſilius lib. 5. contra Eunomium illis potiùs verbis B ſignificari Spiritum Sanctum eſſe eiuſdẽ ſubſtantiæ cum Patre, & Filio; ſiquidèm non poteſt loqui à ſemetipſo, id eſt, ex ſcientia, quam non acceperit. Nam aliàs omnis creatura rationalis loquitur à ſemetipſa, id eſt, per ſcientiam, quam habet: & de Diabolo dicitur Ioan. 8. *Cum loquitur mendacium, ex proprÿs loquitur.* Eſt ergo concors interpretatio Patrum his verbis ſignificari Spiritum Sanctum accipere ſcientiam à Patre, & Filio, vt conſequentia verborum apertè indicat. Et ſimilitèr dicitur Ioan. 5. *Nõ poteſt filius à ſe facere quidquam.* Quod C verò aiunt Spiritum Sanctum eſſe ordine tertium, dicimus eſſe tertium ordine proceſsionis in eadem natura, negamus verò eſſe tertiam eſſentiam. De eo autẽ, quod dicitur, Spiritum Dei contriſtari, metaphora eſt; nam & Deus dicitur iraſci, & ambulare; & ita dicitur quòd Spiritus ferebatur ſuper aquas. Quod autem probant Spiritum Sanctum non procedere per naturam, quia nõ eſt Filius lib. 2. refutabimus, explicantes, quomodò proceſsio Spiritus Sancti ſubſtãtialis ſit: D ſatiſque eſt ad intelligentiam veritatis, quòd in Deo quidquid eſt, ſubſtãtia eſt: eſt autẽ Spiritus Sanctus charitas procedens; eſt ergo ſubſtantia, & de ſubſtãtia naturalitèr procedẽs. Demùm quod non excludatur Spiritus Sanctus cũ dicitur, *Te ſolum verum Deum, &c.* docebimus, hunc locum etiam enarrantes lib. 5.

Ioan. 8. Confirmatur reſponſio. *Ioan.* 5. Ad 2. Ad 3. Ad 4. Quòd in Deo eſt, ſubſtantia eſt. Ad 5.

8\. 5. ãrgum. Spirit. Sanct. eſſe Angelum. Probant. 1. 1. *Timot.* 5.

Denique cõfirmant Spiritum Sanctũ eſſe Angelum ex Paulo 1. ad Timoth. 5. *Teſtor coram Deo, & Chriſto Ieſu, & electis Angelis.* Quo in numero Angelorũ aiunt Spiritum Sanctum eſſe. Et Zachariæ. 4. *Reſpondit Angelus, qui loquebatur in me.* Eſt autem ſpiritus, qui loquitur in Prophetis; ergò Angelus dicitur ſpiritus. Primum illud futile eſt: cũ enim Spiritus Sanctus nunquam connumeretur Angelis, quid cogit eũ illo loco Angelorum nomine indicari? Maximè cum de Spiritu Sancto ſingularis fiat ſemper mentio, vt ſuprà oſtendimus. Neque verò oportuit fieri de Spiritu Sancto mentionem in illis verbis Pauli, ſicùt & in alijs locis non fit Spiritus Sancti mẽtio; ſed aliquandò de Patre, & Spiritu Sancto; aliquandò de Patre, & Filio; aliquãdò de Spiritu Sancto, & Filio ſermo eſt. Angelum verò, qui cum Zacharia loquebatur non eſſe Spiritum Sanctum docet S. Athanaſius ad Serapionem, quod & ſuprà explicauimus. Eſt autẽ phraſis Hebræorũ, *Angelus qui loquebatur in me*, id eſt, mecum: ſicùt in illo *Pſal.* 84. *Audiã quid loquatur in me* Dominus Deus, id eſt, audiam quid loquatur mecũ Deus. Non ergo erat Angelus in Zacharia, vt ſuprà quoque oſtendimus; nam hoc eſt proprium Deitatis: ſed loquebatur cum Zacharia.

Secundò. *Zachar.* 4. 1. probatio futilis eſt. Ad 2. *S. Athan.* Phraſis Hebr. in me. i. mecũ. *Pſal.* 84. Angelus non erat in Zacharia, nam hoc eſt proprium Deitatis.

9\. 6. argumentũ vaniſsimum & impudens quo vtuntur Macedoniani, & Eunomiani.

Argumento etiam vaniſsimo Macedoniani, & Eunomiani impugnabãt Spiritus Sancti diuinitatẽ apud S. Athanaſ. epiſtola ad Serapionem de Spir. Sancto, *Aut*, inquiunt, Spiritus Sanctus procedit à ſolo Patre, & erit Filius; aut à Filio, & erit quidèm filij filius, & Patris nepos: aut ab vtroque, & erit alter genitor, alter genitrix. Quod ſi non procedit de ſubſtantia Patris, neq; Filij, non eſt Deus. At verò lib. 2. elucidabimus proceſsionem Spiritus Sancti non eſſe generationem; quarè etſi ab vno, aut altero ſic procederet, quemadmodùm à duobus procedit, Filius non eſſet, ſed Spiritus Sanctus, ſpiratus amor.

Spir. Sanctus etſi ab vno aut altero procederet, quemadmodũ à duobus procedit, Filius nõeſſet, ſed Sp. Sãctus.

10\. *Valentia* perperàm explicat Nazian.

Gregorius de Valentia multis declarat verba S. Gregorij Nazianz. ſuperiùs recitata 1. p. huius capitis, qui oratione 5. ſapientes vocat eos, qui Spiritũ Sanctum creaturam credebant: quod ſi Nazianzen. ſapientes diceret, qui Spiritum Sancti Deitatem negãt, ipſe cum eis deſiperet. Explicat autem Gregor. de Valentia Nazianzenum quaſi ſapientes dicat, non Patres, ſed viros alios doctos, qui in his errarent per ignorantiam. Sed S. Baſilius lib. 2. cõtra Eunomium teſtatur neminem Spiritũ Sanctum creaturã dixiſſe

S. Baſil.

Digitized by Google

dixiſſe vſque ad ætatem ſuam; vixit autem S. Baſilius ætate S. Greg. Nazianz. cuius vſus eſt colloquio: non ergo potuit Nazianz. referre ſuæ ætatis ſapientes ea ignorantia deluſos, ſeu potiùs hæreſi maculatos: neque Nazianz. eos ſapientes appellaſſet, & ſapientes noſtros; quod eſt nomē eos cohoneſtātis. Aperta eſt ironia in verbis Nazianzeni; & noſtros dicit hæreticos irridens, quia, ſecundum verbum Ioannis, ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis.

Germana explicatio Nazianzeni.

CAPVT XXIV.

Deus eſt ens ſimpliciſſimum.

1. CVm ex ſacris literis, & Eccleſię teſtimonio probauerimus eſſe in Deitate perſonarum diſtinctionem; ſupereſt vt modum explanemus, quo ratio naturalis cum fidei aſſertione non pugnet. Et cum hanc difficultatē pluribus libris explicaturi ſimus, in partes plures totā hanc materiā diſpartientes: hoc loco de ea difficultate, quę primò ſe ſe offert circa Deitatē Spiritus Sancti, differemus. Quomodò ſcilicèt eſſentia vna, eadémque ſimpliciſsima, quæ eſt Deitas, in tribus perſonis diſtinctis poſsit, ſalua vnitate, & ſimplicitate ſua, conſiſtere? ſicut enim vnitas repugnat multitudini, ita & ea parte repugnat multitudini ſimplicitas in rebus creatis: plura enim non poſſunt conficere vnum ſine aliqua compoſitione. Priùs ergo de ſimplicitate Deitatis; tunc verò de vnitate illius agendum eſt; & ad vltimum quo pacto numerus perſonarum cum ſimplicitate, & vnitate Deitatis concordet. Diſputaturi autem primò de ſimplicitate Deitatis caput diuidimus in partes quatuor.

Simplicitas repugnat multitudini in rebus creatis.

Prima pars. *Diuina quidditas omnis cōpoſitionis eſt expers.*

Secunda. *Deus non eſt compoſitus ex genere, & differentia; etſi ea compoſitio non ſit realis.*

Tertia. *Deus non eſt compoſitus ex quidditate, & habente quidditatem.*

Quarta. *Simplicitas nō eſt perfectio rei, ſed quædam negatio.*

PRIMA PARS.

Diuina quidditas omnis compoſitionis eſt expers.

2. IGitur à Dei Optimi ſimplicitate ducētes exordiū, Deū ipſum ſimpliciſsimū ens cōcedere neceſſe eſt, ita vt nullā omninò compoſitionē admittat. Et quidem quòd excludat omninò cōpoſitionem realem, quę cernitur in re ipſa, probatur imprimis ex eo, quòd Deus eſt primum ens, & cauſa prima; nam compoſitum eſt quid conſequens ad cōpoſitionē partium, & cauſatū ab eis; id autē quod conſequitur, & cauſatū eſt, poſterius eſt: ergo ens primum non eſt compoſitum; quia eſſet poſterius, & non primum; & eſſet effectus, & non cauſa prima.

Concluſio. Deus omninò excludit compoſitionē realem.

1. argument.

Quod eſt cōpoſitū eſt poſterius, & effectus.

Secūdò probatur, quia Deus eſt ens omninò neceſſariū; nā quę nō neceſſariò ſūt, poſsūt eſſe, & nō eſſe: cū ergo à ſe nō potiùs habeāt eſſe, quā nō eſſe, neceſſarium eſt dicere, quòd ab alio ſūt, ſc. à Deo; illud autē, à quo ſunt omnia, ſimpliciter eſt neceſſariò, & nō poteſt nō eſſe. Tūc ſic arguo. Deus, qui eſt ens neceſſarium, eſt (vt ais) cōpoſitū: ergo eſt cōpoſitū ex neceſſarijs, aut cōtingētibus: ſi ex neceſſarijs; ergo ipſū cōpoſitū nō eſt per ſe neceſſariū, ſed per ſua cōponentia: & probatur manifeſtè, quoniā ſublatis neceſſarijs cōponētibus tolleretur ipſū cōpoſitū. Si verò hoc cōpoſitū, quod eſt neceſſariū, cōſtet ex cōtingētibus: ergo cōtingens eſt cauſa neceſſarij, quod eſt impoſsibile; ſicut enim in conſequētijs antecedēs cōtingēs nō poteſt inferre neceſſariū cōſequēs; ita neque ex cauſa cōtingēti poteſt eſſe ens neceſſarium. Si verò dicas quod altera pars cōponens eſt neceſſaria, ſanè illa erit primū ens, & neceſſariū, nō verò cōpoſitū ipſum, quod ab illa cauſatū eſt. Cōfirmatur argumētū auctoritate S. Anſelmi c. 16. Monolog. *Quid ergò, ſi ſūma illa natura tot bona eſt, eritnè compoſita tot pluribus bonis? An potiùs non ſunt plura bona, ſed vnū bonum tam pluribus ſignificatum?* Omne enim compoſitū, vt ſubſiſtat, indiget his, ex quibus componitur: & illis debet quidem, quod eſt; quia quidquid eſt per illa eſt: ergo primum ens, quod eſt neceſſarium, & non eſt per alia, compoſitum non eſt.

2. 2. argum.

Quæ non neceſſariò ſunt, ab alio ſint neceſſe eſt.

Illud à quo ſūt omnia, ſimpliciter, & per ſe eſt neceſſariū eſſe.

Confirm.

S. Anſelm.

Id quod eſt cōpoſitum, quidquid eſt, per illa eſt, ex quibus componitur.

3. Tertiò probatur ex eo, quod Deus eſt primū agens: nam omne compoſitū habet cauſā ſui efficientē: compoſitū enim ex pluribus cōſtat, ſiue partib', ſiue entitatibus (vt aiūt) ſiue gradibus entis: plura autē, ſecundū quod plura ſunt, non cōiunguntur: ergo indigent aliquo agente, quo cōiungātur: ergo ſi Deus eſt quid cōpoſitū, habet cauſam ſui efficientē, quod de primo agente non poteſt intelligi;

3. argum.

Quæ ſecundū ſe plura ſunt non vniūtur, niſi per aliquā cauſam adunantem ipſa.

Digitized by Google

Nazianz.

Quod eſt capax compoſitionis, ſeu diuiſionis, eſt capax actionis, & paſsionis.

Vndè rectè S. Greg. Naziãz. oratione 1. de Theologia. *Nã quod ſimplex eſt, vnius forma eſt, numeriq́ expers: quod autẽ in numeros cadit, ſcindi neceſſe eſt, etiãſi numeris non ſubijciatur: quod verò ſcinditur, paſsioni vtiq́ obnoxium eſt, ſectio enim paſsio eſt.* Cuius conſequentiæ hæc eſt efficacia, vt probet ad omnem cõpoſitionem actionẽ, & paſsionẽ conuenire. Nam eſſentia, quæ eſt diuiſa in partes, ab aliquo agente habet partiũ diuiſionem, ſicut & vnitatẽ totius.

Confirmatur.

Cõfirmatur, quia ſi Deus eſt primum agẽs; ergo agit ſe toto, nam primũ agens cũ agat in omnia, non poteſt habere partẽ non mouentẽ, quia ſecũdũ illã eſſet determinatũ; quod autẽ determinatũ eſt, non eſt commune principiũ; nam cõmune, & determinatũ opponũtur. Itẽ ſecundum partẽ, qua nõ mouet, poteſt moueri, quod repugnat primò moueri. Si autẽ mouet ſecundũ ſe totum, non eſt compoſitum: nam vnumquodque eſt mouens per actũ, & inquãtum eſt actu: ergo totum eſt actus: ergo eſt vnus actus ſimplex; nam ex duobus in actu non fit realis compoſitio.

Quod ſecundum ſe totum eſt commune principiũ, ſeu mouens eſt totũ vnus actus ſimplex.

4.
4 argum.
In Deo nõ eſt potentia paſsiua.
Probatur. 1.
Secundò

Quartò probatur ex eo, quod in Deo nõ poſſumus cogitare potentiã paſsiuã, ſeu receptricem: nam hæc reſpicit agens externũ, ſed primum agens non patitur ab agente alio, ergo non habet potentiã paſsiuam. Tùm etiã, quia quod habet potentiam paſsiuã, poteſt nõ eſſe, ſicut poteſt eſſe; ex eo enim quod habet potẽtiã, vt ſit, habet etiam vt non ſit; quia ſi habet potẽtiã vt ſit, nõ eſt à ſe, ſed ab alio; quod autẽ ab alio poteſt eſſe, poteſt etiã non eſſe.

Cõfirmatur. 3.

Et confirmatur, quia ſecundum potentiam paſsiuã eſt aliquid mutabile, mutatio autẽ pergit ad non eſſe.

Quartò.
In forma nihil eſt alienũ, ſeu quod non ſit ipſa forma.
Omne cõpoſitum eſt ex potentia paſsiua, & actu.
Probatur.

Itẽ quia Deus totus eſt actus cũ ſit primũ agens, actus autẽ non admittit potentiã paſsiuã in ſe ipſo, quia in forma nihil eſt alienum. Tunc ſic proceditur, omne compoſitum eſt ex potentia paſsiua, & actu; in Deo non eſt potẽtia paſsiua; ergo neque compoſitio. Probatur aſſumptum, quoniã cõponentia habent inter ſe ordinẽ, aliàs non fieret ex ijs vnũ; is autẽ eſt ordo naturæ, vt altera pars cõponens, ſcilicèt potẽtia, ſit quoddam receptaculũ, & appetat formam, ſeu actum quo perficiatur; & alia pars compoſitionis, ſcilicèt forma, ſiue actus, exigat potentiã, in qua recipiatur; quia ſi actus eſt per ſe, & non receptus in aliquo, non poteſt venire in A cõpoſitionẽ: rurſùm, potẽtia ſi per ſe haberet illã perfectionẽ, quã recipit ab actu, nõ veniret in cõpoſitionem cum illo. Omnis ergo compoſitio inuenitur in aliqua potẽtia paſsiua, quę in Deo nulla eſt.

5.
5. argum.

Quintò probatur ex perfectione Dei. Deus enim eſt quid perfectiſsimũ: at verò ſicut totũ eſt maius ſuis partibus; ita compoſitũ eſt melius ſuis partibus; nam maius in eſſentia melius eſt, vt ait S. Auguſt. lib. 6. de Trinit. cap. 7. *In ijs, quæ nõ mole magna ſunt, hoc eſt maius eſſe, quod melius eſſe.* Ergo quælibet pars non eſt Deus, quia pars eſt minus bona: quod autem eſt minus bonum Deo, nõ eſt Deus.

S. Aug.

Partes cõponentes & ipſa compoſitio eſſent minus bonũ quã Deus, qui eſſet totũ compoſitum.

Tunc vltrà, compoſitum nihil aliud eſt, B quàm partes componentes, & ipſa ratio compoſitionis: ergo cùm partes Dei nõ ſint illud perfectiſsimum, quod eſt Deus; neque ipſa compoſitio ſit illud perfectiſsimum: nam compoſitio eſt ordo partiũ, quæ etiam excluſis partibus non cõſtat; ſanè id, quod eſt illud perfectiſsimum, quod dicimus Deum, nõ eſt compoſitũ. Hoc eſt argumẽtũ S. Hilar. 7. de Trinit. *Non ex compoſitis Deus, qui vita eſt, ſubſiſtit; neq́ qui virtus eſt, ex infirmis cõtinetur; neq́ qui ſpiritus eſt, ex diſparibus formis eſt; totum quod in eo eſt, vnum eſt.*

S. Hilar.

C Quod argumentũ dilatari adhuc poteſt, vt Deũ oſtendamus nõ eſſe compoſitũ, quia eſſet cõpoſitio ex diſparibus, ſiquidẽ partes nõ perueniũt ad perfectionem totius: imò partes eſsẽt res creatę, ſiquidem non eſſent Deitas ipſa; minimè autem poſſent conferre res creatæ, & infirmæ ad hoc, vt conſtarent quoddam cõpoſitum increatum, & infinitæ virtutis.

Imò eſſent res creatæ & finitæ.

6.
6. argum.
Deus eſt verè vnum.

Sextò probatur ex dicto Boetij de Trinitate. *Illud verè vnum eſt, in quo nullus eſt numerus*: ſed vbi eſt compoſitio, eſt numerus partium componentiũ. Et idem confirmatur ex verbis S. Gregor. D Naz. recitatis. *Quod ſimplex eſt, vnius formæ eſt, numeriq́ expers*: ſed Deus eſt maximè vnus; ergo maximè ſimplex: quod ſi cõpoſitus eſt ab vnitate recedit.

Boetius.
Confirm.
Nazianz.

Excluduntur genera compoſitionum.
Primum.
Secundum.
Tertium.
Quartum ex eſſentijs infinitis.

Et explicatur hoc: nam Deus non cõponitur ex materia, & forma, quia non eſt corpus; neque ex ſubſtantia, & accidente, quia nõ eſt mutabilis; neque ex eſſentia, & eſſe, quia ipſum eſſe eſt eſſentia diuina, vt lib. 4. oſtendemus. Si autem cõponitur ex ſubſtantijs, & eſſentijs diſtinctis, & infinitis, iam ſunt plures Deitates, & non Deus vnus.

Septimò

Digitized by Google

7. *7. argum. Non eſt compoſitum ex infinitis. Nõ ex finitis. Non ex altera parte infinita.*

Septimò. Infinitũ ſi cõponitur ex infinitis, eſt maius infinitis, quod eſt contra rationẽ infiniti: ſi ex finitis, finitũ eſt; nã vtraque pars eſt finita; ergo ſi vnũ alteri addas, finitũ totũ eſt: ſi verò ſola altera pars infinita eſt, rurſũ infinito fieret additio, ſcilicèt parti infinitæ per partẽ finitã; & ipſum totũ, quod eſt infinitũ eſſet maius infinito, quod eſt pars ſui. Neq; eſt eadẽ ratio de infinitis diebus, & annis, ſi tẽpus fuiſſet æternũ; quia annus re vera eſſet maius ſua parte, ſc. die, ſecundũ cõtinuationẽ; ſed ſecundũ numerũ, qui eſt quãtitas diſcreta, annus nõ eſſet maioris numeri, quã dies, quia anni eſſent innumeri, & dies; plures tamẽ eſſent dies, quam anni referendo dies ad annos, vt partes anni; ſed non, vt partes numeri: & hoc ipſum iudicamus impoſſibile. At verò quod ens actu infinitũ ſit maius infinito in eodem genere infiniti, non poteſt intelligi; non ergo infinitum ens quoad eſſentiam componitur ex infinito ente, neque etiam ex finito, vt oſtendimus; ergo nullo modo eſt compoſitum.

Si tempus fuiſſet æternũ annus eſſet maius die ſecundũ continuationem, non ſecundum numerum.

Actu infinitũ maius infinito in eodẽ genere intelligi non poteſt.

8. *8. argum. Deus ſecundũ ſe totum eſt ipſa quidditas ſua. Argumentum hoc indicat S. Auguſt.*

Vltimò probatur, quia Deus eſt ipſa quidditas ſua, vt ſtatim oſtẽdemus; ergo quidquid eſt in Deo eſt quidditas; ergo quidquid eſt in Deo eſt vnũ: nã quidditas rei vna eſt. Vis huius argumẽti oſtendetur 2. parte capitis; & eſt argumentum à S. Aug. indicatũ lib. 11. de Ciuit. Dei c. 10. *Ideò ſimplex dicitur, quoniã quod habet, hoc eſt.* Ex eo ergo, quod omnis res, quam Deus habet, eſt ipſe Deus habens, ſequitur quod omnis illa res vna res eſt, ſcilicèt Deus ipſe. Et clariùs lib. 15. c. 5. *Itaq; cũ dicitur viuens, & intelligẽs, hoc ipſum dicitur; nõ enim percipit ſapiẽtiã, qua ſit ſapiens, ſed ipſe eſt ſapiẽtia.* Aliàs ſi ſapientiam perciperet, vita eius non eſſet ſapientia, ſed eſſent diſtincta.

Idẽ S. Aug.

9. His, & alijs argumẽtis euidẽtibus probatur in Deo nullã eſſe compoſitionem, neque ex partibus phyſicis; neque integrantibus; neque ex ſubſtãtia, & accidẽte; neque ex ſuppoſito, natura, & exiſtẽtia; omnis enim realis compoſitio ſiue per ſe, ſiue per accidens, quæ in Deo fingi quoquo modo poteſt, argumentis ſuperioribus facilè, & euidentèr refutatur.

Confirmatio.

10. *Pro concluſione Patres. S. Dionyſ. S. Iuſtinus.*

PRobatur itẽ hęc veritas ex Patribus. S. Dionyſ. de diuinis nominib. c. 2. S. Iuſtin. teſtatur q. 144. S. Iren. lib. 2. c. 16. Clem. Alex. 1. Pedagogi c. 8. Origen. homil. 3. in Gen. S. Baſil. lib. 1. cõtra Eunomiũ, S. Greg. Niſſen. de anima, & reſurrectione, S. Greg. Naz. de diuinitate ad Euagriũ, S. Athan. cõtra idola ad Machariũ, S. Cyril. 1. Theſauri c. 8. S. Ioan. Damaſc. 1. fidei Orthod. c. 12. S. Aug. lib. 6. de Trinit. c. 6. & 7. & de cognitione veræ vitæ c. 7. & aliàs ſæpiùs, S. Hilar. 7. & 8. de Trinit. S. Gregor. libr. 16. Moral. c. 21. S Fulgent. de fide ad Petrũ, S. Iſidor. lib. 1. de ſũmo bono c. 1. Boetius de Trinit. S. Anſelm. Monolog. c. 16. Et deniq; S. Bernard. lib. 5. de conſider. ad Eugen. vbi dilucidè hanc veritatẽ oſtẽdit dicẽs, *Multa dicuntur eſſe in Deo, & quidem ſanctè, Catholicèq;, ſed multa vnum; alioquin ſi diuerſa putemus, non quaternitatem habueris, ſed centenitatem.* Quaſi diceret Deitatẽ ſi à perſonis diſtingueretur quaternionẽ reddere; attributa verò diuina cum in magno numero ſint, magnũ numerum rerũ redditura eſſe, niſi omnia illa ſint vnum: Clemens verò Alex. lib. 1. Stromatum rectè ait nomen Apollinis quadrare in Deum ex ipſa notione, quia Apollo dicatur quaſi ſine multis propter ſimplicitatem. Et hæc eſt concors Patrum ſententia, quòd Deitas ſit ſimpliciſsima, & quòd omnia attributa Deitatis vna omninò res ſit, non plures res.

S. Baſil. S. Nyſſen. Nazianz. S. Athan. S. Cyrillus. S. Damaſc. S. Aug. S. Hilar. S. Gregor. S. Fulgent. S. Iſidor. Boetius. S. Anſelm. S. Bernard. dilucidè. Clem. Alex. Appollo quaſi ſine multis.

11. *Pro eadem cõcluſione Conc. Later. Cap. Firmitèr.*

Confirmatur inſuper eadem veritas definitione Eccleſiæ in Cõc. Lateranẽſi, & refertur c. *Firmitèr*, de ſũma Trinit. Adhùc probatur à loco extraneo, ſcilicèt, ex Philoſophorũ ſententijs, nã Ariſt. lib. 12. Metaph. tex. 77. ait, quod intelligere Dei eſt ipſum eſſe Dei. Et Aug. Eugubin. de perẽni Philoſphia c. 10. refert ex Mercurio Triſmegiſto, & Epicteto naturã Dei eſſe ipſam ſapientiã, &c. Eſt verò inſignis locus Alcinoi Platonici, *Deus ipſe ſupremus, æternus, ineffabilis, ſe ipſo perfectus, nullius rei indigus; diuinitas, eſſentia, ratio, veritas, harmonia, bonum exiſtit: neq; verò hæc ita denumero, vt inter ſe ipſa diſiungam, imò vt vnũ potiùs cũcta cõſidero.* Hęc legũtur in lib. S. Auguſt. 8. de Ciuit. Dei c. 6. à Ludou. Viuis è Græco traducta; Cicero etiã in Tuſcul. & de natura Deorũ Deum eſſe ait ſegregatũ ab omni concretione. At verò Zenon apud Clementẽ lib. 5. ſtromat. imagines prohibebat cõfici in lib. de Repub. eò quòd nihil cõpoſitum Dijs dignũ eſſe aſſerebat; adeò cenſuit à natura Deitatis remotam eſſe compoſitionem. Vide Plutar-

Pro eadẽ Philoſophi. Ariſt. Aug. Triſm. Epictet. Inſignitèr Alcinous apud S. Auguſt. Cicero. Zenon apud Clement.

Digitized by Google

Plutarc. Philo. Capreol.

Plutarchum de placitis, & Philonẽ cap. de Deo. Alios Philoſophos receſet Ioãnes Capreol. in 1.d.8.q.4.ar.1. concl.1.

SECVNDA PARS.

Deus non eſt compoſitus ex genere, & differentia, etſi ea compoſitio non ſit realis.

1. Dicendum quoque eſt Deum nõ eſſe quid compoſitum ex genere, & differentia. Sed neceſſe eſt hoc loco addiſcentem monitum eſſe, ne ideò exiſtimet Deitatem nõ eſſe compoſitã ex genere, & differentia, quia hæc cõpoſitio ſit realis in re ipſa inuenta, vt aliqui falsò exiſtimant. Neque enim dubium eſſe debet, ſi quis animum aduertat, quòd in formis ſimplicib⁹, vt eſt color, albedo, nulla ſit in re ipſa cõpoſitio ex natura generis, & differẽtia; ſeu ex re quę eſt genus, & re quæ eſt differẽtia; ſed quòd hæc ſola ratione diſtinguãtur, & cõponantur. Nam cõpoſitio vera, & realis, quæcunque ea ſit, ex pluribus rebus coaleſcit; ergo oportet vt in re ipſa exiſtant plura illa, aliquatenùs re ipſa diſtincta, ex quibus albedo componatur, ſcilicèt, vt in ipſa albedine alia res ſit color, & alia res differẽtia albedinis, verbi gratia, diſgregatiuũ viſus, ita vt illa natura generis, & hæc differẽtia ſint res duæ aliqualitèr diſtinctæ; quod neque, vt fingas, licet. Ideòq; formæ ſimplices dicũtur ab omnibus, quia eſſentia earũ non conſtat partibus componẽtibus. Et idẽ neceſſe eſt de Angelis affirmare, aliàs ſi in re ipſa natura generis exiſtit aliqualitèr diſtincta à differẽtia, nõ ſunt formæ ſimplices, ſed cõpoſitæ eſſentiæ ex duabus partibus eſſentialibus, quarũ altera pertineat ad genus, altera ad differentiã; & ita incidendũ eſt in errorem Auecibronis, qui Angelos aſſerebat conſtare ex materia, & forma, non materia corporea, ſed incorporea, quæ eſſet natura generis. Et in accidentibus res eſt non minus perſpicua, vt exemplo albedinis propoſito oſtendimus.

In formis ſimplicibus, vt eſt color, albedo, Angeli, &c. cõpoſitio ex genere, & differentia, ſimiliterque diſtinctio, eſt rationis.

Oſtenditur.

Error Auicebronis, angelos cõſtare ex forma, & materia incorporea quæ eſſet natura generis.

2. Non eſt ergo probanda plurimorum ſententia, qui eunt in cõmunem errorẽ, & aiunt naturam generis, & differẽtiam formalitèr diſtingui, & compoſitionem in re ipſa facere; quam tamen nullus eorum, quem legerim, hactenùs explicauit; ſed neque poterit explicare in formis ſimplicibus, & accidentibus.

Sententia genus, & differẽtiã formalitèr in re ipſa diſtinguẽs in formis ſimplicib. inexplicabilis.

3. De ſubſtãtijs autem phyſicè compo- A ſitis, v.g. de viuentibus materialibus lõgè diuerſa eſt ratio; cum enim conſtent corpore, & anima, ſiue materia, & forma; ſi natura generis ea dicatur, à qua genus ſumitur, & natura differentiæ ea, à qua ſumitur differẽtia, haud dubium eſt hæc inter ſe re ipſa diſtingui, & ex ipſis viuẽs compoſitum eſſe; à corpore enim genus ſumitur, & differentia ab anima: corpus autem, & animam re ipſa diſtingui certum eſt, & in compoſitione congredi, & coniungi, vt lib. 4. diſputabimus.

In compoſitis phyſicis certũ eſt ea, à quibus ſumuntur genus, & differẽtia, re ipſa diſtingui.

4. Si autem per naturam generis, & differentię, nihil aliud intelligas, niſi res ipſas, quæ ſunt genera, & differentiæ; certũ B etiam eſt, ea ſola ratione diſtingui etiam in viuentibus, ſcilicèt corpus, & animatum, viuens, & ſenſitiuum.

Certum res ipſas quæ ſũt genera, & differentiæ etiã in iiſdem compoſitis ſola ratione diſtingui.

5. Si verò (quod eſt tertium) per hæc nomina intelligas ipſos gradus eſſentiales in metaphyſica, ſiue phyſica conſideratione, ſcilicèt, eſſe corporeũ, eſſe animatum; qui gradus in via peripatetica, & in ſchola S. Thomę ſũt effectus ſimul vnius formæ, v. g. in homine omnes hi gradus eſſentiales ſunt ab vna anima; cõtrouerſia maxima eſt, an diſtinguantur re ipſa, aut ſola differãt ratione? quæ diſputatio, quia longa eſt, neque ad hęc, quæ tractamus, neceſſaria, prętermittitur hoc loco, C vt cõmodiori tractetur lib. 4. Sed tamen quod ad rẽ eſt, ſi diſtinctio in re ipſa eſt, compoſitio realis eſt; ſin verò non eſt diſtinctio in re, neque cõpoſitio vlla realis eſt, ſed ſolius rationis, vt docuimus.

De gradibus eſſentialibus in Metaphyſica, ſiue phyſica cõpoſitione, qui in ſchola Sancti Thomæ ſunt effectus vnius formæ, maxima controuerſia eſt.

6. Ex quibus tandem colligimus, cõpoſitionem generis, & differentiæ non eſſe realẽ, ſed rationis duntaxat, etiam in viuentibus; nam genus, & differentiã dicimus res ipſas, quæ ſunt genus, & differẽtia, vt corpus, & animatũ, viuens, & ſen- D ſitiuum. Et ideò aſſerimus, rectè quidẽ, ſciteq; negari à Doctoribus, & Patribus compoſitionem generis, & differentię in Deo; ſed nõ ideò, quod hæc compoſitio realis ſit, vt aliquibus placet; cum eã cõpoſitionem non eſſe realẽ oſtẽderimus; tum maximè, quia, etſi per genus, & differentiam intelligas naturam generis, & naturam differentiæ, hoc eſt, eas partes, ſeu gradus entis, à quibus ſumuntur genus, & differentiã; etiã in eo ſenſu explicatum à nobis eſt, non inueniri hęc re ipſa diſtincta, niſi in ſolis ſubſtantijs corporeis, v.g. in viuentibus materialibus: non autem in formis ſimplicibus.

Compoſitio generis, & differẽtię, hoc eſt, rerũ, quæ ſunt genus, & differentia, eſt rationis.

Igitur

Digitized by Google

7. Repugnat Deo non quòd ſit realis compoſitio.

Igitur quod attinet ad ſimplicitatem Deitatis, ſicut Angelus eſt ſimplex forma, & tamen conſtat genere, & differentia abſque vlla compoſitione reali, quæ ex genere, & differentia concreſcat, & conſtet; ita & Deus poſſet conſtare ex genere, & differentia, minimè ex his compoſitus reali compoſitione. Verum eſt quod ob alias rationes hæc compoſitio generis, & differentię Deo non quadrat, vt dicemus libr. 4. quãuis ſit compoſitio rationis, non realis. Et hoc obſeruat S. Thomas in 1. d. 25. q. 1. art. 1. ad 2. vbi docet in rebus compoſitis genus, & differentiam accipi à partibus diſtinctis; non tamen in rebus ſimplicibus, in quibus affirmat compoſitionem definitionis, quę ſanè eſt ex genere, & differentia, non reduci ad compoſitionem rei, ſed rationis.

S. Thom.

8. *Idem.*

At verò ipſe S. Autor 1. p. q. 7. cum de ſimplicitate Dei diſputaret, quæſtionem inſeruit art. 5. An Deus ſit in genere? & art. 7. probat Deum eſſe omninò ſimplicem, ex eo etiam, quod non conſtet genere, & differentia. Non tamen ideò docet compoſitionem realem hãc eſſe; ſed quia eſt cum alia compoſitione reali neceſſariò connexa, à ſimplicitate Dei reijcienda eſt: nam ea quæ conſtant genere, & differentia, compoſita etiam ſunt ex natura, & exiſtentia, & accidẽtibus, reali compoſitione, vt lib. 4. oſtendemus.

Repugnat Deo quia eſt connexa cum compoſitione reali ex natura, & exiſtentia, & accidentibus.

TERTIA PARS.

Deus non eſt compoſitus ex quidditate, & habente quidditatem.

1. Deus non eſt cõpoſitus ex quidditate, & habente quidditatem. Probat optimè *S. Aug.*

QVòd autem Deus non ſit compoſitum ex quidditate, & ex eo, quod habeat quidditatem, ita vt ex Deo, & quidditate non ſit Deus cõpoſitus, nulla ratione meliùs probatur, quàm ea, quã affert S. Auguſt. lib. 5. de Trinitate c. 10. *In rebus*, inquit, *quæ participatione magnitudinis magnæ ſunt, quibus eſt aliud eſſe, aliud magna eſſe, ſicut magna domus, & magnus mons, & magnus animus; in his ergo rebus aliud eſt magnitudo, aliud quod ab ea magnitudine magnũ eſt, &c.* ſubiungit, *Deus autem non ea magnitudine magnus eſt, qua non eſt quod ipſe, vt quaſi particeps eius ſit Deus, cũ magnus eſt; alioquin illa erit maior magnitudo, quã Deus; Deo autẽ nõ eſt aliquid maius; ea igitur magnitudine magnus eſt, qua ipſe eſt eadem magnitudo.* Quibus verbis omne argumentũ huius veritatis continetur. Illud autẽ eſt perſpicuũ quòd De⁹ nõn eſt magnus per participationẽ magnitudinis; ergo eſt ipſa magnitudo: ſicut ferrũ dicitur ignitũ, quia participat ignem, & nõ eſt ignis: ſed Deus nõ participat magnitudinẽ, ſed habet totã magnitudinẽ; & ideò ipſe eſt magnitudo: quo exẽplo ignis S. Thom. vtitur 1. lib. cõtra gent. c. 22. ad hoc ipſum probandũ. Efficaciùs ergo arguitur, quod ſi Deus eſſet magnus per magnitudinẽ, quæ non eſſet Deus ipſe, magnitudo illa eſſet maior Deo, ſiquidẽ tribueret Deo eſſe magnũ: cauſa autem præſtantior eſt effectu; ergo Deus per ſe ipſum eſt magnus, & nõ per magnitudinẽ, quæ ſit aliquid diſtinctũ à Deo; ſed ea magnitudine magn⁹ eſt, qua ipſe eſt magnitudo, id eſt, qua ipſe ita nominatur magnus, vt ſit ipſa magnitudo, qua magnus eſt. Vnde S. Bernard. de cõſideratione ad Eugeniũ libr. 5. c. 7. doctè ait: *Ipſe ſibi forma, ipſe ſibi eſſentia eſt.* ſcilicèt vt nihil habeat in ſe, niſi ſe ipſũ; ſeu, vt vtar verbis S. Bernardi ibidem, *Nihil in ſe, niſi ſe habet*, aliàs haberet in ſe aliquid melius ſe, à quo ſcilicèt haberet eſſe, aut ſapientem eſſe, &c. Ex quo aliud educitur argumentũ; haberet enim Deus cauſãm ſui, nam forma eſt cauſa formalis, & habet effectum in eo, in quo eſt; & hoc habet ab agente extrinſeco: itaque humanitas, quę eſt forma totius, etiam ſuo modo effectum habet; nam eſſe hominem eſt effectus humanitatis. Et hoc item impugnatur argumentis ſupra poſitis, quòd Deus non ſit compoſitus; nam hæc compoſitio naturæ, & ſuppoſiti, ſiue naturæ, & habentis naturam, neceſſariò habet cauſam intrinſecam, & extrinſecam, vt lib. 4. docebimus.

1. probatio ex verbis S. Aug. perſpicua. Exemplum ignis.

S. Thom. 2. probatio efficacior.

S. Bernard.

3. probatio.

Compoſitio naturæ, & ſuppoſiti neceſſariò habet cauſam intrinſecam, & etiam extrinſecam.

Altiùs verò penetraſſe videtur S. Auguſtinus ad huius veritatis fundamenta, dùm ait: *In his in quibus eſt aliud eſſe, & aliud magnum eſſe; eſt quoq; aliud magnum eſſe, & ipſa magnitudo, qua magnũ aliquid eſt.* Eſt ergo ſũma argumẽti hęc, In Deo magnitudo, & exiſtentia idem eſt; ergo Deus, & magnitudo eſt idem. Cuius conſequentiæ ratio eſt, quoniam ſi magnitudo eſt ipſa exiſtentia, ita vt non recipiat exiſtentiam, ſed ſit exiſtentia; neque is, qui magnus eſt, recipiet magnitudinem, ſed erit ipſa magnitudo.

2. *S. Auguſt.* 4. probat fundamentalitèr.

Summa quartæ probationis.

Ratio quaſi à priori conſequentiæ.

Digitized by Google

S. Thom. Similitèr probat infinitam Deitatis perfectionem ex eſſe non recepto

Non diſsimilitèr S. Thomas 1. p. q. 7. art. 1. probat Deitatis perfectionē; quia eſſe non receptum eſt eſſe infinitum; perfectio autem eſt ſecundum eſſe, atque adeò infinitum eſſe, infinita perfectio.

4. probatio proponitur explicatius.

Sed, vt redeamus ad argumentum, ex eo quòd eſſe, & eſſentia ſunt idem, conſequitur quòd eſſe non ſit receptum; atque vltimò conſequitur, quòd qui habet eſſe, ſit ipſum eſſe; & qui habet eſſentiam, ſit ipſa eſſentia; & qui habet ſapientiam, ſit ipſa ſapientia; quod eſt intentum in argumento S. Auguſtini. Eſt ergò Deus Deitas, & ſapientia, & eſſe.

3. *D. Auguſt.* alibi probat eodem arguēdi modo, ſed à priori, identitatem diuinorū ex nō receptione eorum.

Eodem argumēto vtitur idem S. Auguſtinus lib. 15. de Trinitat. cap. 5. vbi probat ex eo eſſe idem vitam, & ſapientiam in Deo, quia non recipit ſapientiā, ſed ipſe eſt ſapientia. At verò quoniam hoc conſequēs cum antecedente recurrit; conuerſa conſequentia, ex eo quod vita, & ſapientia ſunt idem, probatur etiam, quòd ipſe non recipit vitam, & ſapientiam, ſed eſt vita, & ſapientia. Sed illud argumentum eſt quaſi à priori; ex eo enim, quòd in Deo nihil eſt receptū, ſed ipſe eſt quidquid eſt, omnia in Deo ſunt idem. Modò verò arguimus quaſi à poſteriori, ex eo quòd omnia, quæ Deus habet, ſunt idem, oſtendimus, quòd Deus eſt ipſa omnia, quæ habet. Quòd autem omnia, quæ Deus habet, ſint idem probauimus 1. p. huius capitis, quia id erat clarius, vt à clarioribus argumentū procederet. Et hoc eodem argumēto vtitur etiam S. Auguſtinus libr. 8. de Trinitate cap. 3. vbi probat Deum eſſe ſummum bonum, quia non eſt bonus alio bono, ſeu participatione boni; & piè, elegantèrq; philoſophatur. Et S. Anſelmus Monolog. cap. 15. idem probat de Deitate, quòd ipſa eſt iuſta, quia eſt iuſtitia; nam aliàs iuſtitia eſſet melior, quàm Deitas, ſi Deitas eſſet iuſta per iuſtitiam, quaſi per aliud, & non eſſet ipſa iuſtitia.

In 4. probatione ex eo quòd omnia quę Deus habet ſunt idem, oſtenditur quaſi à poſteriori, quod eſt omnia, quę habet, neque habet eſſe receptum.

Idē S. Aug.

S. Anſelm.

4. *S. Thom.* Ratio cur ſæpiús affirmat formas ſeparatas à materia, non diſtingui à ſuppoſito. Diſtinguūtur tamen ab eſſe, quod proindè habet receptū.

Ex his ergo intelliges rationē, ob quā S. Thomas ſæpiùs affirmat formas ſeparatas à materia non diſtingui à ſuppoſito, ſcilicèt, quia ex eo quòd ſunt ſeparatæ à materia, non recipiuntur in aliquo. Et ideò ſuppoſitum quod habet formā, eſt ipſa forma; quod lib. 4. explicabimus. Sed tamen quia illa forma diſtinguitur ab eſſe, habet eſſe receptum, & accidentia; & ideò in Angelis ſuppoſitum quod habet eſſe, non eſt ipſum eſſe, & eſt

A ſapiens, ſed non eſt ſapiētia. Oportebat autem oſtendere, quòd eſſentia Dei ſit ipſum eſſe, quod eſt aſſumptum in hoc argumento, ad confirmandū quòd Deus ſit ipſa eſſentia; ſed ad librum 4. hoc ſeruamus. Nam & id eſt ſatis euidens, & argumētis primæ partis huius capitis probatum, cum in eſſentia Dei non ſit diſtinctio.

Ex eo autem quòd Deus eſt ipſa Deitas, & ipſa ſapientia, & ipſum eſſe, certò colligitur hæc nomina in abſtracto prædicari de Deo, vt Patres etiam ſtatim commemorandi ſunt teſtes. Quidam verò, etſi hoc non inficientur, affirmant tamen, quòd ſi Deus definiretur definitione quidditatiua, Deitas non diceretur de illo in abſtracto. Quod mirum ſanè eſt: nam quomodocunque definiretur ſanè definiretur nominibus, & notionibus hominum; in quibus omnibus eſt ingenitus iſte modus intelligendi: definitio enim non eſt Dei viſio, ſed eſt quædā operatio intelligibilis nominibus pluribus, conceptibuſque concreta: ergo cū idem modus intelligendi in definitione illa quidditatiuā eſſet futurus; eodē modo diceretur Deitas de Deo propter ſimplicitatem, vt oſtenſum eſt. Prætereà ipſum prædicatum, Deitas, ſignificat Deū per modum rei ſimplicis, & ſubſiſtentis, qui eſt Deo conueniens noſtro intelligēdi modo; ergo etſi conceptu clariori cōtemplarer Deum citra viſionem, de ipſo ſic cognito rectè prædicarem eſſe Deum verum, & veram Deitatem; ſiquidèm nomina hæc rei ipſi non diſſonant. Quare hæc nouitas pugnat cū doctrina Patrū. 5.

Etiamſi Deus definiretur definitione quidditatiua, Deitas diceretur de illo in abſtracto.

Probatur. 1.

Probatur. 2.

Nouitas contraria pugnat cum doctrina Patrum.

Confirmatio.

Habet hæc veritas ſuam probationem ex ſacris literis Ioan. 14. *Ego ſum via, & veritas, & vita.* Et cap. 6. *Ego ſum reſurrectio, & vita.* Et 1. Ioan. 5. *Hic eſt verus Deus, & vita æterna.* Ergo Deus is qui habet vitam, & vita idem omninò ſunt; ergo in compoſitionem non veniunt. 6.

5. confirmatur concluſio ex ſcriptura. *Ioā. 14. & 6. 1. Ioan. 5.*

Adhùc confirmatur ex Patribus ſupra 1. parte capitis, citatis. Quod probè etiam docet Boetius de Trinitate lib. 1. cap. 7. & S. Bernard. in Cantica ſerm. 80. vbi ſententiam Boetij contra Ioachimū defendit: & de conſideratione ad Eugenium lib. 5. c. 7. vbi ſignificat aduerſarios conce- 7.

6. ex Patribus. *Boet.* *S. Bernard.*

concedere ſimplicitatem eſſentiæ ita, quòd omnia attributa ſint vnum; ſed inter eſſentiam, & perſonas diſtinctionem ponere, ſeu inter eſſentiam, & Deum, qui habet eſſentiam, *Quid*, inquit, *negas Deū habere diuinitatem? Non, ſed quod habet, hoc eſt.* Vbi rectè reſpondet argumēto oppoſito aduerſarios redarguens: nō enim nos negamus modū loquendi conſuetum, & noſtro modo intelligēdi ſimilem, ſcilicèt, quòd Deus habet Deitatē; ſed negamus Deum, & Deitatem res eſſe diſtinctas; nam re ipſa Deus, quod habet hoc eſt. Et infrà. *Aſſeritis*, inquit, *ergo etſi non multiplicem, duplicem Deum; & non ad merum ſimplex peruenitis.* Vbi rectè etiam docet non ſolùm maiorem numerum attributorum, ſed neque binarium oportere cōſtituere, quaſi Deus, & Deitas ſit binarius rerum, & duplex Deus, ſcilicèt compoſitus ex duabus rebus.

Deus habet Deitatē, & eſt Deitas.

Deus & Deitas non eſt binarius rerū, & duplex Deus.

8\. Hæc verò S. Bernardi ſentētia diſertiſsima, fuit antiquitùs S. Iuſtini q. 144. ſcilicèt quòd in Deo idem ſit eſse, quod eſt habere, nam & habet ſapientiam, & eſt ſapientia. Et Patrum omnium calculis idem probatur, S Dionyſ. cap. 4. de diuinis nominibus, S. Athanaſ. oratione contra idola, S. Hilar. lib. 8. de Trinitat. S. Auguſt. libr. 5. de Trinitate cap. 10. & lib. 6. cap. 4. & lib. 8. de Ciuitate Dei c. 6. & de moribus Manich. cap. 1. S. Fulgent. lib. 2. ad Traſimundum, Sanct. Iſidor. libr. de ſummo bono cap. 1. & 7. S. Gregor. 16. Moralium cap. 21. & Richard. lib. 1. de Trinitate cap. 17. Marius verò Vict. libr. 1. contra Arium cum dixiſſet Filium habere id, quod Patris eſt, religione quadā perſtrictus correxit. *Ipſum*, inquit, *habet, ſecundum intellectum accipite, non enim habet, ſed ipſum eſt*, quaſi dicat non habet vitam à ſe ipſo diſtinctam, ſed eſt ipſa vita; & iterùm, *habere non quaſi alius aliud, ſed ipſum eſt; ſed in intellectu iſta diximus.* Solo ergo intellectu diſtinguimus habentem, & id, quod habetur.

S. Iuſtinus etiam ſentit, quòd in Deo idem eſt eſſe quod eſt habere. S. Dionyſ. S. Athan. S. Hilar. S. Aug. S. Fulgent. S. Iſidor. S. Gregor. Richar. Mar. Vict.

Solo intellectu in Deo diſtinguitur habēs & id quod habetur.

9\. Probatur prætereà eadem veritas ex Concilio Lateranenſi ſupra citato, vbi definitur in Deo eſſe ſummum ſimplicitatem. Speciatim verò definitum eſt in Concilio Rhemenſi contra Abbatē Ioachimū, vt refert S. Bernardus ſerm. 80. in Cantica. Vnde euulgatum eſt illud inter Catholicos, quòd in Deo nō eſt quaternio, ſcilicèt, ex tribus perſonis, & Deitate res quarta ſuperaddita, & conflata; ſed eſt ternio perſonarum in vnitate eſſentiæ abſque omni compoſitione; ergò id quod eſt Deus, & Deitas omninò idē ſunt.

7\. ex Concil. Lateranen. Rhemenſi. S. Bern.

Inter Catholicos peruulgatum quod in Deo nō eſt quaternio, ſed eſt ternio perſonarum.

10\. Hoc idem docuit non obſcurè Ariſtoteles lib. 12. Metaph. text. 39. *Quare*, inquit, *vita, & duratio continua, & æterna exiſtit in Deo; hoc enim Deus.* vbi ſignificat Deum eſſe ipſam vitam. Et Alcinous loco recitato ait Deum eſſe eſſentiam, veritatem, &c. Plotinus verò Ænead. libr. 5. cap. 3. dicit, quòd Deus eſt ipſum bonum (hoc eſt bonitas) non autem bonus; ſignificans melius dici de Deo, quòd ſit ipſa bonitas, quàm quòd ſit bonus.

Ariſtot. Alcinous. Plotinus.

QVARTA PARS.

Simplicitas non eſt perfectio rei, ſed quædam negatio.

1\. QVòd autem ſimplicitas nō ſit perfectio adiecta alijs perfectionibus naturæ, ſed ſit ſola remotio, ſeu negatio compoſitionis perſpicuum eſt. Nam prę cogitatis alijs perfectionibus Deitatis, quæ non ſunt res diſtinctæ, ſed eadem res; hac ipſa negatione, quòd non ſint res diſtinctę, ſignificamus rem illam, quę ex nullis componitur, eſse ſimplicē; ergo conceptus ſimplicitatis nullam perfectionem addit.

Concluſio. Simplicitas non eſt perfectio, ſed negatio. Oſtenditur 1.

2\. Obſeruandum verò eſt, quod ait S. Thomas 1. p. q. 3. artic. 7. ad 2. inter res creatas aliquandò eas eſse perfectiores, quæ ſunt magis compoſitæ; quia perfectiones earum afferunt multitudinem, & non poſſunt in ſimplici natura inueniri. Quibus verbis ſignificat ſimplicitatem non afferre perfectionem, imò aliquandò obſtare perfectioni conuenienti naturæ; vt ſi Deus efficeret ſubſtantiam ſine accidentibus, illa eſset ſimplicior, & minus perfecta.

Secundò S. Thomas. Simplicitas aliquandò obſtat perfectionī conuenienti naturæ.

3\. At verò S. Greg. Nazianz. oratione de Chriſti Natiuitate, *Quid enim ille ſit*, inquit *qui ſimplicem naturam habet, exquiramus; non enim ſimplicitas illi natura eſt, quemadmodùm neque compoſitis ſola compoſitio.* Argutè quidem, nam in compoſitis ipſa compoſitio aliquid eſt, ſcilicèt quædam coagmentatio ex pluribus; non tamen ſola compoſitio eſt natura;

Tertiò Nazianz. Sola compoſitio non eſt natura.

Digitized by Google

Simplicitas nullo modo eſt natura.

natura: at verò in Deo ſimplicitas non eſt natura. Itaque bonitas Deo eſt natura, & ſapientia Deo eſt natura; ſed ſimplicitas Deo nec ſola natura eſt, neque vllo modo natura eſt.

4. Simplicitas tamen in ijs, quibus conuenit, eſt argumentum perfectionis, vt infinitum, vnum, immutabile, quorum oppoſita imperfectionem important; id enim, quod habet compoſitionem, includit imperfectionem, ſcilicèt cauſalitatē, & partes. Eſt ergo ſimplicitas non perfectio, ſed perfectionis abſolutę indicium, & corollarium.

Simplicitas eſt perfectionis abſolutæ indicium, & corollarium.

5. *Scotus.* Quæ verò contra obijcit Ioānes Scotus in 1.d.8.q.1.ad 1. ex his facilè ſoluuntur. Nam aſſerimus ſimplicitatem non eſſe attributum Deitatis, ſicut neque immortalitas, aut æternitas, vt infrà dicemus; neque eſſe cauſam perfectionis; ſed quid conſequens ad perfectionem abſolutam.

Non eſt attributum Deitatis, neque cauſa perfectionis

Confirmatio.

6. *S. Gregor. S. Thom. Caiet.* NOſtram ſententiam firmant S. Gregorius, & S. Thomas locis cōmemoratis, & idem S. Thomas in 4.d.1.q.1.art.1.quæſtiuncula 1.art.1.ad 1. Thomas etiam Caietanus de ente & eſſentia cap.2.& alij.

CAPVT XXV.

Deus non venit in compoſitionem.

1. EXplicata veritate Catholica, quòd Deus omnem compoſitionē à ſe excludat, ita vt nullatenùs ſit compoſitus: ſupereſt explicare, quòd etiam compoſitionem non ingrediatur ita, vt Deus non ſit aliquid componens. Imprimis quòd Deus non ſit pars compoſiti, quæ dicitur materia, demonſtrat Ariſtot.lib.2.Phyſicorum text.77. nulla enim res à Deo magis diſtat, quàm ipſa materia, quæ eſt pura potentia: at Deus eſt actus purus. Materia nullo modo eſt actiua, ſed ſolùm paſſiua: Deus eſt omninò actiuus, nullò modo paſſiuus.

Deus non eſt materia. Demonſtrat *Ariſt.*

2. Deindè quòd Deus nō ſit altera pars compoſiti, ſcilicèt forma rei creatæ, probat S.Thom.1.p.q.3.art.3.ex eo, quòd Deus eſt primum agens; forma autem alicuius indiuidui non eſt ipſius indiuidui efficiens cauſa, aliàs ignis, verbi gratia, ſecundum illam formam efficeret ſe ipſum, quod non poteſt fingi, aut credi;

Deus non eſt forma rei creatæ. Probat.1. *S.Thom.*

A ergo ſi Deus eſſet forma rerum omniū, nullius rei eſſet cauſa efficiens. Et confirmatur, quoniā eſt primum agens, primò, & per ſe agens; forma autem compoſiti non agit primò per ſe, ſed compoſitum; ergo Deus non eſt forma cōpoſiti.

Si Deus eſſet forma rerum omnium nullius rei eſſet cauſa efficiēs. Confirmatur. Itē nō ageret per ſe primò.

3. Deindè probatur, quoniam forma per hoc, quod recipitur in materia, definitur, & coarctatur; Deus autem eſt infinitus ſecundum eſſentiam. Prætereà omnis diſtinctio rerum ſpecifica eſt penes formam: ergo ſi forma rerum omnium eſt vna, & eadem, ſcilicèt Deus; omnes B res ſunt eiuſdem ſpeciei, non ergo homo eſt homo, neque Leo, Leo, ſed omnia ſūt vnum; quod dicebat Almaricus hæreticus, vnde meritò inſanus dictus: imò neque res interirent, neque generarentur; omnia enim hæc accidunt ſecundum formæ mutationem; ergo ſi non ſunt plures formæ, ſed vna, & eadem, quæ eſt *Deus*, totam Philoſophiam cōuellimus, imò & ſenſum negamus.

Probatur.2. Forma per receptionem in materia limitatur. Probatur.3. Penes formā eſt diſtinctio rerum ſpecifica. Almaricus hęreticus inſanus. Itē generatio, & corruptio ſecundum mutationem formę accidit.

4. Denique arguitur ad idem, quoniam effectus formalis eſt formæ quàm maximè proprius, vt vix diſcernere poſsis inter formam, & effectum; ergo ſi Deitas eſt forma rerum omnium, effectus huius C formæ erit, vt omnia ſint diuina, & omnes res ſint Dij, habentes Deitatē. Vnde Commentator 12.Metaphyſ.cōmēt.41. ait, quod hic fuit lapſus ſapientum gentis Zebæorum, id eſt, idolatrarum, qui aſſerebant licere hominibus omnia pro Deo colere, quia omnia eſſent Deo plena, quia Deus erat rerum forma.

Probatur.4. *Commentator* de Zebæis idolatris.

5. Facilè eſt etiam eorum errorem confutare, qui dixerunt Deum eſſe ipſam exiſtentiam rerum omnium, quod refellit S. Thomas pluribus argumentis lib.1.contra gentes cap.26. ſanè nihil habet res magis proprium, quàm ſuam exiſtē- D tiam, quę rei cuique tributa eſt, & in ipſa extat; aliàs ſi exiſtentia non eſſet in eſſentia, eſſentia non exiſteret per illam; ergo exiſtentia rerum creata eſt, & inter effectus creatos potiſsima. Ad hæc exiſtentia recipitur à creatura, quoniam eſt à Deo cuique tributa; quod autem recipitur, continetur, & definitur; Deus ergo infinitus cum ſit, & in nullo contentus, non eſt ipſa rerum exiſtentia. Confirmatur, quoniam res dùm generatur, accipit nouum eſſe; eſſe autem diuinum non eſt nouum, ſed æternum. Quod ſi dicas illud eſſe æternum aduenire nouum, ſeu de nouo

Deus non eſt ipſa exiſtentia rerum omniū *S. Thom.* Probatur.1. Probatur.2. Exiſtentia à creatura recipitur, & definitur. Confirmatur. Obiect.

Digitized by Google

Occurritur.

Ipſum eſſe nouum eſt potiſſimus effectus generationis, ſaltem naturalis.

nouo rei genitæ. Contra eſt; nam ipſum eſſe eſt potiſsimus generationis effectus; ergo eſt eſſe nouum, ſicut & res noua: & hæc ſecundum generationem naturalẽ dicimus, quæ naturaliter ad nouum eſſe dirigitur, quo etiã terminatur. Alia enim eſt quæſtio, an Deus ſuum proprium eſſe rebus conditis poſsit tribuere, non naturali generatione rerũ, ſed (quę ſua eſt potentia) quod fieret per vnionem realem ſui eſſe cum naturis rerũ creatarũ. A

6. Probatur.3.

Deus eſt quid realitèr extra res creatas exiſtens.

Eſt alia ratio concluſionis non minùs dilucida. Nam ſi Deus eſt ipſum eſſe omnium rerum commune, hoc eſt, tranſcẽdens (vt Dialectici aiunt) quia entia omnia complectitur; communitas hæc eſt ſolùm in intellectu, atque adeò Deus nõ eſſet quid exiſtẽs extra res creatas; ſicut natura animantis non exiſtit extra ſingularia. Si autem dicatur quod Deus eſt eſſe commune rerum, quia ipſa Deitas ſingularis (vt ita dicam) exiſtens extra res creatas ſit eſſe illarum; repugnantia eſt in verbis: nam ſi Deus eſt extra res, non eſt eſſe rerum, nihil enim magis eſt intimum rei, quàm eius exiſtentia: ſi verò extra res creatas Deitatem nihil eſſe dicis, Deum tollis. Cõfirmatur, quià eſſe rerum non eſt rerum quidditas, ſed aduenit quidditati per actionem agentis; eſſe autem diuinum eſt ipſa Dei quidditas; ergo eſſe diuinum non eſt eſſe rerum. B

Confirmatur. Eſſe diuinum eſt ipſa Dei quidditas.

7. Deus non poteſt ingredi vllam compoſitionem. Probatur. 1.

Deindè quòd Deus non poſsit ingredi vllam compoſitionem probatur communibus argumentis, quoniam omne totum eſt maius ſua parte; & omne compoſitum eſt melius componente, vt ſuprà: ergo ſi eſſet aliquod compoſitum ex Deo, & re creata, illud eſſet melius. Dices quòd, quia componens eſt infinitum, non ſequitur concluſio, quia infinito nihil eſt maius. Sed indè ego arguo nõ eſſe poſsibilem compoſitionem; nam compoſitum habet rationem verã entis coagmentatam ex duplici entitate; ergo ſicut in compoſito accreſcit entitas, ita accreſcit bonitas. Cõfirmatur, quia Deus nõ poteſt formalitèr eſſe in compoſito, quin formalitèr habeat eſſe definitum, & quaſi concluſum, ſiue ex parte potentiæ, ſiue ex parte actus, ſiue ex parte totius. Impoſsibile enim eſt, quod totum finitum conſtet ex infinito: eſſet enim totum ipſum in infinitum minus quàm pars: cum potiùs oporteat totum eſſe maius, vt eſt per ſe notum.

Reſponſio. Infinito nihil eſt maius. Refellitur. In compoſito accreſcit ex vtralibet parte entitas, atque adeò bonitas.

Confirmatur.

Partes ſunt finitæ.

8. Probatur.2.

Pars dependet à toto. Item à comparte, vt anima rationalis, ſecundũ quod cõponit, à materia.

Secundò, quia quod componit, eſt in compoſito dependenter ab illo; Deus autem à nulla re alia poteſt dependere; ergo Deus non poteſt ingredi compoſitum formalitèr. Item tam potentia paſſiua, quàm actus, qui ſe reſpiciunt, à ſe inuicem dependent; ſed in omni compoſitione eſt potentia, & actus; ergo eſt ex vtraque parte dependentia: ſicut anima, etſi per ſe ſubſiſtat, tamen ſecundum quod componit, dependet à materia; ergo Deus non ingreditur compoſitionẽ, cum à nulla re dependeat. Et confirmatur, componens habet eſſe à compoſito, aliàs non eſſet formaliter in compoſito; nam partes totius participant eſſe totius; aliter partes non ſunt partes; ſed Deus nullo modo accipit, aut participat eſſe ab aliquo; ergo nullo modo eſt intra compoſitionem.

Confirmatur. Partes participant eſſe à toto.

9. Probatur. 3.

Ipſa forma quę copulatur materiæ non poteſt eſſe cauſa efficiens illius vnionis, quia ageret in ſe ipſam.

Tertiò, compoſitio indiget externo agente, vt probatum eſt; ipſa enim forma, quæ copulatur materiæ, non poteſt eſſe cauſa efficiens illius vnionis, ſeu cõiunctionis, quia ageret in ſe ipſam: ſed Deus non patitur agens externum, neque ipſe agit in ſe ipſum: ergo nullo modo eſt pars componens. Et confirmatur, quia in omni actione Deus eſt agens: ergo etiam in omni compoſitione eſt agens: quia compoſitio etiã eſt actio: ſed neq; materia, neq; forma, neque potẽtia paſsiua, neque actus, agũt in ea actione, qua cõiunguntur; aliàs agerent in ſe; ergo nullo modo Deus ingreditur compoſitionem, vt componens; alitèr in ea non eſſet agens. Dicendum igitur eſt in nulla compoſitione Deum eſſe partem componentem; quæ eſt concors Doctorum ſententia. C

Confirmatur.

Omnis compoſitio eſt actio, atque adeò ab agẽte quod non ſit pars in ipſa compoſitione.

10.

S.Thom.

1. difficultas de exiſtentia diuina vnita humanitati.

2. de eſſentia diuina vnita intellectui beatorum.

Excitatur autem hoc loco ingens diſputatio, quid dicendum de humanitate in Chriſto, quæ eſt cum eſſe diuino coniuncta? Nam ſecundum ſententiam S. Thomæ 3.p.q.17. art.2. (quam vt probabiliorem ſequimur) exiſtentia diuina vnitur, ſeu copulatur ipſi humanitati, quæ non habet aliam exiſtentiã in Chriſto, niſi diuinam. Item eſſentia diuina in ratione intelligibilis principij coniungitur formaliter re ipſa cũ intellectu Beatorum; quia non habet aliam formam intelligibilem, qua Deum videant; ſine qua videre Deum impoſsibile eſt; ſicut oculis intueri non poſſumus ſine ſpecie, ſeu forma viſibili oculis inhęrẽte. Vbi autẽ D

eſt

Digitized by Google

eſt vnio, ſeu nexus realis inter duo, neceſſariò videtur eſſe compoſitio: nam ex hac vnione reſultat vnum; vnum autem, quod conſtat ex duobus, compoſitũ eſt; neque videtur poſſe aliud intelligi; & ex perſona Verbi, & humanitate fit compoſitum, quod eſt homo. At verò contra hæc rationes modò adductæ ſatis conuincunt non poſſe Deum ingredi compoſitionem, neque vt componatur ex aliquibus; neque vt ex illo aliquid componatur.

Quamuis igitur latior diſputatio de hac re alium locum exigat, breuitèr dicendum eſt, quòd licet in rebus creatis nihil poſſit eſſe, niſi potentia, & actus; tamen quædam ſunt, quæ ex propria ratione terminant, & claudunt naturam; & huiuſmodi actus adueniunt naturę, quaſi fines naturam terminãtes: terminus autem naturæ habet ſe per modum actus, quia natura abſque hoc termino, & additamento eſt imperfecta, & inchoata; quod autem perficit rem, eſt actus rei: quod ſuo loco eſt vberiùs exponendum. Suppoſitum autem addit naturæ proprietatem terminantem, & quodammodò per modum actus perficientem, vt lib. 4. diſputabimus. Si igitur ſit ſuppoſitum aliquod, & exiſtentia, quæ terminẽt quidem naturam creatam, ſed nulla ratione ab illa pendeant, aut in illa ſuſtententur per modũ actus, qualia ſunt ſuppoſitum, & exiſtentia diuina; hæc non poſſunt dici actus naturæ, ſed ſolùm terminus; neque perficiunt naturã per modum actus, quem natura ipſa ſuſtentet; ſed ineffabili quodã modo natura actui coniuncta mutatione ſui perficitur, ijs, quæ ſunt diuina, non receptis, aut immutatis. Et ſimile eſt exemplum de viſione Dei, nam forma intelligibilis gerit vicẽ obiecti; obiectum autem non eſt forma potentiæ intelligẽtis, ſed potiùs eſt terminus; quia eſt id, ad quod potentia dirigitur: forma igitur intelligibilis, quæ gerit vices obiecti, & pro obiecto ſubſtituitur, ſi recipiatur in potentia intelligẽte, erit forma, & actus eius; ſi verò non recipiatur in illa, erit ſolus terminus cũ potentia intelligente coniunctus, nõ tamen inſtar perficientis actus; ſicut exiſtentiam diuinam cum natura creata cõparauimus. Quia ergo diuina eſſentia eſt forma, ſiue ſpecies intelligibilis, qua beati vident Deum, ſed tamen non recipi-

Coniuncta mutatione ſui perficitur, ijs, quæ ſunt diuina, non receptis, aut immutatis.

Eſſentia diuina cum non recipiatur in intellectu beatorum eſt ſolum terminus & non inſtar actus.

A tur in intellectu beatorum (eſſentia enim diuina non recipitur in aliquo receptaculo, vt diximus, eò quòd infinita ſit) reliquum eſt, vt intellectui beatorum copuletur tanquam terminus, cuius coniunctione perficitur quidẽ ipſe intellectus, ſed non quaſi per modum actus, aut formæ in potentia paſſiua receptæ. Coniũctio autem, quæ non eſt ex potentia paſſiua, & actu, aut ex ijs, quæ ſe habent per modum potentiæ paſſiuæ, & actus, compoſitionis eſt expers.

Intellectus quidem perficitur coniunctione cum eſſentia, non tamẽ quaſi per modum actus, aut formæ in potentia paſſiua receptæ.

Huiuſmodi cõiũctio cõpoſitionis eſt expers.

12.

At, vt argumentum omninò eluamus,
B eſt adhùc obſeruandum, nullam vnionẽ, coniunctionemvè fieri in rebus creatis, in qua partes coniunctæ non habeant ſe nouo quodam modo re ipſa, quem anteà non habebãt; aliquid enim acquirũt per actionem, qua cõiunguntur, & non aliud acquirunt, quàm nouum modum entis, ſiue modum eſſendi, vt aiunt. Vnde in illis duabus vnionibus modò dictis, ſicut ſunt ſupra naturam: ita modus, quo partes coniunguntur, ſupra naturã eſt. Hoc verò eſt etiam ſupra naturam, quod ex altera parte ſolùm eſt modus iſte nouus, ſcilicèt nouus modus à natura creata acquiſitus, quo re ipſa Deo coniungitur;
C in Deo autem nihil eſt noui. Et hoc ſecũdum rationem aſſeritur, non ſolùm reuocandò dictũ hoc ad impoſſibile, quia impoſſibile eſt Deum mutari, etiã dum copulatur creaturæ: ſed etiam, quia Deus quidquid eſt, per ſe ſubſiſtens eſt; quare ſi copulatur rei creatæ, nõ oportet, quòd ab ea pendeat, & ſuſtentetur; ſicut omnis res creata aliqualitèr pendet à re, cui cõiungitur. Itaque & natura creata habet aliquid à ſuppoſito, & à natura ipſa ſuppoſitum: vnde & à ſe ſe inuicem pendẽt natura, & ſuppoſitum, vt lib. 4. dicemus. At verò ſuppoſitum diuinum nihil habet
D intrinſecum ab humanitate, aliàs mutaretur, & ideò non pendet ab illa, neque ingreditur cum illa compoſitionẽ, quod enim compoſitionem ingreditur, pẽdet à toto compoſito. Igitur in hac vnione ſicut ex ſola altera parte eſt nouus modus entis, ſcilicèt, ex parte humanitatis, ita ſolum ex ea parte eſt compoſitio, ſcilicèt, ex parte creaturæ, quæ Deo coniũgitur: nam in ipſa creata humanitate eſt nouus modus entis in re ipſa, & ex modo illo entis, & natura humana fit compoſitio: is autem eſt nouus modus, vt ſcilicèt humanitas coniungatur, ſiue copuletur

Res creatę per actionem qua coniungũtur, ſemper acquirunt nouum modum eſſendi.

In Deo nihil eſt noui.
Probatur. 1.

Secundò.

Creata natura & ſuppoſitum à ſe mutuò habẽt aliquid, & dependent.

Sol[...] te h[...] ris e[...] ſitio nou[...] tis, ſ[...] & n[...] mar[...]

letur rei ſubſiſtenti, ipſi filio Dei, non quidem per modum actus cum potentia, ſed per modum terminantis duntaxat, vt explicauimus.

13. In vnionibus de quibus diffi cultatates ſupradictę, nihil eſt ex re diuina, & creata cōpoſitum tanquā tertia entitas.

Exiſtimo igitur, quòd in iſtis vnionibus nihil eſt ex re diuina, & creata compoſitum, quia nihil eſt quaſi tertium cōſtitutum ex vtraque re, & confectum ex vtraque, quod eſt compoſitū: quod credimus conuinci argumentis ſuperioribus, quibus oſtendimus Deum non poſſe ingredi compoſitionem. Aliud verò eſſe de perſona Chriſti compoſita, quæ non eſt quaſi res tertia reſultans ex duabus naturis; de cuius compoſitione aliàs agendum eſt.

14. Ex intellectu beatorū, & nouo modo entis reali quo vnitur eſſentiæ diuinę, eſtq; in actu primo intelligibili, fit compoſitio.

Ad argumentū ergo reſpōdetur, quod vnumquodque vt eſt ens, eſt vnum, & eſt compoſitum: igitur ad ſingula exempla ducentes, Intellectus beatus, vt eſt intellectiuum principium, non includit in ſua entitate Deitatē; ſed ſolùm potentiam, cui Deitas ſit coniuncta in ratione obiecti; hæc autem vnio efficit in illo intellectu nouum modum entis, quo eſt in actu primo intelligibili, & hic modus eſt realis; & ita intellectus beatus intelligitur compoſitus ex illo, quia ſicut eſt ens, ita vnum, & compoſitum. Similitèr humanitas Chriſti, vt ſubſiſtens in Verbo, ſeu vt exiſtens, non includit in ſua tota entitate ſuppoſitum, aut exiſtentiam diuinam; ſed (vt ita dicam) modum illum eſſendi per ſuppoſitum, & exiſtentiam increatam; nam humanitas Chriſti, etiam vt ſubſiſtens, & exiſtens, eſt quid creatū, quia hoc factum eſt, vt humanitas ſubſiſteret, & exiſteret; quod autem factum eſt, ad entitatem creatam pertinet: ſubſiſtit autem, & exiſtit per ſubſiſtentiam, & exiſtentiam increatam, ita vt in illa natura non ſit ſubſiſtentia, aut exiſtentia creata; ſed ſolùm ſit modus entis, ſeu modus naturæ, vt ſubſiſtat, & exiſtat per alienam, diuinamque ſubſiſtentiam, & exiſtentiam.

Humanitas Chriſti etiam vt ſubſiſtens, & exiſtens eſt quid creatum, quia hoc factū eſt vt ſubſiſteret, & exiſteret.

15. Modus dicendi, quòd ſuppoſitum diuinū ſit componēs cum quo. Refellitur. 1. Omnis compoſitio eſt ex quibus. Refellitur. 2.

Ideò non probamus modum illum dicendi, quod in hac compoſitione humanitatis Chriſti ſuppoſitum diuinū ſit componens, non componēs ex quo, ſed componens cum quo: omnis enim compoſitio eſt ex quibus, vel non eſt compoſitio, quod ſuo loco eſt agendum tomo. 4. Et prætereà in omni compoſitione vnius entis ſequuntur illæ conditiones, quod compoſitum ſit totum quid, & melius; & ab illo dependeant componentia, & habeant eſſe ab illo; quibus cōditionibus eſſentia, aut perſona diuina non poteſt eſſe ſubiecta. De cōpoſitione verò perſonæ, quomodò perſona Chriſti dicatur compoſita ex duabus naturis, vbi illa non eſt componens, ſed compoſita, longè diuerſa eſt ratio; nam perſona Chriſti non eſt compoſita tanquam tertia entitas, ſed ſecundum officiū, & munus perſonæ, eò quòd ſubſiſtit in duplici natura: & ea etiam eſt compoſita ex naturis duabus, tanquam ex quibus, & non cum quibus.

Perſona Chriſti non eſt cōponens, ſed cōpoſita ex duabus naturis, non tanquam tertia entitas, ſed ſecundum officium perſonæ, eò quòd ſubſiſtit in duplici natura.

16. Ex his autem colligitur, quòd Deus poteſt quidèm fieri homo vnione hypoſtatica; aut oſtendere ſe ipſum apertè vnione reali intelligibili: ſed aliàs naturis rerum non poteſt immiſceri; quia ſi eſſet Deus altera pars compoſiti, ea abſurda conſequerentur, quæ ſunt argumentis comprobata.

CAPVT XXVI.

Refelluntur hæreſes contra ſimplicitatem Dei.

1. NVlla eſt adeò firma, probataq; veritas, etiam ratione naturali demonſtrata, quam hæreticorum improbitas non oppugnet. Prima igitur hæreſis contra ſimplicitatem Deitatis, eſt eorū, qui Deum eſſe corpus exiſtimarunt. Et eorum aliqui fuerunt priſci Philoſophi teſte Euſebio Cæſarien. lib. 14. de Præparatione euangelica cap. 6. qui Deum crederent eſse ipſum mundū, cuius anima Deitas. Eundem errorem aſcribit Marco Varroni S. Auguſt. libr. 7. de Ciuitate Cei cap. 6. & 16. & Velleius apud Ciceronem libr. 1. de natura Deorum eundem tribuit Platoni. Idemque videtur ſenſiſse Plinius lib. 1. de naturali hiſtoria cap. 1. Sed hoc opinionis portentū mirari opus eſt, non arguere. Ita enim ait Deum eſſe omnia, vt nulla res ſit alia præter Deum: itaque negant rerum diuiſionem, etiam ſenſu notam; vel potiùs Deitatem conuellunt, quia conſtituunt Deum, quaſi aggregatum ex pluribus, quorum tamen omnium vna ſit forma, ſcilicèt Deitas; & hoc eſt iam ſupra ſatis impugnatum. Cui hæreſi illa quoque ſimilis eſt, quam tenuit Petrus Abailardus, vt refertur à S. Bernardo epiſt. 190. ſcili-

1. hæreſis exiſtimantiū Deū eſſe corpus.

Euſeb. Cæſ. Quibuſdam Deus erat mūdus ipſe, cuius anima Deitas. *Varro. apud S. Aug. Plat. apud Cicer. Plin.*

Abailardi hæreſis ſimilis. *S. Bernardi*

ſcilicèt, Spiritum Sanctum eſſe animam mundi, quod non ad perſonalitatem referendum eſt, quaſi perſona Spiritus Sãcti ſit anima mundi; ſed ad naturam Spiritus Sancti, quæ eſt ipſa Deitas. Lege Alfonſum de Caſtro lib. 5. contra hæreſes, verbo, Deus, numero. 11.

Caſtro.

2. Deus aereus *Anaximeni, Diog. Apol. S. Auguſtinus.*

At verò eorũ, qui Deo tribuunt corpus ab alijs corporibus diſtinctum, Anaximenes, & Diogenes Apolloniates Deũ aereum eſſe aſſerebant. Et Anaximenis meminit S. Auguſtinus lib. 10. Confeſſion. cap. 6. *Interrogaui*, inquit, *auras flabiles, & reſpondit aer cum vicinis incolis, fallitur Anaximenes, non ſum Deus tuus.*

3. Deus cœleſte corpus *Xenocrati apud Cicer.* Manichæi Solem, & Lunam adorabant. *S. Aug.* *Cicero.*

Xenocrates verò Deum eſſe cœleſte corpus exiſtimabat, vt refert Velleius apud Ciceronem lib. 1. de natura Deorum. Hunc vidētur ſequi Manichæi, qui Deum aiunt eſſe compoſitum ex corpore ſolari, aut lunari; Solemque, & Lunam adorabant, vt refert S. Auguſt. hęreſi 46. & epiſtol. 74. ad Deuterium. De qua re diſſeritur à Cicerone 1. & 2. lib. de natura Deorum.

4. Deus humana effigie, & corpore Epicuro, & Vadianis hæreticis. *S. Aug.* Item Antropomorphitis. Vadius, ſeu Audæus hæreſis auctor. *Hiſtor. Tripartita.* Deus corporeus omnibus ferè Philoſop. *Ariſtoteles* *Theophraſt.* de Galatis quibuſdam.

Epicurus verò Deum humana effigie, & corpore meditabatur. Hanc hæreſim fuiſſe Vadianorum refert S. Auguſt. hæreſi. 50. & in eodem errore ſunt Antropomorphitæ, quos ſuprà diximus, ideò etiam hominem dixiſſe factum ad imaginem Dei ſecundum corpus, ſcilicèt, ab eadem effigie corporea Dei deductum, & ſequũtur Auctorem Vadium, ſeu Audæum, vt dicitur in hiſtoria Tripartita lib. 10. cap. 7. Denique omnes ferè Philoſophi Deum exiſtimabant corporeum, vt Auctor eſt Ariſtot. lib. 4. Phyſicorum tex. 52. & 57. In eadem hæreſi dicētium Deum corporeum recenſet Theophraſtus quoſdam Galatas libr. de hæreſibus quæ ſub Apoſtolis extitere.

5. Concluſio, Deus non eſt corpus. Probatur. 1. Materia prima defectu perfectionis eſt infinita. i. nõ determinata. Probatur. 2. Quod mouet primũ corpus mobile nõ poteſt eſſe corpus.

Contra hos omnes errores vna eſt aſſertio, Deum eſſe corporis expertem. Probatur, eſt enim corpus materiale, materia autem non ſolùm eſt potentia, ſed pura potentia ab actu remotiſsima, & imperfectiſsima, & defectu perfectionis eſt infinita, hoc eſt, nõ determinata; Deꝰ autem eſt actus purus, perfectione infinitus. Item quod mouet primum corpus mobile, non poteſt eſſe corpus, quia corpus dũ mouet, mouetur; loquimur enim de motu locali, qui eſt primus, & præcedit alios motus: & de motu quidem lo-

A cali per contactum, qui eſt proprius modus mouendi ad locum, ſcilicèt impellendo; quod autem ad locum mouet cõtingendo, vt moueatur neceſſe eſt.

Quod ad locũ mouet contingendo corporaliter, & impellendo, vt moueatur neceſſe eſt.

6. Probatur. 3. quoad corpus ſublunare.

Iam verò quòd Deus habeat corpus humanum ſecundum Deitatem eſt impoſsibile, quia illud eſſet elementare, & moueretur à cœlo; omne enim elementum, aut quod ex elementis conſtat, cœli motioni ſubiectum eſt, vt eſt corpus humanum. Præterea non poſſet Deus mouere cœlum, quia motus animantis eſt motus deficiens, & non poteſt eſſe B cauſa motus cœleſtis, qui eſt menſura aliorum. Vndè homo ſupra ſphærã cœli locatus non poteſt illam mouere, quia cœlum non ſubijcitur alij motori, quàm intelligentiæ.

Probatur. 4. quoad corpus animatum. Homo ſupra ſphæram cœli locatus nõ poteſt illam mouere.

7. Secunda probatio expenditur.

Circa ſecundam probationem aliqui fruſtrà contendunt omne corpus, dum mouet, moueri; fruſtrà, inquam, in hoc nituntur, cum conſtet magnetem non motum mouere ad ſe ferrum, quod S. Thomas docet 7. Phyſicor. lect. 3. *Sicut enim generans*, inquit, *mouet grauia, & leuia, in quantum dat eis formam, per quam mouentur ad locum; ita & magnes dat aliquam qualitatem ferro, per quam* C *mouetur ad ipſum.* Et motus ille localis ferri, vt ibidem docet S. Thomas, prouenit ex alteratione, qua ferũ immutatur ſecundum qualitatem. Et idem probat S. Auctor experimento; nam ſi magnete priùs confricetur ferrum, faciliùs trahitur, quia ſcilicèt faciliùs alteratur ipſum ferrũ: quod ſi magnes perungatur allio, nõ attrahit ferrum, quia impeditur eius actio, qua alteraret ferrum. Caue ergo nè dixeris imprimi virtutẽ ferro à magnete, & tamen magnetem non mouere ferrum; eſt enim ignorare Philoſophiæ vocem, quod magnes det ferro virtutem D motricem, & non moueat ipſum; dare enim virtutem illam ferro eſt agere in ferrum; agentis enim eſt dare, & paſsi eſt recipere; ergo magnes agit, & ferrum patitur; & ita magnes nõ motus mouet, ſiue agit. Et probatur adhuc, quia aliàs ferrũ eſſet viuens, ſi moueret ſe ad magnetem, & non moueretur ab ipſo. Verum eſt quod Commentator Auerroes 7. Phyſicor. comment. 10. ait magnetem non mouere ferrum, ſed quæſtio non eſt huius loci; ſatis eſt nobis, quod magnes non mouet ferrum per contactum, qui eſt proprius modus mouendi localitèr, ſcili-

S. Thom. Magnes mouet ferrũ per alterationem. Probatur duobus experimẽtis. Magnes dum tribuit virtutem motricẽ ferro rectè dicitur illud mouere. Probatur. 1. Probatur. 2. *Auerroes.* Magnes non motus mouet ferrum, nõ tamen per contactũ qui eſt proprius modus mouendi localitèr.

Digitized by Google

ſcilicet impellendo, ſed mouet per alte-
8. rationem, vt diximus.

Caiet. *S. Thom.* Dicendum ergo eſt cum Thoma Ca-ietan. 1. p. q. 3. art. 1. quòd omne corpus

Omne corpus mouens quocunque motu eſt etiam mobile ſaltem in potentia.

mouens quocunque motu, eſt etiam mobile ſaltem in potentia, quod S. Thomas probat inductione. Vel dicendum meliùs eſt, vt modò dicebamus, quòd omne corpus, quod mouet motu locali ſecundum contactum, mouetur actu, dum

Idē S. Thom. mouet, vt probat S. Thomas 1. contra gentes cap. 20. motus autem localis eſt

Ariſtot. primus, vt probat Ariſtot. 7. Phyſicorū tex. 10. & ideò debetur primo mouenti;

Motus localis eſt primus, & ideò debetur primo mouēti.

ergo qui ponunt primum mouens corpus, ponunt conſequentèr illud eſſe mobile, quod eſt impoſsibile; ergo primum mouens non eſt corpus, quod probandum ſuſcepimus.

9. Hoc autem ipſum enunciatum, quòd

Concluſio, ex ſacris literis probatur. 1.

Deus ſit expers corporis, vtpotè verus ſpiritus, & ſpiritualis ſubſtantia, probatur ex ſacris literis: nam Deus ſæpiùs dicitur ſpiritus. Item probatur, quia ſi

Probatur. 2. contra Antropomorphitas.

Deus eſſet corporeus, poſſet aſsimilari per imaginem corpoream, quod Antropomorphitæ dicunt; hoc autem eſt con-

Iſaiæ. 40. tra teſtimonium Iſaiæ cap. 40. *Cui ſimilē feciſtis Deum, aut quam imaginem po-*

Actor. 17. *netis ei?* Et Actor. 17. *Non debemus exiſtimare ſculpturæ artis, & cogitationis*

Roman. 1. *diuinum eſſe ſimile.* Et Roman. cap. 1. *Mutauerunt gloriā incorruptibilis Dei in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis.* Quo teſtimonio vtitur S. Au-

S. Aug. guſtinus hęreſi. 50. contra Antropomorphitas, qui hæreſim Epicureorum inſtaurarunt. Nam idololatræ eò etiam ſunt Deo iniurij, quòd arbitrantur imaginem hominis diuinæ gloriæ, id eſt, excellenti, & ſuperſubſtantiali eſſentiæ eſſe perſimilem, quaſi Deus corporeus ſit, & humanæ figuræ.

10. Hanc ipſam veritatē confirmant Pa-

Patres pro cōcluſione.

S. Iuſtinus. tres. S. Iuſtinus in Dialogo cum Triphone,

S. Iren. S. Irenæus libr. 2. cap. 16. Origenes

Origen. libr. 7. contra Celſum, & homil. 3. in

S. Baſilius. Geneſ. S. Baſilius homil. 10. in Exameron,

S. Nyſſen. S. Gregorius Nyſſenus oratione 1. in illud, *Faciamus hominem, &c.* S. Gre-

Nazianz. gor. Nazianzen. oratione 2. de Theolo-

S. Epiphan. gia, S. Epiphanius de hæreſibus hæreſi

Theodoret. 70. Theodoretus in Epitome diuinarum

S. Chryſoſt. Decretalium cap. de principio, S. Ioan-

S. Damaſc. nes Chryſoſtomus homil. 1. in epiſtolam ad Coloſſenſ. S. Ioan. Damaſcenus libr.

A 1. fidei Orthodoxæ cap. 4. S. Cyprianus *S. Cyprian.*
in tractatu de vanitate Idolorum, Sāct.
Ambroſ. libr. 2. de Spiritu Sancto cap. *S. Ambroſ.*
10. S. Hieronymus in Pſalm. 93. S. Au- *S. Hieron.*
guſtinus libr. 3. Confeſsionum cap. 7. S. *S. Auguſt.*
Gregorius lib. 10. Moralium cap. 10. S. *S. Gregor.*
Anſelmus Monolog. cap. 20. Caſsianus *S. Anſelm.*
collatione 10. cap. 3. & 5. *Caſsianus.*

Meritò ergo S. Auguſtinus de hære- 11.
ſibus hæreſi 86. cum refert. Tertullia- *S. Auguſtin.* explicans Tertullianum.
num libr. contra Praxeam aſſerentem Deum eſſe corporeum, excuſat eum, & declarat quòd dixerit corporeum, id eſt,
B ſolidum, & plenum. Nam ipſe Tertull. *Tertullian.*
libr. de reſurrectione carnis habet ſimilem loquutionem de anima. *Nos autem animam, & hic corporabilem profitemur habentem proprium genus ſoliditatis ſubſtantiæ.* Et ita videtur dixiſſe Deum corporeum, id eſt, plenum, & conſtantem, ne in re adeò perſpicua, & in communi Patrum conſenſu Tertullianus deſipere iudicetur. Quæ explicatio ſententiæ comprobatur verbis Phœ- *Phœbad. apud S. Hier.*
badij apud S. Hieronymum in Cathalogo numerati libr. contra Arianos, *Corpus, inquit, ſpiritus, ſed corpus ſui generis. Nam & inuiſibilis, & incom-*
C *prehenſibilis ſpiritus: numquid tamen inane, & vacua res Deus.* Vbi dixit ſpiritum corpus quod non comprehenditur, nec videtur; & clariùs, quod non eſt inane: & hac ſignificatione Deum eſſe corpus.

Secunda hæreſis eſt contra ſimplici- 12.
tatem diuinæ naturæ, ille antiquus Phi- Secunda hæreſis, Deū eſſe materiam primam.
loſophorum error, quem Ariſtoteles
2. Phyſicorum manifeſtè conuicit, & *Ariſtot.*
prorſùs obliterauit, qui Deum dixerunt eſſe materiam primam. Neque vl-
D lus hæreticorum in eo errore hæſit. Sed vnus Dauid de Diuinando dixit Deum eſſe ipſam materiam primam, vt refert S. Thom. 1. contra gentes cap. 17. eò

Dauid de Diuinando apud *S. Thom.*

quòd materia, & Deus eſſent res ſimplices, in ſimplicibus autem non eſſe differentias, quibus poſsint differre, atq; ideò eſſe idem. Hoc vltimum conſequēs

Deus & materia prima ſunt primò diuerſa.

negat S. Thomas, nam ea, quæ propriè non differunt, quaſi differentijs diſtincta, ſunt tamen primò diuerſa, quia in nullo conueniunt. Itaque tantùm abeſt, quòd nullo diſtinguantur, vt potiùs maximè diſtinguantur, quia maximè diſtāt. Si verò differentijs differrent, ſaltèm in genere conuenirent.

Quæ differentijs differunt ſaltem in genere cōueniūt.

K Tertia

13. *Tertia hæreſis Deum eſſe animam mundi. Fuit error Platonis. Imò & Romanorum. S. Aug. Itē Democrit. Euſeb. Cæſ. Hûc reuocat hæreſim Almarianorum S. Thom.*

Tertia hæreſis, quòd Deus ſimilitèr ſit anima mundi, eſt error contra fidem, qui dicitur fuiſſe Platonis, vt refert S. Auguſt. 13. de Ciuitate Dei cap. 16. 17. & 18. & lib. 7. de Ciuitate Dei c. 6. Imò & Romanorum ait fuiſſe idem S. Aug. 4. de Ciuitate Dei cap. 11. & 12. Et Euſebius 14. de Præparatione Euangelica cap. 6. tribuit hunc errorem Democrito. At verò S. Thomas 1. p. q. 3. artic. 8. ad hunc errorem reuocat hæreſim Almarianorum aſſerētium Deum eſſe formale principium rerum omnium, quaſi ingrediatur compoſitionē, vt forma. Turrecremata autem in ſumma libr. 4. cap. 55. Almericum auctorem illorum credidiſſe ait, quòd Deus ſit eſſentia rerum omnium, ita vt omnia ſint vnum: eſſentia autem etiam ad principium formale reuocatur. Error hic Almerici damnatus eſt cap. *Damnamus*, de ſumma Trinitate, vbi rectè definitur eam ſententiā non tam hæreticam eſſe, quàm inſanam. Et cap. *Firmitèr*, ad finem iterùm exploditur. Quod probè docuit S. Bernard. ſermon. 4. ſuper Cantica, *Deus*, inquit, *eſt eſſe omnium rerū, non eſſentiale, ſed cauſale*. Explanāda autem eſt hoc loco ſententia Comment. 11. met. comment. 18. dicentis omnes formas eſſe actu in primo mouente, ſicut ſunt in materia in potentia. Apparet enim noua hæreſis excogitans Deum omnibus formis actu præditum, quibus formalitèr ſit omnia. Sed dicendum eſt virtutem actiuam eſſe actum exiſtentem; & ita quæ ſunt in virtute actiua contenta, licet non ſint in ſe ipſis actu, ſunt tamen contenta in quodā actu exiſtēte, à quo poſſunt produci: quæ verò ſunt in potentia paſſiua materiæ, non ſunt ea ratione vllatenùs in actu. Et ita rerū formæ ſunt in Deo in actu, quoad hoc quòd ſunt in virtute eius actiua, quæ eſt puriſſimus actus; non tamē ſunt in Deo formalitèr. Neque poteſt cogitari, quòd Deus formalitèr ſit multa, eaque finita, ſed eſt omnia eminentèr.

Turrecrem. Almerico Deus eſſentia rerum omniū. Almericus damnatus. Cap. Damnamus. Cap. Firmiter. S. Bernard. Sententia Cōmentatoris explanatur. Rerum formę ſunt in Deo in actu, hoc eſt, in virtute eius actiua, quę eſt actus puriſſimus, continētur, nō formaliter, ſed eminentèr.

14. *Quarta hæreſis Priſcillianiſtarum, Deo temporis ſucceſſione virtutem quandam aduenire. S. Leo Papa.*

Quarta hæreſis eſt Priſcillianiſtarum, qui dixerunt Deo conuenire ſucceſſione temporis virtutem quandam. Contra quos S. Leo primus epiſtola 91. cap. 2. elegantèr ſcribit, *Deum ſicut mutabilem, ita & proficientem dicere nefas eſt: quàm enim mutatur, quod minuitur; tā etiam mutatur, quod augetur*. Eaque eſt communis Patrum ſententia, quicquid in Deo eſt eſſentiam, & ſubſtantiā eſſe. Probat hoc S. Auguſtinus 5. de Trinit. cap. 4. & 16. ita vt neque relationem, quæ eſt res minima, conſentiat Deo poſſe aduenire, quod ſuo loco diſputabim⁹. Refutatur autem error hic, tum ex eo, quod Deus eſt immutabilis; id autem, quod aduenit ſubſtantiæ præexiſtēti, accidit cum aliqua mutatione ſubſtantiæ; quoniam mutatur ſubſtantia ſecundum id, quod eſt adueniens. Prætereà id quod aduenit ſubſtantiæ eſt accidens: nullum autem accidens in Deo eſt; tùm ex eo, quòd Deus eſt ſimplex; accidens autem non ſolùm affert compoſitionem, ſed eā compoſitionem, quæ eſt per accidens, & imperfectiſſima: tùm maximè, quia accidens non eſt ens primum, cum ſit entis ens, & ens in alio; eſt ergo omne accidēs creatura; quod ſi in Deo eſſet, Deus eſſet cōpoſitus ex creatura, & Deitate; quicquid autem eſt in Deo, eſt Deus. Vnde hæc veritas per conſequutionem clariſſimè educitur ex ſacris literis, in quibus Deus dicitur immutabilis; & dicitur ipſa ſapientia, & fortitudo, & vita; nulla autē creata natura, ſeu ſubſtantia eſt ſua ſapientia, aut virtus: nulla ergo virtus ſucceſſione temporis Deo aduenit.

S. Auguſtin. etiam relationem Deo aduenire non cōſentit. Refutatur hæreſis primò. Deus eſt immutabilis. Refutatur. 2. In Deo nō eſt accidens. Prima ratio. Secunda ratio optima. Accidēs nō eſt primum ens, ſed entis ens, & ens in alio. In ſacris literis Deus dicitur immutabilis. Item dicitur ipſa ſapientia, & fortitudo, & vita, &c.

15. *Deus non eſt re ipſa compoſitus ex Deo, & Deitate, vt ſuprà probatum eſt. Nec ex perſonis & eſſentia, vt infra dicetur.*

Denique duæ adhùc ſunt de Deo falſæ opiniones contra ſimplicitatem Deitatis, ſiue vt aſſeras diuinas perſonas diſtingui re ipſa ab eſſentia, & efficere compoſitam eſſentiam; ſiue vt Deum, & Deitatem ita eſſe diſtincta, vt ex Deo, & Deitate ſit Deus ipſe compoſitus. Hoc ſecundum dogma iam ſuprà refutauimus luculentèr. Illud primum de perſonis, & eſſentia, ad finem huius libri impugnaturi ſumus.

CAPVT XXVII.

Quæ ſit realis diſtinctio, & quæ rationis, explicatur.

1. PRogrediēdum eſt vlteriùs ad explicationem perutilem, quæ ſit diſtinctio realis, quæ verò rationis? Cum enim plura cogitemus de Deo, quæ verè in Deo ſunt; plura autem hæc videātur opponi ſimplicitati Deitatis; quærendum iam eſt, quo pacto hæc plura inter ſe ſint diſtincta? quæ eſt ingens controuerſia inter Scholaſticos; & ab hac priori, quam præponimus, inchoanda, ſcilicèt, quot ſunt

Digitized by Google

ſunt genera diſtinctionum? Præſens autē diſputatio præmittēda etiam fuit vt qua diſtinctione perſonæ diuinæ diſtinguantur, diſſeramus cap. huius libri vltimo. Diuidimus cap. hoc in partes duas.

Pars prior. *Quæ ſit diſtinctio realis, quæ rationis?*

Poſterior pars. *Quo diſcrimine diſcernatur diſtinctio realis à diſtinctione rationis?*

PARS PRIOR.

Quæ ſit diſtinctio realis, quæ rationis?

1. Agitur primò de diſtinctione diſtinctionis.

COmmunis igitur & in vſu omnium Philoſophorū eſt diſtinctio illa realis & rationis. Et vt incipiamus ab ipſa diſtinctione diſtinctionis, videndum eſt quid ſignificetur per diſtinctionem realem, & diſtinctionem rationis, quæ ſunt partes diuidentes: non enim cōſtat hoc apud omnes, ſed res eſt dubia, & vſus nominum varius; vnde in æquiuoco laborare contingit.

2. Identitas, & diſtinctio oppoſita ſunt.

Priùs autem cogitandū eſt quòd diſtinctio & identitas opponūtur, ſicut vnū & plura: nam in vno identitas, in pluribus diſtinctio eſt. Differunt autem quia vnum & plura ſignificant res ipſas additis negationibus: vnum enim ſignificat negationem multitudinis; plura autem ſignificant res plures, & quòd vna non ſit alia; quæ negatio plurium antecedit negationem vnius ſecundum cognitionis ordinem, vt ad finem huius libr. diſputabimus. Vnum ergo & plura ſignificant res ipſas adiectis negationibus: Identitas autem & diſtinctio ſunt nomina relatiua, quæ ſignificant relationes conſequētes vnitatem, & multitudinē; & ſunt quodammodò contraria, vt æquale & inæquale; nam id quod eſt idem cum aliquo, nō eſt ab illo diſtinctum; ſicut quod eſt æquale, non eſt inæquale.

Vnum & plura ſignificant res ipſas, ſimulque negationes multitudinis & vnitatis.

Identitas & diſtinctio ſūt nomina relatiua, quæ ſignificant relationes conſequentes vnitatē, & multitudinē.

3. Identitas ſemper eſt relatio rationis. Diſtinctio verò aliquandò eſt relatio rationis.

Si igitur quæratur de his relationibus, an ſint relationes reales, an verò rationis? perfacilis eſt explicatio: nam identitas eſt relatio rationis cum ſit eiuſdē ad ſe ipſum; relatio autē realis eſt inter res diſtinctas. At verò diſtinctio aliquandò eſt relatio realis, & nōnunquam rationis; realis eſt quoties intercedit inter res plures, & exiſtentes actu, & eas abſolutas nō relatiuas: in cæteris eſt relatio rationis, vt perſpicuū erit lib. 3. explica-

A ta notione relationis realis. Omnis ergo diſtinctio inter entia rationis; aut inter ens reale, & rationis; aut inter ens actu exiſtens, & exiſtens in potētia cauſæ, relatio rationis eſt apud antiquos: ſimilitèr ea quæ eſt inter partes continui quæ non ſunt actu entia: & illa etiā diſtinctio quæ eſt inter perſonas diuinas, quia non aduenit abſolutis, ſed relatiuis, eſt relatio rationis, vt libr. 3. dicemus: relatio etiā diſtinctionis inter materiā & formā (vt placet doctioribus) eſt rationis; quia materia & forma non ſunt entia integra B & completa: imò prius natura diſtinguūtur, quàm exiſtant; quia diſtinctio partiū antecedit compoſitum, ad quod conſequitur exiſtētia; & ideò diſtinctio antecedens inter partes eſt relatio rationis, quia antecedit exiſtentiam partiū; neq; videtur neceſſaria alia relatio cōſequēs exiſtentiam, qua partes iam exiſtentes diſtinguantur. Quibuſdam etiam placet non eſſe relationem realem inter accidentia, ſed ſolùm inter ſubſtantias. Et hæc quidèm de relationibus dicta ſint.

Relatio diſtinctionis inter materiam, & formam eſt rationis. Probatur. Sunt entia nō integra, & incompleta, & prius natura diſtinguūtur, quàm exiſtāt.

Quibuſdā placet non eſſe relationem realem intèr accidentia.

4. Diſtinctio realis dicitur, nō quia eſt relatio realis.

Attendendum igitur eſt quòd cū diſputamus de diſtinctione reali & rationis, nō ideò dicimus diſtinctionē realē, C quia eſt relatio realis, ſed quia eſt diſtinctio inter res plures: nam diſtinctio inter materiam & formā realis eſt, & inter perſonas diuinas realis eſt diſtinctio, cū tamen neutra diſtinctio ſit realis relatio. Dicitur ergo diſtinctio realis à fundamento, ſcilicèt, quia fundatur in rebus pluribus: & in eo ſenſu quærimus quę ſit realis diſtinctio, quæ verò rationis?

5. Diſtinctio, & idētitas ſumitur ſępè formalitèr, ſiue negatiuè, ſiue in actu ſignato. Sæpiùs verò materialitèr, ſiue poſitiuè, ſiue in actu exercito. *Ariſtot.*

Igitur nè hæreamus in æquiuoco aduertendum eſt qua ſignificatione nomen iſtud, diſtinctio, vſurpetur: nā ſumitur ſępè formalitèr, vt aiūt, pro ipſa relatione diſtinctionis; ſæpiùs verò materialitèr D ſiue fundamentalitèr pro rebus ipſis in quibus eſt diſtinctio: quo ſenſu Ariſtot. 5. Metaph. text. 11. accipit diuiſionē pro ipſa multitudine diuiſa. Aliqui etiā diſtinctionem formalitèr vocant poſitiuā, quia ponit relationē; materialitèr verò vocant negatiuā, quia diuiſio materialitèr ſunt ipſę res diuiſæ, & eſſe diuiſas eſt vnam non eſſe aliam, quod eſt negatio. Nonnulli verò illam diſtinctionem formalitèr appellant in actu ſignato; iſtam verò materialitèr dicūt in actu exercito. Et eodē modo dicitur idētitas, formalitèr, ſiue poſitiuè, ſiue in actu ſignato rela-

Digitized by Google

tio eiuſdē ad ſe ipſum: idētitas verò materialiter, ſiue negatiuè (vt aiunt) ſiue in actu exercito, non eſt relatio, ſed res ipſa, quæ ſibi eſt idem, vt identitas Petri cum ſe ipſo eſt Petrus, qui non eſt alius à ſe, vt colligitur ex Ariſtotele 5. Metaphyſ. tex. 15. Accidit igitur vt diſtinctio quæ formalitèr eſt relatio rationis, materialiter dicatur realis diſtinctio, quia ſunt res plures, quarum vna non eſt alia: eſt enim diſtinctio realis, quaſi dicas, diſtinctio rerum, ſiue res ipſæ diſtinctæ. Et identitas, quæ formalitèr eſt relatio rationis, materialitèr dicetur idētitas realis, quia eſt res vna & eadem quæ non eſt alia à ſe. Et in hac vſurpatione ſolet agitari quæſtio quænam ſit realis diſtinctio? hoc eſt, quid neceſſarium ſit ad hoc vt res ipſæ inter ſe ſint diſtinctæ negatiuè, & vna non ſit alia? Diſtinctio autem hoc modo materialitèr (vt aiunt) ſiue fundamentaliter, ſumitur vel pro rebus ipſis diſtinctis, vel pro fundamento diſtinctionis quod eſt negatio inter res plures: ſed parùm hoc intereſt ad quæſtiones excitandas vtrouis modo accipiatur; coniuncta enim hæc ſunt, vt vbi ſunt res diſtinctæ, ſit etiam fundamentū reale diſtinctionis; & vt illud non inueniatur, niſi in rebus diſtinctis. Eadem ergo difficultas verſatur in tradendis documentis ad dignoſcendum quòd res diſtinctæ ſint vt vna non ſit alia, & quæ res habeant in ſe ipſis diſtinctionis fundamentum, in quo ſcilicèt fundatur ipſa relatio. Et ita poſſumus accipere diſtinctionem vel pro rebus ipſis diſtinctis, vel pro fundamento diſtinctionis quod ineſt rebus.

Ariſtot.
Accidit vt diſtinctio quę formalitèr eſt relatio rationis, materialitèr ſit diſtinctio realis. i. diſtinctio rerū, ſeu res ipſæ plures; ſiue fundaméta realia relationis diſtinctionis, ſcilic. negationes inter res plures. Similitèr identitas.

6. Poſt hæc prę mittenda eſt in re propoſita diſtinctio ipſa entis, qua ens diuiditur in ens reale & rationis: ſunt enim qui explicant ens reale eſſe ens extra animam, & ens rationis eſſe ens in anima: ſed tamen valdè decipiuntur, & in re quidèm perſpicua; vel ſaltèm abutuntur verbis Ariſtotelis 3. de anima cap. 18. nam ens in anima eſt ſpecies, ſeu conceptus ipſius entis, quod eſt etiam ens reale: ſed illi videntur mihi accipere ens in anima, quaſi obiectū intellectus, pro eo quod non habet exiſtentiam, ſed ſolùm cognoſcitur. Alij verò qui ens reale dicunt primam intētionem, & ens rationis ſecundam intentionem, falluntur etiam maximè; licet enim nihil ſit, A ens reale quod non ſit prima intentio; & è contrario ſecunda intentio non ſit, quod non ſit ens rationis: tamen neque omnes primæ intētiones ſunt entia realia, vt Creator, cæcus, &c. neque omnia entia rationis ſunt intentiones ſecundę, vt cernitur in iiſdem exemplis creator, cæcus, quæ entia rationis ſunt, ſed non intentiones ſecundæ.

Ariſt.
Omne ens reale eſt prima intentio.
Omnis ſecunda intentio eſt ens rationis.
Creator cæcus &c. ſunt primæ intentiones, & tamen ſunt entia rationis.

7. Breuitèr igitur dicendum quod ens reale eſt, quicquid in rerum natura poteſt exiſtere: ens autem rationis quod ſolùm in intellectu conſiderante eſt, id B eſt, cognoſcitur; & hoc ſolum habet eſſe, ſi quod habet. In qua diuiſione accipimus ens, non pro ente actu quod eſt exiſtens; ſed in tota amplitudine, & pro eo quod poteſt exiſtere; nam quod poteſt exiſtere in rerum natura non eſt ens rationis; ergo ad ens reale eſt reuocandum, ne curta ſit diuiſio. Diximus autem ens eſſe rationis, quod in ſola cogitatione mentis poteſt inueniri, vt inſinuemus pertinere illud ad ſpeculantem cognitionem, in qua obiectum eſt, dum intelligitur; aliàs per ſcientiam practicam diuinam exiſtunt res omnes, quia C per illam efficiuntur; ſicut per cognitionem noſtram practicam, artefacta: & idcircò eſſe in cognitione practica eſt eſſe vt in cauſa, vt ſunt entia realia in ſcientia Dei; ſed entia rationis ſunt in ſolo intellectu ſpeculante, dum cognoſcuntur: continet ergo ens rationis negationes, priuationes, figmēta, denominationes extrinſecas, relationes non reales, & ipſas rationis attributiones, quas ſecundas intentiones nominamus.

Quid ſit ens reale? Quid ens rationis?
Ens rationis pertinet ad cognitionē ſpeculantem, in qua eſt obiectum dum intelligitur.
Ens rationis multiplex.

8. His poſitis poſſet videri facilis diſtinctio illa, qua ipſū genus diſtinctionis diuiditur in diſtinctionē realem, & diſtinctionē rationis: vt ſcilicèt dicamus entia D realia diſtingui reali diſtinctione, & entia rationis diſtinctione rationis. Sed hoc nō poteſt fieri, tū quia aliqua entia realia diſtinguit ratio ſola, ſeu contēplatio, quę re ipſa nō ſunt diſtincta; vnde diſtinctio rationis pertinet etiā ad entia realia, vt ſtatim videbimus: tū etiā quoniā aliqua entia realia diſtinguūtur re ipſa, nō tamē reali diſtinctione ſimplicitèr, abſolutèq; loquendo. Et circa hoc quidam errauerunt aſſerētes quòd actio & paſsio; quātitas, & ſitus diſtinguuntur reali diſtinctione, quæ tamen ex ſententia Ariſtot. diſtinguuntur ratione, vt oſtendemus.

Actio & paſſio, quantitas, & ſitus, ſunt entia realia diſtincta ratione ex ſententia *Ariſtot.*

Igitur

Digitized by Google

9.
Quæ ſit diſtinctio realis?
Illa diſtinguũtur reali diſtinctione quæ ſunt abſolutè duæ res.
Diſtinctio, vna eſt rationis cauſalitèr, ſeu rationis ratiocinantis.

Igitur in via Peripatica dicẽdum eſt, quòd illa diſtinguuntur reali diſtinctione, quæ ſunt abſolutè duæ res, vt duæ ſubſtantiæ, aut duæ partes; cætera verò omnia ratione diſtinguuntur. Sed diſtinctio rationis poteſt dupliciter intelligi; primùm cauſaliter, quòd ratio ipſa, ſeu mens faciat iſtam diſtinctionẽ, ſicut diſtinguit ratio inter Socratem & ipſum Socratem; & vocant diſtinctionem rationis ratiocinantis, ſeu conſiderantis.

Altera eſt rationis ex parte rei cognitæ, ſeu rationis ratiocinatæ, ſeu conceptæ, vel obiectæ.

Secundo loco diſtinctio rationis ex parte rei cognitæ ita explicatur, non quòd ſit diſtinctio rationis, hoc eſt, à ratione excogitata, ſed quòd ſit diſtinctio in re ipſa inuenta ob diuerſas rei definitiones; quia ratio definitionem aliquandò ſignificat; & dicitur diſtinctio rationis, hoc eſt, definitionis, eò quòd res cognita diſtinguitur ratione, hoc eſt, definitione ab alia; vocatur autẽ hæc diſtinctio rationis ratiocinatæ: vel latiniùs, illa dicitur diſtinctio rationis concipientis; hæc verò diſtinctio rationis conceptæ, vel rationis obiectæ, quòd idẽ ſignificat. Hæc eſt doctrina S. Thomæ in 1. d. 2. q. 1. art. 3. de potentia q. 7. art. 6. De veritate q. 21. art. 4. ad 4. Ferrarienſ. præcipuè 3. Phyſicorũ q. 5. & 1. contra gentes c. 32. Thomæ Caietan. de ente cap. 6. q. 12. & q. 39. art. 1.

S. Thom. *Ferrar.* *Caiet.*

10.
Ratio concepta quid ſit?

Eſt autem ratio cognita, ſeu concepta id quod apprehẽdit intellectus de nominis ſignificatione, vt ait S. Thom. in 1. d. 2. q. 1. art. 3. Et hæc eſt rei definitio in ijs, quæ habent definitionem, vt ait Ariſtoteles 4. Phyſicorum text. 11. *Ratio quam ſignificat nomen eſt definitio.* Quæ autem res definitione diſtant, re ipſa aliquatenùs diſtinguũtur: quia definitio explicat naturam rei; ſed non dicitur ea diſtinctio realis ab Ariſtotele, quia abſolutè non ſunt duæ res, ſed dicitur diſtinctio rationis, hoc eſt, definitionis.

In ijs, quæ habent definitionem, eſt rei definitio.
S. Thom.
Ariſtot.
Quæ res definitione diſtãt re ipſa aliquatenùs diſtinguuntur.

11.

Diſtinctio ergo rationis, quæ ſolam habet cauſam in mentis cogitatione eſt cõficta & nulla; vt cum quis refert idem ad ſe ipſum, idem bis mente repetit quaſi diſtinguens idem à ſe ipſo. Diſtinctio verò rationis conceptæ, hoc eſt, definitionis ineſt rebus, cum definitio ſit naturæ rei adæquata, in ijs, quæ adæquatã habent definitionem, vt ſunt res creatæ; nam de diuinis infrà dicemus. Item S. Thomas loco recitato cum de ratione obiecta loqueretur. *Hæc ratio*, inquit, *non eſt tantùm ex parte ipſius ratiocinantis, ſed ex proprietate ipſius rei:* Quod ibidem ſatis elucidat, & confirmat: & diſt. 22. quæſt. 1. art. 3. & d. 31. quæſt. 1. art. 2. & de Potentia q. 7. art. 6. & Opuſcul. 61. cap. 3. Idem explicat Thomas Caietanus de ente & eſſentia cap. 6. quæſt. 12. & 1. parte quæſt. 29. art. 1. & Franciſcus Ferrarienſ. 3. Phyſicorum q. 5. & 1. contra gentes cap. 32. vſurpatur etiam iſta diſtinctio rationis ratiocinatæ ab Alberto Magno; quem refert Dionyſius Carthuſianus in 1. d. 2. quæſt. 2.

Poſterior diſtinctio ineſt rebus.
S. Thom.
Caiet. *Ferrar.* *Alb. Mag.* *Carthuſ.*

12.

Sed adhùc aduertendum eſt, quoſdam Doctores has diſtinctiones rationis inter ſe diuidere illa lege, vt diſtinctio rationis ratiocinantis non habeat fundamentum in re; diſtinctio verò rationis ratiocinatæ habeat in re ipſa fundamentum. Quod ſi arbitrantur illam diſtinctionem nullum habere fundamentum in re, planè falluntur: nam punctum diſtinguitur à ſe ipſo ſola ratione concipiente, cum res ſit vna & eadem omninò; & tamen iſtius diſtinctionis eſt fundamentum in puncto, quia conſidero illud vt principium partis lineæ, & vt terminum alterius partis; ratio autem principij diſtincta eſt à ratione termini. Opus ergo eſt animum attendere ad hæc, quòd ſi diuerſa ratio obiecta, quæ gignit diuerſos conceptus, ſignificatur per nomen; hoc ipſum eſt fundamentum diſtinctionis rationis ratiocinatæ, vt diſtinguuntur principium & terminus: ſunt enim duæ rationes diſtinctæ his nominibus ſignificatæ, quæ duos pariunt conceptus in mente. Si verò eæ rationes diuerſæ non ſignificantur per nomen, licet inueniantur in re ſignificata, non eſt illud fundamentum rationis ratiocinatæ, ſed rationis ratiocinantis; verbi gratia, punctum non ſignificat principium neque terminum, ſed ſignificat duntaxat punctum: quamuis ergo punctum ſit principium, & terminus, quia tamen hæ rationes diuerſæ non ſignificantur per nomen iſtud, punctum, punctum à puncto non diſtinguitur ratione ratiocinata, ſed ratiocinante, ſiue concipiente. Habet ergo etiam diſtinctio iſta rationis ratiocinantis aliquando fundamentum in re, vt oſtendimus in puncto: ſed quia illud fundamentum non ſignificatur per nomen, non

Prior diſtinctio habet aliquando fundamẽtum in re.
Cuiuſmodi ſunt rationes diuerſæ in re inuentæ, & obiectæ, non tamẽ per nomẽ ſignificatæ.

Poſterior diſtinctio habet pro fundamẽto plures rationes, ſiue definitiones, quas nomina plura ſignificant diſtinctis conceptibus.

non eſt diſtinctio rationis ratiocinatæ. A. Itaque diſtinctio rationis ratiocinatę habet pro fundamento plures rationes ſiue dinitiones, quas nomina plura ſignificant diſtinctis certè conceptibus, vt actio & paſsio; quantitas, & ſitus, &c.

13. Quidam exiſtimant nullam eſſe diſtinctionem rationis ratiocinantis, quia dũtaxat repetitur conceptus idem audito nomine eodem, vt cum dicimus Petrum eſſe Petrũ. Ea tamen diſtinctio quæ perantiqua eſt, & apud Doctores pręcipuos vſitata, non videtur eſſe abolenda, niſi firma aliqua ratione conuictis. Attendẽ- B dum enim nobis eſt, diſtinctionem rerũ non ſignificari ipſis nominibus rerum; quare futile eſt illud argumentum, ex eo quòd iterato nomine Petri repetitur idẽ conceptus, probans Petrum à Petro nõ diſtingui ratione. Nos enim conceptu reflexo conſiderantes rem cognitam à nobis, & non inuenientes in re ipſa diſtinctionem, quam inuenimus in cõceptu, aimus res eſſe diſtinctas non natura ſua; ſed conceptu noſtro; quæ eſt diſtinctio rationis ratiocinatæ. At verò repetito conceptu, ſi cogitando reflectimur, deprehendimus Petrum à Petro neque ipſo conceptu diſtingui, cum conceptus ſit idem; ſed ſolo modo concipiendi, quo intelligitur idem Petrus, ac ſi eſſet diſtinctus; quam dicimus diſtinctionem rationis ratiocinantis.

Prior euenit ex ſolo modo diuerſo intelligendi per conceptum eundem.

Exemplum.

Quod clariùs apparet cum mutatur caſus nominis, verbi gratia, ſi quis dicat; Ego mihi perſuadeo; inducitur enim perſona eadem, ac ſi eſſent duæ; altera perſuadens, altera perſuaſione commota.

Aliud.

Quibus exemplis illud dubium non eſt, ſimili conceptu perſonæ cuiuſpiam nos vti cum quodam intelligendi modo, ac ſi diſtincta eſſet perſona. Cum verò nominamus eundem homi- D nem, aut rem eandem, planiſsimè diſtinguimus rem à re ſolo cõcipiendi modo. Nam relatiuum non poſſumus intelligere, niſi ad aliud; at verò idem eſt relatiuum, & re ipſa non eſt aliud id quod eſt idem: ergo ſolo intelligendi modo diſtinguimus rem à re, cum dicimus rem eandem.

Idem, eſt relatiuum.

Diſtinctio ergo rationis ratiocinatæ euenit ex diſtinctione conceptus; diſtinctio verò rationis ratiocinantis, ex modo diuerſo intelligendi per conceptum eundem.

Poſterior diſtinctio euenit ex diſtinctione conceptus.

14. Sic igitur explicandus eſt Ariſtoteles 1. Phyſicorum tex. 11. cum ait album &

Ariſtot.

muſicum eſſe ſubiecto vnum, ratione autem diuerſa. Et text. 60. materiam à priuatione diſtingui ratione; actionem autem à paſsione diſtingui ratione, affirmat: quas tamen diſtinctiones ineſſe rebus Philoſophi interpretantur. De albo autẽ & muſico, quòd re ipſa differant, dubium non eſt. Ait autem diſtingui hæc ratione, hoc eſt, definitione. Omnis ergo diſtinctio quæ in rebus inuenitur, & non eſt perfecta realis diſtinctio in via peripatetica eſt diſtinctio rationis obiectæ, ſeu conceptæ, quod eſt præcipuè in hac diſputatione recolendum. Et quia oppoſitorum eadem eſt ratio ſimilitèr explicandum eſt quod Ariſtoteles docet de identitate negatiua 7. Topicorũ. aliud eſſe genus identitatis eorum quæ ſunt re, & ratione idem; aliud eorum quæ ſũt re idem & ratione diuerſa: quaſi dicat quædam eſſe idem re; alia verò eſſe ratione idem; ſicut quædam re ipſa, quædã verò ſola ratione diſtincta ſunt.

In via peripatetica omnis diſtinctio quę in rebus inuenitur, & no eſt perfecta realis diſtinctio, eſt diſtinctio rationis obiectę ſeu conceptæ.

Idem Ariſt. Duplex idẽtitas prima realis, & rationis ſecunda realis non rationis.

PARS POSTERIOR.

Quo diſcrimine diſcernatur diſtinctio realis à diſtinctione rationis.

1.

SVpereſt autem inueſtigare quomodò oporteat diſtincta eſſe ea, inter quæ perfecta diſtinctio realis intercedit. Sũt enim qui aſſerant res abſolutè ſimpliciterque diſtinctas eas eſſe, quæ diſtinctas habent exiſtentias. Falluntur tamen, nã quantitas & figura, inter quæ non eſt realis diſtinctio, ſicut habent eſſentias diſtinctas, ita & exiſtentias diſtinctas habent.

Quæ ſit diſtinctio realis perfecta.

1. reg. ad illam ſufficere exiſtentias diſtinctas.

Refellitur.

Alij via alia non minùs decipiuntur; illi aſſerentes diſtingui reali diſcrimine, quæ non oportet ſimul generari, & corrumpi. Et mouetur forſan probatione Ariſtot. 4. Metaph. tex. 3. vbi concludit vnũ & ens eſſe idem, quia ſimul ſunt & eſſe deſinunt: ſed Ariſtoteles hoc aliter probat, ſcilicet, quia primò & per ſe ſimul ſunt, & non ſunt. Et hæc quidem regula firma eſt quòd quæ per ſe primò ſimul ſunt & non ſunt, realiter ſunt idẽ; imò ſunt idem omninò ex natura rei: nam ſi diſtinguuntur, vnum eſt prius altero, & non vtrumque ſimul per ſe primò. Et ita aſſerimus de ente & vno, quæ, quia non ſunt res diſtinctæ, ſimul & per ſe primò incipiunt & deſinunt eſſe. Sed falſum eſt theorema, quod è contrario

2. regula ſimilitèr reijcitur.

Ariſtot.

3. & firma regula.

Quæ per ſe primò ſimul ſunt & nõ ſunt, realitèr ſunt idẽ, imò ſunt omninò idem ex natura rei.

quæ

Non tamen è cõtra ſunt realitèr diſtincta quæ nõ ſimul generantur. Probatur.

A quæ non ſimul generantur realitèr diſtinguantur, vt conſtat de forma, ſeu figura, quæ mutatur manente quantitate eadem, & tamen non diſtinguitur reali diſtinctione ab illa.

2. 4 regula reijcitur. Ad diſtinctionem realem ſufficit mutua ſeparabilitas cũ permanentia in exiſtentia. Ratio.

Alij denique regulam putant ſe afferre certiſsimam, quòd ea ſola diſtinguantur reali diſtinctione quorum vtrumque poteſt ſeparari, vel corrumpi altero manente. Et quidèm quotiès id accidit, vt non alterum tantùm, ſed vtrumque poſſit ab altero ſeparari, diſtinctio realis eſt: quia ſi vtrumque poteſt exiſtere ſine altero, non vna, & eadem res ſunt, ſed duæ res abſolutè ſimpliciterque diſtinctæ. Quod eſt Ariſtotel. præſcriptum 7. B Topicorum cap. 1. *Amplius*, inquit, *ſi poteſt alterũ ſine altero eſſe non erit idẽ.* Quo eodem argumento S. Auguſt. lib. 6. de Trinitate cap. 6. comprobat aliud eſſe magnitudinem, aliud colorem: & S. Bernardus ſerm. 80. in Cantica, animam non eſſe iuſtitiam, ſed iuſtam; ergo quæ ſeparari poſſunt vt vnum ſit ſine altero, non idem ſunt. Hoc tamen non requiritur ad realem diſtinctionem; quia materia non poteſt exiſtere ſine forma; & vnũ relatiuum non poteſt exiſtere ſine alio; cum tamen vtraque ſint diſtincta reali diſtinctione.

Ariſt. *S. Auguſt.* *S. Bernard.*

Non tamen requiritur. Probatur duplici exẽplo.

3. *Fonſeca* potiùs diuidit quàm definiat diſtinctionem realem.

C Petrus à Fonſeca vir noſtras, & Philoſophia celebris lib. 5. Metaph. cap. 4. q. 6. diuidit potiùs quàm definiat genus huius diſtinctionis. Aſſerit enim vnam ex pluribus conditionibus ſufficere ad hoc genus diſtinctionis, ſcilicèt, quòd ſint ſuppoſita diſtincta, aut ſubiecta, aut partes, aut quidpiam quod poſsit eſſe in diuerſis; & addit aliquam iſtarum conditionum ſemper reperiri in hoc genere diſtinctionis, adiectis ſuis explicationibus; quæ non eſt mihi otium refellere.

4. 5 & vera regula. Diſtinctio realis tunc eſt cũ vnum de alio negare licet ſub nomine entis, ſeu rei. Ratio.

D Videtur ergo imprimis dicendũ quòd diſtinctio realis tunc eſt, cum vnum de alio negare licet ſub nomine entis, ita vt dicamus hoc ens nõ eſt hoc ens, ſeu hæc res non eſt hæc res. Et ratio eſt manifeſta, quia ſi hæc res non eſt hæc res, abſolutè non vna res eſt, ſed duæ res abſolutè ſimpliciterque ſunt diſtinctæ. Quæ verò res ita ſe habeant vt vtraque de altera negetur, ad quæſtiones ſpeciales pertinet; negatio enim, ſicut affirmatio, vnius de alio non cadit in vnam ſolam quæſtionem, cum cauſa diſtinctionis realis ſit multiplex ex pluribus rerum principijs, & non vna & eadem. Et hoc docet S. Thomas 4. cõtra gentes cap. 14. dùm ait quæ diſtincta ſunt, affirmatione, & negatione eſſe diſtincta.

S. Thom.

5. Relationi diſtinctionis realis quod ſit fũdamentum cõmune in omnibus rebus?

Dicẽdum eſt adhùc quòd, cum diſtinctio realis ſit quædam relatio, neceſſe eſt aſſignare illi commune aliquod fundamẽtum in omnibus rebus: fundatur autem relatio in actione, aut in menſura. At verò hæc relatio in actione fundari non poteſt, quia inuenitur ſæpiùs extra illam; licet enim verum ſit quod inter agens & paſſum ſemper ſit realis diſtinctio, non tamen eſt inter agens & paſſum duntaxat, ſed inter alia plurima. Vndè videtur dicendum, quòd hæc relatio diſtinctionis fundatur in quodam complemẽto entis, ſiue in entitate completa vtriuſque extremi: cum enim ad ens ſequatur vnitas, & ad vnitatem multitudo, quoties inter duo entia, quæ ex natura ſua aliqualem habent diſtinctionem, deficit diſtinctio realis, eſt ex defectu entis in altero extremo: ſi enim vtrumque haberet debitum complemẽtum, vtrumq; ſigillatim eſſet completè vnum, & à quouis alio perfectè diſtinctum; & ſic eſſent abſolutè duo entia, & duæ res habentes inter ſe realem diſtinctionem; ſemper enim diſtinctio realis eſt ſimul cum numero ſiue prædicamentali, ſiue tranſcendentali. Igitur fundamentũ huius diſtinctionis (ſiue ſit relatio realis, ſiue rationis) eſt menſura, ſcilicèt vnitas; vnitas, inquam, ea quæ exigit in vtroque extremo debitum entis complementum; in qua vnitate poteſt inueniri maius & minus, & ſic maior & minor diſtinctio, vt contingit in alijs relationibus quæ fundãtur in vnitate. Eſt ergo fundamentum huius relationis complementum entis, ſiue completa entitas in vtroque extremo, & ratio fundandi eſt perfecta vnitas ad modum expoſitum.

Sẽper diſtinctio realis eſt ſimul cum numero, ſiue prædicamentali, ſiue tranſcendentali.

Fundamentũ huius relationis ſiue realis, ſiue rationis, eſt menſura, ſcilicèt, completa entitas in vtroque extremo. Ratio fundãdi vnitas perfecta (in qua maius & minus) ſc. exigens debitũ entis cõplementum.

6.

Tota ergo difficultas quæſtionis in hoc cardine vertitur quod ſit complementum hoc entis, quod in vnitate perfecta exigitur, qua vnitate multiplicata, perfecta diſtinctio realis conſequitur. Dicimus ergo hoc loco ens completum non quaſi integrum, nam partes ſubſtãtiæ non ſunt integra entia, & tamen habent has perfectas vnitates, de quibus eſt ſermo. Neque dicimus ens completũ quod diuiditur in genera & Cathegorias, Sed illud dicimus modò ens completũ

Ens completum ſumitur primò pro integro. Secundò pro prædicamẽto. Tertio modò,

hoc loco entia completa dicũtur quæcunq; non ſunt rei præexiſtentis quaſi augmenta, & appendices.

quod in ſuo genere, quòd attinet ad naturam rei, habet modum entis quaſi cohærentem, & perfectum, vt non indigeat alterius adminiculo: vel clariùs, quæcũque non ſunt rei præexiſtentis quaſi augmenta, & appendices, dicimus completa entia quoad modum entis, ita vt ſint ab alijs abſolutè ſimpliciterque diſcreta. Et quia hoc diſcrimen paucis eſt notum, ne dicam nominatum, in noua explicatione rei, non libuit addere nomen nouum; ſed dicimus ad perfectam diſtinctionem realem exigi complementum quoddam entis. Quo explicato illud ſimul explicatum eſt, quæ ſit realis diſtinctio.

7. Huiuſmodi augmentorũ, & appendicũ, 1. exemplum in motu & actione.

Et vt adhuc euidentiùs rem ipſam intuearis, meditare animo naturam motus; deindè cogitatione adijce quòd motus progreditur ab agente, planè reperies hanc progreſsionem ab agente non eſſe rem aliam præter motum, ſed eſſe rẽ eandem quodammodò auctam, dum motui addis progreſsionem ab agente. Similitèr volue animo virgulam auream in circulum flecti, intelliges circulũ non eſſe rem aliam, ſed eſſe ipſam quantitatem aliqualitèr mutatam, & figuram circularem non eſſe rem abſolutè diuiſam à quantitate, ſed eius appendicem duntaxat eſſe.

2. exemplũ in quantitate, & figura.

8. Aduertendum tamen eſt quòd Dialecticus entia vocat completa, quoad hoc, vt in Cathegorijs collocentur, eò quòd ſua habeant genera & ſpecies; vt figura, relatio, & huiuſmodi. Sed in conſideratione ipſius naturæ rerum, quam hoc loco indagamus, minùs completũ eſt ens, quod ab alio ente non eſt abſolutè diſſinctum, ſed eius quaſi appendix & augmentum: & ideò huiuſmodi entia dicimus non eſſe ab alijs abſolutè ſimplicitèrque diſtincta, ſed ex parte, & aliqualiter diſtingui.

In conſideratione non Dialectica, ſed ipſius naturæ rerum ens completum tertio modo ſumitur.

9. Vt autem doctrinam hanc Ariſtotelico principio fulciamus; quemadmodũ ea Ariſtoteles ait eſſe vnum, quæ ſimul generantur, & corrumpuntur; ſimul (inquam) per ſe primò, vt expoſuimus: ea autem quæ per ſe primò ſimul generantur, vel ſunt definitione idem, vel ſunt negationes adiectæ quæ non generãtur, ſed rem per ſe genitam conſequuntur, vt vnum conſequitur ens, de quo Ariſtoteles diſſerebat: ita ad hunc modum aſſerimus, quòd ea quæ ſunt rerum appendices, ſunt termini generationis quaſi conſequentes, ita vt neceſſe ſit generationem, ſeu actionem agentis prius terminari ad rem completã, & deindè fluere in hæc entia minora: & licet ſi comparatio fiat cum hoc fluxu conſequente; hæc minora entia primò & per ſe quodammodò generentur diſtinctim & ſigillatim; tamen ſi conferantur cum præcipua actione, vnde iſta ſecunda quaſi dimanat, poſſumus rectè dicere quòd hęc entia minora fiunt ſimul cum alijs; quia actio illa præcipua neceſſe eſt, vt terminetur ad entia completa primò & per ſe; & per hæc conſequentèr deriuari in ea quæ ſunt coniuncta & conſequentia: verbi gratia, non poteſt artifex inducere formam, ſeu figuram per actionem, quæ primò & per ſe terminetur ad hæc entia diminuta; ſed actio eius primò & per ſe verſatur circa quantitatem; & ex hoc quod immutat quantitaem conſequitur fluxus naturalis in formam & figuram; & is quidem fluxus conſequẽs, primò & per ſe terminatur ad formam & figuram, ſed neceſſariò eſt conſequens ad præcipuam actionẽ quę eſt circa quãtitatem: quod ex eo ſanè eſt, quia forma & figura ſunt entia diminuta, & potiùs appendices quantitatis: ita vt vtamur argumento Ariſtotelis quod quia quantitas & figura quodammodò ita ſe habent vt ſimul fiant ad ſenſum expoſitũ; non tamen ſimul omninò per ſe primò; indè eſt quòd ſunt quodammodò vnum & quodammodò diſtincta. Cætera autẽ accidentia extenſa non fiunt quidèm ſine mutatione quantitatis, ſed mutatur quantitas ſecundum quod eſt ſubiectum eorum accidentium; at verò, cum ſit forma aut figura, mutatur quantitas vt terminus mutationis ſecundum ſuum eſſe, quia diuiditur, vel augmentatur; & per ſciſsionem, vel augmentum quantitatis, vel mutationem aliam conſequitur varia forma, aut figura. Eſt ergo figura eadem res quæ eſt quantitas, quia non fit per ſe ſigillatìm, niſi conſequẽter ad mutationem quantitatis; & non eſt omninò res eadem, cum quantitas & figura definitione diſtinguantur: ſunt ergo diſtincta ex natura rei, & non reali diſtinctione ſimplicitèr, quod intẽdimus probare.

Primò oſtenditur hæc doctrina Ariſtotelico principio.

Ea ſunt vnum quæ ſimul generantur, & corrumpũtur: ſimul, intellige, per ſe primò.

A præcipua actione ad rẽ completã, v.c. quantitatẽ terminata, quaſi dimanat ſecũda qua ſit appendix, v.c. figura, quæ proindè eſt quaſi terminus conſequens præcipuæ actionis.

Quantitas & figura ſimul fiunt, non tamẽ ſimul omninò per ſe primò.

Cum ſit forma aut figura mutatur quãtitas non modò quatenus ſubiectum eſt, ſed vt terminus mutationis ſecundum ſuũ eſſe, quia diuiditur, vel augmentatur, &c.

Figura eſt eadem res, quæ eſt quantitas, non tamẽ omnino eadẽ res.

10. Et idem argumentum oſtendit relationem non diſtingui reali diſtinctione à fundamẽto, vel ſubiecto; quia eſt quaſi appen-

Digitized by Google

Similitèr relatio cõſequitur ad actionẽ qua ſubiectum illius, vel fundamentum efficitur. appendix, & conſequitur ad actionem qua ſubiectum illius, vel fundamentum efficitur. Et ſic de alijs quæ ſimilitèr definitione diſtinguuntur, & in via Peripatetica dicuntur diſtingui ratione.

11\. 2. cõfirmatur doctrina. Natura nihil facit otioſum. Similitudo eſt v. c. ipſa albedo quaſi augmentata & dilatata dum reſpicit aliam albedinem. Confirmatur hæc doctrina; nam etiã quoad hoc natura nihil facit otioſum, vt res inter ſe diſtinguantur abſque neceſſaria cauſa: cum ergo rectè intelligamus quòd albedo ipſa ſecundum quod confertur cum alia albedine ſit ſimilitudo, non eſt neceſſe quod ſimilitudo ſit res diſtincta, ſed eſt ipſa albedo quaſi augmentata, & dilatata dùm reſpicit aliam albedinem; & actio eſt ipſe motus; & figura eſt ipſa quantitas.

12\. Sic augmentũ albedinis nihil aliud eſt, quàm albedo aucta ſeu intẽſior. Ad hoc genus diſtinctionis reducuntur modi rerum quibus ſignificatur rem alitèr ſe habere, vt augmentum albedinis nihil aliud eſt, quàm albedo aucta, ſeu intenſior, de quibus capite ſequenti agemus.

13\. Aduertendum tamen eſt quòd hæc entia minuſcula, & imperfecta, quæ ob entis tenuitatem non cohærent ſecum, ſed cum alijs perfectis vt appendices coniunguntur, ab ipſis quidèm non diſtinguũtur reali diſtinctione, ſed ab alijs; hæc enim nihil prohibet ſic, vel ſic diſtingui: nam cum habeant quaſi fundamenta cum quibus ſimul ſunt; ratione fundamentorum poſſunt diſtingui reali diſtinctione ſimplicitèr à rebus alijs; vt ſimilitudo quæ re ipſa eſt albedo neceſſe eſt diſtinguatur ab æqualitate, quæ eſt re ipſa quantitas. Species autem huius diſtinctionis non perfectè realis cap. ſequenti ſubijciemus.

Huiuſmodi augmenta, & appendices ratione rerũ in quibus ſunt nihil prohibet diſtingui reali diſtinctione ſimplicitèr ab alijs rebus.

Confirmatio.

14\. 3. cõfirmatur auctoritate *Damaſcen.* Ait ea maximè differre, quæ ſeorſum exiſtunt. Probatur clarè, quòd per hæc intelligat ea, quæ per ſe cohærent, & nõ ſunt aliarũ rerum appendices. *Scotus.*

HÆc autem explanatio realis diſtinctionis poteſt confirmari auctoritate S. Ioannis Damaſceni libr. 1. fidei Orthodoxæ cap. 11. vbi ait ea maximè differre quæ ſeorſùm exiſtunt; neq; enim vult ea differre præcipuè, quæ alijs non exiſtentibus poſſunt exiſtere; nam cum perſonas diuinas eſſe diſtinctas cõprobet, non hoc modo eas diſtingui poterat tueri, vt vna exiſtere poſſet alia nõ exiſtente: ſed ſeorſùm exiſtere ait, quæ per ſe cohærent, vt non ſint aliarum rerum appendices, & ita diuinæ perſonæ maximè ſeorſum exiſtunt, cum tamen vnitate naturæ ſint idem. Ioannes etiã Scot. quodlib. 3. in principio, ait nomen hoc, res, importare dignitatem quandam ſi ſtrictè accipiatur, & ſignificare ea, quæ ſeorſùm exiſtunt. Quæ verba ſi interpretemur, vt modò commentabamur, ſanè eæ ſunt res diſtinctæ, quæ non ſunt aliarum appendices, ſed per ſe ipſas cohærent; cętera entia minuſcula non res ſũt, ſed reculæ, & rerum aliarum augmenta. Et cum his videtur concordare Durãd. in 1. d. 33. q. 1. Boetius verò diſtinctiùs & elegantiùs lib. de Trinitate ad finem, prima genera appellat res; relationem verò & genera poſteriora vocat modos, & circumſtantias rerum. Eſt ergo diſtinctio abſolutè realis ea, qua res quę abſolutè res dicuntur, inter ſe diſtant. Quod ſi ea, quæ diſtinguuntur non ſint abſolutè res, ſed modi, & circumſtantiæ, & appẽdices, diſtinctio non eſt abſolutè realis, de qua modò diſputamus. *Durand.* *Boetius.*

CAPVT XXVIII.

Diſtinctionis realis, & rationis vſurpatio recentior exponitur.

QVoniam loquendi conſuetudine oportet cum alijs conſentire, cum diſtinctionem realem & rationis, iuxta antiquorũ placitũ expoſuerimus, oportet recentiorem vſurpationem iſtorum nominũ enarrare, quod hoc cap. eſt præſtandum; & diuiditur in duas partes. 1.

Prima pars. *Qua ratione vſurpetur diſtinctio realis, & rationis à Philoſophis Recentioribus.*

Secunda pars. *Aliorum ſententiæ refelluntur.*

PARS PRIOR.

Qua ratione vſurpetur diſtinctio realis, & rationis à Philoſophis Recentioribus.

QVoniam aliqua ſunt re ipſa diſtincta vtcunque, non tamen reali diſtinctione perfecta, vt capite præcedente docuimus; omnis autem diſtinctio, quæ ineſt naturis rerum, eſt maximè inueſtiganda; vſus loquendi obtinuit, vt dicatur realis diſtinctio, quadam ampla ſignificatione, omnis ea, quæ in rebus inuenitur; vnde & nomen diſtinctionis rationis immutatum eſt. Nam ea ſola dicũtur diſtin- 1. Diſtinctionis realis ampla ſignificatio.

Digitized by Google

Diſtinctio rationis in ſola mentis conſideratione.

diſtingui ratione apud noſtros, quorum diſtinctio in rebus nullo modo inuenitur, ſed in ſola mentis conſideratione. Actionem enim & paſsionem, quæ Ariſtoteles ait diſtingui ratione, dicunt diſtingui realitèr formalitèr, vt ſtatim explicabimus: neque ab Ariſtotele, niſi ſola voce diſſentimus; nam quæ Ariſtoteles ait diſtingui ratione, id eſt, definitione, quia definitio formas rerum explicat, dicimus diſtingui formalitèr. Et ita aiunt actionem, & paſsionem diſtingui formalitèr, quaſi motus ſit materia actionis & paſsionis; & ſic in alijs.

Quod apud Ariſt. eſt diſtingui ratione id eſt, definitione, apud nos dicitur diſtingui formaliter.

Definitio formas rerum explicat.

2.

Eſt ergo apud Recentiores diſtinctio rationis ea, quã ſola ratio in rebus meditatur, cum in rebus non ſit à parte rei, vt aiunt; cæteræ omnes diſtinctiones ſũt quodammodò reales.

3. *Ferrar.* *Soncin.*

Diſtinctio quædam negatiua, alia priuatiua.

Primò igitur aduertendum eſt cum Franciſco Ferrar. 4 contra gent. cap. 24. & Paulo Soncin. 4. Metaphyſ. q. 30. res nonnunquàm dici diſtinctas negatione, aliquando priuatione; negatione diſtinguuntur ea etiam quæ non exiſtunt, vt Adamus, & Antichriſtus, quo etiam pacto inter materiam primam & priuationem eſt diſtinctio realis negatione, ſcilicèt quia priuatio non eſt res quæ eſt materia. Priuatione autem diſtinguũtur ſola exiſtentia, in quibus negatio quòd vna non ſit alia dicitur priuatio, quia eſt in ſubiecto exiſtente; & ita inter materiã & priuationem non eſt diſtinctio realis priuatiua, quoniam priuatio non exiſtit, vt ſit res diſtincta à materia: & fortè idcircò Ariſtoteles dixit lib. 1. Metaph. text. 3. vnum eſſe idem cum ente, quia priuatiuè non eſt quid diſtinctum: vnum enim non eſt res, ſed eſt negatio, & ita non eſt res diſtincta ab ente, ſed idem eſt cum ente. Et hæc quidèm conueniunt in omnem diſtinctionem realem: quare entia non in actu, ſed in potentia, vt partes continui non diſtinguũtur priuatiuè, ſed negatiuè. Quidam verò aiunt ea diſtingui potentialitèr, quia ſunt entia in potentia.

Ariſtoteles dixit vnũ eſſe idem cum ente, fortè quia priuatiuè non eſt ab eo diſtinctum.

4. Diſtinctio realis amplè accepta diuiditur. Prima abſolutè & perfectè realis.

Diſtinctio ergo realis amplè accepta diuiditur in eam quæ eſt abſolutè & perfectè realis, & in eam quæ eſt ex parte & imperfectè realis; ea dicitur abſolutè realis diſtinctio, qua diſtant res abſolutè plures, vt iam explicauimus: neque requiritur quòd diſtinctio ſit relatio realis, vt ſuprà adnotauimus; nam corpus

A meum, & anima ſunt res diſtinctæ, etſi diſtinctio hæc non ſit relatio realis; & perſonæ diuinæ ſunt re ipſa diſtinctæ, cũ diſtinctio illa non ſit relatio realis. Ad hanc diſtinctionem reuocat S. Thomas ſępiùs totum & partem, quoniam totum addit ad vnam partem alteram quam continet, & ita ait diſtingui realitèr partem à toto; non tamen eſt hęc realis diſtinctio ita perfecta ſicut inter Petrum, & Paulum.

S. Thomas.

5. 2. realis minùs perfecta. Hæc duplex. 1. formalis. *Scotus* illam accepit *à S. Thoma.*

Cætera quæ diſtinguuntur diſtinctione reali minùs perfecta ex cõmuni ſententia

B reducuntur ad duas ſpecies diſtinctionis, ſcilicèt formalis, & modalis. Formalem excogitauit Ioannes Scotus. Imò hanc à S. Thoma accepiſſe videtur, cuius eſt vſitatiſsima diſtinctio, quòd diſtinctionum alia eſt materialis, alia formalis, 1. p. q. 50. art. 3. & q. 47. art. 1. & 2. & lib. 2. contra gentes cap. 39. ad 2. & lib. 3. cap. 92. & de Veritate q. 12. ar. 13. ad 2. & de Potentia q. 9. art. 7. Aduertẽs igitur Scotus ſimilitudinem, & albedinem; figuram & quãtitatem eſſe formas quaſdam, quæ diſtinguũtur inter ſe proprijs differentijs; & tamen non ſunt res omninò diſtinctæ; aptè appellauit diſtinctionem formalem, quibus hæ formæ

C diſtinguuntur. Et ſimilitèr actio & paſsio quia ſunt quædam formales rationes, quæ inueniuntur in motu quaſi in ſuo fundamento; dicimus diſtingui hæc formalitèr, & eſſe vnam rem, ſcilicèt motũ, qui eſt quaſi materia his rationibus formalibus deſignata. Et vulgò dicitur hæc eſſe materialitèr idem, formalitèr verò diſtincta. Recentiores addiderunt diſtinctionem modalẽ, quia conſiderarunt quædam eſſe rerum additamenta, quæ non concipimus vt formam; ſed vt modum entis, ita vt explicemus quòd, ſecundum hæc, res aliter ſe habeat.

Neceſsitas huius diſtinctionis.

Quædam vulgò dicũtur materialiter idẽ, formalitèr verò diſtincta, vt actio & paſsio, quæ ſunt veluti formæ, ſeu rationes formales motus.

Secunda eſt diſtinctio modalis.

D Notandum ergo eſt modos iſtos entium tripartitò diuidi. Alij dicuntur modi perficiẽtes rem; nam qualitas modus dicitur; & licèt ſint qualitates quædam vt figura & forma, quæ à quantitate non diſtinguuntur reali diſtinctione; tamen pleræque qualitates ſunt formæ cohęrẽtes, & ab alijs rebus diſtinctæ diſtinctione perfectè reali; & hæ quæ à quantitate non perfectè diſtinguuntur, ſcilicèt, forma & figura, habent ſe tamen vt formæ; quare potiùs dicendę ſunt diſtingui formaliter à quantitate, quàm modaliter.

6. Ratio notanda ob quã forma & figura, licet ſint modi, potiùs formaliter, quàm modalitèr diſtingui dicendæ ſint.

Exclu-

Digitized by Google

7.

Modi rerum intrinſeci dicuntur ij, quibus ſimplicia exiſtunt, & inter ſe diſtinguuntur.

A Excluſis autem modis naturam perficientibus, qui ſunt ipſæ qualitates; alij ſunt modi intrinſeci, alij extrinſeci. Intrinſeci modi rerum dicuntur ij, quibus ſimplicia inter ſe diſtinguuntur, vt quòd ſubſtantia ſit per ſe, relatio ad aliud, &c. Dicũtur autem modi rerum, quia per ſe, vel per aliud non ſignificant naturam differentiæ, ſed modum quo hæ res exiſtunt; tùm etiam quia, cum ſint primò diuerſa, non habent differẽtias quibus differant; ſicut neque genus habent, cũ ſint genera ſumma: intelliguntur ergo diſtincta per eos modos quibus explicantur.

Cur dicantur modi non differentiæ.

Hi ſola cogitatione à rebus diſtinguũtur minore diſtinctione quàm differentia ſpeciei ab ipſa ſpecie.

Hi tamen modi non diſtinguuntur etiã modaliter à rebus; ſed ſunt omninò res ipſæ, & ſola ratione, & cogitatione à rebus diſtinguuntur (vt capite ſequẽti explicabimus) minori diſtinctione, quàm differentia ſpeciei ab ipſa ſpecie.

8.

Modi extrinſeci modaliter diſtincti ſũt imprimis ſex genera vltima ex doctorum virorum ſententia.

Sunt ergo modi alij extrinſeci, qui adueniunt rei cũ qua connectuntur, & quaſi in ea fundantur, quia ſe ſolis non conſtant: & hi diſtinguuntur modalitèr à rebus ipſis, quarum ſunt appẽdices, vt ſuprà docuimus, & dicitur diſtinctio modalis. In hoc genere modorum videtur poſſe recenſeri ſitus partium, & viri docti in eodem connumerant ſex genera vltima; in eodemque genere modorum abſque dubio collocandæ ſunt quædam rerum varietates, vt ita dixerim, cum res aliter ſe habet nulla re prædicamẽti adueniente; verbi gratia, anima rationalis aliter ſe habet extra corpus & in corpore; aliter, inquam, ſecundum ſubſtãtiam, & ſecundum quod eſt forma. Modus ergo hic etiam ad ſubſtantiam pertinet, nõ tamen eſt res prædicamẽti denuò adueniens. Quantitas panis in ſubiecto proprio, & extra ſubiectum cum ſit ſacramentum, aliter atque aliter ſe habet; ſed modus hic diuerſus non eſt res prædicamenti, & ad ipſam quantitatem attinet. Ita aiunt aliqui exiſtentiam eſſe modum rei creatæ. Alij de ſuppoſito id affirmãt, de quibus infrà diſputandum eſt. Intenſio etiam caloris eſt modus realis.

Itẽ modi quibus anima rationalis aliter ſe habet in corpore, & extra corpus.

Hi pertinent ad ſubſtantiã.

Item modi quibus quantitas panis eſt in ſubiecto proprio, & extra ſubiectum cum ſit ſacramentum.

Hi pertinent ad quantitatẽ.

Similiter intenſio caloris, & alij modi.

9.

Tales modi extrinſeci ſũt veræ reculæ.

Quòd ſi vrgeas, ſintne modi iſti vera entia & veræ res? Dicẽdum eſt vera quidèm eſſe entia, & res veras, ita vt nõ ſint nihil; eſſe autem adeò minutas res, vt reculæ potiùs dicendæ ſint, hoc eſt, minutiſsimæ res, & hoc duntaxat res quia nõ nihil ſunt, cũ ſint effectus realis actionis, & nõ ſine vera mutatione rei aduenĩẽtes.

10.

Inter tales modos extrinſecos rerum, neceſsitas aut cõtingentia non recenſenda.

Non tamen inter hos modos recenſenda ſunt neceſsitas, aut contingentia rerum; aut quòd res completæ, vel incõpletæ ſint, vt quidam opinati ſunt: nam neceſsitas, & contingentia ſignificãt veritatem propoſitionis, & non aliquid rebus additum; & ſunt modi enunciationis, qui fundãtur in eo, quòd res eſt corruptibilis, vel incorruptibilis; mutabilis, aut immutabilis; quod enim immutabile eſt, neceſſe eſt eſſe; neque neceſsitas addit ad ens immutabile, niſi veritatem propoſitionis, qua cognoſcitur ſemper neceſſariò eſſe id quod eſt omninò immutabile; at poſſe eſſe & non eſſe, non eſt potentia in rebus quæ poſſunt eſſe, ſed

Hi ſũnt modi enunciationis ſeu pertinẽtes adveritatẽ propoſitionis modalis fundati in eo quòd res ſit immutabilis, aut mutabilis.

B pertinent ad veritatẽ propoſitionis modalis. Quòd verò res ſit completa, aut incompleta, vel pertinet ad ipſam quidditatem rei, & ita non eſt modus extrinſecus, ſed eſt res ipſa, vt quòd materia ſit pars & non totũ; vel pertinet ad id quod rei aduenit, vt res ſit cõpleta, id eſt, perfecta; perficitur autẽ non ſolùm per modos extrinſecos, ſed etiam per formam aduenientem. Quarè non rectè numerantur hæc inter modos extrinſecos, qui modaliter à rebus diſtinguuntur. Vtraq; autem diſtinctio formalis, & modalis, rectè dicitur diſtinctio ex natura rei, quia ineſt ipſis rerum naturis.

Quòd res ſit completa, aut incõpleta vel ptinet ad quidditatẽ rei. Vel ad complemẽtum aduenĩẽs ſiue ſit modus ſiue forma.

11.

Diſtinctio formalis ab aliquibus nõ admittitur.

Sed immeritò.

Probatur. 1.

C Quidam ſunt qui diuidunt diſtinctionem realem in eam, quæ eſt ſimplicitèr & perfectè realis, & modalem, ita vt omnis realis diſtinctio, quæ nõ eſt perfecta, ſit modalis. Ego verò non libens me in anguſtias coniiciam: cum enim liqueat eſſe res non ſimplicitèr diſtinctas, ſed imperfectè; quid prohibet iſtius diſtinctionis imperfectæ eſſe plures ſpecies? Maximè verò hoc perſuadetur eò quòd probabili opinione fertur relatio ita diſtingui à fundamento diſtinctione, ſcilicèt, reali imperfecta; relatio autem non eſt modus rei, ſed forma relatiua: ergo eſt aliqua diſtinctio realis imperfecta, quæ non eſt modalis. Prętereà figura eſt qualitas & forma ſubiecti, & non pertinet ad modos illos aduenĩẽtes extrinſecos, qui non ſunt res prædicamentales; ergo iſta quoque diſtinctio qua figura diſtinguitur à quantitate, cum non ſit abſolutè realis, erit imperfectè realis, & non modalis, ſed potiùs formalis. Denique proprietas ſuppoſiti à natura diſtinguitur reali diſtinctione imperfecta; & tamẽ

Secundò.

D Relatio nõ eſt modus rei, ſed forma relatiua.

Tertiò. Figura eſt qualitas & forma ſubiecti.

Quartò. Proprietas ſuppoſiti non eſt modus naturæ

non

Digitized by Google

non eſt modus naturę, vt lib.4.dicemus. A
Non ergo opus eſt coanguſtare doctri-
nam, vt omnem diſtinctionem realem
imperfectam dicamus eſſe modalẽ; ſed
rectè addimus formalem diſtinctionem.

12. Alias diſtinctiones miſſas facimus eò
quòd perfáciles ſunt, & cuique obuiæ,
Aliæ recenſentur diſtinctiones. neque præſenti negotio neceſſariæ; alia
enim eſt diſtinctio eſſentialis, alia non
eſſentialis: item formalis alia, & alia ma
terialis: potentialis item, & actualis. Et
iterùm quæritur coincidantnè inter ſe,
& miſceâtur hæ diuiſiones? Item ab op-
poſitis variæ diſtinctiones eruuntur; op- B
Cauſæ diſtinctionum, non ipſę ſpecies diſtinctionis. poſitio enim rerum affert diſtinctionem.
Sed hoc eſt inueſtigare cauſas diſtinctio-
num, & non ipſas ſpecies diſtinctionis.

13. Quidam diuidunt diſtinctionem rea-
lem in actualem, & virtualem: ſed iam
oſtendemus diſtinctionem virtualẽ non
eſſe realem.

PARS POSTERIOR.

Aliorum ſententiæ refelluntur.

1. SVpereſt ergo vt nonnulla refellamus
quæ pugnãt cum ijs, quæ aſſeruimus.
Et imprimis ſunt qui diſtribuant primò
Aliqui diuidunt diſtinctionem realẽ in actualem & virtualem. ſtatim diſtinctionem realem in actualẽ, C
& virtualem; diſtinctionem actualẽ vo-
cant eam, quæ intercedit inter duas res
actu diuiſas: virtualem verò diſtinctio-
nem appellant, quæ inuenitur in rebus
non actu, ſed virtute diuiſis. Aiuntq; diſ-
tinctionem actualem neceſſariò eſſe ab-
ſolutè & ſimplicitèr realem, quia eſt in-
ter res duas actu diuiſas: quæ autẽ actu
ſunt diuiſa, ſimpliciter diuiſa ſunt; ergo
talis diuiſio rerum ſimplicitèr eſt realis.
Quòd ſi diſtinctio non eſt inter res actu
diuiſas, iam non eſt actualis, ſed virtualis
Diſtinctionẽ formalem, & modalem appellant virtualem. diſtinctio: atqui diſtinctionem formalẽ
& modalem, de quibus iam egimus, aiũt D
non eſſe actualem, ſed virtualem diſtin-
ctionem. Et ita confitentur certè iſtas
diſtinctiones modales, & formales non
eſſe ſimplicitèr reales, quia non ſunt ac-
tuales, ſed virtuales: omnem verò diſtin-
ctionem rerum actualem affirmant eſſe
ſimplicitèr realem.

2. *Concluſio. Quæcunque diſtinctio realis, etiam ipſa modalis, eſt actualis.* Sed hanc opinionem facile eſt refu-
tare, & conuincere falſitatis: nam iſtam
diſtinctionem virtualem, quæ comple-
ctitur modalem & formalem, aiunt eſſe
realem diſtinctionem, virtualem tamen
A nõ actualem. Qua in re ſecum ipſis pug- *Probatur.1. Si diſtinctio ineſt rebus ipſis eſt etiam in illis multitudo & conſequentèr actualis diuiſio.*
nant; ſi enim eſt realis diſtinctio, ſanè eſt
in re ipſa, ſiue in rei natura; aliàs non eſ-
ſet realis, ſi in rebus non inuenitur: quod
ſi diſtinctio ineſt rebus ipſis, eſt etiam in
illis multitudo; diſtinctio enim funda-
mẽtalitèr ſiue materialitèr, vt loquimur,
nihil eſt, niſi multitudo rerum; & hoc
confirmatur auctoritate Ariſtot. 5. Me- *Ariſtot.*
taphyſ.tex.11. & 4.Metaphyſ. text.15.
aſſerentis diſtinctionem in rebus afferre
multitudinem: quòd ſi eſt in rebus mul-
titudo, eſt neceſſariò actualis diuiſio: om
B nis ergo diſtinctio realis, actualis eſt; aut
ſanè non eſt realis diſtinctio, ſed ratio-
nis, quæ non in rebus, ſed in intellectu
reperitur; quo pacto attributa diuina vir
tualitèr diſtingui dicuntur, non tamen
diſtinctione reali, ſed rationis. Prætereà *Probatur.2.*
quam illi dicunt virtualem diſtinctio- *Primus ſenſus diſtinctionis virtualis, res vna actu, & plures virtute, vt Deus.*
nem realem, vel ita interpretari opor-
tet, vt cum res actu vna valet pro pluri-
bus rebus, dicatur res vna actu & plures
virtute, & ita erunt in re actu vna res
virtute plures, ſicut dicimus de attribu-
tis diuinis; quare ſi hoc ſatis eſt etiam
attributa erunt diſtinguenda diſtinctio-
ne reali virtuali, quod tamen meritò iſti
Doctores recuſant: valdè enim ſuſpe-
C ctum eſſet in fide, & errori proximũ po-
nere in diuina eſſentia realẽ diſtinctio-
nem etiam virtualem. Vel iſta diſtinctio *Secundus ſenſus.*
realis virtualis, eſt in rebus non actu, ſed
virtute diuiſis; ſcilicèt, quæ etſi in ſe ipſis
non ſint actu diuiſæ, ſaltem in virtute
ſuæ cauſæ poſſunt diuidi: & hoc etiã fal-
ſum eſt: quoniam natura rerum nõ mu- *Quæ ex propria natura & definitione ſua ſunt vna res actu, nulla virtute cauſæ poſſunt eſſe res duæ actu diuiſæ.*
tatur; ſed actio, verbi gratia, & motus ex
propria natura & definitione ſua, ſunt
vna res actu, vt iſti volũt; ergo nulla vir-
tute cauſæ poſſunt eſſe res duæ actu di-
uiſæ. Quare in nullo ſenſu virtualis diſ-
tinctio poteſt dici realis; ſed vel eſt diſ-
D tinctio rationis, vt de attributis dicim⁹;
vel nulla eſt in rebus virtualis diſtinctio,
ſed neceſſariò actualis. Et confirmatur, *Tertiò confirmatur.*
quoniam hæc differunt definitione; ver- *Modi cum differant definitione, ſeu termino, ſunt actu diuiſi.*
bi gratia, motus, & qualitas, & relatio:
definitio autem in his rebus creatis eſt
terminus rei; ergo quæ differunt defini-
tione, actu ſunt diuiſa, ſuis terminis cõ-
cluſa, & determinata. Et ita omnis realis
diſtinctio, eſt actualis.

Sed clariùs hoc idem demonſtratur: 3. *Quartò clariùs demonſtratur.*
nam aliqui modi rerum adueniũt rebus
per nouas actiones, quarum ſunt veri
effectus;

Aliqui modi adueniunt rebus effecti per nouas actiones.

effectus; ergo hi modi aliqualitèr diſtinguuntur à rebus præexiſtentibus, quibus adueniunt: vel ergo dicendum eſt hos modos eſſe res omninò diſtinctas à rebus, quod nemo opinatur, & ipſa cōmunis conceptio refragatur; vel concedendum id quod verum eſt, hos modos à rebus aliqualitèr diſtingui, & non omninò re ipſa diſtingui. Hi etiam modi aduenientes manifeſtè indicant actualem, & nō virtualem diſtinctionem, qua à rebus cōiunctis diſtinguuntur, nam vt actu adueniunt, ita & actu diſtingui neceſſe eſt. In rebus ergo creatis nulla eſt virtualis diſtinctio, vt infrà explicabimus, ſed vel eſt actualis, vel nulla.

Vt adueniunt actu, ita actu diſtinguūtur.

4. Obiectionem autē illorum non difficile eſt refellere. Dicendum enim ea quę formalitèr vel modalitèr diſtinguuntur ab alijs rebus perfectis, non eſſe res abſolutè, ſed diminutè, vt ſuprà expoſuimus: eſſe tamen aliquid additū quaſi appendicem, ita vt nō ſint nihil. Vnde has res ſuprà vocauimus rerum appendices, quæ ſunt res ipſæ coaugmentatæ quodāmodò, & auctæ. Itaque ſunt res actu diſtinctæ, ſed non ita perfectè res, vt abſolutè dicantur res plures, ſed res eadem cum appendice; vt calor intenſus quid eſt, niſi calor ipſe? & non poteſt fingi quòd intenſio ſit aliud à calore omninò diſtinctum, aut quòd ſit nihil.

Modi ſeu rerū appendices ſūt ipſæ res quodammodò augmentatæ.

5. Sectatores Ioannis Scoti faſtidioſè cōnumerant diſtinctionum ſpecies ſeptem; primam, diſtinctionem rationis; ſecundam, ex natura rei; tertiam, formalē; quartam, realem; quintam, eſſentialem; ſextam, eorū quæ diſtinguuntur ſe totis ſubiectiuè; ſeptimam, ſe totis obiectiuè diſtinctorum, vt videre eſt apud Lychetū in 2.d.1.q.4. Sed hæc nō ſolùm ſunt barbarè dicta, ſed ſine cauſa excogitata, mixta, & confuſa: eorum verò explicatio, quam adhibent, magis eſt à veritate aliena, quàm diſputationi vtilis.

Septē ſpecies diſtinctionū confuſè à Scotiſtis excogitatæ.

Lychet.

6. Aureolus apud Ioannem Capreolum in 1. d.8. q.4. videtur negare diſtinctionem rationis: ſed de ea re agemus infrà loco commodiori.

Aureolus apud Capreol.

CAPVT XXIX.

Quid ſit Diuinum attributum?

1. POſteaquàm de generibus diſtinctionum peregimus, ad quæſtionē Theologam progrediendum eſt, quanam diſ- A tinctione diuina attributa diſtinguātur? vt ſtudioſè expendamus, an diuinæ ſimplicitati repugnet ea diſtinctio attributorum, quam nonnulli Theologorum inducūt. Caput diuidimus in partes duas. Prima pars. *Quid ſit perfectio ſimplicitèr?* Secunda. *Quid ſit attributum?*

PRIMA PARS.

Quid ſit perfectio ſimplicitèr?

B OPortet igitur meditari eſſe in Deo perfectiones omniū rerū creatarū, quæ innumeræ ſunt: ſpecies enim rerum ad quas extenditur infinita Dei potentia, nullo numero capiuntur. Quòd verò omnes eæ perfectiones inſint Deo, oſtēdit eius infinitam eſſentiam & potentiā: quicquid enim eſt in potentia, ſeu virtute cauſæ pertinet ad perfectionem eius eſſentiæ; quod ſic oſtēditur. Cauſa enim effectrix, de qua eſt ſermo, ſeu agens, dat eſſe effectui; non autem poteſt intelligi, quòd agēs det eſſe, quod nō habet; ergo eſſe collatum effectui præexiſtit in cauſa agēte: perfectio autē eſt ſecundū eſſe; ergo perfectio effectus perfectionē eſſētię arguit in ipſa cauſa; vnde ſpecies rerum, C innumeræ perfectiones cū ſint, earū infinitudo oſtendit infinitudinē in Deo, qui eſt agēs circa omnia; & non ſolū infinitā potentiā, ſed eſſentiā Deitatis infinitam, cum in ipſa pręexiſtāt infinitę perfectiones. Vnde eſt illa ſententia Cōmentatoris 11. Metaph. cōment. 18. ſuperiùs explicata, omnes formas eſſe in primo agēte. Et hoc etiam oſtenditur, quia eſſe omnium rerum, hoc eſt, exiſtentia, quæ eſt prima rerum omnium perfectio, eſt effectus adæquatus Dei. Vnde S. Thomas frequentèr arguit quòd Deus ſit ipſum D eſſe ſubſiſtens continens in ſe totum eſſe rerum infinitarum.

1. 1. aduertendū. Infinitæ rerū ſpecies, & perfectiones præexiſtunt in eſſētiā Deitatis.

Oſtenditur. 1.

Ex hoc probatur nonſolùm potentiam, ſed eſſentiā Deitatis eſſe infinitam.

Commentator.

Oſtenditur. 2. Eſſe omnium rerū, effectus adæquatus Dei

S. Thom.

Secundo loco eſt aduertendum, quòd agentiū aliqua longè nobiliora ſunt ſuis effectibus, ita vt perfectio effectus non inueniatur in agente cum imperfectione propria, ſed modo quodam nobiliori; verbi gratia, ſol calefacit, & exſiccat, cū tamen non ſit elementum, neque elemētare quod habeat primas qualitates, ſcilicèt calorem, & ſiccitatem; quia eſſet alterabile & corruptibile. Igitur oportet vt ſiccitas & calor qui ſunt ſolis effectus, attribuantur illi non formalitèr cū imper-

2. 2. aduertendū. Eiuſmodi rerum perfectiones non præexiſtūt in Deo formalitèr cū imperfectionibus earum, ſed eminentèr.

Digitized by Google

Lux ſolis dicitur eſſe calor, & ſiccitas eminentèr, id eſt, forma nobilior modo quodam excellentiori calefaciens & exſiccans.

imperfectione iſtarum formarũ,ſed eminentèr duntaxat,hoc eſt, modo quodam excellẽtiori per formam nobiliorem: & ita dicimus lucem ſolis eſſe eminentèr calorem & ſiccitatem, cum hæc non ſit, ſed quid nobilius atque excellẽtius. Cũ autem natura Dei in infinitum excedat perfectionem rerum, neceſſe eſt omnes rerum perfectiones Deo ſecundùm eminentiam,excellentiamque attribui.

4. 3. aduertendũ. Imperfectio aliquando clauditur in conceptu nominum, vt diſcurrere,&c.

Hic iam tertiò obſeruandũ,quòd perfectiones rerũ aliquandò habent intrinſecè admixtam imperfectionem in ſuo proprio conceptu; vt ridere eſt rei corporeæ, & ratiocinari eſt imperfectè intelligentis; & hæc attribuimus Deo ſolùm eminenter, quia imperfectus eſſet Deus,ſi hæc formalitèr haberet.

5. Aliquãdò minimè,vt ſapiens,iuſtus,&c.

Hæc eminentèr & ſimul etiam formalitèr Deo ineſſe intelligimus.

Aliquandò verò perfectiones rerum, etſi intrinſecè habeant imperfectionem admixtã,quia finitæ ſunt & creatæ; tamẽ ea imperfectio non ſignificatur nominibus ipſis, neque clauditur in cõceptu nominũ,vt ſapiens, iuſtus,&c. Hæc autem attribuimus Deo etiã eminentèr,concipientes Deũ ſapientẽ, & iuſtum diuino quodã modo;ſed ſimul etiam formalitèr Deo ea ineſſe intelligimus,quia ſine vlla imperfectione ſignificantur.

6. *S. Dionyſ.* Triplex via diuinæ cognitionis. Prima,per remotiones imperfectionum. Remotiones imperfectionũ cõmuniũ omnibus rebus creatis ſolius Dei propriæ.

Hæc eſt ratio quæ diuinum Dionyſiũ induxit, vt in lib. de myſtica Theologia triplicem viam traderet diuinæ cognitionis,primam remouendo imperfectiones,quòd non ſit corporeus,non compoſitus,non mutabilis;& quia ſunt in rebus creatis aliquæ imperfectiones omnibus communes, nomina quæ has remouent, ſunt propria ſolius Deitatis, & propriiſſimè Deo cõueniunt,vt immutabilis,infinitus,æternus:hęc enim ſignificant negationes rerum,de quibus habemus proprios conceptus; quia enim propriè cõcipio rem mutabilem,cum audio immutabilem, propriè intelligo negari mutabilem; & ita propriiſsimè hæc nomina de Deo dicuntur quoad rem ſignificatã, licet non quoad modum ſignificandi, vt dicemus lib. 5. Secunda via eſt qua Deũ cognoſcimus per veras affirmationes, quòd ſit ſapiens,iuſtus,&c. Sed quia nos perfectiones has prout ſunt in Deo non nouimus: Tertia eſt via cognoſcẽdi Deũ per negationes, & affirmationes, quas aiũt exuberãtiæ, vt ſcilicèt nõ attribuamus hæc Deo abſolutè, imò remoueamus illa, & ſolum exceſſum harum per-

Secunda, per veras affirmationes.

Tertia,per negationes,& affirmationes, quas aiunt exuberantiæ.

A fectionum Deo deferamus;quòd ſcilicèt non ſit ſapiens, ſed ſuperſapiens, ſuperlucidus,ſuperexiſtens; ſed de his diſſeremus latiùs lib. 5.

7. Quę eminentèr & ſimul formalitèr Deo inſunt nomine perfectionum intelligũtur. Similitèr remotiones imperfectionum communium. Hæ ſunt perfectionum argumenta.

Ergo, quod ad rem attinet,ea quæ nõ ſolùm eminentèr, ſed formalitèr etiam in Deo inſunt,nomine perfectionum rectè vſurpamus; quo etiam poſſumus cõplecti negationes illas,infinitus, immutabilis,æternus:hæ enim negationes etſi perfectionem non ſecum afferant, quia negatio nihil eſt; quod autem nihil eſt, perficere rem non poteſt,vt dicatur propriè perfectio: tamen ideò perfectiones quoque dicũtur,quia ſunt perfectiſsimæ B naturæ argumẽta;imò perfectiſsima natura eſt iſtarum negationum adæquata cauſa. Ex eo enim quòd Deus eſt actus purus abſque potentia,eſt infinitus,quia non coarctatur à materia; & conſequentèr mutabilis non eſt, quòd non habet pòtentiam recipientem: & quia immutabilis eſt,eſt quoque æternus.

8. Aliæ negationes rebus etiã creatis cõmunes dicuntur perfectiones. Hæ negationes puræ, ſunt Deitati maximè propriæ.

Aliæ autem negationes, quæ etiã rebus creatis ſunt communes,dicũtur tamen perfectiones, quia imperfectionem vt plurimùm remouẽt, vt vnitas. ſimplicitas,&c.Sed & hæ negationes puræ (vt ita dixerim) ita vt ſimplicitas omnẽ cõpoſitionem remoueat, & vnitas omnem C naturæ diuiſionẽ, Deitati ſunt maximè propriæ,ſcilicèt vnitas abſque omni numero, ſimplicitas abſque omni compoſitione,quo pacto ſolus Deus eſt vnus,& ſimplex. Quare S.Ioan.Damaſc. libr. 1. fidei Orthodoxæ cap. 15. ait Deum eſſe *ſimplicium ſimplicitatem, & vnitorum vnionem:* res enim creatæ numero conſtant,vt exiſtant;quia eſt in eis natura,& exiſtẽtia,& accidẽtia diſtincta: perfecta verò vnitas,diuinæ naturę eſt encomiũ.

S. Damaſc.

9. Quę perfectiones ſint formaliter in Deo.

D Negationibus autẽ reiectis quæ perfectionem non afferunt, ſed ſignificant; ſupereſt exponẽdum quæ ſint perfectiones, quas in Deo formaliter inuenimus. Et quidem Auicenna,& Rabbi Moyſes, vt refert S.Thom. 1.p.q.13.art.2.ſolam exiſtentiam poſuere formaliter in Deo: quare non eſſet Deus dicendus formaliter ſapiens,& iuſtus. Quæ hæreſis aliàs commodiùs refutabitur. Videndum igitur quas perfectiones in Deo ponere æquum ſit. Eæ ſanè ſunt perfectiones ſimpliciter, id eſt, quæ abſolutè, & non ex parte, ſeu ſecundum quid perfectiones cenſentur. Perfectio autẽ ſimpliciter, vt arguen-

Hæreſis Auicennæ, & Rabbi Moyſis apud *S. Thom.*

Definitio perfectionis ſimpliciter.

Digitized by Google

S. Anſelm. Ea eſt quæ melius eſt ipſa, quàm non ipſa vniuerſim.

arguendo cõmonſtrat S. Anſelmus Monolog. cap. 14. eſt ea, quæ melius eſt ipſa quàm non ipſa, id eſt, melior eſt ipſa, quã negatio eius. Et eandem definitionem affert Proſologion cap. 15. S. enim Anſelmus apponit exemplum. *Ipſum autẽ, & non ipſum, non aliud hic intelligo, quàm verum non verum, corpus non corpus, & hiſ ſimilia.* Hoc autem intelligit vniuerſim, & nõ ſingulatim in aliquo vel aliquibus: ſupponit nãque etiam exemplum. *Quãuis enim iuſtus non ſapiens melior videatur, quàm non iuſtus ſapiẽs; non tamen melius ſimpliciter eſt non ſapiens, quàm ſapiens.* Et coniungit aliud exemplum de auro. *Quia homini peius eſt eſſe aurum, plumbo autẽ melius eſſet ſi aurum eſſet.* Hæc S. Anſelmus. Ex quibus eius ſententia explananda eſt; quòd perfectio ſimpliciter eſt, quæ melior eſt ipſa quàm non ipſa; non ſingulatim cõferendo cum aliquo, ſed vniuerſim, cum quacũque re fiat comparatio; nam iuſtus nõ ſapiens melior quàm ſapiens nõ iuſtus, ſed iuſtus ſapiẽs melior quàm iuſtus non ſapiens; itẽ plumbo melius eſt aurũ, non autem aurum homine melius.

Germana interpretatio ſententiæ S. Anſelmi.

10. *S. Anſelmus* cõtra obiectionem à Scoto, & Caiet. propoſitam, ſignificat homini melius eſſe Angelũ eſſe, quã hominem.

S. ergo Anſelmus nihili æſtimauit obiectionem à Ioan. Scoto, & Tho. Caiet. propoſitam, vt ſtatim dicemus, ſcilicèt, quòd homini melius eſt vti diſcurſu, quã ſine diſcurſu intelligentem eſſe, quia eſſet Angelus non homo. Imò ſignificat S. Anſelm. homini melius eſſe Angelum eſſe quàm hominẽ, ſicut plumbo melius ait eſſe, vt aurum ſit; ſcilicèt, hoc ipſum impoſſibile, cogitatione ſaltem eſt melius; Deus autem id quo melius cogitari non poteſt. Nam ex hac definitione colligit S. Anſelmus quæ ſit perfectio ſimpliciter, quæ ſcilicèt in omni re melius cogitatur ipſa quàm non ipſa, vt melius plumbum ſi aurum eſſet, etſi plumbum aurum eſſe ſit impoſſibile. Et hęc eſt germana propriaque S. Anſelmi ſententiæ interpretatio.

Perfectio ſimpliciter eſt, q̃ in omni re melius ſaltem cogitatur ipſa, quàm non ipſa, licet eſſe ipſam ſit impoſſibile.

11. Illegitimæ interpretationes definitionis. 1. Scoti, & Caietani.

Ioannes ergo Scotus in 1. d. 8. q. 1. ad 1. & Thomas Caietanus de ente & eſſentia cap. 2. explicant definitionem iſtam aliter; quòd perfectio ſimpliciter melior eſt ipſa, quàm non ipſa in re omni, ita tamen vt ſingulæ res conſiderentur non ſecundum proprias differentias, ſed ſecundum quod habent rationem entis; quia homini vt homo eſt, melius eſt, inquiunt, vti diſcurſu rationis; ſed vt eſt

A ens, melius eſſet intelligentem eſſe ſine diſcurſu. Sed ſanè hoc non eſt, quod S. Anſelmus tradit, nam intelligere abſq; diſcurſu ſecundum S. Anſelmum, melius eſt etiam homini, ſicut ait plumbo melius eſſe vt ſit aurum; homo autem ſecundum rationem entis non homo apprehenditur, ſed ens: cum ergo non de ente, ſed de homine ſermo ſit, interpretatio hæc iam nulla eſt: ſed explicãdum, vt diximus, quod homini melius eſt intelligere, quàm ratiocinari, ſi (quod eſt impoſſibile) cogitemus hominem non B rationalem, ſed intelligentem ſine diſcurſu, ſicut plumbo melius eſt eſſe aurũ. Neque longè abeſt ab hac noſtra ſentẽtia Henricus Gandauẽſis in ſumma art. 32 litera R. vbi docet perfectionem ſimpliciter eam eſſe, quæ ſalua rei exiſtentia etiam per impoſſibile, melior eſt ipſa quàm non ipſa; ſalua enim rei exiſtentia accipit rem eandem in ſpecie & numero: & hoc quod ait, per impoſſibile, S. Anſelmi verbis conſonum eſt.

Nullam eſſe oſtenditur.

Gandauenſ. ſuffragatur germanæ interpretationi ſupra traditæ.

Alij explicant, quòd perfectio ſimpliciter, in quocunque reperiatur, cõſtituit illud in gradu perfectiori entis, quàm ſi eam non haberet. Quæ eſt interpretatio ſecunda, & manifeſtò apparet falſa; nam C rationalitas non eſt perfectio ſimpliciter, & tamen in quocunque reperiatur conſtituit illud in gradu entis perfectioris, quam ſi eam non haberet, non enim inuenitur, niſi in homine, cui maximam perfectionem affert, & ſine illa eſſet homo imperfectus. Quod ſi (quod eſt impoſſibile) ſingas eam ineſſe Angelo, eodem modo finge, quod S. Anſelmus vult, intelligentiam ſine diſcurſu ineſſe homini.

12. 2. interpretatio.

Falſã eſſe probatur.

Facilior explicatio erit, ſi hæc oppoſita comparemus inter ſe ipſa in tota latitudine entis, ſcilicèt, vt dicamus eam D eſſe perfectionem ſimpliciter, quæ melior eſt ipſa quàm omnis alia perfectio ei repugnans; nulla enim perfectio ſimpliciter repugnat alteri ſimili; perfectioni enim imperfectio repugnat; perfectio autem ſimpliciter non habet imperfectionem admixtam: quare non poteſt repugnare alteri perfectioni ſimili. Heruæus quodlibet. 5. q. 4. aliquatenus hoc inſinuat dum explicat perfectionẽ ſimpliciter eam eſſe, quæ melius eſt ipſa, quã non ipſa, ſcilicèt quàm alia ſibi compoſſibilis in natura. Nam perfectio ſimpliciter

13. 3. interpretatio facilior.

Heruæus.

Digitized by Google

tèr melior eſt, quàm ea quæ non eſt ſimplicitèr, quæ ſcilicèt poteſt repugnare in eadem natura; perfectiones autem ſimplicitèr non repugnant inter ſe. Sed hic cōmentarius non eſt ad mentem S. Anſelmi, quia ille hæc oppoſita comparat non inter ſe, ſed cum ſubiecto in quo ſunt; & per *ipſum & non ipſum* non intelligit perfectiones oppoſitas, ſed negatiuè oppoſita, vt diximus, ſcilicèt ſapiens & non ſapiens: in quo ſenſu eius ſententiam iam explicauimus.

Non eſt ad mẽtẽ S. Anſelmi, comparantis, ſcilicet, hęc oppoſita non inter ſe, ſed cum ſubiecto in quo ſunt.

14. Definitio perfectionis ſimplicitèr. *S. Thom.* Eſt perfectio quæ nullã habet imperfectionem in cõceptu proprio admixtam. *Ariſtot.* Ratio.

Breuitèr ac dilucidè S. Thomas definit perfectionem ſimplicitèr 1. contra gentes cap. 30. quòd ſit perfectio nullam habens imperfectionẽ in conceptu proprio admixtam. Quæ definitio ex dictis eſt ſatis explicata: & colligitur ex doctrina eiuſdem S. Thomæ q. 7. de Potẽtia art. 1. quam ipſe hauſit ab Ariſtotele 12. Metaphyſ. text. 40. Optimũ enim eſt in quo nihil eſt quod careat bonitate: quod eſt bonum ſine commiſtione mali. Quicquid autem in Deo eſt, ipſum eſt optimum: aliàs ipſe Deus non eſt optimus, qui habeat commiſtum malum.

15. Nomina quæ ſignificant relationes Dei ad creaturas formalitèr, nõ ſignificãt perfectionem Dei, vt Dominus, creator. Item idea, &c. *S. Anſelm.*

His adde quòd nomina quæ ſignificant relationes Dei ad creaturas formaliter, non ſignificant perfectionem Dei, vt Dominus, creator; nam relatio rationis non eſt ens, ne dicam diuina perfectio: item ideæ rerum in Deo non ſunt perfectiones ſimplicitèr; quia nomen, idea, ſignificat relationem rationis. Et has relationes S. Anſelm. in Monolog. reijcit à ſua definitione eò quòd nõ ſignificent naturam diuinam.

16. Perfectioni ſimplicitèr nõ derogat, quòd abſque relatione non explicetur.

Si verò nomen ſignificet aliquid diuinum, quod ſine relatione ad creaturas non intelligitur, nihilominùs perfectionem diuinam ſignificare cenſendum eſt, vt potentia, miſericordia, virtus creatrix, &c. nam hæc ſignificant quidditatem Dei, & aliquid quod formalitèr eſt in ipſo Deo, & hæ ſunt perfectiones ſimplicitèr, licet abſque relatione ad res creatas explicari nequeant: at verò nomina quæ ſignificant actiones Dei liberas, ſignificant quidèm aliquid diuinum, ſcilicèt actiones internas; & conſequenter ſignificant aliquid quod ineſt Deo, non eminentèr ſolùm, ſed formalitèr; nõ tamen ſignificant perfectionẽ Dei additam; nam in Deo quicquid eſt, eſt neceſſarium. Concedimus ergo quod volũtas libera in Deo eſt perfectio ſimplicitèr;

A quòd autem velit hoc aut illud, nõ addit ad liberam voluntatem, niſi reſpectum ſiue relationem rationis ad hoc vel ad illud; reſpectus autem rationis, perfectio non eſt. Quare poſſumus rectè dicere, quòd hæc nomina ſignificant perfectionem Dei ex parte formæ, ſed nõ ex parte obiecti. Sed hæc ſuo loco commodiùs diſputabuntur tom. 2.

Nomina quæ ſignificãt perfectiones Dei liberas, ſignificãt perfectionem Dei ex parte formæ, non vero ex parte obiecti.

17. Idea non eſt diuina perfectio, nec attributum.

Falluntur igitur qui putant ideam rerum in Deo eſſe diuinum attributũ; idea enim formalitèr non eſt diuina eſſentia, ſed eſt relatio rationis ad res creatas, vt Dominus, Creator; quod eodem tom. 2. explicabimus iuxta ſententiam S. Thomę. B Quare idea non eſt diuina perfectio; neque verò eſt attributum quod & ipſum indicat diuinam perfectionem, vt ſtatim dicemus.

18. *Ioan. de Vltricuria.*

Contra hanc cõmunem expoſitionem perfectionis ſimplicitèr errauit Ioan. de Vltricuria affirmãs, quicquid eſt in vniuerſo melius eſſe ipſum, quã non ipſum. Quòd ipſe poſtmodùm Pariſijs retractauit, vt legitur tom. Bibliot. S. Patrũ. Quia de ſolis ijs perfectionibus quas Deo tribuimus, verè dicimus melius eſſe ipſas, quàm non ipſas.

C

SECVNDA PARS.

Quid ſit attributum Diuinum?

EST tamen veniendum ad attributa, his quæ erant neceſſaria prælibatis. Attributũ, nomen eſt antiquum in ſcholis vſurpatũ à S. Thoma de potẽtia q. 9. art. 6. & 1. p. q. 32. ar. 3. ad 3. *Nõ dicimus quòd attributum potentiæ ſit attributũ ſcientiæ.* Et in 1. q. 13. art. 4. in corpore, huius nominis mentionem etiam facit. Si vocis impoſitionem attendamus, D videtur deductum ab analogia nominum diuinorum; nullum enim nomen nobis commune, Deo imponimus, niſi ſecundùm analogiam attributionis, vt ſapientia, iuſtitia; nomen autẽ Deus non eſt nomen attributi, ſed nomẽ naturæ diuinæ.

1. Attributũ nomen antiquũ inter ſcholaſticos. *S. Thom.*

Nullũ nomen nobis commune, Deo imponimus, niſi ſecundum analogiam attributionis.

Attributum ergo ſecundum nominis inſtitutionem videtur ſignificare omnẽ perfectionem, quę eſt formalitèr in Deo; vnde & negationes infinitum, ſimplex, &c. aliquandò attributa dicuntur, ſicut etiam vocantur perfectiones. Patres autem vocant attributa nomina diuina; vt obſeruat S. Thomas 1. p. q. 13. & Alex. Alenſ. q. 49.

2. Attributũ ſignificat ex vi impoſitionis, omnem perfectionem, quæ eſt formalitèr in Deo.

Eſt

3. Perfectiones ſimpliciter, q pertinent ad ſubſtantiã Dei non ſolent dici attributa.

Eſt autem aduertendum quòd ea quę pertinent ad ſubſtantiam Dei non ſolēt dici attributa diuina à Theologis, vt exiſtentia, ſubſtantia, natura, quæ tamen ſunt perfectiones ſimpliciter. Et ideò S. Ioan.Damaſc.lib.1. fidei Orthod. c.12. *Bonum*, inquit, *iuſtum, ſanctum, & id genus talia naturam conſequuntur, non autem ſubſtantiam oſtendunt*. Et idem docet cap.4. non quòd ea, quæ per attributa ſignificantur non ſint ipſa ſubſtantia diuina; imò hæc nomina ſapiens, iuſtus, &c. apud Patres dicuntur ſignificare ſubſtantiam Dei, vt lib.5. videbimus: ſed quia noſtro modo intelligendi, quē S.Ioannes Damaſcen. probè conſiderauit, intelligũtur hæc quaſi affectiones Deitatis, & ideò etiam attributa dicuntur, quia illa Deitati aſcribimus, ſeu attribuimus. Idem docet libr.1.cap.4. his verbis, *Si iuſtum, ſi bonum, ſi quid tale dixeris, non naturam dicis, ſed quæ circa naturam.* Quæ verba indicant noſtrum modum intelligendi ipſa attributa, vt perfectiones naturæ conſequētes illam. Et S.Auguſt. 15. de Trinitate cap. 6. *Si dicam*, inquit, *æternus, immortalis, iuſtus, bonus, beatus, ſpiritus; horum omniũ nouiſſimum quod poſui, videtur ſignificare ſubſtantiam; cætera verò huius ſubſtãtiæ qualitates.* Non docet S.Auguſt. attributa eſſe qualitates, quod alijs locis improbat, aſſeuerans in Deo nō eſſe accidens, ſed ſubſtantiã; ſed indicat intelligi illa per modum qualitatis, duntaxat quoad hoc quòd intelliguntur quaſi perfectiones naturam conſequentes: ſi ergo accipias perfectionem pro ea quæ eſt rei exiſtẽtis ornamentũ, omnis diuina perfectio eſt perfectio ſimpliciter, & eſt quoque attributũ. Rectè ergo Richard.in 1. d.8.q.3.art.1. definit attributum, quod ſit ſupraexcellentia perfectionis creatæ, quam melius eſt habere intrinſecùs quã non habere: accommodauit enim definitionem perfectionis ſimpliciter à S. Anſelmo traditam ad definiēdum attributum, quod eſt ipſa perfectio ſimpliciter naturæ diuinæ attributa. Itaque attributum non ſignificat naturam, ſed quaſi naturæ ornamentum.

S.Damaſc.

Attributa quãuis ſint ſubſtãtiæ à nobis intelligũtur quaſi affectiones.

Id. Damaſc.

S. Aug.

Item quaſi rei exiſtentis ornamenta.

Richardus rectè definit attributum.

4. Negationes excluduntur ab attributis. Similiter neceſſitas entis.

Hoc autē loco reijcimus negationes ab attributis, ſicut anteà diximus negationes non eſſe perfectiones, ſed perfectionis argumenta. Eadē ratione neceſſitas entis non erit attributum diuinũ; A licet ab Auicēna 8.Metaph. dicatur eſſe Dei proprietas, quia ſolius Dei eſt: ſed attributum non eſt, quia neceſſitas non eſt aliquid reale; attributũ verò eſt quid reale attinens ad Dei excellentiam: niſi accipiamus attributum ampliori ſignificatione, vt accipit Durand.in 1.d.2.q.3.

Auicenna.

Durand.

5. Attributũ, & perfectio ſimpliciter nō ſũt ſynonima.

Non tamen ſunt ſynonima attributũ, & perfectio ſimpliciter, nam licet vtrũq; nomen accipiatur pro re eadem, v.g. ſapientia, iuſtitia, & ſimilibus: tamē perfectio ſignificat aliquid, vt eſt actus vltimus & complementum; attributũ verò B ſignificat id quod eſt Deo ſecundũ analogiam attributum. Et ideò hoc nomen, attributum, ſignificat formaliter attributionem rationis, quę eſt aliquid rationis; eſt enim nomen cōnotatiuum, & ſignificat formaliter attributionem; accipitur verò pro re quæ attributũ dicitur, verbi gratia, pro ſapientia, aut iuſtitia, vt poſteà explicabimus. Quid verò ſignificet nomen, perfectio, libr. 3. eſt clariùs exponendum.

Attributũ ſignificat formaliter attributionem rationis, de connotato verò rem quæ ſecũdum analogiã attributũ dicitur, v.c. ſapientia, &c.

6. *Ægyd.* *Argent.*

Ægydius in 1.d.2.q.2. art.1. & Thomas Argent.d.6.q.1.artic.1. exiſtimant ea quæ per fidem de rebus diuinis deprehendimus in attributis non numerari. Sed hoc ratione nulla comprobatur: C nam diuina attributa non eſt neceſſe, vt ratione naturali ſint nota, ſed vt ſint naturæ diuinæ perfectiones. Quare ipſa fæcunditas naturæ inter attributa recenſenda eſt.

Etiam ea quæ per fidem de Deo cognoſcimus, vt fœcunditas diuinæ naturæ, inter attributa recēſenda ſunt.

7. Eſſe diuinum non eſt attributum. Ratio.

De exiſtentia ſiue eſſe diuino ſingularis eſt quæſtio, quam conſultò ſeruauimus ad finem capitis, vt eã ex dictis efficeremus clariorem. Dicendum ergo eſt quod eſſe diuinum ſiue exiſtentia diuina non eſt attributum; quia eſſentia Dei eſt ipſum eſſe, attributa autem conſequuntur eſſentiam. Ita videtur ſentire San- D ctus Thomas in 1.d.19.q.vltima, art.vltimo, & 1.p. q.2.art.1. & q.3. artic.4. & Thom.Caietanus ibidem, & idem ſentit Ioannes Scotus d.2.q.2.6. *Ex his*, & Richard. d.2.q.4. Et confirmatur ex Sãcto Athanaſio oratione cōtra idola, vbi ait, quòd ratio Dei, hoc eſt, definitio, ſiue eſſentia eſt ipſum eſſe; diximus autem eſſentiam non eſſe attributum.

S. Thom. *Caiet.* *Scotus.* *Richard.* Confirmatur *S. Athan.*

8.

Sed videtur hæc res meliùs expendēda: nam eſſe videtur conſequi eſſentiam, eſſentia enim exiſtit formaliter; quarè eſſe comparatur ad eſſentiam vt actus: eſt ergo ordine cognitionis poſterior; & ita

ita attributum erit maximè ipſum eſſe, cum ad ſingula attributa eſſe comparetur, vt actus. Dicendum tamen videtur quod eſſe diuinum ſiue exiſtentia non ſit attributum. Primò, quia ſi conſideretur per ſe, non vt actus alterius, ſed vt eſt quoddam eſſe ſubſiſtens, abſque dubio eſt ipſa eſſentia, & non antecedit aut ſequitur illam; ſed tunc optimè explicamus diuinam eſſentiam, cum intelligimus ipſum eſſe ſubſiſtens. Deinde quia etſi eſſentiam conſideremus vt ſubiectū attributorum (quod poſteà erit declarandum) exiſtentia quidem conſequitur eſſentiam tanquam actus illius, & ſingula attributa, vt arguendo obijcitur; ſed cōſequitur non vt attributum, ſed vt actus proprius quaſi pertinens ad ſingula: nam etſi à ſingulis ratione formali diſtinguatur; ad ſingula tamen pertinet, quia ſine exiſtentia, quaſi incompleta intelliguntur; & idcircò ſancti Patres appellant exiſtentiam ſiue eſſe diuinum, pelagus infinitum omnia complexum. Vita autem dicit ordinem ad operationem, & idcircò ex ipſo modo intelligendi attributum eſt. Etſi nonnunquam accipiatur pro ſubſtantia viuente, aut pro exiſtentia viuentis: qua ſignificatione non eſt attributum: & ita dixit Alex. Alenſ. 1. p. q. 92. membro 1. viuere non addere aliquid diuinæ exiſtentiæ; & Ioan. Scotus vitam poni in Deo vt rationem intimā Deitatis; quia vitam acceperunt pro ipſa ſubſtantia, ſiue exiſtentia ſubſtantiæ in viuentibus. Vide Sanctum Thomam 1. p. quæſtione de vita Dei.

Explicatur ſimulque probatur hęc doctrina.

Eſſe diuinum vno modo eſt ipſa eſſentia.

Altero conſequitur eſſentiam, & attributa, vt actus quaſi complēs ſingula, non verò vt attributum.

Vita eſt attributum, vt dicit ordinē ad operationes. Secus ſi ſumatur pro ſubſtā tia, aut exiſtē tia viuentis.

Alenſis.
Scotus.

S. Thom.

CAPVT XXX.

Attributa diuina nulla reali diſtinctione diſtinguuntur.

Prima pars. *Attributa diuina nulla reali diſtinctione diſtinguuntur.*

Secunda. *Attributa diuina non diſtinguuntur ante operationem intellectus.*

Tertia. *Explicatur ratio qua intelligimus plura attributa in eſſentia omninò vna & ſimplici.*

PARS PRIMA.

Attributa diuina nulla reali diſtinctione diſtinguuntur.

1. AD ſimplicitatem Deitatis pertinet ea quoque confeſsio, quòd attri-
A buta diuina ſint res vna & eadem, ſcilicèt ſimplex eſſentia, quod hoc cap. demonſtrandum eſt. Atqui Auguſt. Nyphus lib. 12. Metaphyſ. diſputat. 13. cap. 3. refert ſententiam cuiuſdam Gualteri aſſerētis, attributa diuina res eſſe diſtinctas, vt & in nobis ſunt; neque ob eam multitudinem rerum in eſſentia diuina contentarum, non eſſe eſſentiam ſimplicem; ſimplex enim eſſe quod non eſt compoſitū; compoſitum autem ex partibus componi, quarum altera ſit forma, altera materia, ſiue actus & potentia; at non ita ſe habere attributa, ſed omnia eſſe quaſi actus. Quæ rudis eſt & abſurda Philoſophia, vt hoc loco comprobabimus. Sen-
B tentia autem iſta omnium Theologorū, imò & Patrum calculis damnata, cum decretis fidei de ſimplicitate Deitatis peruicacitèr pugnat. In ea hereſi eſt Sckegkius, contra quem ſcribit Gilbert. Genebrardus, qui impiè negat perſonas diuinas eſſe hypoſthaſes ſubſiſtentes, aitq; eas eſſe potentias quaſdam eſſentiæ, puta memoriam, intellectum, & voluntatem, res diſtinctas: has ergo potentias, quas dicimus in Deo attributa, affirmat ille eſſe res diſtinctas.

Aug. Nyph. Hæreſis Gualteri, & Sckegkij, attributa diuina realitèr diſtingui.

Genebrard.

De Gilberto autem Porretano ambigi poteſt, vtrùm eo fuerit errore impli- 2.
C catus: nam Otto Friſingenſis Epiſcopus in rebus geſtis Federici Imperatoris c. 56. & 57. narrat illum diſtinxiſſe eſſentiā à perſona; diſtinxiſſe autē attributa inter ſe, non narrat. At verò S. Bernardus ſerm. 80. in Cantica non ſolùm hæreſim damnat negantem Deū eſſe ipſam Deitatem, ſed diuidentem etiam attributa. Et libr. 5. ad Eugenium idem confirmat, docetque multiplicem Deum eos eſſe credere, qui negant omnia attributa eſſe
D vnum in Deo. Quare illa controuerſia vterque verſabatur error, & negantium Deum eſſe Deitatem, & negantiū identitatem attributorum. Verùm eo libro addit S. Bernardus quoſdam ſolitos reſpondere non eſſe multa, ſed vnum, attributa Deitatis; ipſam autem Deitatem continentem attributa non eſſe Deum: quare eos non multiplicem Deum, ſed duplum ſaltem exiſtimare. Non liquet autē nobis vtrùm Gilbertus adhæſerit vtrique errori, an alteri ſoli, quo Deum à Deitate diuidebat. Certè S. Bernardus alterum quoque errorem commemorat diuidentium attributa, eumque nomine

Otto de Gilberto Porretano diſtinguente realiter eſſentiam diuinā à perſona, ſeu Deitatem à Deo.

S. Bern.

Vtrum Gilbertus diſtinxerit etiā attributa, nō liquet.

Digitized by Google

mine hæreſeos notat, vt & priorem.

3\. Hoc itaque errore prętermiſſo, diſputatio eſt inter Theologos, vtrùm attributa actu & formalitèr ex natura rei diſtinguantur ante operationem intellectus? In qua diſputatione, quæ grauiſſima eſt & omni ſtudio diſcutienda, oportet remouere omnem nominis æquiuocationem, quæ vt plurimùm eſt cauſa diſsidij inter probatos etiam Doctores.

4\.

Scoti de diſtinctione attributorũ variè & incertè loquentis. Primus locus.

Igitur Ioannes Scotus, qui circumfertur, vt Auctor eius ſententiæ, qua diuina attributa dicũtur diſtingui formalitèr, ſe ſe ipſe non ſatis explicat: nam in 1. d.8. q.4. ait ea diſtingui ex natura rei formalitèr; quia ratio formalis vnius attributi non eſt ratio formalis alterius: B eſſe tamen ea omnia re ipſa vnum, & idẽ; neque ea eſſe actus, aut formas, aut partes eſſentiæ; ideòque compoſitionem nõ efficere, aut ſimplicitatem imminuere.

Secundus. Et in 2.d.2.q.7.ait, quòd ante intellect⁹ conſiderationem in Deo eſt entitas A. & entitas B. & hæc non eſt formalitèr illa.

Tertius. At verò diſtinctione eadem q.4.ait, diſtinctionem inter eſſentiam diuinam, & ſuppoſitum præcedere intelligentiam vel creatam, vel increatam; eam tamen eſſe minimam, & non realem actualem, quia non ſunt res plures; neque realem potentialem, quia nihil in Deo eſt ens in C potentia, ſed in actu. Et cum quærit de nomine huius diſtinctionis reſpondet poſſe dici diſtinctionem rationis, vt ratio ſignificat quidditatem rei, non vt ſignificat differentiam per rationem intelligentem inuentam: ac ſi apertiùs diceret, eſſe diſtinctionem rationis conceptæ, & non rationis concipientis, vt ſuprà explicauimus: quod quidèm & verum eſt, & S. Thomæ doctrinæ conſentaneũ,

Scoti dictum Thomiſticũ.

vt cap. ſequenti elucidabimus. Et iterũ ait quòd id quod habet talem diſtinctionem, non habet rem & rem, ſed virtualiter, atque eminẽter duas realitates; quæ D ſunt eius verba; quod item Thomiſtarũ dictis perſimile eſt. Denique non concedit ibidem hanc diſtinctionem eſſe formalem, benè tamen dici non identitatẽ formalem: quia, vt ait, non idẽtitas formalis, hoc eſt, identitas nõ formalis negat formalem, & hoc verum eſt; diſtinctio verò formalis ponit formalem; & hoc falſum.

Quartus locus. At verò in 1.d.8.q.1. art.4. & in quodlib. q.1. & 6. etiam affirmat attributa diſtingui ab eſſentia formalitèr ex natura rei.

5\.

Scotus placet in primo loco quoad vnum.

Hæc à Ioanne Scoto dicta adducta ſunt, non vt ſingula refellamus, ſed vt eius ſententiam planiùs explicemus; nã in eo quòd ait rationem formalẽ vnius attributi non eſſe rationem formalẽ alterius, & nos conſentimus cap. ſequenti.

In 3. quoad duo, & dictum illud Thomiſticũ.

Item quòd ſit diſtinctio rationis conceptæ; & quòd nõ ſit formalis diſtinctio.

In 3. loco errat negans inter attributa diſtinctionem formalem, & tamen concedens non idẽtitatem formalem.

In eo tamen errat Scotus quòd concedit eſſe non identitatem formalem, & negat eſſe diſtinctionem formalem; cum non identitas, & diſtinctio recurrant; quia quod eſt non idem, eſt diſtinctum. Igitur ſi in Deo eſt identitas non formalis, non eſt identitas formalis; per hoc B verò quod negatur identitas, ponitur diſtinctio; ergo eſt diſtinctio formalis. In idem ergo redit non identitas formalis, & formalis diſtinctio.

Scoti interpretes diſcordes, circa eius ſentẽtiã de diſtinctione formali.

Videtur ergo Ioan. Scotus in ſententia ſua lubricus, & incertus; & idcircò variantur de eius interpretatione ſentẽtiæ; nam multi affirmant eum non poſuiſſe diſtinctionem formalem actualem inter attributa, ſed virtualem;

Multi illã intelligũt de formali virtuali. Alij de formali actuali. Gregor.

quod retulit olim Gregorius d.8.q.1. art.5. ipſe verò opinatur Scotũ formalem actualem poſuiſſe; & hoc idẽ alij multis confirmant.

In 2. loco diſplicet. Idẽ in 3. in principio. Item in 4.

Illud verò diſplicet ex Scoto, quod hanc diſtinctionẽ C ait præcedere omnem intelligentiam; nam nihil ſupereſt, niſi vt ſit diſtinctio in re ipſa; quod etiam cap. ſequenti exponendum erit.

6\.

Formalis diſtinctio accipitur pro quacũque quæ ineſt in re ipſa.

Vt ergo tota nominis æquiuocatio remoueatur, diſtinctionem formalem hoc loco vocamus eam, quæ ineſt in re ipſa, ita vt ſint aliqualitèr res plures, & ſit aliqualis numerus rerum; quæ poteſt dici etiam realis diſtinctio ampla quadam ſignificatione. Et in hoc ſenſu quærimus, an ſit diſtinctio realis in Deo, ſiue formalis, ſiue modalis, ſiue quouis alio noD mine ſignificetur: an verò attributa diuina inter ſe, & à diuina eſſentia ſola ratione diſtinguantur, ita vt in re ipſa nulla omninò ſit diſtinctio?

Genebrard. fallitur affirmans diſtinctionem formalem neque eſſe realem, neque rationis.

Gilbertus Genebrardus in reſponſione ad SchegKiũ cùm illum arguat dicentem, diſtinctionẽ formalem eſſe diſtinctionẽ rationis, affirmat diſtinctionẽ formalem neque eſſe realem, neque rationis. Fallitur tamen Genebrardus apertiſsimè, nam ſi illa nõ eſt rationis diſtinctio, hoc eſt, ſi nõ in ſola rationis contemplatione inuenitur,

neceſſe eſt; vt in rebus ipſis exiſtat, quomodocũque; & eam diſtinctionem quouis modo exiſtentem in rebus realem dicimus, hoc eſt, inuentam in rebus. Et ita modò dicimus diſtinctionem formalẽ, quæ non eſt rationis diſtinctio, ſed aliquo modo realis in rebus exiſtentibus actu inuenta.

7.
1. cõcluſio certa.
Attributa ſũt in Deo, nõ per metaphoram.

In hac verò quæſtione primum eſt, quod ſine controuerſia aſſeritur, ſcilicèt quòd attributa diuina formalitèr in Deo inſint: Deus enim ſapiens, & iuſtus eſt; non per aliquam metaphoram, ſicut iratus dicitur & ſedens, eò quòd ſimilem ſe gerat iraſcenti, aut ſedẽti; neque in ſenſu cauſali, vt ſapiens ſit, quia efficit ſapientes; neque ſolùm in ſigno, quaſi dicatur ſapiens, eò duntaxat, quia ſapientèr gubernat, quod eſt ſignum ſapientiæ: ſed formalitèr eſt ſapiens, iuſtus, omnipotens, &c. quia ſapientia, iuſtitia, & cætera attributa verè & propriè in Deo inueniuntur. Et ratio non obſcura hoc perſuadet, quia hæc omnia perfectionẽ ſignificant abſque imperfectionis particulà; vt ſuprà; ſicut ergo Deus eſt infinitè perfectus, non metaphoricè, non in ſenſũ cauſali, aut in ſolo ſigno; ſed verè & re ipſa; ita eodem modo ſapiẽs, iuſtus, omnipotensque eſt dicendus. Et hæc aſſertio conſtituitur abſque vllius diſſenſu hominis qui alicuius ſit nominis. Verũ eſt quòd S. Thomas 1. p. q. 13. art. 2. refert poſitionem Rabbi Moyſis quod hæc attributa remouerant ſolùm à Deo oppoſita, eſt ſapiens, id eſt, non inſipiens. Alios verò refert explicantes in ſenſu cauſali Deum eſſe ſapientem quia ſapiẽtes nos efficit; quos ibidem S. Thomas ſatis refellit argumento accepto ex communi animi conceptione; qui enim Deum dicunt ſapientem, iuſtum, &c. non volunt ſignificare Deum iniuſtum non eſſe, ſed & iuſtum eſſe: quod autem conſtat ex communi hominum ſenſu, eſt per ſe notum. Quarè hac de re diſputatio eſſe non poteſt inter eos qui Deum iuſtum, ſapiẽtem, &c. compellant. Confirmatur etiam argumento Theologo; nam ſacræ literæ tribuunt hæc Deo non per metaphorã, ſed ſecũdum proprietatem loquutionis, vt Patres interpretantur; nos autem tenemur ſequi Patrum interpretationem in literis ſacris.

Neque ſolum in ſenſu cauſali.
Neque ſolum in ſigno.
Sed in Deo ſunt formalitèr.
Probatur concluſio.
S. Thoma referente, Deũ eſſe ſapientem Rabbi Moyſes explicabat, id eſt, non inſipientem.
Item alij in ſenſu cauſali.
Refelluntur à S. Thoma ex communi animi conceptione aduerſante.
Confirmatur refutatio ex ſacris literis, & Patribus.

8.
S. Damaſc.

Quamobrem verba illa S. Ioãnis Damaſceni 1. fidei Orthodoxæ cap. 13. *Tãquam cauſa omnium entium, & omnis ſubſtantia, ens & ſubſtantia dicitur.* explicanda ſunt non vt neget Deum formalitèr eſſe ens & ſubſtantiam; ſed ſignificat hæc nomina non indicare quod quid eſt Dei, ſed perfectiones effectuum his nominibus Auctori, cauſæq; ſuæ tribui. Secũdus commentarius eſt melior, ſcilicèt quòd Deus dicatur ens & ſubſtantia non ſolùm quia hæc habet, ſed quia horum eſt cauſa. Vnde ſubijcit. *Et tanquam cauſa omnis rationis, & ſapiẽtiæ, nec non omnis rationalis, & ſapientis, dicitur & ratio, & rationalis, & ſapientia, & ſapiens.* Quaſi apertiùs dicat ſapientia creata, & ipſum quod eſt ſapientem eſſe, ſunt effectus Dei: ideòque Deus per excellentiam vtrumque dicitur, & ſapientia & ſapiens. Quibus verbis ſatis ſignificat, Deum quidem ſapiẽtem eſſe, ſed per excellentiam, vt ſit ſapiens & ſapientia. Et videtur accepiſſe hæc à S. Dionyſio cap. 5. de diuinis nominibus, *Laudat & exiſtentem, & vitã, & ſapientiam, quæ facit ſubſtantiam, & vitam.* Non enim S. Dionyſius negat Deum eſſe ſapientiam, ſed affirmat eam eſſe ſapientiam, quæ eſt cauſa, & donatrix ſapientiæ.

Explicatur. 1.
Explicatur. 2. melius.
Deus eſt ens & ſubſtantia, & ſapientia, &c. nõ ſolùm quia hæc habet, ſed quia horũ eſt cauſa.
S. Dionyſ.

9.
Secunda concluſio cõmunis.
Attributa nõ diſtinguũtur diſtinctione formali, quæ in re ipſa inſit.
Concluſio eſt euidens ratione naturali.
Probatur ex ſimplicitate Dei.

Deindè indubiè aſſerendum eſt cum omnibus ferè ſcholaſticis, quòd hæc attributa non diſtinguuntur inter ſe formali diſtinctione, quam ſuprà definiuimus, quæ ſcilicèt in re ipſa inſit. Et hoc aſſertum arbitramur eſſe euidens ratione naturali; probatur ex ſimplicitate diuina, in qua nulla omninò poteſt eſſe cõpoſitio; ſed vbi eſt diſtinctio in re ipſa, quæ ſit vna res, neceſſariã eſt cõpoſitio; compoſitio enim ſignificat ordinẽ multorum in vno; multa autem ſine ordine non conueniunt, niſi per accidens, & vt aggregatum; ergo cum Deus vnus ſit ſecundum fidem, & rationem naturalem, ſi in eo aliqualitèr multa inſunt, cum ordine & compoſitione reali inſunt; quod ſuprà oſtendimus eſſe impoſsibile plurimis & firmiſsimis argumentis: aut inſunt aggregata per accidens; quod eſt magis abſurdum.

10.
Rationes ex Patrum dictis depromptæ.
Eſſentiã diuinam non diſtingui ab attributis probat 1. ratio.

Probatur verò adhùc firmioribus rationibus propoſita aſſertio, quas ex Patrũ dictis depromimus. Et primò quod eſſentia diuina nullo modo ab attributis diſtinguatur; quoniam Deus eſſentialitèr omnia continet; ergo attributa non

ſunt

Deus eſſentialitèr omnia continet.
S. Aug.
Itē probatur.

ſunt res eſſentiæ vllo modo additæ. Antecedens accipimus à S. Auguſtino de cognitione veræ vitæ cap. 7. Et probatur: nam aliàs attributa accidunt Deitati, quæ eſt hæreſis ſupra damnata: quicquid enim extra eſſentiam eſt, accidens eſt, vt Philoſophia tota teſtatur.

11. 2.ratio.

Deindè ſequitur quòd natura diuina ſit in potentia paſsiua ad has perfectiones; quòd recipiat illas; & conſequentèr ab aliquo agente accipiat; non enim poteſt accipere à ſe, ſicut neque agere in ſe ipſam. Probatur euidentèr conſequutio; nam ſi natura secūdum ſe re ipſa eſt nuda ab his perfectionibus, vtpotè diſtincta ab illis; non habet illas per ſe ipſam formalitèr; ergo ſunt formæ ſuperadditę naturæ; ergo natura eſt in potentia ad illas. Cū enim attributa ſint quaſi actus, ſi diſtinguuntur ab eſſentia diuina, exiſtit potentia paſsiva in eſſentia Dei ad illos actus, & erit mutationi obnoxia. Nihil autem magis repugnat Deo, quàm paſsiua potentia, & vt aliquid ab agente accipiat, cum ſit primum agens, & immutabile: rectè enim S. Auguſtinus 6. de Trinitate cap. 6. *Nihil*, inquit, *ſimplex mutabile.* nam in compoſitione eſt potentia & actus; vbi autē eſt potentia paſsiua, eſt etiā mutatio. Imò eſſētia diuina eſſet prior natura, quàm exiſtentia, quia eadē ratio eſt, vt exiſtētia ab eſſētia diſtinguatur, ſicut & attributa. Si autem dicas diſtingui; arguitur ſic; Eſſentia Dei diſtinguitur ab exiſtentia; ergo eſt prior quam exiſtentia in genere cauſæ materialis, ſicut & in nobis; ergo Deus ſiue eſſentia Dei non eſt primum ens: in quo enim eſſentia præcedit ordine naturæ exiſtentiam, & diſtinguitur ab illa, neceſſe eſt, vt accipiat ipſam exiſtentiam ab alio, ſiquidèm eſſentia illa per ſe ipſā non eſt, ſed per exiſtentiam diſtinctam; & cum non ſit cauſa ſui, indiget agente à quo accipiat exiſtentiam. Argumentū eſt S. Thomæ 1.p.q.4.art.2. & q.3.ar.4.

Deus eſt actus purus, itē primum agēs, & immutabile.
Idē S. Aug.

Eadem ratio eſt vt exiſtentia ab eſſentia diſtinguatur, ſicut & attributa.

Deus eſt primum ens.
In quo eſſentia præcedit ordine naturæ exiſtentiam, & diſtinguitur ab illa, neceſſe eſt, vt accipiat ipſam exiſtentiā ab alio.
S. Thom.

12. 3.ratio.

Vrgeamus adhùc vehementiùs: nam ſi attributa à re ipſa diſtingui ab eſſentia, & quaſi addi formalitèr eſſentiæ; eſſentiam diuinam imperfectam cogitas, extra quā ſint omnes perfectiones, quæ attributa dicimus; atqui eſſentia diuina eſt quod optimum cogitari poteſt. Hoc ergo argumento S. Anſelmus in Monolog. oſtendit ipſam eſſentiam eſſe ſapiētiam, iuſtitiam, &c. Et Ioannes Damaſc.

Eſſentia diuina eſt quo optimum cogitari poteſt.
S. Anſelm.
S. Damaſc.

1. fidei Orthodoxæ cap. 8. vocat Deum per ſe vitam, per ſe bonitatem, &c. doctè quidèm quia (vt ibidem probat) per ſe hæc habet, non per aliud. Sāctus verò Bernardus Canticor. 8. ſimile nobis argumentum indicat: nam perfectio ſapiētiæ comparata cum eſſentia diuina aut eſt melior, aut ęquè bona, aut minùs bona; ſi minùs bona quàm eſſentia eſt, optimum à minùs bona nihil habet; ſi æquè bona eſt, duo ſunt optima, & Dij duo; ſi melior, optimo aliquid melius eſt.

S. Bernard. vrget argumētum probans Deum no eſſe vitam, bonitatem, ſapiētiā, &c. per aliud.

Similitèr arguitur & vehementiùs: nā ſi illud additum eſt ens increatum, & neceſſarium, & infinitum, duo Dij ſunt, imò tot Dij quot attributa. Si creatum, & cōtingens, & finitum, quomodò creator habet perfectionem creatam, ita vt eſſentia increata ſit in ſe ipſa indigens & imperfecta, quæ à re creata iuuetur & perficiatur, quod repugnat primo agenti? aut quomodò ens neceſſarium habet aliquid extra eſſentiam, quod contingens eſſe neceſſe eſt? Aut quo pacto ens infinitum habet ab aliquo finito additamētum?

13. 4.ratio.
Attributū nō poteſt eſſe additū eſſētiæ diuinæ, ſiue quid increatum ſit, ſiue creatum.

Scio deeſſe aliquid huic ratiocinationi. Poſſet enim quis dicere attributa nihil addere ad eſſentiam, vt rectè aſſerimus; ſed tamē diſtingui ab eſſentia quaſi contenta in ipſa eſſentia, vt pars diſtinguitur à toto, licet non addat aliquid ad totum; imò totum addit ſingulis partibus. Sed hoc eſt incidere in errorem deteriorem; cogitaremus enim Dei eſſentiam quaſi humanitatem conflatam ex pluribus eſſentialibus, & verè omninò compoſitam; imò longè maiori compoſitione, quæ ſcilicèt coaleſcat ex tot & ferè innumeris attributis. Superiùs autem commōſtrauimus eſſentiam diuinā non eſſe hoc modo compoſitam.

14. Reſpōſio quędam.

Eneruatur.
Attributa non ſunt partes eſſentiales eſſentię diuinę, alioqui eſſet compoſita ex pluri mus.

At verò hoc ipſum reſponſum diruimus validiſsimo argumento, quod à S. Ioanne Damaſceno 1. fidei Orthodoxæ cap. 12. accepimus, ita vt ſimul oſtendamus ipſa attributa nō poſſe inter ſe vllo pacto diſtingui. Nā quicquid eſt in Deo, eſt ſubſtātia, nō accidens; ergo ſi in Deitatis eſſentia aliquatenùs ſunt res plures, ſunt ſanè ſubſtantiæ plures: eæ verò ſi imperfectæ ſunt, compoſitionem efficiunt; nam id quod ex imperfectis, & vnitis conſtat, eſt proprijſsimè compoſitū: ſi verò eæ ſubſtantiæ perfectæ ſunt, & ſubſiſtentes, in vna eſſentia conuenire non

15. 5.ratio validiſſima probans attributa inter ſe non diſtingui.
S. Damaſc.

non poſſunt. Sanctus verò Ioannes Damaſcen. probat doctè eſſentiam diuinã non componi ex perſonis, quia perſonæ ſunt hypoſtaſes, & ſubſtantiæ completæ; ex completis autem nihil componitur. Nos verò alitèr arguimus, quia ſi diuina attributa ſunt ſubſtantiæ perfectæ, cum non ſint diſtinctæ hypoſtaſes, neceſſe eſt eſſe eſſentias perfectas diſtinctas, quæ non conueniant in vna eſſentia: nam ex his quæ ſunt actu perfecta non fit vnum per ſe, ſed per accidens aggregatum. Imò S. Thom. in 1. diſt. 23. q. 1. art. 3. ad 3. cum docuiſſet attributa eſſe res ſubſiſtentes, ſtatim admonuit nõ tamen eſſe perſonas, quia non ſunt res diſtinctæ. Ergo ſi attributa ſunt res diſtinctæ, & ſubſiſtentes, ſunt perſonę, quod abſurdum eſt. Itaque vel attributa ſunt perſonæ diſtinctæ, quæ eſt ſtultiſsima hæreſis; vel ſunt eſſentiæ perfectæ & diſtinctæ, quod eſt æquè inſanientis.

Attributa cũ ſint ſubſtantię perfectæ, ſi sũt diſtinctæ, aut ſunt hypoſtaſes, aut eſſentiæ perfectæ & diſtinctæ.

S. Thom.

16. Illud verò futile eſt & nullius momẽti, quod quidam reſpondent, attributa eſſe inter ſe diſtincta, ſed infinitate Dei eſſe idẽ. Infinitas enim nihil eſt niſi quædam negatio: ſunt ergo attributa diuina idem cum eſſentia diuina, quæ infinita eſt; & hoc eſt quod volumus, quòd ſcilicèt omnia attributa ſint vna ſimplex eſſentia à qua nullatenùs diſtinguantur: quare & inter ſe idem ſunt, aliàs eſſentia eſſet in ſe ipſa diuiſa. Alia verò eſt ratio de perſonis, quæ licet ſint idem cum eſſentia, ſunt inter ſe diſtinctæ propter oppoſitionem relatiuam; ſed de attributis, inter quæ nõ eſt relatiua oppoſitio, probè concluditur eſſe idem inter ſe, quia ſunt idem cum eſſentia.

Reſponſio futilis.

Refellitur.

Perſonæ, licet ſint idem cum eſſentia, ſũt inter ſe diſtinctæ propter oppoſitionem relatiuam.

17. Sciẽdum tamen eſt non deeſſe noſtra ætate, qui partes Ioannis Scoti tueantur ponẽtes inter attributa diuina & eſſentiam diſtinctionem formalem actualem ex natura rei ante omnem conſiderationem intellectus; quæ diſtinctio eſt haud dubiè realis. At verò realem diſtinctionem quamcunque aſſerere inter diuina attributa, & eſſentiam parùm diſtat ab hæreſi. Hi verò id quod aiunt, negant; dum affirmant diſtinctionem iſtam formalem eſſe cõiunctam cum ſumma vnitate & identitate reali; & ſimul identitatem formalem negant. Nihilominùs, velint nolint, veritas ab illis exprimenda eſt. Nam de ipſa identitate formali quã cogitant quærendum eſt, ſitnè identitas **A** realis, aut ſola identitas rationis? Si ſit ſola identitas rationis, non identitas rationis indicat diſtinctionẽ rationis, quã non negamus: ſi verò formalis idẽtitas, eſt realis; contra ſanam doctrinam colligitur inter attributa eſſe diſtinctionem verè realem, ſiquidèm deeſt ibi realis identitas, & vnitas; & ita erit vera multitudo rerum in diuina eſſentia, quod eſt abſurdiſsimum, & contra fidem. Neque ſatis eſt quod dicant eſſe ſummam idẽtitatem realem: Poteſt enim hoc perperam explicari, vt ſentiant non eſſe poſ**B**ſibilem inter ea quæ formalitèr diſtinguuntur maiorem identitatem, quàm ea quæ eſt in diuina eſſentia; & idcircò illã eſſe ſummam identitatem poſsibilem. Sed eſt potiùs confitendum, tantam eſſe identitatem realem inter attributa, ſicut in quauis re ſimplici in qua nulla ſit rerum multitudo. In eo verò maximè falluntur quod putant diſtingui actu ex natura rei illa omnia, quæ rationibus formalibus diſtinguuntur; nam hoc quidem verum eſt, quòd diſtinguantur attributa rationibus formalibus, vt dicemus; illud autem longè abhorret à veritate, quòd diſtinguãtur ex natura rei actu ante om**C**nem operationem intellectus. Et vt adhùc melius perſpiciatur quantum ſit in iſta ſentẽtia temeritatis, & periculi, poſteà cõprobabimus non ſolùm reali idẽtitate, ſed in ipſa ratione formali eſſentiæ contineri attributa.

Rada controuerſia. 4. & alij aſſertores diſtinctionis formalis actualis ex natura rei; ſimulque ſummæ vnitatis & identitatis realis, ſecum pugnant.

Oſtenditur.

Aſſerere verã multitudinẽ rerum in diuina eſſentia eſt contra fidem.

Senſus illius ſummæ identitatis poteſt eſſe prauus.

Falluntur exiſtimantes diſtingui actu ex natura rei illa omnia quę diſtinguuntur rationibus formalibus.

Ij, qui diuidunt diſtinctionẽ in actualem & virtualem, attributa diſtinguunt virtuali diſtinctione quę non ſit realis: & rectè hoc quidèm; cæterùm aliàs videntur cogi, vt eam virtualem diſtinctionẽ, ſimulque realem, quam in rebus creatis meditãtur, quæ non ſint actu diuiſæ, tribuant quoque diuinis attributis, vt anteà oſtendimus. Confitendum ergo ne**D**ceſſariò eſt eam virtualem diſtinctionem attributorum, quæ non ſit realis, eſſe verè diſtinctionem rationis in re ipſa non inuentam. Et contra hanc veritatem orthodoxam illi etiam errant qui attributa diuina aiunt diſtingui ex natura rei, ſiue ante operationem intellectus ſpeculantis, vt vberiùs adhùc differemus. 18.

Virtualis diſtinctio attributorum, quæ nõ ſit realis, eſt verè diſtinctio rationis, in re ipſa non inuẽta.

Claudimus caput hoc vno documento, quòd attributa quidem non diſtingui formalitèr veriſsimè dicitur, ſed non diſtingui rationibus formalibus falsò aſſeritur. Nam ratio eſt conceptus & definitio

19. Attributa non diſtinguũtur formalitèr ex natura rei, diſtinguuntur tamẽ rationibus formalibus.

Ratio.

nitio rei;quod diſcrimen inter attributa deſignare neceſſe eſt, vt poſteà videbimus. Errant ergo qui attributa omnia arbitrantur eſſe vnam rationem formalem ſimpliciſsimam; ſed vnam rem ſimpliciſsimam abſque vlla penitùs diſtinctione oportet confiteri.

Confirmatio.

20. Confirmatur 2. cõcluſio ex Philoſophis.

QVòd attributa diuina non diſtinguantur re ipſa iiſdem probatur quibus confirmatum eſt Deum eſſe ens ſimpliciſsimum. Quare & Philoſophi hac in re ſuffragium ferũt anteà commemorati, præter quos Commentator 12. Metaphyſ. text. 49. ingenuè confitetur in Deo non eſſe multiplicitatem, niſi ſecũdum differentiam, quæ eſt in intellectu, quæ ſcilicèt eſt rationis differentia, ſiue diſtinctio.

Commẽtat.

21. Confirmant Patres.

Hæc veritas firmatur auctoritate Patrum. S. Dionyſius de diuinis nominib. cap. 5. *Nõ autem aliud eſſe bonum dicit, & aliud exiſtens, & aliud vitam, aut ſapientiam.* Hæc ergo omnia ex ſententia Magni & antiqui Dionyſij idem omninò ſunt; & non aliud, & aliud. Idem cõfirmant S. Baſilius epiſtol. 8. ad Euſtach. Medicum, & S. Gregorius Nyſſenus lib. ad Alabium ad finem. S. Iuſtinus ad Orthod. q. 144. cum quæreret, *Quomodò poteſt*, ſcilicèt Deus, *cum ex tam multis ſit compoſitus ſimplex nominari?* Reſpõſio. *Quemadmodùm Deus totus eſt vbiq; & totus in vnoquoque, & totus in ſe ipſo, & huius fidem habemus; ſic & eius ſimplicitas tota eſt filius, & tota eſt habens filium, & tota conſilium eſt, & tota habens conſilium.* Quibus verbis nõ ſolùm affirmat quòd ſimplex natura tota eſt Filius, & tota Pater habẽs Filium; ſed quòd tota etiam eſt conſilium, & ſimilia. Hoc autem vt poſsis credere, affert id, quod omnes fatentur, Deum eſſe totũ vbique, & totum in ſingulis; ergo & totus Deus eſt conſilium, & totus bonitas, &c. ita vt nulla ſit diſtinctio inter hæc, & ideò ſimplex natura eſt.

S. Dionyſ. *S. Baſilius.* *S. Nyſſen.* *S. Iuſtinus.*

Quemadmodum Deus eſt totus vbique, & totus in vnoquoque, & totus in ſe ipſo ita totus eſt Pater, & totus filius, & totus conſilium, bonitas, &c.

22. *S. Iren.*

Et S. Irenæus lib. 2. cap. 16. *Simplex*, inquit, *& non compoſitus, & ſimilimembrius, & totus ipſe ſibimetipſi ſimilis, & æqualis eſt totus; cum ſit ſenſus & totus ſpiritus, & totus ſenſus habilitas, & totus eſſentia, & totus ratio, & totus auditus, & totus oculus, & totus lumen, &*

A *totus fons omnium bonorum.* Quibus verbis enarrat naturæ diuinæ ſimplicitatem in qua nullæ partes ſunt, cum ſingula ea ſint totum ipſum. Tribuit autem auditũ & oculum Deo per metaphoram, vt ſcientiam ſignificet. Non diſsimilitèr S. Cyrillus Hieroſ. catacheſi. 6. *Neque enim eò quòd vocatur bonus & iuſtus, omnipotens, & ſabbaot, propterea differẽs eſt.* *S. Cyrillus.*

23. Similia legimus apud S. Hilarium 8. de Trinit. *Natura, ſcilicet, perfecta, & abſoluta, & infinita, & non ex diſparibus conſtituta, ſed viuens ipſa per totũ.* Quibus verbis ſignificat quòd natura quidem creata quæ ex pluribus abſoluta eſt, & perfecta, ex diſparibus conſtat; diuina autem non ex pluribus compoſita eſt, ſicut neque ex diſparibus ſiue diſſimilibus, vt ex corpore & anima; ſed ſimplex eſt, & per ſe ipſam perfecta. Et lib. 9. clariùs. *Non quòd Deus hæc ita habeat, tanquam aliquid extra iſta eſſe credendus ſit, ſed quòd in his ad aliquantulam ſenſus noſtri opinionem ſignificatus ſit ipſe qui habeat.* Quo argumento luculẽtiſsimo hoc capite vſi ſumus; ſi enim attributa non ſunt aliquid extra eſſentiam Dei, quid ſunt, niſi ipſa eſſentia ſimpliciſsima? *S. Hilar.*

B

Idem.

24. Eodem argumento S. Anſelmus Monolog. cap. 15. oſtendit, nullam Dei perfectionem diſtingui vllatenùs à diuina eſſentia: nam ſi per ſe eſt optima, quà ſcilicèt nihil melius cogitatur; bonum autem eſt iuſtum eſſe; ergo per ſe eſt iuſta ſicut & bona; eſt autem iuſta per eſſentiã; ergo ipſa eſſentia iuſtitia eſt. Eodẽ ergo argumento euidentèr demõſtratur nullam eſſe perfectionem, quæ ab eſſentia diuina vllatenùs diſtinguatur: quarè ipſe S. Anſelmus Proſolog. 22. *Sed*, inquit, *vita es, & lux, & ſapientia, & beatitudo, & æternitas, & multa huiuſmodi bona; & tamen non es, niſi vnum & ſummum bonum, tu tibi omninò ſufficiens, nullo indigens, &c.* Quibus verbis ſignificat eſſentiam diuinam nõ eſſe nudam, vt adijciamus illi ornamenta rerum, quę ſint extra eius eſſentiam, ſed omnia vnũ ſunt, ſcilicèt, ipſa eſſentia. *S. Anſelm.*

C

Eſſentia diuina per ſe eſt optima, quà ſcilicèt nihil melius cogitatur.

Idem.

D

Eſſentia diuina per ſe ſumpta nõ eſt nuda abſque perfectionibus attributorum.

25. Hanc eandem veritatem vehementèr propugnat S. Ioannes Damaſcenus lib. 1. fidei Orthodoxę cap. 12. *Deus ſimplex eſt, & incompoſitus; quod autem ex multis, & differentibus coaleſcit compoſitũ eſt.* Quid clarius? Si enim attributa formalitèr *S. Damaſc.*

Digitized by Google

maliter diſtinguũtur, & plura ſunt ex natura rei, vt quantitas & figura, nonnè differunt? ergo ex pluribus, & differentibus neceſſe eſt vnum concreſcere, & cõponi; ſubijcit verò S. Ioannes Damaſcenus, *Si igitur increatum, non initiatum, &c. ſubſtantiales differentias, differentesq́; ſubſtantias dixerimus in Deo; ex tot coalitum minimè ſimplex erit, ſed compoſitum, quod quidèm extremæ impietatis eſt.* Vide quam acerbè arguat iſtam ſententiam, vt impiam ſanè, & hæreticam. Quod ſi reſpondeas attributa non eſſe differentes ſubſtantias. Hoc ipſum retorquetur; neque enim poſſunt diſtingui, niſi ſubſtantialitèr. Quo etiam argumento hoc capite vſi ſumus. Et ideò S. Ioannes Damaſcenus mentionẽ nullam facit de accidentarijs differentijs. Idem prorſùs cenſuit S. Greg. Nazianz. ad Euagrium, *Quod*, inquit, *ſimplex eſt, vnius formæ eſt, numeriq́; expers.*

Idē Damaſc. ait extremæ impietatis eſſe aſſerere Deum ex tot differẽtibus ſubſtantijs coalitum, atque adeò minimè ſimplicem eſſe, ſed compoſitum.

Nazianz.

26. *S. Auguſt.*

Probatur verò rei veritas apertiſsimè ex ſententia S. Auguſtini 6. de Trinitate cap. 4. vbi definit Deum eſſe incomparabilitèr ſimpliciorem rebus omnibus creatis; & ſubijcit ſtatim, *Deo autem idem eſt eſſe, quod fortem eſſe, aut iuſtum eſſe, aut ſapientem eſſe; & ſi quid de illa ſimplici multiplicitate, vel multiplici ſimplicitate dixeris, quo ſubſtantia eius ſignificetur.* Quod ſi in eſſentia diuina eſt aliqualis rerum diſtinctio, ſanè non eſt incomparabilitèr ſimplicior, quàm res creatæ. Ceſſent ergo viri Catholici diſtinctiones rerum creatarum ponere in diuinis attributis. Item quid ſignificat S. Auguſtinus per multiplicem ſimplicitatem, & ſimplicem multiplicitatem; niſi in cognitione noſtra Deum multiplicitèr intelligi, cum tamen re ipſa omninò ſimplex ſit? Quo etiam pacto Georgius Piſidæ de mundi opificio, Deũ eſſe ait quid ſimplex multiplexque, videlicèt, natura ſimplex, & noſtra intelligentia multiplex. Idem docet Auguſt. illo lib. 6. de Trinitate cap. 6. & 7. vnde ait, *Et ſi quid aliud dixeris, quo eius ſubſtantia ſignificetur.* Quia ſcilicèt omnia hæc vnam ſubſtantiam, id eſt, eſſentiam (vt S. Auguſt. ſemper accipit) ſignificãt. Quæ etiam eſt concors Patrum ſententia, hæc nomina ſignificare ſubſtantiam Dei.

Deus re ipſa ſimplex, cognitione noſtra multiplex.

Georg. Piſi.

S. Auguſt. Omnia hæc attributa vnã ſubſtãtiam, id eſt, eſſentiam ſignificant.

27. *Idem.*

Item lib. de cognitione veræ vitæ cap. 7. *Deus*, inquit, *ſpiritus eſt totam vitam,* A *totam ſapientiam, totam æternitatem ſimul eſſentialitèr poſsidens; idem ipſa vita, ipſa ſapientia, ipſa veritas, ipſa iuſtitia, ipſa æternitas exiſtens, omnem creaturam inſtar puncti in ſe continens.* Admirabile ſanè exemplum adduxit de puncto, quod eſt indiuiſibile, & cum infinitis lineis coniungitur; ita & eſſentia diuina cùm ſit indiuiſibilis, omnem rerũ perfectionem continet, ſiue eminentèr duntaxat, ſiue formalitèr eas perfectiones quæ ſimplicitèr dicuntur. Et hoc exemplo vtitur Ariſtoteles ſæpè, & Alex. Alenſ. 1. p. q. 8. & Boetius conſentaneè ad verba S. Auguſtini attributa ait eſſe eſſentialia. 1. de Trinitate. Eadem eſt B ſententia Richardi de S. Victore libr. 1. de Trinitate cap. 13. & Boetij lib. de Trinitate his verbis, *Hoc verè vnum in quo nullus eſt numerus, nullum in eo aliquid præter id quod eſt.* diſputabat autem de ſimplicitate diuinæ eſſentiæ, in qua nihil eſt, quod non ſit quod eſt, ſiue quidditas, & eſſentia. Et hoc idem teſtatur Marius Victorinus lib. 3. aduerſus Arium.

Continentia rerum in Deo explicatur.

Exemplũ de puncto indiuiſibili coniuncto cum infinitis lineis.

Ariſtot. *Alenſ.* *Boetius.* *Richard.* *Boet.* *Marius Vict.*

28. *S. Bernard.*

Sãctus verò Bernardus hanc aſſumpſit prouinciam contra Gilbertum Epiſcopum Pictauienſem, & alios ſectatores in Cantic. ſermone 80. Et lib. 5. de conſideratione ad Eugenium cap. 7. quibus C in locis legendus eſt.

29.

Illud monuerim apud S. Bernardum de conſideratione ad Eugenium, aduerſarios faciliùs conceſsiſſe id quod erat euidentiùs, eſſentiam diuinam non eſſe compoſitam ex attributis, ſed ſimpliciſſimam; cum tamen contumacitèr retinerent diſtinctionem inter Deũ & Deitatem, ſiue inter Patrem, & Deitatem. Et cum de vtraque re æqua ſit ratio; non dubito quin ea ſententia, quæ conſtituit diſtinctionem in re ipſa ex natura rei inter diuina attributa, aut inter illa & eſſentiam, ſiue dicatur formalis, ſiue alio D quouis nomine, habẽda ſit tanquam ſuſpecta in fide. Qua nota error Gilberti condemnatus eſt in Cõcilio Rhemis habito, vt teſtis eſt S. Bernardus. Maximè quia ij, qui aſſerunt attributa diſtingui formalitèr à natura diuina conſequentèr oportet vt negent has, Deus eſt ſapientia, & veritas, &c. quas quia Gilbertus negauit damnatus eſt. Et hæc exiſtimo ſatis eſſe ex ſuperioribus confirmata. De diſtinctione verò inter Deum, & Deitatem alio in loco diſputabimus.

Aſſerere diſtinctionem attributorum in re ipſa, eſt ſuſpectum in fide.

Probatur. 1.

Conc. Rhem.

Probatur. 2.

Confir-

Digitized by Google

30\. *Confirmant ſcholaſtici. S. Thom. Alb. Magn. S. Bonau. Richard. Alex. Alẽſ. peculiaritèr.*

Confirmatur etiam auctoritate Doctorum ſcholaſticorum, qui de hac re conſentiūt ferè omnes. S. Thomas apertiſsimè hoc docet 1. p. q. 3. & alijs locis creberrimè, Albertus Magn. in 1. d. 8. q. 3. S. Bonauent. d. 33. q. 1. & 2. & d. 13. q. 1. Richard. d. 2. ar. 1. q. 3. Alexand. Alēſ. 1. p. q. 5. & 14. membro 4. & q. 52. membro 4. adeò religioſè tuetur hanc ſentẽtiam, vt vereatur concedere quòd eſſentia diuina ſit miſericordia, & iuſtitia, ne illa copulatio, &, videatur ſignificare diſtinctionem inter miſericordiam, & iuſtitiam. Durandus item in 1. d. 2. q. 2. Aureolus d. 8. q. 3. Marſil. q. 12. & alij plurimi, Heruæus quodlib. 5. q. 3. & quodlib. 8. q. 10. Henricus Gandau. quodlib. 5. q. 1. Ægydius d. 2. q. 3. art. 1. & S. Thomæ omnes ſectatores. Contradicit Lychetus in 1. d. 8. q. 3. & alij ſectatores Ioannis Scoti pauci, & obſcuri nominis. Lychetus verò audet cōcedere, quod Deitas non eſt ſapientia, ſicut nec ſapientia iuſtitia. De Scoti verò ſententia quid ſuſpicemur iam diximus, ſolo nomine videri diſsidere eum à nobis. Vide Frāciſcum Ferrar. 1. contra gentes cap. 31. & Thomam Caietan. de ente & eſſentia cap. 6. 9. & 12.

Durand. Aureol. Marſil. Heruæus. Gandau. Ægydius. Contradicit *Lychetus*, & alij pauci obſcuri nominis *Lychet.* audet cōcedere quod Deitas non eſt ſapientia, ſicut nec ſapientia iuſtitia. *Ferrar. Caietanus.*

31\. Confirmat auctoritas Eccleſiæ. *C. Firmitèr C. Dānam.*

Accedit denique auctoritas Eccleſiæ, quæ iampridèm definiuit Deum eſſe natura ſimpliciſsimum, cap. *Firmitèr*, & cap. *Damnamus, Vna eſſentia, ſubſtantia, ſeu natura omninò ſimplex.* Sed diſtinctio quæ eſt in ipſa rei natura affert numerū rerum aliqualitèr diſtinctarum, & cum numero compoſitionèm, vt ſatis oſtendimus; ergo contra Eccleſię definitionem nonnihil repugnat, qui in Dei natura aliqualem diſtinctionem conſtituit, quæ non ſit ſola diſtinctio rationis, ſed rei ipſius aliqualis diſtinctio.

32\. Item Theorema receptiſsimum.

Confirmatur item ex illo theoremate in Concil. receptiſsimo, *In diuinis omnia ſunt vnum, vbi non obuiat relationis oppoſitio.* Quæ omnia, quæro, niſi omnia attributa, vel relationes non oppoſitæ? Nam ſola ſpiratio actiua inter Patrem, & Filium oppoſitionem non habet. Cùm ergo dicitur, *omnia ſunt vnū*, etiam de attributis intelligitur. Item relatio ſola ratione diſtinguitur ab eſſentia, vt docetur in Concilio Florentino, æquaque eſt ratio de attributis; ergo ſola ratione inter ſe diſtinguuntur.

A

PARS SECVNDA.

Attributa ante operationem intellectus non diſtinguuntur.

SVpereſt adhùc expendere, an ſit in aliquo ſenſu vera enunciatio, Attributa diuina (ſcilicèt ſapientiā, & iuſtitiā) ante cōſiderationem intellectus re ipſa, ſeu ex natura rei diſtincta eſſe. Quæ quidèm quæſtio eſt de nomine; cum de veritate diſtinctionis iam ſit definitū. Sed neque ea quæſtio nihili faciēda eſt, quia ex verbis inordinatè prolatis accidit errare in rebus fidei. 1.

In diuinis quæſtio de nomine, non nihili facienda.

B Ad huius rei explicationem aduertēdum eſt quod enunciatio, vt dicitur. 1. Periherm. cap. 4. eſt plurium conceptionum compoſitio. Accidit autem vt pluribus conceptionibus apprehendamus res plures, & ex ijs enunciationem cōponamus, vt cum dicimus, Petrus eſt albus; nam in hac concipimus ſeparatim Petrum, & albedinem, quæ ſunt res diſtinctæ: cum verò dicimus, Petrus eſt homo, vnam rem, quæ eſt Petrus, apprehēdimus duobus conceptibus, quaſi plura; & ad hunc modum ait S. Thomas 1. cōtra gentes cap. 36. quòd ea diuerſitas, C quæ in compoſitione eſt, referenda eſt ad intellectum noſtrum; vnitas verò ad rem, ſcilicèt ad Deum, qui eſt res vna pluribus conceptibus apprehenſa. 2. *Ariſtot. S. Thom.*

Ab his quæ perſpicua ſunt progrediētes, cum dicimus, Deus intelligit per intellectum, & non per voluntatem, illis nominibus, Deus intelligit per intellectum, ſignificatur res eadem quaſi plura; quia Deus & intelligere res eadē eſt, ſed pluribus cōceptibus vnum de alio dicitur quaſi plura ſint. Cum verò additur, & non per voluntatem, illa negatio, qua voluntas remouetur ab intellectu, eſt in ſola mēte, nam volūtas nō eſt res diſtin- D cta ab intellectu: quòd ſi negatio eſſet in re ipſa, vt intellectus non eſſet voluntas, eſſent res diſtinctæ. Eſt tamen vera hæc negatio in intellectu, quia illa excellētia diuinæ intellectionis rectè intelligitur à nobis per hoc quod dicimus, Deū nō intelligere per voluntatē; nam per hoc ſignificatur quòd alia eſt ratio cōcepta intellectus diuini, & alia volūtatis, & quòd noſtro modo intelligēdi, in quo iſta ſunt diſtincta, verū eſt dicere quòd nō intelligit per voluntatē. Fundamentum autē

3\. *In hac, Deus intelligit per intellectū, & non per volūtatem, negatio qua voluntas diuina remouetur ab intellectu, eſt in ſola mente.*

Ea negatione verè ſignificatur diuerſa ratio concepta.

M huius

Hæc veritas propoſitionis fundatur in ipſa Deitate per eã ſignificata, Cuius eã eſt excellentia, vt neque ſit diſtinctio potentiarum, neque confuſio, ſed vna entitas infinita pluribꝰ cõceptibus verè ſignificabilis.

Caiet.

huius veritatis in Deo non eſt aliud quã ipſa Deitas, cuius ea eſt excellẽtia vt neque ſit diſtinctio potẽtiarũ, neq; cõfuſio. Hæ autem negationes in Deo nihil ſũt, ſed fundamentum illud eſt, quòd Deus non eſt in ſe ipſo eo modo imperfecto vt à nobis cognoſcitur, ſed modo quodã incomprehenſibili; quod videtur Thom. Caietanus olim indagaſſe, dum ait cap. 6. q. 12. de Ente & Eſſentia, in Deo non eſſe negationes actu, ſcilicèt, in diuina eſſentia; nam inter perſonas ſunt actu negationes, cum ſint res diſtinctæ.

4.

Omnis propoſitio vera de attributis eſt neceſſaria, & æternæ veritatis, vt hæc, Deus nõ intelligit per voluntatem. Illa negatio ſolùm eſt in ſigno, hoc eſt, in propoſitione.

Aduertendum tamen eſt quòd omnis propoſitio vera de Dei attributis, eſt neceſſaria; cum enim attributa ſint ipſa eſſentia æterna, nulla propoſitio eſt contingens; ſed neceſſaria, ſi vera; ſi falſa, impoſsibilis. Et quia hæc; Deus non intelligit per voluntatem; eſt vera, eſt etiã neceſſaria, & perpetuæ veritatis (vt aiunt) ſed vt vera ſit, non eſt neceſſe quòd illa negatio ſit in re ipſa ſignificata, ſed ſolũ eſt in ſigno, hoc eſt, in propoſitione; in re verò ſignificata eſt fundamentum veritatis propoſitionis, quia res ſignificata, quæ eſt Deus, poteſt verè ſignificari pluribus conceptibus, in quibus negatio illa eſt vera; ſicut verum eſt, quòd Deus vt intelligitur ſub conceptu intellectus nõ intelligitur ſub conceptu voluntatis.

5.

Ad veritatem huiꝰ, Deus nõ intelligit per voluntatẽ, nihil refert diſtinctio diuini intellectus à voluntate ſitnè ex natura rei, an rationis

Qua in re viri docti nonnunquam falluntur, & credunt neceſſe eſſe, quòd aliqua diſtinctio attributorũ antecedat noſtrũ intellectũ, vt vera ſit propoſitio, ęternaq; veritas, Deus nõ intelligit per volũtatẽ, & aliæ ſimiles. Sed hoc falſum eſt, vt poſteà diſputabimus; quid enim refert ad hoc, vt Deus nõ intelligat per volũtatẽ, iſta diſtinctio diuini intellectus? Nam ſi verũ eſt quod per voluntatẽ nõ intelligit, etiamſi (quod eſt impoſsibile) Deus ad hanc diſtinctionẽ non aduerteret, adhùc tamen intelligeret, non per volũtatem, ſed per intellectum. Dicendũ ergo eſt, vt ſuprà, quòd cum dicimus, Deus nõ intelligit per voluntatem, negatio nõ eſt in re ipſa cognita, ſed eſt ex noſtro modo intelligendi accipienda, & eſt in propoſitione, vt in ſigno.

6.

Huius falſæ propoſitionis Intellectus Dei non eſt volũtas diuina, ſenſus eſt, quòd

Vltimò ergo aduertendum eſt, quòd licet hæc propoſitio vera ſit, Deus non intelligit per voluntatem; iſta tamen eſt omninò falſa, Intellectus Dei nõ eſt voluntas diuina; nõ enim ſignificatur quòd ratio vnius non ſit ratio alterius, ſed

A quòd hæc res nõ ſit illa res, vel quòd hęc formalitas realis non ſit illa formalitas realis, quæ ſunt verba Ioãnis Scoti, & in idẽ redeũt. Quòd autẽ hęc propoſitio, Intellectus Dei nõ eſt volũtas, ſignificet qđ hæc res non ſit illa res, ex eo probatur, quoniã in Conc. Rhem. condẽnatæ ſunt ſimiles, ſcilicèt, Deus non eſt veritas, nõ eſt ſapientia: & Patres vbique affirmant Deum eſſe ſapientiam, iuſtitiam, &c. quia hæc re ipſa non ſunt diſtincta.

hæc res nõ ſit illa res, ſeu qđ hæc formalitas realis non ſit illa formalitas realis. Probatur.

Conc. Rhem.

7.

Ante conſiderationem intellectus, dicta propoſitio euidentiùs falſa eſt.

Adhùc autem eſt peius erratum cum aſſeritur hæc eſſe diſtincta ante conſiderationẽ intellectus ex parte rei, vt aiũt; nam ea quæ ſolus intellectus diſtinguit, B non poſſunt dici diſtincta ante intellectus ſpeculationem; diſtinctio enim fundatur in negatione quadam; negatio autem quę diſtinctionem efficit illa eſt, qua hæc res non eſt illa: quòd ſi ex parte rei ante ſpeculationem intellectus ſapiẽtia Dei non eſt ipſa iuſtitia, eſt ergo res diſtincta. Si verò dicas quòd ratio ſapiẽtiæ non eſt ratio iuſtitiæ; iam non agis de ſapientia, & iuſtitia, ſed de ratione obiecta, ſeu de ratione attributi, quæ ſunt quædã denominationes rei cognitæ, vt explicauimus. Et de his forſan Ioan. Scotus ex mente ſua loquitur, ſed verbis aliud C loquitur. Concedimus ergo quòd ante omnem conſiderationem intellectus ratio ſapientiæ non eſt ratio iuſtitiæ; ſicut generis relatio non eſt relatio ſpeciei. Quòd ſi Scotus formalitatem vocat rationem formalem, mente conſentit, ſed verbis diſsidet. Si verò cenſeat ſapientiam, & iuſtitiam eſſe ex natura rei ante omnem ſpeculationem intellectus diſtincta, errat maximè, non ſolùm verbis, ſed, quod peius eſt, ſententia, vt iam oſtendimus.

Ante omnem cõſiderationẽ, intellectus, ratio intellectus non eſt ratio voluntatis.

Scotus hoc fortè voluit, licet verbis aliud dicat.

8.

Durand.

In eſſentia pura eſt dũtaxat fundamẽtum multiplicis cognitionis diſtinguẽtis, quæ eſt infinita ratio cognoſcibilis; non verò fundamentũ aliquod reale diſtinctionis.

Non immeritò igitur Durandus ait in eſſentia pura nullum eſſe fundamentum diſtinctionis attributorum: eſt enim dũtaxat fundamentum, ſiue radix, & origo D multiplicis cognitionis, quæ eſt infinita ratio cognoſcibilis; nõ autem fundamẽtum aliquod reale diſtinctionis: ita vt diſtinctio cum ſimplicitate diuina nihil habeat cõiunctionis, ſed cum ſolo intellectu creato. At verò S. Thomas de Potentia q. 7. art. 5. docet attributa eſſe in Deo, tanquàm in fundamento, non rei, ſed cognitionis, vt explicauimus. Quare minùs doctè quidam aiunt, attributa intrinſecè eſſe plura, fundamentaliter ta-

S. Thom.

Cauendum ab hac ambigua. Attributa in-

men:

Digitized by Google

trinſecè ſunt plura, fundamentalitèr tamen.

men: nã illà intrinſeca multiplicitas, aut eſt in re, & erit realis quomodòvis; quod eſt falſũ: aut eſt intrinſeca rationi, ſiue definitioni attributorũ, quod eſt eſſe intrinſecã in obiecto noſtri intellect⁹, propter ſolũ modũ intelligendi. Sed periculũ eſt fidei in verbis parùm cautis, & ambiguis, ne multitudo rerum ex natura rei intelligatur in ſimplici natura Deitatis.

PARS TERTIA.

Explicatur ratio qua intelligimus plura attributa in eſſentia omninò vna, & ſimplici.

1. QVo pacto fieri poſsit, vt plura attributa verè & formalitèr inſint in ſimplici natura, principio exponendum eſt. Dicimus ergo quòd res vna indiuiſibilis, ſimpliciſsima, & maximè vna, quã Deitatem nũcupamus, eſt ſimul ſapiẽtia, bonitas, iuſtitia, ita vt hæc omnia quæ cogitatione numeramus, non ſint res plures, ſed vna omninô; quoniam ergo hæc res eſt ſapiẽtia, rectè ſignificatur nomine ſapientiæ; & quia eſt etiam iuſtitia, rectè etiam nomine iuſtitię enũciatur, vt perſpicuum eſt. Hæc verò cognita, ſunt rationes formales plures, & res vna.

In Deo ſapientia, bonitas, & cætera huiuſmodi cognita, ſunt rationes formales plures, & res omninò vna.

2. Aduertendũ enim eſt, quòd ratio ęquiuocè accipitur pro eo quod eſt mẽs, ſeu in mente, ſcilicèt pro ipſo intellectu, ſeu pro intelligentia, ſeu conceptu qui eſt in intellectu, & pro definitione etiã quæ eſt intellectus operatio. Et itẽ accipitur pro obiecto mentis, & dicitur ratio obiecta, ſeu cõcepta; & ipſa rei quidditas dicitur definitio cõcepta. In obiecto autẽ intellectus cõſideramus & rẽ quæ apprehẽditur; & formã quę in ea apprehẽſione exiſtit, & elucet: forma autẽ ſub qua res intelligitur, eſt ſecundũ quã intellectus rei aſsimilatur; nã intelligere eſt quoddã aſſimilari. Cũ ergo intellectus apprehẽdit naturã animãtis in pluribus, quæ conueniũt in ea ſimilitudine naturæ, apprehẽdit quidẽ res plures; ſed illæ plures res, ſecundũ quod animo cõcipiũtur, conueniũt in vna forma cõcepta, non reali cõueniẽtia, & quaſi fluxu rerũ pluriũ in formam vnã, ſed conueniẽtia rationis cõſiderãtis in pluribus formã ſimilẽ in omnibus: quam formã ratio ipſa, ſeu intellectus in ſe exprimit, per ſimilitudinẽ intelligibilem, quæ eſt ſimilitudo in eo expreſſa; ita & natura cognita dicitur vna, nõ vnitate reali quaſi exiſtat vna in pluribus; ſed vnitate obiecti, qua res plures ſecũdũ formã in qua aſsimilãtur, inter ſe cõueniunt, & cõfluũt in vnũ obiectũ intellectus. Et hãc cõuenientiam diximus nõ eſſe realẽ, ſicut & vnitas realis nõ eſt, ſed rationis. Ideòq; ſicut eſt conceptus vnus, & ratio quoq; obiecta dicitur vna; quia ratio obiecta idẽ eſt, ac ſi dicas obiectum formale; forma autem obiecti ea eſt ſecundum quam intellectus aſsimilatur rei cognitæ, ſcilicèt, naturę animãtis, quæ eſt ſimilis in pluribus. Hæc autem credimus eſſe perſpicua.

Ratio, nomen eſt æquiuocũ ad rationẽ cõcipientem, & rationem obiectam, ſeu cõceptam.

In obiecto eſt res quę apprehenditur.

Itẽ eſt ratio obiecta, ſeu obiectũ formale, ſeu forma obiecti ea nimirum ſecũdum quam intellectus aſſimilatur rei cognitæ.

3. Cũ verò Dialectici edocentur, leonẽ, & equũ re ipſa conuenire in natura animãtis; ſimul admoneri debẽt, ne vnitatẽ realẽ naturæ animantis in pluribus ſpeciebus ſuſpicẽtur; ſed in alio planè ſenſu dicũtur re ipſa cõuenire in natura generica: quia cũ leo dicitur animal, & equus animal, natura animãtis vera & realis de his prædicatur. Quòd verò ea prædicetur de pluribus quaſi vna, ſola ratio efficit, cum vnitas realis non ſit. Et hæc modò diſſerebamus, cum diximus conuenientiam non eſſe realem, hoc eſt, non conuenire plura in vnitatem realẽ naturæ, ſed in vnitatem rationis ſecundum quod confluũt in vnum obiectum intellectus. De qua re diſputabimus libro 4.

Natura animãtis vera & realis, prædicatur de Leone, & equo, per rationem verò vna, prædicatur de pluribus.

Propter primum, conuenientia pluriũ in ea natura dicitur aliquando realis, propter ſecundum rationis.

4. Iam verò non minùs perſpicuum eſt, quod cõſequitur. Cõtraria enim ſunt de attributis dicenda; nam res cognita eſt vna, ſed cognoſcitur ſub rationibus pluribus; quia eadẽ res ſecũdum quod verè & propriè eſt ſapiẽtia, cognoſcitur conceptu ſapiẽtiæ in quo aſsimilatur intellectus Deitati ſecũdum quod Deitas eſt ſapiẽtia præciſè, vt aiũt; at verò ſecundũ quod res eadẽ, ſc. Deitas eſt iuſtitia, cognoſcitur cõ ceptu iuſtitiæ; ſũt ergo rationes obiectæ plures, & obiecta formalia plura; res verò cognita vna & eadem. Et hæc eſt doctrina S. Thomę ſanè ac probè intellecta pluribus in locis, & q. 7. de Potẽtia ar. 5. huius veritatis rationẽ doctiſſimè aſsignat, & verbis planiſsimis in hũc modũ. *Intellectus noſter cũ à rebus creatis cognitionem accipit, informatur ſimilitudinibus perfectionum in creaturis inuentarum, ſicut ſapientiæ, virtutis, bonitatis, & huiuſmodi. Vnde ſicut res creatæ per ſuas perfectiones aliqualiter, licet deficienter, Deo aſsimilantur; ita & intellectus noſter harũ perfectionũ ſpeciebus informatus. Quãdocũq; autem intel-*

Cum intellectus noſter apprehendit naturam animãtis in pluribus apprehẽdit res plures, ſed ſub vna forma obiecti. Cum intelligit Deum è cõtra, res cognita eſt vna, rationes verò obiectę plures.

S. Thom.

Sicut res creatæ per ſuas perfectiones aliqualitèr, licet deficiẽter, Deo aſsimilantur: ita & intellectus noſter harum perfectionum ſpeciebus informatus.

lectus noſter per ſuã formã intelligibilẽ alicui rei aſsimilatur, tũc illud quod cõcipit, & enunciat ſecundum illã intelligibilẽ ſpeciẽ, verificatur de re illa, cui per illam ſpeciẽ ſimilatur. Lege S. Doctorẽ in 1. d. 2. q. 1. ar. 2. & Opuſcul. 9. q. 1. & 2.

S. Thom.

5\. Aduertendum etiã eſt maximè ad nominum ſignificationẽ; omnia enim hæc nomina, attributũ, ratio obiecta, obiectũ formale, ſunt cõnotatiua: & accipiuntur quidẽ pro rebus quæ attributa dicũtur, ſcilicèt, pro ſapientia, iuſtitia, &c. ſignificãt verò aliquid rationis: attributũ quidèm attributionem rationis, vt ſuprà diximus; ratio verò obiecta ſignificat rem eſſe obiectã intellectui, quæ eſt denominatio rationis; dicitur verò denominatio rationis relatio, non rei inhærens, ſed qua res nominatur à ratione, ſeu ab intellectu, vt paries nominatur viſus; at viſum eſſe nõ eſt relatio parieti inhærẽs, ſed relatio rationis in pariete excogitata, ideò dũtaxat quia cogitatur, & nominatur viſa. Cum ergo dicimus in Deo eſſe attributa plura, ſeu plures rationes obiectas, ſignificamus Deũ quidem eſſe rem illã, pro qua hæc nomina ſupponũtur, ſecundum quod eſt ſapiẽtia, iuſtitia, &c. quod autem hæc ſint rationes plures refertur ad denominationes, ſeu relationes rationis, quæ plures ſunt. Itaq; multitudo eſt denominationũ rationis, ſed res ſubiecta his denominationibus eſt Deitas ſecũdum quod eſt ſapientia, & iuſtitia, &c. Dicimus ergo ſapientiam non diſtingui à iuſtitia; dicimus autem vnum attributũ diſtingui ab alio, & vnã rationem obiectam diſtingui ab alia, quia id quod eſt res nõ diſtinguitur; id quod eſt denominatio rationis diſtinguitur: ſunt ergo plura attributa, & res vna. Et ideò rectè docet S. Thomas in 1. d. 2. q. 1. art. 2. quòd ratio vnius attributi, non eſt ratio alterius; cum tamen res vna ſit.

Attributũ ſignificat de formali attributionem rationis.

Ratio obiecta, & obiectũ formale relationem obiecti, ſeu cogniti.

Accipiuntur tamen pro cõnotato, ideſt, pro re ſubiecta his denominationibus, v. c. pro Deitate, quatenùs eſt ſapientia, iuſtitia, &c.

Idem.

6\. Et per hæc dicta facile eſt interpretari ea quæ S. Thom. de attributis ſubobſcurè aſſerit pluribus in locis, de Potẽt. q. 1. art. 1. & 12. & q. 7. ar. 6. *Iſtæ diuerſæ formæ, quas intellectus cõcipit de Deo, ſunt quidem in Deo, ſicut in cauſa veritatis inquantũ Deus eſt repræſentabilis per omnes iſtas formas; ſunt tamẽ in intellectu noſtro, ſicut in ſubiecto:* formas vocat S. Thomas ipſos cõceptus qui ſũt diſtincti ſecundũ quod vnam rẽ, ſcilicèt, Deitatẽ repræſentant multiplicitèr, vt diximus. Sunt autẽ conceptus iſti veri, quia Deus per hoc quod eſt ſapiẽtia, iuſtitia, &c. licet ſit res vna, eſt tamẽ cauſa quòd cõceptus plures ſapiẽtiæ, & iuſtitiæ veri ſint; ſunt ergo hi conceptus in Deo vt in cauſa veritatis iſtius exiſtentis in nobis, vt in ſubiecto. Et q. 7. ar. 6. ad 6. quòd iſtæ rationes nõ fundãtur in diuina eſſentia, ſicut in ſubiecto; ſed ſicùt in cauſa veritatis, vel ſicut in re repræſentata per omnes: vbi ſimilitèr rationẽ pro cõceptu accipit, per quẽ ſcilicèt eſſentia repræſentatur, vt ait. In quo eodẽ ſenſu 1. p. q. 13. art. 1. aſſerit quòd ratio attributorũ eſt cõceptio intellectus, quã nomen ſignificat. Et in 1. d. 2. q. 1. ar. 3. quæſtiũcula 1. ait rationem attributi eſſe in re, quatenùs extra animam eſt aliquid (ſcilicèt diuina eſſentia) quod reſpondet conceptui, ſicut ſignatum ſuo ſigno.

Ex dictis explicantur plura loca obſcura S. Thomæ. Primus.

Secundus. Eoſdem vocat rationes repræſentantes.

Tertius.

Quartus.

7\. At verò in 1. d. 2. ar. 3. & d. 22. ar. 3. ait rationes attributorum eſſe in Deo, vt in fundamẽto, quod nõ eſt intelligendũ de ſapiẽtia, & iuſtitia, quæ ſunt in Deo formalitèr; ſed de rationibus obiectis, ſeu attributis formalitèr, quæ ſunt quædam denominationes; vt ſæpiùs explicamus. Dicũtur autẽ attributa plura ex eo quòd ſapiẽtia & iuſtitia cõcipiũtur pluribus cõceptibus, cũ ſint res vna, & hoc eſt fũdari in Deo. Itẽ 1. p. q. 3. ar. 3. ad 1. & q. 13. ar. 4. ad 2. & 3. *Quòd diuerſitas rationum reperiatur ex parte Dei, accipiẽdũ eſt ſecundũ quod poteſt aliquid vnũ correſpondere conceptionib⁹ diuerſis.* Quæ in re benignè interpretãdũ eſt, quod docet Barthol. Torres q. 28. art. 2. diſp. 3. ea diſtinctione, quæ habet fundamẽtũ in re, qualis eſt attributorũ, ita ſe habere res ſignificatas, quẽadmodũ à nobis intelligũtur. Neq; enim voluit res eſſe diſtinctas, ſicut intelligũtur diſtinctæ, vt quidã ſiniſtrè explicãt. Sed intelligit hic Doctor ea verè & formalitèr inueniri in re ſignificata, quæ in noſtro intellectu repræſentãtur; ſi cèt ibi ſit vnitas realis, & in ſolis cõceptibus multitudo. Cũ verò diſtinctio conceptuũ nõ habet fundamẽtũ in re, nõ eſt in re ipſa ſignificata, quod in ſolo intellectu inuenitur. Verũ eſt aliquã diſtinctionẽ habere fundamẽtũ in re, in qua tamẽ diſtinctione nihil eſt in re ipſa, ſed in ſolo intellectu; vt cum diſtinguimus relationes rationis, quæ habent in re fundamẽtũ; & negationes reales; quę in re ipſa nõ ſũt formaliter, ſed in ſolo intellectu.

Quintus. Rationes obiectæ attributorum, ſeu attributa formalitèr, ſũt in Deo, vt in fundamẽtó, ex eo quòd eadem Deitas ſit ſapientia, iuſtitia, &c. quæ pluribus conceptibus concipiuntur.

Sextus ſimilis præcedenti.

Torres benignè explicatur.

Cum diſtinctio conceptuum habet fũdamentum in re, quę ſit entitas ex parte rei, ea verè, & formalitèr ſũt in re ſignificata, quæ in noſtro intellectu repræſentantur. Secùs, cùm non habet.

Appellat conceptus formas quas intellectus concipit.

Notan-

8\. Notanda verò ſunt illa verba S. Thomæ loco commemorato, *quòd diuerſitas rationum reperitur ex parte Dei*. Dicimus enim in Deo formalitèr eſſe plures rationes, & plura attributa, & hoc eſt reperiri, ſcilicèt in mente, abſque vlla falſitate plures rationes obiectas ex parte rei cognitæ, quæ eſt Deus. Sed ratio obiecta non eſt res formaliter; ſed ipſa res ſecundum quod concipitur per rationē, ſeu cōceptum, denominatur ratio: quòd ergo ſint rationes obiectę plures in Deo, eſt quòd ſint denominationes plures. Cauſa autem eſt, ſecūdum quod res vna cōcipitur pluribus cōceptibus; quia hæc res vna ſecundum quod verè eſt ſapientia concipitur conceptu ſapientiæ, & ſic dicitur attributum vnum, ſeu vna ratio obiecta; ſecundum verò quod concipitur conceptu iuſtitiæ res eadem, quæ eſt ſimul ſapientia, & iuſtitia, dicitur aliud attributum, & alia ratio obiecta.

Ipſa res, quatenus cōcipitur per rationem, ſeu cōceptum, denominatur ratio, ſed non eſt ratio obiecta formalitèr

9\. 7. locus. Attributū miſericordiæ nō eſt attributum iuſtitiæ.

Idemque S. Auctor 1. p. q. 32. art. 3. ad 1. ait attributum miſericordiæ non eſſe attributū iuſtitiæ; eò quòd ſunt duo obiecta diſtinctorum conceptuum, & denominationes relatiuæ duæ, quibus dicuntur duo attributa. Et in 1. d. 22. q. 1. art. 4. ait ex eo, quòd ratio ſapiētiæ, & ratio bonitatis in Deo differunt, in creaturis eſſe hæc non ſola ratione, ſed re ipſa diſtincta. Quo in loco rationem ſapientiæ, & bonitatis vocat definitiones ipſas horum attributorum, vel ipſam bonitatē, & ſapientiam ſecundū quod ſunt diſtincta obiecta intellectus. Et quia Deus verè eſt ſapientia, & verè eſt bonitas, etſi hæc in Deo ſola ratione diſtinguantur; ideò eſt cauſa ſapiētiæ, & bonitatis creatæ, ſeu iuſtitiæ, & aliarum perfectionum, quæ tamen re ipſa in nobis diſtinguūtur. Hic enim eſt ſenſus cauſalis illius enunciati: ſunt ergo attributa plura, & rationes plureș, & ea omnia accipiuntur pro vno, & eodem Deo ſimpliciſsimo; ſignificant tamen hæc nomina diuerſas denominationes intellectus, vt iam ſuprà expoſuimus, & in re obſcura eadem placuit repetere.

8\. locus ſuboſcurus.

Quia Deus verè eſt ſapientia, & bonitas, ideò eſt cauſa ſapiētiæ, & bonitatis creatæ, quæ inter ſe realitèr diſtinguuntur.

10\. 9. locus. Relatio perſonalis collata cū eſſentia eſt ratio, non verò res. Collata cum alia relatione non eſt ratio ſola, ſed res.

Eſt verò obſeruanda ſententia eiuſdē S. Doctoris, quam 1. ſentētiarum ſæpiùs repetit, docetque relationem perſonalē, vt Paternitas, Filiatio, ſi cum eſſentia diuina conferatur, non eſſe rem, ſed rationem; ſi verò conferatur vna relatio cum alia, non eſſe rationem ſolam, ſed rem. A Nam quia relatio diuina nō diſtinguitur ab eſſentia re ipſa, ſed ratione, ait non eſſe rem, ſed rationem; hoc eſt, relationem, & eſſentiam non eſſe rem & rem, ſed rationem & rationem; quia eſt eadē res rationibus diuerſis ſubiecta: ſi verò relatio diuina cum altera ſibi oppoſita conferatur, eſt res & res, ſcilicèt residuæ diſtinctæ. In quo ſenſu veritas à nobis explicata cum placitis S. Thomæ maximè conſentit.

Declaratur.

11\. Conſequens verò eſt, quòd etſi Angelus vno conceptu poſsit contēplari Deitatem in ſui ipſius ſubſtātia quaſi in ſpecie intelligibili; quod docet S. Thomas 1. p. q. 56. ar. 3. in eodem tamen conceptu ſit attributorum diſtinctio. Nam ſicut Angelus vno cōceptu intelligit ſe ſuaq; omnia, non tamen vt vnum, quia nō ſunt vnum; ſed ſub quadam ratione vnius, quatenùs illa plura ſunt ſubiecto vnum: ita cum Deum non intelligat ſecundum id quod eſt, ſed conceptu analogo, vt & nos, poterit quidem plura attributa diuina in ſui ipſius ſubſtantia vno conceptu attingere; ſed non poteſt intelligere illa vt omninò ſunt vnum, ita vt attingat ipſum vnum quod quid eſt Deus; ſed apprehendit plura, vt ſunt in eſſentia vnū, conceptu quodam analogo, in quo alia eſt ratio eſſentiæ, & alia ratio ſapientiæ, &c. Et ideò etiam in illo conceptu vno reperitur multitudo rationum obiectarum, ſicut in eo conceptu quo Angelus intelligit ſe & ſua accidentia.

Id eſt S. Thom.

Angelus in ſe cognoſcēs Deum apprehendit vno conceptu analogo plura attributa ſub ratione vnius in eſſentia ſicut intelligit ſe ſuaq; accidētia nō vt vnū, ſed ſub quadā ratione vnius quatenùs illa plura ſunt ſubiecto vnum.

12\. Quidam aiunt Deitatē ſecundum ſe eſſe vnam rationem ſimplicē; quod quidèm verum eſt, ſi ratio ſumatur pro obiecto cuiuſcunque ſit cognitionis; nam Deitas ſecūdum ſe eſt cognoſcibilis intuitu ſimplicis viſionis, & in viſione Deitatis vnum eſt obiectum, & vna ratio obiecta. Sed ſi comparetur cū noſtro intellectu citra viſionem Dei, eſt adhùc Deitas vna ratio, & vnum obiectum hoc nomine Deitatis deſignatum. Sed hæc ratio vna continet confuſè rationes plures attributorum, vt dicemus; ita vt Deitas à nobis ſemper ſit intelligibilis pluribus conceptibus.

Deitas ſecundum ſe eſt vna ratio ſimplex, & vnum obiectū, prout cognoſcibilis eſt per viſionem; ſimiliter etiā citra viſionem prout hoc nomine Deitatis deſignatur.

13\. De numero attributorum ſunt qui arbitrentur eſſe infinita; & poteſt perſuaderi, quia etſi attributa in cognitione creata eluceāt, & nullus intellectus creatus poſsit percurrendo recenſere infinita; eſt tamen intellectus creatus in po-

Digitized by Google

Numerus attributorũ non eſt infinitus. Probatur. 1. *Ariſtot.* Attributa ordine quodam rationis conſequuntur. Probatur. 2. Attributa ducuntur à gradibus rerũ qui finiti ſunt numero.

tentia infinitus. Et idcircò nullus erit finis cognitionis attributorum. Videtur tamen dicendum attributa eſſe finita; tùm quia in numero infinito nõ eſt ordo vt docet Ariſtotel. 5. Phyſicorum cap. 4. Nam ordo incipit à primo; in infinito autem nec primum eſt, nec vltimum; atqui attributa ordine quodam rationis conſequuntur: tum maximè, quia attributa petuntur à comparatione quadam creaturæ cum natura Deitatis; nec verò à ſingulis creaturis ſingula attributa ducuntur, ſed à gradibus rerum, qui finiti ſunt numero (in ſingulis autem gradibus infinitæ creaturæ latent) vt à ſapientia, à iuſtitia, & cæteris; & ita non videntur eſſe infinita attributa. S. Auguſtinus 15. de Trinitate cap. 5. numerat duodecim; alij Patres plura, aut pauciora; plura enim ſanè ſunt.

S. Auguſtin. numerat duodecim, ſed plura ſunt.

CAPVT XXXI.

Attributa diſtinguuntur ratione obiecta ex parte rei cognita.

1\. CVm oſtenderimus capite præcedẽti attributa non ex natura rei, ſed ſola ratione diſtingui, ſupereſt, vt huius diſtinctionis ſpeciem aſsignemus. Caput autem diſtinguimus in partes duas.

Prima pars. *Quæ ſit diſtinctio ponenda inter attributa diuina, explicatur.*

Secunda pars. *In nulla re creata inuenitur ſimilis diſtinctio, vt inter attributa diuina.*

PARS PRIMA.

Quæ ſit diſtinctio ponenda inter attributa diuina, explicatur.

1\. Opinio quorundam Theologorum fuit attributa nõ diſtingui etiã ratione. *Aureol.* *Gregor.* *Marſil.* Auicebron. Error hic fuit impij Eunomij aſſerentis diuina nomina ſignificatione nõ differre.

CIrca primum opinio olim fuit quorundam Theologorum, & quidèm nobilium, attributa non diſtingui etiam ratione, ſicut nec re ipſa diſtinguuntur. Ita cenſuit Aureolus apud Ioannẽ Capreol. in 1. d. 8. q. 4. & quodlibet. 5. art. 2. Et Gregorius d. eadem q. 2. art. 1. Marſil. verò in 1. q. 12. art. 3. corol. 2. ait, attributa diuina non eſſe plura ex vi ſignificationis nominum. Qui cũ Auicebrone Philoſopho videntur conſenſiſſe, affirmabat quippè nulla eſſe ratione diſtincta, quæ re ipſa non diſtinguerẽtur; quare cum attributa non diſtinguantur re ipſa, nec ratione diſtingui colligẽdum eſt. Atqui hic error fuit Eunomij hæretici, A quem S. Baſilius impietatis arguit; aſſerebat enim nominum diuinorum ſignificationem non eſſe diſtinctam, ſed idem prorſùs intelligi diuerſis nominibus. *S. Baſilius.*

2\. Argumentum illorum Theologorum inſipidum.

Et quidèm Theologi illi ſatis inſipidè arguunt, quòd intellectus non poſsit ſola ſpeculatione, quæ manet in ipſo, diuidere res extrà exiſtentes: non enim dicimus res diſtingui ratione quaſi diſſectas phyſica actione; ſed diſtingui dicimus, hoc eſt, intelligi ſeparatìm vnã ſinè alia. Auicebronius verò aliquantulùm argutiùs obijciebat nos falſò intelligere, ſi intelligimus vt diſtincta, quæ diſtincta non ſunt. Cui reſpondẽdum eſt modum B intelligendi nõ inducere falſitatẽ; quod enim intelligamus diſtinctè, ac ſeparatìm quæ non ſunt diſtincta, non eſt falſitas, aut error intellectus, ſed imperfectio cogitandi, quia non poſſumus ſimul omnia apprehendere vno conceptu. Eſt ergo falſitas in intelligente, ſi rem intelligit aliter quàm eſt, hoc eſt, ſi rem iudicet ita eſſe, & non ſit ita, quod eſt affirmare id quod verum non eſt; & hoc dicitur intelligere rem aliter quàm eſt, ſcilicèt, affirmando, aut negando, quod affirmandum, aut negandum non eſt. Intelligere verò aliter, id eſt, alio modo, vt intelli- C gere obſcurè id quod eſt perſpicuũ, non eſt error, ſed imperfectio intelligentiæ. Et ſimiliter non eſt falſitas quòd intelligamus diſtinctè, & ſeparatìm pluribus conceptibus, quæ re ipſa diſtincta non ſunt. Itaque intelligere aliter, id eſt, alio modo intelligendi, non eſt falſitas, ſed imperfectio intellectus. Nos ergo verè iudicamus attributa non eſſe res diſtinctas, vt S. Thomas adnotat 1. contra gẽtes cap. 36. *Intellectus noſter etſi plures conceptiones habeat, intelligit tamen id* D *quod omnibus eis reſpondet, omninò eſſe vnum.* ſed tamen intelligimus illa diſtinctè, ac ſeparatìm, quia vno conceptu nõ poſſumus. Aſſerimus ergo cum Ariſtot. 1. Metaphyſ. tex. 19. intellectum diuidere res non phyſica actione, ſed ſola contemplatione, intelligẽdo ſeparatim vnã ſine alia, vt ſcitè explicat Ioan. Capreol. d. 8. q. 4. ad 27. argumentum.

Argum. Auicebronis.

Soluitur.

Falſitas eſt iudicare rem aliter eſſe quàm eſt: non verò apprehendere alio modo quã eſt, v. c. obſcurè perſpicua, ſeparatim ſimplicia, &c.

S. Thom.

Capreol.

3\. Prima concl. Diuina attributa non diſtinguũtur ſola ratione concipiẽte, ſeu nõ ſũt ſynonima. Probatur. 1.

Eſt autem ferè vnus Doctorum conſenſus, quòd attributa non diſtinguantur ſola ratione cõcipiente; ea enim diſtinctio nihil eſt aliud quàm eiuſdem omninò cognitionis repetitio per ſimilem omninò conceptum, per vocem eandẽ,

aut

aut ſynonimam, vt cum dico, Petrus idẽ eſt cũ Petro, Marcus idẽ eſt qui Tullius: licet autem omnia, quæ Deo attribuimus idem omninò ſint in re, ſicut Petrus & Petrus; à nobis tamen non poſſunt conſiderari ſub vno & eodem conceptu, ſed alio ſapientiam, alio iuſtitiam apprehendimus; & hęc non ſunt ſynonima, ſed aliud atque aliud formaliter ſignificant. Commentator 11. Metaphy. tex. 39. affirmat non eſſe ſynonima. At S. Thomas de Potentia q. 7. art. 6. ibidem ad 5. docet quod ſicut in Deo intelligẽte eſt vna forma intelligibilis, & multi reſpectus ad creaturas; ita in intellectu noſtro ſunt multæ formę intelligibiles relatæ ad vnũ Deum. Hoc autẽ adeò perſpicuum eſt, vt impoſsibile ſit eos, qui ſignificata horum nominum apprehẽdunt, non intelligere quod in attributis ſint distinctæ rationes conceptæ, & non ſola ratione ratiocinãte eas diſtingui, niſi diſtinctionem iſtam alitèr interpretentur.

Comment. S. Thomas Probat. 2.

4. Hanc verò veritatem S. Baſilius nobis planiſsimè expoſuit 1. contra Eunomium cum de attributis diſſereret, ſic inquiens, *Quæ cuncta ſi ad vnum tendũt ſignificatum, neceſſe eſt, vt in multiuocis idem poſsint, ſicut cum Simonem Petrũ Cepham eundem dicimus.* Multiuoca dicit non ſynonima; impoſsibile autẽ eſt, vt non ſynonima, qualia ſunt attributorum nomina, idem ſignificent, vt ſynonima, Simon Petrus, Cephas. Et ſubijcit rationem. *Quare ſi quis audiat inalterabilem eſſe Deum, ad innaſcibilitatem ſubducetur; & qui audit impertibilem, ad creatiuum deferetur: qua cõfuſione quid vnquam abſurdius fiet, quàm cum propriam cuiuſque nominis poteſtatem abſtuleris, contra communem conſuetudinẽ & doctrinam ſpiritus, leges ponas.* Et infrà cum exemplis oſtẽdiſſet diuerſa nos intelligere ſub diuerſis attributorum nominibus, inquit, *Quomodò igitur non furere te perſpicimus, ſi propriam cuique nominum poteſtatem ineſſe nõ putes, ſed contra veritatem idem omnia poſſe nomina determines.* Doctè ergo ait S. Baſilius ſingula hæc nomina propriam habere poteſtatẽ, ſcilicèt, vt in mente gignant diuerſos cõceptus, quibus alia atq; alia de Deo cogitemus. Et impius Eunomius hoc negabat contra communẽ conſuetudinem, & doctrinam Spiritus Sancti, vt S. Baſilius teſtatur: & rectè ait,

S. Baſilius probat. 3. & declarat.

A *contra doctrinam Spiritus Sancti*, nam nihil eſt de rebus diuinis definitũ, ſi omnia nomina diuina idẽ abſque vllo diſcrimine ſignificant. Non eſt ergo opinio Theologa ea, quæ huic ſententiæ repugnat; ſed error Eunomij à S. Baſilio damnatus, vt furor & dementia.

Contraria ſententia, Eunomij furor.

Dicendum igitur eſt quòd attributa diſtinguuntur ratione concepta; & quidèm non ea ipſa diſtinctione, qua actio & paſsio apud antiquos, quæ incidit in diſtinctionem formalem realem, vt ſuprà diximus: ſed ea diſtinctione quam intellectus ſic efficit, vt ratio concepta ſit res ipſa, ſed diſtinctio rationum in ſolo intellectu ſit; qualis diſtinctio inter genus, & ſpeciem, ſeu differentiam inuenitur: & accidit hæc diſtinctio ex eo,

5. 2. concluſio. Attributa diſtinguũtur ratione concepta, ea diſtinctione, quam intellectus ſic efficit, vt ratio cõcepta ſit res ipſa, ſed diſtinctio rationum in ſolo intellectu ſit.

B quòd intellectus apprehendit vnum diſtinctè, ac ſeparatim ab alio. Non diſsimilitèr quia ex imperfectione noſtri intellectus non poſſumus vno conceptu apprehendere Deum ſapientem, iuſtum, &c. cõcipimus hæc ſingulatim, ac diſtinctè, quæ diſtincta in re haudquaquam ſunt. Eſt autem accomodatius exemplũ, natura generis, & differentia in formis ſimplicibus, in quibus nulla in re ipſa eſt diſtinctio, vt lib. 5. oſtendemus, ſed in ſolo intellectu, & ita de attributis eſt dicendum.

6. *S. Thomas* non diſſentit.

C Obſeruandum eſt autẽ quod S. Thomas docet ſæpiùs, intellectum noſtrum eſſe, qui inter attributa diuina diſtinguat; vnde aliqui decepti putarunt eſſe diſtinctionem rationis concipientis ſolùm, & non rationis conceptæ. Sed ſanè intellectus dicitur inter hæc diſtinguere ſicut inter animal, & hominem, ſcilicèt, modo proprio concipiendi, quia concipit diſtinctè, ac particulatim; & eo modo concipiendi vna & eadem res ſub diuerſis rationibus ex parte rei cognitę intelligitur, quæ eſt diſtinctio rationis conceptæ.

D Hanc autem diſtinctionem docet frequentèr S. Thomas ſatis eſſe ad contradictoria de eadem re. Et 4. contra gẽtes cap. 14. ad 11. ait, quòd vbicũque eſt aliqua diſtinctio oportet inuenire negationis, & affirmationis oppoſitionẽ. Alia enim prædicata etiam realia conueniũt animali quatenùs animal eſt, & alia homini quatenùs homo eſt, hoc eſt, quatenùs ſub his conceptibus animalis, atque hominis hæc mente concipiuntur: animal enim, vt ſic, ſenſitiuum eſt, hoc eſt,

Eodem doctis hęc diſtinctio ſufficit ad contradictoria, & ad diuerſa prædicata etiã realia.

Oſtenditur in animali, & homine.

Digitized by Google

ſenſu præditum, ſed vt ſic, non eſt rationale; homo verò vt ſic, rationalis; vt ſic, inquam, hoc eſt, quatenùs vt ſic vel ſic, hoc vel illo conceptu conſideratum hoc vel illud apprehenditur, cum vtrumque ſit res eadem. Non diſsimilitèr in diuinis attributis quædam prædicata realia conueniunt diuinæ ſapientiæ vt ſic, quæ non conueniunt iuſtitiæ vt ſic, cum vtraque tamen ſit res eadem. Et hoc forſan vult Ioannes Scotus circa attributa, cũ ait quòd hæc entitas A, vt ſic, non eſt entitas B, vt ſic. Nam & S. Thomas argumenta, quæ in quæſtionibus his difficiliora occurrunt, ſic ſoluit, vt quędam tribui ſapientiæ diuinæ, quæ iuſtitiæ non tribuuntur, concedat.

Oſtenditur in attributis.

Scotus.

S. Thom.

7. Cum ergo animal, & homo res eadem ſit, quæ ratione cogitantur vt diſtincta, hæc mentis cogitatio dicitur à Dialecticis præciſio, ſeu abſtractio, quia vnum ab alio ſola mente, cogitationeq; ſecernitur, & quaſi abſtrahitur, ſeu præſcinditur; & eadem præciſione mentis attributa diuina diſtinguuntur, quia dum ſingula ſeorſùm cogitãtur, ſeparantur mẽte, quæ re ipſa ſunt idem.

8. Eſt tamen diſcrimẽ, quoniam in præciſione illa rationis, qua animal concipitur, vt diſtinctum quid ab homine, animal eſt quaſi habens potentiam paſsiuã, quia natura generis eſt capax differentiarum; capacitas autem potentia paſsiua eſt quæ capit, ſeu recipit actũ: in Deo autem nec mente cogitatur paſsiua potentia; quare attributa diuina rationis præſciſsione ſeparãtur, vt actus ab actu, non vt actus à potentia. Item natura generis conſideratur vt quid commune, re tamen ipſa natura communis nõ exiſtit: attributa verò diuina non conſiderãtur quaſi communia, ſed ſingularem naturã indicant; quare ex hac parte non repugnat quin exiſtere intelligantur, ſiquidèm intelliguntur ſingularia, vt hæc ſapiẽtia, hæc iuſtitia: Animal ergo vt ſic, non intelligitur exiſtens, ſed hoc animal exiſtit; at verò ſapientia diuina vt ſic, in Deo exiſtit, quia eſt hæc ſapientia, ſingularibus autem conuenit exiſtentia.

Inter præciſionem rationis naturæ generice à differẽtia ſpecifica, & præciſionẽ attributorum, 1. diſcrimen.

2. diſcrimen.

9. Ne ergo cogitando confundantur actiones diuinæ, & proceſsiones, viſum eſt Ioanni Scoto aliqualem diſtinctionem inter attributa confiteri in re ipſa, aut ſaltèm ex natura rei abſque mentis conſideratione, vt Deus intelligatur velle

A voluntate, & non intellectu; & intelligere intellectu & non voluntate, atque ad hæc nõ ſatis eſſe diſtinctionem rationis. Qua in re maximè ab Scoto, niſi aliter explicetur, diſsidemus; affirmam⁹ enim inter attributa ſolam eſſe diſtinctionem rationis, & nullam omninò in re ipſa ante mentis animaduerſionem, vt explicatum eſt.

Scoti ſentẽtia niſi explicetur reiecta.

10. Thomas igitur Caietanus 1. p. q. 39. alios ſequutus ait hanc diſtinctionem in Deo eſſe formalem eminentèr, ſeu virtualitèr, non tamen formalem realem, vt Ioãnes Scotus vult. Et ratio eſt, quoniã hęc attributa formalitèr inſunt Deo, B in Deo etiam præſtant quod eſt formarum propriũ, reiectis imperfectionibus. Eſt autem duplex imperfectio in formis; prima quòd in ijs ſit cauſalitas quædam & compoſitio, quo pacto ſapientia præſtat hominem eſſe ſapientem: Deus autẽ eſt ſapiens per ſuam ſapientiam, non vt per cauſam formalem, neque cum compoſitione; quia ipſum eſſe diuinum eſt eſſe ſapientem. Secũda imperfectio formarum eſt, quòd diſtinguantur inter ſe ex natura rei; quia finitæ ſunt, & terminos ſuos habent quibus diuiduntur: hæ igitur formæ ſapiẽtia, iuſtitia, &c. ſublatis his terminis, quibus res creatæ C diuiduntur, ſunt idem omninò in Deo ratione diuinæ infinitudinis; & ideò dicuntur diſtingui formaliter eminentèr; per hoc enim quòd dicitur, eminentèr, tollitur imperfectio diſtinctionis formalis, quæ eſt ex natura rei. Igitur attributa hæc inſunt Deo formalitèr, & ſine confuſione, non enim eſt ſapiens per iuſtitiam, neq; per miſericordiam iuſtus; & ita eſt hæc negatio vera, Deus non intelligit per voluntatem, quia inter voluntatem Dei, & intellectum non eſt confuſio; nõ quòd ſit ibi diſtinctio, aut ordo realis inter attributa; ſed quia id eſt Deus, quod nos D intelligentes pluribus conceptibus, ſine cõfuſione, & cum ordine rationis oportet intelligere. Imò ſic Deus per intellectum formalitèr intelligit, ac ſi re ipſa intellectus eius eſſet à voluntate diſtinctus: vnde vocant etiam diſtinctionem formalem virtualem; quia etiam habent attributa virtutem, & proprietatem, ac ſi diſtincta eſſent; proprietatem (inquã) ſecundum ſuas proprias rationes, vt infrà explicabimus; nam in re ipſa cũ non ſit diſtinctio, non eſt realis proprietas, ſeu

Caiet. 3. concluſio.

Hæc diſtinctio attributorum eſt diſtinctio formalis eminentèr, nõ verò ex natura rei.

Probatur.

Duplex imperfectio formarum creatarũ ab attributis aliena.

Prima.

Secunda.

Hæc ſecunda imperfectio tollitur per illud, eminẽtèr.

Diſtinctio, & continẽtia attributorũ.

De⁹ ẽ idq̃ nos intelligentes, pluribus conceptibus ſine confuſione, & cum ordine rationis oportet intelligere.

Attributa ſecũdum proprias rationes habẽt virtutem, ac ſi diſtincta eſſẽt re ipſa.

Digitized by Google

ſeu differentia in ſingulis attributis; ſed attributa dicuntur propriè ineſſe, id eſt, non per metaphoram.

11. conclusio. Hæc diſtinctio minùs aptè dicitur formalis virtualitèr. Probatur, 1. Aliquid in aliquo virtualiter contineri eſt contineri tanquam in cauſa.

Videtur etiam rectiùs hæc diſtinctio eminentèr formalis, quàm formalis virtualis; nam aliquid in aliquo virtualiter contineri, eſt tanquam in cauſa contineri: imò anima rationalis eſt virtute plura in genere cauſæ formalis; & tamen nõ eſt plura eminentèr formaliter, vt dicemus. Dum ergo dicimus Deum eſſe plura virtualitèr, videntur ſignificare quòd contineat virtute plura, vel vt efficiens cauſa; quod non eſt ad rẽ, loquimur enim de attributis quæ ſunt in Deo formalitèr, non vt in cauſa efficienti duntaxat: vel ſignificamus quòd Deitas ſit virtute plura, tanquam cauſa formalis; qui intellectus eſt falſus. Niſi dicas attributa eſſe diſtincta virtualitèr, quia virtute continent diſtinctionem rationis, quæ eſt in intellectu: ſed is commentarius inſuetus eſt: imò quod virtuale dicitur, & quod formale quodammodò repugnant. Minus ergo aptè dicitur diſtingui virtualitèr formaliter; niſi per quãdam antitheſim, vt S. Auguſtinus ait multiplicẽ ſimplicitatem. Diſtinctionem iſtam explicat Thomas Caiet. 1. p. q. 39. art. 1. & de ente cap. 6. concluſione 12.

Probatur, 2.

Caiet.

12. 5. concluſio. Hæc diſtinctio aptè dici poſſet actualis eminentèr. Oſtenditur.

Sanè ſi eſſet nomen immutandum, potiùs diceremus diſtinctionem eminentèr actualem, quia ſic propriè attributa de Deo dicuntur, ac ſi eſſent actu & realiter diſtincta, & omnia in Deo concipiuntur vt actus; verbi gratia, intellectus Dei eſt ipſum intelligere, & nihil ibi virtute cõtinetur, ſed omnia formalitèr & in actu. Eminentia verò præſtat, vt ſine diſtinctione reali, aut formali propriè & formalitèr inſint, quæ dicuntur actualitèr eminentèr diſtingui.

13. *S. Thomas* eam vocat radicalem etiã, & fundamẽtalem. *Scotus* virtualem. *Caietanus* virtualem. Itẽ formalẽ eminenter. *Ferrar.* Eminentem diſtinctionẽ.

Sanctus Thomas in 1. d. 2. q. 1. art. 2. & 3. & d. 33. q. 1. art. 1. ad 1. & d. 35. q. 1. art. 1. ad 2. & Opuſcul. 9. q. 1. vocat diſtinctionem hanc rationis ratiocinatę, vt alij radicalem etiam, & fundamentalẽ; rectiſsimè quidem, quia ratio diſcernẽs attributa inuenit in naturæ diuinæ infinitate fundamentum diſtinctionis. Ioãnes Scotus in 1. d. 2. q. 7. *Semel hic reſtat*, dicit virtualem; vt loquitur etiam Thomas Caiet. 1. p. q. 39. art. 1. & de ente, & eſſentia q. 12. meliùs tamen dicit formalem eminentèr; quam Franciſcus Ferrar. ſcitè nuncupat eminẽtem diſtin- A ctionem 1. contra gentes cap. 32. cum ſit hoc genus diſtinctionis eminentiſsimũ, & in rebus diuinis ſingulare, vt dicemus.

14. 6. concluſio. Diſtinctio modalis etiã eminenter nõ eſt in attributis diuinis. Error Viterbienſis. Probatur cõcluſio.

Alij recentiores excogitarunt diſtinctionem eminẽtèr modalem, forſan hoc accipientes ab antiquiori errore Viterbienſis; qui realem modalem diſtinctionem in Deo conſtituebat, vt infrà dicemus. Sed iſtorum etiam recentiorũ ſententia videtur planè falſa; modus enim ſignificat aliquid incompletum, & quaſi cum re alia cohærens, vt anteà admonuimus: in Deo autem nihil huiuſmodi licet ſuſpicari, ſed omnia attributa ſignificant perfectionem ſimplicitèr & cõpletum actum. Vnde omnia ad formalẽ B eminentèr diſtinctionem pertinent; modalis verò etiam eminentèr excludenda eſt.

15. Difficultas. Quanã diſtinctione diſcernantur in Deo res creatę quæ in eo ſolũ ſunt eminenter. Reſponſio. Nulla niſi rationis concipientis. Declaratur, & probatur. 1. Eminentia eſt ipſa eſsẽtia, vel omnipotẽtia, &c. *Cumel. q. 28. art. 2.*

Et hæc quidèm eſt attributorum diſtinctio; ſed quibuſdam viſum eſt diſputare, qua ſpecie diſtinctionis diſcernantur in eſſentia Dei res creatæ, quæ ibi cõtinentur eminentèr. Dicendum tamen eſt breuitèr, res creatas eſſe eminentèr duntaxat in Deo; non quòd in Deo exiſtant, à quo re ipſa ſunt diuiſæ, vt dicemus; ſed quia ſunt in Deo, vt in cauſa, C quæ cauſæ nobilitate ſua continet omnium rerum etiam imperfectarum perfectionẽ nobiliori modo. Et ita res creatas eſſe eminentèr in Deo, non eſt nouũ attributum Dei reliquis adijciendũ; ſed hæc eminentia eſt ipſa diuina natura, & idcircò in Deo omnia ſunt vnum, ſcilicèt ipſa diuina natura, in qua cum non ſint diuiſa, nullam ibi habent diſtinctionem. Res eſt planiſsima, de qua diſſerũt recentiores.

16. *S. Auguſt.* explicatur.

Quod autem ait S. Auguſtinus lib. 83. quæſtionum, q. 46. *ſingula proprijs ſunt creata rationibus*, non eſt interpretandum, quòd in Deo ſint plures rationes formalitèr exiſtentes, à quibus dicantur res creatæ: ſed rationes vocat ideas, quę D ſunt formalitèr relationes rationis, vt tomo 2. dicemus. Quare res creatæ per hoc quod dicuntur eſſe eminentèr in Deo, nullam in eſſentia diuina arguunt diſtinctionem; quia non ſunt ibi diuiſæ, ſed vnum ſunt, ſcilicèt, diuina eſſentia. Neque etiam faciunt diſtinctionem rationis conceptæ, quia ipſæ res creatæ nõ ſunt in Deo formalitèr, ſicut attributa quæ pariunt diuerſos conceptus. Res verò

Probatur. 2.

Digitized by Google

Res creatę omnes ſimul in Deo conſideratę eminentèr, vnum conceptum gignũt continentię eminentialis.

verò creatæ omnes ſimul in Deo conſideratæ eminentèr vnum iſtum conceptum gignunt, quòd Deus ſiue diuina eſſentia continet omnia eminentèr: in qua eminentia nulla eſt diſtinctio creaturarum, niſi rationis ratiocinatis, ſicut de puncto diſputauimus.

17.

Diſtinctio, itẽ continẽtia formalis eminenter, non eſt attributum, ſiue reuocetur ad infinitatẽ Dei ſiue ad ſimplicitatem. Probatur. 1.

Ad finem iſtius diſputationis conſiderandum eſt, longè illos à veritate diſceſsiſſe, qui crediderunt hanc diſtinctionem attributorum virtualem, ſeu eminentem, quam diuinis attributis aſsignamus, eſſe quoddam diuinum attributum. Sed hoc manifeſtò refutatur; quoniam hæc diſtinctio eadem omninò eſt, quam ſuprà diximus ex S. Thoma eſſe diſtinctionem rationis, quæ nihil omninò eſt in Deo; ergo hæc diſtinctio non eſt attributum diuinum; attributum enim eſt perfectio Dei, & ipſa Deitas. Eſt tamen ſignum perfectionis infinitæ hæc diſtinctio; quia ideò attributa ratione concepta diſtincta ſunt, ſeu formalitèr eminentèr, quia vna & eadem eſſentia ob ſui infinitudinem hæc omnia continet formaliter. Siue ergo diſtinctionem hanc reuoces ad infinitatem Dei, ſiue ad ſimplicitatem nihil perfectionis additur eò quòd Deus contineat plura eminentèr formaliter: nam continere plura attributa nil aliud eſt, quàm Deum eſſe id quod verè pluribus conceptionibus cõcipimus. Aliàs ſi continere hæc, eſſet perfectio in Deo à reliquis perfectionibus diſtincta, ipſa continentia eſſet realis; quod enim non eſt res non eſt perfectio; quòd ſi hæc diſtinctio eſſet perfectio, ipſa eſſet diſtinctio realis; verbi gratia, habere ſapientiam eſt alia perfectio à ſapientia; ergo hoc habere reale eſt: at verò inter habentem, & id quod habetur diſtinctio eſt in re, & ſimiliter inter continens & contentum eſt diſtinctio in re ipſa: ſicùt ergo ſimplicitas in Deo perfectio non eſt, quia eſt negatio, vt ſuprà docuimus; ita & diſtinctio virtualis non eſt perfectio Dei, cum in Deo nihil ſit, ſed ſit rationis diſtinctio, quæ nihil eſt in re, ſed eſt rationis relatio. Quòd autẽ Deus contineat hæc attributa non eſt quòd cõtineat plura, cum illa non ſint res plures; ſed quòd ſit res vna pluribus conceptibus diſtincta; aliàs continentia eſſet realis, vt modò arguebamus.

Eſt tamen ſignum perfectionis infinitæ.

Declaratur. Illa continentia eſt Deũ eſſe id quod verè pluribus conceptionib⁹ cõcipimus.

Probatur. 2. Neque illa cõtinẽtia, neque diſtinctio eſt res, realisve perfectio in Deo, ſicut nec ſimplicitas.

18.

Quòd verò cõtineat perfectiones ſecundum quid, & deficientes, non formalitèr, ſed eminentèr ſolum, ſimilitèr non eſt diuinum attributum: ſicut enim nihil additur luci per hoc quod dicimus eminentèr illam continere calorem, niſi ſola ratio cauſæ; quia ſcilicèt eſt eius excellentiæ, vt calorem poſsit efficere; ita & in Deo, quod contineat res imperfectas eminentèr pertinet ad attributum potentiæ; quia eſt eius excellentiæ, vt omnes res etiam imperfectæ contineantur in eius virtute, & non eſt attributum additum potentiæ, aut eſſentiæ, etiam noſtro intelligendi modò.

Continentia ſolùm eminentialis non eſt attributũ additum omnipotentiæ, aut eſſentiæ, etiam noſtro modo intelligendi. Probatur.

Confirmatio.

19.

QVòd attributa ratione diſtinguãtur, Patrum ſentẽtijs firmatur. Eſt enim Magni Baſilij hæc ſententia 1. cõtra Eunomium; cum enim is obijceret Catepnæam, quaſi figmenta nominum & rerum; imò ait S. Baſilius Epnæam dici, id eſt, certiorem, & ſubtiliorem rei cõprehenſæ intellectum; vt cum triticum modò fructum, modò ſemen, modò cibum vocamus, cum tamen ſit res eadẽ, ſed ſub diuerſis rationibus conſiderata; & eſt exemplum Patribus hac in re familiare; quo eodem vtitur Hugo Etherianus. Eſtq; etiam Ariſtotelícum ſimile, cum punctum ait ratione differre ſecundum quod eſt terminus dimidiæ lineæ, & principium alterius dimidiæ. Hoc tamẽ exemplum de puncto, aut tritico, non eſt prorſus aſsimile: quia ibi eſt diſtinctio rationis concipientis: cum inter attributa ſit rationis cõceptæ diſtinctio. Subijcit verò S. Baſilius, *Quorum vnũquodq; mente inſpicitur, & oris ſono nequaquàm euaneſcit, ſed conſiderantis animo excogitatum inhæret; & vt in vniuerſum dicam, omnia quæ ſenſu cognoſcuntur, cum ſubiecto ſimplicia videãtur, multiplicem verò rationem ſpeculata ſuſcipiunt, cogitatione percipi dicuntur.* Et ſubijcit exemplum de attributis diuinis. Hæc ergo ait eſſe vnum ſubiecto, rationibus diuerſa: quibus verbis nihil poteſt doctiùs addi; vnum (inquam) ſubiecto, id eſt, vnum re ipſa, quæ eſt ſubiectum eorum quæ dicuntur. Illud etiam rectè adnotat hæc nomina non cum ſono euaneſcere, quia ſignificant id quod eſt in re ipſa, ſed ſub ratione hac vel illa, hoc eſt, ſecũdum quod diuerſimodè noſter intellectus aſsimilatur rei eidem, vt docui-

Eunomius attributa diſtincta, dixit Catepnæa, quaſi figmenta nominum, & rerum.

S. Baſilius Epnæam.

Exemplum de tritico.

Hugo Ethe.

Aliud de puncto.

Ariſtot.

Diuerſę rationes tritici, & puncti, ſunt rationis concipientis.

Idẽ S. Baſil.

In his verbis expenduntur duo ad rem. Primum.

Secundum.

Digitized by Google

S. Thom. docuimus. Et hoc idem eſt quod S. Thomas de Potentia q. 7. art. 5. & 6. & 1. p. q. 13. art. 4. ad 2. & quærit, & docet, quòd hæc nomina non ſint vana, quaſi nõ ſignificent rem, ſed aliqua figmenta rationis, vt obijciebat Eunomius. Hoc idem *S. Cyrillus.* ſignificat S. Cyrillus lib. 11. Theſaur. ad finem, *Noſtro enim proprio modo intelligimus, & loquimur ex ijs, quæ in nobis ſunt, quaſi exempla maiora, hoc eſt, diuina intelligẽtes; ſicut qui in minima charta cœleſtem circulum ſcribunt.* Exemplũ hoc ad ſimilitudinem refertur; ſicut ergo in deſcriptione cœleſtis orbis, circulus breuis depictus, eſt circuli cœleſtis ampliſsimi ſignum; ita & noſtræ intelligentiæ ſunt ſimiles Deitati ſecundum rationes varias, ita tamen vt ipſa Deitas ſit res cognita ſub hac vel illa ratione, & ſimilitudine. Et hoc etiam S. Auguſtinus docet 6. de Trinitate cap. 6. & 7. Deum ſimplicem eſſe, & multipliciter dici. Et forſan corporeo exemplo rem illuſtrabimus obſcuram; cernimus enim oculis colorem pomi ſine ſapore, qui color eſt verè in pomo, ſine ſapore tamẽ non eſt; ita in Deo conſideramus vno conceptu ſapientiam ſine iuſtitia, quæ ſapientia in Deo quidèm eſt, ſed ſine iuſtitia non eſt: & in eo conceptu ſapientia eſt forma, & ratio concepta; forma dicitur quia formalitèr eſt in Deo; ſed ratio dicitur ſecũdum quod conſideratur præciſè ſine iuſtitia, quia eſt finitæ rationis ſiue intelligentiæ obiectum; & ita omnia attributa ſunt forma vna, rationes verò plures. Vide S. Auguſt. libr. 3. contra Marcionẽ cap. 10. Sanctus etiam Cyrillus loco cõmemorato reſpondet obiectioni hæreticorum, qui dicebant nos falſò Deum intelligere, ſi non intelligimus eius ſubſtãtiam vt eſt. *Si ergo nos quoq; ſubſtantiam ſuam non cognoſcimus, non verè de illo opinamur, ſed alitèr quam res ſe habet. Erramus ergo alitèr cognoſcentes quàm ipſe ſe ipſum.* Ecce argumentum Auicebronis, quod erat tunc temporis hæreticorum. Sed vide quid adijciat S. Cyrillus, *Non intelligunt propter temeritatem, in quàm magnam impietatem ſibi oratio exeat.* Impium ergo eſt dicere quòd Deum intelligimus ſimplici conceptu, vt ipſe ſe intelligit; ſed multis intelligimus conceptibus, & noſtro modo intelligendi definito; neque idcircò intelligendo erramus, vt anteà declaraui-mus. Denique familiare eſt Patribus de attributis loqui, vt de multis. Et S. Bernardus de conſideratione ad Eugenium multa dixit eſſe vnum. Imò Chriſtus Dominus multa ſe à Patre accepiſſe teſtatur; imò omnia, quo nomine Patres intelligunt diuinas perfectiones; & ita interpretatur Cõcilium Florentinũ, quòd Pater omnia dedit Filio præter paternitatem, ſcilicèt, omnia attributa, vt omnes perfectiones Deitatis, ſunt ergo attributa inter ſe rationibus ſuis diſtincta & diſcreta.

[Margin: Exemplũ declarans diſtinctionem rationis conceptæ. — *S. Aug.* — Aliud optimũ. — Sapientia v. c. dicitur ratio, quatenùs eſt finitæ rationis, ſiue intelligẽtię obiectum. Omnia attributa ſunt forma vna, rationes verò plures. — *Idem.* — *S. Cyrillus.* — Argumento Auicebronis vtebantur hęretici. — Impium eſt dicere q. Deũ intelligimus ſimplici conceptu, vt ipſe ſe intelligit. — *S. Bernard.* — *Matth. 11. n. 27.* — *Luc. 10. n. 22.* — *Conc. Flor.*]

PARS SECVNDA.

In nulla re creata inuenitur ſimilis diſtinctio, vt inter attributa diuina.

1. Concluſio. HAc parte ſecũda capitis aſſerimus eam diſtinctionem, quæ eſt inter diuina attributa, & inter eſſentiam & relationes, nulli alteri ſimilem eſſe in rebus creatis. Nam natura generis, & differentia in formis ſimplicibus diſtinguuntur quidèm ſola ratione obiecta; ſed natura generis apprehenditur vt quædã potentia communis cõmunitate rationis, & differentia vt actus contrahens communitatem illam. At verò in Deo omnia apprehenduntur, vt actus: vnde dicitur diſtinctio formalis eminentèr; & actus vnus re ipſa præſtat quod plures actus præſtare poſſunt; quod in ſolo actu puro, & infinito poteſt inueniri; nam omnis actus in ſubiecto eſt determinatus, vndè non poteſt præſtare plura, ſed vnũ: aliàs incideret in terminos præſcriptos alijs actibus, vt albedo non poteſt facere dulce, & ſic de omnibus alijs: ſolus ergo actus purus, qui in nullo eſt ſubiecto, ideòque infinitus, non habet terminos, ſed vnus & idem præſtat, quod plures actus finiti diſtinctè, ac ſingulatìm præſtant. Cui ſententiæ rectè congruit egregium dictum Georgij Piſide, *Expers formæ omnem induis.* Hoc enim eſt Deo ſingulare, vt formalitèr ſit ſapiẽs, & iuſtus; non diſtinctis formis, quia neque illis informatus; vtpotè expers formæ, ſcilicèt, qua ſit informatus.

2. Confirmatur. Et confirmatur, quoniam omnis actus creatus poteſt ratione comprehendi, ita vt res cognita ſit adæquata cognitioni, ergo in illa re ita cognita vno conceptu non

[Margin: Probatur. 1. — Solus actus non determinatus & infinitus non habet terminos, preſtatque re ipſa quod plures actus finiti ſingulatim præſtant. — *Georg. Piſide.*]

non ſunt plures rationes obiectæ, ſed cognoſcitur ipſa vnitas rei vno & adæquato cõceptu: vbi autem non ſunt plures rationes obiectæ, non eſt hæc diſtinctio rationis, quam in Deo meditamur. Vnde S. Thomas in 1. d. 2. q. 1. art. 2. & Opuſculo 9. q. 1. & 2. & alijs locis citatis multitudinem attributorũ refert ad infinitatem, & excellentiam diuinæ naturæ, quam nõ poſſumus cognoſcere quidditatiuè: eſt ergo iſta diſtinctio inuenta in ſola natura infinita.

S. Thomas multitudinẽ attributorum refert ad infinitatem diuinę naturę quã naturalitèr nõ cognoſcimus quidditatiuè.

3\. *Idem.*

Hæc autem ſentẽtia, præterquã quòd his argumentis efficitur perſpicua, firmatur authoritate S. Thomæ de Potentia q. 7. art. 6. dicentis vnius formę vnam eſſe ſimilitudinem perfectam: imperfectæ autem poſſunt eſſe plures, & ideò Deitatis ſunt in nobis plures cõceptus. Cum ergo omnis forma creata perfecto cõceptu poſſit apprehendi, non eſt in ea diſtinctio rationis obiectæ. Sanctus autẽ Auguſt. 6. de Trinitate cap. 6. ait diuinã eſſentiam eſſe incomparabilitèr ſimpliciorem rebus creatis: ſimplicitas autem diuinæ eſſentiæ ea eſt, vt plura quæ à nobis cognoſcuntur ſint res vna; ergo hæc etiam ſimplicitas in forma creata inueniri non poteſt.

In forma creata, cum poſſit adæquato conceptu apprehendi, non eſt diſtinctio rationis obiectę. *S. Auguſt.*

4\. Contrarius *Bañes 1. p. q. 28. art. 2. dub. 1. & q. 27. ar. 1. dubio. 2.*

Aliqui tamen Doctores, qui oppoſitã ſequuntur ſententiam, afferunt exemplũ de anima rationali, quæ eſt ſimul rationalis & ſenſitiua: non tamen perſpiciunt animam, ſecundum quod eſt forma hominis, continere in virtute cauſæ formalis plures effectus, quod nos cauſæ creatæ non negamus: ipſa tamen eſt quidèm formalitèr rationalis, non tamen formalitèr ſenſitiua; ſed eſt principium formale ſentiendi; & poſſunt hi duo gradus entis ſenſitiuum & rationale aliqualitèr re ipſa diſtingui; cum ſenſitiuum ſit totius coniuncti; rationale autem ſit etiã animæ ſeparatæ; non ergo ſola ratione obiecta; eſt ergo anima rationalis ſicut vna forma, ita & vna ratio obiecta non plures; licet poſſit conſiderari, ſecundũ effectus plures quos præſtat, pluribus etiam conceptibus; vt punctum ſecundũ quod eſt principium plurium linearum.

Ad 1 illius exemplũ de anima rationali. Ea non eſt formalitèr ſenſitiua, ſed eſt principium formale ſentiendi. Patet in anima ſeparata.

5\. Ad 2. exemplũ de fidę diuina.

Aliud exemplum adducunt de fide diuina, quæ eſt ſpeculatiua & practica ſimul; & hoc inducit maiorem difficultatem. Dicendum tamen eſt quòd ſpeculatiuum, & practicum in fide diuina eſt quid accidentarium; ſicut etiam in ipſa potentia intelligente: ſpeculatiuũ enim & practicum ſumuntur à fine, & non ſunt differentiæ ipſius intellectus ſecundum eſſentiam intellectus, ſed ſecundum accidens.

Sed neceſſe eſt ad veritatis huius explanationem aduertere quòd in habitibus, quos vſu & natura comparamus, ſpeculatiuum & practicum ſunt differẽtiæ eſſentiales; potẽtia enim eſt ad vtrũque, habitus autem determinat potentiã ad hoc vel ad illud; & vbi eſt ſpecialis ratio difficultatis, neceſſarius eſt habitus diſtinctus; quia habitus eſt quædam facultas, vt faciliùs operemur. Eſt ergo in intellectu difficultas dum conſultat de rebus agẽdis, aut opus meditatur, & ideò ponimus habitus practicos artem & prudentiam. Cum autẽ omnis ſcientia, tam ſpeculatiua quàm practica, verſetur in contemplatione veritatis, quæ contemplatio circa res agendas non eſt regula agendorum ab intellectu propoſita, quia non eſt operatio practica, vt omnes fatentur, ſed eſt ſola ſpeculatio agendorũ; conſequitur vt omnis ſcientia etiã practica ſit habitus ſpeculatiuus, & in parte intellectus ſpeculatiua, cuius tota difficultas eſt in recta ratiocinatione.

6\. In habitibus naturalib. ſpeculatiuum, & practicũ ſunt differentiæ eſſentiales. Probatur.

Omnis ſcientia tam ſpeculatiua, quã practica eſt habitus ſpeculatiuus. Probatur. 1. hæc doctrina.

Qua in re viri aliàs docti videntur decipi potuiſſe, eò quòd crederent omnes ſcientias practicas eſſe habitus practicos, nomine cõmuni decepti: nam practicum in ſcientijs non dicitur quaſi ſcientia ipſa ſit norma operationum; ſed ex obiecto, quia eſt ſciẽtia de rebus agẽdis, ſicut dicitur ſcientia realis, quia eſt de rebus, ſermocinalis quia de ſermone diſputat. Et mirum eſt quòd non reſpexerint ad diuiſionem habituum traditã ab Ariſtot. 6. Ethicorum cap. 1. 3. 6. & 7. quem S. Thom. q. 50. art. 4. in 1. ſecũdæ ſimilitèr exponit; in qua ſcientiam conſtituit habitum ſpeculatiuum, ſcientiam, inquam, in genere: nam ſi quaſdam ſciẽtias in genere ſpeculatiuorum habituũ, & alias in genere practicorum reponamus; ipſum genus, quod eſt ſcientia, in neutro membro diuiſionis reponimus, quod eſt impoſſibile; vel eſt dicendum quod diuiſio ſcientiarum in ſpeculantes, & practicas non eſt eſſentialis. Sed non poteſt negari quin alia ſignificatione dicatur intellectus practicus, ſcilicèt, quia eſt regula actu dirigens operationem. At verò nominatur ſcientia practica eo ſolum,

7\. Occurritur obiectioni.

Sciẽtia dicitur practica ex obiecto, quia eſt de rebus agendis; non verò quaſi ipſa ſit norma operationum. Probatur. 2. *Ariſtot.*

S. Thom.

Digitized by Google

Probatur.3. Tota ſcientiæ difficultas in cōtemplatione poſita eſt.

ſolùm, quia agit de re operabili: cuius tamen ſcientiæ difficultas in contemplatione tota poſita eſt; neque enim actus ſcientię eſt proxima regula operationis.

8. Sicut in potētia, ita in habitu fidei diuinæ ſpeculatiuum & practicum ſunt differentiæ accidentariæ.

Hæc doctrina oſtenditur.1.

Vt ergo ad rem veniamus ſpeculatiuū & practicum aliquādò accipitur vt eſsētialis differentia; aliquandò verò nō ita: in habitibus eſſentialis differētia ea eſt; in potentia non ita; quod ſimilitèr de fide diuina dicendum. Nam cum huius habitus difficultas non ſit in cōtemplatione, quia nō vtitur ratiocinatione; neque verò in eo quòd eſt ratio agendorū, quia non eſt ratio, vt prudentia, ſed ſolū proponit agenda ad quæ alij habitus infuſi ſatis propendunt; tota eius difficultas conſiſtit in eo quod eſt aſſenſum prębere in re obſcura, gratia diuinæ auctoritatis; hæc eſt ergo eſſentia habitus fidei. Quod autē hic habitus ſpeculatiuus ſit & practicus, accidens eſt ex parte finis, ſicut & in potentia intelligente. Explicatur hoc amplius; nam ſpeculatiuum vt eſt differentia habitus, eſt id cuius tota cōuerſio eſt ad ſolam ſpeculationem; & practicū cuius tota conuerſio eſt ad ſolam operationem: quare hæ differentiæ diuidunt habitus à natura comparatos eſſentialitèr; fides autem diuina neutro modo dicitur ſpeculatiua, & practica; quia neque eius tota conuerſio eſt ad ſpeculationē; neque tota ad operationem; ſed ſolùm accidentariò ſpeculatiua & practica dicitur, vt ipſe intellectus, ſeu potentia intelligendi, cui accidit ſpeculatiuum, & practicum; eſſentia autem fidei eſt aſſenſus ob auctoritatem Dei dicentis.

Tota difficultas fidei eſt in præbendo aſſenſu in re obſcura propter auctoritatem.

Oſtenditur 2.

9. Obiectioni occurritur.

Cū ergo Ariſtoteles diuiſit habitus in ſpeculatiuos & practicos, neutra parte fidem diuinā cōplexus eſt, ſed diuiſit habitus naturali vſu cōparatos; aliàs aliqua ſpecies habit⁹ cōtineret formalitèr duas differentias generis diuiſiuas, quod eſt impoſsibile: ſicut ergo punctū idē ſecundum diuerſas cōſiderationes eſt principiū & finis, vt diximus; ita potētia intelligēns, & fides diuina ſecūdum diuerſas conſiderationes, quæ non explicant ipſā eſſentiam rei, ſunt ſpeculatiuæ & practicæ ſimul. Et ſimilitèr ſcientia indita animę Chriſti eſt ſpeculatiua & practica accidentariò; ſi tamen ea vnus habitus eſt. Senſus verò communis non eſt formalitèr eminentèr plures ſenſus; quia licet ſit facultas ſentiēdi omnia ſenſibilia externa, non tamen eſt formalitèr auditus,

Oſtenditur 3. exemplo puncti.

Similiter dicēdum de ſcientia indita animæ Chriſti, ſi eſt vnus habitus.

Senſus cōmunis nō eſt formalitèr eminenter plures ſenſus.

A &'aſpectus; ſicut Deus eſt formalitèr ſapientia, & iuſtitia. Et eodem modo de alijs exemplis philoſophandum. Neque enim vlla forma creata eſt eminentèr plures formæ; ſed hoc eſt diuinæ ſimplicitatis ſingulare elogium, vt vna res ſecundum eſſentiam ſit plures formæ in intellectu noſtro conceptæ abſque vlla omninò rei diſtinctione.

Nulla forma creata eſt eminentèr plures formæ.

Confirmatio.

10. Confirmatur concluſio auctoritate.

B QVòd hæc diſtinctio eminentèr formalis ſit propria diuinis ſolis attributis, videtur eſſe S. Thomæ ſententia. Nam præter ea quæ ex eius doctrina inter diſputandum recitauimus; hoc idem videtur innuere S. Thomas in 1.d.33.q.1.ar.3.ad 4. vbi docet in nulla re creata diuerſa genera poſſe coire in identitatē rei. Quod idem dicendū eſt de ſpeciebus diſtinctis in genere eodem; & de quibuſcūque rebus diſtinctis ratione formali, inter quas non poteſt eſſe omnimoda identitas, vt in rebus diuinis inuenitur. Ad quod etiam valet Ariſtotelis proloquium libr.1.Topicorū, *Quantamcunq; differentiam aſsignauerimus, oſtendētes erimus quod non idē*: nam in rebus creatis quæcūque differētia, ſiue adiectio facit realem diſtinctionem. Item 1. Poſteriorum tex.35. & 1. Phyſicorum tex.14. & 15. docet eſſentias rerum nō eſſe permiſtas: ſanè ideò quia in rebus creatis, quæ differunt definitione, differunt re ipſa. Et item de eadem re ait non eſſe contradicentes, quod capite ſequenti diſputabimus. In diuinorum autem diſtinctione rationis, inuenitur contradictio cum identitate reali.

S.Thom.

Ariſtot.

C In rebus creatis quæ differunt definitione differunt reipſa.

CAPVT XXXII.

D

Argumenta proponuntur, & refellūtur.

1. 1. ſententia *Aureoli apud Capreol.* Argum.

EST tamen Aureolus apud Ioannem Capreolum in 1.d.8.q.3. cum alijs ſuprà recitatis, qui affirmat attributa neque ratione diſtingui ex parte rei cognitæ, ſed ſolùm in conceptibus eſſe diſtinctionem. Et probat, quoniam multitudo attributorum non eſt realis; neque etiā eſt multitudo intentionū, vt ſint diuerſæ intētiones cognitæ; ergo nihil aliud eſt, quàm multitudo conceptuum, qui ſunt in mente: atque adeò ex parte rei cognitæ nulla eſt diſtinctio; diſtinctio enim ſine multitudine non eſt.

Digitized by Google

2. Secunda *Viterbienſ.* argum. Eſt ſecundo loco Iacobus Viterbienſis quodlibet.3.q.7. qui aſſerit attributa diſtingui realitèr modalitèr. Et probat, quoniam hæc diſtinctio prouenit ex modo concipiendi; modus autem concipiendi ſequitur modum entis; cũ ergo attributa non diſtinguantur reali diſtinctione vt abſolutè plura, ſanè diſtinguũtur modalitèr penes modos diuerſos.

3. Tertia *Scoti, ſeu Lycheti.* 1.argum. Tertia eſt ſententia Ioannis Scoti (vt aiunt) ſeu potiùs Lycheti, quòd diſtinguantur formalitèr. Et hæc probatur pluribus argumentis. Primò, quoniam attributa habẽt diuerſas definitiones, quæ à nobis poſſunt rebus diuinis aſsignari; quæ autem differunt definitione differunt ex natura rei. Et confirmatur ex Ariſtotele 3. Topicorum cap.1. vbi ait, ea quæ ſunt omninò vnum eadem definitione definiri; ergo nõ ſunt omninò vnũ quæ diuerſis definitionibus explicãtur.

Confirmatio. *Ariſtot.*

4. 2.argum. Secundò, ratio ſapientiæ, vt eſt cõmunis nobis & Deo, diſtinguitur formalitèr à ratione iuſtitiæ; ſed per hoc quod ſapientia eſt infinita, non deſtruitur ratio ſapientiæ; ergo adhùc diſtinguitur formalitèr à iuſtitia. Et confirmatur, quoniam Deus intelligit ſe ſapientem per ſapientiam, & non per iuſtitiam, aliàs falsò intelligeret; ergo hæc diſtinctio non oritur à noſtro modo intelligendi, ſed eſt in ipſa natura rei, vt à Deo intelligitur.

Confirm.

5. Tertium. Tertiò, quod eſt argumẽtum Scoti in 1.d.13. q. vnica, calor infinitus non minùs diſtinguitur ab albedine infinita, quàm modò diſtinguitur finitus calor ab albedine finita; ergo ſicùt ſapiẽtia & iuſtitia in nobis formalitèr diſtinguuntur, quæ ſunt finita; ita & in Deo licet ſint infinita. Et confirmatur, quia infinitas eſt modus rei; modus autem rei nõ ſatis eſt vt varietur ratio formalis rei; ergo ſapiẽtia infinita ita eſt diſtincta à iuſtitia, ſicut ſapientia finita; quod eſt argumentum Ioannis Scoti in 1.d.23.q.vnica.

Confirm.

Scot.

6. Quartum. Quartò, rationes formales quas attributa ſignificant non ſunt entia rationis, ſed reales rationes; cum Deo formalitèr & re ipſa inſint; & non ſunt vna ratio formalis, ſed plures, ſecundum quod diſtinctis nominibus ſignificantur; ergo ſaltem formalitèr realitèr diſtinguuntur. Confirmatur, quia in Deo ſapientia vt ſic, eſt res; vt ſic, non eſt iuſtitia; ergo vt res, non eſt iuſtitia; ergo ſunt aliqualitèr res duæ.

Confirm.

A

7. Quintum. Quintò, contradicentes non poſſunt eſſe ſimul veræ ſecundum idem; impoſſibile enim eſt quòd Tullius fuerit Conſul, & non fuerit Cicero, quia Tullius & Cicero idem eſt: & impoſsibile eſt quòd Petrus loquatur & homo non loquatur, quia Petrus & homo eadem res eſt: ſed Deus intelligit per intellectum, & non per voluntatem; ergo intellectus, & voluntas non eſt res eadem; aliàs per voluntatẽ intelligeret ſicut per intellectũ. Et confirmatur quoniam contradicentium eſt maxima oppoſitio, vt ait Ariſt. 3. Topicorum cap. 1. ſed alia oppoſita diſtinguuntur re ipſa; ergo etiam intellectus, & voluntas ſecundum quæ eſt contradictio.

Confirm. *Ariſtot.*

B

8. Sextum. Sextò probatur ex ordine potentiarum ad obiecta; quia intellectus diuinus eſt quo Deus intelligit, & reſpicit primã veritatem vt proprium obiectum; voluntas verò eſt qua Deus ſe diligit, & reſpicit ſuam bonitatem vt proprium obiectum. Deus peccatum intelligit, ſed non vult. Cum ergo hæ potentiæ diſtinguantur ex actu, & ex obiecto, vnde potentiarum diſtinctio ſumitur, non poteſt negari quòd ex ipſa rei natura diſtinguantur. Et cõfirmatur; quia obiectum potentię antecedit operationem potentię; ſed obiectum intellectus, ſcilicèt, prima veritas eſt diſtincta à bonitate, quæ eſt obiectum voluntatis; ergo ante operationem intellectus ſunt diſtincta; & quod eſt conſequens, etiam ex natura rei diſtincta ſunt.

Confirm.

C

9. Septimum. Septimò probatur, quoniam natura cuiuſcunque voluntatis eſt propendere in bonum apprehenſum; ergo ex ſua natura voluntas diuina prę ſupponit actum intellectus; ergo intellectus, & voluntas diſtinguuntur; quod enim natura antecedit aliud, neceſſe eſt vt ab eo diſtinguatur.

D

10. Octauum. Octauò, Filius, & Spiritus Sanctus diſtinguuntur reali diſtinctione, cũ alius per intellectum, alius per voluntatem procedat; diſtinctio autem terminorum ſumitur à principiorum vnde actio emanat, diſtinctione; nam vt Ariſtoteles ait 2. de Generatione tex. 56. idem manens idem, eſt natum facere idem; ergo intellectus, & voluntas cum ſint principia diuerſarum proceſsionum Filij, & Spiritus Sancti, inter ſe formalitèr ſaltèm diſtinguuntur. *Idem.*

Nonò,

11. Nonum. Nonò, natiuitas Verbi eſt intellectio eſſentialis, & ſpiratio paſsiua eſt dilectio eſſentialis; ſed hæ duæ proceſsiones reali diſtinctione diſtinguuntur; ergo intellectio, & dilectio ſimiliter.

12. Vltimum. Vltimò, maior eſt diſtinctio inter intellectum, & voluntatem, quàm inter Deum, & Deitatem; hæc enim ſolum modum concipiendi inſinuat concretè, aut abſtractè; illa verò in re cognita ſignificant rationes diſtinctas: ſed Deus, & Deitas diſtinguuntur ratione ex parte obiecti, ſicut habens, & id quod habetur; ergo intellectus, & voluntas diſtinguuntur plusquam ratione, hoc eſt, formaliter.

Aduertenda.

13. Argumenta adeò multa congerimus, eò quòd vel ſingula habent difficultatem nonnullam, vel in eorum ſolutionibus oporteat aliquorum ab errore cauere, ita vt maximè in argumentis ſoluendis ij, qui addiſcunt, erudiantur, eoque etiam conficimus longiores argumentorum ſolutiones.

14. Quæ autem capite præcedente diligenter diſputauimus, modò etiam non repetenda, ſed recolenda ſunt. Illud verò addendum eſt rationem accipi etiam pro definitione, & definitiones plures eſſe rationes plures: & quemadmodum ratio accipitur pro conceptu, & pro re cognita per conceptum; ita & definitio: nam hæc definitio, Animal rationale, eſt ratio quædam ſcripta, & in mente eſt ratio complexa, & in re ipſa nihil eſt niſi homo cognitus explicitè duobus conceptibus.

Definitiones plures ſunt rationes plures.

15. Poſſunt autem diuina attributa quoquo modo definiri, vt dicamus intellectum diuinum eſſe facultatem intelligendi, voluntatem eſſe potentiam appetentem; quæ ſunt potiùs nominis definitiones, ſeu interpretationes, quàm veræ rei definitiones: neque enim ſunt deſcriptiones, cum non explicent rem per accidentia circumſtantia, quod eſt deſcribere: neque verò ſunt quidditatiuæ definitiones, quia non explicãt quod quid eſt rei; nullus enim intellectus creatus attingit quod quid eſt Dei, ſeu quod quid eſt in Deo; quare neque Deitatem, neque attributa quæ in Deo ſunt quidditatiua definitione cõplecti poſſumus; & hoc quidem nomen definitionis ſuadet, dicitur enim terminus; rei autem interminatæ, ſeu infinitæ terminum inuenire impoſsibile eſt: ſola ergo viſio complectitur quod quid eſt Dei, ſed illa non dicitur definitio, ſed ſimplex intuitus. Sunt ergo definitiones quid nominis, quia dum harum perfectionum creatarum definitiones attributis accommodamus, cùm rei quidditatem non explicemus, nil aliud efficimus, quàm vt oſtẽdamus nominum interpretationes.

Attributorũ definitiones ſũt potiùs nominum definitiones, ſeu interpretationes quàm veræ rei definitiones. Probatur.

16. Aliqui vocant has definitiones inadæquatas; credunt enim ſi diuina ſapientia definienda ſit adæquata definitione, per omnia alia attributa definiendam eſſe. Hoc autem eſt confundere attributorũ rationes, vt capite ſequenti videbimus. Præterea qui ita definiret non potiùs ſapientiam, quàm iuſtitiam definiret, imò omnia ſimul attributa & maximè ipſam Deitatem. Concedimus ergo has definitiones nõ eſſe quidditatiuas, neque perfectas, neque verò adæquatas; non quòd non contineant alia attributa; ſed quia vel de vno attributo quod quid eſt definire, eſt impoſsibile; nam quod quid eſt ſola viſione attingitur, in viſione autem Deitatis non eſt diſtinctio attributorũ, & conſequenter non eſt attributorũ definitio; definimus enim ea vt diſtincta, at verò vt diſtincta definiri perfectè non poſſunt. Alij appellant implicitas definitiones, quia non explicetur totũ quod latet in attributo.

Hæ definitiones non ſunt veræ definitiones inadæquatæ. Prima ratio. Secunda. Definitio attributi nõ eſt quidditatiua, & adæquata. Ratio. In viſione Dei non eſt attributorum definitio.

17. Videtur igitur dicendum quòd ſicut definitio vnius attributi non eſt definitio alterius, non enim quis rectè definiret quòd intellectus Dei eſt facultas appetens, aut quòd bonitas Dei eſt rerum per cauſas inueſtigatio: ita definitio vnius poteſt negari de alio, vt dicamus, bonitas Dei nõ eſt rerum per cauſas inueſtigatio. Itaque hæc propoſitio, bonitas Dei non eſt ſapientia, falſa eſt vt ſuprà; illa autem, in qua definitio ſapientiæ negatur de bonitate, eſt vera: non enim eſt ſenſus propoſitionis quòd bonitas non ſit ſapientia, ſed quòd non definiatur definitione ſapientiæ, ſicut ſuprà diximus quòd Deus non intelligit per voluntatẽ.

In Deo intellectus eſt voluntas, non tamẽ eſt facultas appetens. Probatur ex diuerſo ſenſu.

18. Cum igitur attributum cognoſcitur conceptu ſimplici, negatio falſa eſt, ſapientia non eſt iuſtitia; ſed cum conceptibus complexis ſignificatur, negatio vera eſt, verbi gratia, bonitas non eſt rerum per cauſas inueſtigatio, intellectus non

Explicatur.

Digitized by Google

eſt facultas appetendi; cum tamen hæc omnia re ipſa in Deo ſint vnũ; ſed ſenſus propoſitionis eſt diuerſus, cum negatur vnum attributũ de alio, aut cum negatur vnius definitio de alio, illa enim negatio falſa, hæc vera eſt. Hæc autem capite præcedente conſultò non diximus, quia de definitione attributorum nihil egeramus, & ne tot obſcuris doctrinam implicaremus. In hac ergo diſtinctione attributa vt cognoſcũtur cognitione cõplexa, quòd vnum de alio negatur, adhùc nõ eſt diſtinctio rerum, ſed ſola negatio in mente; ita tamen vt poſsimus dicere, Bonitas Dei non eſt inueſtigatio veritatis; ſicut dicimus, Deus non intelligit per voluntatem.

19. *In rebus creatis ad contradicentes veras requiritur diſtinctio in re. Ariſtot. S. Thom. Ariſtot.*

B Eſt ergo illud diſcrimẽ inter res creatas, & diuinas, quòd in rebus creatis, niſi diſtinctio ſit in re, non poſſunt contradicentes inueniri in re eadem, vt docet Ariſtoteles 5. Metaphyſ. text. 11. & 4. Metaphyſ. tex. 15. & S. Thomas 4. contra gentes cap. 3. & idcircò Philoſophus 1. Poſteriorum tex. 35. & 1. Phyſicorum text. 14. & 15. ait eſſentias rerum eſſe impermiſtas, quia rationes formales diſtinctæ afferunt diſtinctionem rerum. At verò in rebus diuinis ſine diſtinctione vlla, quæ in re ſit, facimus contradicentes, vt quòd Pater communicet naturam & non paternitatem, cum paternitas & natura ſit res omninò eadẽ; & rationes formales attributorum ſunt diſtinctæ, & tamẽ nulla eſt in re diſtinctio, ſed res vna ſimplicisſima: neque tamen rationes eæ permiſtæ ſunt in re eadem, quia rationes illæ formales non ſunt diſtinctæ in re, ſed in noſtro intellectu. Et facit ad hoc quod Ariſtoteles ipſe docet 3. Phyſicorũ text. 21. de ijs eſſe contradictionem quæ ratione differunt. Neque enim ſibi ipſe cõtradicit. Nam etſi in rebus creatis non ſit contradictio circa idem, ſi nomina ſignificant res vt ſunt, vt comprobatum eſt; tamen cum varietate intelligendi, & ſignificandi res eaſdem, eſt contradictio; vt agere non eſt pati, quanuis ſit res eadem, quia ſignificatur, & intelligitur diuerſis modis. Ergo multò magis in diuinis, quæ differunt ſuis rationibus formalibus, prout ſignificantur nominibus differentibus, contradictioni ſubiacent, etſi re ipſa ſint idem.

In diuinis ſufficit rationum formalium diſtinctio per intellectum. Oſtenditur 1.

Oſtenditur. 2. Ariſt.

20. Illi verò inſignitèr deſipiunt, qui putant diſtinctionem rationis concipientis ſatis eſſe ad efficiendas veras duas contradicentes, vt quòd punctum ſit principium lineæ, & non ſit principium lineæ, ſecundum quod ratione cõcipiente diſtinguitur à ſe ipſo: hoc, inquam, falſum eſt; nam cum fundamẽtum diſtinctionis rationis cõcipientis non ſignificetur nomine, ſed ſolùm ſit in concipiente, vt cũ Petrum à Petro diſtinguimus, nomẽ, Petrus, repetitum idem ſignificat; ſanè de eodẽ affirmare & negare eſt impoſsibile. Si verò diſtinctionem rationis concipientis nominibus exprimas, vt Petrus quatenùs dexter mihi, non eſt ſiniſter Paulo, iam ponis duas rationes conceptas, ſcilicèt, dextrũ & ſiniſtrum extra cõceptum Petri; propter quarũ differentiã cõtradicentia poteris verè affirmare ſecundum diuerſa. Itaque diſtinctio rationis concipientis non facit veras contradicentes, quia nõ ſignificatur ipſis nominibus ratio diſtinctionis; ſed vbi ratio cõcepta eſt diuerſa, poſſunt eſſe de re eadẽ veræ contradicentes; & ita philoſophamur in rebus diuinis. Verum eſt quòd in diſtinctione rationis concipientis accidit aliquando fallacia, ratione cuius fallaciæ dabimus contradicentes veras, vt quòd Deus generat, Deitas nõ generat, cum tamen Deus & Deitas non diſtinguantur ratione concepta, ſed concipiẽte. Hoc tamẽ prouenit ex variata ſuppoſitione, non ex diſtinctione rationis, quæ ad cõtradicẽtes affirmãdas nõ eſt ſatis.

Non tamen ſufficit diſtinctio rationis concipientis. Probatur.

In hac diſtinctione fundamentum diſtinctionis nõ ſignificatur nomine, ſed ſolũ eſt in concipiente.

In eadẽ tamen dantur contradicentes veræ ratione fallaciæ ex variata ſuppoſitione.

Reſponſio.

21. *Ad Aureolũ.*

AD argumentum Aureoli dicẽdum eſt, quòd in Deo non eſt multitudo aliqua, neque diſtinctio; eſt autem in Deo ſapientia, & iuſtitia, &c. & quòd hæc diſtinguantur, eſt rationis diſtinctio, quę eſt denominatio quædam; dicuntur enim hæc, & nominantur diſtincta, quia illa diſtincta intelligimus. Cum ergo ponimus in Deo multitudinem attributorũ; imponimus nomina rei cognitæ, vt ſapientia dicatur vnum attributum, & vna ratio; & iuſtitia aliud attributum, & alia ratio; hæc autem multitudo non eſt rerum, neque intentionum, ſed eſt multitudo obiectorum, qua res vna pluribus conceptibus obijcitur; & eſt multitudo denominationum, qua res vna dicitur, ſeu nominatur attributa plura, & rationes plures. Conceditur ergo antecedens

Multitudo attributorũ non eſt multitudo rerum, neque intentionum logicarum.

ſed obiectorũ pluribus conceptibus cognitorum, atq; denominationum.

tecedens quòd non eſt multitudo realis attributorum, neque intentionum logicarum: eſt tamen multitudo obiectorum, & rationum formalium ex parte rei cognitę. Et ideò negatur cõſequẽtia.

22. Ad Viterb.

Ad argumentum verò Iacobi Viterbienſis reſpondetur quòd craſsè admodum de Deo philoſophatur, quia non ſolùm tribuit ei diſtinctionem realẽ in eſſentia, quod ſatis refutauimus, ſed eam etiam modalem; modus autẽ rei eſt quid imperfectum. Argumẽtum verò peccat maximè, quia modũ cognoſcendi transfert in modum realem rei cognitæ; quaſi ex eo, quòd cognoſcimus Deũ pluribus cõceptibus, ſit in illo multitudo; & ex eo quòd cognoſcimus definitè, ſit ipſe definitus: negatur itaque minor propoſitio quòd modus intelligendi noſter ſequatur modum rei intellectæ, ſcilicèt Deitatis. Cõcedimus tamen quòd modus cognoſcẽdi ſequitur modũ rei, quando ſunt eiuſdem ordinis; vnũquodque enim ſecundum quod in ſe eſt in actu, eſt etiam cognoſcibile: ſed Deus in infinitum excedit noſtrum modũ cognoſcendi; quare ſe ipſe comprehendit ſimplici cognitione, ſicut & eſt ſimplex cognoſcibile; ſed noſter modus cognoſcendi, vtpotè imperfectus, non imitatur Deum prout in ſe eſt.

Modus cognoſcẽdi ſequitur modum eſſendi, quando ſunt eiuſdem ordinis.

23. Ad primum *Scoti*.

Quæ differũt definitione quidditatiua, differũt ex natura rei. Ratio.

Ad argumenta Ioannis Scoti. Ad primum reſpondetur diſtinguendo minorẽ propoſitionem; ea ſcilicèt quæ differunt definitione quidditatiua, cõcedimus differre ex natura rei, quia vnius rei vna eſt definitio, ſicut & quidditas vna. Quæ autem definiuntur non quidditatiua definitione, negamus proindè differre ex natura rei; attributa autem nõ ſic definiũtur, vt diximus. Alij reſpondent attributa non definiri definitione adæquata, quod tamen indiget rectâ explicatione tradita à nobis inter aduertenda hoc ipſo capite. Ad confirmationem reſpõdetur ſimilitèr, quòd loquitur Ariſtoteles de definitionibus adæquatis, ſiue quidditatiuis.

Ad confirm. ſimilitèr reſpond.

24. Ad ſecundum.

Sapientia vt cõmunis Deo & creaturis vt ſic, ſola ratione obiectâ diſtinguitur à iuſtitia.

Ad ſecundum reſpondetur negando antecedens; ſapientia enim vt eſt communis Deo, & rebus creatis ſola ratione obiectâ diſtinguitur à iuſtitia, & non formalitèr, aut realitèr; nam ſapientia vt ſic, non ſignificat rem diſtinctam, ſed rem quæ eſt ſapientia, ſiue ſit diſtincta à iuſtitia ſiue non ſit; & ita in illa communitate conceptus, inter ſapientiam, & iuſtitiam eſt ſola diſtinctio rationis. Si autem arguas; ergo ſapientia creata ſola ratione diſtinguitur à iuſtitia. Nulla eſt conſequentia, quoniam diſtinctio iſta rationis conuenit rebus ſecundum quod ab intellectu conſiderantur in illa communitate, vel præciſione. Sicùt ergo non valet conſequentia, Animal eſt genus; erit ergo homo genus, quia eſt animal: ita non valet, Sapiẽtia communis Deo, & rebus creatis diſtinguitur ſola ratione à iuſtitia; ergo ſapiẽtia creata diſtinguitur ſola ratione à iuſtitia. Quod ſi planioribus verbis arguas, Sapientia vt ſic, vendicat ſibi formalem diſtinctionem à iuſtitia: hoc negamus, quia ſi ex natura ſua exigeret eam diſtinctionem, etiam in Deo eſſet formalitèr diſtincta.

Non ſequitur idem dicendũ de ſapientia creata.

25.

Si verò procedas vltra; ſapientia vt ſic, diſtinguitur aliqua diſtinctione à iuſtitia, cum diſtinguatur ſaltèm ratione; & vt ſic, non diſtinguitur ſola ratione, aliàs ſapientia quoque creata ſola ratione diſtingueretur; ergo ſapientia vt ſic, diſtinctione etiam reali à iuſtitia diſtinguitur: ſi enim non ſola ratione diſtinguitur, neceſſe eſt re ipſa aliqualitèr diſtinguatur. Reſpondetur duobus modis accipi naturam aliquam vt ſic, primò vt ſic, hoc eſt, ex natura rei, & ſecundum ea, quæ ſunt rei propria, & inſita; natura, inquam, vt ſic, id eſt, vt res ſe habet ex natura ſua. Deindè verò ſumitur nonnunquam natura vt ſic, hoc eſt, vt ab intellectu conſideratur in illa communitate conceptus. Itaque nota illa, vt ſic, vel indicat modum rei, vel modum cognitionis noſtræ. Igitur priori modo ſapientia vt ſic, hoc eſt, ex natura ſua, nulla diſtinctione diſtinguitur à iuſtitia: non diſtinctione reali; nam ſi argumentum conuertas ſequeretur ſapientiam diuinam diſtingui re ipſa à iuſtitia, ſi ſapientia communis Deo vt ſic, hoc eſt, ex natura ſua, re ipſa à iuſtitia diſtingueretur: ſed neque diſtinctione rationis, quæ non conuenit rebus ex natura rei, ſed ex animaduerſione intellectus; ergo ſapientia vt ſic, id eſt, ex natura rei, nullo modo diſtinguitur à iuſtitia. Poſteriori verò modo ſapientia vt ſic, hoc eſt, vt conſideratur in illa cõmunitate, diſtinguitur ſola ratione à iuſtitia; nam in ea conſideratione eſt planiſsima diſtinctio rationis, & definitionis,

Nota illa, vt ſic, ſignificat modum cognitionis, in illa ſcilicèt communitate.

Si ſignificet modũ rei, nulla omninò eſt diſtinctio.

Digitized by Google

nis, & non eſt vlla diſtinctio realis; ergo eſt ſola rationis diſtinctio.

26\. Nulla verò eſt conſequentia, Sapientia vt ſic, hoc eſt, in illa conſideratione cõmuni diſtinguitur ſola ratione à iuſtitia; ergo ſapientia creata diſtinguitur ſola ratione à iuſtitia: ſicut non valet, Animal eſt genus; ergo quoddam animal, ſcilicèt homo, eſt genus, vt diximus. Firma tamen eſſet conſequutio, ſi in priori ſenſu argueres, Sapientia vt ſic, hoc eſt, ex natura rei diſtinguitur ſola ratione à iuſtitia; ergo ſapientia creata ſimilitèr; ſed antecedens eſt falſum: hæc ergo cõſequentia bona eſt, quia quæ inſunt rei cuipiam communi ex natura ſua, inſunt quoque ſingularibus. Quę verò rei communi conueniunt per conſiderationem intellectus, non eſt neceſſe ea ſingularibus conuenire: & ideò prior altera conſequentia reijcitur. Ad confirmationem reſpondetur quòd Deus intelligit ſe eſſe ſapientem per ſapientiam, & non per iuſtitiam, quatenùs hæc ſunt enunciabilia per noſtrum intellectũ, vt poſteà docebimus; propria verò diuinaque intelligentia intelligit quod quid ipſe eſt ſimplici intuitu, non partitis conceptibus ſapientiæ, aut iuſtitię etiam ex parte obiecti; quia diuini intuitus ſimplex eſt ratio obiecta, ſcilicèt, quòd quid eſt Deus: negamus ergo quòd illa veritas, ſcilicèt Deum eſſe ſapientem per ſapientiam, & non per iuſtitiam, oriatur aut fundetur in diuina intellectione, ſed in noſtro modo intelligendi, vt declarabimus.

Quæ inſunt rei cuipiam natura ſua, inſũt quoque particularibus. non ſic quæ inſunt per intellectũ.

Ad confirm. Deus intelligit ſe eſſe ſapientem per ſapientiã, & non per iuſtitiam, quatenùs hæc ſunt enunciabilia per noſtrum intellectum.

27\. Ad tertiũ, quicquid reſpondeat Thomas Caietan. de Ente & Eſſentia cap. 6. exiſtimans attributa includere ſe inuicẽ in ſuo conceptu: Reſpondetur tamẽ negando conſequentiam: nam ratio inter vtrumque exemplum eſt longè diuerſa; infinitus enim calor finitam habet naturam ſecundum ſpeciem qua diſtinguitur re ipſa ab albedine infinita; quia ſecundum ſpeciem vnũ excludit aliud: at verò attributa diuina pfectiones ſimplicitèr nõ eſſent, ſi ſe ſe excluderent; diſtinguũtur ergo hę pfectiones in nobis, quia ſũt finitæ; ſed remotis terminis pfectionis, ſunt vnũ & idem omninò in re ipſa. Itaq; ab albedine non poteſt cogitãdo remoueri finitas naturæ ſpecificæ; at verò à conceptu ſapientiæ, ſi remoueas habitũ, & qualitatem, & inhærentiam, omnem finitatẽ remouiſti, & adhùc ſupereſt verus conceptus ſapientiæ extra omnem naturam ſpecificam, & finitam. Ad confirmationem reſpondetur negando maiorem propoſitionem, quòd infinitas ſit modus rei; ſed eſt quædam negatio termini magnitudinis; & ita in albedine magnitudo reperitur in intenſione, quæ eſt modus rei, cuius magnitudinis infinitas non variat eſſentiam albedinis. Sed in Deitatis eſſentia, ſicut nõ eſt modꝰ realis, ſed ſola eſſentia, ita infinitas non variat modum realem; imò per hoc quod infinitas remouet terminum eſſentiæ facit vnitatem omnium attributorum in eſſentia. Prætereà, nos non negamus attributa diſtingui ratione formali etiam vt infinita ſunt, quod poſteà docebimus, & ita infinitas non variat rationem formalem.

Ad tertium. *Caietanus.* Vera reſpõſio. Calor ſecundũ modum infinitus naturã habet finitam ſecundum ſpeciem, qua diſtinguitur eſſẽtialitèr re ipſa ab albedine infinita.

At verus conceptus ſapientiæ manet extra omnẽ naturã ſpecificã, & finitam.

Ad confirm. Reſpõdetur. 1. Infinitas non eſt modus rei.

Per hoc qđ in Deo remouet terminũ, ſeu finitatem eſſentiæ, facit vnitatem omnium attributorum in eſſentia. Reſpond. 2.

Ad quartum concedimus maiorem propoſitionem, quòd rationes formales attributorum ſunt reales, ſicut ſunt attributa realia; quia hæ denominationes à re, in qua inueniuntur, reales dicuntur: itaque ſapientia res eſt, & iuſtitia res eſt, non duæ res, ſed res eadem; & concedimus minorem, quòd ſint rationes plures formales; ſed negatur conſequẽtia, quòd diſtinguantur res ipſæ formalitèr: quòd enim dicantur plures rationes pertinet ad denominationem rationis; & dicuntur hæ rationes obiectæ reales, & attributa realia ſunt definitiones reales; ſcilicèt quia ſunt circa rem aliquam, ſcilicèt ſapientiam & iuſtitiam; non tamẽ quòd ſint res plures, ſed denominationes rationis plures. Ad confirmationẽ reſpondetur, quòd ſapientia Dei vt ſic, id eſt, ex natura ſua, ſi indicetur modus rei, eſt res & eſt ipſa iuſtitia; & in eodem ſenſu ſapientia Dei vt ſic, id eſt, vt res eſt, non eſt ratio, ſed res vna, & eadem cum iuſtitia: ſed ſapientia Dei vt ſic, in alia ſignificatione indicat modũ intelligendi, hoc eſt, vt conſideratur conceptu ſapientiæ, ſub illo ſanè conceptu ſapientia eſt, non iuſtitia; quia vt ſic, ſcilicèt prout à nobis intelligitur, alia eſt ratio ſapiẽtiæ, alia iuſtitiæ. Et idcircò Heruæus quodlib. 1. q. 4. docet cum præciſione rationis formalis non prædicari vnum attributum de alio. Et in hoc maximè argumento videtur Ioannes Scotus laboraſſe, non reſpiciens ad vocem æquiuocam, vt ſic, ſcilicèt prout eſt in re, vel prout eſt intellectu. Si igitur Scotus accipit ſapientiam vt

28\. Ad quartum. Rationes formales attributorũ ſunt reales, & ſunt plures per rationem.

Ad confirm. Sapientia Dei vt ſic, id eſt, vt eſt in re ipſa, eſt res, & eſt iuſtitia. Vt ſic, id eſt, vt conſideratur conceptu ſapiẽtiæ eſt ratio ſapiẽtiæ, & non eſt iuſtitia.

Herueus.

In hoc argumento maximè laborauit *Scotus.*

Digitized by Google

vt ſic, hoc eſt, vt intelligitur à nobis negatur conſequentia; ex eo enim quòd ſapientia, vt intelligitur à nobis, non eſt iuſtitia, quia non cognoſcitur conceptu iuſtitiæ, non conſequitur quod re ipſa nõ ſit iuſtitia. Si verò accipit ſapientiam vt ſic, hoc eſt, prout in re ipſa eſt, negamus minorem, quod vt ſic non ſit iuſtitia, cũ ſit omninò res eadem.

29. Ad quintum. Ad quintum reſpondetur, quòd compoſitio, & diuiſio, in quibus inuenitur cõtradictio, eſt operatio noſtri intellectus, ſcilicèt, enunciatio affirmans vel negãs; compoſitio enim dicitur affirmatio, diuiſio verò negatio; & ideò diſtinctio obiecti, quæ eſt in intellectu, ſufficit vt ſecundum diuerſa accipiatur cõtradictio. Cum enim dicitur in aſſumpto illo quòd contradicentia non ſunt vera ſecũdum idem, intelligitur ſecundum eandem rẽ, vel ſecundum eandem rationem; v. g. homo, & animal ſecũdum rem idẽ ſunt; & tamen hæ ſunt veræ, Homo ſecundum quod homo eſt riſibilis, Homo ſecũdum quod animal non eſt riſibilis; & ad hoc ſufficit diſtinctio rationis inter hominẽ, & animal: ſic etiam ſufficit diſtinctio rationis inter miſericordiam, & iuſtitiam, vt non ſit Deus per miſericordiã iuſtus, ſed per iuſtitiam; quanuis miſericordia, & iuſtitia in Deo ſint idem.

Ad contradicẽtes veras ſolùm requiritur vt res, vel ſaltẽ ratio nõ ſit eadem.

Ad confirmationem reſpondetur explicando aſſumptũ illud, quòd contradictio eſt maxima oppoſitio; eſt enim maxima oppoſitio, id eſt, communiſsima; nam quodlibet eſt vel non eſt, quæ eſt lex contradicentium, vel affirmatio vera ſit, vel negatio; non tamen exigit oppoſitio hæc diſtinctionẽ realem inter oppoſita, ſicut aliæ oppoſitiones requirunt; ſed ſatis eſt diſtinctio rationis, vt contradicentia de re eadem affirmentur ſecũdum rationes diuerſas, vt de genere, & differentia, & de attributis diſputauimus. Quod liquet exemplo propoſito: nam homo, ſecundũ quod animal, non eſt riſibilis; ſed ſecundum quod homo, riſibilis eſt; cum tamen homo & animal res eadem ſit. Sed res eadem vt ſic, vel alitèr cognoſcitur, eſt ſubiecta contradictioni. Alitèr etiã reſpondet S. Thomas in 1. d. 5. art. 1. ad 1. quòd enim affirmatio, & negatio maximè opponũtur, ideò dici interpretatur, quia in his non indicatur aliqua conuenientia, ſicut in alijs oppoſitis. Quòd verò ait alia oppoſita includere contradictoria, & aliquid addere, ſignificat contradictoria eſſe oppoſita magis communia, vt diſputauimus.

Ad confirm. Contradictio dicitur oppoſitio maxima. Primò, id eſt, cõmuniſsima.

S. Thom. Secundò, quia in cõtradictorijs non indicatur aliqua cõuenĩetia, ſicut in aliis oppoſitis.

Ad ſextum reſpondetur, quòd intellectus, & voluntas in Deo cum intellectione, & dilectione comparata, nõ ſunt potentiæ, ſeu virtutes operatrices, vt potentia importat relationẽ principij realis, quia non diſtinguuntur ab ipſis operationibus; ſed ſolum ſunt potẽtiæ noſtro modo quodam intelligendi; nõ enim poſſumus concipere quòd Deus intelligat, niſi intellectu ſuo; & ideò intellectũ, & intellectionem ratione diſtinguimus, vt docet S. Thom. 1. p. q. 41. art. 4. Itaq; non ſunt potentiæ reales, ſeu virtutes operandi à quibus emanet realis operatio; oporteret enim operationem eſſe re ipſa diſtinctam à potentia, à qua emanaret. Sicut ergo hæ potentiæ non diſtinguuntur à ſuis actionibus; ita neque per eas inter ſe diſtinguuntur etiam ex natura rei, ſed ſunt omninò idem. Ad hoc autem quod eis aſsignemus proprias operationes, & obiecta, ſufficit diſtinctio rationis, quam dicimus formalitèr eminẽtem. Et ſimilitèr vt Deus intelligat malum, non tamen velit malum; quia alitèr comparamus intellectum diuinum cum malo, & alitèr voluntatem; malum enim intelligere malum non eſt, imò bonum eſt; velle autem malum, eſt malum. Tota ergo diſtinctio iſtarum potentiarum inter ſe, proficiſcitur à conſideratione noſtra, & à noſtro modo cogitandi: negatur ergo conſequentia quòd ex iſto ordine potentiarum ad obiecta ſic explicato ſequatur realis diſtinctio, aut formalis illarum inter ſe. 30. Ad ſextum.

Idem.

Sicut intellectus & voluntas in Deo nõ diſtinguũtur à ſuis actionibus; ita neque per eas diſtinguuntur inter ſe etiã ex natura rei.

Ad confirmationẽ reſpondetur, quòd licet prima veritas, vt veritas eſt, ſit quidpiam reale: & ſimilitèr prima bonitas, de qua re lib. 3. nonnihil dicemus: Dicẽdum tamen eſt ante operationem intellectus non eſſe diſtincta: quia ſicut operatio intellectus diuini non diſtinguitur ab operatione voluntatis, ita neque obiectum ab obiecto eſt opus diſtingui; & idcircò etſi concedamus obiectum antecedere operationem, non conficitur argumento, vt antecedat diſtinctum; ſed hoc erat potiùs probãdum. Deindè etiã vbi operationes ſunt diſtinctę obiectum eſt formalitèr idem, vt accidit in rebus creatis; nam intelligimus, & amamus in communi ens, & in ſingulari hoc ens. 31.

Prima veritas vt veritas eſt, & ſimilitèr prima bonitas, ante operationẽ intellectus nõ diſtinguũtur.

Etiã vbi operationes ſũt diſtinctę obiectũ eſt formalitèr idem.

verum autem & bonum ſunt rationes obiecti, quæ ſunt ſaltem in aliquibus relationes rationis. Deniq; negandum eſt, obiectum in Deo antecedere operationem prioritate aliqua naturæ; quare nõ conſequitur vt propter iſtam antecedẽtiam diſtinguãtur obiecta ex natura rei.

Obiectum in Deo non antecedit operationem prioritate aliqua naturæ.

32. *Ad ſeptimum. Cognitio Dei ſolum noſtro modo intelligendi ſupponitur ad volũtatis operationem.*

Ad ſeptimum reſpondetur per eadẽ, quòd cognitio Dei ſupponitur ad volũtatis operationem noſtro modo intelligendi qui hæc diſtinguit; non tamen in ipſa rei natura poteſt cogitari quòd vna actio alteram anticipet, cum non ſit vna & altera re ipſa diſtincta, ſed vna omninò res. Et ita negatur antecedens, quòd intellectus diuinus antecedat ordine naturæ voluntatem, ſed ſolùm ordine cognitionis noſtræ.

33. *Ad octauum. Quorundam reſponſio.*

Ad octauum quidam reſpondent intellectum, & voluntatem diuinã diſtingui formalitèr eminentèr; & quia (inquiũt) iſta diſtinctio eminens cõtinet formalem, ita idonea eſt ad diſtinguendas proceſsiones diuinas, ac ſi eſſet formalis realis diſtinctio. Sed hæc ſolutio nõ placet; nam quoad cætera quidèm eminentia intellectus diuini in cauſa eſt vt ita intelligat Deus per intellectum, ac ſi intellectus eſſet à voluntate diſtinctus, quę eſt Theologorum doctrina; ſed diſtinguere proceſsiones non poteſt ita ac ſi eſſet diſtinctus; diſtinctio enim iſta eminens non continet actu formalẽ, vt poſſit præſtare quod præſtat formalis: ſicut intellectus diuinus, etſi nõ ſit diſtinctus, eſt tamen verè & formaliter intellectus re ipſa; diſtinctio verò eminentèr formalis, re ipſa non eſt formalis, neque illa diſtinctio eſt omninò in re, ſed in ſolo intellectu, in quo non poteſt eſſe cauſa realis diſtinctionis. Reſpondetur igitur quòd proceſsiones diuinæ non ideò diſtinguuntur reali diſtinctione, quia accipiuntur à diuerſis potentijs, ſcilicèt intellectu, & voluntate; ſed ideò quia ſunt ordinatæ, ita vt ſecunda proceſsio ordine naturæ ſupponat primam, vt docet S. Thomas 1. p. q. 27. art. 4. ad 1. & libro 2. explicabimus. Illud verò Ariſtotelicum aſſertum, quòd vnum non eſt aptum facere niſi vnum, veriſsimum eſt quòd ab vno ſemper procedit vnum ſecundum ſpeciem, ſi cauſa eſt vniuoca & perfecta; ſed non ſemper vnum ſecundum proprietatem; verbi gratia, ab homine ſemper homo gignitur ſecundum eſſentiam,

Improbatur.

Diſtinctio formalis eminentèr non continet actu formalem, vt poſſit præſtare, quod præſtat formalis.

Vera reſpõſio.

Proceſsiones diuinę ideò diſtinguuntur, quia ſunt ordinatæ, ita vt ſecunda proceſſio ſupponat primam.

S. Thom.

Ariſt.

Vnum nõ eſt aptum facere niſi vnum, intellige, ſecundum ſpeciem, ſi cauſa eſt vniuoca, & perfecta, non verò ſecũdum proprietatem.

A ſed alius & alius ſecundum proprietates indiuiduas, quod pertinet ad ſingularia: ſic etiam in vtraque proceſsione diuina, ſicut eadem eſſentia eſt principium formale, ita vterque procedens eſt Deus; quòd autem alius ſit Filius, alius Spiritus Sanctus; & ille genitus, hic ſpiratus, pertinet ad proprietates perſonales diuerſas, non ad diuerſam eſſentiam, vt infrà videbimus. Itaque ad minorem propoſitionem reſpõdetur, quòd diſtinctio terminorum eſſentialis ſumitur à principijs, vt calidum & frigidum, à calido & frigido; ſed diſtinctio indiuidua ſumitur à materia. At verò in diuina proceſsione terminus formalis eſt idem eſſentialiter in vtraque: B perſona autem eſt terminus ad quem eſt proceſsio; & diſtinctio perſonæ ab ordine proceſsionum, & ab ipſis proprietatibus perſonalibus ſumitur. De qua re diſputabimus lib. 2. ad finem.

34. *Ad nonum. Secundum noſtram intelligentiam natiuitas, ſeu proceſsio Verbi, non eſt ipſa dilectio eſſentialis.*

Ad nonum reſpondetur negando antecedens, quòd ſecundum noſtram intelligentiam natiuitas Verbi diuini ſit ipſa intellectio eſſentialis; noſtro enim modo intelligendi origo non eſt operatio eſſentialis diuina, vt lib. 2. explicabimus, licet re ipſa ſit idem. Sed tunc non C ſequitur, Natiuitas eſt intellectio, & proceſsio Spiritus Sancti eſt dilectio; ergo intellectio, & dilectio diſtinguũtur re ipſa, ſicut natiuitas & proceſsio: eſſet enim cõſequens quòd intellectio & dilectio diuina eſſent ſimplicitèr res duæ, ſicut ſunt res duæ natiuitas & proceſsio. Reſpondetur ergo negando conſequẽtiam quia ex diſtinctione proceſsionum colligitur diſtinctio operationum eſſentialium; eſt enim eſſentia vna, proceſsiones diſtinctæ.

Ex diſtinctione proceſsionum non rectè colligitur diſtinctio operationum eſſentialium.

35. *Ad vltimum. Inter Deum & Deitatẽ eſt ſolùm diſtinctio rationis concipientis. Ratio.*

Ad vltimum reſpondetur concedendo maiorem propoſitionem, quòd inter diuina attributa eſt maior diſtinctio, quã D inter Deum & Deitatem; maior, inquam, intra genus diſtinctionis rationis. Sed negatur minor, quòd Deus & Deitas diſtinguantur ex obiecto cognito; quia in vtroque conceptu Deitas eſt obiectum; ſed ſolùm ex modo apprehendẽdi concretè, aut abſtractè, & eſt diſtinctio rationis concipientis; neque ſatis eſt ad contradicentes affirmandas iſta diſtinctio, niſi aliundè ſit alius defectus Dialecticus, quia variatur ſuppoſitio, vt in notationibus docuimus.

Aduerten-

Digitized by Google

36. Tamen ſubſiſtens & forma ſubſiſtentis, vt his nominib' ſignificantur, ſunt duæ rationes obiectæ diſtinctæ.

Aduertendum tamen eſt quòd ſubſiſtens & forma ſubſiſtentis, vt his nominibus ſignificantur, ſunt duæ rationes obiectæ duobus conceptibus ſpecie diſtinctis apprehenſæ: ſed non has duas rationes apprehendimus, cum concipimus Deum concretè, & Deitatem abſtractè, his nominibus Deus, & Deitas; ſed ſolùm in modo apprehendendi eſt diuerſitas, quia ſubſiſtentia ſolemus concipere concretè vt Deum; formas autem abſtractè vt Deitatem; ergo in ſolo modo concipiendi ſunt diuerſa hæc nomina, Deus & Deitas: ſed modus hic diuerſus ſignificandi ſufficit vt dicatur Deus verè generare, & Deitas dicatur verè non generare, vt libro quinto explicabimus, propter diuerſam ſuppoſitionem.

CAPVT XXXIII.

Eſſentia claudit in ſe attributa, ſed vnū attributum non claudit aliud in ſuo conceptu.

Pars prima. *Eſſentia diuina claudit ſuo conceptu attributa.*

Pars ſecunda. *Vnum attributum diuinū non claudit aliud ſuo conceptu.*

PARS PRIMA.

Eſſentia diuina claudit ſuo conceptu attributa.

1\. In toto hoc capite ſermo eſt de attributis, prout à nobis concipiuntur.

DIſputatio hæc in myſterio Trinitatis vtiliſsima eſt, vt vſus ipſe oſtendit. Et illud admonitum ſemel eſſe volumus, nos toto hoc capite non loqui de attributis prout in Deo ſunt, quia vna eſt omnium ratio formalis (ſi ita loqui placet) ſcilicèt quod quid eſt Dei; ſed loquimur de eis prout à nobis concipiuntur, quo pacto eſſe plures rationes formales attributorum ſuperiùs diſputauimus. Diximus etiam attributa diſtingui inter ſe propter diuerſam abſtractionē formalem noſtri intellectus: eſt enim duplex abſtractio; alia vniuerſalis, qua id quod commune eſt conſideramus abſq; ſingulorum differentijs; alia verò dicitur abſtractio formalis, qua formam conſideramus abſque ſubiecto, id eſt, non cōſiderando ſubiectū, ſed cogitatione præciſa forma ſola concipitur; & ferè ſimili abſtractione apprehendimus ſingula at-

Duplex eſt abſtractio, alia vniuerſalis, alia formalis.

A tributa diſtinctè, ac ſeorſùm non abſtrahendo formam à ſubiecto, ſed quaſi formam à forma; quia quamuis omnia attributa ſint forma eadem, apprehendimus tamen ea vt formas diſtinctas, & ſingula præciſa ab alijs. De quo abſtractionis genere lib. 3. accuratiùs diſſeremus.

2\. Senſus quæſtionis.

Eſt ergo is ſenſus quæſtionis, Vtrùm attributa ſic abſtracta contineantur in cōceptu diuinæ eſſentiæ? A qua quæſtione ordiendum nobis eſt. Et quidē quòd diuina eſſentia in ratione propria, & formali contineat attributa, extra ſcholam Ioannis Scoti nullus priſcorum Doctorum eſt qui ambigat: ſicut enim eſſentia B hominis cōtinet actu omnia eſſentialia; ita & diuina eſſentia ſua attributa, quæ eſſentialia ſunt, & extra eſſentiam non poſſunt cogitari. Et ita probè dicimus Deum eſſe per eſſentiam iuſtum, ſapientem, &c. quia ſcilicèt ipſa eſſentia continet hæc attributa. Sed non dicimus Deū eſſe Deum per ſapientiam, aut iuſtitiam, quia Deitas non continetur in definitiōne iſtorum attributorum.

Deus eſt per eſſentiam ſapiens. Non tamen eſt per ſapientiam Deus.

3\. Torres.

Bartholomæus Torres q. 28. art. 2. videtur innuere eſſentiam eſſe commune C prædicatum de attributis, ſicut ens de omni ente; & ita continere attributa in quadam communitate entis, quod fortè accepit à S. Thoma d. 33. q. 1. art. 1. ad 5. ibi enim ait ſcientiam & ſubſtantiam in Deo ſic ſe habere, vt ſpeciem & genus; relationem autem & ſubſtātiam, vt duo genera. Nos verò aſſerimus attributa cōtineri in diuina eſſentia, vt partes definitionis in definito: ſi quis enim conceptum huius infinitæ eſſentiæ voluerit humano more explicare, non alitèr id faciet quàm per attributorum enumerationem; Deum enim ex his perfectionibus nobis notis maximè cognoſcim'. Et ſicut partes definitionis actu continentur in definito, ita attributa in eſſen- D tia. Id verò quod eſt prædicatione commune continet partes ſubiectas in potentia, & eſt prædicatum formale, & vniuerſale: eſſentia autem non continet attributa in potentia; & non eſt attributorum prędicatum vniuerſale; ſed ſubiectū ſingulare. Non ergo continet attributa, vt totum vniuerſale, ſed vt totum definibile.

S. Thom.

Eſſentia diuina continet attributa non in potentia, ſed actu, nec vt totum vniuerſale, ſed vt totū definibile.

4\. S. Thomas explicatur.

Si verò objcias ſententiam S. Thomę loco cōmemorato. Reſpōdetur S. Thomam

mam loqui de ſubſtantiis, vt eſt communis Deo & nobis; ait enim quòd ſcientia in Deo remouet genus qualitatis, & reuocatur in genus ſubſtantiæ; vt Patres docent omnia in Deo ad ſubſtantiam reuocari, quia alias genera accidentium non poſſunt Deo conuenire: ſcientia ergo diuina comparata cum ſubſtantia cõmuni, quæ continet creatam & increatam, habet ſe vt differentia, ſiue ſpecies.

5\. Sed obſeruandum eſt, eſſentiam diuinam poſſe intelligi à nobis duobus modis.

Aduertendũ.

Primò, vt totum definibile continẽs actu quidem, ſed confuſo conceptu omnia attributa: ſecundo verò modo conceptu duntaxat eſſentiæ, prout eſſentia eſt id quod habet eſſe, & per modum quo intelligimus creatam eſſentiam, cui attribuimus perfectiones conſequẽtes; qua definitione eſſentia diuina poteſt definiri quòd ſit primum ens, increatũ, immutabile, &c. ita vt ſit quaſi ſubiectũ attributionis, cui tribuendæ ſint cæteræ perfectiones, quaſi conſequentes; quo pacto ſuprà docuimus attributa conſequi naturam diuinam. Priori modo attributa continentur in conceptu confuſo diuinæ eſſentiæ: ſecundo modo non continẽtur in conceptu aut ratione formali eſſentiæ; ſed potiùs conſequuntur eſſentiam quaſi radicem, & rationẽ primã, vnde noſtro modo intelligendi prodeunt. Quod conſentaneum eſt doctrinę S. Thomæ, & Patrum aſſerentium diuina attributa circumſtare naturam; quos anteà commemorauimus.

Eſſentia verò hoc modo accepta cõtinet attributa in conceptu confuſo, ſecus ſi ſumatur præciſè.

6\. Vnus nobis obſtat Ioannes Scotus, qui non ſolùm attributa diſtinguit inter ſe formalitèr, ſed ab eſſentia diuina illa quoque ſecernit formali diſtinctione in 1. d. 8. q. 2. & 4. & in quodlibet. q. 1. & 6. Quo fit vt etſi hanc diſtinctionẽ formalem interpretemur non eſſe realem diſtinctionem, aſſerendum tamen ſit cum Scoto attributa non claudi in ratione formali eſſentiæ: quæ eſt certa eius ſententia: ea enim quæ formalitèr diſtinguuntur, rationibus formalibus ſunt diſcreta. Et idcircò in quodlibet. 1. differit, naturam diuinam eſſe infinitam infinitate quadam primaria, in qua quaſi in radice continentur attributa, non verò formalitèr.

Scoti certa ſententia attributa non claudi in ratione formali eſſentiæ.

Ex quibus colligunt ſectatores Scoti, diuina attributa eſſe extra eſſentiam diuinam formalitèr; & Deum Optimum vt ſic, non eſſe ſapientem; & quòd diuina ſapientia vt ſic, neque eſt Deus, neque creatura; & quòd Deitas non eſt formalitèr ſapientia; & quòd attributa non ſunt eſſentialia.

Impugnatur 1. Pronunciata quædam falſa, quæ ex hac ſententia ſectatores Scoti colliguntur.

7\. Hæc tamẽ omnia pronunciata & ſingula, ita ſunt ſincerę doctrinę contraria, vt nulla alia maiora argumẽta optemus contra opinionem Ioannis Scoti, quàm eas falſas ſentẽtias ex errore illius collectas. Nam etſi nobiſcum conſentiant nullam eſſe omninò realem diſtinctionẽ inter attributa, & eſſentiam; adhuc in eo quòd extrahunt attributa à formali ratione eſſentiæ, peſſimè errant. Impium enim eſt cogitare Deum vt Deus eſt, nõ ſapientem, & ſimilia quæ conſequuntur. Audent enim dicere, cognita diuina eſſentia quidditatiuè, adhuc non intelligi Deum ſapientem, quaſi ſapientia Deo ſit accidens, vt & nobis.

Audent dicere cognita diuina eſſẽtia quidditatiuè adhuc non intelligi Deum ſapientem, &c.

Ex quo ſequitur quòd ſapientia Deo ſit accidens, ſicut & nobis.

8\. Reſpõdent propoſita diſtinctione ab Scoto excogitata in 1. d. 2. & lib. 1. Elẽchorum q. 44. accidentale eſſe duplex, ſcilicèt aliud quod eſt extra eſſentiam, hoc eſt, extra rationem formalẽ; & aliud quod aduenit enti completo, quod eidẽ inhæret. Primo modo ea quæ non continentur in definitione eſſentiæ diuinæ, accidentia ſunt: quare attributa hac ſignificatione licebit vocare accidentia. Imò & poſteriori modo accidentia eſſe cõprobabimus. Nam noſtro ſaltèm intelligendi modo ita adueniunt eſſentiæ, vt in ipſa non claudantur actu, ſed ſint extra definitionem eius: ſed eſſentia eſt ens actu exiſtens & completum; ergo attributa, quæ adueniunt, non poſſunt intelligi niſi per modum accidentis. Explicatur argumentum, nam ſapientia diuina, vt ſapientia hæc eſt, intelligitur, vt aiunt, verè extra eſſentiam entis completi; ergo ex propria ratione ſua aduenit enti completo, & eſt accidens. Confirmatur, quoniam ſapientia hæc vt ſic, vel eſt ſubſtantia vel accidens; quod ſi non accidens, ſubſtantia certè eſt, & ſubſtantia non creata, ſed diuina: ſed vt ſic non eſt diuina eſſentia, ſed extra eſſentiam, vt concedunt; ergo in Deo non eſt idem eſſentia & ſubſtantia, quod neque cogitari poteſt.

Reſponſio refellitur.

Ex ſententia Scoti ſequitur attributa eſſe accidẽtalia, tũ quia extra rationem formalem eſſentiæ, tum etiã quia enti completo adueniunt per modum accidentis.

Confirmatur 1. impugnatio.

9\. Prætereà Deus vt ſic, eſt infinitè perfectus; ergo eſt ſapiens, & iuſtus, &c. hæc enim ſunt perfectiones maximę. Reſpõdent, Deum vt ſic, eſſe infinitum radicalitèr, non formalitèr. Cõtra hoc arguitur euiden-

Impugnatur 2. ex infinita perfectione Dei vt ſic.

Reſponſio.

Refutatur.

Digitized by Google

euidentiſsima ratione; Si Deus non haberet ſapientiam formalitèr, ita vt re ipſa in Deo Optimo nulla eſſet formalitèr ſapientia, nec iuſtitia, &c. proculdubio eſſet imperfectiſsimum ens, vt lapis, aut Leo, in quibus non ſunt iſtæ perfectiones; ſed per iſtos auctores hæ perfectiones non ſunt formalitèr in diuina eſſentia, ſed tantùm radicalitèr; ergo eſſentia diuina, vt eſſentia eſt, non eſt omninò perfecta; quod eſt blaſphæmum & impiũ permittere. Quo argumento non ſolùm concludimus eſſentiam diuinam, & ſapientiam, re ipſa eſſe idem; ſed prætereà comprobamus in cõceptu diuinæ eſſentiæ contineri ſapientiam, & cætera attributa, ſiquidèm ipſa eſſentia ex propria ratione formali eſt infinitè perfecta.

Confirmatur 2. impugnatio ex definitione Deitatis. Cõfirmatur ex definitione Deitatis probè traditæ à S. Anſelmo, quòd ſit Deus illud quo melius cogitari non poteſt; ergo in ipſius optimi ratione cogitamus omnes perfectiones attributorum.

Reſponſio. Reſpondent, idcircò non cogitari attributa in propria definitione Deitatis, quia repugnat ita cogitari.

Refellitur. 1. Sed ſi hi auctores nõ poſſunt ita cogitare, permittant nobis cogitare in Optimo Deo omnem perfectionem, & omne bonum. Quid autem prohibet, ſicut in homine cogitamus plura quæ differunt actu etiam, vt ſenſitiuũ & rationale, & vtrumque eſt eſſentiale, quia eſt eſſentia compoſita, quominùs in diuina eſſentia cogitemus plura actu, nõ re ipſa diſtincta, ſed ratione formali?

Refellitur. 2. Imò Deo Optimo neque impoſsibile quid poteſt melius cogitari: ergo idquod eſt melius cæteris, impoſsibile non eſt, ſed eſt ipſiſsimus Deus verus.

10. Impugnatur 3. Illud autem erratum deterrimum eſt, quòd dicant diuinam ſapientiam vt ſic, neque eſſe Deum, neque creaturã. Quid enim poteſt exiſtere quod non ſit creatum, niſi Deus ipſe increatus? Et quidẽ diuina relatio vt ſic, hoc eſt, vt diſtincta ratione formali noſtro duntaxat modo intelligendi, non eſt Deitas, ſed relatio: eſt tamen increata, quia exiſtit per exiſtentiam increatam. Attributa autem ſi extra rationem eſſentiæ conſiderentur, quam habebunt exiſtẽtiam? Si habeant exiſtentiam extra eſſentiam diuinam, & illam increatam, eorum quoque eſſentia increata eſt; quod enim exiſtit eſſentia eſt: & ita arguendo, vnumquodque attributum erit increata eſſentia, extra eſſẽ- A tiam diuinam conſiderata; quare ſicut concedunt eſſe multa attributa actu & formalitèr diſtincta, conceſſuri quoque ſunt eſſe multas eſſentias increatas actu & formalitèr diſtinctas; nam vel ex modo intelligendi hoc conſequitur; ſicut enim id quod eſt extra rationẽ alterius, eſt ſaltem ratio altera: ita quod eſt extra totam rationem eſſentiæ, eſt eſſentia altera ſaltem ratione diſtincta. Et ita meditabimur Deum vt habẽtem plures eſſentias actu diſtinctas. Quid autem ex pluribus eſſentijs compoſitum, niſi per accidens? *Id quod eſt extra totam rationem eſſentię eſt eſſentia altera, ſaltem ratione diſtincta.*

11. B Iam verò ex his pluribus quid tandẽ vnum conſtituant, nunquam hi auctores diſpexerunt. Nam ex pluribus ſaltem cogitatione copulatis, vnum quid oportet confici aut conſtitui; non vnam eſſentiam, quia aiunt attributa eſſe extra eſſentiam; non vnum vnitate ſubiecti, quia eſſet ens per accidens; non vnum ſuppoſitum, quia eſsẽtia ſimul cum attributis vt ſic, non eſt ſuppoſitum, vt fides docet. *Nullo modo vnum cum eſſentia conſtituit.* Quid ergo tandem vnum? Dicendũ igitur eſt neceſſariò, quòd etſi attributa diſtinguantur inter ſe rationibus formalibus, comprehenduntur tamen in ratione C formali diuinæ eſſentiæ, quaſi partes definitionis, vt diximus. *Etſi attributa diſtinguantur inter ſe rationibus formalibus cõprehenduntur tamen in ratione formali diuinę eſſentię quaſi partes definitionis.* Quodſi ne cogitando licet attributa diuidere ab eſſentia, valdè perſpicuus eſt error Ioannis Scoti credentis illa diſtingui ab eſſentia actu formalitèr ex natura rei ante operationem intellectus; quod ſine diſtinctione aliquatenùs reali non ſatis explicatur.

12. Obiectio. Sed cõtra hoc occurrit dubium. Nos enim docuimus eſſentiam poſſe conſiderari vt diſtinctam ratione formali ab attributis; qua conſideratione non continet formalitèr attributa; ergo vel argumenta poſita nihil efficiunt, vel hanc partẽ noſtræ opinionis infringunt.

Reſpondetur. Reſpondendum eſt nos cautiſsimè in re iſta D loqui; primò, quia de re ipſa diſputando, affirmamus Deum, vt Deus eſt, eſſe formalitèr & eſſentialitèr iuſtum, ſapientẽ, &c. Deindè noſtro etiam modo intelligendi dicimus Deum, vt Deus eſt, hoc eſt, ſub ratione formali quidditatiua Deitatis, eſſe ſapientem, &c. quia aimus in ipſo conceptu Deitatis contineri attributa.

13. Etiam cũ Deitatẽ cogitatione ſeparamus. Tertiò etiam cum diſtinguimus eſſentiam ab attributis, affirmamus Deum vt Deus

ab attributis, Deus vt Deus, eſt formaliter & eſſentialitèr ſapiens. Probatur.

Deus eſt eſſe formalitèr & eſſentialitèr ſapientem. Et quidèm quòd Deus hac etiam præciſione cognitus ſit dicendus ſapiens, non eſt dubium, quia prædicatũ quod conuenit ſubiecto per ſe & neceſſariò, cõuenit eidem cum reduplicatione ſubiecti; verbi gratia, homo vt homo eſt, nõ ſolùm eſt rationalis, ſed etiam riſibilis; quia riſibile conuenit homini non ſolùm in indiuiduo, ſed etiam ſecundũ ſe præciſo cogitatione à quocũque alio, vt rectè S. Thomas in 3. d. 10. q. 1. art. 1. & 3. p. q. 16. art. 10. in argumento 3. Et confirmatur ſententia Ariſtotelis 5. Metaphyſ. tex. 28. dicentis idem eſſe de aliquo per ſe dici, & dici de eo ſecundum quod ipſum eſt; ergo homo ſecundum quod homo eſt riſibilis, ſiquidem eſt per ſe riſibilis. Cum igitur Deo quomodocunque cognito conueniat per ſe eſſe ſapientem, negandum non eſt Deum, vt Deus eſt, ſapientem eſſe. Si enim riſibile quod eſt diſtincta res ab homine, dicitur de homine vt homo eſt; moltò potiùs, etſi cogitatione ſeparemus ſapientiam à Deitate, Deus vt Deus eſt, dicendus eſt ſapiens.

Prædicatum quod cõuenit ſubiecto per ſe & neceſſariò cõuenit eidẽ cũ reduplicatione ſubiecti.

S. Thom.

Ariſtot.

Riſibile quod eſt diſtincta res ab homine dicitur de homine, vt homo eſt.

14\. In huiuſmodi propoſitionibus, dictionis reduplicantis duplex ſenſus verificatur. Prim⁹ cauſalis.

Et vt hæc ſtudioſiùs expendantur, aduertendum eſt, quod ſi dictionem reduplicantem accipiamus in ſenſu cauſali, optimè explicatur per aliam dictionem explicantem cauſam; verbi gratia, homo vt homo, eſt riſibilis, explicatur, homo quia homo eſt riſibilis. Quo ſenſu Deus quomodocunque cognitus, vt Deus eſt, ſapiẽs eſt; quia ſic explicatur, Deus quia Deus, eſt ſapiens; quod Ioannes Scotus concedit affirmans eſſentiam diuinam eſſe radicem attributorũ. Si verò dictio reduplicans ſumatur in ſenſu ſpecificatiuo (vt aiunt Dialectici) magis eſt amplus loquẽdi modus, quia indicatur prędicatum conuenire ſubiecto ſic cognito abſolutè, & non ſub aliqua ratione cauſali. Quem ſenſum videtur expreſſiſſe S. Thom. q. 1. de malo art. 2. ad 2. dum ait notam reduplicantem aliquando nõ indicare cauſam, ſed concomitantiam. Ergo etiam in hoc ſenſu dicendum eſt Deum, vt Deus eſt, eſſe ſapientem. Ea autem prædicatiõ formalis eſt, vt liquet, cum prędicatum intelligamus quaſi perfectionem ſubiecti per modum formæ.

Secundus ſpecificatiuus indicans conuenientiam, & cõnexionem.

S. Thom.

15\. Eſſentia, Deitatis, & attributorum ſemper eadem, licet ratio formalis cogitetur diuerſa.

Quòd autem ſit eſſentialis comprobatur, quia per ſubiectum, & prædicatũ ſignificatur eademmet eſſentia; falluntur enim qui putant idem eſſe eſſentiam & rationem formalem rei; nam nomen, eſſentia, ſignificat rem ipſam; nomen autem, ratio formalis, ſignificat relationẽ obiecti, vt anteà docuimus: quare etſi eſſentiam diuinam cogitando ſeparemus ab attributis, ita vt vnum non includatur in ratione formali alterius, adhùc tamen prædicatur vnum de altero eſſentialitèr, quia eſt eadem eſſentia.

16\. In ſenſu minùs proprio reduplicatio cadit in ipſã rationem formalem rei cognitæ, eamque indicat.

Nihilominùs in ſenſu aliquo minùs vſitato & minùs proprio, poſſet quis cõtendere Deum, vt Deus eſt, hoc eſt, vt eſt eſſentia præciſa cogitatione ab attributis, non eſſe ſapientem, hoc eſt, non intelligi vt ſapientem. Aduertẽdum enim eſt, quod dictio reduplicans aliquandò indicat rem quampiam nõ ſolùm ſic cogitatam, ſed ipſam rationem formalem rei cognitæ, vt reduplicatio incidat in ipſam rationem cognoſcendi; quo pacto aiunt hominem, vt homo eſt, non eſſe riſibilem, quia etſi homo etiam cum præciſione cognitus ſit riſibilis, vt diximus; tamen ipſa ratione formali qua homo eſt, non eſt riſibilis, ſed eſt animal rationale: quo ſenſu reduplicatio videtur indicare cauſam formalem, ſiue formalem rationem cauſalem inter ſubiectum, & prædicatum; nihilq; poteſt prædicari de ſubiecto quod non contineatur in ratione formali illius; igitur ſi diſtinguamus rationem formalem diuinæ eſſentiæ ab attributis, de Deo vt ſic cognito non poteſt prædicari ſapiẽs, aut iuſtus, &c. quia in illa pręciſione cogitandi attributa, nõ continentur in ratione formali diuinæ eſſentiæ; ſed prædicabitur de Deo vt ſic, quod ſit ens increatum, æternum, &c. quę pertinent ad propriam rationem eſſentiæ ſecluſis attributis. Et quoniã hæc diſtinctio rationum formalium magis indicatur nominibus abſtractis, concedimus iſtam propoſitionẽ, Deitas vt Deitas eſt, ſiue vt natura diuina eſt (hęc enim ſunt ſynonima) præciſa ab attributis, nõ eſt ſapiẽtia; quia ſignificatur quòd ratio vnius nõ ſit ratio alterius; ſicut dicimus ſapientiam vt ſapientiam non eſſe iuſtitiam. Cautiùs tamen loquemur repetentes reduplicationem in prædicato, hoc pacto, Deitas vt ſic diſtincta, non eſt ſapientia vt ſapientia; ſicut ſapientia vt ſapientia, non eſt iuſtitia vt iuſtitia. Quo pacto non eſt aliquod incommodum vt attributa negemus de eſſentia diuina nõ abſolu-

Homo ratione formali qua homo eſt, non eſt riſibilis.

In ratione formali diuinæ eſſentiæ præciſæ ab attributis non continentur attributa.

17\. Hæc eſt concedenda, Deitas vt Deitas eſt præciſa ab attributis, nõ eſt ſapientia: ſeu cautiùs, nõ eſt ſapientia vt ſapientia.

Digitized by Google

abſolutè cognita, vt includit ipſa attributa; ſed præciſa per cogitationem ab attributis; nominibus tamen abſtractis, quibus indicatur rationē vnius non eſſe rationem alterius. Sed in concretis propoſitio illa, Deus vt Deus non eſt ſapiēs, non eſt concedenda, ſed potiùs explicāda; ſcilicèt, quòd Deus ratione formali præciſa ab attributis, non intelligatur vt ſapiens. Iſta autem præciſione excluſa, omninò confitendum eſt, in ipſa ratione formali diuinæ eſſentiæ includi attributa omnia, Deumque, vt Deus eſt, ſapientem eſſe, tam in ſenſu reduplicatiuo, quā ſpecificatiuo.

In concretis hæc, Deus vt Deus, non eſt ſapiens, nō eſt concededa, ſed explicanda.

Confirmatio.

17. S. Dionyſ.

QVòd eſſentia diuina contineat in ſe omnia attributa teſtatur S. Dionyſius cap. 1. de diuinis nominibus his verbis, *Quia diuinitas omnia ſimplicitèr & incircumſcriptè in ſe ipſa exiſtentia præaccipit, ex diuerſis conuenientèr laudatur & nominatur.* Diuinitas ipſa eſſentia diuina eſt, quæ omnes perfectiones in rebus inuentas in ſuo conceptu implicito continet; & ita dum laudatur & nominatur ex diuerſis, proprius conceptus diuinæ eſſentiæ explicatur. Et S. Greg. Nazianz. oratione 5. Theologiæ cum S. Ioanne Damaſc. diuinam eſſentiam meditatur vt pelagus infinitū continens omnem perfectionem. Et hoc idē confirmant Patres anteà commemorati ſimplicitatem diuinæ eſſentiæ explicantes. Quæ eſt aperta ſententia S. Thomæ de Potentia q. 7. art. 5. qua diſputatione nihil aliud agit, quàm vt oſtendat nomina diuina ſignificare ipſam ſubſtantiam, & eſſentiam diuinam; quia ſcilicèt, ſingula attributa indicant eādem eſſentiā, ſub alia & alia ratione formali. Et opuſcul. 44. art. 2. ad 3. docet attributa prædicari de Deo in quæſtione quid eſt. Et 1. p. q. 6. art. 3. Deo eſſentialitèr conuenire ait eſſe ſapientem; quod idem docet q. 27. art. 2. ad 3. & alijs in locis.

Nazianz. Damaſcen. S. Thom.

Singula attributa indicant eandem eſſentiam ſub alia, & alia ratione formali.

PARS POSTERIOR.

Vnum attributum diuinum non claudit aliud ſuo conceptu.

1. VT autem attributa ab eſſentia mētis præciſione diſcernamus aduertendum eſt, illa contineri in eſſentia, non autem continere eſſentiā: quia ſunt partes definiti, quaſi differentia, non quaſi

A genus; & ita abſtrahuntur ab eſſentia abſtractione formali: meditādum enim eſt quod eſſentia cōtinet in ſuo cōceptu cōfuſo plures rationes formales attributorū, & prætereà conceptū exiſtētiæ quod fortè non eſt attributū, vt diximus; conceptū ſubſtantiæ etiā, & ipſum etiā conceptū eſſentiæ, nō vt cōfuſum, ſed vt diſtinctū à cæteris: ergo eodem modo quo diſcernimus attributa ab exiſtētia diuina ſiue à ſubſtātia, diſcernimus ea quoq; ab eſſentia diuina, vt eſt quaſi ſubiectum attributorū, veluti eſſentia diuina diſtincto cōceptu cognita, diſtincto, inquā, ab attributis, ſit pars actualis ipſius eſsētiæ cognitæ cōceptu cōfuſo. De qua quidem B diſtinctione parte priori diſputauimus. De attributis verò hoc ipſum clariùs perſpicitur.

Eſſentia cognita conceptu diſtincto ab attributis eſt velut pars actualis ipſius eſſentiæ cognitæ conceptu confuſo.

Dico igitur hoc ſecundo modo vt eſſentia cogitatur quaſi ſubiectū attributorum, neque attributa eſſe de conceptu naturæ, ſeu eſſentiæ; neque vnum attributum de conceptu alterius. Quam poſitionem contra Thomam Caiet. de ente & eſſentia cap. 6. q. 12. tenemus. Sed maior eſt Caietano auctor cuius partes ſequimur; nā de attributis (ni fallimur) ita ſentit S. Thomas, vt dicemus ad finē C cap. in confirmatione.

2. Concluſio. Neque attributa ſunt de conceptu naturæ ſic præciſæ, neque vnum attributū de cōceptu alterius. Contra Caiet. S. Thom.

Et miror ſanè, quòd qui concedunt rationem vnius attributi in intellectu noſtro diſtingui à ratione alterius; ijdem affirment vnum contineri in conceptu alterius; cum ratio attributi, & conceptus obiectiuus (vt aiunt) id eſt, obiectum ipſius cōceptus, nomina ſint ſynonima, nam & ratio ſignificat obiectum, vt anteà admonuimus. Si ergo ſunt rationes attributorum diſtinctæ, & attributa ſunt obiecta intellectus diſtincta; fatendū eſt ſe inuicem non includere, vel negādum eſt ea eſſe diſtincta. Et videtur mihi decipi in re apertiſsima; tranſeunt enim à D rationibus formalibus attributorū prout ſunt in noſtro intellectu, ad ipſam rē, quæ eſt vna indiuiſibilis, & ſimpliciſsima. Tunc ſic inquiunt; in conceptu iuſtitiæ continetur infinitudo; igitur ſi explicetur hic conceptus perfectè, ibi includitur quoque ſapientia, &c. Sed tamen eligant neceſſe eſt, vel vt hic conceptus attributi explicetur quidditatiuè, vel vt explicetur cognitione naturali ſola & more hominum: ſi quidditatiuam exigunt cognitionem, non repugnamus;

3. 1. argumentū cōtra quoſdā pugnantia loquentes. Ratio attributi, ſeu attributum, & conceptus obiectiui, ſeu obiectum conceptus, nomina ſunt ſynonima.

Prima obiect.

Soluitur.

Digitized by Google

In conceptu quidditatiuo Deitatis continentur omnia attributa, ſed vt vnum.

neque enim negamus in conceptu quidditatiuo Deitatis contineri omnia attributa, ſcilicèt ſapientiam, iuſtitiam, &c. non vt diſtincta, ſed vt vnum; neq; verò is eſt conceptus qui reſpondet ſingulis nominibus diuinis; neq; ea eſt definitio ſapientiæ potiùs quàm iuſtitiæ, aut conceptus vnius potiùs quàm alterius; ſed eſt diuinæ eſſentiæ ſimplex comprehenſio: itaque hoc non eſt ad rem, neque ad propoſitam quæſtionem. Si verò contēti ſunt, vt conceptus vnius attributi explicetur naturali cognitione, etiā vt infinitum eſt; ea ſola ſunt dicenda de conceptu illius, quæ propria ſunt ad rationē formalem illius attributi duntaxat pertinentia; verbi gratia, quòd ſapientia infinita ſit vis quædam intelligendi omnia complectens, &c. Non autem explicatur conceptus ſapientiæ etiam infinitæ, per hoc quòd ſapientia infinita ſit diuina bonitas, aut iuſtitia; cum ſingula attributa ſuas habeant definitiones, vt diximus; aliàs confundere hoc eſt, non explicare conceptum. Indèq; efficitur, vt per vnū attributum demonſtremus aliud, & vnū ſit ratio alterius, etſi ea ſingulatìm vt infinitè perfecta conſideremus.

Non verò in Deitatis, vel attributi etiam vt infiniti, explicatione naturali & more hominum.

Sapientia infinita, vis quædam intelligēdi omnia complectens, &c.

4. *Scotus. Heruæus.* Secunda obiectio ſoluitur.

Vbi obſeruandum eſt quòd Ioannes Scotus quodlib. 5. & Heruæus affirmant attributum, verbi gratia, ſapientiam, per ſe formalitèr eſſe infinitum, quod & nos concedimus; infinitum enim eſt quędam negatio, quæ rectè conuenit ſingulis attributis formalitèr, ſicut & perfectū; eſt quippè ſapientia Dei formalitèr infinita, & perfecta, & æterna. Sed hoc minimè probat vnum attributum ingredi rationem formalem alterius; tum quia infinitum & æternum attributa non ſunt, vt docuimus: tum etiam quia etſi attributa eſſent, nulla eſſet conſequentia; nā & paries eſt albus formaliter; non tamē albedo ingreditur rationem formalem parietis: ita ſapientia eſt formaliter infinita, & tamen infinitum non ingreditur formaliter conceptum ſapientiæ.

Sapientia Dei per ſe formaliter eſt infinita.

Paries eſt albus formaliter non tamen albedo ingreditur rationem formalem parietis.

5. 2. argum.

Secundum argumentum eſt planiſſimū. Deus enim intelligit per intellectū, non per voluntatem; quod ſi voluntas clauderetur conceptu intellectus, diceretur quoque Deus intelligere per volūtatem, ſcilicèt, conceptu intellectus incluſam, ſicut per intellectū intelligit. Pari enim ratione Deus dicitur intelligere per eſſentiā, quia intellectus quo intelligit clauditur conceptu eſſentiæ. Et illud eſt maius adhùc argumentū: Eſſet enim volūtas diuina principiū generationis, ſi quidèm clauditur cōceptu diuini intellectus qui eſt generationis principium. Quod omnes Theologi recuſant: nàm & diſcrimen cognitū inter generationē Filij, & proceſsionem Spiritus Sancti, nullum eſſet, ſed vtraque proceſsio eſſet confuſa. Vtrunque autem argumentum conſtat, etiamſi diuinum intellectum, & voluntatem accipiamus vt infinita ſunt, quia etiam vt infinita ſunt oportet diſtingui illa proprijs rationibus. Aliàs ex eo quod Deus intelligit per intellectum infinitum, & per eundem generat, concludimus etiam per voluntatem Deum intelligere, & generare; ſi quidèm voluntas clauditur conceptu infinito intellectus diuini.

Corroboratur.

6. Reſponſio.

Reſpondent aliqui qui Thomam Caiet. hac in re ſequuntur, negando conſequentiam, quia Deus intelligit, & generat per intellectū, quatenùs intellectus diſtinguitur à voluntate, & ſic eſſe fallaciam accidentis. Sed non benè conſiderant quòd ſuis ſe verbis oppugnant. Si enim Deus intelligit, & generat per intellectum ſecundū quod intellectus diſtinguitur à voluntate; intellectus ſecundum quod intellectus, & ſecundum propriam rationem, à volūtate diſtinguitur, & non includit illam. Hi autem affirmāt quòd intellectus quatenùs intellectus eſt voluntas; ergo hoc non excludit quin Deus intelligat, & generet per voluntatem: nam dictio, quatenùs, ſiue ſpecificatiuè, ſiue reduplicatiuè (vt aiunt Dialectici) non poteſt aliquid amplius importare quàm propriam rationem intellectus; ergo ſi ſub eadem ratione propria, & formali intellectus eſt voluntas, poſſumus dicere quòd intelligat Deus, & generet per intellectum, quatenùs intellectus eſt, & quatenùs voluntas eſt.

Refellitur.

Deus intelligit & generat per intellectū quatenùs intellectus eſt, & quatenùs voluntas eſt, ſi eadem eſt ratio propria, & formalis vtriuſque.

7. Reſponſio ſuperaddita.

Poſſet quis ad hæc reſpondere voluntatem diuinam includi quidèm in intellectu implicitè, explicitè autem non includi; & ideò negari quòd Deus intelligat per voluntatem. Sed contra hoc reſponſum, vehemens inſurgit argumētum iam propoſitum: Nam Deus intelligit per eſſentiā, quia eſſentia implicitè includit intellectū; ergo eadem ratione intelligit per voluntatē, ſiquidē volūtas (vt aiunt) implicitè continet intellectū.

Refutatur.

Deus intelligit per eſſentiam, quia eſſentia implicitè includit intellectum.

Tertiò

8. 3. argum. Tertiò probatur, quoniā ſi ratio vnius A attributi, vt à nobis cognoſcitur quantumuis explicata, claudit aliud attributum, aut claudit illud vt perfectionē rationis propriæ, aut vt extraneum à propria ratione. Si vt extraneū, hoc eſt vocem propriam ignorare; fateris enim quòd aliud attributum eſt ab ipſa ratione huius attributi etiam explicata alienum, & ais ſimul eſſe incluſum in illa. Si verò aliud attributum clauditur in definitione iſtius, vt proprium quid & perfectiuum propriæ rationis, ſanè iuſtitia eſt propria perfectio ſapientiæ, quod nō videtur ſapientèr dictum.

Iuſtitia nō poteſt dici propria perfectio ſapientiæ.

9. S. Thom. Profectò cum S. Thomas definit prouidentiam 1. p. q. 22. art. 1. quòd eſt ratio ordinandorum in finem; ſi adderet eſſe quoque prouidentiam voluntatem Dei, & iuſtitiam, nihil minùs ageret quā vt definiret. Cum ergo attributa noſtro intellectu diſtincta noſtris etiam cōceptionibus oporteat definire, nullo modo dicendum eſt, quòd omnia attributa ſint ad definitionem ſingulorum pertinētia; imò hoc eſſet confundere rationes nominum, quod S. Baſilius in Eunomio vt furorem reprehendit, vt anteà recitauimus.

Attributa noſtro intellectu diſtincta noſtris etiam conceptionibus oportet definire.

S. Baſilius.

10. Confirmatur ratione Sancti Thomæ. Cōfirmatur ratione S. Thomę de Potentia q. 7. art. 5. ait enim ideò attributa diſtingui ratione, quia intellectus informatus ſpeciebus perfectionum creaturarum, aſsimilatur diuinæ eſſentiæ ſecundum idem quo perfectiones creatæ illam imitantur; ſed ſecundum conceptum ſapientiæ nullo modo intellectus noſter aſsimilatur iuſtitiæ; ergo quantūcunque explicetur ratio obiecta iſtius conceptus, non claudit iuſtitiam, ſed ea ſola quæ ad ſapientiam pertinent.

Secundum cōceptum ſapientiæ nullo modo intellectus noſter aſsimilatur iuſtitiæ.

11. 4. argum. Torres non ſoluit. Mitto illud argumentum quod Bartholomæus Torres ſibi obijcit q. 28. art. 2. quia ſi ſingula attributa in ſingulis includuntur, omninò idem eſt includens & incluſum; à quo ipſe argumento nunquam ſe explicat.

12. S. Thomas nullibi vult cōmunes eſſe attributorum operationes. Quo in loco videndum eſt quàm turpitèr errent, qui ex S. Thom. volunt colligere communes eſſe attributorū operationes, vt Deus per iuſtitiam miſereatur, & liberalitèr agat; & per miſericordiam puniat: quare & per intellectum diliget, & per voluntatem intelliget: ex eo loco 1. p. q. 45. artic. 6. ad 3. vbi ait, quemlibet effectum Dei procedere ex quolibet attributorum. Sed ſanè Doctor Sanctus nihil minùs vult, quàm vt opera attributorum confundat; ſed benè poſſunt ſingula opera ad omnia attributa referri diuerſis rationibus; ſaltem iuſtitia, & miſericordia ſimul in omni Dei opere inuenitur, vt S. Thomas monet iuxta illud Pſal. 100. *Miſericordiam, & iuſtitiam cantabo tibi Domine.* B Non ergo Deus punit miſericordia, ſed in ipſa punitione admiſcetur miſericordia, quia leuis eſt: & in miſericordia admiſcetur iuſtitia, ſaltem ea quæ eſt mediorum & finis; quia miſericordia & iuſtitia æquiſſima ratione copulata ſunt, vt initio huius lib. diximus.

Benè poſſunt ſingula opera ad omnia attributa referri diuerſis rationibus.

13. Sciendum tamen eſt ad finem huius capitis, quòd eorum, qui omnia attributa in ſingulis includunt, alij hoc explicant cum Thoma Caietan. quòd ſingula attributa ex propria ſua ratione, quia ſunt infinita, includunt cætera omnia. At verò Bartholomæus Torres ait ſingula attributa ex propria ratione includere eſſentiam; & ex eo quod eſſentiam C includunt, includere alia etiam attributa ratione eſſentiæ; quaſi omnia ſint incluſa in tertio continente; & ratione tertij, quod eſt eſſentia, includant ſe ſe inuicem; verbi gratia, eò quòd actio eſt motus, & motus paſsio, ſecundum motum actio, etiam paſsio re ipſa eſt.

Caietanus fundatur quia ſingula attributa ſunt infinita.

Torres, quia ſingula ex propria ratione includunt eſſentiā tanquā vnum tertium continens omnia.

14. *Torres* impugnatur. 1. Hoc autem de attributis minùs explicabile eſt: nam cum attributa habeāt inter ſe ordinem rationis, vt quædam ſint priora cognitione; ea quæ ſunt poſteriora, prius in ſuo conceptu exprimūt attributum proximum quàm eſſentiam; vt voluntas eſt potentia, quæ fertur in bonum cognitum; prius ergo in conceptu voluntatis cadit cognitio quàm eſſentia; & in cōceptu miſericordiæ prius D cadit voluntas, quàm eſſentia. Præterea Secundò. ſi ratione eſſentiæ ſingula attributa includunt alia, eſſentia eſt quæ per ſe primò omnia continet; ergo attributa non continent ſe, ſed duntaxat continentur: nam ſi per ſe primò continentur ab eſſentia, nullo modo continent illam; ergo neque continent alia ratione eſſentiæ.

15. Tertiò. Et vt nomen continendi dimittamus, quod dices forſan minùs eſſe aptum rebus diuinis; ſi in conceptu ſapientiæ explicito intelligitur ipſa eſſentia per ſe ipſam, non verò iuſtitia per ſe, ſed per

Digitized by Google

Oſtenditur implicatio in hac ſententia. eſſentiam; conſequens eſt vt inter ſapiẽtiam, & iuſtitiam eſſentia ſit media, vel medium cognitionis: vbi autem eſt medium neceſſarium, eſt ordo etiam neceſſarius & primum & vltimum; quod eſt contra hanc poſitionem; aſſerit enim ſapientiam eſſe de conceptu iuſtitiæ media eſſentia, & iuſtitiam de conceptu ſapientiæ media eſſentia; ergo iuſtitia eſt cognitione prior & poſterior, & ſapientia ſimilitèr, quod eſt impoſsibile. Nullus eſt ergo ordo cognitionis vt vnum attributum includat aliud in ſuo conceptu media eſſentia, quod eſt vnũ cognoſci in alio media eſſentia.

16. *Torres* dum addit vnã ideã includere aliã media eſſẽtia, improbatur. Illud verò quod addit Bartholomęus Torres, vnam ideam includere aliã media eſſentia, eſt adhùc minùs intelligibile; nam idea, vt ſuo loco differemus, ſignificat ſolam relationẽ rationis; & ideæ plures non ſunt formalitèr in Deo, ſicut neque creator & Dominus; ſed eſt ipſa eſſentia vt cognita pluribus relationibus rationis, quæ nihil ſunt.

17. De ordine attributorum, *Richard.* *Scotus* reijcitur. Ordinem attributorum, ſi placet, vide apud Richardum. At verò Ioannes Scotus in 1.d.8. q.3. docet infinitatem in Deo antecedere exiſtentiam. Quod iuxta prædicta non poteſt defendi, cum ſingula quæ ſunt in Deo, in ſua propria ratione formali ſint infinita; quare & ipſa exiſtentia infinita eſt: & cum infinitas nihil ſit, niſi menſura perfectionis, ſicut vnum attributum antecedit aliud, ita infinitas illius antecedit. Quare etiã concederem Scoto quòd multæ infinitates attributorum antecedunt exiſtentiam, ſi exiſtentia conſideretur vt actus vltimus; ſed & ipſa exiſtentia ſecum affert infinitatem, & illam antecedit. Falſum ergo eſt dicere abſolutè quòd infinitas antecedat exiſtentiã: ſed benè aliqua infinitas vnius attributi antecedit, vt ita dicam, cum ipſo attributo infinitates aliorum attributorũ. Aliàs ſi exiſtentia conſideretur abſolutè vt eſt ipſa eſſentia, nullo modo infinitas illam antecedit; eſt enim infinitas negatio, quæ conſequitur ens, non antecedit.

Infinitas nihil eſt niſi menſura perfectionis, ſeu attributi cuiuſlibet.

Si exiſtentia cõſideretur vt actus vltimus, multæ infinitates attributorum illã antecedunt.

Si abſolutè vt eſt ipſa eſſentia, infinitas vt potè negatio cõſequitur ẽs.

Confirmatio.

18. Confirmatio. *Boetius.* Assertæ ſententię patronus eſt Boetius lib. de hebdomadibus docens poſſe Deũ intelligi ſine bono: ergo multò magis vnum attributũ ſine alio: quod verò eadem ſentẽtia ſit S.Doctoris probatur; nam de Potẽtia q.7.art.5. vt probet attributa non ſignificare ſubſtantiã Dei, affert Ariſtotelis ſententiam 8.Metaphyſ. quòd ſignificare ſubſtantiam eſt ſignificare hoc, & nihil aliud. *Si ergo*, inquit, *hoc nomen, bonum, ſignificat ſubſtãtiam diuinam, nihil erit in ſubſtantia diuina quod non hoc nomine ſignificetur; ſicut enim nihil eſt in ſubſtantia humana quod non ſignificetur hoc nomine, homo: ſed hoc nomen, bonum, non ſignificat ſapientiam; ergo ſapientia non erit ſubſtãtia diuina*. Duo autem ſunt quæ argumẽto proponuntur; alterũ eſt quod nomẽ, bonum, non ſignificat ſapientiam etiam in cõfuſo: ſermo enim eſt de ijs, quæ ſunt in eſſentia rei, quæ nomine naturæ ſignificantur, vt nomine, homo, omnia eſſentialia naturæ humanæ; ergo in conceptu nominis, bonum, neque in confuſo ſignificatur ſapientia. Alterum in idem redit; obijcit enim ſibi S.Thom. quòd nomen, bonum, non ſignificat ſubſtantiam diuinam, quia ſignificaret omnia, quæ ſunt in ſubſtantia; & argumentum deducit ad impoſsibile: ergo certũ habebat S.Thomas id cõcedi non poſſe, vt nomen, bonum, ſignificet non ſolam bonitatẽ Dei, ſed & ſapientiam, & iuſtitiam, &c. In ſolutione autem argumenti negat conſequentiam argumẽti, quia nomen, bonũ, non ſignificat ſubſtãtiam definitè, id eſt, adæquatè vel circumſcriptè, vt ipſe explicat: vnde non eſt conſequens quòd ſignificet omnia, quæ ſunt in eſſentia. Ex his ergo argumẽtum petimus, quoniam attributum non complectitur in ſuo cõceptu, niſi ea quæ nomine illius attributi ſignificantur ſaltem in confuſo, vt nomen, homo, ſignificat omnia eſſentialia hominis; ſed ex ſententia S.Thomæ nomen, bonitas, vel aliud attributi nomen, non ſignificat alias perfectiones, quæ ſunt in eſſentia diuina; ſcilicèt, bonitas ſignificat ſolam bonitatem, ſapientia ſolam ſapientiam, licet omnia hæc ſignificent ſubſtantiam diuinam inadæquatè, vt S. Auctor ait: ergo ſecundum ſententiam Sancti Thomæ vnum attributum non includit cætera in ſuo conceptu. Et idẽ docet apertè 1.p.quæſtione 28. artic.2.ad tertium: cum enim ſibi obiceiſſet relationem eſſe imperfectam, & ideò in Deo non eſſe; reſpondet, *Quod ſi in perfectione diuina nihil plus conti-*

S. Thomæ 1.locus. *Ariſt.*

Ex S.Thom. Nomen bonũ non ſignificat ſapientiã etiã in confuſo.

Vnde non cõplectitur illã in ſuo conceptu.

S.Thomæ 2.locus.

contineretur quàm quòd ſignificat nomen relatiuum; ſequeretur quòd eſſe eius eſſet imperfectum: ſicut ſi non contineretur ibi plus quàm quod nomine ſapientiæ ſignificatur, non eſſet aliqua ſubſiſtens. Aſſerit ergo imperfectum Deum eſſe, ſi hoc ſolum Deus eſt, quod nomine vnius attributi ſignificatur. Vbi non ſolùm poſitionem noſtram confirmat, ſed rationem eius potiſsimam aſsignat. Attributa namque ſingula non ſignificant totam Dei perfectionem, ſed partitè, vt ita dicam, ſignificant ipſam ſimplicem eſſentiam, partitis ſcilicèt conceptibus. Et 1. p. quæſt. 45. artic. 6. ad 3. ait effectum Dei procedere ab omnibus ſimul attributis, ſed ad ſingula referri; quia ſcilicèt, non eadem ratione procedit à ſapientia, ſicut à iuſtitia, vt perſpicuum eſt. Et quæſt. 32. art. 3. ad 3. ait attributum iuſtitiæ non eſſe attributum miſericordiæ, vt quoque Ioannes Scotus affirmat in quodlibet. q. 6. artic. 1. Et 1. p. q. 28. artic. 2. ad 2. ait plus contineri in perfectione diuinæ eſſentiæ, quàm quod vno nomine ſignificari poſsit. Et ſolutione ad 3. ait quòd ſi Deus id tantum eſſet quod nomine ſapientiæ ſignificatur, non eſſet ſubſiſtens, & eſſet imperfectus. Nomine ergo ſapientiæ non ſignificatur ſubſtantia ſiue ſubſiſtens, neque ſignificantur cætera attributa; nam ſi cætera ſignificarentur, hoc ſolo nomine, ſapientia, Deus eſſet perfectus; ergo vnum attributum non comprehenditur nomine alterius. Et in 1. diſt. 28. quæſt. 2. art. 3. ait in Deo quidèm ſapientiam eſſe eſſentiam; manere tamen rationem propriam ſapientiæ, præter rationem eſſentiæ.

Ratio potiſsima huius noſtræ concluſionis.

Bonitas ſubſtantiam, & perfectionem Dei non ſignificat totā, ſed inadequatè tantùm.

Tertius.

Quartus.

Scotus.

Quintus.

Sextus.

Septimus.

19.

Alb. Magn.
Capreol.
Heruæus.
Argent.
Toletan.
Carthuſ.
Hiſpalen.

Idem docet Albertus Magnus in 1. d. 2. art. 2. & diſt. 8. art. 3. & 4. Ioannes Capreolus diſt. 4. ad 10. 12. & 14. Heruæus quodlibet. 1. q. 4. Thomas Argent. diſt. 6. q. vnica: nec non etiam Alfonſus Toletanus d. 8. q. 1. & Dionyſ. Carthuſianus d. 2. q. 2. ac Hiſpalenſis d. 8. q. 4. Eſt etiam Patribus magis conſentaneū, qui nominum diuinorum ſignificationē diſcerni neceſſe eſſe tantoperè contendunt, vt ſuprà commonſtrauimus. Et cum Ioanne Scoto cæteri Doctores qui diſtinctionem formalem attributorum ponebant, in noſtras partes declinant, vt vnum non includatur in ratione alterius.

Scotus, & ſectatores.

CAPVT XXXIV.

Argumenta refelluntur.

A

1. *S. Auguſtini primus locus.*

IN oppoſitum arguitur. Et primò auctoritate Patrum, nam S. Auguſtinus 6. de Trinit. cap. 10. cum de attributis loqueretur, ait, *Singula ſunt in ſingulis, & ſingula in omnibus, & omnia in omnibus.* & de fide ad Petrum cap. 1. idem docet. Et 7. de Trinitat. cap. 2. ait Deum eo eſſe ſapientiam, quo eſſentiam; & alia dicta S. Auguſtini aſſert Bartholomæus Torres quæ nihil probant, niſi attributa eſſe re ipſa vnum, quæ ſunt iam ſuperiùs recitata.

Secundus. Tertius.

Torres.

B

2. *S. Anſelm.*

Item S. Anſelmus Monolog. cap. 16. *Idem igitur eſt quodlibet illorum, quod omnia ſunt ſimul, ſiue ſingula; vt cum dicitur iuſtitia, vel eſſentia, idem ſignificat quod alia, vel omnia ſimul, vel ſingula.* Et Richardus 1. de Trinitate cap. 13. quodlibet illorum ait eſſe idem quod alterum.

Richard.

3. *S. Thomæ primus locus.*

Et S. Thomas q. 13. art. 5. *Cum hoc nomen,* ſcilicèt, ſapiens, *de Deo dicimus, non intendimus ſignificare aliquid diſtinctum ab eſſentia, vel potentia, vel eſſe ipſius.* Ex quibus videtur colligi, quod vnū attributum in ſua ratione formali adæquata, contineat omnia alia attributa. Et q. 3. art. 4. ait quòd eſſe eſt de eſſentia Dei, & ſimile eſt de alijs attributis, & q. 14. art. 4. Et 1. contra gent. cap. 45. probat quòd intelligere Dei eſt eius ſubſtātia. Et Boetius lib. 2. de Trinit. quicquid perfectionis excogitari poteſt dici de Deo ſubſtantialitèr. Et Plotinus Ænead. libr. 6. cap. 8. & 13. quòd in Deo idem ſunt actio, voluntas, & eſſentia.

C

Secundus.

Tertius.

Boetius.

Plotinus.

4.

Ratione autem minimè hæc opinio confirmatur; omnia enim argumenta in id vnum incidunt, quòd attributa ſingula ſunt infinita; & ideò ſingula complectuntur omnia.

D

Reſponſio.

5. Ad primum & ſecūdū locū S. Auguſtini

SVnt ergo Patrum ſententiæ explicādæ. Et illud primum aſſertum S. Auguſtini de perſonis diuinis abſque dubio eſt intelligendum; nam cum ad finem illius libri, de Trinitate perſonarum diſſereret, & de trium perſonarum æqualitate, obiecit tres res plus aliquid videri, quàm rem vnā. Occurrit verò obiectioni,

Tres perſonæ ſunt vnum ſecundum eſſe, & ideò sũt ſingulæ in ſingulis & omnibus.

A ni, verum hoc eſſe in rebus creatis, quæ ſecundum eſſe ſunt diſtinctæ; ſed in diuinis tres perſonæ idem eſſe habent, vnde ſingulæ ſunt in omnibus & ſingulis, & omnia ſunt vnum ſecundum eſſe; ideò enim ſunt ſingulę in ſingulis,&omnibus. Et ita commentatur Magiſter in 1.d.19. ad finem.

Magiſter.

Non poteſt dici propriè vnũ attributum eſſe in alio.

Mar. Vict.

Guitmund.

Neque propriè dici poteſt vnũ attributum eſſe in alio: quod Marius Victor. docuit lib.4. contra Arium, *Non,* inquit, *vnum in altero, ſed vnum ſimplici ſuo geminum.* id eſt, vna res eſt duplex attributum: ſed non eſt vnum in altero. Guitmundus quidèm Epiſcopus Auerſ. lib.de Trinit. memoriam, intellectum,& voluntatem eſſe ait omnia in ſingulis: ſed ipſe explicat, quia ſingula ſunt aliorum obiecta: quod etiam accidit in nobis; intelligimus enim ipſum intellectũ, & memoriam,& voluntatem;& hæc meminimus; & diligimus.

Memoriam, intellectũ, & voluntatem, eſſe omnia in ſingulis, quatenus ſingula ſunt aliorum obiecta.

B Sed non ait hæc eſſe in ſingulis eſſentiali ratione concluſa, vel etiam in Deo. Et ſimilitèr Auguſt. poſſet explicari ſi de ijs potentijs loqueretur. In alio verò loco S. Auguſtinus nõ ſignificat aliquid de rationibus formalibus, ſed de rei identitate. Et prætereà nos concedimus quòd eſſentia, vt eſt totum definibile, eſt ſapientia;& ſub hac ratione formali, Deus eſt per eſſentiam ſapiens, ſicut per ſapiẽtiam. Alia eſt etiã explicatio, quam poſteà afferemus; diuidit enim S. Auguſtinus eo loco, diſiungitque eſſentialia à relatiuis: attributa omnia pertinent ad eſſentiam, relationes verò ad perſonas; & ideò aiunt Deũ eodem eſſe ſapientiam quo eſſentiam, ſcilicèt, per ipſam eſſentiam, & ſubſtantiam, qua perſonæ non diſtinguuntur.

Ad tertium 1.explicatio.

Secunda.

Tertia.

C

6. Sanctus verò Anſelmus hoc vnũ declarat, quòd nominibus diuinis non ſignificentur res plures, ſed res vna, ſcilicèt. Deus; haud dubium tamen quin diuerſis rationibus: aliàs incideret S. Anſelmus in errorem Eunomij confundentis nominum ſignificationes. Richardus verò etiam de identitate reali philoſophatur.

De idẽtitate reali intelligẽd' *S.Anſelm.*

Itẽ Richard.

D

7. Et idem docet S. Thomas loco citato; nam in rebus creatis nomine ſapientis ſcio me ſignificare rem diſtinctam à iuſtitia,& in Deo ſcio me ſignificare rem eandem quæ eſt ſapientia, & iuſtitia; & ideò etiam non ſignificari his nominibus quod quid eſt rei. Vnde S.Thomas ibidem ait, quòd hoc nomen, ſapiens, relinquit rem ſignificatam, vt incomprehenſam,& excedentem nominis ſignificationem; vbi loquitur de re ſignificata, & non de ratione formali obiecta; res vna eſt, rationes verò plures. Quare potiùs ex eo loco confirmatur noſtra ſententia; nam ſi res ſignificata excedit nominis ſignificationem; ſignificatio autem nominis eſt adæquata conceptui; manifeſtè conuincitur, quòd cætera attributa ſunt extra conceptum ſingulorum, ſicut ſunt extra ſignificationem. In alio verò loco S. Thomas nihil à nobis diſſentit; neque enim negamus eſſe diuinũ,& omnia attributa claudi conceptu eſſentiæ diuinæ, imò claudi aimus conceptu eſsẽtiæ, vt eſt totum definibile, quod ſuprà docuimus: ſed affirmamus hæc diſtingui rationibus formalibus inter ſe quidèm; & ab eſſentia etiam, ſi præciſè conſideretur, vt diximus. Quòd etiam intelligere diuinum ſit eius ſubſtantia, de identitate reali intelligitur. Aſſertũ verò Boetij confirmat in Deo non eſſe accidens, quia omnia attributa ſunt ipſa ſubſtantia, identitate reali; de qua eadem loquitur Plotinus.

Item 1. locus *S.Thom.*

Idem ibidẽ pro noſtra cõcluſione.

Extra conceptum ſingulorum attributorũ ſunt cætera attributa, ſicut ſunt extra ſignificationẽ nominum.

2. locus non obeſt.

3. vt primus. *Item Boet. & Plotin.*

Argumentum verò commune, quòd attributa ſingula ſunt infinita, & ideò omnia in ſingulis claudi, ſatis eſt capite præcedenti refutatum. 8.
Sed poſſumus addere, infinitum alitèr inueniri in generibus; alitèr in eſſentiâ diuina, vt eſt totũ quoddam definibile; & alitèr cogitari in ſingulis attributis. Infinitum in genere non deſtruit naturã generis, vel ſpeciei quæ eſt finita, vt ſi meditemur lineam infinitam, ignem infinitum, quæ ſecundũ ſpeciem finita ſunt. Infinitum in eſſentia complectitur omnem perfectionẽ abſq; vllo termino perfectionis, & eſt actus purus. Infinitum verò in attributis quodammodò coarctat rationem infinitudinis; non ad eſſentiam finitam, quod eſt impoſſibile; ſed ad rationem obiectam, & diſtinctam; ita vt ſapientia infinita ſic conſiderata, non ſit iuſtitia, ſed ſapiẽtia. **Nam in attributis mente & cogitatione** quaſi diuidimus & partimur ipſam eſsẽtiam in plures perfectiones, quarũ quælibet eſt eſſentialis, & quælibet infinita, & quęlibet diſtincta ab alia, ſola rationis cogitatione, ſeu abſtractione. Vt cum cogitem de ſapientia infinita, omnia illi tribuam, quæ pertinent ad rationem ſapientiæ, vt in ea conſideratione ſit ſapientia

Infinitum in generibus, vel ſpeciebus, non deſtruit naturæ finitatem.

In eſſentia maximè.

In attributis coarctatur ad rationem obiectam.

entia

entia perfectiſsima, & abſque vllis terminis perfectionis, ſed incircumſcripta ſapientia, & ſic de alijs.

9. Si verò adhùc inſtes, quòd ſaltem cōſidero ſapientiam ita vt deſint illi aliæ perfectiones attributorum. Reſpondetur concedēdo cum S.Thoma 1.p.q.28. art.2.ad 3. quòd conceptus attributorū ſunt imperfecti, quia non explicant totam perfectionem Dei. Quòd ſi Deus eſſet id ſolum quod ſignificatur nomine ſapientiæ eſſet imperfectus. Non tamen eſt falſitas in conceptu, quia per illum conceptum non iudico ſapientiam Dei eſſe rem imperfectam; ſed iudico imperfectè à me cognoſci rem quæ eſt ſapientia, quæ ſcilicèt eſt ipſa eſſentia, quā vno cōceptu non poſſum apprehēdere, quātumuis illum conceptum explicē. Quod autem ſapientiam cogitem vt affectionē naturæ, & conſequentem naturam, pertinet ad modum cognitionis, non ad rē cognitam: nam quoad modum cognitionis, cognoſco Deum componendo; & cogito eſſentiam quaſi ſubiectum, & attributa quaſi affectiones naturæ; quia palàm confitendum eſt, noſtrum modum intelligendi eſſe compoſitum, & imperfectum.

S.Thom.

Si Deus eſſet id ſolum quod ſignificatur nomine ſapiētiæ, eſſet imperfectus, ſeu deeſſent illi aliæ perfectiones.

CAPVT XXXV.

Attributa poſſunt cognoſci non cognitis creaturis.

1. SVccedit breuis diſputatio inter Theologos, vtrùm attributa poſsint cognoſci abſque cognitione creaturarum? Durandus, qui nomine attributorū amplectitur quæcunque diuina nomina, ait ea attributa ſine ordine ad res creatas intelligi non poſſe, quæ ad illas referuntur, & illis opponuntur, ſcilicèt, quæ ſignificant relationes rationis ad creaturas, vt Dominus, creator; vel etiam negationes, vt incorporeum, immenſum. De relatiuis dubium non eſt, cum ſint ſimul cognitione Dominus & ſeruus, creator & creatura. De nominibus negatiuis ſunt qui dubitent, & immeritò reprehendunt Durandum, exiſtimātes his nominibus ſignificari diuinas quaſdam perfectiones, quæ manerent nullis intellectis creaturis. Hoc autem falſum eſſe oſtenditur, ſi attēdamus nominum iſtorum ſignificationem, quæ formalitèr ſignificant negationes; ergo conceptus negationis, qui eſt conceptus nominis, non conſtat ſublata affirmatione, cuius eſt negatio. Quod autem aiunt, hæc nomina ſignificare perfectiones diuinas, quæ adhùc manerent abſque his negationibus, non placet; quia hæc quidèm nomina indicāt ſummam perfectionem diuinæ eſſentiæ, ſed non indicant perfectiones diſtinctas: perfectio enim diuina neceſſariò intelligitur cum quadam analogia perfectionis creatæ; cum ea quæ in Deo ſunt non intelligantur proprio conceptu: nominibus ergo negatiuis, quę remouent imperfectiones creatas, non indicantur diſtinctæ perfectiones diuinæ eſſentiæ, ſed indicatur vna & eadem excellentia diuinæ eſſentiæ, quæ imperfectionis vllius maculis aſpergi nō poteſt. Significatio autem formalis horum nominum, eſt negatio remouens imperfectiones creatas, quæ ſine intellectu rerū creatarum percipi non poteſt: negatio enim poſterior eſt affirmatione, ita vt neceſſe ſit prius intelligi affirmationem; ergo nomina hæc, quæ formalitèr ſignificant negationem, nullum conceptum nobis ingignunt, niſi præcedente notitia affirmationis, quæ eſt in rebus creatis, vt incorporeum neceſſariò exigit corporei notitiam.

Durandus.

Attributa latè ſeu diuina nomina ſignificantia de formali relationes rationis, vel etiam negationes, cognoſci non poſſunt non cognitis creaturis.

Vaſq. diſp. 117. c.20. dubitat.

Probatur.

Nominibus negatiuis indicatur vna & eadem excellentia Deitatis omnium imperfectionum expers: non verò perfectiones diſtinctæ.

2. De alijs attributis, quæ ſunt diuinæ perfectiones, cōtrouerſia adhùc eſt, vtrū ſine notitia rerum creatarum intelligi poſsint? Durandus verò vltra hoc quærit, exiſterentnè ipſa attributa in Deitatis natura, etiamſi nullæ res creatæ eſſent poſsibiles? Sed ea quæſtio ſuperuacanea eſt; nam cum attributa ſint vera res & vna, videlicèt diuina eſſentia; etiā ſi nullæ forent poſsibiles creaturæ, eſſet hæc res, quæ conceptibus attributorum verè & propriè ſignificatur; ſed nō eſſet attributum formalitèr, ſicut neque eſsēt conceptus diſtinguentes rem vnam.

De attributis quę ſunt diuinæ perfectiones.

Quæſtio Durandi ſuperuacanea.

Etiamſi nullæ forent poſsibiles creaturæ eſſet hæc res, quæ conceptibus attributorū propriè ſignificatur, ſed non eſſent attributa formalitèr.

3. Diſputandum igitur eſt, vtrùm attributa poſsint intelligi ſine cognitione creaturarum? Partem negantem probāt Durandus in 1.d.2.q.3. Thomas Argēterius d.6.q.1.art.3.& vt fertur, Ioānes Capreolus d.8.q.4.art.1.& Bartholom. Torres q.28. ad art.2. diſp.2. Probant autem hoc duabus præcipuè rationibus, tum quia notitiam attributorum ducimus à rebus creatis; tum etiam quia attributa non diſtinguimus, niſi in ordine

Quæſt. prēſēs

Pars negatiua *Durand. Argent. Capreol. Torres.*

1.ratio.

2.ratio.

O 4 ad

Digitized by Google

ad res diſtinctas nobis notas. Eſt tamen aperiendus ſenſus quęſtionis multiplex, & non temerè ferenda ſententia. Imprimis non eſt negandum quod obſeruauit Heruæus quodlibet. 3. q. 3. non poſſe intelligi ſine creaturis ea attributa, quæ reſpiciunt creaturas, vt potentia, miſericordia: neque enim huic ſententiæ poteſt Philoſophorum quiſquã refragari. Sed ſunt alia attributa non reſpicientia creaturam, vt intellectus, voluntas, bonitas. Prætereà, de ijs etiam attributis, quæ reſpiciunt creaturas, eſt alius quæſtionis ſenſus, ſcilicèt, Vtrùm poſsint intelligi abſque notitia ſimiliũ perfectionum creatarum, tametſi non poſsint intelligi ſine creaturis ad quas referuntur; verbi gratia, Vtrùm potentia increata poſsit intelligi abſque præeunte notitia potentiæ creatæ: quæ eadem eſt quæſtio de attributis non relatis ad res creatas; verbi gratia, Vtrũ intellectus increatus poſsit cogitari abſque notitia creati intellectus. Quo ſenſu quæſtionis parti affirmanti meritò adhærent multi Doctores.

Sẽſus quęſtionis eſt multiplex.
Heruæus.
Primũ dictũ.
Attributa quę reſpiciũt creaturas, non poſſunt ſine ipſis intelligi; vt omnipotẽtia, miſericordia, &c.

4.
Adhùc tamen conſiderãdum eſt, conceptum noſtrum pendere ab aliquo phyſica dependẽtia, vt à cauſa: ab aliquo autem pendere in repręſentando, quia vnũ nõ poteſt ſine altero repræſentari. Priori modo, humana notitia diuinorum attributorum pendet à notitia ſimiliũ perfectionum creatarum; quia per intelligẽtiam creaturæ, quæ ſunt occulta Dei cõprehendimus. Poſteriori modo, notitia attributorum non pendet à rebus creatis, quaſi non poſsint conceptu noſtro repræſentari diuina, quin ſimul repræſententur creata. Cuius rei in nobis experimentum facimus cogitando diuina, nihil interim de rebus creatis attendẽtes: nam creatæ perfectiones non pertinent ad conceptum diuinorum attributorum etiam in obliquo, quaſi connotatæ per aliquam relationem. Quare ſi Deus infunderet nobis ſpecies attributorũ ſuorum, haberemus conceptus illorum non deductos, vel etiam vt à cauſis phyſicis, à creatis perfectionibus nobis notis; & poſſet quis prius intelligere diuinam ſapientiam, quàm creatam, per ſpecies à Deo infuſas. Hoc autem ſignificauit S. Thomas Opuſcul. 9. q. 4. & 5. vbi docet intellectum creatum in via nõ poſſe diſtinguere attributa, niſi ex diſtinctione creaturarum; quia, ſcilicèt, ſpecies accipimus à ſenſu, & ipſam notitiam à rebus creatis. At verò 1. p. conſtantèr affirmat attributa priùs Deo conuenire, quàm creaturæ: quod autem eſt prius, non pẽdet à poſteriori. Vnde colligimus duo illa conſectaria; alterum, quòd notitia attributorum ſecundum ſe non pendeat à creatura, ſed ſolùm pendeat dum intellectus pendet à phantaſmate; alterũ, quòd notitia attributorũ in repræſentãdo non pendeat à creatura; ſiquidèm priùs attribuuntur Deo quàm creaturæ: quod autem eſt prius, non pendet à poſteriori. Ac per hæc quidèm diluitur prima illa ratio contrariæ ſententiæ obijcientis notitiam attributorum deriuari à creatura: concedimus enim hoc cauſalitèr in intellectu ligato phantaſmate; non tamen in repræſentando, vt explicauimus.

Dependentia cognitionis, altera phyſica, altera in repræſentando.
2. dictum.
Cognitio attributorum nõ pendet in repræſentãdo ipſa, à cognitione perfectionũ creatarum ſimilium.
Probatur 1. experientia.
Deinde explicatur, & probatur ratione.
S. Thom.
Probatur. 3.
3. dictum.
Cognitio attributorum ſecundum ſe nõ pendet etiam cauſaliter à creatura, ſed ſolũ quatenùs intellectus noſter pendet à phantaſmate.
Soluitur ex dictis prima ratio contraria.

5.
Secundæ obiectioni occurrimus, negãtes diſtinctionem rationis neceſſariò peti à rebus diſtinctis, vt quidam exiſtimant. Neque verò hoc docuit S. Thomas q. illa 7. de Potentia art. 6. Verum enim eſt quod eo loco affirmat S. Doctor, attributa diuina fieri multa ob duas cauſas, nempè ob infinitatem diuinæ eſſentiæ vno conceptu incomprehenſibilis; & ob multitudinem conceptuum, quos deducimus à rebus creatis. Aduertere tamen oportet, quòd non neceſſariò deducimus conceptum à rebus creatis, niſi quia noſter intellectus eſt ligatus phantaſmati, vt dicebamus. Diſtinctio ergo rerum accidit multitudini attributorum, quæ fundatur in multitudine conceptuum, vndecũque eueniat cõceptus eſſe multos; qui conceptus ideò ſunt multi, quia vnus non poteſt repræſentare multa. Prætereà non conſiderãt, nihil referre ad repræſentationem conceptus, cauſam vnitatis realis conceptus: nam eſto diuidantur conceptus ex eo quod res creatas diſtinctas non poſſumus intelligere, niſi cõceptibus diſtinctis, acceptiſque ab ipſis rebus, ita vt ex diſtinctione rerum oriatur multitudo cõceptuum; eo argumento non fit, vt vnus conceptus in repræſentando attributũ diuinum pendeat à re creata, à qua eſt deductus; imò poteſt repræſentare diuinam perfectionem nihil repræſentando creatum, licet ſit deductus à creata perfectione. Itaque etiamſi vna res creata pariat

Soluitur ſecũda.
Repugnante *Vaſq. diſput. 117. cap. 3.* negatur diſtinctionem rationis in attributis neceſſariò peti a rebus creatis diſtinctis.
S. Thomas explicatur.
Cõceptus proprius diuinæ perfectionis ſecundum ſe nõ neceſſariò deducitur à re creata.
Licet ſit deductus à perfectione creata, ab eaque etiã vnus procedat, poteſt ſolam diuinam perfectionem repræſentare.

Digitized by Google

pariat vnum conceptum, ita vt vnitas rei ſit cauſa vnitatis conceptus; non cõſequitur, vt ille conceptus repræſentet priùs ſuam cauſam, quàm perfectionem diuinam; ſiquidem eſt proprius conceptus diuinę perfectionis: neque conſequitur quòd ſimùl repræſentet diuinã perfectionem, & cauſam conceptus illius, vt liquet. Ergo ex diſtinctione rerum nullũ depromitur argumentum quo probetur diuina attributa non poſſe intelligi ſine rebus creatis. Verum eſt quòd in rebus creatis vnitas conceptus noſtri eſt deſinita vnitate reali rei cognitæ, quia conceptus & res ſunt adæquata: quare multitudo conceptuum ſumitur à multitudine rerum cognitarum, & ab obiecto ſpecificante. Sed per hoc non conuincitur quòd attributum diuinum non poſſit cognoſci ſine cognitione creaturæ. Imò argumentũ hoc vtitur quatuor terminis, & nulla eſt conſequentia.

6 Ex his tamen colligitur quòd ſi nullæ creaturæ eſſent poſsibiles, nullum eſſet attributum; quia attributum ſit, hoc eſt, attribuitur operatione intellectus creati, vt dicemus, qui ſi non eſſet poſsibilis, nullum eſſet attributum.

Attributum ſit, hoc eſt, attribuitur operatione intellectus creati.

Confirmatio.

7. ISthæc ſententia conſentanea eſt doctrinæ S. Thomæ locis commemoratis, & Alexandr. Alenſ. 1. p. q. 52. membro 3. Ioanois Capreol. d. 8. q. 4. ad 18. Ioannis Scoti argumentum, Ægyd. d. 2. q. 3. art. 3. nec non etiam S. Thomæ in 1. d. 22. q. 1. art. 3. ad 3.

S. Thom. Alex. Alex. Capreol. Scot. Ægyd. S. Thom.

CAPVT XXXVI.

In intellectione diuina qua Deus ſe intelligit, non diſtinguuntur etiam ratione, attributa.

1. QVæſtionem hanc nõ inutilitèr nos ſuſcipere arbitramur, vt aliquorũ falſam exiſtimationẽ remoueamus, qui ſibi perſuadent quòd, vt hæc veritas firma æternaque ſit, Deus intellectu intelligit, & nõ voluntate, opus ſit diſtinctione rationis inter intellectum, & voluntatem, quæ diſtinctio æterna etiam ſit. Cum autem diſtinctio rationis opus ſit rationis, pergunt ad inueſtigandum, an ratio ipſa diuina, ſeu intellectus diuinus A ſit ſatis, vt diſtinguat attributa, vt ante omnem intellectum creatum vera ſint ea, quæ de Deo enunciamus; quia non eſſe vera inquiunt, niſi diuinus intellectus ab æternitate illa diſtingueret.

Prima pars. *Intellectus diuinus non diſtinguit attributa eſſentiæ diuinæ intuitu.*

Secunda pars. *Enunciationes de diuinis attributis, vera, ſunt etiam perpetuæ veritatis.*

PARS PRIMA.

B *Intellectus diuinus non diſtinguit attributa eſſentiæ diuinæ intuitu.*

1. HEnricus quodlib. 5. q. 1. affirmat diuinum intellectum diſtinguere diuina attributa contemplatione diuinæ eſſentiæ, non quatenùs diuina eſſentia eſt ſimplex veritas, ſed quaſi reflexa cognitione penitùs rimãdo quid ſit hęc ſimplex veritas, quæ formaliter eſt ſapientia, & bonitas. Durandus etiam d. 2. q. 3. videtur conſentire, dummodò non diſtinguantur ea attributa, niſi ordine ad res creatas diſtinctas. At verò S. Thom. C 1. p. q. 13. art. 4. circa ſolutionem tertij argumenti adnuit, beatos quidem ſpeculantes diuinam eſſentiam, diſtinguere attributa, quæ intellectu diuino comprehendente non diſtinguuntur.

Henricus. Durand. S. Thom.

2. Verum in ea quæſtione illud imprimis dicendum, quòd Deus infinita ſua ſcientia intelligit quicquid intelligibile eſt; neque ea ſola cogitat quæ vera ſunt, ſed omnia quæ cogitatione poſsũt fingi etiã falſa & impoſsibilia; quæ etiam veriſsimè intelligit, quòd falſa & impoſsibilia ſint; omnia autem ea intelligit ſimpliciſſima cognitione: & quia comprehendit etiam intellectum creatum, ea etiã quæ in eo ſunt vel eſſe poſſunt, comprehẽdit. Nullum ergo dubium quin Deus contẽ- D pletur eam diſtinctionem attributorum ſuorum, quam nos mente noſtra meditamur, cui cognitę ſũt cogitationes noſtrę.

Oſtenditur à Deo cognoſci ab æterno diſtinctionẽ quã intellectus creatus facit, vel facere poteſt.

3. Sed tamen quia attributorum diſtinctio eſt quædam relatio rationis, quærimus an ea relatio conſequatur diuinam cognitionem ita, vt ex Dei cognitione ſe ipſum contemplantis diuina attributa inter ſe diſtinguantur? Tuemur autem partem negantem, ſcilicèt, quòd cognitio diuina æterna non eſt cauſa diſtinctionis

Concluſio. Cognitio Dei non cauſat diſtinctionẽ ra-

Digitized by Google

tionis inter attributa, ſeu relationẽ rationis.

ctionis attributorum, licet Deus ab æterno cognoſcat noſtra conſideratione poſſe attributa diſtingui.

4. Oſtenditur 1.

Hoc autem oſtenditur primò de intentionibus logicis. Quod enim homo ſit ſpecies, relatio quædam rationis eſt; cuius relationis fundamentum eſt natura præciſa cogitatione à ſingularibus conceptu quodam communi, quo natura apprehenditur, ſingularia verò non apprehenduntur; & is conceptus eſt diſtinctus à conceptu ſingularium. Natura autem cognita per eum conceptum diſtinctum, eſt fundamentum huius relationis rationis, quæ dicitur intẽtio ſpeciei. Cum ergo Deus non habeat conceptus plures, vt alter ſit ſubiectum, alter prædicatum, alter conceptus communis confuſus, alter ſingularis diſtinctus; res cognitæ à Deo vt ſic etiam cognitæ, non ſunt fundamenta intentionum iſtarum. Itaque cognoſcit Deus has intẽtiones, ſed cognoſcit eas fundari in rebus, prout ſunt à nobis cognitæ; ſicùt relationes creatas cognoſcit fundari in rebus creatis.

Natura cognita per conceptum diſtinctũ à cõceptu ſingularium, eſt fundamẽtum relationis ſpeciei.

5.

Hoc ergo idem eſt, quod de attributis aſſerimus: nam eam diſtinctionem rationis ab æterno Deus contemplatur; ſed cognoſcit ſimul eam diſtinctionem rationis, quæ eſt rationis relatio, fundari in eſſentia ſua prout à nobis cognoſcitur pluribus conceptibus diſtinctis; indè enim proficiſcitur, vt diſtincta attributa ſint, quia diſtinctis conceptibus à nobis apprehenduntur. Ergo ea rationis diſtinctio, & relatio, non fundatur in eſſentia prout eſt à Deo cognita vno conceptu, à quo vno conceptu non poteſt res cognita dici diſtincta; ſed prout à nobis cõſideratur pluribus cõceptibus diſtinctis quibus res cognita diſtincta dicitur. Et hæc eſt vera ſententia, quam credimus eſſe non obſcuram. Idemque dicendum eſt de viſione beatorum, quæ eſt ſimplex diuinæ eſſentiæ intuitus; nam eſſentia vt ſic vno aſpectu cognita non eſt fundamentum diſtinctionis inter diuina attributa.

Diſtinctio rationis inter attributa fundatur in eſſentia prout à nobis cognoſcitur pluribus conceptibꝰ diſtinctis.

Ab vno conceptu non poteſt res cognita dici diſtincta.

Viſio beatorũ non cauſat diſtinctionem rationis.

6. Nulla notitia rei ſimplicis quidditatiua poteſt multiplicari. Probatur.

Vnde colligimus nullam notitiam rei ſimplicis quidditatiuam, poſſe multiplicari. Nam ſi quidditatiua eſt, nihil relinquit quidditatis, quod notitia diuerſa repræſentetur. Notitia etiam intuitiua rei ſimplicis, multiplicari nõ poteſt; quia cum intuitus percipiat rem vt eſt, ſi illa ſimplex eſt, nullam ſui partem relinquit

A repræſentandam diuerſa notitia: nõ ergo viſio beatorum ſecari poteſt in plures notitias, quibus diſtincta attributa occurrant.

7. Deus videt in eſſentia diuina intellectũ creatũ diſtinguentem attributa.

Aduertendum tamen eſt Deum Optimum intelligere attributa diſtinctè in ſua eſſentia, quia in ſua eſſentia intuetur intellectum noſtrum diſtinguentem attributa, in quo noſtro intellectu illa diſtinctè ſunt cognita, & Deus cognoſcit diſtinctè cognita; & hoc modo dicitur cognoſcere illa diſtinctè prout in noſtro intellectu ſunt. Quod etiam beatis credibile eſt concedi, vt in eſſentia diuina intueantur intellectum creatum theologizantem, & diſtinguentem attributa. B Quod ſi connaturale eſt intellectui videnti diuinam eſſentiam, vt ſe ipſum intueatur in illa, conſequens eſt, vt in ſe ipſo per conceptus varios ſpeculante attributa, intueatur diſtinctè illa. Rectè ergo cenſuit Ioannes Capreol. d. 8. q. 4. art. 3. Deum non diſtinguere per ſcientiam ſuã diuina attributa, ſed benè intelligere ipſa diſtincta in intellectu creato.

Similitèr beati ſaltẽ propriũ intellectum.

Capreol.

8. Prima obiect.

Sunt qui cõtendant attributa formalitèr eſſe diſtincta ab æterno, ſiquidem veritates æternæ ſunt Deum eſſe præditum intellectu, & intellectu intelligere non volũtate. Et hoc iterùm alij ſuadẽt, C quia entia rationis hoc ipſo ſunt quod cognoſcuntur; diſtinctio ergo attributorum, quæ eſt relatio rationis, hoc ipſo quod non ignoratur, ſed ſcitur à Deo æterna ſciẽtia, æterna eſt; & ea diſtinctione ſunt ab æterno attributa diſtincta formalitèr. Hi verò accipiunt attributa nõ pro rebus ipſis, quas Scotiſtæ credidere eſſe formalitèr diſtinctas: ſed prout diſtinguuntur rationibus formalibus; & eã diſtinctionem rationis aiunt fuiſſe ab æterno. De æternis enunciatis diſputabimus parte ſecunda capitis, & liquebit non eſſe neceſſariam attributorũ diſtin- D ctionem per intellectum diuinum, vt ea enunciata ſint æterna; ſunt enim potiùs enunciabilia ab æterno, quàm enunciata, cum enunciare ſit intellectus noſtri.

Secunda.

Ad 1. obiect. Deus intellectu intelligit, & non voluntate, aliaq; huiuſmodi ſunt ẽnũciabilia ab æterno, potius quàm enunciata.

9. Ad 2. obiect. Reſpõſio quorundam. Reijcitur.

Circa aliud argumentum quidam negant ens rationis fieri ab intellectu diuino, quia cum ſit ens fictum, videtur eſſe indecorum, id ens, quod verè non eſt, eſſe in diuino intellectu. Sed hæc ratio parùm nobis perſuadet, quoniam cum eſſe in intellectu ſit cognoſci, nihil hoc indicat imperfectionis in intelligente, quantum-

Digitized by Google

Vera reſponſio.
Entia rationis non fiunt à Deo, quia conſequuntur modum intelligēdi imperfectū.

quantumuis ſit id quod cognoſcitur imperfectum. Hæc autem entia rationis negamus oriri ab intellectu diuino, eò quòd conſequantur modum intelligendi imperfectum, quem actu conſequuntur cum intelliguntur conſequi: & quia non conſequuntur diuinæ intellectionis modum; etiãſi Deus cognoſcat hæc entia vt conſequuntur noſtram intellectionem, non ideò ab æterno ſunt; quia non intelliguntur vt conſequentia cognitionem diuinam, ſed vt poſsibilia quæ poſſunt conſequi intellectum creatum poſſibilem. Non ergo ab æterno ſunt.

Non ſunt actu ab æterno, ſed poſsibilia.

10\. *3. obiectio Durandi.*

Hinc etiam colligitur quàm ſit futile argumentum illud à Durando inuentū, Diuinus intellectus diſtinguit ab æterno perſonas, quæ ſunt magis diſtinctæ; ergo diſtinguit attributa quæ ſunt minùs diſtincta. Argumenti enim forma eſt à maiori ad minus affirmantèr; at verò diſtinguere attributa non eſt perfectioris intellectus, ſed magis imperfecti. Prætereà, æquiuoco claudicat argumentū; nam intellectus diuinus diſtinguit perſonas, hoc eſt, intelligit eſſe diſtinctas, vt re vera ſunt: attributa verò non ſunt re ipſa diſtincta, neque intelliguntur verè eſſe diſtincta; ſed apud nos diſtinguūtur alio diuerſo ſenſu quatenùs intelligūtur diſtinctis conceptibus; quare nulla eſt conſequentia, accepto nomine diſtinctionis æquiuocè.

Futilis oſtenditur primò.
Secundò.
Intellectus diuinus diſtinguit perſonas, hoc eſt, intelligit eſſe diſtinctas.

Confirmatio.

11\. *S. Bernard. tradit noſtrã concluſionem & inſuper rationem illius.*

HÆc noſtra ſententia pronunciata palam eſt à S. Bernard. lib. 5. de cōſideratione ad Eugenium; nam cum diſputaret attributa diuina non eſſe re ipſa diſtincta, ſed eſſe rem vnam ſimplicisſimam; neque iterùm eſſentiam à perſonis diuidendam eſſe, ſic ait, *Cum contēdimus apprehendere vnum, occurrit quaſi quadruplicatum*; hoc eſt, eſſentia quaſi res quarta, *Facit hoc*, inquit, *ſpeculum, & ænigma, per quod ſolum videre datur; cum autem videbimus facie ad faciem, videbimus ſicuti eſt; nec enim iam tunc ſingulis acies mentis noſtra quantumlibet vehementèr intendens, aliquatenùs reſiliet, deſilietuè in ſuam pluralitatē.* Cauſam multiplicati cōceptus ait eſſe ænigma, ſcilicèt, quia non habemus notitiam intuitiuam, qua videamus rem vt eſt; ea autem notitia, quantumuis velimus ſpeculari, ait non poſſe nobis occurrere pluralitatem, vt ſcilicèt diſtinguamus intuitu rem apertè viſam in qua nulla eſt diſtinctio. Non igitur veritatem ſolummodò nobis tradidit S. Bernardus, ſed rationem veritatis aſſertę indicauit apprimè. Idem ſentit S. Thomas in 1. d. 22. q. 1. art. 3. ad 3. quod etiam innuit locis à nobis recitatis diſputando. Et eadem eſt opinio Ioannis Capreol. d. 8. q. 4. art. 3. ad 16. argumentum Scoti, Alexand. Alenſ. 1. p. q. 52. membro 3. & Ægyd. in 1. d. 2. q. 3. art. 3.

S. Thom.
Capreol.
Alex. Alex.
Ægyd.

PARS SECVNDA.

Enunciationes de diuinis attributis veræ, ſunt etiam perpetuæ veritatis.

12\. RElìquum eſt, vt diſputemus quo pacto dicantur æternæ veritates eæ, quæ à nobis de Deo enunciantur. Obſeruandum eſt autem quòd alia eſt veritas extra intellectum; alia in intellectu, etiam ex parte obiecti: verbi gratia, Petrus eſt ens verum, quia exiſtit; at Petrū eſſe hominem, eſt verum in intellectu; eſt enim id quod per propoſitionem ſignificatur, quod vocant verum enunciabile. Quid autem ſit in Petro hoc verum, ſi quæras? Reſpondemus nihil eſſe niſi Petrum cognoſcibilem per illud enunciatum. Similitèr ſi quæras, quid ſit hominē eſſe animal, quæ eſt veritas perpetua ab æterno? Reſpondemus nihil aliud eſſe re ipſa, niſi ipſum hominem; & id, quod per hoc enunciatum ſignificatur, nihil reale eſſe præterquam quod homo ipſe: niſi velis aſſerere illud Ioannis Scoti inuentum, quòd Deus ab æterno produxit res in eſſe cognito, de qua re aliàs. Quòd ſi rurſùs poſtules, quid ſit homo per hoc enunciatum ſignificatus, antequam exiſtat? Reſpondetur quòd homo eſt verum ens ſimplicitèr, dum exiſtit; at verò antequàm exiſtat, eſt verum ens poſsibile exiſtere; vel etiam homo eſt verum ens in intellectu diuino practico obiectiuè (vt aiunt) quatenùs eſt conformabile diuinæ arti. Similitèr ſi quæras, quid ſit re ipſa veritas ſignificata per has propoſitiones, Deus intelligit intellectu, nō voluntate, &c? Reſpondemus quòd hæc ita eſſe, re ipſa nihil eſt aliud, niſi Deus ipſe in ſe, cuius quod quid eſt in ipſius intellectu eſt vnicum adæquatum obiectum; enunciabile tamen à nobis per plura hæc enunciata, vt ſæpiùs repetimus.

Veritas alia eſt extra intellectum, alia in intellectu, etiã ex parte obiecti.
Hominem eſſe animal, nihil eſt re ipſa, niſi ipſe homo enūciabilis per hoc enunciatum.
Scoti inuentum.
Quod quid eſt Dei eſt enūciabile à nobis per plura enunciata.

Medi-

Digitized by Google

Attributorū diſtinctio nō eſt neceſſaria, vt Deus ſit is ipſe qui eſt.

2. Meditare igitur ac cogita omnia, quæ à nobis de Deo pluribus aſſertis enunciantur, quòd Deus ſit ſapiēs, iuſtus, clemens: tūc verò cogita hæc omnia in Deo eſſe rem vnam, & eandem ſimpliciſsimā: poſtrèmò euidentiſsimè colliges quòd vt Deus ſit is ipſe qui eſt, & vt talis per omnia ſit qualis eſt, nulla omninò neceſſaria eſt horum attributorum diſtinctio: quę ſcilicèt diſtinctio in re ipſa nulla eſt, ſed in ſola hominis cogitatione; quæ ſi nulla eſſet, adhùc Deus eſſet is idē qui eſt. Sed neque hæc diſtinctio rationis noſtræ neceſſaria eſt ad hoc, vt Deus ſe ipſum intelligat, & comprehendat: Nam etſi nulla eſſet rationis diſtinctio, non minùs Deus ſe ipſum comprehenderet, ac perſpiceret: intelligit enim ſe prout in ſe eſt; ergo ſicut hæc omnia Deo inſunt abſque vlla diſtinctione in re ipſa, ita etiā abſque vlla diſtinctione cognoſcuntur à Deo in ſe ipſo. Imò res vna, & ſimplex videri cum diſtinctione non poteſt; ſed ab ijs, qui non vident illam, cum hac diſtinctione imperfectè cognoſcitur.

Neque vt ſe ipſum intelligat.

Res vna & ſimplex videri cū diſtinctione non poteſt.

3. *S. Thom.*

Hæc autem confirmantur auctoritate S. Thomæ 1.p.q.14.artic.14. vbi docet Deum intelligere veritates enunciabilium per hoc quod intelligit ſimplici intelligentia rerum eſſentias; ita tamen vt in intellectu eius non ſit enunciatio, quę eſt propria intellectus diſcurſu vtentis: intelligit tamen ipſa etiam enunciabilia formalitèr, quatenùs comprehendit noſtrum intellectum, & eius enunciata. Et idem dicendum eſt de ijs, quæ de Deo enunciamus; ea enim Deus intelligit in ſe ipſo abſque vlla diſtinctione ſimplici intuitu; ſed ſecundum quod conſiderat eſſentiam ſuam cognoſci à nobis cum diſtinctione attributorum, & per hæc enunciata, ſeu proloquia indicari, cognoſcit ea enunciabilia formalitèr, hoc eſt, ſe ipſum eſſe rem ſignificatam à nobis per hæc plura effata, ſeu pronunciata: & ſe ipſum eſſe rationes plures in noſtro intellectu, dum de re eadem plura enunciamus, & proferimus. Et illę rationes plures in Deo, de quibus longè diſputauimus, ſecundum quod propoſitionibus ſiue enunciatis ſignificantur, dicuntur enunciabilia.

In intellectu Dei non eſt enunciatio.

Deus tamen intelligit ipſa etiam enūciabilia formalitèr, quatenùs comprehēdit noſtrum intellectum, & eius enunciata.

Rationes plures in Deo, ſecundum quod propoſitionibus ſignificantur, ſunt enunciabilia.

4. Si ergo ſciſciteris, hæ veritates æternæ quid ſint? Reſpondetur quòd re ipſa nihil ſunt, niſi Deus ſimpliciſsimus; formalitèr tamen ſunt Deus ipſe, vt eſt plura enunciabilia, hoc eſt, res ſignificata à nobis per enunciationes plurimas. Veritas enim enunciabilis eſt res ipſa ſignificata per propoſitionem, vt diximus; & dicitur æterna veritas, quia poteſt ab æterno verè enunciari, & quia ab æterno Deus cognoſcit hęc à nobis enunciabilia vera eſſe: non verò quòd Deus ipſe mentem ſuam informet enunciationibus, cum in intellectu diuino nō ſit enūciatio, ſeu propoſitio formaliter, qua ipſe vtatur ad cognitionem.

Veritates æternæ re ipſa nihil ſunt niſi Deus ſimpliciſsimus.

Formaliter verò ſunt Deus ipſe vt eſt plura enunciabilia.

Cur dicantur æternæ.

5. Hæ ergo veritates ſunt æternæ, eò quòd Deus idem neceſſariò eſt; & quia poteſt ſignificari per has neceſſarias enūciationes. Eſtque Deus vnus plura enūciabilia vera, & neceſſaria, & ęterna, ſicut & plura attributa; verbi gratia, Deū eſſe ſapientem ab æternitate quid eſt niſi Deus? Hæc tamen veritas enunciabilis æterna eſt, veritas, inquam, enunciabilis à nobis per noſtras propoſitiones, in quibus perſpicitur attributorum diſtinctio. Similitèr autem cum dicimus, Deus nō intelligit per voluntatem, hæc negatio eſt in ſola enūciatione noſtra, vel in enūciabili formalitèr, id eſt, in obiecto noſtri intellectus qui enunciatione vtitur: & hæc etiam negatio eſt veritas æterna; non quòd ſit negatio re ipſa inter intellectum, & voluntatē Dei; eſſet enim realis quoque diſtinctio, vt ſuprà oſtendimus; ſed quia Deus, vt eſt obiectum intellectus noſtri, verè cum illa negatione à nobis intelligitur, ſcilicèt, quòd nō intelligat per voluntatem. Sed neque illa negatio eſt in Deo, neque ſe ipſum negando, aut diſtinguendo cognoſcit; ſed cognoſcit ſe cognoſci à nobis negantibus, aut diſtinguentibus. Hæc autē multis forſan plus ſatis diximus, vt falſam aliquorum exiſtimationem tolleremus, tum de veritatibus æternis; tum etiam de attributorum diſtinctione in diuina cognitione.

Deus eſt plura enunciabilia ſicut, & plura attributa.

In hac, Deus non intelligit per voluntatē, negatio eſt in ſola enunciatione noſtra, vel in enūciabili formalitèr. Et ſic negatio eſt veritas æterna.

6. Cum ergo enuncio, Deus intelligit per intellectum, res ſignificata eſt vna ſimpliciſsima, ſcilicèt Deus ipſe: cum verò enuncio, Deus non intelligit per voluntatem, res ſignificata non eſt negatio inter res plures, ſicut cum enuncio, Petrus non eſt Paulus; ſed res ſignificata eſt ipſe Deus ſecundum quod à me cognoſcitur pluribus conceptibus; ita vt verè negetur in mea enunciatione vnum de alio, ne confuſè Deum intelligam. Et in

Res ſignificata eſt ipſe Deus prout cognoſcitur diſtinctis cōceptib. non verò confuſè.

hoc

hoc ſenſu,non ſolùm hæc enunciata ſunt ſigna perpetuæ veritatis, vt ſuprà diximus;ſed ipſa veritas ſignificata eſt æterna, quæ nihil aliud eſt, quàm Deus ipſe vt eſt cognoſcibilis à nobis per hæc enũciata, vt ex antecedentibus manifeſtè concluditur.

7. *Ex parte rei cognitæ aliud dicitur verum quod eſt res ipſa,& aliud verum quod eſt res, vt à nobis cognoſcibilis; Hoc in Deo eſt multiplex.*

Ex his autem colligimus,ex parte rei cognitæ aliud dici verum quod eſt res ipſa;aliud verum,quod eſt res vt à nobis cognoſcibilis, quod diximus verum formalitèr enunciabile. Verum, quod eſt res ipſa,in Deo eſt eſſentia,tres perſonę. Verum, quod eſt enunciabile,eſt multiplex, ſicut & attributa multa ſunt. Et quia ab intellectu diuino ſumitur prima ratio veri, ante operationem eius adhùc non intelligitur verum enũciabile: quare neque diſtinctio attributorum antecedit operationem diuini intellectus; ſiquidèm ea diſtinctio pertinet ad enunciabilia per intellectum creatum,quatenùs intellectus creatus poſsibilis comprehenditur ab intellectu diuino: quare fruſtrà meditantur aliqui ante operationem intellectus diuini intellectum diuinum iam diſtinctum à voluntate diſtinctione rationis actuali; quia hæc attributa ex natura rei non diſtinguuntur; neque etiam diſtinctione noſtri intellectus actuali, quæ oritur à primo vero quod eſt in diuino intellectu.

Ab intellectu diuino ſumitur prima ratio veri. Ante illũ nulla eſt attributorum diſtinctio etiam per rationem.

8. Sed licèt ab æterno nulla præintelligatur talis diſtinctio actualis ex parte obiecti, ante operationem diuini intellectus; in tempore tamen nos ipſi cogitando,actu diſtinguimus naturam vt antecedentem ordine rationis ipſam intellectionem, non quòd ante diuinam intellectionem fuerit vlla diſtinctio rationis, vt diximus; aut quòd poſsit verè intelligi anteceſsiſſe talem diſtinctionẽ; ſed quia noſtra intellectio iam deriuata ab illa prima intellectione diuina,poteſt diſtinguere, & facere diſtinctionem rationis in tempore,quæ in æternitate non anteceſsit intellectionem diuinam. Et hæc diſtinctio rationis,vel facta in tempore actu, vel ab æternitate poſsibilis, primò intelligitur in obiecto diuinæ intellectionis, & non ante illam. Itaque hæc veritas ſignificata per noſtrum modum intelligendi, videlicèt, quòd ordine rationis natura diuina antecedat intellectionem,primò extitit ab æterno enũciabilis,ante quam veritatem nulla fuit,

Diſtinctio rationis primò eſt in obiecto diuinæ intellectionis, ſcilicèt,in intellectu noſtro, & non ante illã.

A quia nihil poteſt habere rationem veri ante intellectionem diuinam. Ergo neque fuit neceſſe naturam antecedere intellectionem reali diſtinctione aut prioritate, aut ex natura rei, vt aliqui falſò aſſerunt: neque etiã neceſſe fuit, vt prioritate, aut diſtinctione rationis natura diuina antecederet intellectionem ab æternitate.

Ac proindè nec diſtinctio,nec antecedentia naturæ diuinæ intelligitur ante illam.

9. Ex parte verò rei cognoſcentis, eſt veritas in intellectu formalitèr perficiẽs illum; & in enunciatione vt in ſigno ad placitum, quod indicat verum in intellectu. Et ita dicuntur enunciationes perpetuæ veritatis illæ, quæ enunciant res neceſſarias,duobus modis,vel quia indicant veritates ęternas,vt explicauimus; vel quia quocunque tempore, aut ante aut poſt,enuncies idem, verum enũcias.

Veritas ex parte cognoſcentis, in intellectu,& enũciatione.

Cur dicatur ęterna.

B

10. Periodus quæſtionis eſt, quòd etſi hæ enunciationes, Deus intelligit per intellectum, & non per voluntatem; Deus eſt ſapiens per ſapientiam, & non per iuſtitiam, & ſimiles, ſint æternæ veritatis,nunquam colligitur quòd negatio ſit realis inter attributa, aut quòd illa ſint ex natura rei diſtincta, quia diſtinctio eorum fundatur in cognitione creata,& non antecedit diuinam.

Periodus quæſtionis.

Negatio & diſtinctio attributorum funditur in cognitione creata

C

Confirmatio.

11. HÆc autem ſatis confirmantur auctoritate S.Thomæ in 1.d.19.q.5. art.3.vbi comprobat vnam eſſe veritatẽ æternã. Et ad 3.affirmat ante intellectũ creatum non eſſe aliquam veritatem rerum creatarum in actu. Et ad 5.declarat ante operationem noſtri intellectus ſolũ eſſe veritatem ſignabilem, quam nos diximus veritatem enũciabilem. Et in eodem artic.docet in intellectu diuino eſſe primam veritatem, ante cuius operationem nullum ſit actu verum,ex quibus ea omnia,quæ diximus, ſatis conſentaneè deprompta ſunt.

S. Thomæ primus locus. Secundus. Tertius. Quartus.

D

CAPVT XXXVII.

Quòd Deus ſit vnus,ratione naturali oſtenditur.

12. PRæmiſſa diſputatione de ſimplicitate Deitatis,ſuccedit altera de vnitate eiuſdem Deitatis,quam ratio ipſa naturalis manifeſtò declarat. Mitto autem rationem illam phyſicam ſatis tritam, ex parte mobilis;ex eo quòd omne quod mouetur, ab aliquo moueatur, vt docet

Ratio trita ex parte mobilis, omittitur.

Digitized by Google

Ariſtot.

S. Thom.

Prima ratio ex parte agentis.

Plura agentia totalia eiuſdē ordinis, v. c. duo ignes ad eundem effectum non cōcurrunt ſaltē per ſe, ſed ſolū per accidens.

Eſt ratio demonſtratiua.

Ariſtoteles 4. Phyſicor. cap. 4. vnde decurrimus vſque ad primum motorem, qui nō moueatur, ſed moueat; hoc enim argumentum longiori indiget diſputatione, & tractatur à S. Thoma 1. p. q. 2. art. 3. Arguimus igitur etiam ex parte agentis: nam plura agentia eiuſdem ordinis, non concurrunt per ſe ad eundem effectum; verbi gratia; ſi duo ignes per ſe concurrerent ad calefaciendum, altero ſublato alter non calefaceret; vnde colligimus quòd per accidens concurrant duo ignes, cum vnus ſufficiat: ergo primus motor qui eſt per ſe motor, vnus eſt, non plures. Et hæc ratio eſt demonſtratiua, licet enim eum calorem quem efficiunt ignes duo in aliqua certa temporis menſura, non poſsit efficere alter illorum ſine altero per tempus idem; hæc tamē omnia per accidens ſunt, quia abſolutè ignis vnus poteſt efficere idem quod duo: quòd ſi ſit ignis magnus & vehemens, eodem temporis interuallo cōficere poteſt idē quod duo ignes remiſſiores, qui calore minùs valeant; nam maius & minus per accidens ſe habent ad ignē; ergo primus motor, qui eſt per ſe motor omnium rerū, neceſſariò vnus eſt; nam ſi eſſent plures, eſſent per accidens motores; & neceſſariò veniendum ad vnum per ſe motorem.

Si eſſent plures, eſſent per accidens motores.

2.

Deindè etſi poneremus, duo agentia poſſe efficere eundem effectum, ita vt vnum agens efficeret identidem quod alterum, & identidem duo ſimul; quod eſſet miraculoſum & forſan impoſsibile; adhùc ex ipſa poſitione duo illi ignes per accidens concurrunt ad illum effectum, cum alter ſufficeret; ergo motor per ſe primus vnus eſt, quia plures motores eſſent per accidens. Confirmatur, quoniam ſi ſunt plures motores primi, ſunt quidem partialia agentia ſe coadiuuantia, quod non accidit, niſi ex defectu facultatis in ſingulis. Si verò reſpondeas in Deo hoc nō accidere ex defectu facultatis, ſed quia in hoc plures Dij cōſentiunt, vt ſimul operentur. Contra eſt, quia ſequitur quòd ſinguli poſſent efficere ſigillatim quod omnes ſimul; ergo nullus illorum eſſet primus motor per ſe, quia quivis motus non proficiſceretur per ſe ab iſto motore, cum poſſet etiā ab alio progredi: quare neuter eſſet motor neceſſarius, neque per ſe; quod enim eſt per ſe, neceſſe eſt eſſe; neuter enim eſt neceſſarius, ſi altero ceſſante alter poſſet mouere, ſiquidem ponis ſingulos ſufficere, vt moueant. Et ideò rectè ait S. Thomas 1. p. q. 11. art. 3. *Quia per ſe vnius vna eſt cauſa, & multa non ſunt cauſa vnius, niſi per accidēs*: ergo ſi vnus primus motor eſt, & per ſe valet omnia operari, melius operabitur ſolus quàm cum alijs ſimul. Et item quia dum vnus operatur modò, modò alius, motus non erit continuus.

Confirmatur. Partialia agētia ſe coadiuuant ex defectu facultatis in ſingulis.

Reſponſio.

Refellitur.

S. Thom.

3.

Secunda ratiò ex hypotheſi libertatis in 1. motore.

Duo agentia libera, & prima non poſſunt conuenire per ſe, ſed caſu.

Explicatur.

Secundò probatur ex hypotheſi, quia primus motor eſt agens liberum; ergo eſt vnum, & non plura. Probatur, quoniā plura agentia libera & prima, non poſſunt conſentire per ſe de re eadem. Explicatur hoc, nam agens liberum creatum ſemper conſentit cum agente libero, increato & primo, ita vt Deo repugnante non poſsim ego aliquid velle; cū voluntas mea ſit in diuina, tanquam in cauſa, quæ res explicatione indiget, vt tomo 2. diſputandum eſt; ergo ſi ponamus plura agentia non dependentia ab aliquo priori agente, neque quoad operari, neque quoad velle, credi non poteſt aut intelligi quòd liberæ ipſorum conſenſiones per ſe conueniant, ſed caſu & per accidens; quod autem caſu euenit non ſemper accidit; vnde eſſet diſsidium. Confirmatur, per ſe enim dicitur vel id quod eſt per ſe ex natura rei, vel quod per ſe fit, vt docet Ariſtoteles in Poſterioribus: quòd autem duo primi motores per ſe, liberèque conſentiant, non fit per ſe ab alio, quia in primo motore non accidit fieri: at verò voluntas libera non eſt per ſe, hoc eſt, ex natura rei hæc vel illa, quia eſſet neceſſaria; ergo euidentiſsimè demonſtratur quòd non per ſe, & neceſſariò conſentirent: eſſet ergo diſcordia inter prima agentia, niſi vnum eſſet primum agens & vnicum.

Confirmatur. Per ſe dicitur vel id quòd eſt per ſe ex natura rei: vel quod per ſe fit.

Ariſtot.

4.

Tertia ratio ex parte prouidētiæ.

Confirmatur.

S. Thom.

Quæ ſunt ordinata, & non per accidens, ſemper ordinantur in vnū ſiue agens primum, ſiue finem vltimū.

Tertiò probatur ex parte prouidentiæ: nam qui gubernat ſemper appetit ſingulare imperium; eſt enim monarchia primus, & optimus principatus. Et confirmatur ratione Sancti Thomæ primo contra gentes cap. 42. quoniam quæ non ſunt ordinata per accidens, ſemper ordinantur in vnum: ordo enim eſt vnitas quædam; non ergo ordinantur quatenùs diſtincta ſunt, ſed quatenùs in aliquo ordinatè conueniunt tam ex parte agentis, quàm ex parte finis; totum

Digitized by Google

totum enim exercitum vnus Imperator ordinat, & ad ſe ipſum ordinat. Et ex parte finis probatur ſimilitèr, quia vltimus finis ſolùm vnus eſt; aliàs quomodò quis appeteret plura in quantum plura, nó verò in quantum reducuntur ad vnam beatitudinem? cum ergo primum agens ſit vltimus finis, ſi eſſent plura agentia prima, eſſent plures fines vltimi, & appeteremus plura per accidens, ſcilicèt, non ordinata. Imò non conquieſceret appetitus noſter in vno fine vltimo, ſi natura ſua propenderet ad plures fines vltimos. Tunc vltra, vel ipſi Dij non eſſent per ſe ſinguli beati, quia extra quélibet eſſet alius finis vltimus, in quo eſt perfecta beatitas, ſeu beatitudo; indigeret ergo alter alterius beatitudine qua frueretur: vel ſinguli eſſent ſuo bono cótenti, eò quòd vnus non eſſet finis vltimus alterius; at verò cum ſinguli eſſent fines vltimi creaturarum, animæ creatæ non eſſent ſingulorum bono expletæ, niſi omnium Deorum ſimul bonis aggregatis, & coniunctis fruerentur; quæ ſunt portenta figmentaque vaniſsima; eſſet enim Deus hic vel ille ſingulatim contentus fruitione ſui, & creatura non eſſet contenta fruitione ſingulorum. Ad hoc etiam pertinet argumentum Tertullian. libr. 1. contra Marcionem ſolertiſsimè diſputantis: *Ecce enim duos intuens Deos tam pares, quàm duo ſummè magna, quid facerem ſi ambos colerem? Vererer ne abundantia officij ſuperſtitio potiùs quàm religio exiſtimaretur, qui duos tam pares, & in altero ambos, poſſem in vno demereri.* Et iterùm, inquit, *Si alterum colerem æquè cogitarem ne ſuffundere viderer numeri vanitatem, ſine differentia ſuperuacui*, quaſi dicat, ſi adoro duos pares, ſuperuacanea eſt adoratio, cum vnus Deus poſsit quod poſſunt duo. Si vnum Deum ſatis quod eſt adoro, ſuperuacaneus eſt Deus alter, cuius non egeo beneficijs.

[Margin: Vltimus finis ſolú eſt vnus. Probatur. 1. — Secundò. — Tertiò. — Hùc pertinet argumentum Tertulliani.]

5. Quartò probatur ex perfectione Dei, quia ſi ſunt plures Dij, aut in ſingulis deeſt perfectio aliqua, aut immiſcetur imperfectio; differentia enim qua diſtinguuntur, ſi imperfectio eſt, eſt Deus imperfectus; ſi perfectio, ea quæ eſt in vno propriè, deeſt in alio. Et confirmatur, quia Deus eſt ſummum bonum per ſuperabundantiam, hoc eſt, quod non ſolùm non ſuperatur ab alio bono, ſed

[Margin: Quarta ratio ex perfectione Dei. — Confirmatur.]

A excedit bona omnia; quod autem excedit cætera, vnum eſt; quod eſt argumentum Tertulliani libro 1. contra Marcionem: quia, inquit, ſummo magno nihil æquatur. Et hæc quidèm argumenta adeò plana ſunt, vt poſsint vulgò etiam proponi, & rudibus perſuaderi. Argumentum verò de Monarchia commune eſt apud Patres, Sanctum Iuſtinum oratione Parænetica ad gentes, S. Cyprianum de vanitate Idolorum, S. Athanaſium oratione contra idola, S. Ioannem Chryſoſtomum homilia vltima ad Hebræos, Sanctum Gregorium libr. 4. Epi- B ſtolarum Epiſtola 52. Tum etiam apud Philoſophos Philonem libr. de confuſione linguarum, Platonem in Polytico, Ariſtotelem libro 8. de moribus capite 10. & 12. Metaphyſicorum, Plutarchum in Epiſtola de formis Reipublicæ, & alios plures, quos refert Ioannes Stobœus ſermone 45. Vnde illud, Multos imperare malum eſt, Rex vnicus eſto.

[Margin: Eſt argumétū Tertulliani. — Superiori argumento Monarchiæ vtuntur Patres, S. Iuſtinus. S. Cyprian. S. Athanaſ. S. Chryſoſt. S. Gregor. Philoſophi. Philo. Plato. Ariſtot. Plutarch. Ioan. Stob.]

6. Quintò tamen loco idem probatur (vt argutioribus etiam rationibus vtamur) ex infinitate diuinæ naturæ; ſi enim ſunt duo Dij natura Deitatis eſt com- C munis vtrique & multiplicata in vtroque. Eſt autem natura diuina ens infinitum; ſed enti infinito non poteſt fieri additamentum nec finitum, nec infinitum, quia continet totam rationem entis: ergo non poteſt in duobus Dijs ſignari duplex differentia ſiue eſſentialis, ſiue accidentalis, qua inter ſe differant; quia illa differentia eſt additamentum ad naturam infinitam. Neque euades argumentum, ſi dicas; adiectionem hanc ſolùm eſſe in intellectu. Id enim quod intellectus concipit per conceptum có- D munem, & particularem de re quapiam, eſt in re ipſa, licet non ſit diſtinctum; ens autem infinitum vt ſic, non poteſt ita concipi vt fiat ad illud vllum additamentum, vt probauimus; ergo natura Deitatis non poteſt ita eſſe communis, vt inueniatur in pluribus: ſicut enim ens in ſua confuſione, & amplitudine ingreditur conceptum cuiuſcunque entis; ita ens infinitum vt ſic, continet omnem differentiam entis, quæ in Deo poteſt reperiri: ſed natura Deitatis eſt ens infinitum; ergo continet ipſas differentias, quibus poſſunt Dij diſtingui.

[Margin: Quinta ratio ex infinitate diuinæ naturæ. — Euaſio argumenti præcluditur. — Cú Deitas ſit ens infinitum continet ipſas differétias, quibus poſsét Dij diſtingui.]

Digitized by Google

7.
6. ratio.
Quia Deus eſt ens per ſe primo, ſeu per ſuam eſſentiam exiſtẽs, ideoq; primum, & neceſſarium.

Sextò probatur ex eo quòd Deus eſt ens neceſſarium, & per ſe primò exiſtens: agens enim primum, cum non ſit ab alio, per ſuam eſſentiam exiſtit, & ideò dicitur ens neceſſarium; aliàs ſi non exiſteret per eſſentiam, acciperet exiſtentiam in ſua eſſentia; & non eſſet primum ens, neque neceſſarium. Tunc ſic arguitur, Deus eſt id quod per eſſentiam exiſtit; ergo non poteſt eſſe natura communis ad plures Deos. Probatur clariſsimè, ſi enim eſſet natura communis ad naturas plures, illæ naturæ differrent aliquibus differentijs; has ſi ponas accidentarias, ponis Deitatem compoſitam ex eſſentia, & accidente, & ſubiectam alteri agenti, vt ſuprà eſt probatum: ſi verò ponis eſſentiales differentias, non minùs deſipis; & eſt argumentum S. Thomæ 1. contra gent. c. 42. nam eſſentia communis, per differentias eſſentiales accedit ad exiſtentiam; quia eſſentia non poteſt exiſtere, niſi completa; nõ enim poteſt exiſtere animal quod non ſit leo, nec homo, &c. Si ergo eſſentia ſit per ſe exiſtens, nullas differentias eſſentiales admittit, quia non exiſteret per ſe, ſed per illas; vt animal non eſt rationale per ſe, ſed per hominem; aliàs ſi animal per ſe eſſet rationale, omne animal eſſet rationale; & hæc non eſſet differentia alicuius animantis. Similitèr eſſentia quæ per ſe exiſtit, in ſuo conceptu habet vltimam differentiam eſſentialem, quæ ſcilicèt neceſſaria eſt ad exiſtẽtiam, aliàs non exiſteret per ſe, ſed per ſua particularia, exiſteret enim ratione differentiæ eſſentialis additæ. Quòd ſi ea eſſet differentia huius Dei, vt per eam per ſe primò, & per eſſentiam exiſteret, in alio Deo hæc differentia non eſſet; differentia enim vnius in illo ſolo eſt; & ita alius Deus non exiſteret per eſſentiam, & per ſe primò; & non eſſet Deus: quòd ſi & alius Deus per ſuam differentiam eſſentialem exiſteret, iam non eſſet differentia inter Deum & Deum quoad hoc quod eſt per eſſentiam exiſtere, & tunc redit argumentum. Hoc enim quod eſt per eſſentiam exiſtere, eſt ipſa eſſentia diuina; ergo eſſentia diuina hoc ipſum non expectat à differentijs eſſentialibus, ſed potiùs à ſe habet.

S. Thom.
Eſſentia communis per differentias eſſentiales accedit ad exiſtentiam.

Animal non eſt rationale per ſe.

Per eſſentiam exiſtere non eſt differentia inter Deum & Deum, ſiue dicatur eſſe in vno eorum tantùm, ſiue in vtroque, ſed eſt ipſe Deus vnus.

8.
Confirm. 1.
Ens neceſſarium eſt tale in quantũ ſingulare.

Confirmatur, quoniam quod eſt neceſſe eſſe, neceſſe eſt eſſe in quantum eſt hoc ens ſignatum, & ſingulare; ſed ſingularitas eſt in vno ſolo; ergo neceſsitas entis in vno ſolo reperitur: quod eſt argumentum Sancti Thomæ 1. contra gẽtes cap. 42. Cauillatur Aureolus, quòd plura entia neceſſaria poſſent eſſe neceſſaria, non vt hoc ſingulare, ſed vt natura communis, quia poſsent differre ſpecie, vt duo Angeli. Reſpondet autem Franciſcus Ferrarienſ. quòd ſi eſſent ſpecie diſtincta eſſent compoſita. Sed hæc ſolutio non tuetur S. Thomæ aſſertum, ſcilicèt quòd ens neceſſarium ſit tale in quantum ſingulare, ſi poſset eſſe talis in quantum natura communis, vt Aureolus obijcit. Interpres autem Ferrarienſ. non penitùs attigit mentem S. Thomæ; nam exiſtentia eſt proprius actus indiuidui, & ſingularis, licèt ſecundum conceptum communem inueniatur in omnibus rebus. Vnde exiſtentia per ſe neceſsaria, non poteſt eſſe huiuſmodi ratione ſpeciei, ſed ratione indiuidui; exiſtentia enim non eſt actus ſpeciei, aut proprietas, ſed eſt proprius actus indiuidui; ergo ens quod eſt neceſſe eſſe, eſt hoc ens. Confirmatur, quia eſſe abſtractum non multiplicatur, cum ſit per ſe ſubſiſtens; ſed Deus eſt ipſum eſſe; ergo non poteſt inueniri in pluribus.

S. Thom.
Cauillatur eũ *Aureolus.*
Reſponſio. *Ferrarien.*
Reijcitur.
Vera reſponſio.
Exiſtentia eſt proprius actus indiuidui.
Confirm. 2.
Eſſe abſtractũ non multiplicatur cum ſit per ſe ſubſiſtẽs.

9.
Vltima ratio ex ſimplicitate Deitatis.

Vltimò probatur ex ſimplicitate Deitatis; quicquid enim addas naturæ diuinæ non eſt diuinum, ſed extraneum; ſed ſi ſunt Dij plures, diuinæ naturæ communi adduntur differentiæ, quæ ſunt extra illam: ergo facis realem compoſitionem, vt ſuprà. Impoſsibile eſt etiam, vt differentia ſit extranea ſpeciei, quam conſtituit: quod autem eſt extraneum Deitati, neceſſe eſt eſſe huic quoque Deo extraneum: ergo erit differentia extra ſpeciem, quam conſtituit. Et idem argumentum eſt de differentia indiuidui. Et præterea facis compoſitionem logicam, quæ in diuinis non poteſt eſſe, vt infrà probabimus. Et licèt compoſitio logica nihil reale ponat in Deo, tamen ſecundum illam verò, aut falſò intelligimus diuina; ergo ſi non poteſt intelligi natura diuina communis, quæ per differentias logicas contrahentes diſtinguatur in plures, re vera non poteſt eſſe natura diuina communis, ita vt plures exiſtant diuinæ naturæ.

In pluribus Dijs compoſitio realis.
Differẽtia extranea quatenùs addita, nõ extranea quatenùs conſtituit.
In pluribus Dijs compoſitio logica.

Hoc

Digitized by Google

10. Confirmatur ex vnitate ſecũdum ſe, quæ antecedit numerum. Hoc etiam confirmatur ex vnitate ſecundum ſe: tum quia vnitas antecedit numerum; ſed Deus eſt primum ens; ergo eſt vnum, & non plura; ab illo enim vno eſt omnis numerus, & multitudo. Confirm. 2. Præterea ſi in Dijs eſt numerus, quæro quotus numerus? quod eſt argumentum *Tertullian.* Tertull. libr. 1. contra Marcionem ponentem Deos duos. Cur, inquit, non plures, ſi duo? Et hoc idem comprobatur; Confirm. 3. numerus enim rerum aut finitur per ſe ex differentijs contrahentibus naturam (quod iam reiecimus) aut ex intentione agentis in rebus quæ habent cauſam, quam Deus non habet; ergo in Deo non eſt numerus certus, & definitus, atque adeò nullus. Confirm. 4. Diuiſio tendit in interitum. Tum etiã, quia ens repugnat diuiſioni ex parte ſua; diuiſio enim tendit in interitum; vnde quod eſt magis ens eſt magis vnum; ergo maximè ens, quod eſt Deus, eſt maximè vnum. Oſtenditur ergo euidentiſsimis demõſtrationibus Deum eſſe vnum natura; qua etiam in re hæretici miſerè inſaniunt.

11. Argumentum *Tertulliani.* Non imbecillum illud etiam eſt argumentum Tertullian. in Apolog. contra gentes, quia vel ipſi, qui plures Deos colunt, propriæ ſententiæ obliti, quaſi ductu naturæ dicunt, Deus vidit, Deus dedit; naturalis autem cognitio certiſſima eſt, vnde ſubdit: *O teſtimonium animæ naturalitèr Chriſtianæ*, id eſt, naturalitèr cognoſcentis Deum, quem nos colimus.

12. Vnitatem diuinæ naturæ demonſtrari poſſe, Affirmant *S. Thom. S. Iren. Lactant. Oroſius. Scotus. Durand. Marſil.* Meritò ergo S. Thomas 1. p. q. 11. artic. 3. iudicat veritatem iſtam ratione naturali, eaque euidenti perſpici. Et idẽ aſſerit S. Irenæus lib. 2. cap. 5. & Lactantius Firmianus libr. 1. cap. 3. & Paulus Oroſius libr. 6. Hiſtoriæ cap. 1. Conſentiunt Ioannes Scotus in 1. diſt. 2. q. 2. & Durandus ibidem q. 1. ac Marſilius q. 5. art. 1. & alij plurimi Theologi; vno aut altero refragante.

13. Negant *Ocham. Gabr.* Guilhelmus enim Ochamus, & Gabriel in 1. d. 2. q. 10. aiunt vnitatem diuinæ naturæ non poſſe demonſtrari naturali ratione, ſed ſola fide Catholica teneri. Sed hæc opinio non ſolùm eſt à ratione naturali aliena, ſed verbis Apoſtoli parùm conſentanea, cum ait, Contra hos *Paulus Roman. 1.* *Inuiſibilia enim ipſius à creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur.* Roman. 1. Et iterùm, *Quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis.* Quid A autem notius de ſempiterna Deitate, aut quid ex viſibilibus magis perſpicuũ, quàm ſingularis Dei principatus, & monarchia, & quòd primus motor ſit vnus? Aliàs non eſſet cæcitati aſcribendum gentibus, quòd Deos plures colerent, ſi ratio naturalis de vnitate Dei non eos commoneret.

14. Item Ethnici Philoſophi, vt teſtatur *Lactant. Euſebius. Eugubin. S. Cyrillus. Annobius. S. Iuſtinus.* Cõfirmatur, quia Ethnici, qui aliquid veritatis in Philoſophia attigerunt, hanc veritatem haud dubiè teſtati ſunt, vt refert Lactantius 1. lib. diuinarum inſtitutionum, Euſebius Cæſarieñſis 11. de Præparatione Euãgelica, Auguſtinus Eugub. de perenni Philoſophia lib. 3. S. Cyrillus Alexandrinus libr. 1. contra Iulianum, B Annobius lib. 3. contra gentes. Et antiquior S. Iuſtinus lib. 1. de Monarchia, & oratione Parænet. ad gentes; referuntq; teſtimonia Æſchili, Philæmonis, Orphei, Pythagoræ, Sophoclis, Euripidis, Platonis, Menandri, Heſiodi, & Theatridis apud Clementem lib. 6. Stromatum, & *Clem. Alex.* oratione ad gentes. Mitto Socratẽ apud Platonem, & Tullium Ciceronẽ, & Ariſtotelem de ea re luculentèr philoſophãtem. Quare Prudẽtius in Apotheoſi teſtatur, *Prudent.* etſi Philoſophi pluribus quæſtionibus implicati vt in Labyrintho verſentur, C omnes tamen in hanc concorditèr ſententiam venire, quòd vnum ſit numẽ, ſcilicèt, vnus Deus. Imò & apud Ethnicos erat in opinione certiſsima Deorũ ſummus Parens, qui proculdubio Monarcha erat; neceſſe eſt ergo ad vnum Principem omnia reuocare. Apud Ethnicos in opinione certiſsima erat Deorum ſummus parens. Et Plotinus lib. 1. de Placitis oſtendit Deũ eſſe vnũ, *Plotin.* eò quòd vnitas ipſa ſymbolum ſit Deitatis, Ariſtoteles 11. Metaphy. idem docet. *Ariſt.* Vide Lactantium lib. 1. diuinarum inſtitutionum cap. 3. & Tertull. in Apolog. cap. 17. & S. Thom. 1. contra gentes cap. 42. elegantiſsimè differentem. *Lactant. Tertul. S. Thom.*

D

CAPVT XXXVIII.

Quòd Deus ſit vnus ex literis ſacris, & Patribus confirmatur.

15. Sed oportet confirmare hanc veritatẽ contra impios hæreticos ex ſacris literis, & Patribus; ſi qua tamen apud eos aut Scripturæ, aut Patrum manet auctoritas. Loca ſcripturæ. Igitur vt à Deuteron. exordiamur cap. 4. legimus Moyſen aſſerentem, *Dominus ipſe eſt Deus, & non eſt alius præ-* *Deuteron. cap. 4.*

ter eum. Dominum eum vocat, quem Iudæi colebant, eumque eſſe Deum aſſeuerat, & præter eum non eſſe alium
Cap. 6. Deum: quid clarius? Idemq; docet cap. 6. *Audi Iſrael, Dominus Deus noſter, Dominus vnus eſt.* Et cap. 32. Deus ipſe de
Cap. 32. ſe loquitur, *Videte quòd ego ſim ſolus, & non eſt alius Deus præter me.* Hoc enim maximè fidei illorum commendabatur, vt vnum Deum colerent, eumque ſolum qui eos his verbis alloquebatur.

2. *1. Reg. 2. 2. Reg. 7. 3. Reg. 8. Pſalm. 85. 17. & 82.* Eadem habes 1. Reg. 2. & 2. Reg. 7. *Non eſt ſimilis tui, neque eſt Deus extra te.* 3. Reg. 8. *Domine Deus Iſrael, non eſt ſimilis tui Deus, &c.* Et Pſal. 85. *Tu es Deus ſolus.* & Pſal. 17. & 82. eadem veritas inculcatur. Iſaiæ 44. *Ego primus & ego nouiſſimus, & abſq; me non eſt Deus,*
Iſaiæ. 44. & 45. *quis ſimilis mei?* Et Iſaiæ. 45. *Numquid non ego Dominus, & non eſt vltra Deus abſque me?* Et in Prophetis ſimilia fre-
Sapient. 12. Eccleſiaſt. 1. Marci. 12. quentiſſimè. Item Sapient. 12. *Non eſt alius Deus quàm tu.* Et Eccleſiaſtici. 1. *Vnus eſt altiſſimus.* Et Marci 12. *Vnus eſt Deus, & non eſt alius præter eum.* Et
1. Cor. 8. Epheſ. 4. 1. Corint. 8. *Scimus quòd nullus eſt Deus niſi vnus.* Et idem docet Epheſ. 4.

3. Hæ autem ſentẽtiæ planiſſimæ ſunt, vt nulla prauitas ingenij poſſit eas in ſenſum alienum aut dubium inflectere. Nam Deus qui loquitur in ſanctis ſcripturis, de quo & nos loquimur, non eſt aliqua natura ſpecifica ſola cogitatione præciſa, vt ſit ſpecies, aut quaſi ſpecies; naturæ enim communes non loquũtur, neque voce, aut ratione ſunt prędite, ſed duntaxat à nobis conſiderantur vt cõmunes. At verò Deus eſt exiſtens res, & vera natura, quæ eſt perfectione omni prædita, quam colimus & precamur: is autem Deus noſter vnus eſt, & præter eum nõ eſt alius Deus, neque alius Deus ſimilis, vt crebrò repetit ſcriptura ſacra; non ergo ſunt plures Dij exiſtentes, & veri Dij: nam ſi huic Deo ſingulari non eſt alius ſimilis Deus, nulla eſt natura duobus Dijs communis.

4 *Patres.* Confirmatur autem hoc Patrum ſententijs clariſſimis. Ita definit
S. Athan. S. Athanaſius in Symbolo, *Non tamen tres Dij,*
S. Ignatius. *ſed vnus eſt Deus.* S. item Ignatius in
S. Iuſtinus. Epiſtola ad Antiochenos, S. Iuſtinus lib.
Tertullian. de Monarchia, Tertullianus lib. contra
S. Cyprian. Praxeam, S. Cyprianus de vanitate ido-
S. Athan. lorum, S. Athanaſius epiſtola contra gre-
Clem. Alex. gales Sabellij, Clemens Alexand. in ex-

A hortatione ad gentes, vbi admiranda & ſtupenda de errore gentium narrat, S. Cyrillus lib. 9. in Ioannem cap. 30. *S. Cyrillus.* S Baſilius orationem edidit contra calum- *S. Baſilius.* niantes, quòd tres Deos Chriſtiani colamus, S. Gregorius Nazianz. oratione *Nazianz.* 2. Theologa, S. Fulgentius de fide ad Pe- *S. Fulgent.* trum cap. 1. S. Gregorius Nyſſenus libr. *Nyſſenus.* de Trinitate ad Euſthachium, & in lib. ad Alabium non oportere dici tres Deos. Et S. Auguſtinus lib. 2. contra Maximi- *S. Auguſt.* num, refert ipſos Arianos non auſos di- *De Arianis* cere duos Deos Patrem, & Filium, licèt hoc ſentirent: vbi etiam definit ambos ſimul non duos Deos, ſed vnum. Et de verbis Apoſtoli ſermon. 13. *Maledictus* *Idem.* *qui propria nomina perſonarũ tres Deos,* B *aut tres Dominos, aut tres ſpiritus confitetur.* S. Anſelmus in Monolog. S. Ber- *S. Anſelm.* nardus libr. 5. de conſideratione ad Eu- *S. Bernard.* genium cap. 8. vbi Deum nõ ſolùm vnũ, ſed vnicè vnum vocat.

Hi omnes & Deum eſſe vnum, & Dei- 5. tatem eſſe vnam, vt Catholicam ſententiam confirmant. Nullus verò Patrũ eſt, qui in diſputatione de Trinitate, non ſimul etiam doceat in tribus perſonis nõ tres Deos, aut Deitates tres; ſed Deum vnum, & Deitatem vnam. Quare S. Ba- *S. Baſilius.* ſilius oratione cõtra Sabellium, & Ariũ, *Nazianz.* S. Gregorius Nazianz. oratione Natali *S. Ambroſ.* C Domini, S. Ambroſ. lib. 1. de fide cap. 1. & 2. aiunt Sabellium ad Iudæos, Arium ad Paganos pertinere; quòd Sabellius *Sabellium ad Iudæos: Ariũ ad Paganos pertinere.* tres perſonas negaret, vt Iudæi Trinitatem negant; Arius verò tres perſonas, tres Deos diceret, quod gentibus commune fuit, vt plures Deos eſſe putarent.

6. *Patres Deum ſingularem vocant.* Et ampliùs confirmatur hæc veritas, ex eo quòd Patres nonnũquam vocant Deum ſingularem. S. Iuſtinus libr. 1. de Monarchia Dei, ſic ait, *Æſchylus de Deo* *S. Iuſtinus.* *ſingulari vocẽ protulit.* Sanctus Gregorius Nazianzen. oratione ad Euagrium *Nazianz.* D de diuinitate, *Indiuidua ſummi numinis natura eſt.* Sanctus Auguſtinus li- *S. Auguſt.* br. 1. contra Maximinum, *Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus vnũ ſunt, propter indiuiduam eandemq; naturam.* Et ipſe S. Auguſt. 7. de Trinitate cap. vltim. oſtendit quòd diuina natura nõ eſt ſpe- *Eiuſdem argumentum probans diuinam naturam non eſſe ſpeciẽ, aut genus.* cies, aut genus, eo argumento, quòd Petrus, & Paulus, etſi vterque ſit homo, nõ tamen ſunt vnus homo, ſed duo homines: Pater autem, & Filius dicitur Deus

vnus;

Digitized by Google

vnus; Deitas ergo non eſt ſpecies; aliàs non vnus Deus; ſed duo Dij eſſent perſonæ duæ. A Patribus ergo accepimus non ſolùm quòd Deus vnus ſit, ſed quòd ſit indiuidua, & ſingularis natura, & non ſpecies, aut genus, ita vt de hac veritate nulla ſuperſit controuerſia. Quare verò aliqui ex Patribus recuſent dicere Deũ ſingularem, ne ſcilicèt videantur tres perſonas negare, libro quinto explicabimus.

7. *S. Baſil.* ait Deum nõ eſſe vnũ numero, id eſt, vnitate præciſionis.

Sunt tamẽ verba S. Baſilij ſubobſcura Epiſtola 141. vbi ait, Deum non eſſe vnũ numero. Quibus verbis, ſi rectè explicẽtur, maximè corroborat veritatem fidei contra hæreticos: cenſet enim Deũ non eſſe vnum ea vnitate, quæ ex numero rerum in mente relinquitur, ſcilicèt, vnitate ſpeciei, ſeu vnitate rationis, & præciſionis (vt Dialectici aiunt) hoc enim vocat vnum numero, hoc eſt, vnum quod ex cogitatione rerum in mẽte relinquitur, quod eſt præciſione rationis vnum: & in hoc ſenſu Deum non eſſe vnũ numero, eſt non eſſe ſpeciem, neque naturam communem. Verum eſt quòd vnũ numero in alio ſenſu vt plurimùm accipitur, ſcilicèt, pro re indiuidua, & ſingulari; ſed non ita accipit S. Baſilius, vt ex antecedentibus, & conſequentibus probatur, & liquet.

8. Explicantur Patres comparantes tres diuinas perſonas tribus hominibus, aut tribus Angelis.

Quòd autem Patres nonnunquam cõparant tres diuinas perſonas tribus hominibus, aut tribus Angelis; minimè volunt eo exemplo ſignificare eſſe in tribus diuinis perſonis tres naturas indiuiduas, ſicùt in hominibus, aut Angelis tribus (quod non ſemel, ſed ſæpè ſæpiùs aliàs negant) ſed vt rudibus declarent Catholicam fidẽ, & tres veras perſonas colendas eſſe in vnitate reali eiuſdem naturæ; ſicùt & tres homines tres ſunt perſonæ, etſi in vnitate reali naturæ non conueniant.

9. Dicta veritas definita. Cap. *Firmitèr.* *Conc. Tolet. 11.* *Alia Concilia.* *Symb. Eccl.* *Genebrard.*

Definita eſt hęc veritas capite *Firmitèr*, de Summa Trinitate, & in Concilio Toletano 11. quòd in diuina ſubſtantia non ſit numerus. Imò in pleriſque Concilijs in confeſsione fidei, & in Symbolis Eccleſiaſticis à Concilijs, vel editis, vel acceptis: ſatisq; eſt commune Symbolum Apoſtolorum, *Credo in vnum Deum, &c.* Et Genebrard. in Symbolum ad illa verba, *non tres Dij*, hoc ipſum Romæ ſtatutũ eſſe refert ſub Damaſo.

CAPVT XXXIX.

Hæreſes contra vnitatem Deitatis refutantur.

1. *S. Thom.* Error gentiũ ortus eſt à diuidẽtibus perfectiones diuinas, vt res diuerſas.

Gentes Chriſto Domino non agnito coluere plures Deos. Errorem verò gentium ait S. Thomas in 1. d. 2. q. 1. art. 1. argumento 1. videri ortum fuiſſe à falſa exiſtimatione illorum, qui diuinas perfectiones à rebus creatis participatas diſtribuìm, & partitè contemplantes, crediderunt diuerſa eſſe prima principia, vnde hæc bona in nos diriuarentur: & ita ponebant aliam Deam iuſtitiã, aliam Pacẽ. Quod & S. Dionyſiũ lib. de diuinis nominibus cap. 11. ait innuere. *S. Dionyſ.* Sed iam ſatis ſcitè oſtendimus diuina attributa, & perfectiones non eſſe res diuerſas; quare nec diuerſa principia ſunt, ſed vnum rerum omnium principium, quod eſt Deus Optimus.

2. Prima hæreſis Gnoſticorum ſequentiũ Carpocratem ponit duos Deos, vnum bonũ, alterũ malum.

Poſt errorem gentiũ, qui plures Deos colebant, fuerunt etiam in Eccleſia contra Deitatis vnitatem non paucæ hæreſes. Gnoſtici Carpocratem auctorem hæreſis ſequuti, duos Deos crediderunt, vt refert S. Irenæus 1. lib. cap. 24. & lib. 3. cap. 18. Et S. Auguſtinus de Hæreſibus cap. 6. & S. Epiphanius hæreſi 33. & 36. *S. Irenæus.* *S. Auguſt.* *S. Epiphan.* Hunc errorem ſequutus Apelles hæreticus nomen dedit ſequacibus Apellitis, teſte Euſebio lib. 5. Hiſtoriæ cap. 13. & S. Auguſtin. de hæreſibus cap. 23. & Manichæos fuiſſe in hac hæreſi refert libro eodem cap. 46. Similitèr Apellitæ ab Apelle. *Euſeb.* *S. Auguſt.* Itẽ Manichæi. Hi omnes aliũ Deũ bonum, alium malum eſſe exiſtimabant; vnde neceſſe erat, vt inter eos diſsidium eſſet. De quo argumento pulchrè agit S. Ioannes Damaſcenus lib. 4. c. 21. *Damaſcen.* Cerdon autem, & Marcion addiderunt Deũ bonum eſſe Patrem Chriſti, malum verò eſſe mundi conditorem, vt refert S. Irenæus lib. 1. cap. 28. & 29. & S. Auguſtin. de hæreſibus c. 21. & Theodoretus lib. 1. hæreticarum fabularum, Theophraſtus lib. de hæreſibus numerat inter hos Apellem Marcionis diſcipulum. Item Cerdon, & Marcion hæretici. *S. Irenæus.* *S. Aug.* *Theodoret.* *Theophraſt.* At verò S. Ambroſius aliam hæreſim narrat lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 3. eorum qui opinabantur alium eſſe Deum veteris teſtamenti, & alium noui, qui cum præcedenti non conueniret; quaſi Deus malus ſit veteris teſtamenti, & mundi conditor, bonus verò ſit Chriſti Pater, & Auctor noui teſtamenti, vt refert etiam S. *S. Ambr.*

S.Aug. Auguſtinus de verbis Apoſtoli ſerm.11. A cuius hæreſis meminit S.Cyrillus Hieroſol.Catacheſi.16.&Catacheſi 6.eos dixiſſe ait(quod idem eſt)Deitatem aliam bonam,aliam malam: & duos fontes alterum boni, alterum mali. Tertullianus verò lib. de præſcriptis aduerſus hæreticos ait Baſilidem dixiſſe Deũ Iudæorum non verum Deum, ſed Angelum; & lib. eodem recenſet alios hæreſis fautores, Lucianum, Apellem, & Tatianum, vnum Deum bonum, & alterum ſæuum, & malum prædicantis.

S.Cyril.Hieroſol.

Tertullian. de hæreſi Baſilidis.

3. *Idem* de Marcionis tribus Dijs.

At verò idem Tertull. libr. 1. contra B Marcionem,poſuiſſe illũ ait Deos tres, ſcilicèt, factorem; locum; & materiam, quam malum Deum dicebat. Valentinus verò longè diuerſã excogitauit ſententiam, duos enim Deos ita conſtituit vt alterum dicat eſſe profundum, alterũ ſilentium; ex quibus triginta æones proceſſerint. De qua re aliàs mentionem faciemus. Alia eſt hæreſis Trinitariorum, qui tres perſonas diuinas tres eſſe Deos affirmant. Hæc diù fuit Peratarum, teſte Theodoreto lib.1.hæreticarum fabularum,& Ioannis Philoponi,qui & Grammaticus dicitur, vt refert Suidas, verbo C Ioannes Grammaticus, & Nicephorus lib.18. Hiſtoriæ cap.48. Huius hæreſis meminit S.Auguſtinus de Agone Chriſtiano cap.14.quòd Hæretici indignarẽtur quòd tres Deos non dicerent Catholici. Auerroes ſimilitèr impius Arabs affirmauit Trinitatem perſonarum non poſſe intelligi, niſi in vnitate ſola ſpeciei, vt tres homines in vna ſpecie humanitatis, & ita tres Deos intelligi oportere vt homines tres. Et S. Gregorius Naz. oratione 5.Theologa refert alios Catholicis obijcere quòd tres Deos colerent, & Catholicos vocare Triditas;quod nomen falsò eis imponebatur, quia nõ tres D Deos, ſed tres perſonas confitemur, & hæreſim de tribus Deitatibus, vt impiã damnamus. Eam autem ſua ætate renaſcentem per quendam Gallum oppugnat S. Anſelmus lib.de Incarnatione Verbi. Eandem Valentinus Gentilis denuò excitauit; quem ſequuntur hæretici vocati Trinitarij eò quòd Trinitatem naturarum diuinarum inducant. Et noſtris tẽporibus Loſsius Luneberg perſonas ait eſſe eſſentialitèr diſcretas, ſcilicèt, diuerſas eſſentias in perſonis conſtituens. Et Zanchius librum edidit de tribus Eloim

Valentin.duo Dij,& triginta æones.

Secunda hæreſis Trinitariorũ & Peratarũ ponit tres Deos.

Theodoret.

Suidas.

Nicephor.

S.Aug.

Auerroes impius.

Nazianz.

S. Anſelm.

Valentini Gẽtilis ſequaces, Trinitarij.

Ex recentioribus Loſsius Luneberg.

Zanchius apud *Genebrard.*

ſiue Dijs apud Gilbertum Genebrardũ lib.contra Schegkium. Quinetiam Schegkius dùm perſonas appellat potentias diuinæ naturæ, diuerſas naturas, ſiue eſſentias ponit: potentia enim eſt quędam eſſentia, ſiue natura. Verum eſt quòd hic SchegKius miſcet Arianam hæreſim Sabellianæ; nam cum Ario diuidit quæ ſũt eſſentialia, & indiſcreta, ſcilicèt potentias:& cum Sabellio negat perſonas diſtinctas; ſed ſolas potentias diſtinctas ponit, haud dubiè eſſentialiter diſtinctas. Hi omnes(de SchegKio non loquimur) tres diuinas eſſentias & naturas, ſicut & tres perſonas prædicant. Eas autem eſſentias æquales eſſe inter ſe quoad omnia, Gentilis priùs docuerat: poſteà ad Arium declinauit, aſſerens inęquales eſſe; ita vt Patris eſſentia longè ſit eminẽtior, quàm Filij, aut Spiritus Sancti eſſentia. Et quidem hic modus explicandi hęreſim, non eſt contra vnitatem Deitatis, niſi ſolo nomine, quia *Arius* dicebat Filium ſolo nomine dici Deum; & rectè quidèm Deum dici, ſed non eſſe participem eſſentiæ diuinæ, quin potiùs alienũ; & eſſe eſſentiam creatam. Quare *Arius* Deum vnum colebat, ſed negabat Chriſtum eſſe verum Deum. Pſellus verò libello de Dæmonibus, inauditam hæreſim commemorat aſſerentium tria principia, ſcilicèt Patrẽ,& Filios duos, quorum iunior præſit cęleſtibus, ſenior ſubcœleſtibus.

Itẽ SchegKius: quãuis hic neget perſonas diſtinctas.

Gentilis tandem inclinatus in Arium.

Arij hæreſis ſolo nomine eſt contra vnitatem Deitatis.

Pſell. de hęreſi aſſerentẽ Patrẽ, & duos Filios.

Et prima quidèm hæreſis eorum, qui crediderunt eſſe quendam Deum malũ, ipſam Deitatis communem intelligentiam impugnat. Nam omnes Deum cõcipimus non ſolùm vt bonum, ſed vt optimum,& quo melius excogitari nõ poſſit. Neque conditorem mundi poſſumus cogitare malum; cum omnia, quæ condidit, bona ſint, Geneſ.1. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona.* Et Eccleſiaſtes. 3. *Cuncta fecit bona in tempore ſuo.* Et 1.ad Timoth.4. *Omnis creatura Dei bona eſt.* Eſt ergo Deus Optimus bonorum omnium Auctor. Imò eſt bonus per eſſentiam, iuxta illud Matth. 19. *Vnus eſt bonus Deus.* Alio tamen loco diſputandum eſt, An Deus ſit cauſa malorum? In cuius dubij explicatione Hæretici in eum lapidem impegerunt, vt auctorem malorum, alium Deũ exiſtimarent. Ratione tamen naturali conſtat, nihil eſſe in rerum natura quod ea parte

4. Prima hæreſis impugnatur quoad Deũ malum.

Geneſ. 1.

Eccleſ. 3.

1. *Timot.* 4.

*Matt.*19.

Digitized by Google

parte qua habet rationem entis,non habeat ſimul alicuius boni rationem; quà verò malum eſt,non eſt ens,ſed ex defectu entis malum eſt: Deus autem omniũ rerum, quæ veræ res ſunt, & vera entia, cauſa prima eſt;ergo Deus Optimus eſt, neque ſunt duæ cauſæ primæ, vt ſuprà probatum eſt.

5. Secũda iã impugnata, pro vt aſſeritur ab Arianis.

Secunda verò hæreſis eorum, qui aſſerunt tres perſonas tres Deos eſſe,ſi Filium, & Spiritum Sanctum ſolo nomine Deos dicant,ſeuDeos quoſdam inferiores, quod idem eſt, Ariana impietas eſt, alio loco ex parte confutata,cum Spiritum Sanctum verum Deum eſſe commonſtrauimus.

6. Similitèr pro vt à Triditis.

Ea verò hæreſis quæ conſtituit tres Deitates veras & æquales,ſatis ex dictis eſt refutata;cum probatum ſit vnam eſſe Deitatis eſſentiam indiuiduam,pluribus argumentis.

7. Speciatim Trinitarij impugnantur.

Sequitur primò, quòd eſſe Filij eſt eſſe receptum.

Item probatur cõtra hos Trinitarios ſpeciatim;imprimis quia ſi eſſe naturale Filij eſt diſtinctum à Patre,eſt emanatio à Patre in Filium, tanquam in aliquid externum;ergo eſſeFilij eſt eſſe receptũ, operatum,& effectum,atque adeò creatum & non diuinum. Probatur conſequentia,quoniam generatio diuina eſſet actus tranſiens in aliud, quæ vel in ſubiecto reciperetur: vel eſſet creatio potiùs; & Filius eſſet creatura,& reciperet eſſe à Patre in eſſentia, ita vt eſſentia eſſet ſubiectum exiſtentiæ; quæ omnia in Deitate repugnant, eò quòd ſit actus purus & primum agens.

8. Secundò; Filiũ non eſſe genitum.

Item ſequitur, Filium non eſſe genitum;nam in generatione viuentis neceſſariò eſt in re genita aliquid ſubſtantiæ quod fuerit in generante; vnde dicitur genitum de ſubſtantia:cum ergo Deitas non ſit mutabilis, neque diuiſibilis, vt particula Deitatis tranſeat à Patre in Filium; ſi tota ſubſtantia Patris non eſt in Filio,nihil Patris eſt in Filio,&ſic non eſt genitus.

9. Tertiò.

Sequitur Spiritum Sanctũ non procedere vt amorem immanentem.

Tertiò, communicatio naturæ ſemper eſt generatio in viuentibus, niſi ſit ſecundum proceſsionem amoris, ſecundum quam tuemur Catholici proceſsionem Spiritus Sancti non eſſe generationem: ergo ſi Spiritus Sanctus eſt quid ſecundum naturam diuiſum à Patre, non procedit ſecundum iſtum modum proceſsionis amoris; quia amor manet in amante, & non egreditur ab illo re ipſa in aliquid diuiſum,& extraneum; ergo ſi Spiritus Sanctus eſt diuiſus à natura Patris, non procedit vt amor; ergo procedit per generationem vt Filius; ergo eſt Filius ſecundus,quod eſt falſum;nam Filium Dei ſacræ literæ teſtantur eſſe Vnigenitum.

10. Quartò, Nec Filiũ per generationem intelligibilem

Quartò,Catholici interpretamur generationem diuinam ſecundum operationem intellectus,in qua Verbum eſt in intelligente;ſi ergo Filius ſecundum naturam eſt extra Patrem, non eſt Verbũ, nec generatur per generationem intelligibilem:ergo generatur modo alio humano & corporeo, cum verè ſit Filius; quod nec intellectus perditus poteſt cõcipere.

11. Quintò, Nec Filiũ, nec Spir.Sanctum procedere ſecũdum potẽtias vitales.

Quintò,quia generatio viuẽtis ſit per potentiam vitalem generantis; in Deo autem non poſſumus intelligere alias potentias vitales,niſi intellectum,& voluntatem;quæ autẽ ſecundum ipſas procedunt,ſunt in ipſo intelligente & amãte,ſcilicèt Verbum &amor;ergo ſiFilius & Spiritus Sanctus diſtinguuntur ſecundum naturam à Patre, non procedunt ſecundum potentias vitales;& ſic ex natura proceſsionis ſuę non ſunt viuentia, quia non procedunt à viuente cõiuncto.

12. Vltimò, Sequitur Deos procedentes eſſe innumeros.

Vltimò, quia ſi procedunt ſecundum virtutem diuinam, cum illa ſit infinita, non erit numerus in proceſsione; ergo non ſolùm duo Dij procedentes, ſed innumeri erunt.

CAPVT XL.

Diſtinctio inter diuinas perſonas realis perſonalis eſt, eaq; minima.

1. Diſtinctio inter diuinas perſonas eſt propriè realis. Probatur.

EX longa rerum diſputatione, illud iam,quod erat præcipuum, deducẽdum, probandumque eſt, diſtinctionem inter Patrem,& Filium,& SpiritumSanctum, eſſe realem; nam diſtinctio realis fundatur in vnitatibus rerum, quarum vna non eſt alia: confirmauimus autem Patrem Deum, Filium Deum,& Spiritũ Sanctum Deum eſſe, pluresque eſſe perſonas diuinas,non vnam,quia neque Filius Pater,neque Spiritus Sanctus Filius aut Pater eſt; ſunt ergo tres perſonæ diuinæ tres res, quarum vna non eſt alia; nam perſona res eſt,maximèq; res; quia perſona eſt prima ſubſtantia;prima autẽ ſubſtantia maximè ſubſtantia eſt:ſubſtã-

Perſona eſt prima ſubſtantia atq; adeò maximè ſubſtantia, proindeq; res& maximè res.

tia

Digitized by Google

tia autem res eſt; tres ergo perſonæ diuinæ tres res ſunt, quod lib. 4. oſtendendũ erit; eſt ergo rerum diſtinctio, ſeu diſtinctio verè & propriè realis, inter diuinas perſonas.

2. Hoc autem dato, quod fide Catholica tenendum eſt, quæritur quonam nomine hæc diſtinctio realis ſit aſsignãda? Quibuſdam placet dici diſtinctionẽ purè formalem, eò quòd diuinæ perſonæ non diſtinguantur penes materiam, neque item penes formam eſſentialem, ſed penes formas relatiuas. Dici ergo aiunt diſtinctionem formalem: ſed non abſolutè formalẽ; quia forma dat eſſe, quod pertinet ad eſſentiã; & ita abſolutè quæ dicuntur diſtingui formalitèr, dicuntur eſſentialitèr diſtingui: ſed rectè dici diſtinctionem purè formalem, hoc eſt, non eſſentialem. Sed tamen nomina inuenire tum difficile eſt; tum maximè cauendum, cum cauſa nulla cogit. Purum autẽ dicitur quod mixtum non eſt, neque cõcretum ex alijs, vt Deus dicitur actus purus, & pura forma ſine vlla materia. Diſtinctio ergo purè formalis eſt penes formas plures: at in Deo non ſunt plures formæ, ſicut nec plures actus puri; quia forma & actus abſolutè eſſentiam deſignat. Rogo autem quare hæc diſtinctio, quæ verè & propriè eſt perſonalis, non dicatur realis perſonalis? Maximè cum diſtinctio perſonalis inter cæteras reales diſtinctiones ſit præcipua, vt ſtatim dicemus.

Diſtinctio inter diuinas perſonas non rectè dicitur purè formalis. Probatur.

Forma & actꝰ abſolutè eſſentiam deſignat.

Diſtinctio prędicta rectè dicitur realis perſonalis.

3. Credo autem in vſu loquendi eſſe, vt diſtinctio formalis, & modalis dicantur maximè eæ, quæ non ſunt diſtinctiones perfectè reales, ſed ex parte & ſecundũ quid reales; cæteræ autem aut eſſentiales, aut materiales, aut numericæ, aut etiam perſonales ſolent dici. Quidquid autem in vſu loquentium verſetur, diſtinctionẽ inter diuinas perſonas aimus debere dici non formalem, ſed perſonalem; quod nomen fides Catholica prædicat.

In vſu loquẽdi diſtinctio formalis & modalis eſt realis ſecundũ quid.

4. Quidam aiunt diſtinctionem perſonalem in Deo eſſe etiam ſpecificam; quia proprietates perſonales, ſcilicèt, Paternitas, Filiatio, & Spiratio paſsiua, diſtinguuntur ſpecie; ſicut, inquiunt, ſi Petrus conſtitueretur diſtinctus à Paulo per albedinem & nigredinem, ita vt albedo eſſet proprietas perſonalis Petri, nigredo Pauli; equidèm ſecundum naturam humanam eſſent eiuſdẽ ſpeciei, ſed diſtinctione perſonali diſtinguerentur ſpecie. Sed hic loquendi vſus magis formidandus eſt, ne inter perſonas diuinas ponamus ſpeciei diſtinctionẽ; ſpecies enim eſt nomen eſſentiæ, de qua re lib. 3. agemus, de diſtinctione ipſarum relationum diſputaturi. Satis ergo ſit diſtinctionem perſonarum dicere realem perſonalem. Tametſi Ioannes Scotus d. 7. q. vnica, & S. Bonauent. d. 13. q. 3. videantur fauere oppoſitæ ſententiæ. Sed meliùs S. Thomas d. 13. q. vnica ar. 3. affirmat diuinas perſonas ſolo numero diſtingui; eſt enim numerus in perſonis, vt ſtatim docebimus. Non enim intelligendum eſt diſtingui numero, vt indiuidua ſpeciei, quod aiunt Dialectici; ſed eſſe perſonas ſic diſtinctas, vt in eis numerus cernatur, quem modũ loquendi conſequitur Melchior Cano, & refertur à Dominico Bañes. Eſt ergo diſtinctio iſta realis perſonalis numerica; non formalis, neque ſpecifica.

Diſtinctio perſonalis in Deo non eſt dicenda ſpecifica. Probatur.

cõtra Scotũ, & S. Bonau.

S. Thom.

Cano.

Bañes.

Eſt numerica.

5. Eſt autem diſtinctio perſonalis inter reales præcipua; quoniam in rebus creatis ſuppoſita ſunt quæ maximè diſtinguuntur; quia re ipſa nullo modo ſunt vnũ, niſi fortè mentis conceptione, vt duo homines ſunt ſpecie vnum, id eſt, vnum in natura mente concepta. Quæcunque autem ſunt in eodem ſuppoſito, etſi diſtincta ſint re ipſa, ſunt aliquo modo vnũ; quia ſunt in ſuppoſito vno, vt albedo & muſica; album enim eſt muſicũ, eò quòd albedo, & muſica ſunt in ſuppoſito vno, ſcilicèt in Socrate. Ideòque Ariſtoteles cap. de oppoſitis poſt prædicamenta, & lib. 5. Metaphy. cap. 10. oppoſita hac ferè ſola ratione conſiderat, quod eidem ſuppoſito non poſsint ſimul ineſſe: prætermiſsis enim cõtradictoriè oppoſitis, quia contradictio potiùs eſt in enunciatione, quàm in rebus; contrariè, priuatiuè, & relatiuè oppoſita, & ſi quę ſunt alia quæ ad iſta reuocẽtur, in hoc conueniũt, quod eidem ſuppoſito ſimul non inſunt. Eſt ergo inter diuinas perſonas diſtinctio realis perſonalis; an verò ea maxima ſit, eſt immediatè differendum.

Eſt inter reales præcipua. Oſtenditur.

Ariſtot.

6. Commune proloquium eſt, omnem diſtinctionem rerum cum oppoſitione coniungi; quod quidem facile eſt oſtendere, ſi nomine contrariorum intelligas omnia quæ ſuis differentijs, aut quaſi differentijs diſtinguuntur. Sed vereor ne hæc

Oppoſita latiſsimè dicuntur omnia differentijs, aut quaſi differentijs diſtincta.

Digitized by Google

hæc tam ampla acceptio quędam potiùs confuſio ſit; nam Ariſtoteles 5. Metaph. vbi nomine contrariorum plurima complexus eſt, certis tamen legibus ea definiuit; & fortè nomine contrariorum non omnia illa complectitur, quæ quaſi differentijs diſtant; neque oportet omnia, quæ ſunt diſtincta, eſſe oppoſita: ſed oppoſitio videtur indicare potiùs ſuppoſita diſtincta, quàm diſtinguere; eoq; differt oppoſitio à diſtinctione, diſtinctio enim præſtat res eſſe diſtinctas, oppoſitio autem aduenit diſtinctis.

Idem Ariſt. Diſtinctio pręſtat res eſſe diſtinctas. Oppoſitio propriè iā diſtinctis aduenit.

7. Hoc eſt ergo ſingulare in diuinis perſonis, quòd eodem diſtinguantur, & opponātur proprijſsimè. Propriè enim cōtraria in qualitate pugnant; cum autem qualitas ſit accidens ſuppoſitorum, ſuppoſitaq; diſtinguantur per ſubſtantiam; alio diſtinguuntur, & alio opponuntur, diſtinguuntur ſubſtātia, opponūtur qualitate: & ſimilitèr de relatione dicēdum in rebus creatis, & de priuatione. At verò quia perſonæ diuinę relationibus dūtaxat diſtinguuntur, vt libr. 4. docebimus, eodem propriè diſtinguuntur & opponuntur; opponūtur enim relatiuè ſuis relationibus, & ijſdem diſtinguuntur.

Singulare in diuinis perſonis eſt quòd eodem diſtinguantur, & opponantur. Oſtenditur.

8. Videntur autem diuinæ perſonæ cōtrariè etiam quodammodò opponi, & non ſolùm relatiuè; nam contraria vidētur eſſe, quæ motus ſunt principium & terminus, iuxta verba Ariſtotelis 5. Metaphy. cap. 10. vbi inter oppoſita numerat *ea etiam à quibus ortus & interitus rerum ſumuntur, & in quæ extrema perueniunt*: hæc autem non ſunt relatiuè oppoſita; ergo contrariè: ſed in diuinis eſt proceſsio & principium motus, & terminus; eſt ergo oppoſitio contrariorum. Dicendum tamen eſt ſolam relatiuam oppoſitionem eſſe inter perſonas diuinas; nam in Deo nullus motus eſt, ſed ipſa proceſsio eſt relatio concepta vt actio, quod libro ſequēti docebimus. Præterea oppoſitio generantis & geniti ad relatiuas pertinet. Et forſan Ariſtoteles ijs verbis non ſignificat agens & paſſum; ſed terminum vtrumque motus, ſcilicèt terminum à quo, & terminum ad quem; illi verò aut priuatiuè aut cōtrariè opponuntur, ſubdit enim exemplum vt generationes & corruptiones; quia ſcilicèt generatio vnius eſt corruptio alterius; & inter hæc eſt contrarietas & priuatio, quæ in Deo non accidunt; quia nō eſt proceſsio ex nihilo, aut ex priuatione, vt libr. 2. dicemus. Eſt ergo in Deo ſola relatiua oppoſitio.

Idem Ariſt. In Deo ſola relatiua oppoſitio cernitur. Probatur. 1. Secundò. *Ariſtoteles* explicatur.

9. Conſectarium eſt, quòd inter perſonas diuinas ſit quidèm diſtinctio abſolutè, ac ſimplicitèr realis, vt diximus; ſed ea quidèm minima, & quæ maximam indicat perfectionem. Quòd ſit minima probatur, quoniam perſonæ diuinæ ſecundum eſſentiam ſunt omninò idem & vnum; vnitas autem eſſentiæ eſt præcipua, & quæ principaliter in rebus conſideratur; eſſentia autem diuina eſt maximè vna, vt probauimus anteà; ergo perſonæ diuinæ, quæ conueniunt in eſſentia eadem, maximèque vna, habent minimā inter ſe diſtinctionē. Augeſcit ratio hæc ex eo, quia ſingulæ perſonæ nullatenùs diſtinguuntur ab eſſentia; nam ſi ab ea diſtinguerentur eò quòd conuenirent in tertio diſtincto, minùs cōuenirent inter ſe; ſed cū cōueniant in tertio indiſtincto à ſingulis, maximè conueniunt inter ſe; vnde accidit vt ſingulæ ſint in ſingulis. Facit ad hæc etiam relatiua diſtinctio, quæ ſola cernitur in diuinis perſonis, vt minùs diſtinctæ ſint: nam relatiua vt nō ſunt ad ſe, ſed ad aliud; ita & vnitatem, diſtinctionemque non ad ſe, ſed ad aliud afferunt, quæ eſt minima vnitas ſingulorum: cum ergo vnitates relatiuæ, ſeu relationem conſequentes, quibus perſonæ diſtinguuntur, ſint vnitates minimæ; vnitas autem eſſentiæ diuinæ, in qua perſonæ conueniunt, ſit maxima; efficitur vt omni ex parte, diſtinctio inter perſonas minima ſit. Eſt tamen realis diſtinctio, quia Pater re ipſa non eſt Filius, neque Filius eſt Spiritus Sanctus. Sunt autem omnia hęc in Deitate ſingularia; nam, vt initio cap. propoſuimus, in rebus creatis ſuppoſita ſunt quæ maximè diſtant, eò quòd afferant etiam naturas, & eſſentias diſtinctas; ita vt nihil ſit in pluribus ſuppoſitis re ipſa commune, ſed omnia diuiſa. Suppoſita autem diuina minima diſtinctione, ſcilicèt, ſola relatione diſtinguuntur; cætera quæ ſunt eſſentiæ, omnia cōueniunt. Deindè etiam in rebus creatis, quæ diſtinguuntur inter ſe, ſaltē formaliter, diſtinguuntur etiam à tertio: diuina autem ſuppoſita inter ſe quidem re ipſa ſimpliciter diſtinguuntur, & non ſolùm formalitèr; à tertio autem, id eſt, ab eſſentia diuina nullo modo. Quare Sanctiſsimæ Trinitatis nullum eſt exemplū in

Inter perſonas diſtinctio realis minima, Oſtenditur, Primò, Secundò, Tertiò, Vnitas relatiua ſeu ad aliud eſt minima; vnitas eſſentiæ maxima. In rebus creatis ſuppoſita ſunt quæ maximè diſtant. Deinde quæ diſtinguūtur inter ſe, ſaltem formaliter, diſtinguuntur etiam à tertio. Non ſic in diuinis.

Digitized by Google

in rebus creatis, aut accommodata ſimilitudo.

10. Ex his autem omnibus vltimum ſequitur, quòd hæc diſtinctio inter perſonas diuinas ſit optima, hoc eſt, quæ maximam indicat perfectionem. Nam diſtinctio hæc perſonalis eſt relatio rationis, vt poſteà dicemus; relatio autem rationis nō eſt ens, quia nō exiſtit; & diſtinctio ipſa negatiua, hoc eſt, negatio realis quòd Pater non ſit Filius, eſt etiam minima, vt probatum eſt; neque eſt res vera, ſed negatio: quare perfectio non eſt; perfectionis tamen argumentum eſt. Sicut enim maxima vnitas eſſentiæ; ita & minima diſtinctio perſonarum, ſignificat infinitam Deitatis perfectionē. Et quoniam in ijs, quæ carent materia, & quantitate, menſura magnitudinis eſt perfectio rei, hæc diſtinctio dicitur à S. Thoma 1.p.q.40.art.2. ad 3. maxima, id eſt, optima. Quòd autem optima ſit & nobiliſsima, probatur; quoniā natura creata quæ in vno ſuppoſito exiſtit, coarctata eſt; in pluribus autem ſuppoſitis creatis exiſtunt naturæ plures; quæ etiā definitæ, & circūſcriptæ ſunt; eò quòd perfectiones quæ ſunt in vna deſint in alia. Natura autem diuina vna eſt, quia omnia complectitur; eſt autem eadem in ſuppoſitis pluribus propter immenſitatem, vt oſtendemus libro ſequenti.

Diſtinctio hęc perſonalis non eſt perfectio, ſed perfectionis argumentum.

Eſt nobiliſsima.

S. Thom.

Probatur.

Confirmatio.

11. QVòd diſtinctio perſonarū diuinarū ſit realis, iam ſuperiùs cōfirmatum eſt, cum oſtendimus ex ſacris literis, & Concilijs plures eſſe diuinas perſonas re ipſa diſtinctas. Quòd autem ea diſtinctio ſit nobiliſsima, eaque minima, docet S. Thomas in 1.d.26. q.2. art.2. & de Potentia q.9.art.5. ad 2. & 4.contra gent. cap.14.ad finem, & 1.p.q.40.art.2.ad 3.

S. Thom.

CAPVT XLI.

Argumenta contra diſtinctionem Perſonarum refelluntur.

12. HOc capite obiectionibus repellendis nobis danda eſt opera. Et ne rerum tractādarum ſeriem inuertamus, argumēta quæ poſſent peti à locis alijs, ſcilicèt, à proceſsione diuina, à relatione, à perſonalitate, atque à Dialecticis A principijs, ſingula ſuis libris expedienda ſunt. Nam quæ proceſsionem attingūt, pertinent ad librum ſecundum; quæ relationem, ad tertium; quæ perſonæ conſtitutionem, ad quartum; quæ rem Dialecticam, ad quintum; vbi eas difficultates, & quęſtionum explicationes opus eſt conſulere. Nunc autem à communibus vtriuſque Philoſophiæ principijs, quę ab hac diſtinctione admirabili prima facie diſcordantia apparent, eſt arguendum.

Et imprimis arguitur ex auctoritate S. Ioānis Damaſceni lib.1.fidei Orthod. B cap.11. aſſerentis quòd diuinæ perſonæ ſolùm ratione, & cogitatione diſtinguūtur. Et probatur etiam ex Boetio lib. de Trinitate ante medium; illud enim dicit maximè vnum in quo nō eſt multitudo; ſed Deus eſt maximè vnus, & hoc eſt illi proprium; ergo non eſt in Deo perſonarum multitudo. 2.

1. argum. *Damaſcen.*

Boetius.

Secundò, Angelus non multiplicatur ſecūdum numerum, quia non habet materiam, vt S. Thomas docet 1. p. q. 50. art.4. ſed Deus eſt maximè immaterialis; ergo neque ſecundum ſuppoſita multiplicatur. Et confirmatur, quoniam hoc C ipſum in Angelo perfectionem arguit, quia vnum indiuiduum continet totam perfectionem ſpeciei; atque adeò vanū eſt, & inutile multiplicari indiuidua in illa ſpecie; cum ſit etiam incorruptibilis, quæ non indiget multitudine ad ſui cōſeruationem: ſed vnum ſuppoſitum diuinum continet totam perfectionē Deitatis; & eſt omninò immutabile, & incorruptibile: ergo non ſunt plura ſuppoſita diuina, ſed vanè & otioſè ponuntur. 3.

2. argum. In vna ſpecie angelica non multiplicātur indiuidua. *S. Thom.*

Prima ratio.

Secunda.

Tertiò, natura creata multiplicatur cum ſuppoſito; neque poteſt intelligi quòd ſint plura ſuppoſita humana, & non plures humanitates: ergo & in diuinis idem aſſerendum; nam ſecundum analo- D giam, ſicut ſe habet ſuppoſitum humanū ad humanitatem, ita & diuinum ad diuinitatem. 4.

3. argum.

Quartò, natura creata hoc ipſo quòd eſt per ſe, ſubſiſtit & eſt in ſuppoſito, & fit incommunicabilis: vnde non poteſt eſſe in alio ſuppoſito etiam virtute diuina; quia vnum ſuppoſitum eſſet aliud: ergo idem dicendum eſt de natura diuina, ſcilicèt, quòd ex hoc quòd eſt per ſe in vno ſuppoſito, non poſsit eſſe in alio. 5.

4. argum.

Quintò, in tribus perſonis ſunt tres formæ diſtinctiuæ; ergo ſecundum illas diſtin- 6.

5. argum.

Digitized by Google

diſtinguitur non ſolùm perſonæ, ſed ipſa natura. Probatur, quoniam quod formalitèr ineſt alicui, formalitèr illud denominat: cum ergo hęc diſtinctiua inſint in natura diuina formalitèr, illam etiam diſtinguent. Et cõfirmatur, quoniam natura prout eſt in Patre, non eſt in Filio; ergo aliquid habet in Patre etiam ex parte naturæ quod non habet in Filio, ſcilicèt aliquem modum realem, vt S. Thomas videtur docere, & Durandus in 1. Sententiarum.

Confirmatur.

S. Thom.
Durand.

7.
Sextum.

Sextò, perſonæ diuinæ ſunt de quidditate diuina; ergo in ipſa quidditate eſt numerus; ſunt ergo plures quidditatis partes, quod eſt impoſsibile. Et confirmatur, quoniam plures perſonæ creatæ non poſſunt conſtituere ens per ſe vnũ, quia ſunt entia perfecta; ſed diuinæ perſonæ ſunt multò perfectiores; ergo non conueniunt in aliquo per ſe vno, ſcilicèt in eſſentia vna.

Confirmatur.

8.
Septimum.

Septimò, diuinum ſuppoſitum eſt infinitum; ergo in ratione ſuppoſiti vnum ſuppoſitum diuinum continet quicquid in notione ſuppoſiti poteſt concipi; ergo non eſt aliud ſuppoſitum. Simili enim ratione probatur vnum eſſe Deum, eò quòd eſt ens infinitum, in quo contineatur quicquid perfectionis poteſt concipi.

9.
Octauum.

Octauò, conſortium non eſt neceſſarium vbi in vno eſt ſufficientia; quia in ſe ipſo qui omnia habet, non quęrit conſortem, cuius conſortio fruatur; quia ipſum gaudium quo fruitur à ſe habet: vnde Angelus in ſua ſpecie eſt beatus ſine conſorte naturæ ſpecificæ: ergo non eſt neceſſariò ponendũ conſortium triũ perſonarum in vnitate diuinæ naturæ.

10.
Nonum.
Tertullian.

Nonò, ſimili argumento, quo vtitur Tertullian. vt probet non eſſe Deos plures, libr. 1. contra Marcionem. Nam vel adoratio plurium Deorum eſt ſuperuacanea, cum illi ſint pares: vel ſi adoratio eſt neceſſaria, alter Deorum ſuperuacaneus eſt, cum totum poſſit vnus quod duo. Et idem argumẽtum oppugnat plures perſonas Deitatis.

11.
Vltimum.
Genebrard.
ex Rabbi Ioſeph.

Vltimum argumentũ ponamus, quod refert Gilbertus Genebrardus lib. 1. de Trinitate ex quodam Rabbi Ioſeph Alba in libr. de articulis fidei, Binarius, inquit, non poteſt eſſe ternarius; ergo neq; vnitas poteſt eſſe ternarius; ergo natura vna non poteſt eſſe perſonæ tres. Et idem argumentum eſt, Duæ res non poſſunt eſſe tres res; ergo neque vna res tres res. Alia argumenta ponuntur ad finem iſtius libri, quorum & ad hoc cap. nonnulla ſolent reuocari.

Aduertendum.

12.
In vna natura creata non multiplicãtur ſuppoſita.

In hac diſputatione illud pręcipuum eſt, vt rationem inquiramus quare impoſsibile ſit naturam creatam tribus ſuppoſitis creatis proprijs contineri, diuinam verò in tribus eſſe ſuppoſitis neceſſe ſit. Quam diſputationem lib. 4. vberrimè tractabimus; ſatis nunc ſit dixiſſe, idcircò naturam diuinam poſſe in tribus perſonis exiſtere, quia illa infinita eſt, perſonæ verò relatiuæ. Quo fit vt natura creata, quæ finita eſt, & in ſuppoſitis ſiue perſonis non relatiuis, ſed abſolutis, non poſsit eſſe vna in pluribus vnitate reali indiuiſa.

Ratio, quia natura creata finita eſt, & perſona illius abſoluta.

Reſponſio.

13.
Ad 1. argum. *Damaſcen.* explicatur.

Igitur vt argumentis ſatisfaciamus explicandus eſt S. Ioannes Damaſcenus, dum ait perſonas eſſe ratione ſiue cogitatione diſtinctas, quod intelligit diſtinctas eſſe relatione. Et hanc expoſitionem à S. Thoma accepimus q. 9. de Potentia art. 5. ad 14. quam etiam in 1. d. 2. art. 5. ad 1. ait eſſe communem; quoniã relatio cum nõ ſit ad ſe, ſed ad aliud, conſiſtit in quadam collatione cum alio, quæ maximè in cogitatione & ratione elucet; & ideò ait Damaſcenus perſonas ratione diſtingui, ſcilicèt ratione conferente relatiuam oppoſitionem. Dictum verò Boetij explicandum eſt, quòd illud ſit maximè vnum in quo non eſt numerus, hoc eſt, cui numerus non conuenit, ita vt neque ſit compoſitum ex pluribus rebus per quas poſsit numerari & diuidi, neque ſit pars compoſitionis, in qua etiam eſt numerus. Exemplum primi eſt natura materialis quæ conſtat materia & forma, & ita in illa eſt numerus partium. Exemplum ſecundi eſt omnis ſubſtantia creata, quæ eſt pars compoſitionis; ex natura enim, & ſuppoſito, & exiſtentia, & accidentibus fit compoſitiò: & ideò ipſa natura quæ eſt pars compoſitionis, eſt minùs vna; ex eo enim quòd hæc pertinent ad integritatem, perfectionemque naturæ, ſecundum quod exiſtit, & ſubſiſtit, & accidentarijs formis ornatur, plura includit, & numerum rerum continet; eſtque ideò minùs vna. Natura autem diuina non ſolùm

S. Thom.

Boetius explicatur.

Digitized by Google

Deitas cū tribus ſuppoſitis comparata nō auget numerum.

eſt per ſe ipſam in ſumma vnitate perfectiſsima; ſed etiam cum ſuppoſitis tribus comparata non auget numerum, nō enim eſt res quarta ab eis diſtincta. Quare in eo ſenſu quem habent verba Boetij nō eſt numerus in natura diuina, quia ipſa non diſtinguitur ab vlla re diuina, neque ex pluribus componitur; ſed tamen eſt in perſonis diuinis natura, in quibus perſonis eſt numerus.

14. Ad ſecundum. *S. Thom.*

Ad ſecundum reſpondetur, quòd S. Thomas oſtendit naturā ſpeciei in Angelis non multiplicari, ex eo quòd eſt immaterialis; natura enim ſpecifica multiplicatur per materiam, quæ non eſt in Angelis. In Deo autem non ſolùm non multiplicatur natura ſpeciei, ſed neque vlla eſt natura ſpeciei, ſed natura indiuidua, vt lib.5. docebimus. Quòd autē natura diuina indiuidua, ſit in ſuppoſitis pluribus, non eſt propter materiam qua ſuppoſita diſtinguātur, cum nulla materia ſit in Deo; imò propterea quòd Deus eſt actus purus infinitè communicabilis, ſubſiſtit in pluribus ſuppoſitis: quare numerus ſuppoſitorū in natura indiuidua ſingulari, perfectionis infinitæ eſt argumentum. Itaque negatur conſequentia, quoniam diuina eſſentia nō multiplicatur, quod fieret per materiā; ſed ſuppoſita multiplicantur propter originem. Ad confirmationem reſpondetur imprimis, quòd in Deo non ponimus numerū perſonarum ad conſeruationem naturæ, cū natura diuina non accipiat exiſtentiam à perſonis, ſed per ſe ipſam exiſtat; & ipſa natura exiſtentia eſt; per hoc enim Deus eſt, quia eſt ſuum eſſe. Deindè non ponimus plures perſonas diuinas, vt aliqua perfectio ſit in vna, quam alia non poſſit capere; quia perfectio tota in diuinis eſt ipſa eſſentia, neq; eſt multiplicabilis perfectio, vt ſit alia perfectio in Patre, alia in Filio; ſed ſolùm propter infinitam cōmunicationē ſunt in Deo diſtinctæ perſonæ, alia à qua eſt proceſsio, alia quæ procedit. Et idcircò negatur conſequētia; quia eſt diſpar ratio de Angelo & Deo. Qui verò credunt in Deo eſſe perfectiones relatiuas re ipſa diſtinctas; negant minorem propoſitionem, quòd vnū ſuppoſitum diuinum habeat omnes perfectiones; quia alia eſt perfectio relatiua in Patre, alia in Filio; quod nos aſſertū minimè permittimus, ſed de hac re libr. 3. diſſeremus.

In Deo ſuppoſita multiplicātur nō propter materiam, ſed propter originem.

Ad confirm.

Solùm propter infinitam communicationē eſt alia perſona à qua eſt proceſsio, alia quæ procedit.

Reſponſio diſplicens.

A B C D

15. Ad tertium. Natura cerata multiplicatur cum ſuppoſito, quia ſe ad inuicem definiunt.

Ad tertium reſpondetur, quòd ex eo natura creata multiplicatur cum ſuppoſito, quia ſe ad inuicem definiunt: vnde diuiſa natura diuiditur ſuppoſitum, & è conuerſo. Et ideò non fit conſequens quòd diuidatur natura diuina ad diſtinctionem ſuppoſitorum, cum tàm natura, quàm ſuppoſitum definita non ſint; & quoad hoc deficit ſimilitudo, ſiue analogia inter naturam creatam & increatam: vnde etiā infirmatur conſequentia.

16. Ad quartum.

Ad quartum liquet refutatio ex notatione prædicta, quòd natura creata definitur ſuppoſito, & ideò non poteſt extendi ad aliud: infinita autem natura quæ non definitur, propter internam proceſsionem eſt in ſuppoſitis pluribus; eò quòd eadem natura eſt in generante & genito. Quarè verò natura creata exiſtens in ſuo ſuppoſito non poſſit aſſumi à diuino, lib.4. etiā tractabimus.

17. Ad quintum. Relationes perſonales ſūt in Deitate, nō vt formæ relatiuæ, quibus ipſa referatur, ſed per identitatem realem.

Ad quintū, dic relationes perſonales quæ diſtinguunt perſonas eſſe in natura diuina, non vt formas relatiuas quibus natura referatur, ſed per identitatē realem, vt libr. 3. diſſeremus: quare non ſequitur quòd diſtinguāt naturam, ſed perſonas. Ad confirmationem reſpondetur diſtinguendo antecedens; ſi enim dictio, prout, deſignet modū rei, negatur quòd natura prout eſt in Patre non ſit etiam in Filio: eodem enim modo reali eſt in vtroque; quia non ſunt diuerſi modi exiſtendi in ipſa natura Deitatis; neque hoc S. Thomas voluit vnquam, vt lib.4. dicemus. Si verò, prout, indicet modum noſtrum intelligendi, conceſſo antecedente, quòd prout eſt in Patre non eſt in Filio; negatur conſequentia, quòd in Patre, & Filio habeat diuerſos modos reales ex parte naturæ; ſed habet diſtinctas proprietates perſonales ex parte perſonarum.

Ad confirm. Duplex ſenſus dictionis, prout, in hac propoſitione, natura prout eſt in Patre, non eſt in Filio.

18. Ad ſextum. Perſonæ non ſunt de quidditate diuina. *S. Thom. S. Auguſt.*

Ad ſextum reſpōdetur negando perſonas diuinas eſſe de quidditate diuina. Nam hoc ipſum improbat S. Thomas cum S. Auguſtino docens dicendum non eſſe perſonas diuinas eſſe de natura diuina, vt lib. 3. diſputabimus. Neque verò diuinæ perſonæ ſunt de quidditate diuina quaſi claudātur cōceptu diuinę quidditatis, ſiue eſſentiæ: ſed ſuis rationibus formalibus diſtinguuntur ab eſſentia, ſicut & perſona creata ab eſſencia creata definitione ſua diſtat, quæ quæſtio pertinet ad lib. 4.

Ad

Digitized by Google

19.
Ad confirm.

Ad confirmationem reſpondetur, argumentum optimè probare quòd eſſentia diuina non ſit compoſita ex perſonis; & ita probat Sanctus Ioannes Damaſcenus, vt capite ſequenti docebimus: quia ex pluribus in actu perfectis non componitur vnum; compoſiti enim perfectio eſt ex partibus imperfectis; nã quod perfectum eſt, non eſt pars, ſed totum. Sed non probat argumentum, quòd tres perſonæ perfectæ, non ſint perfectæ eadem perfectione naturæ datæ, & acceptæ per originem. Et aduerte ne dicas, plura entia perfecta poſſe conuenire in vnitate rei; nam plura entia ſunt eſſentiæ plures, quæ ſi perfectæ ſint non poſſunt conuenire in vnitate eſſentiæ, eſſet enim compoſitio per accidens, vt aggregatio lapidum: perſonæ autem diuinæ non ſunt plura entia, ſed plures entes, id eſt, plures qui exiſtunt, & perſonæ plures, vt dicemus libro quarto. Concedimus ergo maiorem propoſitionem, quòd nec perſonæ plures creatæ, neque increatæ poſſunt conſtituere vnũ per ſe; benè tamen poſſunt conuenire in aliquo per ſe vno. Et perſonæ quidèm creatæ conueniunt in vno vnitate rationis, ſcilicèt in natura ſpecifica; perſonæ verò diuinæ in vno vnitate reali, ſcilicèt, in vna natura indiuidua.

Tres perſonæ diuinæ ſũt perfectę eadẽ perfectione naturæ datæ, & acceptæ per originem.

Nõ ſunt plura entia, ſed plures entes.

Non conſtituunt vnum per ſe.

Conueniunt in vno per ſe vnitate reali.

20.
Ad ſeptimũ.

Ad ſeptimum reſpondetur concedendo antecedens, quòd diuinum ſuppoſitum eſt infinitum; ſed conſequens diſtinguitur, ſcilicèt quòd vnum ſuppoſitum contineat quicquid poteſt concipi notione ſiue conceptu ſuppoſiti; ſi enim ſermo ſit de eſſentia, ſiue natura, quam ſuppoſitum propriè continet; verum eſt quòd vnum ſuppoſitum diuinum, quia infinitum eſt, continet totum eſſe & infinitum quoddam eſſentiæ pelagus: ſi verò loquamur de proprietate ſuppoſiti, negatur quòd vnum ſuppoſitum etiam infinitum contineat quicquid poteſt concipi notione, ſiue conceptu ſuppoſiti; quia vnum non continet proprietates aliorum, cum potiùs per illas diſtinguantur. Deindè verò neganda eſt alia conſequentia; natura diuina, quia infinita, eſt vna; ergo & ſuppoſitum diuinum, quia infinitum, eſt vnum: negatur, inquam conſequentia, quoniam infinitas naturæ eſt quædam immenſitas perfectionis, & ipſa eſt infinitas ſuppoſiti, vt dicemus lib. 3. Quare tàm ex infinitate naturæ, quàm ſuppoſiti, quæ eſt eadem, colligitur vnitas naturæ, non verò ſuppoſiti.

Proprietas vnius ſuppoſiti non continet proprietates aliorum.

Infinitas naturæ eadem eſt ſuppoſiti, quare arguit naturæ vnitatẽ, non verò ſuppoſiti.

21.
Replica.

Quòd ſi arguas, ſuppoſitum infinitum vt ſic, includit omnem rationem ſuppoſiti; ergo eſt vnum duntaxat; quod enim infinitum eſt, totam rationem nominis continet, & vnum eſt. Reſpondetur, in ordine ad naturam concedo quòd ſuppoſitum continet omnem rationem ſuppoſiti, ſcilicèt, vt nihil naturæ ſit extra ſuppoſitum; in ordine verò ad aliud ſuppoſitum, nego: ſi enim ſuppoſitum compares cum natura cuius eſt ſuppoſitum, tota ratio ſuppoſiti eſt ipſa natura, quæ eſt forma ſuppoſiti; ratio enim, & definitio, & natura idem eſt. Et ita ſuppoſitum infinitum continet totam rationem ſuppoſiti; hoc eſt, totam ipſam naturam infinitam, quæ eſt eius ratio adæquata. Si verò ſuppoſitum compares cum alio ſuppoſito, proprietas ſuppoſiti poteſt dici ratio propria ſuppoſiti, quæ ſcilicèt proprietas eſt notio, qua diſtinguitur vnum ſuppoſitum ab alio. Et in hoc ſenſu vnum ſuppoſitum infinitum non continet totam rationem ſuppoſiti, hoc eſt, non continet omnes proprietates, quæ in alijs ſuppoſitis inueniuntur: & ſicut alia proprietas eſt Paternitas, alia Filiatio; ita aliud ſuppoſitum eſt Pater, aliud Filius, etſi vtrumque ſit infinitum. Dico adhùc clarius, ſuppoſitum diuinum non eſſe infinitum ratione proprietatis, ſed naturæ; quia proprietas ſicùt non addit perfectionem naturæ diuinæ, ita neque infinitatem addit, vt libro tertio dicemus. Licèt ergo infinitas ſit cauſa per ſe vnitatis ſingularis, non ſequitur vt ſuppoſitum infinitum ſit proprietate vnicum, ſed quòd ſit natura vnicum, hoc eſt, vnius naturæ ſiue vnicæ naturæ; quandoquidèm non proprietate, ſed naturâ eſt infinitum: natura ergo infinita eſt vnica, ſuppoſitum verò infinitum non eſt vnicum, ſed ſunt tria ſuppoſita; quæ ſuppoſita ſunt naturâ vnum, quia illa eſt infinita; ſed proprietatibus, quæ non afferunt infinitatem, ſunt plura ſuppoſita.

Reſponſio.

Vnum ſuppoſitum infinitum continet totam ſuppoſiti, adæquatamq; rationẽ ſeu definitionem, ſeu formam, ſeu naturam.

Non verò rationẽ propriã aliorum ſuppoſitorũ, ſeu notionẽ, &c.

Suppoſitum diuinum eſt infinitum nõ ratione proprietatis, ſed naturæ.

22.
2. replica.

Quòd ſi adhùc arguas: ſi plura ſuppoſita abſoluta eſſent, illa eſſent definita; ergo idem de relatiuis dicendum. Reſpondetur ſuppoſita abſoluta neceſſariò

Reſponſio.

 ſubſiſte-

Digitized by Google

In natura eadem non poſſunt eſſe plura ſuppoſita, niſi propter originem, atq; adeò relatiua.

ſubſiſtere in naturis diſtinctis, atq; adeò definita eſſe. In natura verò eadem non poſſunt eſſe plura ſuppoſita, niſi propter originem; neceſſe eſt autem ea ſuppoſita, quæ ſola origine diſtinguuntur, ſola relatione diſtingui, vt libro quarto dicemus.

23\.

Ad octauum. S. Thom.

Ad octauum reſpondetur cum Sācto Thoma 1.p.q.32.art.1. ad 2. *Quòd ſine conſortio non poteſt eſſe iucunda poſſeſsio alicuius boni, locum habet quando in vna perſona non inuenitur perfecta bonitas: vnde indiget, ad plenam iucunditatis bonitatem, bono alicuius alterius ſibi conſociati.* Et de Potentia q.9.art.5. argumento 24. *Plenitudinem gaudij, & amoris habere in alio, eſt eius qui non habet bonitatis ſufficientiam in ſe ipſo.* Pater autem cœleſtis non habet gaudium in Filio quaſi in extraneo; & ſicut Filius non eſt ſapientia qua Pater eſt ſapiens, vt infrà dicemus; ita neque eſt gaudium quo Pater eſt gaudens formalitèr. Et ſimilitèr dicendum quòd Pater non eſt gaudium, quo Filius eſt gaudens; & idem de Spiritu Sancto aſſerendum eſt: ſed gaudium Patris eſt ipſa diuina natura vna eademque in eo, & in Filio, & in Spiritu Sancto. Hæc ergo duo ſimul concedimus, & quòd conſortium diuinarum perſonarum eſt ſumma fælicitas; & quòd hanc fælicitatem habent perſonæ ſingulæ in ſe ipſis: ſiquidèm natura in omnibus eſt omninò eadem; & fruitio eadem qua ſe ipſis fruuntur, ſicut & ſe diligunt dilectione eadem: hoc verò conſortium, quod ſignificat multitudinem perſonarum, non addit fælicitatem diuinæ eſſentiæ; ſicut neque diuinæ relationes, quæ ſunt ipſæ perſonæ, adijciunt perfectionem, vt libr. 3. diſputabimus. Concedimus ergo antecedens, quòd conſortium non eſt neceſſarium, vbi eſt ſufficientia; non eſt, inquam, neceſſarium neceſsitate indigentiæ, quaſi Deus non eſſet beatus ſine conſortio perſonarum; nam ſicut Deus, ſi eſſet perſona vna, ſe ſolum infinitè diligeret, ita & ſe vno infinitè frueretur, & gauderet. Sed tamen Dei natura non eſſet infinita, niſi eſſet fœcunda; cum fœcunditate autem numerus perſonarum eſt coniunctus; vnde neceſſe eſt quòd dilectio diuina ſit communis tribus perſonis, & gaudium ſeu fruitio diuina ſimilitèr ſit communis: & quoad hoc negatur conſequentia; quod conſortium in Deitate non ſit neceſſarium, non neceſsitate indigentiæ, ſed infinitate originis qua neceſſe eſt eſſe conſortium perſonarum; quia neceſſe eſt in Deitate per originem eſſe perſonas eiuſdem fælicitatis conſortes. Itaque perſonæ ſicut non addunt perfectionem, vt libro tertio dicemus, ita neque gaudium, aut fælicitatem addunt: Natura tamen diuina ſicut ſine perſonis non eſſet infinita, ita non eſſet infinita fælicitas: in hoc ergo ſenſu poteſt dici quòd Deus ſine conſortio non eſſet perfectè beatus, quia non eſſet natura infinita, quæ non eſſet fœcunda, & in qua origo non eſſet. Quòd ſi infinita natura non eſſet, fruitio non eſſet infinita; tum ex parte actionis, quia actio fruendi non eſſet infinita, ſed finita, vt in beatis finita eſt: tum ex parte obiecti, quia non eſſet fruitio infiniti boni. Sed abſolutè, ſicut perſonæ non addunt perfectionem naturæ, ita neque bonitatem Deitati; atque adeò non auget gaudium eſſentiale Deitatis, quòd perſonæ ſe inuicem fruantur. Et hoc eſt quod argumento probatur, & nos libentèr concedimus: & ideò abſolutè dicendū, quòd Deus ſine conſortio eſſet perfectè beatus.

Pater non habet gaudium in Filio quaſi in extraneo. Filius non eſt gaudium quo Pater eſt gaudens formalitèr, ſed Deitas.

Conſortiū diuinarū perſonarum eſt ſūma fælicitas. Hanc tamen ſingulæ perſonæ habent in ſe ipſis.

Vbi eſt ſufficientia, non eſt neceſſariū conſortium neceſſitate indigentię.

Conſortium perſonarū in Deitate eſt neceſſariū ad fælicitatem, non neceſsitate indigentiæ, ſed infinitate originis.

Natura diuina ſine perſonis non eſſet infinita.

Vnde nec fruitio eſſet infinita.

Probatur. 1.

2\.

Simpliciter & abſolutè dicēdū quòd Deus ſe ipſo fruens ſine conſortio perſonarum eſſet perfectè beatus.

24\.

Quo autem pacto ex hypotheſi impoſsibili ſequantur contradicentia, ſcilicèt ex eo quòd non eſſet conſortium perſonarum, Deus non eſſet perfectè beatus; & item eſſet perfectè beatus; alia atque alia ratione argumentum deducendo, libro ſecundo docebimus in exemplo ſimili. Simplicitèr enim & abſolutè, quia conſortium non addit gaudium, rectè ſequitur quòd Deus ſe ipſo fruens ſine conſortio eſſet beatus perfectè; & hoc eſt conſequens ad prædicatum. At verò ex parte & ſecundum quid, ſine conſortio natura non eſſet infinita; ergo neque perfecta beatitudo, quod eſt conſequens ad ſubiectum.

Iſtud eſt cōſequens ad prædicatum. Ex parte & ſecundumquid, ſine conſortio natura non eſſet infinita; ergo neque perfecta beatitudo. Hoc eſt conſequens ad ſubiectum.

25\.

Ad nonum. Monarchia nō euertitur niſi vbi eſt æmula atque adeò diſtincta dominatio.

Ad nonum reſpondetur ex ſententia eiuſdem Tertulliani libro contra Praxeam quòd monarchia non euertitur, niſi vbi eſt æmula dominatio, id eſt, vbi ſunt duæ poteſtates; ſed duæ perſonæ poſſunt vti monarchia eadem: neque eſt ſuperfluū adorare duas, & tres perſonas; imò eſt neceſſarium, cum ſit vna monarchia trium.

Ad

Digitized by Google

26. *Ad vltimum.*

A Ad vltimum, quòd eſt Rabbi Ioſeph. reſpondetur, quòd ſi loquamur formalitèr neque binarius neque vnitas poteſt eſſe ternarius; quia ſunt diſtinctæ rationes formales: ſed ſi nomina hæc accipiamus materialitèr pro rebus numeratis, vnitas naturę, hoc eſt, natura vna poteſt eſſe idem cum ternario perſonarū, hoc eſt, cum tribus perſonis, vt hactenùs propugnauimus; binariùs verò cum ternario nullo modo coniungitur. Nam illa identitas vnius naturæ cū pluribus ſuppoſitis eſt argumentū perfectiſsimæ naturæ, quæ eſt maximè vna; binarius verò rerum ſiue res duæ, eſt ens per accidens imperfectiſsimum; & idcircò non poteſt eſſe idem cum ternario rerum. Quòd ſi obijcias binarium diuinarum perſonarum, qui non eſt ens per accidens, & tamen non poteſt eſſe ternarius. Similitèr B reſpondetur, perſonas diuinas non poſſe conuenire inter ſe, ſed cum natura diuina, quæ eſt maximè vna: quare ex eo quòd perſonæ inter ſe non conueniunt, binarius perſonarum eſt tantùm binarius, & nullo modo ternarius. Ex eo verò quòd conueniunt in natura maximè vna, binarius eſt vnitas naturæ; & nullo modo binarius eſt ternarius. Conceditur ergo antecedens, quòd binarius nullo modo poteſt eſſe ternarius; & negatur conſequentia, quòd vnitas non poſſit eſſe ternarius. C

Non formalitèr, ſed materialiter vnitas poteſt eſſe ternarius.
Binarius nullo modo poteſt eſſe ternarius.
Ratio.
Binarius ens per accidēs imperfectiſsimū.
Inſtantia.
Reſponſ.
Binarius perſonarū eſt vnitas naturæ, & nullo modo ternarius perſonarum, ſed ſolùm binarius.

CAPVT XLII.

Numerus ternarius nihil addit perſonis diuinis.

1. POſt aſſertam diuinarum perſonarum diſtinctionem, conſequitur diſputatio de numero, An ternarius, qui cernitur in diuinis perſonis, ſit res aliqua in tribus perſonis inuenta, ſicut ternarius hominum eſt quantitas diſcreta, verum accidens, & res inhęrens illis. Diuidimus caput in partes quatuor. D

Prima pars. *Quid ſit vnitas tranſcendens?*
Secunda. *Numerus in ſola quantitate eſt ens reale.*
Tertia. *Numerus extra quantitatem quid ſit?*
Quarta. *Numerus diuinarum perſonarum perfectiſsimus eſt.*

PRIMA PARS.

Vnitas tranſcendens quid ſit?

VNitatem tranſcendentem, quæ eſt affectio entis, Auicēna tract. 3. Metaphy. cap. 6. dixit eſſe rem aliquam omni enti cōmunem, tam ſubſtantiæ quàm accidenti; ipſam verò vnitatem non eſſe ſubſtantiam etiam in ſubſtantijs, ſed eſſe accidens quoddā quo ſubſtantia vna ſit, ſicut candore eſt candida, vt refert S. Thomas in 1. d. 24. q. 13. art. 3. Hunc videtur ſequutus eſſe Ioannes Scotus 4. Metaphyſ. q. 4. & in 2. d. 3. q. 2. neque ab ea ſententia diſcedit in 1. d. 3. q. 3. arbitratur enim vnitatem addere enti rem aliquam poſitiuam, & non ſolam negationē. Et ita credunt alij ex ſchola Scoti. Et S. Bonauentura in 1. d. 2. art. 1. q. 1. vnitatem in Deo ait eſſe quid poſitiuum (vt aiunt) in rebus verò creatis interdū eſſe negationem. Alij poſitiuum quid conſtituunt, non tamē additum enti, ſed ſola ratione diſtinctum, quibus videtur annuere Alexand. Alenſ. 1. p. q. 13. mēbro 1. & Dominicus Sotus in Logica, quod tamen poſitiuum aiunt ſine negatione non poſſe explicari. 1.

1. ſententia Auicenna.
S. Thomas.
Eadem eſt Scoti.
S. Bonauentura.
2. ſententia.
Alenſis, & Soti.

Vt noſtram ſententiam proponamus nominis ſignificatio primùm expendenda eſt. Nam Latinis dicitur aliquando vnum, pro vnico, id quod ſolum: cuius notatio nominis eſt, vt alia nō ſint eiuſdem nominis participatione coniūcta, vt eſt vnus Deus, vnus ſol, hoc eſt vnicus. At verò non hæc eſt vnitas trāſcendens, ſed alia diuerſa; nam vnitate tranſcendenti vnum inter plura numeramus; vnum, id eſt, vnicum potiùs ſeparamus à numero. 2.

Vnum aliquādo pro vnico.
Vnum tranſcendens & vnicum differunt.

Vt ergo ſententiam Auicennæ, & Ioannis Scoti refellamus, quòd vnum addat enti aliquid reale, vtamur argumento S. Thomæ; nam ſi vnitas eſt res addita, ipſa vnitas vna eſt; ergo eſt vna per vnitatem additam. Scotiſtæ reſpondent mutari quo in quod, vt Socrates eſt candidus candore; ergo ipſe candor erit cādidus alio candore; quæ conſequentia non valet. Sed nequaquam occurrūt argumēto; nam in tranſcēdēribus eſt prædicatio in concreto, & abſtracto, vt entitas eſt ens, bonitas eſt bona; ergo vnitas eſt vna; & ſic erit infinita progreſsio arguendo. Et confirmatur, quoniam ſi vnū 3.

3. & vera ſententia.
Vnum nō addit enti aliquid poſitiuū.
1. argumentū S. Thomæ.
Scotiſtarum reſponſio impugnatur.
In tranſcendētibus eſt prædicatio in cōcreto & abſtracto, vt entitas eſt ens, bonitas eſt bona, &c.
Confirm. arg.

eſt res aliquo modo diſtincta ab ente, A
ſũt ibi duæ vnitates, quibus duo, ſcilicèt ens, & vnũ, diſtincta ſunt; nam quidquid ab alio diſtinctum eſt, vnum eſt; ergo ipſa vnitas vt eſt diſtincta ab ente, eſt vna vnitate reali; & ita procedit argumentum in infinitum.

4. Reſponſio *Vaſq. diſput. 128. cap. 3.* dicentis vnum non eſſe paſſionem entis, ſed entis ſingularis.

Huic argumento vltimo quidam reſpondent, negantes non poſſe ens concipi, niſi vt vnum, ſi remoueatur numerus ſingularis & pluralis; neceſſe eſt enim ſingulari numero ſignificatum eſſe vnum, plurali verò numero multa. Et idcircò B vnum non eſſe paſsionem entis, ſed entis ſingularis: hoc autem verbo, eſſe, intelligi ſine vnitate ipſam rationẽ entis. Imò & argumentum hoc nobis etiam inſtare, qui vnum in negatione ſitum eſſe aimus: nam ens ſine negatione intelligi poteſt.

5. Refellitur. 1. 2. & efficacitèr 3.

Verùm tota hæc reſponſio argumento non quadrat, & affert falſa quædam vt vera; falſum enim eſt vnum non eſſe paſsionem entis, ens enim abſolutè dicitur quod eſt vnum. Prætereà, ens quod abſtrahitur ab vno & multis, adhùc eſt C vnum. Itẽ multa ſunt vnum ſicut & ens, ſcilicèt ens per accidens, & vnum per accidens; per hoc autem vehementiùs inſtamus: nam ſi multa conſideremus vt vnum, illa vnitas quid poſitiuum addit multis, quo vnum ſunt? quod ſi remoueamus multa, ſingulatim quodlibet ens quo poſitiuo vnum eſt? ſanè nullo addito, vt arguebamus. Verùm neque vim argumẽti apparet eos perſenſiſſe: neque enim volumus ipſo conceptu entis claudi vnitatem; quod argumentum in nos retorqueretur; negatio enim propriæ vnitatis, quam ponimus, extra conceptũ eſt entis: ſed ingenuè contendimus expreſſo conceptu entis poſitiuo, nulla alia D ratione poſitiua addita, conſequi ſtatim hanc negationem entis indiuiſi; ergo ante indiuiſionem nulla alia ratio poſitiua ſpeculanti occurrit, quæ poſsit dici vnitas. Quare euidentiſsimè commonſtrat S. Thomas conceptui entis communi nihil poſſe addi, quod ſit paſsio æquè cõmunis, niſi aut relationem, aut negationem.

Confirmationis vis ac doctrina declaratur.

In ipſo cõceptu entis non clauditur indiuiſio; ſed ſtatim conſequitur, nulla alia ratione poſitiua interpoſita quæ ſit vnitas.

S. Thom. Cõceptui entis communi nihil poteſt addi quod ſit paſſio æquè communis, niſi aut relatio, aut negatio.

6. Fallitur *Vaſq.*

Qua etiam in re hi Doctores falluntur; nam vt rationẽ entis abſtrahant ab vno, abſtrahunt ipſum ens cõmuni conceptu abſtractione vniuerſalis, quod neque ſit vnum neque multa, quaſi ens ſit quid communius quàm vnum: quod & falſum eſt, & abs re propoſita; diſputamus enim de abſtractione formali, non de vniuerſali, conferentes rationem vnitatis cum ratione entis, quas omnes confitentur eſſe diſtinctas: vnitas enim eſt affectio entis, quaſi ens ſit ſubiectum vnitatis, & ſic abſtrahitur vnum ab ente abſtractione formali; & in ſingulis entibus neceſſe eſt diſtingui ens & vnum. Illi verò abſtrahunt ens ab vno, vt commune à ſingulari, quod eſt abs re, & à veritate diſcrepans. Verum eſt quòd ens quod diuiditur in vnum & multa eſt quid communius; ſed ea diuiſio eſt quaſi æquiuoci: nam ipſum ens eſt vnum quomodocũq; & diuiditur in id quod eſt ſimplicitèr vnum, & in ea quæ ſunt ſimplicitèr multa. Quare & illud vnum quomodocunq; iam non eſt pars ſubiecta entis, ſed adæquata paſsio entis.

Ens & vnũ abſtrahuntur ab inuicẽ vt ſubiectum & proprietas, ac proindè abſtractione formali, non verò vniuerſali.

Ens quaſi æquiuocum diuiditur tãquã cõmunius, ſed adhuc ſic vt aliquo modo vnũ, in ſimpliciter vnum, & ſimpliciter multa.

7. 2. argum.

Deindè, vnum vt ſic, diſtinguitur aliqualiter ab ente; ergo vt ſic, non eſt ens; ergo neque res vera eſt, neque addit aliquid enti; quod enim non eſt ens, non eſt res aliqua vera. Adhùc, vnum vt ſic, addit enti accidentem formam, & inhærentem, vt Auicenna docet; & ita vnitas erit quoddam genus accidentis, & numerus genus aliud; nam vnitas non eſt ſpecies numeri; & item erit genus commune omnibus rebus etiam accidentibus, quia in omnibus inuenitur vnitas, & numerus.

3. argum. ab incommodo.

8. Reſponſio. Refutatur.

Si verò dicas, vnitatem in ſubſtantijs eſſe ſubſtãtiam, in accidentibus accidẽs; non minora portenta opinionum confingis. Iam numerus ſubſtantiarum, quæ ſubſtãtia erit, quæ in pluribus ſimul ſubſtantijs exiſtat? Quod argumentum tractabimus p. 2. cap. de numero differẽtes.

9. 4. argum. efficax.

Denique, per hoc ipſum quòd conſideramus rem aliquã indiuiſam, ſine vlla alia ratione addita conſideramus vnam: ergo vnum nihil addit ad rem, niſi eſſe indiuiſum; nam ſi vnitas eſſet res aliqua præter indiuiſionem, quamuis conſideraretur indiuiſa adhùc non conſideraretur vt vna. Eſt ergo veriſsima Ariſtotelis, & S. Thomæ ſententia, quod vnum ſolùm addat indiuiſionem.

10. 1. obiectio celebris.

Ex quibus facilè promitur reſponſio ad illam obiectionem, quòd negatio quę inuenitur in conceptu vnius, neceſſariò conſequatur aliquod fundamentũ adæquatum poſitiuum; & illud fundamentũ eſſe ipſam rationem formalem vnitatis poſiti-

Digitized by Google

Soluitur.

poſitiuam. Cōcedimus enim priorē partem, negamus poſteriorem. Nam ſi negatio eſſet in quibuſdam entibus, in quibuſdam non eſſet; firmiſsimo argumento conuinceretur ea entia diſtingui aliquo fundamento, quod eſſet in his, nō in illis; ſicut etiam negatio hęc in his eſſet, non in illis. Quod argumentum facimus libr. 4. de negatione incommunicabilis contra Ioannem Scotum. Sed cum omne ens reale ſit vnum, ipſa ratio entis eſt fundamentum adæquatum iſtius negationis, ſiue vnitatis, vt ex dictis liquet; neque aliud fundamentum licet confingere.

Cū omne ens reale ſit vnum, ipſa ratio entis eſt fundamentum adæquatum indiuiſionis, ſeu vnitatis.

11. Ex dictis explicantur duo loca Ariſtotel. Primus.

Ex his duo coniuncta accipiēda ſunt; alterum eſt, quòd vnum nullo modo diſtinguitur ab ente, quod Ariſtoteles docet 4. Metaphyſ. cap. 2. Probatur, quoniam negatio, cum nihil ſit, non eſt res diſtincta ab ente. Alterum eſt quod eodem capite affirmat, vnum ratione, hoc eſt, definitione diſtingui ab ente, ſicut priuatio diſtinguitur à materia, non re, ſed ratione; non re ipſa, quia non eſt res diſtincta; ratione tamen diſtinguitur, quia vnitas ſuam habet definitionem, & non eſt purum nihil (vt aiunt) ſed eſt negatio concomitans ens verum. De priuatione ita cenſet Ariſtot. 1. Phyſicorum cap. 7.

Secundus. Vnum diſtinguitur ab ente nō re ipſa, ſed ratione, id eſt, definitione. Vnitas nō eſt purum nihil, ſed eſt negatio concomitans ens verum.

12. 2. obiectio ex *Ariſtot.*

S. Thom.

Sed quidam nobis obijciunt locum ſelectum ex Ariſtotele 10. Metaph. c. 5. quo in loco verbis conceptis ait vnum & multa opponi cōtrariè; oppoſitio autem cōtraria eſt inter poſitiua, vt liquet; eſt ergo vnum aliquid poſitiuum. Et S. Thomas eodem loco planè confitetur, ea eſſe contrariè oppoſita, non priuatiuè; licèt hæc oppoſitio contraria ſequatur priuatiuam. Et rem iſtam ſe ex ſententia Ariſtotelis commonſtrauiſſe proculdubio exiſtimant, miſſa explicatione Commentatoris, qui noſtris partibus fauet, dum ait Ariſtotelem dixiſſe oppoſitionem contrariam, quia hæc reuocatur ad priuatiuam. Nos verò nihil refragamur, ſi rectè expendatur doctrina: neque enim vnum opponimus priuatiuè multitudini, vt illi credunt, ſed diuiſioni priuatiuè opponi dicimus. Vnum autem & multa, quæ ſunt membra diuidētia ens, includunt ipſum ens. Itaque ens diuiditur in ens vnum, & entia multa, quæ mēbra diuidentia ſunt contraria, quia ſunt poſitiua; verbi gratia, ſi diuidas Petrum à multis hominibus, oppoſitiò inter Petrum, & multos homines eſt contraria. Neque S. Thomas in eo aſſerto reſiſtit, intuens ſolertèr non eſſe contrarium doctrinæ ſuæ de vno, quod eſt paſsio entis oppoſitum priuatiuè diuiſioni, id quod Ariſtoteles ait de vno ente, quod eſt mēbrum diuidens ens commune, oppoſitū contrariè multitudini, cum diſcrimē appareat clariſsimè. Quem cōmentarium nonnihil innuit Philoſophus eodem loco, aſſerens vnum & multa opponi multis modis, ſcilicèt priuatiuè, vt eſt indiuiſum & diuiſum, quod paulò anteà docuerat; & contrariè, in quantum vnum ens, & multa entia.

Reſponſio.

Vnum opponitur contrariè multitudini, prout eſt membrum diuidens ens cōmune: priuatiuè diuiſioni, prout eſt paſſio entis communis.

13. Cōtra *Iauel. Soncinnatē, Capreolum.* Vnū non ſignificat de formali conflatū ex ente, & negatione. Probatur.

An verò vnum ſignificet ipſum ens & negationem ſimul, vt volunt Iauellus, ac Paulus Soncinnas in Metaphyſ. & Ioānes Capreol. in 1. d. 24. q. 1. parùm refert ad præſentem quæſtionem. Sanè conflatum illud ex ente, & negatione non poteſt eſſe res ſignificata per ſimplex nomen. Probatur, quia ens & negatio diuiſionis differunt definitione, vt modò dicebamus; ergo non poteſt vtrūque vno nomine ſignificari. Neque S. Thomas eorum ſententiæ Auctor eſt, etſi ſæpiùs dicat vnum ſignificare rem indiuiſam: vtitur enim verbis clarioribus ne circumloquendo diceret quòd vnum ſignificat indiuiſionē in re. Et 1. p. q. 30. ar. 2. eodem loquendi modo ait, vnum additum perſonis ſignificare ipſas perſonas, & ita res alias, quibus additur. Quod ſi de formali ſignificatione loqueretur, vnum non ſignificat ſingula cum quibus coniungitur, ſed quid communiſsimum quod cum ente reciprocum eſt. Argumenta verò Ioannis Scoti minimè efficacia ſunt, quibus facilè reſpōdet Thomas Caiet. 1. p. q. 11. art. 1.

S. Thomas explicatur.

Ad argumēta *Scoti Caietanus.*

14. *Soncinnas.*

Sed iam explicandum eſt, quæ diuiſio illa ſit, cuius negatio eſt vnitas. Poteſt enim intelligi res indiuiſa dupliciter, vt notauit Paulus Soncinnas 4. Metaphyſ. q. 23. ad 1. vel indiuiſa à ſe, quaſi ſit eadem ſibi; vel indiuiſa in ſe, quaſi in ſe non habeat diuiſionem. In primo ſenſu indiuiſum non eſt vnum ſimpliciter; nam aceruus lapidum eſt indiuiſus à ſe, & idē ſibi; id enim quod concipio hoc nomine acerui, idem ſibi eſt, aliàs aceruus non eſſet aceruus, ſi eſſet aliud à ſe & diuiſū; aceruus autem lapidum non eſt vnum ſimplicitèr. Dicitur ergo in ſenſu poſteriori vnum ſimplicitèr id, quod eſt indi-

Vnum ſecundum quid eſt indiuiſū à ſe, v. c. aceruus, &c. Indiuiſum à ſe & in ſe, vnum ſimpliciter, v. c. Angelus, homo, &c.

Digitized by Google

uiſum non ſolùm à ſe, ſed in ſe; ita vt ipſum vnum non ſit plura diuiſa, ſed vnum in ſe indiuiſum quod vnitatem retinet: ideòque S. Thomas 1.p.q.6.art.3. & q. 11.art.1. id quod ſimplex eſt ait eſſe vnũ indiuiſibile, non ſolùm indiuiſum, ſed quod neque diuidi poſsit: compoſitum autem eſſe vnum indiuiſum, ſed non indiuiſibile, quia diuidi poteſt. Et hoc ſignificat Ariſtot. 10.Metaphy. cap.2. illis verbis, *Quod verò eſt indiuiſibile, aut indiuiſum, id dicitur vnum.* Eſt ergo vnum id quod eſt in ſe indiuiſibile, aut indiuiſum eſt.

S. Thom. *Ariſtot.*

15\. *Vnum ſimpliciter eſt diuiſum diuiſione qua aliqua ſũt diuiſa inter ſe, non illa qua aliquid cogitatur in ſe ipſo diuiſũ, & huic diuiſioni opponitur.* *Ariſt.*

B Qua in re falluntur ij, qui putant vnũ opponi diuiſioni, qua aliqua ſunt diuiſa inter ſe; imò vnum eſt diuiſum ea diuiſione; nõ ergo ea diuiſio opponitur vni. Sed dicendum eſt vnum opponi diuiſioni, qua aliquid cogitatur in ſe ipſo diuiſum, qua diuiſione ſublata illud indiuiſum eſt vnum. Quare & Ariſtot. lib. 5. Metaphyſ. cap.6. ait aliquod eſſe vnum, qua ratione nõ habet diuiſionem, id eſt, qua ratione in ſe ipſo non eſt diuiſum; nam non eſſe diuiſum eſt non habere diuiſionem. Verum eſt quòd vnum, vt eſt principium numeri, conſideratur vt diuiſum ab alio: ſed neque vt ſic, opponitur multitudini diuiſæ, niſi vt pars diuiſionis.

16\. Obſeruandum eſt autem, cum vnitas ſit indiuiſio, quæ eſt negatio diuiſionis, diuiſionis nomẽ æquiuocũ eſſe; vel enim diuiſio ſignificat relationem, qua vnum diuiſum eſt diuiſum ab alio diuiſo, ſeu diſtinctum à diſtincto; vel ſignificat diuiſionem eam realem, quam affert quantitas; vel ſignificat negationem qua vnum non eſt aliud: vnitas ergo tranſcendens non eſt negatio, quæ neget relationem diuiſionis: neque eſt negatio, quæ neget diuiſionem per quantitatẽ; ſed eſt negatio negationis, ſeu quę negat negationẽ, vt docet S.Thomas 1.p.q.11. art. 2. ad 4. nam rem eſſe diuiſam ab alia negatiuè, eſt rem non eſſe aliam; quæ eſt realis negatio, quia re ipſa leo non eſt equus: rem autem eſſe vnam, eſt non eſſe diuiſam in ſe; eſſe autem in ſe diuiſum, eſt eſſe plura, quorum vnum non eſt aliud; & vnum non eſſe aliud, eſt negatio realis in rebus ipſis inuenta; ideòque modò dicebamus diuiſionem eſſe negationẽ realem. Si autem neges hanc negationem realem, quæ eſt diuiſio negatiua; hæc ſe-

Vnum tranſcendens negat diuiſionẽ, quæ eſt negatio rei de re, ſeu qua vna res nõ eſt alia, & ita eſt negatio negationis. *S. Thom.* *Probatur.*

A cunda negatio quæ eſt diuiſionis negatio, eſt indiuiſio, & ipſa eſt negationis negatio. Iſthæc autem indiuiſio, quæ eſt ipſa vnitas, ſic explicatur: Indiuiſum eſt quod non eſt plura, quorum vnum non eſt alterum; hoc autẽ indiuiſum eſt vnũ, quod ſcilicèt non eſt plura; plura autem ſunt, quorum vnum non eſt alterum: ergo vnum ſignificat indiuiſionem, ſeu negationem diuiſionis, & cum diuiſio ſit negatio, ſignificat negationem negationis. Eſt ergo vnitas quædam negatio negationis. Et ideò dicitur à S. Thoma in ſententijs loco recitato art.3. quod vnitas ſit negatio rationis, quia eſt negatio negationis. Dicitur autem vnitas realis, quia inuenitur in rebus: & quia per hoc magis accedit ad res ipſas; quia dum negat negationem, quaſi ponit rem ipſam: vnum enim ſimplicitèr dicitur ens; plura autem, ens ſecundum quid dicuntur, ſcilicèt ens per aggregationem, vt lapidum cumulus.

Indiuiſio hæc elucidatur. *Plura ſunt quorum vnũ non eſt aliud.* *S. Thomas vnitatẽ cur appellet negationem rationis.* *Cur dicatur vnitas realis. 1. ratio. 2. ratio.*

17\. *Obiectio vulgaris.* *Reſponſio.*

Iſtam doctrinam quidam impugnant imbecilli argumento aſſerentes nullam eſſe negationem negationis. Quod argumentum ſola confutatione antecedentis refringitur; C neque illud antecedens probant, ſed ſimplicitèr affirmant, negationis non eſſe negationem: cum autem negatio nihil ſit in re, ſed in ſolo intellectu re ipſa fundata, quid prohibet intelligendo remoueri ipſam negationem? Quam negationem negationis elucidãdo, manifeſtè oſtendimus haud eſſe difficilem intellectu.

Nihil prohibet intelligendò remoueri ipſam negationem.

18\. *Suar. tom. 1. Metaphyſ. diſput. 4. tenens vnitatem tranſcendentẽ eſſe negationẽ multitudinis.*

Sed contra hæc, nouam perlegi explicationem in commentarijs Metaphyſicis, quæ his noſtris lucubrationibus cõpoſitis in lucem prodiere, in quibus aſſeritur vnitatem tranſcendentẽ eſſe quidèm negationem, ſed non eſſe negationem negationis, ſed eſſe negationẽ multitudinis. D Quòd ſi obijcias ex S.Thoma 1.p.q.30.art.3.ad 3. & Opuſcul.42.c.2. conſequens eſſe vt multitudo antecedat vnitatem, ſiquidèm vnitas eſt negatio multitudinis; id autẽ quod negatur, antecedit negationem. Reſpondet vnitatẽ tranſcendentem non negare multitudinem actu exiſtentem, eſſet enim vnitas tunc poſterior multitudine; & illa multitudo eſt extra ens illud, quod dicimus vnum, ſcilicèt, extra Deum, quod eſt primum vnum; & ita multitudo rerum antecederet Deum: ſed ait vnitatẽ negare multitu-

Ex S.Thom. impugnatur. *Reſpondet.* *Ait negari multitudinẽ non extra ens vnum, ſed in ipſo.*

Digitized by Google

Hæc negatio explicatur dicendo, hoc ens non eſt multa entia.

multitudinem in ipſo ente, quæ negatio ſic explicatur; hoc ens non eſt plura. Et ita vna ſola eſt negatio, & non eſt negatio negationis: licet enim hic alia ſubliteat negatio, quòd ſcilicèt plura ſunt quorum vnum non eſt aliud, vt ita dicamus, hoc ens non eſt plura, quorum vnũ non ſit aliud; tamen hæc ſecunda negatio non negatur, ſed continetur in multitudine quæ negatur, dicendo, hoc ens non eſt multa entia. Et ita vnitas nõ erit negatio negationis, ſed erit negatio multitudinis; non multitudinis præexiſtentis, & extra ens quod vnum dicitur; ſed negatio multitudinis in ipſo ente vnõ.

In multitudine ait negationem contineri quidẽ, ſed non negari.

19.
Reſolutio.
Vnum nõ eſt negatio plurium, ſed diuiſionis.
Probatur.
Præcedit multitudinem nõ ſolùm re, ſed etiam cognitione, multa enim intelligimus quia eſt vnum & vnũ.

Nihilominùs in eo quod maximè videntur argutè dixiſſe, hallucinati ſunt. Nam ſi vnitas eſt negatio multitudinis, eius ſaltèm quæ eſt ipſo ente vno; priùs intelligitur multitudo, quàm vnum, quod eſt falſum; multitudo enim eſt re & cognitione poſterior, quia multa numeramus incipientes ab vno. Itaque multa intelligimus, quia eſt vnum & vnũ; non ergo intelligimus vnum quia nõ eſt multa; intelligeremus enim prius per poſterius; prius, inquam, ſcilicèt id quod prius intelligimus, intelligeremus per id quod poſterius intelligimus, quod eſt impoſſibile. Quare cum diximus vnum eſſe id quod non eſt plura, quorum vnum non ſit aliud, claritatis cauſa diximus ad rem meliùs tyronibus explicandã. Sed ſi exactè & formalitèr loquendum ſit, vnum non eſt explicandum per negationem plurium, ſed hoc modo; vnum non eſt aliquid, quod ſit hoc & hoc, & hoc nõ ſit hoc. Et ita vtraque negatio intelligitur neceſſariò in conceptu vnius, ita vt vnitas ſit negatio negationis, quod ad finem cap. magis explicabitur. Ex quo, habentes iam quid ſit vnũ, procedimus: ſed Petrus non eſt Paulus; ergo non ſunt vnum; ſed ſunt vnum & vnũ; plura enim ſunt, quorum vnum non eſt aliud.

Exactè & formaliter ſic explicatur, vnũ nõ eſt aliquid quod ſit hoc & hoc, & hoc non ſit hoc.

20.
S. Thom.
Neque multitudo eſt negatio vnitatis.

Quo in loco obſeruãdum eſt id, quod S. Thom. doctè ait 1. p. q. 30. art. 3. ad 3. quòd neque vnitas eſt negatio multitudinis, neque verò multitudo eſt negatio vnitatis, ratione eadem, ſed eſt negatio diuiſionis circa vnumquodque eorũ, ex quibus cõſtat multitudo. Ratio eſt, quia multitudo nihil addit omninò ipſis multis; ſicut ergo vnumquodque eorum eſt vnum negatione diuiſionis circa ſe, ita ſunt multa negationibus diuiſionis ſin-

Ratio: Multitudo nil addit ad vnũ & vnũ ſeu ad multa indiuiſa in ſe, ſed ad indiuiſiones ſingulorum in ſe.
Probatur.

A
gulorum circa ſe. Nam ſi multitudo aliquid aliud eſſet aliqua ratione vnum, eſſet attribuendum alicui enti, & non pluribus, aut eſſet accidens in pluribus entibus, vt numerus quantitatis; & non eſſet ipſa entia plura. Igitur neque vnum eſt negatio multitudinis, neque multitudo eſt negatio vnius.

21.
Primum conſequens ex dictis, docet.
S. Thom.
Caiet.
Vnitas in cognitione, ſeu ratione poſterior eſt quàm diuiſio. In re ipſa eſt prior.
Probatur vtrumque.
Ariſt.
Vnitas vtrouis modo eſt prior multitudine.
Probatur.
S. Thom.

Ex quibus conſequens id quod S. Thom. docet ibidem, & 1. p. q. 11. art. 2. ad 4. & q. 30. art. 3. ad 3. vt commentatur Thomas Caietanus, quòd vnitas in cognitione noſtra poſterior eſt diuiſione
B
quæ eſt negatio, quia id quod negatur antecedit negationẽ; ſed in re ipſa vnitas eſt prior quàm diuiſio; quia priùs eſt res vna quàm res multæ, in quibus cernitur diuiſio, vt etiam docet Ariſtoteles 10. Metaphyſ. tex. 9. In Deitate verò eſt prima vnitas, vnde omnis multitudo emanat. Multitudo autem & cognitione & re ipſa poſterior eſt vnitate; quia non ſolùm res vna antecedit natura res plures; quia ab vna cauſa multitudo rerum profluit: ſed etiam cognitione vnum antecedit, quia ab vno intelligimus plura, vt explicatũ eſt. Et ideò docet S. Thom.
C
d. 24. q. 1. art. 2. ad 2. multitudinem definiri per vnum, quia eſt ex vnis. Vnitas ergo non eſt negatio multitudinis, ſed diuiſionis; quia hęc negatio oportet vt ſit poſterior ea re quam negat; ſed vnitas, quæ eſt negatio, non eſt poſterior multitudine neque re, neque ratione; eſt verò poſterior diuiſione ſecundum rationem. Eſt ergo vnitas negatio diuiſionis, & nõ multitudinis, vt modò dicebamus.

22.
Secundum cõſequens.
Vnum & multa non opponuntur priuatiuè per ſe, ſed vt membra diuidentia ens.
Ariſtot. & S. Thomas explicantur.

Secundò ſequitur vnum & multa non opponi priuatiuè per ſe, quia vnitas non eſt negatio, ſeu priuatio multitudinis; ſed opponi vt membra diuiſionis oppoſita, quia ens diuiditur in vnum & multa, teſte Ariſtotele: vnum autem, & diui-
D
ſum, ſcilicèt diuiſum in ſe ipſo, opponũtur priuatiuè, quia vnitas eſt negatio diuiſionis. Cum verò ab Ariſtotele 10. Metaphyſ. tex. 9. & S. Thoma 1. p. q. 11. art. 1. vnum & multa priuatiuè opponi dicũtur, intelligitur non per ſe, ſed per aliud; quia multa, quæ ſunt in ſe ipſis diuiſa, ſecundum quod diuiſa, opponuntur vni priuatiuè, ſed non per ſe ſecũdum quod ſunt multa, ſed ſecundum quod diuiſa ſunt. Neque verò vnũ eſt priuatio multitudinis, cuius eſt pars; ſed multitudinis, ſeu potiùs diuiſionis, quæ in ipſo vno

Opponuntur priuatiuè per aliud, non quatenùs ſũt multa, ſed quatenus ſunt diuiſa.

non

Digitized by Google

Idē S.Thom.

non eſt, vt S. Thomas explicat in ſolutione ad 4.& in 1.d.24.q.1.art.3. Quem locum fruſtrà alij conantur pertrahere in ſuam ſententiam, cum apertè ponat S.Thomas negationem negationis, ſiue diuiſionis, quæ eſt negatio.

23\.
3\. conſequens. Diuiſio entis in vnū & multa eſt analogi.

Tertiò ſequitur quòd illa diuiſio entis in vnum & multa, eſt æquiuoci, ſiue analogi. Nam ens ſimpliciter eſt vnum ſimpliciter; & eſt plura ſecundum quid, ſi ſit compoſitum: plura verò ſimpliciter, non ſunt ens ſimpliciter, ſed ens ſecundum quid, & vnum ſecundum quid; quoniam omnia plura, aut ſpecie, aut genere, aut ſaltem conceptu entis ſunt vnū, aut etiam aggregatione vnum. Vnde S. Dionyſius cap. vltimo de diuinis nominibus ait, nō eſſe multitudinem quæ vno non participat; & ita intelligitur S.Thomas 1.p.q.11.art.1.ad 2. *Ens diuiditur per vnum & multa, quaſi per vnum ſimpliciter & multa ſecundum quid.* hoc eſt, ita diuiditur ens per vnum & multa, vt vnum ſimpliciter ſit ens, plura verò ſecundum quid ſint ens, vt etiam commentatur Thom.Caiet. Aliter etiā verba componendo, vt ſimpliciter & ſecūdum quid coniungantur cū verbo, diuiditur; ſcilicet, ens diuiditur & ſimpliciter per vnum, & ſecundum quid per plura; & redit in idem. Sed noſtra explicatio videtur ſimplicior & planior, vt in membris diuidentibus intelligatur ipſū diuiſum ens. Et ita vnum dicitur ens ſimpliciter, plura autem dicuntur ens ſecūdum quid.

Probatur, Vnum ſimpliciter eſt ens ſimpliciter, Plura ſimpliciter ſunt ens ſecundū quid. *S. Dionyſ.* *S. Thomæ* locus explicatur primò & planius. *Caietan.* Explicatur ſecundò.

24\.
4\. conſequens. Deus eſt maximè vnus. *S. Thom.* *Boetius.*

Quartò ſequitur Deum eſſe maximè vnum, quod S. Thom. oſtendit 1.p.q.11. art.4.& 1.ſententiarum d.24. q.1.art.1. & Boetius de vnitate & vno, cap.1. Nam cæteræ res creatæ, quia conſtant ſaltem eſſentia & exiſtentia, etiā ſimplices formæ, ſecundum quid ſunt plura, licet ſimpliciter ſint vnum. Deus verò quia ſimpliciſsimus actus eſt, neque ſecundum quid eſt plura ſecundum eſſentiam, & exiſtentiam, & attributa: & ita eſt maximè & modis omnibus vnus ſecundum eſſentiam. Eſt etiam Deus vnū non numero vnum, ſed ante omnem numerum, vt ait Marius Vict.lib.3.contra Arium. Sed de perſonis dicemus poſteà.

Deus vnū, nō numero vnū, ſed ante omnem numerū. *Mar. Vict.*

25\.
1\. obiectio.

Eſt tamen vnum & alterum dubium; primum contra id quod dicitur vnum eſſe priuationē diuiſionis; priuatio enim eſt in ſubiecto apto, & capaci formæ qua

A caret; lapis enim non eſt cæcus, quia non eſt aptus vt videat: ſed Deus nullo modo poteſt diuidi; ergo indiuiſio in Deo non eſt priuatio. Secundum, contra id quod dicitur, vnum eſſe negationem diuiſionis. Hæc negatio eſt realis; ſed diuiſio non antecedit vnitatem, niſi ſola conſideratione; ergo non eſt negatio diuiſionis, ſed alicuius formæ, quæ vnitatem primam antecedat.

Secunda.

26\.
Ad primam. Primò. Secundò.

Ad primum reſpondetur facilè, hæc & ſimilia dici priuatiua, eò quòd non ſunt puræ negationes. Et ſatis eſt quòd B in rebus ſimilibus inueniantur formæ poſitiuæ iſtarum priuationum; vt infinitum ens eſt Deus Optimus, qui nequit eſſe finitus; ſed ſunt cætera entia finita. Eodem modo res ſingulæ dicuntur indiuiſæ, quia res plures diuiſæ ſunt.

27\.
Ad ſecundam. Explicatur negatio quæ in vno inuenitur.

Ad ſecundum reſpondetur, quòd hæc paſsio entis non conſtat ſine conſideratione intellectus, quia eſt negatio; dicitur tamen inueniri in re ipſa, quia in re eſt aliquid, vnde hæc negatio à nobis cōſideratur tanquam rei inhærens. Prima igitur vnitas, quæ eſt diuina, antecedit re ipſa multitudinem, & diuiſionem quæ in C multitudine eſt; ſed in intellectu diuino conſideratur diuiſio, quæ eſt negatio prima, per hoc, quòd Deus intelligit tanquā primum enunciabile quodlibet eſſe vel non eſſe; in quo enunciabili intelligitur prima negatio inter ens & non ens; & in eodem comprehenditur falſa negatio quòd hoc ens non ſit hoc ens, cuius negationis vera negatio eſt prima vnitas, ſcilicèt, quòd hoc ens non ſit hoc & hoc; ita vt hoc non ſit hoc: & hæc ſecunda dicitur negatio diuiſionis, ſiue negationis, quia diuiſionem hìc accipimus pro negatione: & hæc eſt prima vnitas realis antecedens multitudinem. At verò ad conſiderationem intellectus non eſt neceſſe vt diuiſio illa, cuius negatio eſt vnitas, antecedat re ipſa vnitatem; nam diuiſio D illa, vt diſputamus, eſt quædam negatio quòd hoc non ſit hoc, quæ negatio eſt falſa ante primam vnitatem: quia de vno non poteſt verè dici quòd hoc non ſit hoc. Id autem quod præintelligitur non eſt neceſſe quòd præintelligatur vt verum, neque vt inſit in re ipſa; imò quia vnitas entis eſt vera negatio, eſt negatio falſæ negationis; & ita Deus eſt vnus, quia non eſt hoc & hoc, ita vt hoc non ſit hoc: & ſimiliter intelligitur vnitas in alijs rebus.

In 1. enunciabili prima negatio, ſeu diuiſio intelligitur.

Item falſæ negatio, cuius vera negatio eſt prima vnitas realis.

Vnitas entis eſt vera negatio huius falſæ negationis præcoeptæ, quòd hoc ens nō ſit hoc ens.

Digitized by Google

rebus. Eſt itaque vnitas negatio negationis duntaxat præconceptæ: & ita intelligendum eſt quod S. Thom. docet in 1. Sententiarum d. 24. q. 1. art. 1. & 2. & ar. 3. ad 2. Id autem quod ait, Vnum eſſe illud, quod non eſt ens & non ens, ſic explicandum eſt, Id quod eſt vnum, non eſt hoc, & non hoc, & ideò non eſt A. & B. nam A. & B. eſt A. & nõ A. quod eſt ens & non ens, ſiue hoc ens, & non hoc ens. Cum ergo dicitur quòd vnum non eſt plura, neque eſt A. & B. intelligitur quòd non eſt ens & non ens, vt expoſuimus. Ens autem & non ens, eſt primum cognitum, in quo eſt negatio; vnitas autem eſt iſtius negationis negatio. Neque verò cogitandum eſt, quòd Deus priùs conſideret vnam negationem quàm aliã; quia omnia ſimul comprehendit; ſed quòd in obiecto cognito vna negatio ſit ratio alterius, ſeu quòd ratio vnius includat alteram, vt antecedentem; quia per hoc quòd vnitas dicitur negatio diuiſionis, in re cognita, ſeu in eſſe cognoſcibili (vt aiunt) diuiſio antecedit negationem. Et hæc ſint ſatis de vnitate ad deciſionem præſentis quæſtionis.

Vnum nõ eſt hoc & nõ hoc, & ideò nõ eſt A. & B. ſeu plura.

Ens & nõ ens eſt primũ cognitum, in quo eſt negatio.

In obiecto cognito vna negatio includitur in ratione alterius, vt antecedens.

28. *Cõtra Marium Victor.*

Marius Victor. lib. 1. contra Arium, illud vnum primum quod antecedit omnia, excogitat ante ipſum ens, dicẽs. *Hoc enim vnum ante on*, ideſt, ante ens, quod Græcè *on*, dicitur. Et quidèm cum ratio vnius conueniat etiam entibus rationis, ſi ſola negatio conſideretur quæ non ſit in rebus, poterit cogitari vnum præciſa ratione veri entis. Sed cum ipſe Marius ponat vnum quod antecedit cætera quæ verè ſunt vnum, & quod ſit principiorũ principium, non poteſt ſic cogitari vnũ ante ens: imò vnum conſequitur ens, vt hac diſputatione liquet; quare fatemur nos non capere quid ſibi velit Marius anticipans ipſum ens intelligẽtia vnius.

Nõ poteſt cogitari vnũ reale ante ens.

Confirmatio.

29. *Pythagoras & Plato apud S. Thomam. Ariſt.*

QVam tuemur ſententiam tenent Pythagoras, & Plato, vt refert S. Thom. 1. p. q. 11. art. 1. & Ariſtoteles 4. Metaphy. cap. 2. ſcilicèt quòd vnum addit enti indiuiſionem, quæ eſt quædam negatio, non res. Eo enim capite ſæpiùs repetit vnitatem priuationem, vel negationem afferre. Et lib. 5. cap. 6. ſic ait. *Vniuerſim autem ea quæ diuiſionem non habent, ea ratione qua non habent, vnum dicuntur.* Igitur ratio vnius ea eſt, vt diuiſionem non habeat; non habere autem diuiſionem eſt negatio, ſeu priuatio diuiſionis, & hoc ipſum ſignificat non eſſe in ſe ipſis diuiſa, vt explicauimus; & hoc idem ſæpiùs repetit. Quare dubitandum non eſt apud Ariſtotelem, ſicut & apud Pythagoram & Platonem in Parmenide, quòd vnum ſignificet indiuiſionem formalitèr. Eadem eſt ſententia S. Thomæ apertiſſima 4. Metaphyſ. & 1. p. q. 11. & aliàs ſæpiùs, eſtque Doctorum ferè omnium communis. Durand. d. 24. q. 1. Henrici quodlibet. 1. q. 1. Gregor. d. 24. q. 1. art. 1. & Thomiſtarum omnium.

S. Thom. Durand. Henricus. Gregorius.

SECVNDA PARS.

Numerus in ſola quantitate eſt ens reale.

1. *Ariſt. Prima ſententia, & extrema Parmenidis Pythagoræ, Platonis.*

DE numero oppoſitæ ſũt extremæq; ſententiæ, inter quas Ariſtoteles mediam ſequitur. Parmenides enim, Pythagoras, & Plato, qui vnitatem rectè collocarunt in indiuiſione, vt diximus; eandem tamen poſuerunt etiam principium eſſe numeri: quare ſicut vnitas eſt quædam negatio, ita & apud eos numerus eſt quędam negationum aggregatio, & non eſt accidens, neque ponitur in genere. Ariſtoteles verò hanc ſententiam correxit; nam numerum poſuit in genere quantitatis, cuius principium non ſit vnitas tranſcendens, vt illi crediderunt; ſed vnitas in quantitate, vt mox explicabimus.

Secunda, & media Ariſtot.

2. *Tertia, & extrema Auicennæ.*

Auicenna autem qui poſuit vnitatem rem diſtinctã ab ente, & accidens quoddam, eandem vnitatem poſuit partem eſſe numeri tract. 3. Metaph. cap. 6. quare videtur crediſſe numerum genus eſſe quoddam accidentis per omnia genera rerum peruagatum; ita vt in duobus cãdoribus ſit quidã binarius vera ſpecies numeri, & ſic de omnibus rebus alijs. Ariſtoteles tamẽ in ſola quantitate ponit numerum, quod ſit accidens reale, non verò in alijs generibus, vt Auicẽna.

3. *Contra Parmenidẽ, &c.*

Contra primam Parmenidis, aliorũq; ſententiam; aduertendum eſt, quòd cum vnum & multa opponantur, vt partes diuiſionis entis, ſicut vnum eſt in ſe indiuiſum, ita & multa ſunt multa vna, quaſi aggregatio indiuiſorum in ſe ipſis, quorũ ſingula ſunt vna, & in ſe ipſis indiuiſa.

Multa ſunt multa vna, & quaſi aggregatio indiuiſorũ in ſe ipſis.

Cum

Vnum vt eſt diuiſum à quolibet alio, eſt principiũ numeri.

Cum verò vnum dicitur non ſolùm indiuiſum in ſe, ſed etiam diuiſum à quolibet alio, conſideratur vnum iam non ſecundum rationem præciſam vnius, ſed vt vnum eſt principium numeri. Obſeruandum enim, quòd formam, ſecundum quod dat eſſe, qui eſt quaſi primus actus formæ, ſequitur vnũ, quod eſt indiuiſum, quæ eſt propria ratio vnius; at verò ſecundũ quod forma diſtinguitur ab alijs, qui eſt quaſi actus ſecundus formæ, ſequitur vnum quatenùs eſt ab alijs diuiſum, & eſt principium numeri. Dicimus autem diſtinctionem vnius rei ab alia effectum ſecundum formæ, non realem effectum aut diſtinctum, cum diſtinctio ſit quædam negatio, ſcilicèt hoc non eſſe illud, ſed noſtro intelligendi modo, quia formæ quæ dat eſſe, hoc tribuimus vt propriæ cauſæ quòd diſtinguat hoc ab alijs, ſcilicèt, vt propriæ cauſæ huius veritatis, quod hoc non eſt illud. Et modo eodem multitudo dicitur aggregatio rerum non ſolùm indiuiſarum in ſe ipſis, ſed diuiſarum inter ſe, quia cõſideratur multitudo in ratione numeri. Nam de ratione numeri eſt diuiſio, & diſcretio. Ariſtoteles ergo conſiderans res materiales diuidi quantitate, numerum plurium rerum quantitate diuiſarum, quæ quantitas eſt verum accidens ſubſtantiæ additum, intellexit eſſe accidens verũ; & poſuit in genere quãtitatis, appellauitq; quantitatem diſcretam. In cęteris verò rebus, quæ ſe ipſis diuiduntur, & nõ quãtitate adiecta, intellexit diuiſionem earum nihil aliud eſſe, quàm negationem quandam quòd vna res non ſit alia; & in his non poſuit numerum, numerum, inquam, qui ſit res quæpiam, vt eſt numerus in rebus quantis. Quare vbi principium numeri eſt vnitas quantitatis, quæ eſt accidens ſubſtantiæ, videtur eſſe & numerus verum accidens, & non ſola aggregatio vnitatum.

Primum actũ formæ, qui eſt dare eſſe, ſequitur indiuiſio in ſe.

Secundũ, qui eſt diſtinctio vnius rei ab alia, ſequitur diuiſio ab alijs

Conſideratur multitudo in ratione numeri.

Ariſt.

Numerus in rebus quantis eſt quantitas diſcreta. In cæteris, negatio.

4\. Numerum in omni re addere formam poſitiuam, ſenſit *Scotus*.

Sunt tamen qui confiteantur numerũ eſſe rem aliquam cum Ariſtot. & pleriſq; Philoſophis; eum tamẽ non in ſola quãtitate reperiri aiunt, ſed in omni re quã numeramus. In qua opinione eſt Ioãnes Scotus cum alijs, qui aiunt vnitatẽ eſſe rem veram poſitiuam: & cum vnitas ſit principium numeri; eàdem ratione qua conſtituitur principium numeri in quantitate, ſcilicèt ratione aliqua poſitiua, in alijs rebus incorporeis non quantis erit

A quoque vnitas principium numeri ratione aliqua poſitiua. Et hoc etiam argumento comprobant vnitatem eſſe aliquid poſitiuum; ſicut & vnitas quæ eſt principium numeri in quãtitate eſt quid poſitiuum. Quare numerum aiunt nonnulli eſſe formam quandam realem diſtinctam à rebus numeratis ex natura rei aut potiùs ſola ratione formali; & eum eſſe communem numero quanto & non quanto, ſcilicèt numero rerum corporearum, & ſpiritualium; deque eo numero Arithmeticum diſputare.

Vaſq. argumentum.

Vaſq. ſententia.

5\. Hi Doctores ſequuntur Auicennam in præcipuo puncto.

B Hi Doctores contra Parmenidem verè ſentiunt numerum non eſſe ſolam aggregationem vnitatum; ſed cum Auicẽna volunt omnem numerũ eſſe ens reale: eo tamen fortè diſſentiunt etiam ab Auicenna, quòd non explicant, Vtrùm numerus extra quantitatem ſit accidẽs, aut vnum aliquod genus entis per omnia genera diuagatum. Refellenda igitur eſt Auicẽnæ ſententia ſimul cum adiecta opinione, quæ non ſolùm pugnat cum Ariſtotelis doctrina, ſed cum ipſa veritate. Et quidèm Ariſtoteles numerum in ſola quantitate collocauit, numerum, inquam, quod ſit verum ens. Aliàs ſi

Refellitur Auicenna.

Ariſt.

Numerus extra quantitatẽ non eſt verũ ens.

Probatur. 1.

C extra quantitatẽ eſt numerus, noua Cathegoria eſt à quãtitate diſtincta, ſcilicèt numerus, quod erit genus ſummum cõplexum numerum in quantitate, & numerum extra quantitatem; quantitas enim continua non eſt in eo genere numeri: ſunt ergo genera duo, alterũ quãtitatis, alterum numeri; ſed hoc nouum aliud paradoxõ inuoluit, diſturbat enim ordinem prædicandi in Cathegorijs; nã ſi numerus qui in quãtitate cernitur eſt quædam quantitas, eſt vera ſpecies quãtitatis, & quantitas eſt ſummum genus huius ſpeciei: at verò hæc eadem quantitas, quam diſcretam appellamus, eſt

Non eſt gen⁹ alioqui eſſet ſũmum ad numerũ in quãtitate, & numerum extra quantitatem.

D vera ſpecies generis numeri; ſiquidèm numerus eſt ſummũ genus complectens numerum in quantitate, & extra quantitatem: ergo vna & eadem ſpecies habet duo genera ſumma; quod eſt monſtrum Dialecticum, & animal biceps. Et præterea, numerus ſubſtantiarum ſpiritualium non poteſt eſſe accidens reale: cum enim compoſitus ſit numerus ſuis partibus, eſſet accidens ex ſubſtantijs compoſitum; imò eſſet ex ſubſtantijs actu diuiſis compoſitum; quæ compoſitio fingi non poteſt. Sed neque is numerus eſt ſubſtan-

Probatur. 2. Non eſt accidens reale, nec ſubſtantia.

Digitized by Google

ſubſtantia, vt liquet; ergo nulla res eſt; non eſt ergo extra quantitatem numerus.

6.

Numerus in quantitate eſt verũ accidens, ſicut quantitates continuæ, quę ſunt illius partes.

His ipſis rationibus conuincimus, ſolùm in quantitate reperiri numerũ: numerus enim eſt accidens ſubſtãtiæ, vt & alia accidentia; accidit autem numerus ſubſtantiæ, quia & quãtitates continuæ, quę ſunt partes numeri, accidunt ſubſtãtiæ. Et hac eadem ratione numerus non eſt nouũ genus, ſed eſt quantitas diſcreta, ſpecies quædam quantitatis, quæ eſt genus ſummum. In eo autem quòd non explicant, Vtrùm numerus communis quanto, & non quanto, ſit genus, an non? meliùs quidem ſapiunt. Nam genus non eſſe conuincimus manifeſtè. At verò facile erit probare non eſſe tranſcendens: nam 3. & 4. parte capitis probabimus numerum trãſcendentẽ non eſſe quid reale, ſed ſolas vnitates aggregatas, vt dicebat Parmenides. Imò nullum eſt trãſcendens quod non ſit negatio, aut relatio rationis, vt lib. 3. oſtendemus ex doctrina S. Thomæ. Adhùc is numerus nõ eſt accidens aliquod, quia eſſet genus: neque ſubſtantia, vt probauimus. Quid ergo eſt quod neque genus eſt, aut in genere; neque tranſcendens; neque verò ſubſtantia, neque accidẽs; neque aliquid ſanè exiſtens extra quantitatem.

Tertiò. Non eſſe trãſcendens infra probabitur.

7.

Dificultas, quomodò fiat vnum totum quantum ex multis actu diuiſis.

Explicatur. 1. ſupponendo numerum ſola ratione eſſe diſtinctum à quãtitatibus.

Verùm quomodò vna res vera, quam dicimus numerum quantum, componatur ex multis actu diuiſis & non coniunctis, dificile eſt explicatu. Nam ſi putaremus numerum ſola ratione eſſe diſtinctũm à quantitatibus, quibus cõponitur, faciliùs reſpõderemus numerum eſſe rem vnam modo quodam intelligendi, non vnitate reali indiuidua; ſed tamen non poneretur in prædicamento directè, vt vera ſpecies ſub qua ſunt indiuidua vnitate reali exiſtentia; ſed ſolummodò reuocaretur ad genus, vt quidã exiſtimant de oratione & tempore, quæ ſunt quædã menſuræ; nam & numerus menſura eſt. Et adhuc ſic opinãtibus numerus in ſola quantitate ponendus eſt, quia extra quantitatem numerus non eſt accidens, quod poſsit reuocari ad genus accidentis. Quod ſi exiſtimemus eſſe verum accidens creatum & exiſtens, & conſtitutum in genere, quod neceſſe eſt ex natura rei eſſe diſtinctũ à quantitatibus continuis; dicendum eſt, nihil mirum id accidens componi ex multis actu diuiſis, quia hæc

Explicatur. 2. ſupponendo diſtinguĩ ex natura rei.

eſt propria ratio illius, vt ſint actu diuiſa illa, ex quibus cõponitur: nihil enim eſt numerus, niſi diſcreta quantitas, hoc eſt, diuiſæ quantitates. Quare ſicut integrũ continuum conſtat partibus coniunctis, coniunctis, inquam, non per actum, & potentiam, ſed per puncta, lineas, & ſuperficies; ita integrum diſcretum conſtat partibus non per actum & potentiam coniunctis, neq; per lineas, & ſuperficies copulantes, ſed per eaſdem diuidentes, quia numerus diuiſione coaleſcit: & ita partes numeri coniunguntur in quadam ratione totius quanti, quod numerum appellamus, licet inter ſe ſint diuiſæ diuiſione continui.

Integrum diſcretum ex propria ratione partibus coaleſcit coniunctis per lineas, & ſuperficies, non copulantes, ſed terminantes, ac diuidentes continuum.

8.

Quãtitati peculiare eſt vt ſua continuitate præſtet eſſe indiuiſũ in ſe, diuiſione verò diuiſum ab alijs.

Obſeruandum igitur eſt quòd vnũ dicimus indiuiſum in ſe, & diuiſum à quolibet alio, à qua diuiſione oritur numerus, vt admonuimus: & vtrũque præſtat forma quæuis. Sed quantitas vtrumque præſtat modo quodam peculiari; præſtat enim eſſe indiuiſum in ſe continuitate partiũ per lineas, & ſuperficies copulantes; & diuiſũ ab alijs diſcretione ſiue diuiſione per lineas terminãtes. Quamobrem ſuapte natura quãtitas mẽſurat res continuitate, & diſcretione; & ex diſcretione oritur numerus, qui extra quãtitatem nullo modo inueniri poteſt. Itaque duas ob rationes numerus non eſt extra quantitatẽ, tùm quia extra quantitatem numerus non eſt accidens, vt probatum eſt; tum etiam quia quantitas ex propria ratione terminandi continua per ſuperficiem vltimam, conſtituit numerum. Et idcircò S. Thom. q. 9. de Potentia art. 7. ingenuè negat eandem eſſe rationem de numero quanto & non quanto, cum diuiſio ſit diuerſa: quia ſcilicèt quantitas diuidit ſubſtantiam, vt accidens illius.

In ſola quantitate numerus verũ ens.

Prima ratio.

Secunda.

S. Thom.

9.

1. obiectio.

Tria tamen ſunt, quæ nobis obijciũt. Primum, parem eſſe rationem de vnitate in quantitate, & extra quantitatem, vt vel vtraque ſit negatio, vel vtraque poſitiua: & idem dicendum de numero cuius vnitas eſt principium. Secundum, nihil intereſſe ad rationem numeri inueniaturne in quantitate, an extra quantitatem, quia in quouis ſubiecto inueniatur, eadem eſt ratio numeri: Tertium, ſequitur quantitatem continuam eſſe partem quantitatis diſcretæ. Vna autem ſpecies nõ eſt pars alterius, cum ſint oppoſitæ.

Secunda.

Tertia.

R Ad

10. Ad primam. Q̃titas per negationem vna eſt princi pium numeri ſubſtantiarũ.

Ad primum, dicimus quantitatis vnitatem eſſe quidèm negationem, ſed eam conuenire ſubſtantiæ per quantitatem, quæ eſt accidens; & idcircò ipſa quãtitas vna eſt principium numeri ſubſtantiarũ; qui numerus ratione eadem eſt accidẽs; & hic numerus qui accidat ſubſtantijs, extra quantitatem non inuenitur. Scotus verò in ipſa quantitate, prę̀ter rationem quantitatis fingebat aliquod aliud poſitiuum, quod appellaremus vnitatẽ. Et ita ſimili ratione hoc poſitiuum fingebat in alijs rebus non quantis: & illud eſſe principium numeri.

Scotus alitèr de vnitate.

11. Ad ſecundam.

Ad alterum reſpondemus ſubiectum numeri nihil referre ad rationem numeri formalem, quæ eadem eſt in quocunque ſubiecto ſit numerus; quantitas autẽ continua non ſolùm eſt ſubiectum numeri, nam & ipſa numeratur; ſed eſt pars illius integritatis, ſine qua non conſtat ratio numeri.

Quantitas cõtinua non ſolùm eſt ſubiectum numeri, ſed pars integralis.

13. Ad tertiam. Reſpond. 1. Vna ſpecies poteſt eſſe pars integrans alterius. Secundò.

Ad illud tertium de compoſitione numeri, reſpondetur, vnam ſpeciẽ non eſſe partem alterius eſſentialẽ, ſed benè integrantem, ſicut linea eſt pars aut quaſi pars ſuperficiei pertinens ad illius integritatẽ. Secundò reſpõdetur, quantitatẽ continuam non componere numerũ ſecundum continuitatẽ; imò prout diuiſa eſt ab alia componit numerum: quãtitatem verò hac vel illa parte diuiſam eſſe non eſt ratio formalis quantitatis, quâ quantitas eſt, ſed eſt accidens; quâ ratione quantitas cõtinua ſic vel ſic diuiſa eſt pars numeri. Imò abſolutè accidit rationi formali quantitatis, eſſe diuiſam. Nam etſi à naturali agente non poſsit produci niſi diuiſa, vtpote finita, tamen finitum & infinitum accidunt quãtitati, vt Ariſtoteles docet. Et diuiſio hæc aut illa contingentes ſunt, & quantitatis accidentia, à qua diuiſione numerus pendet. Quantitas ergo continua componit numerum non ſecundum propriam rationem continui; imò ſecundum eſſe diuiſum, quod accidit continuo. Verum eſt quod non poteſt intelligi numerus ſine continua quantitate, quæ eſt pars illius neceſſaria.

Finitum & infinitum accidunt quantitati, iuxta Ariſt. Sic eſſe diuiſũ quantitati cõtinuæ quæ ſecundum illud numerum cõponit.

13. Materia Arithmeticę vera quantitas realis diſcreta. *Auicenna.*

Iam verò numerum qui ſit communis numero quanto & non quanto, improbauimus; neque is numerus eſt materia Arithmeticæ, ſed vera quantitas realis diſcreta, vt communi opinione teritur, quod etiam docet Auicena tract. 3. Metaph. cap. 5. Quàm verò ineptè, & abſurdè accommodetur is idem numerus rebus diuinis, poſt pauca diſputabimus.

14. *S. Thom.* Parmenidis ſententia oppoſita Auicennæ, & Scoto.

Fuit aliorum contraria ſententia cõmemorata à S. Thoma d. 24. q. 1. art. 2. eandem eſſe rationem numeri in quantitate, & extra quantitatem, cuius principiũ ſit negatio illa, quæ in vnitate reperitur; & ita numerus non erit verum ens, etiam in quantitate. Itaque hi negabant numerum eſſe ens etiam in quantitate. Illi verò affirmant etiam extra quãtitatem eſſe verum ens.

Confirmatio.

15. *Ariſtot.*

HÆc equidem fuit planiſsimè Ariſtotelis ſententia tam in ſua Dialectica, quàm in Metaphyſica, de ipſa Cathegoria quantitatis diſputantis, cuius ſpeciem vult eſſe numerum: & alias ſæpiùs docet numerum confici de diuiſione cõtinui. Et eadem ratione Boetius in Arithmetica cap. 7. ait vnitatem eſſe potentiam numeri, de qua ſcilicet conficitur numerus, quod de ſola quantitate explicari poteſt. Idem ſentit S. Thom. 1. p. q. 30. art. 1. & in 1. d. 24. q. 1. & q. 9. de Potentia art. 6. & 7. Eaque eſt receptiſsima opinio apud Metaphyſicos.

Boetius. *S. Thom.*

TERTIA PARS.

Numerus tranſcendens quid ſit?

NVmerum tranſcẽdentem cum dicimus, qui in rebus omnibus inuenitur. Et eum quidem numerum in quãtitate certum eſt non diſcerni à numero quanto, de quo diſputauimus, niſi vt cõmune à particulari. In alijs autem rebus non quantis commonſtrauimus non inueniri numerũ qui ſit ens reale, aut reale accidens. Quare neceſſe eſt, vt extra quantitatem, numerus nihil ſit, niſi multitudo ipſa vnitatum rerum multarum, ſiue aggregatio vnitatum, vt dixit Parmenides. Conſequens verò eſt, vt numerus communis omni numero quanto & non quanto, quem idcircò dicimus tranſcendentem, ſit ipſa aggregatio omnium vnitatum ſiue in quantitate, ſiue extra illam exiſtentiũ. Et hæc eſt expreſſa ſententia S. Thomæ 1. p. q. 30. art. 1. & in 1. ſentent. d. 14. q. 1. art. 3. Quibus in locis docet, in his rebus quæ quantitate non diuiduntur, numerũ nihil aliud ſignificare, niſi plures vnitates tranſcendentes.

Numerus tranſcendens, ſeu cõmunis omni numero quãto & nõ quanto, eſt aggregatio omnium vnitatũ ſiue formalitèr poſitiuarũ, ſiue non.

S. Thom.

Hunc

2. Obiectio *Vaſquij ex S.Thoma.*

Hunc tamen numerum conſtantem vnitatibus tranſcendentibus, quidã reijciunt ex ipſa doctrinã S. Thom. ducẽtes argumẽtum. Idem enim eſt multitudo,& numerus conſtans multis; multitudo autem ſignificat ipſas res inter ſe diuiſas: ergo vnum quod multitudini opponitur, ſignificat negationẽ diuiſionis inter res multas; aliàs non opponuntur: ergo numerus non ſignificat ipſas vnitates, quæ ſunt negationes diuiſionis; imò ſignificat ipſas res vt diuiſas & multas; & ita multitudo in rebus etiam incorporeis, eſt quid poſitiuum, & non ſolæ negationes.

3. Reſpondetur.

Hi tamẽ Doctores, qui placita S. Thomæ nequeunt conciliare, non penetrant penitiſsimè ad doctrinã illius. Hoc enim loco diſputat de numero inuento in rebus, qui numerus in incorporeis conſtat ſolũ negationibus realibus; negatio autem propria vnitatis, vt docuimus parte capitis priori, opponitur diuiſioni non rerũ aliarũ inter ſe, ſed diuiſioni rei in ſe ipſa; neq; enim vnũ opponitur multitudini, vt diximus, ſed opponitur diuiſioni: neq; numerus eſt idẽ quod multitudo; nam multitudo ſunt multa entia; numerus verò eſt illorum quantitas, numerus enim addit ad multitudinem rationem menſuræ. Sed hæc omnia in numero incorporeo ſunt in mente ſpeculante, & in rebus ipſis ſunt ſolæ negationes, vt hoc cap. diſputando declarabimus.

Numerus vbique vel eſt vel concipitur quãtitas, ſeu menſura multitudinis, id eſt, multorũ entium.

4. *Caietanus ex mente S.Thomæ.*

Obſeruat autẽ Thomas Caiet. ex mẽte S. Thomę, vt credimus, quòd quia vnũ tranſcendens ſi conſideretur non ſolùm vt indiuiſum in ſe, ſed vt diuiſũ ab alijs, eſt principium numeri iſtius, qui non eſt in prædicamento; quaſi vnitas hæc conſideretur in ratione menſuræ: ita & numerus hic extra quantitatem, quatenùs eſt quædam multitudo rerum, nõ ſolùm indiuiſarum in ſe, ſed etiam diuiſarum inter ſe ſingulatìm ab alijs, habet rationem formalem numeri; ita vt non ſignificet illas vnitates præciſè vt vnitates ſunt, ſed vt partes numeri, & vt quælibet vnitas eſt principium numeri: non quòd hic numerus ſit in prædicamento, ſed quòd habeat rationem quandam numeri formalis, definitione ſua contentam. Quare binarius in Angelis ſignificat nõ ſolùm vnitates Angelorum præciſè, ſcilicèt vnum Angelum & vnum Angelum; ſed ſignificat quaſi ſimplicem formam, quam binarium dicimus. Et in his libentèr Caietano aſſentimur. An verò vnitas quæ eſt principium numeri prædicamentalis, ſit accidens adiectum, vt Caietanus indicat, non noſtrã modò intereſt diſputare.

Vnum tranſcendens ſecũdum quod ſignificat diuiſũ ab alijs, atque ex conſequẽti numerus tranſcendens, ſignificat quid vnũ poſitiuum.

Binarius in angelis ſignificatur, & concipitur ad modum ſimplicis formæ, ſeu talis menſuræ, quę dicitur binarius.

5. Obijcitur ex *S. Thom.*

Sed hoc videtur diſsidere à D. Thomæ doctrina; nam 1.p.q.30.art.1.ad 4. admonet duplicem eſſe numerum, aliũ ſimplicem, ſiue abſolutum, quem etiam dicit abſtractum; alium compoſitum ſiue concretum, vt per oppoſita diuidamus numerũ: ſimplex eſt vt tria, vel quatuor; cõpoſitus vt tres homines, vel quatuor homines. Ille dicitur ſimplex, quia ſimplici voce profertur; & abſolutus, quia eſt à rebus abſtractus, & eſt in intellectu; qui à Philoſophis recentioribus dicitur numerus numerans: numerus verò qui eſt in rebus, eſt compoſitus, quia duplici voce indicatur, vt tres homines; & eſt concretus, quia in ipſis rebus ineſt, qui dicitur modò numerus numeratus. Prætermiſit ergo S. Thom. numerum à Caietano excogitatũ, qui ſignificat plures vnitates in vno conceptu ſpeciei numeri cõuenientes: imò ſuppreſsit etiam realem numerum ſpeciem quãtitatis, qui neque eſt numerus numerans, id eſt, ratio numerans; neque eſt numerus compoſitus, ſcilicèt duo homines vel tres; ſed eſt numerus quantus vera ſpecies entis realis, vt binarius in genere quantitatis.

Numerus aliꝰ ſimplex ſiue abſolutus, & abſtractus, alius cõpoſitus, ſiue concretus

6. *S. Thomas explicatur.*

Nobis quidẽ videtur dicẽdũ S. Thomã nõ accepiſſe numerũ abſolutũ ſiue abſtractũ à rebus numeratis, pro ratione, ſiue intellectu numerãte: nã eũ numerũ ait eſſe in intellectu; nõ ergo ipſe numerus eſt intellectus numerãs, ſed eſt in intellectu numerãte, vt cognitũ. Neq; verò arbitramur accepiſſe S. Thomã numerũ ſic abſolutũ pro numero quãto, quod eſt obiectũ Arithmeticę: nam etſi illud obiectũ ſpeculãte intellectu abſtrahatur à rebus numeratis, eſt tamẽ vera res exiſtens in illis: at verò S. Thomas ait eum numerũ abſolutũ non eſſe in rebus, ſed in intellectu. Quamobrẽ videtur intelligere numerum cõmunem quanto & non quanto, qui in ſolo intellectu eſt ſub illa ratione communi, non attẽdentibus res numeratas, ſed formam numeri, eandẽ proculdubio quam Caietanus excogitauit. Itaq; vel ipſis verbis S. Thom. credimus opinionẽ Caietani corroborari. Nã numerus qui in ſolo intellectu ſit tã quã obie-

Numerus abſolutus, ſeu qui in ſolo intellectu eſt tanquã obiectum cognitum, non eſt alius, niſi trãſcendens communis.

Digitized by Google

obiectũ cognitũ, nullus alius occurrit, niſi cõmunis numerus tranſcendens, quãtumque & non quantum complectens.

7. Obijcitur vlterius.

Sed obijcies adhuc, numerum cõmunem quanto & non quãto ſignificare relationem quandam menſuræ cõmunem vtrique numero, quę ſit relatio rationis: & eam intellexiſſe S. Doctorẽ eſſe in ſolo intellectu. Occurrẽdum tamen eſt argumento, quo potiùs pugnamus pro Caietani ſententia. Nam numerus in genere quantitatis, ſignificat quantitatis ſpeciem, vt liquet; quare non ſignificat relationem, niſi in obliquo: ergo & numerus cõmunis ſignificat aliquid per modũ quantitatis abſoluto conceptu, & nõ relationem relatiuo: impoſſibile eſt enim aliquid abſolutum cõprehendi eſſentialitèr cõceptu relatiuo communi. Et hoc ipſum perſuadetur; nam etſi nomen numeri, ob ſignificandi, & intelligendi modũ, non explicetur ſine relatione in obliquo: ſpecies tamen numeri, vt binarius, ternarius, neque in obliquo relationem indicat; & idem dicẽdum de his ſpeciebus numeri in genere quantitatis, & extra genus, cum non varietur binarij, & ternatij intelligentia. Hoc igitur eodem argumento commonſtramus numerum communem quanto & non quanto ſignificare aliquid abſoluto conceptu, & non ſolas vnitates aggregatas.

Reſpondetur, & probatur. 1. quód numerus communis ſignificat aliquid per modum quantitatis, abſoluto cõceptu; & non relationem rationis menſuræ, relatiuo. Probatur. 2.

Species numeri, v. c. binarius neque in obliquo relationẽ indicant.

Similitèr oſtẽditur quòd numerus cõmunis non ſignificat ſolam aggregationem negationum.

8. Dubium. Ratio dubitãdi.

Quòd ſi quæras, quid ergo ſignificant formalitèr nomina numerorũ in rebus ſpiritualibus à materia remotis? nõ enim ſignificant formalitèr negationes, cum non ſint nomina negãtia, aut priuatiua; ſed neque ſignificant ens aliquod verũ, & reale, vt docuimus; ergo neceſſe eſt vt ſignificent relationem rationis. Reſpõdetur quòd ſignificant formalitèr negationes plures, ſiue priuationes; ſed non conceptu negante, aut priuatiuo, ſed poſitiuo, & per modum vnius formę, vt anteà docuimus: ſicut enim relatio diuina ſignificatur aliquandò nominibus abſolutis, vt dicemus lib. 4. ita & negatio ſiue priuatio poteſt ſignificari ad modũ entis poſitiui abſque negatione; & ita in Angelis concipimus binarium, ternarium, & cæteras ſpecies numeri. Et ſimile eſt exemplũ in doctrina S. Thomæ de creatione; hoc enim nomen ſignificat per modum actionis id quod non eſt actio, vt libr. 2. dicemus: & ſimilitèr binarius Angelorum ſignificat plures vnitates,

Reſpond. Nomina numerorũ in rebus ſpiritualibus ſignificãt formalitèr negationes plures, ſiue priuationes, ſed conceptu poſitiuo v. c. binarius Angelorum. Primum ſimile. Secundum.

A conceptu tamen poſitiuo, & per modum ſimplicis formæ.

QVARTA PARS.

Numerus diuinarum Perſonarum perfectiſſimus eſt.

1.

IGnoratio numeri tranſcendẽtis, quẽ S. Thom. inueniri ait in ijs quę materiæ ſunt expertia, ſeduxit aliquos in explicatione numeri diuinarũ perſonarũ, arbitratos numerum extra quãtitatem, & materiam non inueniri. Et quidẽ Magiſter in 1. d. 24. vt numerum quantum excludat à Deo, explicat ternariũ perſonarum diuinarũ hoc ſignificare, quòd nõ ſolùm ſit Pater, nec ſolùm Filius, nec ſolùm Spiritus Sanctus. Et hoc verũ iudicaſſe Magiſtrum S. Thomas ait, eò quòd hunc numerũ explicauit per negationẽ. Sed neque ipſas negationes ſatis explicauit; alia enim eſt negatio qua vna res non eſt alia, ſed eſt diuiſa ab alia; & alia negatio eſt diuiſionis ipſius, qua vna res eſt in ſe ipſa indiuiſa. Maximè verò non explicauit numerũ formalẽ tranſcendẽtem, qui eſt v. g. ternarius diſtinctus ratione ac definitione à cæteris numeris, ac ſi eſſet numerus prædicamẽtalis. Qua in re & alij decepti ſunt, vt ternariũ perſonarũ explicarent per hoc, quòd perſonæ nõ eſſent plures quàm tres, nec pauciores; tres verò nõ auderẽt aſſerere, niſi per has negationes explicando, vt cauerẽt à numero ternario. At verò S. Thom. doctè aſſerit, hunc numerũ ternarium ex vnitatibus tranſcendẽtibus conſtituendum eſſe in diuinis perſonis; nam & hic ternarius re ipſa nihil eſt, niſi negationes plures, ſeu vnitates: & ſicùt hæ negationes reales poſſunt definiri; ita & ternarius quaſi conflatus ex iſtis definiri poteſt, nõ quidem vt aggregatum, ſed quaſi ſpecies numeri tranſcendentis ſola cogitatione concepta, vt Caietanus vult.

Ternarij diuinarum perſonarum prima explicatio *Magiſtri.*

Inſufficiens oſtenditur.

Secunda explicatio falſa aliorum cauẽtiũ à numero ternario.

Tertia explic. *S. Thomæ* recta. Ternarius definiri poteſt, non vt aggregatum, ſed ſecundum quod eſt ſpecies numeri tranſcendentis ſola cogitatione concepta.

2.

Affert S. Thomas argumento, Sed cõtrà, pro Magiſtri partibus verba S. Hilarij lib. 4. de Trinit. & S. Ambroſij lib. 1. de fide c. 2. Dixit Hilarius proceſſionem cõſortij tollere intelligentiã ſingularitatis, hoc eſt, multitudinẽ perſonarũ remouere vnitatem; nõ enim eſt vna perſona, ſed plures. Dixit etiã S. Ambroſ. vnitatẽ Deitatis excludere pluralitatẽ Deorum; ergo numeri numerales in diuinis ita explicandi ſunt vt numerus remoueat vnitatem, vnitas verò numerũ. Reſpondet S. Tho-

S. Thomas arguit pro Magiſt. ex verbis *S. Hilar.* *S. Ambroſ.*

Digitized by Google

Reſpondet. 1. S. Thom. — *Secundò.* — *Vnũ aliquid aliud eſt in diuinis, quàm remotio multitudinis, ſcilicèt negatio diuiſionis.* — *4. explicatio numeri diuini, abſurda. S. Thom.*

S. Thomas primùm negando, quòd formaliter vnitas ſit negatio multitudinis, aut multitudo negatio vnitatis, vt parte 1. cap. declaratum eſt. Secundò reſpõdet quòd etſi in illo ſenſu vnum & multa ſe ſe excludant, vt vnum non ſit quod eſt multa, neque multa quod vnum; non cõſequitur, vt nihil aliud ſit vnũ quàm remotio multitudinis; eſt enim vnũ aliquid aliud, ſcilicèt eſt negatio diuiſionis, vt diximus. Aliam diuini numeri explicationem commemorat S. Thom. q. 9. de Potentia art. 7. dicentiũ nomina numerorum in diuinis eſſe velut ſincathegoremata, & dictiones officiales, id eſt, quæ non ſignificant rem, ſed intelligẽdi modum, vt omnis. Hoc tamen iure optimo vt abſurdum omittit S. Doctor.

3. 5. explicationẽ numeri diuini. — *Refellit. 1.* — *2.* — *Idẽ S. Thom.* — *Refellitur 3. Tribuitur Deo differẽtia, v. c. ſcientia, remoto genere, ſcilicèt qualitate in ijs, quæ aliàs nequeunt Deo conuenire, non verò in alijs.*

Alij dixerunt numerum cerni in perſonis ſecundum differentias ſpecierum, & non ſecundum genus numeri, verbi gratia, eſſe in Deo ternarium in quo eſt numeri differentia, ſed non ipſum numerũ in Deo eſſe; ſicut dicimus in Deo eſſe ſcientiam, ſed non qualitatem, quæ eſt genus ſcientiæ. Sed hoc facilè reijcitur, tum quia numerus ſuapte natura eſt imperfectum quid & compoſitum; quod in Deo nõ inuenitur: tum quia genus quod accipitur à forma poteſt remoueri, non verò quod accipitur à materia; quia ipſa differentia generis eſt materialis, & hæc duo reſpondet S. Thomas q. 9. de Potẽtia art. 7. tum etiam quia illa analogia qua ſimilem differentiã Deo tribuimus remoto genere, de qua dicemus libr. 3. inuenitur in ijs, quæ aliàs nequeunt Deo conuenire, vt in exẽplo ſcientiæ, & qualitatis oſtenditur. Cũ ergo in rebus materia nudis, vt in Angelis, inueniatur numerus ſine quãtitate, nõ quidẽ numerus qui ſit accidens, ſed tranſcẽdens, vt explicauimus, is neceſſe eſt vt in perſonis diuinis reponatur; & nulla eſt neceſſaria analogia ſub cõceptu differẽtiæ remoto genere, vt Deo tribuamus ſpeciẽ numeri, non verò numerũ. Verũ eſt remoueri à numero genus ſupremũ quãtitatis, vel etiam quando Angelis numerũ damus.

4. 6. explicatio valdè difficilis, in ſentẽtia ponente in omnibus rebus numerum, qui ſit res quæpiã addita.

Deniq; illi, qui vnitates aiunt eſſe res aliquas enti additas, & in omnibus rebus numerũ ponunt, qui res quæpiã ſit; ſicut nos dicimus de numero prædicamẽtali, quòd non ſit ſolæ negationes; cogendi ſunt in anguſtiam Philoſophiã circa ternariam diuinarum Perſonarum, An is quoq; ſit res quæpiã, verè exiſtẽs in Deo vt ſciẽtia, & bonitas, & relatio perſonalis.

5. Scotus idem de Deo dicere videtur. — *Hanc ſententia iam olim auditam refert S. Thom.* — *Ex ea ſequuntur multa falſa.*

Ioannes Scotus qui vnitatem rẽ aliquam eſſe ait ab ente diſtinctã quodlib. 14. art. 1. ternariũ hunc ait eſſe numerũ abſtractũ à ternario prædicamentali remotò genere quãtitatis. Qua in re videtur indicare, eum numerum eſſe rem aliquam in Deo, & non ſolas negationes plurium vnitatũ; quæ olim iam ſentẽtia audita eſt, & refertur à S. Thom. d. 24. q. 1. art. 2. Hoc autẽ videtur omninò intelligi non poſſe; conſequens enim eſt, vt in Deo ſit res aliqua exiſtẽs, quæ nõ ſit Pater, neque Filius, neq; Spiritus Sanctus, ſcilicèt ille ternarius: hæc enim eſt falſa, ternarius eſt Pater. *Primum.* Itẽ ſequitur quòd ſit res aliqua in Patre, quæ non eſt Pater, quia ternarius ille nõ eſſet extra perſonas, ſed eſſet in illis; & tamẽ negaretur de ſingulis, nã proculdubio eſſet res cõpoſita ex tribus partibus, quarũ ſingulæ non eſſent totũ. *Secundum.* Imò eſſet aliqua ſubſtãtia incommunicabilis in tribus perſonis; quia quicquid eſt in Deo eſt ſubſtãtia; ternarius verò eſſet incõmunicabilis, quia neq; eſſet Pater, neq; Filius, neq; Spiritus Sãctus; & ita eſſet perſona quarta incõmunicabilis, quod eſt hæreticũ. *Tertium.* Eodẽ etiã argumẽto quo probatur numerũ nõ eſſe ſubſtantiam in rebus creatis, quia eſſet vna ſubſtãtia in rebus pluribus exiſtens; probatur etiã, quòd numerus nõ ſit ſubſtãtia in perſonis diuinis: quòd ſi non eſt ſubſtantia, nõ eſt res in Deo exiſtens, in quo non eſt accidens, vt ſuperiùs docuimus. *Quartum.*

6. 7. explicatio S. Thom. & vera. In Deo nominibus numeri, & vnitatis perſonalis nihil reale ſignificatur, niſi relationes ipſæ diuinæ. Probatur.

Ideò S. Thom. in 1. ſentent. d. 24. q. 1. ar. 4. rectè ait, numerũ in Deo ſignificare relationes ipſas diuinas: quia etſi ſub his nominibus vnitatis, & numeri, perſonæ non referantur; tamen nihil his nominibus numeri, & vnitatis perſonalis ſignificatur, niſi relationes ipſæ ſubſiſtentes, quæ ſunt diuinæ perſonæ. Nam numerus in Deo non ſignificat eſſentiam, quæ eſt vna; ſignificat ergo relationes: quicquid enim eſt in Deo vel eſt eſſentia, vel relatio, vt inferiùs docebimus. Non eſt ergo numerus in Deo res tertia, quæ neque eſſentia ſit, neque relatio. Hæc ergo dixerim, non vt Ioãnem Scotum arguam, qui forſan non fuit in ea ſententia; ſed vt Theologum moneam, ne in rebus diuinis noui aliquid inducat. Supereſt ergo vt numerus perſonarũ ſit numerus ex vnitatibus tranſcẽdẽtibus, quæ ſint negationes

Scotus fortè non aduerſatur.

gationes dũtaxat, quod S. Thom. docet.

7. *Ad S. Thom. falſa explicatio Vaſquij diſp. 127. cap. 2. n. 10.*

Faciunt tamen difficultatem quibuſdam verba S. Thomæ ad 4. quibus docet numerum abſtractum eſſe poſſe in Deo maiorem, aut minorem. Abſtractũ enim videtur eſſe natura cõmunis, quæ quicquid ſibi vendicat, ſecum id idem habet concreta in ſingularibus: ergo ſi numerus abſtractus hoc idem habet vt ſit maior, aut minor, etiam in Deo maior eſt & minor, quod videtur non eſſe concedendum. Reſpondentque ipſi ex doctrina Gabriel. d. 24. q. 2. art. 3. maius in numero nihil eſſe, niſi vnitates plures, quas nos confitemur in Deitate, plures enim vnitates ſunt ternarij, quàm binarij perſonarum.

Falſa doctrina *Gabrielis.*

Verumtamen apparet eos decipi, & in cõmentario S. Thomæ, & in ipſa controuerſia de magnitudine numeri, à qua inchoabimus quæſtionẽ. Nam ſi numerus eſt res aliqua vera & exiſtens extra cauſas; neceſſe eſt numerum maiorem eſſe perfectiorem re ipſa, ſicut & longior quantitas continua perfectior eſt: neque in hoc eſt diſcrimẽ inter quantitatem continuam & diſcretã, vt illi cum Gabriele exiſtimant; ſiquidẽ vera magnitudo rei cuiuſque perfectio illius rei eſt, quæcunque ea magnitudo ſit ſiue perfectionis, ſiue molis, ſiue numeri. Quare ſi numerus conceptu communi, & abſtracto eſt maior & minor, hoc idem pertinet ad perfectionem maiorẽ, & minorem in numero vbicunque reperiatur: quod in Deitatis natura fingi nõ poteſt.

Vera doctrina.

Si quantitas diſcreta eſt vera res, id quod ſecundum illã eſt maius eſt re ipſa perfectius, ſicut de quantitate cõtinua, ſiue molis, ſiue virtutis dicitur.

Sed neque S. Thomam probè interpretantur; numerum enim abſtractè nũcupat, qui eſt in intellectu, vt anteà declarauimus, vt eum numerum diſtinguat à rebus numeratis. Quare vel intelligit numerum numerantem, qui eſt ipſe intellectus; vel potiùs, numerum formalẽ binarij & ternarij, qui nihil eſt in Deitatis natura; ſed ſunt negationes, ſiue vnitates cognitæ per modũ numeri, vt explicauimus. Qui numerus rectè dicitur abſtractè eſſe in intellectu, cũ in re ipſa nihil ſit. Quare etſi in eo numero ſit maius & minus, nihil derogat æqualitati perſonarum; cum ea inæqualitas numeri ſit in ſolo intellectu, & nihil ſit in re. Et in eo numero S. Thomas confitetur eſſe partem & totum; cum in Deitatis natura non ſit totum & pars, vt eodem loco ſapientiſsimè docet.

S. Thomæ vera explicatio.

Numerus abſtractus vel intelligitur ipſe intellectus numerãs, vel numerus formalis, qui in ſolo intellectu, i. negationes cognitæ per modum numeri.

8. 2. dubium.

Secundum adhuc eſt quod quæramus A de ternario diuino, Vtrùm in illo ſit pars & totum. Numerus enim ſuapte natura conſtat vnitatibus quæ ſunt partes numeri: ergo & in Deo eſt aliquid totum, cuius ſunt partes, vel in Deo non eſt numerus.

Ratio dubitãdi.

Reſpondet S. Thomas numerum abſolutum, qui eſt in ſolo intellectu ſpeculãte, etiã attributum diuinis perſonis habere partes, vt argumentum probat: cum intelligi nequeat numerus ſine partibus. Sed ſicut is numerus eſt in ſolo intellectu, ita & partes numeri: meditamur enim eum numerum vt totum partibus conſtans. B Sed numerus concretus qui eſt in rebus numeratis, ſcilicèt tres diuinæ perſonæ, neque partes ſunt, neque totum vnum partibus conſtans. Et hæc eſt firma Theologorum reſponſio; in quã etiam ſententiam interpretari poſſumus Marium Victor. libr. 3. contra Arianos dicentem vnamquãque vnitatem diuini iſtius numeri antecedere numerũ; quia ante numerum creaturarum eſſentia, vel quantitate diuiſarum, ſunt diuinæ vnitates perſonarum ſimplici numero contentæ, vt explicabimus.

Reſponſio *S. Thomæ.*

Sicut numerus abſolutus eſt in ſolo intellectu, ita ſũt partes numeri.

Numerus cõcretus neque partes, neque totum eſt.

Mar. Vict. explicatur.

9.

C Ponderandum tamen eſt quod docet S. Thomas q. 9. de Potentia art. 7. non eſſe in ſolo intellectu, ſed aliquid eſſe in Deo tàm vnitatem, quàm multitudinẽ: nam vnitas, vt ibidem docet, eſt ipſa eſſentia vna: & multitudo ſunt ipſæ perſonæ multæ. Numerus verò non eſt ſynonimum multitudinis, ſed ſignificat multitudinem per modum quantitatis diſcretæ: & hunc numerum diuinũ ait eſſe in ſolo intellectu. Dicam clariùs, multitudo non eſt vnum, ſed multa; numerus autem eſt vnum quid compoſitum ex multis. Quare in Deo ſunt multa, id eſt, multæ perſonæ; ſed numerus nihil eſt in D Deo quaſi vnum quid, præter ipſa multa. Eodem ſenſu accipiendum eſt, quod eodẽ loco docet S. Thomas, diſtinctionem ſignificare aliquid in Deo, non formalitèr, ſed materialitèr perſonas ipſas diſtinctas.

1. obſeruandũ *S. Thomæ.*

Non in ſolo intellectu, ſed in Deo vnitas & multitudo ſunt aliquid. Nõ ita numerus. Hic multitudinem ſignificat, ſed per modum quantitatis diſcretæ, & vnius cõpoſiti ex multis.

10.

Eodem loco obſeruat, multitudinem inueniri in Deo, non vt multum dicitur abſolutè, quod eſt ſpecies quantitatis, ſcilicèt numerus, ſicut magnum dicitur ipſum continuum; ſed vt dicitur comparatiuè multa per exceſſum ad vnum. Verùm ipſum numerum nihil prohibet dici de Deo, non equidèm numerũ quãtum, ſed tranſcendentem, vt docuimus.

2. obſeru. Multitudo ſeu multum abſolutè eſt numerus quantus: vnde vt ſic, nõ eſt in Deo, ſed comparatiuè per exceſſum ad vnum.

Adhùc

Digitized by Google

11. 3. obſeru. *S. Thom.* Adhùc obſeruandum eſt cum S. Thoma, quòd in hoc numero ternario nō eſt totum & partes, ſi loquamur de numero reali qui eſt ipſa Trinitas beatiſsima, ſicut non eſt ibi compoſitio, ſed ſumma vnitas omni ex parte indiuiſa, & indiuiſibilis, vt ait Boetius libr. de vnitate & vno. *Boetius.* *Durand.* Et idcircò Durãdus in 1. d. 19. q. 4. docet in hoc numero non eſſe totũ verum, ſed imaginarium. *In vero numero, cuiuſmodi eſt trãſcendẽs, ratio totius nō eſt vera, ſed cõficta.* Eſt quidèm verus numerus tranſcendens, ſed in hoc vero numero ratio totius non eſt vera, ſed cõficta; quia in eo numero qui à rebus relinquitur in mente, benè poſſumus conſiderare totum & partes, licet res ipſæ numeratæ non ſint totum & partes; & hoc vocat Durandus totum imaginariũ. *Declaratur.* *Nazianz.* Nazianzen. oratione 1. de Pace, Trinitatem appellat totum, ſed eodem eſt ſenſu accipiẽdum. *S. Hilarius obijcitur.* Quapropter explicanda nobis ſunt verba S. Hilar. lib. 2. de Trinitate diſputantis, *Imperfectum*, inquit, *eſt totum, ſi aliquid deſit à toto*: nam loquitur de ipſis perſonis diuinis, quarum nullam deſiderari poſſe ait ſine Deitatis detrimento: eſt ergo Trinitas quoddam totum. *Explicatur. Trinitas dicitur totum minùs prõpriè ſũptum pro eo, cui nihil deeſt etſi partes non habeat.* Reſpondemus tamen, totũ vſurpari minùs propriè pro eo cui nihil deeſt, etſi partes non habeat. Et ita Deitas eſſet imperfecta, ſi nulla eſſet proceſsio, aut altera ſola proceſsio eſſet. Et hoc ſignificauit S. Hilarius elegantèr, vt ſolet.

12. 4. obſeru. *S. Thom.* Obſeruat etiam S. Thom. ibidem d. 4. artic. 3. ad 3. & 4. argumentum, & q. 4. art. 1. ad 2. ex eo quòd hic numerus remouet quãtitatem, remouere etiam eas paſsiones numeri prædicamẽtalis, quas Auicenna cõmemorat tract. 3. Metaph. cap. 5. *Auicenna. Paſsiones numeri prædicamentalis.* quòd in numero ſit aggregatio, & multitudo, &c. non eſt ergo in Deo aggregatio perſonarum, ſicùt aggregatio hominum. *Aggregatio, multitudo, & cet. non ſunt in Deo.* Atverò ex eo quòd eſt numerus relationum ſimplicium abſque vlla omninò compoſitione, doctè admonet non eſſe numerum menſurabilem per vnitatem, ita vt ſit aliqua vnitas, quæ ex natura rei ſit menſura aliarum vnitatũ huius numeri. Nam in abſolutis, & compoſitis eſt eſſe diſtinctum; & vbi eſſe diſtinctum cernitur, eſt maior, vel minor vnitas; & maximè vnitas eſt menſura cęterarum vnitatum. *Vnitates relationum omninò ſimpliciũ ſunt immenſurabiles, & infinitæ, quas ſola ratio numerat.* Relationes autem diuinæ habent idem eſſe, vt dicemus; & quia ſunt omninò ſimplices, ſic ſe habẽt, vt nulla vnitas ex iſtis ſit maior alterã, neque menſura alterius; & omninò ſunt vnitates immẽſurabiles, & infinitæ, quas ſola ratio numerat, vt docet S. Thomas 1. p. q. 30. art. 2. ad 5.

13. 5 obſeru. eiuſdem. *S. Thom.* Adnotat etiam S. Thomas in ſententijs loco recitato d. 24. q. 1. art. 2. quòd in aliquibus eſt numerus ſecundùm rationem tantùm, vt punctum quod dicitur in ordine ad plures lineas multiplex principium: *Numerus aliuseſt ſecundũ rationem.* quod etiam ait diſtingui à ſe ipſo ſecundum accidens, id eſt, ſecundũ relationes ad plures lineas adiectas, vt Petrus albus à Petro diſtinguitur etiam ſecundum accidens: quòd ſi ea adiectio non explicetur, diſtinctio eſt rationis ratiocinantis, vt anteà docuimus. *Alius eſt in re ipſa numerus ſimpliciter.* Alius verò eſt ſimplicitèr numerus in re ipſa, quo diuiditur vel quãtitas, vel eſſentia; nam quæ in quantitate, aut eſſentia diuiſa ſunt, ſimplicitèr ſunt diuiſa, atque in eis ſimplicitèr numerus inuenitur. *Alius in re ipſa numerus ſecundum quid.* Alius eſt numerus in re ipſa ſecundum quid, quo vna res à ſe ipſa ſecundum aliquid diſtinguitur, vt Petrus ſedens à ſe ipſo ſtante: & adhùc minùs diſtinguitur ſi ſola ratione diſtinguatur, vt Petrus in quantum pater à ſe ipſo in quantum filius, & hic eſt minimus numerus. *Conditiones numeri, qui eſt in Trinitate.* Ait ergo perſonarum diuinarum numerũ, neq; eſſe rationis tantùm, quia eſt numerus rerum; neque ſimplicitèr numerum, quia non ſunt res diuiſę quantitate, aut eſſentia; ideòque perſonæ diuinæ non dicuntur ſimplicitèr plura entia, vt lib. 4. oſtẽdemus: ſed eſt numerus ſecundũ quid, *Perſonarum diuinarum numerus eſt ſecũdum quid, iſq; minimus, ſcilicèt ſecundũ relationes tantùm.* ſcilicèt ſecũdum relationes tantùm, qui numerus minorem diuiſionẽ affert, ſed perfectionem maiorem. Quod liquet ex ſuperiori diſputatione, in qua probauimus diſtinctionem perſonarum diuinarum eſſe minimam, atque adeò numerũ minimũ eſſe oportere. *Hic tamen eſt numerus ſimplicitèr explicatus quòd ſit in perſonis.* Si tamẽ explices numerum eſſe in perſonis; cum hac explicatione, & adiectione, eſt perſonarum numerus ſimplicitèr: quia ſunt perſonæ diſtinctæ reali diſtinctione abſolutè & ſimplicitèr: neque hoc Auctor in ſententijs negauit, ſed minimam diſtinctionem ſignificauit, quæ per relationes efficitur.

14. 6. obſeru. Quo in loco etiam aduertendum eſt, quòd in rebus creatis principiũ numeri eſt vnum, quia diſtinguitur ſecundũ eſſe; *In diuinis nõ eſt vnum & aliud, vt in creatis, ſed vnus & alius. &c.* vnde in numero creato ſunt plura, & ſũt vnum & aliud. In Deitate verò principium numeri perſonarum non eſt vnũ, ſed vnus; quia ibi non ſunt plura quaſi plura entia, neque ſunt vnum & vnum

 ſecun-

Digitized by Google

ſecundum regulas nominum numeraliũ, **A** de quibus libr. 5. dicemus: ſed ſunt in Deitate vnus & vnus, ſeu vnus & alius; & ideò vnus, quia ſignificat perſonam, nõ naturam, eſt principiũ iſtius numeri: & non ſunt plura, ſed plures. Quod etiã S. Thomas inſinuat in Sententijs art. 4. ad 4.

S. Thomas id ſignificat.

15. *S. Auguſt.*

Ideò etiam S. Auguſt. tract. 39. in Ioan. admiranda verba de Trinitate pronunciat; *Eſt ibi aliquid ineffabile, quod verbis explicari non poſsit, vt & numerus ſit, & numerus non ſit. Videte enim ſi non quaſi apparet numerus, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, Trinitas. Si tres, quid tres? deficit numerus. Ita Deus nec recedit à numero, nec capitur numero.* Quibus verbis ſignificat S. Auguſt. numerum quoque in Deo eſſe ſingularẽ, & admirabilem; nam in rebus creatis quas numeramus ſimplicitèr, dicimus, tres homines, tres Angeli. In Deitate verò tres Deos dicere nefas eſt: eſt ergo ternarius duntaxat relationum oppoſitarum, in quo eſt minima diſtinctio, & numerus ſecũdum quid, vt expoſuimus. Et ideò nõ eſt numerus ſimplicitèr, quia nõ eſt numerus ſimplicitèr entium; & eſt numerus ſecũdum quid, ſcilicèt eorum, quæ ſola relatione diſtinguuntur. Verũ eſt quòd S. Auguſt. verſatur ibi etiam in difficultate alia, quomodò dicantur perſonæ tres, vt lib. 4. explicabimus. Verba autem illa S. Auguſt. *Deus nec recedit à numero, nec capitur numero*, repetit Cõcil. Tolet. 11. in confeſsione fidei. Idem argumentum tractat S. Bernard. lib. 5. de conſideratione ad Eugen. cap. 7. his verbis, *Quid ſibi vult iſte (vt ſic loquar) abſque numero numerus? ſi tria, quomodò nõ numerus? ſi vnum, vbi numerus?* & alia elegantèr. Sanctus quoque Dyoniſ. c. 4. de diuinis nominibus ait, non eſſe vnitatem, aut Trinitatem, quæ à nobis, aut alio quopiam exiſtentium ſit cognita: eſt enim ſuper omnem intelligentiam. Eſt ergo numerus perſonarum diuinarũ non ſecundum eſſentiam; ſed ſecundum quid, ſcilicèt, ſecundum relationem; eò quòd perſonæ abſolutè ſunt vnum, ſcilicèt vnum in eſſentia; & ſolùm relatione diſtinctæ.

Conc. Tolet. *S. Bernard.* *S. Dionyſ.*

16. Ternarius numerus perfectus. *Ariſt.*

Eſt autem ternarius numerus perfectus, teſte Ariſtotele de Cœlo 1. text. 2. quia in eo numero primò inuenimus principium, medium, & finem. Vnde S. Gregor. Nazianz. de diuinis perſonis ait oratione 3. Theolog. *Quocirca vnitas à principio in binarium progreſſa in Trinitate conſiſtit.* Cum autem vnitas ſit potentia omnis numeri, ſecundum Boetiũ in Arithmetica cap. 7. quia vnum continuum diuiſione, ſeu ſectione fit plura; Deus qui eſt primum & maximè vnum, non quantitate ſed eſſentiâ, & per potẽtiam actiuam eſt cauſa omnis numeri, ternario aptiſsimè continetur. Nam ſecundum internam proceſsionem à Patre, in quo eſt prima vnitas perſonalis, **B** procedit numerus primus, ſcilicèt primus binarius, qui eſt Filius, & Spiritus Sanctus; ex quo binario & vnitate Patris conficitur ternarius numerus perfectus.

Ratio elegans *Nazianz.*

Vnitas potentia omnis numeri. *Boetius.*

Prima vnitas perſonalis in Patre.

Primus numerus, ſcilicèt primus binarius, Filius, & Spir. Sanctus.

17. *Nazianz.*

Pythagoreis autem numerus quaternarius erat diuinus, per quem ipſi numerum iurabant, vt refert S. Greger. Naz. oratione in nouam Dominicam. Colebant autem Pythagoræi quaternarium, vt rerum cauſam, propter quatuor elementa quibus res conſtant. Quod Nicetas eo loco oſtendit vel ex ipſa forma iuriſiurandi apud eos ſolita. Nos verò non elementa quatuor adoramus quæ **C** ſunt rerum corporearum principia, ſed ternarium perſonarum, quæ ſunt rerum omnium principium vnum.

Pythagorei quaternarium vt rerum cauſam colebant, propter quatuor elementa.

Nicetas.

18. *Alex. Alex.*

Hæc ergo ſatis ſunt de diuino ternario, de quo fuſè diſputat Alex. Alenſ. 1. p. q. 45. membro 5. Quo autem pacto differant ternarius & trinitas lib. 5. erit commodiùs explanandum.

Confirmatio.

19. Quòd perſonæ diuinæ diſtinguantur numero docẽt Patres.

QVòd perſonæ diuinę diſtinguantur numero, Theologia noſtra nos docet, & Patres confirmant. S. Ioãnes Damaſcen. lib. 3. fidei Orthod. cap. 6. S. Baſilius homil. contra Sabellium, S. Iuſtinus cum Tryphone diſputans pag. 75. **D** & 120. S. Gregor. Naz. oratione 3. & S. Epiphanius hæreſi 69. & 73. S. Cyrillus lib. 1. in Ioannem cap. 2. Cum enim ſincerè credamus diſtingui perſonas diuinas reali diſtinctione; in diſtinctione autem ſit multitudo, in multitudine numerus; non eſt negandum diſtingui eas numero: tum etiam quia apud Philoſophos eiuſdem naturæ diuerſæ hypoſthaſes numero differunt, de qua re lib. 5. Verum eſt quòd ex Latinis nonnulli negant perſonas diſtingui numero, ſcilicèt numero naturæ

S. Damaſc. *S. Baſil.* *S. Iuſtin.* *Nazianz.* *S. Epiphan.* *S. Cyrill.* Prima ratio.

Secunda.

Digitized by Google

naturæ, quemadmodùm diſcrepant hypoſthaſes eiuſdem ſpeciei, vt Petrus, & Paulus, qui ſunt duo homines; non autē dicimus Deos tres: & ita S. Ambroſ. numerum negat lib. 1. fidei cap. 2. & lib. 4. cap. 4. & Concil. Tolet. 11. in confeſſione fidei: vel etiam negant numerum qui in quantitate reperitur. Sed numerum tranſcendentalem iam explicatum non naturæ, ſed perſonarum, negare nullus poteſt. Agunt etiam de numero ternario perſonarum, S. Iuſtinus Dialogo cum Tryphone, S. Cyrillus libr. 3. Theſauri cap. 1. S. Baſilius libr. de Spiritu Sancto cap. 17. & alij ſcholaſtici de hac re conſentiunt.

Negant numerū naturæ *S. Ambroſ.*

Conc. Tolet. Vel negāt numerum quantum; non verò tranſcendētalem.

De ternario. *S. Iuſtinus. S. Cyrillus. S. Baſil.*

CAPVT XLIII.

Deitas non eſt res quarta à Perſonis diſtincta, aut compoſita.

1\. HÆc veritas, quam Eccleſia nos docet, alijs etiam locis proponitur; nam in lib. 3. oſtendendum eſt, relationē perſonalem ab eſſentia non diſtingui re ipſa; & in libr. 4. ex proprijs eſt demonſtrandum, perſonam diuinam non eſſe compoſitam ex natura, & relatione: ex quibus etiam colligitur eſſentiam non diſtingui à perſonis. Sed quoniā de perſonarum multitudine agendum hoc lib. fuit ex communibus Philoſophiæ principijs, quæ ad libros ſequentes non pertinent; conſequens erat ad quæſtionem de perſonis, vt excluderetur error eorū, qui Deitatem ab ipſis perſonis ſeiungebant; maximè cum de vnitate, & ſimplicitate Deitatis hoc libro diſputemus; vnde nobis hoc loco argumēta ſunt petenda.

Prior pars. *Deitas non eſt res quarta à perſonis diſtincta.*

Poſterior. *Deitas non eſt quid compoſitū ex perſonis, aut cum illis.*

PRIOR PARS.

Deitas non eſt res quarta à Perſonis diſtincta.

1\. INeffabile Trinitatis myſterium, quo credimus naturam vnam in perſonis tribus, cùm olim habuiſſet aduerſarios, qui vel naturam diuiderent, vel copularent perſonas; labefactatis duabus hæ-

Hæreſes diuerſæ contra Trinitatem.

A reſibus, nouo errore implicatum poſteà fuit, vt naturam à perſonis diuiderent, qui & naturam vnam, & perſonas tres conterentur. Quæ hæreſis videtur exorta fuiſſe, aut tunc primùm extitiſſe Beati Anſelmi ætate; is enim libro de Incarnatione cap. 1. narrat ſimilem quendam errorem ad ſe allatum per fratres. *Cum adhuc, inquit, in Becci Monaſterio eſſem, præſumpta eſt à quodam clerico in Frācia talis aſſertio. Si in Deo, inquit, tres perſonæ ſunt vna tātum res, & non ſunt tres res, vnaquæq; per ſe ſeparatim, ſicut*
B *tres Angeli, aut tres animæ, ita tamen vt potentia, & voluntate omninò ſint idem; ergo Pater, & Spiritus Sanctus cum Filio eſt incarnatus.* Et cap. 3. colligit iſtorū argumentationē, Quòd ſi Pater, & Filius, & Spiritus Sāctus ſunt vna res, Pater eſt incarnatus; quia de eadem re non poſſumus ſimul affirmare, & negare. Hæc autem quæ ex S. Anſelm. recenſuimus, indicant planè hominem illum diſtinxiſſe Deitatem à perſonis; ne cogeretur eadem affirmare de perſonis, quæ de Deitate, aut de Deitate eadem quæ de perſonis confitemur. Nam poteſta-
C te & voluntate perſonas idem eſſe profitebatur: non ergo inducebat plures naturas, neque permiſcebat perſonas, ſed naturam à perſonis diuidebat. Exemplū verò trium Angelorum ait ſe literis Monachorum accepiſſe, quod fortè clericus ille non poſuerit.

Hæreſis in re præſenti exorta eſt ætate *S. Anſelmi.*

Auctor quidā clericus in Frācia.

Oſtenditur hunc fuiſſe auctorem.

Occurritur obiectioni.

Ea autem eſt hæreſis, in quam lapſus eſt Gilbertus Porretanus Epiſcopus Pictauienſis, quod teſtatur Otto Friſingēſis Epiſcopus in hiſtoria Federici Imperatoris cap. 56. & 57. Affirmat autem illum non ſeparaſſe Deum à diuinitate, ſed perſonam diuinam ab ipſa diuinita-
D te diſcreuiſſe; aiebat enim Deum quandoque ſignificare naturam diuinā, quandoque perſonam; Deum igitur, accepto nomine pro perſona, diſtinguebat à Deitate. Et hoc quidem magis congruum eſt credere de Gilberto viro Philoſopho; nihil enim animo occurrit quo Deus à Deitate diſtinguatur. Vtrùm verò idem Gilbertus attributa inter ſe diſtingueret? antea diſputauimus.

2\. Eadem fuit hæreſis Gilberti Porretani. *Otto Friſingenſis.*

Quòd igitur Deitas non ſit res quarta diſtincta à tribus perſonis, ex eo maximè liquet, quia quod à Deitate quacunque ratione diſtinctum eſt re ipſa, creata res eſt; ens enim primum & neceſſarium, ſolum-

3\. Deum nō eſſe rem quartam diſtinctam à perſonis. Probatur. 1. quia perſonæ eſſent res creatæ.

Digitized by Google

ſecundum regulas nominum numeraliũ, de quibus libr. 5. dicemus: ſed ſunt in Deitate vnus & vnus, ſeu vnus & alius; & ideò vnus, quia ſignificat perſonam, nõ naturam, eſt principiũ iſtius numeri: & non ſunt plura, ſed plures. Quod etiã S. Thomas inſinuat in Sententijs art. 4. ad 4.

S. Thomas id ſignificat.

15.
S. Auguſt.

Ideò etiam S. Auguſt. tract. 39. in Ioan. admiranda verba de Trinitate pronunciat; *Eſt ibi aliquid ineffabile, quod verbis explicari non poſsit, vt & numerus ſit, & numerus non ſit. Videte enim ſi non quaſi apparet numerus, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, Trinitas. Si tres, quid tres? deficit numerus. Ita Deus nec recedit à numero, nec capitur numero.* Quibus verbis ſignificat S. Auguſt. numerum quoque in Deo eſſe ſingularẽ, & admirabilem; nam in rebus creatis quas numeramus ſimplicitèr, dicimus, tres homines, tres Angeli. In Deitate verò tres Deos dicere nefas eſt: eſt ergo ternarius duntaxat relationum oppoſitarum, in quo eſt minima diſtinctio, & numerus ſecũdum quid, vt expoſuimus. Et ideò nõ eſt numerus ſimplicitèr, quia nõ eſt numerus ſimplicitèr entium; & eſt numerus ſecũdum quid, ſcilicèt eorum, quæ ſola relatione diſtinguuntur. Verũ eſt quòd S. Auguſt. verſatur ibi etiam in difficultate alia, quomodò dicantur perſonæ tres, vt lib. 4. explicabimus. Verba autem illa S. Auguſt. *Deus nec recedit à numero, nec capitur numero,* repetit Cõcil. Tolet. 11. in confeſsione fidei. Idem argumentum tractat S. Bernard. lib. 5. de conſideratione ad Eugen. cap. 7. his verbis, *Quid ſibi vult iſte (vt ſic loquar) abſque numero numerus? ſi tria, quomodò nũ numerus? ſi vnum, vbi numerus?* & alia elegantèr. Sanctus quoque Dyoniſ. c. 4. de diuinis nominibus ait, non eſſe vnitatem, aut Trinitatem, quæ à nobis, aut alio quopiam exiſtentium ſit cognita: eſt enim ſuper omnem intelligentiam. Eſt ergo numerus perſonarum diuinarũ non ſecundum eſſentiam; ſed ſecundum quid, ſcilicèt, ſecundum relationem; eò quòd perſonæ abſolutè ſunt vnum, ſcilicèt vnum in eſſentia; & ſolùm relatione diſtinctæ.

Conc. Tolet.
S. Bernard.
S. Dionyſ.

16.
Ternarius numerus perfectus.
Ariſt.

Eſt autem ternarius numerus perfectus, teſte Ariſtotele de Cœlo 1. text. 2. quia in eo numero primò inuenimus principium, medium, & finem. Vnde S. Gregor. Nazianz. de diuinis perſonis ait oratione 3. Theologa, *Quocirca vnitas à principio in binarium progreſſa in Trinitate conſiſtit.* Cum autem vnitas ſit potentia omnis numeri, ſecundum Boetiũ in Arithmetica cap. 7. quia vnum continuum diuiſione, ſeu ſectione ſit plura; Deus qui eſt primum & maximè vnum, non quantitate ſed eſſentiâ, & per potẽtiam actiuam eſt cauſa omnis numeri, ternario aptiſsimè continetur. Nam ſecundum internam proceſsionem à Patre, in quo eſt prima vnitas perſonalis, procedit numerus primus, ſcilicèt primus binarius, qui eſt Filius, & Spiritus Sanctus; ex quo binario & vnitate Patris conficitur ternarius numerus perfectus.

Ratio elegans *Nazianz.*

Vnitas potentia omnis numeri.
Boetius.

Prima vnitas perſonalis in Patre.
Primus numerus, ſcilicèt primus binarius, Filius, & Spir. Sanctus.

Pythagoręis autem numerus quaternarius erat diuinus, per quem ipſi numerum iurabant, vt refert S. Gregor. Naz. oratione in nouam Dominicam. Colebant autem Pythagoræi quaternarium, vt rerum cauſam, propter quatuor elementa quibus res conſtant. Quod Nicetas eo loco oſtendit vel ex ipſa forma iuriſiurandi apud eos ſolita. Nos verò non elementa quatuor adoramus quæ ſunt rerum corporearum principia, ſed ternarium perſonarum, quæ ſunt rerum omnium principium vnum.

17.
Nazianz.
Pythagorei quaternarium vt rerum cauſam colebant, propter quatuor elementa.
Nicetas.

Hæc ergo ſatis ſunt de diuino ternario, de quo fuſè diſputat Alex. Alenſ. 1. p. q. 45. membro 5. Quo autem pacto differant ternarius & trinitas lib. 5. erit commodiùs explanandum.

18.
Alex. Alex.

Confirmatio.

19.
Quòd perſonæ diuinæ diſtinguantur numero docẽt Patres.

QVòd perſonæ diuinę diſtinguantur numero, Theologia noſtra nos docet, & Patres confirmant. S. Ioãnes Damaſcen. lib. 3. fidei Orthod. cap. 6. S. Baſilius homil. contra Sabellium, S. Iuſtinus cum Tryphone diſputans pag. 75. & 120. S. Gregor. Naz. oratione 3. & S. Epiphanius hæreſi 69. & 73. S. Cyrillus lib. 1. in Ioannem cap 2. Cum enim ſincerè credamus diſtingui perſonas diuinas reali diſtinctione; in diſtinctione autem ſit multitudo, in multitudine numerus; non eſt negandum diſtingui eas numero: tum etiam quia apud Philoſophos eiuſdem naturæ diuerſæ hypoſthaſes numero differunt, de qua re libr. 5. Verum eſt quòd ex Latinis nonnulli negant perſonas diſtingui numero, ſcilicèt numero naturæ

S. Damaſc.
S. Baſil.
S. Iuſtin.
Nazianz.
S. Epiphan.
S. Cyrill.
Prima ratio.

Secunda.

Digitized by Google

naturæ, quemadmodùm diſcrepant hypoſthaſes eiuſdem ſpeciei, vt Petrus, & Paulus, qui ſunt duo homines; non autē dicimus Deos tres: & ita S. Ambroſ. numerum negat lib. 1. fidei cap. 2. & lib. 4. cap. 4. & Concil. Tolet. 11. in confeſſione fidei: vel etiam negant numerum qui in quantitate reperitur. Sed numerum tranſcendentalem iam explicatum non naturæ, ſed perſonarum, negare nullus poteſt. Agunt etiam de numero ternario perſonarum, S. Iuſtinus Dialogo cum Tryphone, S. Cyrillus libr. 3. Theſauri cap. 1. S. Baſilius libr. de Spiritu Sancto cap. 17. & alij ſcholaſtici de hac re conſentiunt.

Negant numerū naturæ *S. Ambroſ.*

Conc. Tolet. Vel negāt numerum quantum; non verò tranſcendētalem.

De ternario. *S. Iuſtinus. S. Cyrillus. S. Baſil.*

CAPVT XLIII.

Deitas non eſt res quarta à Perſonis diſtincta, aut compoſita.

1. HÆc veritas, quam Eccleſia nos docet, alijs etiam locis proponitur; nam in lib. 3. oſtendendum eſt, relationē perſonalem ab eſſentia non diſtingui re ipſa; & in libr. 4. ex proprijs eſt demonſtrandum, perſonam diuinam non eſſe compoſitam ex natura, & relatione: ex quibus etiam colligitur eſſentiam non diſtingui à perſonis. Sed quoniā de perſonarum multitudine agendum hoc lib. fuit ex communibus Philoſophiæ principijs, quæ ad libros ſequentes non pertinent; conſequens erat ad quæſtionem de perſonis, vt excluderetur error eorū, qui Deitatem ab ipſis perſonis ſeiungebant; maximè cum de vnitate, & ſimplicitate Deitatis hoc libro diſputemus; vnde nobis hoc loco argumēta ſunt petenda.

Prior pars. *Deitas non eſt res quarta à perſonis diſtincta.*

Poſterior. *Deitas non eſt quid compoſitū ex perſonis, aut cum illis.*

PRIOR PARS.

Deitas non eſt res quarta à Perſonis diſtincta.

1. INeffabile Trinitatis myſterium, quo credimus naturam vnam in perſonis tribus, cum olim habuiſſet aduerſarios, qui vel naturam diuiderent, vel copularent perſonas; labefactatis duabus hæ-

Hæreſes diuerſæ contra Trinitatem.

A reſibus, nouo errore implicatum poſteà fuit, vt naturam à perſonis diuiderent, qui & naturam vnam, & perſonas tres conterentur. Quæ hæreſis videtur exorta fuiſſe, aut tunc primùm extitiſſe Beati Anſelmi ætate; is enim libro de Incarnatione cap. 1. narrat ſimilem quendam errorem ad ſe allatum per fratres. *Cum adhuc,* inquit, *in Becci Monaſterio eſſem, præſumpta eſt à quodam clerico in Francia talis aſſertio. Si in Deo, inquit, tres perſonæ ſunt vna tātùm res, & non ſunt tres res, vnaquæq; per ſe ſeparatim, ſicut tres Angeli, aut tres animæ, ita tamen* B *vt potentia, & voluntate omninò ſint idem; ergo Pater, & Spiritus Sanctus cum Filio eſt incarnatus.* Et cap. 3. colligit iſtorū argumentationē, Quòd ſi Pater, & Filius, & Spiritus Sāctus ſunt vna res, Pater eſt incarnatus; quia de eadem re non poſſumus ſimul affirmare, & negare. Hæc autem quæ ex S. Anſelm. recenſuimus, indicant planè hominem illum diſtinxiſſe Deitatem à perſonis; ne cogeretur eadem affirmare de perſonis, quæ de Deitate, aut de Deitate eadem quæ de perſonis confitemur. Nam poteſtate & C voluntate perſonas idem eſſe profitebatur: non ergo inducebat plures naturas, neque permiſcebat perſonas, ſed naturam à perſonis diuidebat. Exemplū verò trium Angelorum ait ſe literis Monachorum accepiſſe, quod fortè clericus ille non poſuerit.

Hæreſis in re præſenti exorta eſt ætate *S. Anſelmi.*

Auctor quidā clericus in Frācia.

Oſtenditur hunc fuiſſe auctorem.

Occurritur obiectioni.

2. Eſt autem eſt hæreſis, in quam lapſus eſt Gilbertus Porretanus Epiſcopus Pictauienſis, quod teſtatur Otto Friſingēſis Epiſcopus in hiſtoria Federici Imperatoris cap. 56. & 57. Affirmat autem illum non ſeparaſſe Deum à diuinitate, ſed perſonam diuinam ab ipſa diuinitate diſcreuiſſe; aiebat enim Deum quan- D doque ſignificare naturam diuinā, quandoque perſonam; Deum igitur, accepto nomine pro perſona, diſtinguebat à Deitate. Et hoc quidem magis congruum eſt credere de Gilberto viro Philoſopho; nihil enim animo occurrit quo Deus à Deitate diſtinguatur. Vtrùm verò idem Gilbertus attributa inter ſe diſtingueret? anteà diſputauimus.

Eadem fuit hæreſis Gilberti Porretani. *Otto Friſingenſis.*

3. Quòd igitur Deitas non ſit res quarta diſtincta à tribus perſonis, ex eo maximè liquet; quia quod à Deitate quacunque ratione diſtinctum eſt re ipſa, creata res eſt; ens enim primum & neceſſarium, ſolum-

Deum nō eſſe rem quartam diſtinctam à perſonis. Probatur. 1. quia perſonæ eſſent res creatæ.

Digitized by Google

ſolumque increatum, Deitas eſt; ſi ergo perſonę diuinæ eſſẽt res diſtinctæ à Deitate, eſſent res creatæ; quod neque fingi cogitatione poteſt: perſona enim diuina, eo ipſo quòd eſt perſona diuinæ naturæ, quæ ſcilicèt habet eſſe diuinum, habet eſſe increatum, & eſt increata. Si verò ab ipſa Deitate res eſſet diſtincta, res creata eſſet; quod eſt impoſſibile. A

4. 2. efficacitèr.

Deindè probatur illo argumento efficaciſſimo, quo oſtendimus Deum non diſtingui à Deitate; quia ſi eſſet Deus per Deitatem diſtinctam, Deitas quæ Deum eſſe præſtaret, melior eſſet quàm Deus; Deus autem eſt id quod eſt optimũ. Dilatamus ergo argumentum, Si Pater eſt Deus per Deitatem à ſe diſtinctam; ergo melior eſt Deitas, quàm Pater: ergo Pater non eſt Deus; nam is qui Deitate eſt deterior, ſeu minus bonus, Deus nõ eſt. B

Melior eſſet Deitas, quàm Pater.

Et confirmatur ex propria ratione perſonæ; nam perſona eſt res naturæ, ſcilicèt res cui maximè conuenit natura; ergo perſona diuina eſt res cui maximè conuenit Deitas, quæque maximè Deus eſt, quæque perfecta infinitè eſt; ſed infinitè perfecta non eſſet, ſi perfecta eſſet per aliquid à ſe diſtinctum; ergo natura diuina à perſona nullo modo eſt diſtincta. C

Confirmatur ex propria ratione perſonę.

5. 3. ex infinita perfectione perſonæ diuinæ.

Tertiò, Nam perſona diuina eſt infinitè perfecta, aliàs non eſt Deus; quòd ſi eſt infinitè perfecta, eſt ipſum eſſe diuinum; & ita id quod eſt & quo eſt, idem ſunt in perſona diuina, ſicut in Deo idẽ eſſe probauimus: nullo ergo modo perſona eſt diſtincta à natura.

6. Vltimò, ex maxima vnitate eſſentiæ diuinæ.

Vltimò probatur propter maximam vnitatem eſſentiæ diuinæ; nam ſi coniũcta eſſet cum re diſtincta ab ipſa eſſentia, eo ipſo eſſet minùs vna, & conſequẽtèr aliquo modo compoſita. Confirmatur ex verbis Chriſti Domini, Ioan. 14. *Ego ſum via, veritas, & vita.* Quo loquendi modo ſignificatur inter perſonã Chriſti, & naturam diuinam nullũ omninò eſſe in re diſcrimen. Ideò enim Gilbertum Pictauienſem conſtat fuiſſe reprehenſum in Concilio Rhemenſi, quòd ipſe arguebat Boetium, quòd Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctũ diceret eſſe ipſam veritatem; & explicabat Patrem eſſe veritatem, id eſt, verum. Contra quẽ opponit ſe S. Bernard. in Cantica, ſerm. 80. *O obſcuram peruerſamq́; explanationem! Quàm verius, ſaniusq́; per contrarium ita dixiſſet, Pater eſt verus, id eſt, veritas, Filius eſt verus, id eſt, veritas, &c.* Ergo in Concilio Rhemenſi non ſolùm diſtinctio omnis inter Deum, & Deitatem, ſed inter perſonas etiam, & Deitatem penitùs ſublata eſt. D

Confirmatur *Ioan.* 14.

Conc. Rhem.

S. Bernard.

Confirmatio.

SVbſcribunt huic ſententiæ Patres. S. Auguſtinus tomo 2. Epiſtol. 222. ad Cõſentium, *Tene incuſſa fide Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum eſſe Trinitatem, & tamen vnum Deum; non quòd ſit eorum communis quaſi quarta diuinitas, &c.* Et lib. 1. de doctrina Chriſtiana cap. 5. *Res quibus fruendum eſt, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus eſt, eademq́; Trinitas, vna quædam ſumma res.* Et 7. de Trinitate cap. vltimo, negat perſonas diuinas eſſe de eſſentia, ne ſignificetur vlla diſtinctio inter perſonas, & eſſentiam. Et S. Anſelmus S. Auguſtini affectator lib. de Incarnatione Verbi cap. 3. apertiſsimè docet tres perſonas eſſe tres res & vnam rem. Et S. Athanaſ. Dialogo inter Orthodoxum, & Ammonium docet expreſsis verbis naturam diuinam non diſtingui à perſona ſicut rem à re; ſed quia aliud ſignificat perſona, aliud natura: quæ eſt noſtræ conſiderationis diſtinctio, vt rem eandem pluribus nominibus ſignificemus. Et explicat exemplo grani, quod diuerſis rationibus dicitur & ſemen, & fructus, cum res eadẽ ſit. Idem multis confirmat S. Bernardus lib. 5. de conſideratione ad Eugeniũ c. 8. vbi plures enumerat vnitates rerum, ſed eam vnitatẽ diuinæ naturæ, in qua perſonæ conueniunt, & omnium maximam, & infinitè diſtantem eſſe affirmat, *Dicamus itaque tres*, inquit, *ſed non ad præiudicium vnitatis*, aliàs ait S. Bernardus, eum non eſſe cultorem Trinitatis, qui plures res numerat in Deitate præter numerum ternarium. Et plura alia apud Patres in hac ſententia reperies.

7. *S. Auguſt.*

S. Anſelm.

S. Athan.

Eadem ſignificatur pluribus nominibus, ſcilicèt naturę, & perſonæ: ſicut idẽ granũ diuerſis rationibus dicitur ſemen, & fructus.

S. Bernard.

Quod idem ſignificat D. Paſchaſius libr. 1. de Spiritu Sancto cap. 4. ſic dicens, *Quaternitatem reſpuit in tribus conſummata perfectio:* nam dùm in ſingulis Deitas eſt tota ſine diſtinctione; eſt etiam in tribus indiuiſa. Et ſubjicit: *Quid enim tam proximum, tam naturale, tam proprium, quàm et de vno vnitas, & de tribus Trinitas,* quaſi dicat quaternitatem 8.

D. Paſchaſius.

non

non habere in Deo, vnde deriuetur: nam ſi naturam ſpectes, eſt vna, vnde vnitas; ſi perſonas, ſunt tres, vnde Trinitas: illa autem vnitas non eſt diſtincta à ſingulis vnitatibus: ergo nunquam quaternitas inuenitur in Deo.

Vnitas naturæ non eſt in re ipſa diſtincta à ſingulis vnitatibus perſonarum.

9.

Conc. Rhem. duplex.

Confirmatur hęc veritas ex Concilijs in quibus eſt definita. Primùm autē tractanda eſt auctoritas Concilij Rhemenſis; fuit enim duplex concilium Rhemēſe, alterum ſub Archiepiſcopo Reinaldo, quod refert S. Anſelmus, & ab eodē damnatum clericum illum nouæ hæreſis auctorem; alterum verò ſub Eugenio Papa nominis iſtius tertio, cui affuit S. Bernardus. Quòd ſi eadem fuit hæreſis clerici illius, de quo S. Anſelmus, & Gilberti, de quo S. Bernardus, ea certè improbata eſt ab vtroque Concilio. Sed illud prius Cōcilium, quod non legitur firmatum à Pontifice Romano, non eſt irrefragabile; iſtud verò poſterius etſi extet in Codice Vaticano, excerpta ſunt quædam aſſerta contra Gilbertum, quibus etiam S. Bernardus facit ſummam fidē, teſtatus condemnatum ibi fuiſſe Gilbertum, & ſententiam retractaſſe. Legi tamen nuper apud Gabrielem Vaſques virum ſtudioſiſsimum literarū, qui de hoc myſterio Trinitatis nuper ſcripſit ſatis argutè, ea acta manuſcripta ad Gregoriū Tertiumdecimum miſſa, quæ ſibi Romæ agenti licuerit traducere.

De altero *S. Anſelm.*

Alteri affuit *S. Bernard.*

Prius non legitur confirmatū à S. Pōtifice.

De poſteriori. Huius acta ex *Vaſq. diſput. 120. cap. 2.*

10.

Artic. primus.

Primo articulo definitur ibi, Deum à Deitate non diſtingui. Articulo ſecundo (quod ad rem eſt) ſancitur, perſonam diuinam à Deitate non differre, his verbis; *Cum de tribus perſonis loquimur Patre, Filio, & Spiritu Sancto, ipſas vnū Deū, vnam diuinam ſubſtātiam eſſe fatemur; & è conuerſo, cum de vno Deo, vna diuina ſubſtantia loquimur, ipſum vnū Deū tres eſſe perſonas confitemur.* Quibus verbis apertiſsimè indicat identitatem naturæ cū perſonis; ſicut articulo priori identitatem Dei & Deitatis, verbis ſimilibus comprobauerat. Et articulo tertio ſtatutum eſt, diuinas relationes eſſe ipſum Deum. Quare nihil reliquum eſt, quo perſona diſtinguatur à natura; ſiquidem relatio, quæ eſt proprietas perſonæ, eſt ipſa natura, & Deus ipſe Beatiſsimus. Quòd etſi hę ſanctiones non fuerunt conſcriptæ in Codice Vaticano, eo fortè quia nō ſūt firmitæ Apoſtolica auctoritate; tamen ſi firmarētur, non eſſent abrogandæ.

Secūdus rem noſtram definit.

Ex tertio art. idem oſtenditur.

Hæ ſāctiones nō fuerūt cōfirmatæ à S. Pōtifice, ideoque excerptæ ex ſcriptis in Vaticano Co-

A tis Concilij illius excerptæ) hoc tamen videtur eam ob cauſam accidiſſe, quòd fuerant prius editæ à S. Bernardo, & Patribus, quàm aſſenſum Pontificis exegiſſent; quo crimine ſe purgat S. Bernardus ad Eugenium. Liquet tamen ex verbis S. Bernardi improbatam ſententiā Gilberti, tùm Pōtifici, tùm Epiſcopis fuiſſe; & Gilbertum virum aliàs probum reſipuiſſe coram Concilio.

dice huius Cōcilij. Cauſa aſsignatur.

S. Bernard.

Gilbertus reſipuit in hoc Concil.

11.

In eo igitur Concilio Rhemenſi damnatus eſt error Gilberti, qui relationes diuinas, atque adeò perſonas diuidebat à natura. Et in Concilio Lateranenſi. 2. B cap. *Damnamus*, ſic dicitur, *Vna ſumma res eſt Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, tres ſimul perſona, ac ſigillatim quælibet earum; & ideo in Deo ſolummodò Trinitas eſt, nō quaternitas; quia quælibet illarum perſonarum eſt illa res, videlicet ſubſtantia, eſſentia, & natura diuina.* In quibus verbis Concilium non ſolùm definit tres perſonas eſſe vnam rem, quæ eſt eſſentia; ſed præterea affirmat non eſſe quaternitatem in Deitate; quaſi Deitas ſit res quarta diſtincta à perſonis. Huius autem aſſertionis cauſam C quoque ſubdit; quia ſingulæ perſonæ ſūt ipſa diuina ſubſtantia, quæ eſt res vna omninò, & maximè vna. Iterùm probatur ex Concilio Tolet. 1. in Profeſsione fidei, *Nec rectè dici poteſt, quòd in Deo ſit Trinitas, ſed vnus Deus Trinitas.* Adeò exactè cauet Concilium à quaternione rerum, vt neget loquutionē iſtam, in Deo eſt Trinitas, ne ſignificetur aliqua diſtinctio inter Trinitatem perſonarum, & Deum; ſed vnus Deus Trinitas dicatur, ne ſuſpiceris Deitatem eſſe rem quartam.

Conc. Lateri

Probatur ex *Conc. Toleti*

12.

Confirm. ex *Conc. Flor.*

Confirmatur ex Concilio Florentin. D ſeſsione 19. vbi recipitur commune illud proloquium; In diuinis omnia ſunt vnum, vbi non obuiat relationis oppoſitio. Cum ergo natura non referatur ad perſonam relatione originis, de qua erat ſermo; conſequens eſt quòd nullatenus diſtinguatur natura à perſona. Argumentum explicandum eſt libr. 3. vbi oſtendemus relationem non diſtingui re ipſa à natura. Et in libro quarto, perſonam eſſe ipſam relationem ſubſiſtentem, vt fides docet. Vnde conſequens eſt, quòd perſona non diſtinguitur re ipſa à natura.

¶ Cenſura

Digitized by Google

¶ Cenſura propoſitionis iſtius.

Perſona diuina diſtinguitur formalitèr à natura.

13. SEd occurrit dubium graue; confitendum enim eſt ſecũdum definitiones Conciliorum, Deitatem non eſſe rem quartam diſtinctam à perſonis re ipſa; in quo videtur eſſe definitum quòd inter perſonas diuinas, & naturam non ſit diſtinctio realis, ſeu diſtinctio rerum, quæ eſt diſtinctio abſolutè realis. At verò aliqui Ioãnis Scoti ſequaces, etſi in Deum quaternionem verbis expreſsis non inuehant, tamen relationes diuinas aiunt diſtingui formalitèr à natura; & conſequens eſt, vt etiam perſonæ à natura diſtinguantur. Et Durandus ait diſtinctionem eam eſſe nõ realem ſimplicitèr, ſed ex parte & ſecundum quid realẽ. Et videtur patrocinari S. Bonauentura in 1. d. 33. q. 1. dum ait, *Sequitur quòd aliquo modo differat realitèr eſſentia à perſonis, & non ſola ratione.* Quæritur ergo iſtorum Doctorum ſententia, quo erroris charactere notanda ſit?

Aliqui Scoti ſequaces inter naturam, & relationes ponunt diſtinctionem formalem.
Durandus realem ſecũdum quid.
Huic patron. *S. Bonauẽt.*

14. Memoria hic repetendum eſt quod anteà docuimus, diſtinctionem formalẽ eſſe aliqualitèr realem: vnde non minùs peccant qui formalem, aut modalẽ diſtinctionem ponunt; quàm Durãdus, qui ait eſſe diſtinctionem aliquatenùs realẽ, licet non explicet modaliſnè, an formalis ſit diſtinctio. Nam & Durandus non poſuit diſtinctionem hanc abſolutè ſimpliciterq; realem, ſed aliquatenus realem, quæ eſt formalis, aut modalis.

Prædicti Scotiſtæ non minùs cenſurandi, quàm Durandus.

15. Hanc autem ſententiam eadem nota inurendam eſſe iudicamus, qua & illam alteram de attributorũ diſtinctione reali, quam ſuperiùs reprobauimus, vt dicenda ſit non ſolùm periculoſa, ſed ſuſpecta in fide; quo nomine damnantur à S. Bernardo in Concilio Rhemẽſi, qui attributa diſtinguunt, aut Deitatem à Deo; eadem autem videtur ratio de diſtinctione naturæ diuinæ à perſonis; maximè cum in eodem Concilio hæc diſtinctio exemplo fuerit, vt diximus.

Hæc ſententia non ſolùm periculoſa, ſed ſuſpecta in fide.
S. Bernard. in Conc. Rhemenſi.

16. Imò (vt verum fatear) hæc quidem opinio non peior quidem eſt illa de diſtinctione attributorum, ſed eſt expreſſiùs condemnata; vndè videtur maximè errori propinqua. Nam cap. *Damnamus*, reprobatur, vt hæreſis, quaternio rerum A in Deo: perſona autem creata, & natura non ita ſunt res duæ, vt abſolutè & ſimplicitèr ſint diuiſæ; ſed perſona creata addit naturæ proprietatem diſtinctam, & includit ipſam naturam: cum ergo Concilium prohibet in diuinis dicere quaternionem, non prohibet ſolùm dicere, quòd ſint res quatuor omninò diuiſæ, ita vt natura à perſona abſolutè, ac ſimplicitèr diuidatur; quod in rebus ipſis creatis non contingit; ſed improbat Concilium omnem diſtinctionem realẽ inter naturam diuinam, & perſonas; alias B ſi ita eſſent diſtincta, hæc in Deo, vt ſunt in nobis; opus non erat definitione Cõcilij. Et idem obſeruat Conciliũ Tolet. 1. in illa exactiſsima loquutione, *Nec rectè dici poteſt quòd in Deo ſit Trinitas, ſed vnus Deus Trinitas.* Vbi cauet omninò quamuis diſtinctionem in re. Idem probatur ex eo quòd relatio diuina non diſtinguitur à natura, niſi ſola ratione, vt dicemus lib. 3. Denique in Cõcilio Rhemenſi ex eo quòd Deus eſt Deitas, probatur quòd hæc non ſint diſtincta vllo modo, neque enim Deum à Deitate diſtingui tanquam res duas Gilbertus credidit; C ſed ideò damnatus eſt, quia vllam diſtinctionem inter Deum, & Deitatem eſſe cogitaret: ſed Filius Dei dicitur quoque Deitas, ſicut dicitur via, veritas, & vita, & ſimilia: ergo eadem eſt ratio diſtinctionis inter perſonam, & naturã, & inter Deum, & Deitatem.

Eadẽ licet non ſit peior, tamẽ expreſsiùs damnata eſt quàm illa de diſtinctione reali attributorum.
C. *Dãnam.*
Conc. Later. nõ dãnat ſolũ diſtinctionem ſimplicitèr realem, ſed omnẽ diſtinctionem realem.
Oſtenditur.
Similitèr *Conc. Tolet.*
Idẽ probatur ex dicendis.
Colligitur ex *Conc. Rhem.*

POSTERIOR PARS.

Deitas non eſt quid compoſitum ex perſonis, aut cum illis.

1. QVod verò attinet ad quæſtionem alteram, An Deitas ſit compoſita propter numerum perſonarum? Sciendũ D eſt non defuiſſe hæreticos, qui dicerent eſſe compoſitam, ita vt Pater ſit quædam pars Deitatis, Filius pars alia; dicuntq; Deũ triformem, vt refert Theophraſtus lib. de hæreſib. vbi eas numerat quæ fuerũt temporibus Apoſtolorũ numero 41. Et hæretici apud Patres ſæpiùs hoc idẽ obijciunt, ſi generatio ſit in Deo, Deitatem ſecari in partes. Quod illi ergo obijciebant, & modis omnibus Patres negabant, concedit hæc hæreſis: quæ anteà confutata eſt à nobis comprobantibus ſuprà ſimplicitatẽ diuinæ naturæ. Sed hic pro-

Hæreſis ponẽs Deum triformem.
Theophraſt. qui numerat hæreſes temporibus Apoſtolorum.
De iſta hæreſi

ponimus

Præſens quæſtio. ponimus quæſtionem aliã, ſcilicèt, vtrũ diuina natura, quæ in ſe ipſa ſit ſimplex, cum perſonis tribus coniuncta faciat compoſitum?

2. Reſolutio tituli, in vno ſenſu euidens ex dictis. At verò ex his quæ hactenùs probata ſunt, euidentèr conſequitur, ex perſona diuina, & natura non effici compoſitionem vllam. Quia cum perſona diuina & natura ſit res omninò vna & eadem, fingi non poteſt compoſitiò, quæ ex pluribus oritur. Itaque ſi Deitas cum ſingulis perſonis comparetur, cum non diſtinguatur à ſingulis vllo modo, nullam ex ſingulis compoſitionem poteſt contrahere.

3. In alio ſenſu videri poteſt difficilior. Si verò conſideretur eadem Deitas cum tribus ſimul perſonis, quæ conueniunt in Deitatis vnitate, videtur facilius poſſe aliquem decipi, vt Deitatem ex pluribus perſonis compoſitam eſſe credat; quia vniuerſim in rebus creatis Ratio difficultatis. compoſitio eſt, vbi plura conueniunt in aliqua vnitate; ideòque S. Auguſtinus *S. Auguſt.* epiſt. 222. cum de hac difficultate diſſereret, ſcilicèt de vnitate naturæ in tribus perſonis, rectè admonuit, *Quidquid tibi, cum iſta cogitas, corporeæ ſimilitudinis occurrerit, abige, abnue, nega, reſpue, abijce, fuge; non enim parua eſt inchoatio cognitionis Dei, ſi antequam poſſimus noſſe quid ſit, incipiamus iam noſſe quid non ſit.* Hæc dixerim, quia veriſsimum ſanè eſt in rebus creatis nihil occurrere, in cuius vnitate ſit numerus abſque compoſitione. In rebus creati nihil occurrit, in cuius vnitate ſit numerus abſque cõpoſitione.

4. Diuinis id cõcedendum. Probat. 1. *S. Damaſc.* propter numerum perſonarum. Quòd ergo numerus in Deitate ſine compoſitione ſit ponẽdus, ex eo probat doctiſsimè S. Ioannes Damaſcen. quia eſt numerus perſonarum, his verbis, *Dicimus autem vnamquamq; trium perfectam habere ſubſiſtentiam, vt non ex tribus imperfectis vnam compoſitam naturam perfectã intelligamus; ſed in tribus perfectis perſonis vnam ſimplicem ſubſtantiam ſuperperfectam, & anteperfectam; omne enim ex imperfectis coalitũ compoſitum prorſùs eſt, ex perfectis autẽ ſubſiſtentijs impoſsibile eſt compoſitionẽ euadere.* Hæc ille in lib. 1. fidei orthod. cap. 10. Demonſtratio eſt Philoſophica, quòd ex pluribus actu perfectis nihil cõponitur; compoſitio enim eſt quædam concretio, vt ex imperfectis perfectum aliquid euadat: ſed perſona eſt ſubſtantia actu perfecta; ergo ex perſonis diuinis nulla fit compoſitio naturæ. Si igitur Demõſtratio philoſophica. Ex pluribus actu perfectis nihil componitur. Ratio. nobis conceditur, vnam eſſe naturam in perſonis tribus; eam non eſſe compoſitam propter numerum perſonarum, neceſſariò confitendum eſt.

5. Probatur. 2. ex identitate naturæ nõ ſolum cum ſingulis perſonis, ſed etiam cum omnibus ſimul. Idem probatur, quia compoſitum neceſſariò diſtinguitur à componentibus; natura autem diuina nullo modo diſtinguitur à ſingulis perſonis; ergo etſi cum omnibus ſimul comparetur, non diſtinguitur ab illis: nam idem Deus non ſolùm ſigillatìm eſt Pater, & eſt Filius, ſed ſimul quoque eſt Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, & eſt Trinitas; ergo ex his, à quibus etiam ſimul acceptis natura diuina non diſtinguitur, non etiam componitur. Hoc idem argumentum videtur indicare S. Auguſt. contra Maximinum libr. 3. cap. 10. vbi probat ſimplicitatem Deitatis ternario perſonarũ non diminui, ſicut neque multitudine attributorum; quaſi arguat ideò ſimplicitatem Deitatis non diminui ex multitudine attributorum, quia attributa non diſtinguuntur re ipſa ab eſſentia vllo modo, ſed ſola ratione; ſed diuinæ quoque perſonæ ab eſſentia non ſunt diſtinctæ; ergo ex eis non componitur eſſentia; neque eo eſt minus ſimplex, quòd in tribus perſonis ſubſiſtat, cũ à ſingulis nullo pacto diſtinguatur. *S. Auguſt.*

6. Probatur. 3. ex eo quòd natura antecedat perſonas. Tertiò, ex pluribus perſonis nihil oritur tertium, quia perſonæ cognitione noſtra ſunt poſteriores naturâ, & natura antecedit perſonas. Quod eſt ergo tertium ex perſonis conflatum, & compoſitum? Nihil ſanè. Et confirmatur, Confirm. quia ex nudis perſonis nihil poteſt confici, niſi aliquid perſonale; erit ergo non natura compoſita ex perſonis, ſed perſona ex perſonis compoſita; quod eſt etiam impoſsibile, quia illa perſona non eſſet incommunicabilis, quia eſſet communis, & ex incommunicabilibus conflata; & ita incommunicabilia, quæ neceſſe eſt eſſe inter ſe diuiſa, coniungerentur inter ſe ad hoc, vt tertium componerent; nam partes componẽtes ſunt inter ſe coniunctæ, vt materia, & forma, & partes continui; perſonę autem & ſuppoſita diuiſa ſunt. Nulla ergo compoſitio ex perſonis diuinis fingi poteſt; ſed eſt numerus perſonarũ cum vnitate naturæ abſque vlla compoſitione. Hoc idem commonſtrat S. Thomas q. 7. de Potentia art. 1. ad 1. quia, cum perſonæ diuinæ ſint idem cum eſſentia, & inter ſe di- Nõ poteſt eſſe perſona compoſita ex perſonis. Oſtenditur. Probat. 4. *S. Thomas* ex identitate perſonarũ cũ

S

eſſentia, & ex diſtinctione earũ inter ſe. ſe diſtinctæ: vtraque ex parte longè ſunt à compoſitione: nam quatenùs ſunt diſtinctæ recedunt à compoſitione, quæ cõiunctione conſtat; & quatenùs ſunt idem re ipſa, cum eſſentia, ſunt compoſitionis expertes propter ſimplicitatem, & idẽtitatem: non enim compoſitum eſt quod eſt ſimplex, & idem. Quod etiam confirmatur omnibus ſuperioribus argumentis quibus oſtendimus, compoſitionem eſſe non paruam imperfectionem, quam in Deo impium eſt cogitare.

Confirmatio.

7. Firmatur etiam hæc ſententia auctoritate Patrum, qui Deum negant eſſe ex Deitate compoſitum; nam eadem eſt ratio de perſonis, tum quoad diſtinctionem, vt ſuperiùs arguebamus, tum quoad compoſitionem. At verò obſeruanda ſunt verba S. Iuſtini q. 144. ad Orthodoxos, *Quemadmodùm Deus totus eſt vbique, & totus in vnoquoque, & totus in ſe ipſo, & huius fidem habemus: ſic & eius ſimplicitas tota eſt Filius, & tota eſt habens Filium. Non enim eſt ſecundum naturam creatam Deus, vt eſſe & habere ipſum intelligatur in compoſitione.* Dicitur ergo Filius tota ſimplicitas; & habens Filium, ſcilicèt Pater, dicitur quoque tota ſimplicitas; eò quòd eſſe & habere idem ſunt. Aliàs ſi Pater haberet veritatem, ſed non eſſet veritas, compoſitus eſſet.

S. Iuſtinus.

In Deo eſſe & habere idem ſunt.

8. Definita autem eſt hæc veritas cap. *Firmiter, de ſumma Trinitate*, ibi enim docemur ſubſtantiam diuinam eſſe omninò ſimplicem; quod autem omnibus modis ſimplex eſt, nulla ratione eſt cõpoſitum, ſiue cum ſingulis perſonis, ſiue cum omnibus comparetur. Et idcircò iure quidem optimo, illa ſententia, Trinitas nõ ſtat cũ ſumma ſimplicitate, dãnatur art. 2. Pariſienſi, qui habetur tom. 14. Biblior. Et hac in re omnes Doctores conueniunt.

Cap. *Firmitèr.*

CAPVT XLIIII.

Argumenta refelluntur.

1. Contra ea, quæ ſunt cap. ſuperiori definita, quòd Deitas nõ ſit res diſtincta à trib⁹ perſonis, probatur ex Symbolo, *Credo in vnum Deum Patrẽ Omnipotentem*; ſi enim dicas, non interiecta

1. argum.

A virgula, *Credo in vnum Deum Patrem*, Filius Deus nõ erit, quia nõ eſt ille vnus Deus Pater. Si verò diuidas ſenſum, appoſita virgula, *Credo in vnum Deum, Patrem, &c.* iam diuidis Deũ à Patre vt rẽ diſtinctam. Et eſt argumentum Tranſyluanorum hæreticorũ, qui aiunt nos virgulam ſubdere, ne *vnum Deum Patrẽ*, dicamus, Filium excludentes; ſed *vnum Deum*, virgula appoſita; tunc deindè, *Patrem, &c.* & ideò incidere nos in eũ errorem, vt Deum à Patre diuidamus. Et cõfirmatur ex S. Auguſt. 7. de Trinit. cap. 1. *Deus non eſt eo Pater, quo eſt Filius.* At verò cap. 4. ſic ait, *Deus eo eſt ſapiens, quo Deus.* Nam in loco poſteriori docet ſapientiam non diſtingui à Deo. In priori verò loco aſſerit Patrẽ à Deitate diſtingui.

Tranſyluani hæretici.

Confirm. ex *S. Auguſt.*

B

2. Secundò, Nos concedimus Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritũ Sanctum; & item concedimus vnum Deum eſſe in tribus perſonis; rogant ergo quis Deus in illis tribus ſit? Anne Deus Pater, an Deus Filius, an Deus Spiritus Sãctus? Nullus enim iſtorum eſt in tribus; ergo vel nullus Deus eſt in tribus perſonis, vel eſt Deus alius diſtinctus à tribus, qui ſit in tribus communitèr.

Secundum.

C

3. Tertiò, Deitas non eſt Pater, quia (vt confitemur) Deitas non generat; neque eſt Filius, quia non generatur; neque eſt Spiritus Sanctus, quia non procedit; ergo res eſt quarta diſtincta à tribus. Et cõfirmatur, quia eſſentia eſt fons & reale principium, vnde perſonæ procedunt; ergo eſt diſtincta ſaltèm à procedentibus, ſcilicèt à Filio, & Spiritu Sancto, vt diſtinguitur fons à riuulis. Hæc quidem Tranſyluani, ſed maioribus argumentis nos vtimur.

Tertium.

Confirm.

D

4. Quartò igitur arguitur. Vna & eadem res non poteſt eſſe vnum & plura, quæ ſunt omninò oppoſita, ſed eſſentia eſt vna, perſonę plures; ergo eſſentia, & perſonæ non eſt vna omnino res.

Quartum.

5. Quintò, Si Pater, & eſſentia eſſet vna ſimul & eadem res, liceret contradicentia affirmare, quod ſic oſtenditur: nam eſſentia eſt Filius, Pater verò non eſt Filius; igitur verũ eſt dicere, hæc res eſt Filius, deſignando eſſentiam Patris; & hæc res non eſt Filius, deſignando ipſum Patrem; deſignatur vna & eadem res nomine eodem, hæc res, ſcilicèt eſſentia, & Pater: ergo contradictoria oſtenduntur

Quintum.

vera:

Confirm. vera; quod cum ſit impoſsibile, neceſſe eſt vt eſſentia à Patre ſit aliqualitèr diſtincta, & ita erit res quarta à ſingulis perſonis diſtincta. Et confirmatur, quoniam videtur impoſsibile, quòd in vna & eadem re omninò vna & ſimplici, v.g. in Patre, ſit res quædam, quę eſt in Filio, ſcilicèt, eſſentia; & res quædam, quæ non eſt in Filio, ſcilicèt Paternitas, & non ſint res duæ, ſed vna res.

6. Sextum. Sextò, Perſona re ipſa eſt incommunicabilis, natura verò re ipſa communicabilis; ergo re ipſa diſtinguuntur perſona, & natura. Et confirmatur, quoniam perſona Patris communicat naturam, & non perſonam: vel ergo communicat totam rem, quæ eſt Pater, vel partem: ſi totam; ergo perſonam communicat: ſi partem ſcilicèt naturam, & non perſonam; ergo natura à perſona diſtinguitur reali diſtinctione. (Confirm.)

7. Septimum. Septimò, Perſona, & natura non ſunt eadem res adæquatè, quia vna perſona, verbi gratia Pater, eſt vna res duntaxat; natura verò eſt etiam tres res, quia eſt Pater, Filius, & Spiritus Sanctus; ergo perſona, & natura aliqualitèr diſtinguũtur reali diſtinctione: hanc enim diſtinctionem explicamus cum dicimus, hæc res, & hæc res non eſt eadē omninò res; nam ſi nō eſt omninò eadem res, eſt aliqualitèr diſtincta: ſed perſona, & natura non eſt eadem res adæquatè; ergo non eſt eadem res omninò; ergo aliqualitèr re ipſa diſtinguuntur.

8. Octauum. Octauò, Relatio cum eſſentia non efficit compoſitionem, quia eſſentia eſt ad ſe, relatio ad aliud; ergo in eſſentia ſimpliciſsima poteſt inueniri res diſtincta abſque compoſitione: ſed diuinæ perſonæ ſunt relationes ſubſiſtentes; ergo nihil prohibet dicere perſonas eſſe ab eſſentia re ipſa aliquatenùs diſtinctas ſine compoſitione.

9. Vltimum. Vltimò etiam probatur quòd eſſentia ſit compoſita; quoniam res vna non poteſt cōſtare ex pluribus, quin ex illis ratione aliqua componatur: vel enim plura conueniunt in vno per accidens, & erit aggregatio rerum, & non res vna, ſicut quidam hæretici dixerunt, tres perſonas eſſe Deos tres & vnum Deum aggregatione, vt ſenatus: vel illa plura per ſe coniunguntur, & ita efficiũt per ſe cōpoſitionem; quicquid enim eſt vnum ex pluribus per ſe coniunctis, compoſitum

Hæreſis quædam, tres perſonas eſſe, Deos tres, & vnũ Deum aggregatione, vt ſenatus.

A eſt. Imò S. Thomas 3.p.q.2. artic.4. ait vniuerſim compoſitum eſſe omne illud vnum in quo plura inueniuntur; ſed eſſentia diuina eſt vna, & inueniuntur in ea tres perſonæ; ergo eſt compoſita. *Ex S. Tho. arguitur.*

Aduertenda.

10.

PRo argumentorum ſolutione obſeruandum eſt, quòd in ſolo Deo reperitur realis communitas, ita vt natura vna reali vnitate ſit communis pluribus B perſonis. Vnde à tota noſtra Philoſophia non poteſt ſumi exemplum identitatis eſſentiæ cũ pluribus ſuppoſitis, niſi fortè hoc vnum, ſi cōſideremus (quod eſt impoſsibile) vnam humanitatem ſubſiſtentē in tribus ſuppoſitis creatis: in quo exemplo licet aduertere, quòd cum ſuppoſitum humanum ſignificet naturā, & proprietatem, tria illa ſuppoſita humana ſignificant vnam & eandē naturam ſubſiſtentem, & tres proprietates naturæ; & tamen ipſa ſuppoſita ſingula non eſſent magis diſtincta ab ipſa natura, quàm mo C dò eſt diſtinctum Petri ſuppoſitum à natura Petri: atque adeò videmus, quòd pluralitas ſuppoſitorũ non affert maiorem diſtinctionem à natura, quàm ſi natura eſſet in vno ſolo ſuppoſito. Et idem exemplum poſſumus applicare, ſi conſideremus (quod poſsibile eſt) eandem naturam humanam in tribus perſonis diuinis, quia per hoc quòd eſſet in tribus, non alitèr diſtingueretur à ſingulis, quã modò diſtinguitur à verbo, in quo ſolo eſt: ſicut ergo natura diuina ſi eſſet in ſolo vno ſuppoſito, nullo modo diſtingueretur ab illo, vt Philoſophia etiam naturalis agnoſcit, propter ſimplicitatem naturæ diuinæ, in qua omnia ſunt vnum; D ita & quòd ſit, in vno non, ſed in tribus ſuppoſitis, non facit maiorem diſtinctionem naturæ à ſingulis ſuppoſitis. Non ergo per hoc quòd natura eſt in pluribus, colligitur maior aut minor diſtinctio ipſius naturæ à ſingulis.

1. aduertendũ. In ſolo Deo reperitur realis communitas. Tanta eſt idẽtitas eſſentiæ diuinæ cũ tribus perſonis, quanta eſſet cũ vna, ſi in illa ſola ſubſiſteret. Declaratur 1. exemplo impoſsibili humanitatis ſubſiſtentis in tribus ſuppoſitis creatis. Declaratur 2. exẽplo poſsibili humanitatis ſubſiſtẽtis in tribus perſonis diuinis.

11. Aduertendũ adhùc eſt, quòd cum natura creata ex complicatione cum ſuppoſito, acquirat modum quendam realē entis, quod eſt ſubſiſtere; ſi eſſet in pluribus ſuppoſitis, haberet plures modos reales ſimiles: quod clariùs cernitur in natura aſſumpta à Verbo, quæ per hoc quòd eſt in Verbo, habet modum quendam realem exiſtendi in Verbo; ſi verò

Humanitas ſi eſſet in pluribus ſuppoſitis diuinis, diſtingueretur à ſingulis per ſingulos modos interueniẽtes, ac ſi in alijs non eſſet.

Ratio euidẽs.

eſſet in pluribus perſonis diuinis, haberet plures modos reales, vt anteà expoſuimus. Sed tamen, etiamſi ea natura acquiſitis modis illis entis pluribus conſideretur in ordine ad ſingula ſuppoſita, ita adhùc diſtingueretur à ſingulis, ac ſi non eſſet in alijs. Et ratio eſt euidens, quia modus ille quo natura ineſt, verbi gratia in Verbo, nō interuenit inter ipſam naturam, & perſonam Patris, ſi natura eadem eſſet etiam in Patre; & ita modus ille entis quo natura eſt in Verbo, non diſtinguit naturā à Patre; neque modus alius quo eſſet eadem natura in Patre diſtingueret naturam à Filio, cum non intercederet inter Filium, & naturam, ſed inter Patrem, & naturam. Ergo cum natura diuina præciſè conſiderata in vno ſuppoſito, nullo modo diſtinguatur ab illo; nec habeat etiā modos illos reales diſtinctos, vt alio modo ſit in Patre, alio in Filio, euidentiùs colligitur, quòd per hoc quòd eſt in pluribus, nō eſt conſequēs vt diſtinguatur à ſingulis, ſed perindè diſtinguitur à pluribus, & ſingulis, ſicùt ſi eſſet in vno ſolo. Nullo ergo modo diſtinguitur à tribus perſonis, niſi ſola ratione obiecta: ſicùt Philoſophi exiſtimabant Deum eſſe vnum etiam in vnitate ſuppoſiti, abſque vlla diſtinctione à natura; vnde dicebant Deum eſſe ipſam vitam, & ſapientiam, vt ſuperiùs retulimus.

Deitas ſi eſſet in vno ſolo ſuppoſito, nullo modo diſtingueretur ab illo.

Hoc erat Philoſophis etiā naturalibꝰ notum.

12. Quod verò attinet ad compoſitionem naturæ in pluribus ſuppoſitis, ingenuè fatemur eam naturā, quæ eſt in vno ſuppoſito compoſita, magis eſſe compoſitā in ſuppoſitis pluribus; accreſcente videlicèt compoſitione: natura enim, quæ eſt pars compoſiti, aliquid habet ab illa cōpoſitione; quare additis ſuppoſitis accreſcit cōpoſitio ipſius naturæ, dum natura à pluribus ſuppoſitis plus accipit, quàm ab vno ſolo. Natura verò diuina, quia nullo modo eſt compoſita cum vno ſuppoſito, neq; cum pluribus poteſt eſſe compoſita: ratio autem ea eſt, quia cum nō magis ſit diſtincta ab omnibus ſimul quàm à ſingulis; vbi nulla eſt diſtinctio, nulla poteſt eſſe compoſitio, vt cap. præcedente eodem argumento commonſtrauimus.

Natura quę eſt compoſita in vno ſuppoſito magis eſt compoſita in ſuppoſitis pluribus.

Oſtenditur.

13. 2. aduert. Duplex lectio verborū Symboli, *Credo in vnū Deū Patrē, &c.*

Adhùc ſciendū eſt, quòd verba Symboli, *Credo in vnum Deum Patrem*, duobus modis poſſunt exponi, altero ſine interiectione virgulæ, vt modò ſcripſi-

A mus. Nos enim credimus vnum Deum eſſe Patrem, & eundem eſſe Filium: neq; eſt aliquid cauendum in his verbis, etiā ſi coniunctìm diceremus, Credo in vnū Deum Patrem, & Filium, & Spiritū Sanctum; nam ſenſus eſt, in vnum Deum, qui eſt Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. In Symbolo verò dicitur non coniunctim, vnum Deum Patrem, & Filium, ſed *vnum Deum Patrem, & vnum Dominum Ieſum, &c.* Et hæc lectio eſt germana abſque virgula interpoſita; & ita legitur in Symbolis correctis: & ita S. Irenæus libr. 1. cap. 2. S. Iuſtinus cathe- B ciſmo 7. & S. Ruffinus in explicatione Symboli. Altero modo poſſunt verba explicari appoſita virgula, *Credo in vnū Deum, Patrem Omnipotentem*; ita vt priùs proferatur fides de vnitate Deitatis, & deindè ſequatur confeſsio perſonarū: & hac diſtinctione vtitur Eccleſia in Cantu ſolemni, quoniā ſacerdos elata voce decantat, *Credo in vnum Deum*, & ſequitur chorus, *Patrem Omnipotentem*, interciſa ſententia. Sed cum vterq; modus explicandi catholicus ſit, & veriſsi- C mus, non eſt quòd hæretici nobis obijciant, quaſi virgulam interponamus ad effugiendum argumentum, ne Pater dicatur vnus Deus, cum potiùs firmitèr credamus Patrem eſſe vnum Deum.

Prima lectio germana, eſt abſq; virgula interiecta inter Deum, & Patrem.

Symbola correcta.

S. Iren.

S. Iuſtin.

S. Ruffinus.

Altera cū virgulæ diſtinctione.

Hac vtitur Eccleſia in cantu ſolemni.

Vtraq; lectio catholica.

14. Vltimum aduert.

Vltimò aduertendum eſt, quoſdā argumento ſeptimo implicatos, licet Catholicè fateātur naturā nō diſtingui vllo modo re ipſa à perſona, concedere tamē non eſſe adæquatè idem cū ſingulis perſonis; quia videlicèt natura diuina eſt Filius, qui non eſt Pater; ergo natura diui- D na eſt aliquid amplius quàm Pater, ſcilicèt eſt Filius. Nam eſſe Filium aliquid eſt, & non eſt eſſe Patrem.

Aliqui concedunt Deitatē non eſſe adæquatè idē cū ſingulis perſonis.

15. *Ariſtot.*

Sed commemorādum eſt ex Ariſtot. 5. Metaphyſ. tex. 15. quòd non identitas facit neceſſariò multitudinem. Nam idē eſt illud quod non diſtinguitur à ſe ipſo; & illud quod à ſe ipſo non diſtinguitur, vnum eſt: quare negatio identitatis inducit negationem vnius, & affert multitudinem, & diſtinctionem. Vbi ergo eſt non identitas, eſt diſtinctio, vt iam anteà probauimus contra Ioānem Scotū. Dicendum ergo quòd eſſentia omninò eſt idem cum Patre, & omnino etiam eſt idem cū Filio; & quòd eſt aliquid quod non eſt Pater: ſiue potiùs eſt aliquis, qui non eſt Pater, quia genus neutrum refert

Ex affirmatione identitatis inter Deitatē, & Filium qui non eſt Pater.

Digitized by Google

non ſequitur negatio identitatis inter Deitatem, & Patrem.

refert naturam, maſculum perſonam, vt libr.5.dicemus. Sed indè non colligitur non identitas; quia ab affirmatione non ſequitur negatio: ſed benè colligitur quòd eſſentia eſt aliqua res, quæ non eſt Pater, ſcilicèt, eſt Filius qui nō eſt Pater; affirmatio enim colligitur, non verò negatio. Exemplū eſt in Philoſophia, actio enim in ſui definitione includit motum; cuius rei cauſa habet maiorem identitatem cum motu, quàm cum paſsione quā non includit:& ita in ſenſu identico cōceditur à viris doctis, quòd motus ſit actio & paſsio; & negatur cum Ariſtotele quòd actio ſit paſsio. Nulla igitur eſt conſequentia, motus eſt aliquid quod nō eſt actio, quia ſcilicèt eſt paſsio quæ non eſt actio; ergo motus nō eſt actio, arguitur enim ab affirmatione ad negationē.

Exemplum.

Sic motus affirmatur eſſe aliquid quod non eſt actio. ſc.paſsio:&tamē non ſequitur negatio, ergo motus nō eſt actio.

16. Conſiderandum verò eſt, quòd natura, & perſona diſtinguuntur ratione formali ſiue definitione, licèt natura includatur in perſona; diſtinguuntur enim vt includens & incluſum, quod lib.4.docebimus. Quarè falsò aliqui concedunt naturam & perſonam, ſiue naturam, & relationem, eſſe vnam rationem formalem adæquatam. Id enim ſi verum eſſet non poſſet intelligi, quòd in natura vna eſſent tres perſonæ: nam ſi ratio eſt adæquata, eſt eadem ratio vtriuſque, ſcilicèt perſonæ, & naturæ; ergo idem concipio mente, cum audio nomen naturæ, & nomen perſonæ; ſed natura eſt vna; ergo & perſona vna, quod eſt hæreticum. Et in ſingulis perſonis, ſi eadem eſt notio Patris, & Deitatis, nihil eſt Deitas, niſi ſolus Pater; Filius verò, qui non eſt Pater, neque Deitas erit. Pater ergo & eſſentia eſt res vna adæquata, ſed non eſt vna ratio formalis, ſed duæ; alia quippè eſt ratio perſonæ, & alia ratio eſſentiæ, ſiue naturæ.

Cōtra aliquos, Natura & perſona non eſt vna ratio formalis adæquata.

Probatur.

Natura & perſona eſt vna res adæquata.

Reſponſio.

17. Ad primum.

AD primum argumentum reſpōdetur, quòd vtroq; modo poſſunt explicari verba Symboli: ſi enim coniunctìm dicas, *Credo in vnum Deum Patrē*; non eſt neceſſe quòd Filius ſit vnus ille Deus Pater, ſed ille vnus Deus qui eſt Pater. Si verò interiecta virgula ſepares ſententiam, *Credo in vnum Deum Patrem*, id eſt, qui vnus Deus eſt Pater, non propter hoc diſtinguimus Deitatem à Patre; ſed de vno vero Deo aſſerimus

A quòd Pater ſit, & Filius, & Spiritus Sanctus. Ad confirmationem reſpondetur quòd S. Auguſtinus duo obſeruat in Sā ctiſsima Trinitate, ſcilicèt ſubſtantiam, & relationem; in ſubſtantia omnia ſunt communia, relatione autem diſcreta, vt ſæpiùs repetit. Cùm ergo ait, quòd *Pater non eſt eo Deus, quo Pater*; ſignificat quòd Pater ſubſtantiā, hoc eſt, eſſentiā eſt Deus; relatione verò eſt perſona diſtincta. Cum verò ait, quòd *Pater eodem eſt ſapiens, quo Deus*, oſtendit in ſubſtantia nihil eſſe diſtinctum, quia idem eſt ſapientia, & Deitas: non tamē aſſerit quòd B relatio, & ſubſtantia, diſtinctæ res ſint; ſed quòd ad diuerſam pertineant conſiderationem; quia ſubſtantia communis eſt, relatio verò eſt proprietas perſonæ: & ita relatione diſtinguitur Pater à Filio; ſubſtantiā non diſtinguitur; ideò enim Patres coacti ſunt aſsignare proprietates perſonarū, vt libr.4.dicemus.

Ad cōfirm. ex S. Auguſt.

Vterq; locus explicatur. Prior de relatione diuina.

Poſterior de ſubſtantia.

18. Ad ſecundum reſpondetur, quòd accurata loquutione dicendum eſt, Deitatē eſſe in tribus perſonis; non verò Deū eſſe in perſonis, ſed Deum eſſe ipſas perſonas. Cum verò quæritur, quis ille ſit C Deus, qui non eſt vnica perſona, ſed plures? Reſpondendum eſt, quòd eſt Deus hic vnus, quē colimus; non enim eſt alius Deus præter vnum. Nam, quia homines ſunt plures, & plures naturæ in perſonis pluribus; cum quæritur, quiſnam homo? non ſolùm quæritur de ſingulari natura, ſed etiam de perſona. Cum verò Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, non ſint Dij plures, aut naturæ plures, ſicut ſunt homines plures; cum dicitur, quis Deus? Non quæritur, quæ perſona diuina? Sed natura quęritur, quia interrogatio eſt de nomine naturæ, Quis Deus? Ideò reſpōdendum eſt, hic Deus vnus, & ſolus verus Deus, eſt Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. Reſpondetur igitur quòd ne- D que Deus Pater eſt Filius; neque idem Deus Pater; neque alius Deus: nam Deus Pater, ſiue idem Deus Pater, eſt perſona diſtincta à Filio; alius verò Deus eſt natura diſtincta à Deo, vt dicemus lib.5.Sed benè idem Deus qui eſt Pater, eſt Filius, & Spiritus Sanctus; quia Deus vnus eſt.

Ad 2. Accurata loquutio eſt hæc Deitas eſt in perſonis. Deus eſt ipſæ perſonæ.

De nomine naturę eſt hęc interrogatio. Quis Deus eſt perſonæ plures? Ideò reſpondēdum, eſt Deus vnus; qui eſt Pater, &c.

19. Ad 3. Ad tertium reſpondetur, rectè probari, quòd id quod non generat non eſt Pater, ita vt non ſit relatione denominatum, nec dicatur Pater quaſi habens

Digitized by Google

Id quod non generat, eiuſmodi eſt Deitas, nō eſt Pater, in ſenſu formali.
Declaratur.
In ſenſu idētico, Deitas eſt Pater.
Oſtenditur.

Paternitatem; ad quem ſenſum, ſicut dicimus quòd Deitas non generat, ita dicimus quòd Deitas non refertur ad Filium, & quòd non denominatur relatione Paternitatis, quia non eſt habens Paternitatem, vt lib. 3. docebimus. Sed in ſenſu identicò Deitas eſt Pater, quia res quæ eſt Pater non eſt diſtincta à Deitate, ita vt ſint res duæ. Et ita concedendo antecedens, quòd Deitas non generat, neque nominatur Pater à paternitate; quia tamen eſt res eadem in ſenſu identico, & hæc eſt vera, Deitas eſt Pater, vt libr. 5. dicemus; negatur conſequentia, quòd Deitas ſit res diſtincta à Patre. Ad confirmationem reſpōdebitur diffuſiùs libr. 2. quomodò natura diuina ſit proceſſionis principium, ſcilicèt principiū formale quo; & hoc nō oportet vt diſtinguatur à procedente, ſed quòd communicetur procedenti: imò ſi natura quæ eſt principium proceſſionis, ſit eadem in generante, & genito, perfectior eſt proceſſio, ſeu generatio. Si autē Deitas eſſet principium reale quod generat, diſtingueretur à genito; ſed hoc eſt falſum, & hæreticum.

Ad confirm.
Deitas eſt proceſſionis principium formale quo.
Hoc verò ſi idem ſit in generante & genito, perfectior eſt proceſſio, ſeu generatio.

20\.
Ad 4.
Vna & eadem res eodem cōceptu, ſeu eadē ratione obiecta, non poteſt eſſe vna & plures.
Diuerſis verò poteſt.

Ad quartum reſpondetur concedendo, quòd vna & eadem res eodem conceptu non poteſt eſſe vna & plures; & ita in diuinis natura, quæ eſt vna, non eſt plures naturæ; neque perſonæ quæ ſunt plures, ſunt vna perſona: benè tamen plures perſonæ poſſunt eſſe vna natura. Singulare autem eſt in Deitate, vt vna res ſit etiam plures res, in hoc ſenſu, ſcilicèt vt vna res, quæ eſt natura, ſit etiam perſonæ plures, quia non diſtinguitur à ſingulis. Sed aliud ſignificatur cum dicitur vna res, ſcilicèt vna natura; & aliud cum dicitur quòd hæc res eſt plures res, ſcilicèt perſonę plures. Sicut ſi dicas cōtinuum quod eſt res vna, eſſe partes ſimul coniunctas, quæ aliqualitèr dicuntur res plures. In Deo verò in quo eſt omnis perfectio, vna res perfectiſſima, quæ eſt natura, eſt plures res perfectiſſimæ, quæ ſunt perſonæ. Ergo maior propoſitio diſtinguenda eſt, quòd vna res non poteſt eſſe plures res; nam eodem conceptu, verum id eſt; diuerſis, falſum.

Exemplum.
Continuum, quod eſt res vna, eſt partes ſimul coniunctæ, quæ aliqualitèr ſunt res plures.

21\.
Ad 5.
Sicut hic homo, ita hęc res ſubiectum æquiuocum eſt.

Ad quintum reſpondetur, quòd ſicut hic homo, ſi dicatur de multis, eſt nomen æquiuocum; etſi enim, homo, vniuocum ſit, addita tamen nota ſingulari, hic homo, nomen ſingulare eſt, ideòque ſola voce commune ſingularibus, & ſignificatione æquiuocum: ita, hæc res, eſt nomen æquiuocum, modò enim ſignificat equum, modò lapidem, & quicquid hoc ſub nomine deſignaueris. Cùm ergo pro ponis contradictoria modò oſtendendo eſſentiam, modò perſonam; hæc res, ſcilicèt natura, eſt Filius; hæc res, ſcilicèt Pater, non eſt Filius, æquiuoco nomine apertè vteris: & ideò non ſunt contradictoria, quod S. Thom. obſeruat in 1. ſentent.

in his, Hæc res ſcilicet natura eſt Filius. Hæc res, ſcil. Pater, non eſt Filius. Vnde hæ non ſunt contradicentes

22\.
Inſtantia.
Reſponſ.

Si verò inſtes arguendo, Pater & eſſentia ſunt vna res; ergo de re eadem ſunt contradictoria, quæ proponuntur. Concedimus ſecundum fidem quòd Pater & eſſentia ſunt vna res; ſed res eadem ſignificatur pluribus nominibus, & rationibus diſtinctis; quæ diſtinctio ſatis eſt, vt non ſint contradicentia, cùm ſit ſubiectum propoſitionum æquiuocum. Si verò ſub nomine, hæc res, deſignes Patrem & eſſentiam ſimul; tunc negatiò eſt vera, hæc res non eſt Filius; & affirmatio falſa: verum enim eſt quòd eſſentia, & Pater ſimul non eſt Filius, falſum verò quòd eſſentia & Pater ſimul ſit Filius; & quotiès remoueris nominis æquiuoci ambiguitatem, contradictoria efficies. Et ita negatur antecedens, quòd dentur veræ contradicentes. Ad confirmationem reſpondetur, quòd diſtinctio rationis formalis inter naturam, & Paternitatem ſatis eſt, vt natura ſit in Filio, & paternitas non ſit in illo. Et ratio eſt, quoniam ea diſtinctio ſufficit, vt paternitas ſit propriè relatio, quæ opponitur filiationi; relationes autem oppoſitas neceſſe eſt eſſe diſtinctas; & hoc eſt fidei myſterium præclariſſimum.

Si ſub eo ſubiecto ſignetur eſſentia, & Pater ſimul, tollitur æquiuocatio, & ponitur contradictio.
Ad confirm.
Diſtinctio rationū formalium, ſeu obiectarum, ſufficit vt natura ſit in Filio, Paternitas minimè.
Ratio.

23\.
Ad 6.
Communitas naturæ diuinę eſt relatio rationis ad perſonas.
Sicut contradictoria, ita & repugnātia dicuntur de eodem ſub rationibus diuerſis.
Ad confirm.

Ad ſextum reſpondetur, quòd communitas naturæ diuinæ eſt quædam relatio naturæ ad perſonas; & eſt relatiò rationis, vt libr. 4. docebimus: quare autem dicatur communitas realis, & natura re ipſa communis, ibidem explicabimus. Et ſicut diſtinctio rationis obiectæ ſatis eſt, vt contradictoria dicantur de eodem, ſcilicèt, ſub rationibus diſtinctis; ita eadem ſufficit, vt dicantur repugnantia; ſicut res eadem eſt natura vna, & perſonæ plures, & eſt Filius genitus, & Deitas ingenita. Et eodem modo res eadem eſt perſona incommunicabilis, & natura communis. Ad confirmationem reſpondetur, quòd Pater rectè dici-

Pater rectè dicitur ſe totum communicare Niſi totum accipias ſyncathegorematicè.

dicitur ſe totum communicare, cum cõmunicet quicquid ſui communicabile eſt, ita vt ſit accommodata loquutio. Si verò accipias totum ſyncathegorematicè quod eſt ſecũdum omnem partem, non communicat ſe totum ita vt paternitatem etiam communicet. Cum verò arguis, ergo cõmunicat partem ſui. Negatur, quia in Deo non ſunt partes; ſed communicat naturam non perſonam, ſicut generat perſonam non naturam. Ad hæc enim contradictoria ſatis eſt diſtinctio rationis, vt anteà quoque obſeruauimus.

Communicat naturam, non perſonam; ſicut generat perſonam, nõ naturam.

24. Ad 7. Natura diuina, & perſona vna, eſt res vna, & eadem adæquatè, adæquatione entis realis.

Ad ſeptimum argumentum, quod doctos etiam vrget, reſpondetur facilè, quòd natura diuina & perſona vna, ſunt res vna & eadem adæquatè, ita vt adæquatio expendatur ſecũdum totam entis latitudinem: ſicut enim impoſsibile eſt quòd aliquid ſit maius ſe ipſo, aut ſe ipſum excedat, nullaque res eſt magis alteri adæquata, quàm ipſa ſibi, ſi ſecum comparetur; ita natura diuina & perſona vna cum ſit res eadem omninò, eſt quoque omninò adæquata. Sed tamen ſolo numero videntur inadæquata, numero, inquam, non quo ipſa natura numeretur; ſed quia in natura eſt numerus perſonarum, qui non eſt in ſingulis perſonis: cum autem is numerus non ſit naturæ, quo ipſa numeretur, ſed perſonæ, nullo modo imminuit naturæ vnitatem. Negatur ergo quòd perſona & natura non ſint omninò res eadem adæquatè aut ex parte aliqua, imò impium eſt hoc aſſerere. Et hoc argumentũ conuincit quòd ſi Pater & eſſentia nõ eſſent adæquatè idem reali identitate, eſſent aliqualitèr re ipſa diſtincta.

Solo numero videntur inadæquata, quatenus in natura eſt numerus, non ipſius naturæ, ſed perſonarum, qui nõ eſt in ſingulis perſonis.

Impiũ eſt negare iſtam adæquationem.

25. Ad 8. Relatio creata affert ſubiecto propriam naturam, & aliquod nouum eſſe, ſaltem ad aliud. Diuina nõ ſic ſed eſt ſola proprietas perſonæ, ideoq; ſimpliciſsima.

Ad octauum reſpondetur, quòd relatio creata, eò quòd habet naturam & exiſtentiam propriam, aliquam affert compoſitionem; eſt enim aliquod eſſe ipſius ſubiecti quòd ſit ad aliud: diuina verò relatio, quia eſt ſola proprietas perſonæ, nec affert nouum eſſe, vt lib. 4. dicemus, ſimpliciſsima eſt; neque diſtinguenda eſt à natura, propter rationes, quas ſuperiùs poſuimus; De qua etiam re lib. 3. eſt agendum.

26. Ad vltimum. Compoſitionem affert ordo dependentiæ, propter quem ſe reſpiciũt, & vniũtur partes cõponentes ens per ſe.

Ad vltimum reſpõdetur, ſingulare eſſe in Deo quod res plures conueniant in aliqua vnitate abſque vlla compoſitione, vt diximus; & ratio eſt, quia res creatæ, quæ conueniunt in vnitate non per accidens vt aggregata, ſed per ſe, aliquã dependentiã habent, & cohærentia ſunt, & ideò concreſcunt in vnum quaſi conflatum & compoſitum, quod etiam in argumento proponitur: diuinæ autem perſonæ, vt ſuprà docuimus, inter ſe ita diſtinctæ ſunt, vt ſolo ordine originis ſe ſe reſpiciant; origo autem potiùs diſtinguit quàm coniungat, & ſimilitèr relatio; ergo ſecundum proprietates ſuas nõ coniunguntur, ſicut partes componẽtes coniunguntur, vt compoſitionem efficiant. Verba autem S. Thomæ expendenda ſunt, dum ait, illud vnum, in quo plura ſunt, compoſitum eſſe. Intelligendum enim eſt illud, vnum in quo plura ſunt ita, vt per ea eſſe habeat, & denominationem; id enim quod à pluribus pendet, ab ijs etiam nominatur, & compoſitum eſt: id autem in quo ſunt plura ſolùm identicè, à quibus non pendet, nec nominatur ab ijſdem, non eſt neceſſe eſſe compoſitum: quod rectiſsimè dixit S. Gregor. Naziãz. oratione ad Euagrium. *Quod ſimplex eſt*, inquit, *vnius formæ eſt, numeriq; expers*. Cum ergo diuinæ perſonæ non ſint formæ Deitatis, nõ euertũt illius ſimplicitatem; aliàs diuina natura eſſet compoſita ex perſonis pluribus, vt argumento oſtenditur. Quia ergo perſona Chriſti, de qua ſermo erat, habet eſſe humanum, & diuinum, & ab vtraque natura denominatur, dicitur ex vtraque compoſita. Vnde etiam eruitur argumentum, ex perſona Verbi, & humanitate non effici compoſitum vnum, ſicut accidit in humanis; quia non eſt aliquid vnum, quod ex duabus partibus componentibus eſſe habeat, ſed ſola humanitas habet eſſe à Verbo, quod ſuprà diffuſiùs tractauimus.

Ordo originis quo ſolo perſonæ diuinæ ſe reſpiciunt, & ſimilitèr relatio, potiùs diſtinguit, quam coniungat, ſeu componat.

S. Thomas explicatur.

Illud vnũ cõpoſitum eſt in quo plura ſũt, ita vt per ea habeat eſſe & denominationẽ. Non autem in quo ſunt plura ſolùm identicè.

Nazianz.

Primum conſectarium.

Secundum.

Tertium.

***

* Finis Libri primi. *

LIBER SECVNDVS

DE PROCESSIONE SPIRITVS SANCTI.

Ad caput vſque octauum tractatus eſt philoſophicus: indè inchoatur Theologica diſputatio.

CAPVT PRIMVM.

Amorem à dilectione diſtingui neceſſe eſt.

1. QVONIAM omnis diſputatio Theologi ex principijs fidei, cum ijs, quę ſunt Philoſophię coniuncta, proficiſcitur; antequàm accedamus ad diuinas proceſsiones, quæ in operatione intelligibili collocantur, de ipſa operatione creata, quam nouimus, quædam nobis ſunt per nonnulla capita diſputãda. Prima autem quæſtio in proſpectu eſt, de diſtinctione, ſeu diſcrimine inter intellectionem, & verbum, inter dilectionem, & amorem. Niſi enim hæc aliqualitèr diſtinguerentur, inutiles eſſent communes diſceptationes, An procedat verbum per intellectionem? An ſit verbum neceſſarium? & aliæ quas hoc loco tractabimus; ceſſant enim hæ quæſtiones, ſi idem ſit verbũ, & intellectio.

Caput diuiditur in partes tres.

Prima pars. *De multiplici vſurpatione Verbi.*

Secunda pars. *Verbum diſtinguitur ab intellectione re ipſa.*

Tertia pars. *Amor diſtinguitur à dilectione re ipſa.*

PRIMA PARS.

De multiplici vſurpatione Verbi.

1. Verbum primò pro verbo mentis.

VErbum autem dicitur propriè id quod mens profert, intelligendo; A loqui enim eſt intelligentis. Sed quoniã homo inſtrumentũ vocis aſſumit ad declarandum verbum internum, ipſa vox quæ ex inſtituto hominis ſignificat verbum mentis, dicitur quoque verbum; quaſi ſignum & inſtrumentum quo mens aperit internum verbum; verbum enim eſt quod mentem aperit, ſeu declarat. *Secundò pro voce ſignificãte.*

Adhùc verò dicitur verbum, illud idolum, ſeu ſimilitudo verbi externi, quod manet in cogitandi facultate ſenſibili; quicquid enim operamur ad extra, priùs cogitãdi operatione meditamur, in qua eſt ſimilitudo rei externæ quam operamur: B dum ergo proferimus vocem ſignificantem, quę eſt verbum, ſimilitudo ipſius verbi vocalis, quæ manet in cogitante, dicitur quoque verbum. *Tertiò pro verbi vocalis idolo ſenſibili in cogitatiua.*

Et hæc docet S. Ioãnes Damaſcenus lib. 1. cap. 18. *Verbum rurſus eſt*, inquit, *naturalis mentis motio, ſecundum quam mouetur, intelligit, & cogitat, velut lux ipſius exiſtens atque ſplendor. Verbum rurſus eſt quid internum, & in corde promitur. Et iterùm, Verbum eſt nuntius intelligẽtiæ, &c.* Eodem modo diſtinguit verbum S. Auguſt. 15. de Trinitate cap. 10. C quos Auctores ſequutus eſt S. Thomas 1. p. q. 34. art. 1. & q. 8. de Potentia artic. 1. multa diſſerit de Verbo, & de Veritate q. 4. art. 1. & Opuſcul. 53. *S. Damaſc.* *S. Auguſt.* *S. Thom.*

2\. Aduertend. 1. Vbi opus eſt eſſe admonitos, non omnia, quæ ſunt in intellectu, poſſe eſſe in vi

cogita-

Verbo mentis verbum vocale adæquatur, non verbum cogitatiuæ.

S. Auguſt.
S. Thom.

cogitatiua; quia quædam intelliguntur quæ non cogitantur vi illa ſenſibili: omnia autem quæ intelliguntur ſignificantur voce, quæ eſt ſignum conceptus. Idcircò videtur S. Auguſtin. & cum eo S. Thom. in cogitatiua poſuiſſe exemplum verbi, quod eſt imago non rei, ſed vocis proferendæ. Sed quandoque verbum in intellectu, & in cogitatiua, & voce editũ, ſunt ſigna eiuſdem rei inter ſe congruẽtia. Thomas Caietanus credidit ſenſibile idolum quod cogitando proferimus, non eſſe verbum, dicique verbum quaſi extrinſeca appellatione, & impropria, quatenùs repræſentat ſignum ſenſibile, quod verbum dicitur, puta vocem ſignificantem, quam concedit propriè dici verbum. Sed Doctor Sanctus in articulo conceptis verbis ait hæc tria dici verbũ propriè, ſcilicèt quod intellectu proferimus, quod voce edimus, quod cogitatione ſenſibili producimus. Ordine verò tertium poſuit verbum in cogitatione, eo fortè quod illud non adæquatur verbo mentis, ſicut verbum ſenſibile, vt diximus. Præcipuum itaque verbum eſt in intellectu, ſiue in mente, vt docet idẽ S. Thomas cum S. Auguſt. 15. de Trinitate c. 11. Cui verbo ſignificatione coæquatur vox prolata. Verbũ autem in vi cogitãdi eſt ſignificatione anguſtius, ſed propriè verbum; maximè cum ſit quædã participatio verbi intelligibilis. Cæteri ſenſus non producunt verbum, vt docebimus. Quarè verbum in cogitandi facultate non dicitur hoc nomine, quia repræſentat verbum ſenſibile, quæ eſt extrinſeca appellatio: ſed quicquid repræſentat verbum iſtud, naturali repræſentatione declarat, & eſt quædam rei imago producta, quæ eſt verbi eſſentia; & idcircò propriè verbum dicitur.

Caietano refragãte quo ait verbum cogitatiuæ, ait *S. Thomas* quodlibet ex his tribus verbis eſſe verbũ propriè.

Verbum cogitatiuæ cur ordine tertium ponatur à S. Thom.

S. Thom.
S. Auguſt.

Hoc non dicitur verbũ extrinſeca appellatione, & impropria, ſed naturali repræſentatione rei.

3\. Verbum impropriè pro re dicta, vel effecta per verbũ.

Dicitur adhùc verbum impropriè, vel res ea, quæ ſignificatur per verbum, vel etiam quæ per verbum fit, ſcilicèt per artem; cũ arte enim operatur ſimul cognitio, & verbum. Itaque res dicta ſiue effecta per verbum, dicitur per metaphoram verbum; ſicut effectus nominatur nomine cauſæ. Vndè illud Paſtorum pergentiũ Bethleem, *Videamus hoc Verbum quod factum eſt.* Et Clem. Alex. lib. 5. Stromatum ait, Barbaros ideam, quæ eſt id quod intelligitur, dixiſſe verbum.

Clem. Alex.

4\. Aduert. 2. *S. Thom.*

Aduertendum etiam eſt cum eodem S. Thoma art. eodem, quòd ſicùt verbũ intelligibile procedit ab intellectu; ita Verbum prolatum voce procedit à cogitatiua, vt docet S. Thomas 2. de anima, tex. 90. Et ſimilitèr dicendum quòd verbum in cogitatiua ab eadem potentia procedit. Et ita nullum eſt verbum propriè dictum, quod non procedat à vi cognoſcitiua. De Verbo autem præcipuo quod eſt in intellectu hoc loco diſſeremus, quod etiam dicitur verbũ mentis ea ſignificatione qua intellectus mẽs dicitur.

Nullum eſt verbum propriè dictum, quod non procedat à vi cognoſcitiua.

5\. Quæſtiúcula.

Solet etiam ab Scotiſtis diſputari, An omnis intellectio, quæ ab intelligente procedit ſit Verbum? Cui quæſtioni facit locum S. Auguſt. 9. de Trinit. cap. 9. vbi ſic ait, *Rectè enim quæritur, vtrum omnis notitia ſit verbum, aut tantùm amata notitia?* Henticus quodlib. 2. q. 6. ait non omnem intellectionem eſſe verbum, ſed illam quæ declarat obiectum; quaſi ſit quædam intellectio declarans obiectum, quædam verò quæ id nõ declaret. Ioannes verò Scotus d. 27. art. 3. hoc explicat dicens cognitionem reflexam eſſe verbum, quia declarat cognitionem præcedentem. Et quidèm S. Auguſt. declarat verbum, non quodlis, ſed perfectum, quod eſt verbum amatũ; appellat autem verbum amatum earum rerum, quæ amantur notitiam, & eorum quæ per deſideriũ inquiruntur, & poſteà parta quaſi reperta dicuntur: vndè verbum partum dicit eſſe verbum perfectũ poſt rerum inueſtigationem comperta, vel reperta veritate. Et hoc idem inſinuat S. Thomas q. 9. de Potentia art. 9. dicens, non perfici ipſum intelligere, niſi concepto verbo: ante quod verbũ dicimur cogitare, ſed non intelligere; quod fortè explicandum eſt de intellectione perfecta, & verbo perfecto. Sed ibidem docet Auguſt. omne illud quod nouimꝰ eſſe verbum menti impreſſum; eo ſanè loquendi more quo S. Thomas docet rẽ cognitam eſſe verbum in mente. Quæ optimè conſonant cum opinione S. Doctoris diſtinguentis verbum ab intellectione. Et ita dicendum eſt omnem terminum intellectionis eſſe verbum; perfectum quidèm ſi ſit cum amore coniũctum, & facta rei inueſtigatione, partaq; veritate dilucidum; ſin minùs eſſe verbũ imperfectum. Henricus verò cognitionem reflexam vocat declaratiuam; quia ea quæ repræſentat cognoſcentem, imitatur

S. Auguſt.

Henrici opinio.

Explicatur à *Scoto.*

Apud S. Auguſt. Verbum amãtium eſt verbum perfectũ.

S. Thom.

Ex S. Aug. *& S. Thom.*

Reſolutio. Non intellectio, ſed omnis terminus intellectionis eſt verbum.

Cõtra *Henricum*

arguit Scotus.

tatur diuinum Verbum, quod eſt perfectum. Contra quem Scotus d. 27. q. 3. litera G. decernit eſſe declaratiuum non ſufficere ad verbum; cum eſſentia diuina declaret omnia, & tamen non ſit verbum: ſed cognitionẽ genitam eſſe Verbum aſſeuerat, queçũque illa ſit ſiuè imperfecta, ſiuè perfecta. Nos verò non cognitionem, ſed terminum cognitionis verbum dicimus, eſto imperfectum ſit aut perfectum, vt ſtatim diſputabimus.

Contra vtrũque eſt reſolutio.

SECVNDA PARS.

Verbum ab intellectione re ipſa diſtinguitur.

1.

Reijcitur vt figmentũ, verbum eſſe ipſã rẽ intellectã.

Quidã apud Durand.

AB hac diſputatione detrudendum eſt figmentum illud opinantiũ verbum non eſſe formam aliquam in intellectu noſtro adhærentem; ſed eſſe rem ipſam, quam intelligimus, & idcircò dici verbum quia intelligitur à nobis, vt refert Durandus d. 27. q. 2. quoſdam eſſe opinatos. Reijciũtur etiam alij dicentes verbum eſſe rem ipſam intellectam prout eſt in intelligibili intentione, hoc eſt, prout accipit ab intellectu ſpeculante aliquod eſſe intelligibile. Quæ fuit Aureoli opinio apud Ioannem Capreol. d. & q. eadem: pro qua opinione teſtabatur Comment. 3 de Cœlo com. 104. vbi ait, quòd varia figura Lunæ, quã oculis cernimus, non eſt in rerum natura, ſed tantùm apparet: quare & in intellectu dicebat Aureol. eſſe quandam rerum apparentiam, & eam dici verbum.

Vel eſſe rem intellectam vt ſic.

Aureol.

Commentat.

2.

Ægidius ait eſſe ſpeciẽ impreſſam.

Refellitur.

S. Thomas.

Eorum verò qui rectè quidèm poſuerunt verbum intelligibile in intellectu, Ægidius Roman. quodlib. 3. q. 12. 13. & 14. verbum ait eſſe ipſam ſpeciem intelligibilem impreſſam, quam nos ponimus intellectionis principium. At cùm verbum ſit terminus intellectionis, vt diſputat S. Thomas 1. contra gent. c. 53. & nos oſtendemus poſteà; nihil longius abeſt à veritate, quã vt dicatur eſſe eiuſdem intellectionis principium. Atqui hic etiam Doctor verbum credit eſſe rẽ diſtinctam ab intellectione, ſiquidèm eſt ſpecies impreſſa, quam nullus dubitat ab intellectione diuidi re ipſa. Quòd etſi Ægidius verbum dicat ſpeciem non ipſam, quæ eſt in memoria perpetuò aſſeruata, ſed aliam productam à memoria, quæ ſit cum intellectione copulata; nihilominùs in eodẽ ettato perſiſtit, quòd verbum, quod proculdubio eſt terminus intellectionis, affirmat eſſe principium.

3.

Contra Ægidium Doctores communitèr.

Contra Ægidium, qui credidit verbũ antecedere intellectionem, firma eſt cõmunis Doctorum exiſtimatio, qui verbum antè intellectionẽ nullum eſſe conſentiunt. Sed tamen eorum nonnulli in altero aberrant à vero, quòd opinantur verbum eſſe ipſam intellectionem. Hoc teſtatur Durand. d. 27 q. 2. & Ioannes Scotus d. eadem q. 3. & d. 3. q. vltima, & d. 6. q. 1. & eorum nonnulli ſectatores.

Reijciuntur opinantes eſſe ipſam intellectionem, ſcil. *Durand. Scotus, &c.*

4.

Thomiſtarũ opinio.

Communis tamen firmaq; Thomiſtarum eſt opinio, quòd verbum ab intellectione ſaltèm formalitèr diſtinguatur. Vbi iam oportet animũ attẽdere, quòd verbum mentis, de quo loquimur, eſt quædam imago in mente conſtituta, in qua rem intelligimus; diciturque etiam ſpecies expreſſa, ſeu forma, & exemplar rei intellectæ: intellectio autem eſt ipſa mẽtis cognitio, ſeu aſpectus, & intuitus. Neque ab his nominum interpretationibus illi diſcordant; ſed aiunt ipſam intellectionem eſſe imaginem, & ſimilitudinẽ. Sed ſanè alienum à ratione eſt, vt negent verbum, & intellectionem definitione ſaltèm diſtingui, atque adeò ex natura rei, & formalitèr. Quòd autem intellectio non ſit formalitèr imago, aut ſimilitudo rei, euidentèr oſtenditur: nam rem intelligimus in imagine; ergo diſtincta oportet eſſe intellectionem, & imaginem. Adhùc, imago non eſt operatio, ſed operationis effectus, aut obiectum, ſeu terminus; intellectio autem eſt operatio: nam, vt docet Ariſtoteles 10. Ethicor. cap. 3. operationes virtutũ non ſunt qualitates. Et 9. Metaphyſ. tex. 16. actiones immanentes tradit, de quarum numero eſt intellectio; eſt ergo intellectio operatio, & actio; imago autem actio nõ eſt; ergo aliqualitèr hæc diſtingui neceſſe eſt.

Inter omnes conuenit, verbum mentis quid?

Intellectio quid?

Probatur opinio. 1.

Probatur. 2.

Ariſtot.

5.

Rade controuerſia. 7.

Reſponſio, Intellectionẽ ab Ariſt. vocari actionẽ ob duplicem ſimilitudinem cum actione.

Quidam reſpondent, intelligere, non eſſe operationem, neque actionem; ſed in aliquo imitari actionem, quia pendet à cauſa conſeruante, vt calefactio à calefaciente; & quia reſpicit terminũ, ſicut actio terminum habet: & idcircò recenſeri ab Ariſtotele in numero actionum; æquiuocè tamen, cũ re ipſa non ſit actio, ſed ſolo nomine. Sed quis non videat quàm futilis ſit reſponſio; Ariſtotelem feciſſe diuiſionem æquiuocis maximè, cũ ibidem

Eã eſſe futilẽ oſtenditur. 1.

ibidem conſtituat differentias vtrarũq; actionum. Nam ſi actiones immanentes nõ ſunt verè actiones, ſed ſolo nomine, non oportebat illas diſtinguere per differentias, ſed reijcere illas à veris actionibus neceſſe erat, quod Ariſtoteles non facit; imò earum conditiones tradit, & actiones has immanentes præfert. Præterea lumen, ſiue ſplendor, pendet à cauſa conſeruãte, & tamẽ non dicitur actio: imago verò reſpicit obiectum quod repræſentat, ſicut verbum; & tamen non dicitur actio: ergo neutra ſimilitudo eſt cauſa, vt intellectio dicatur actio. Neq; verò, eò quòd intellectio habeat vtrãq; ſimilitudinem ſimul, actio eſt; ſiquidè in hæ conditiones non ſunt propriæ actionis, cum extra illam inueniantur: ergo propter eas conditiones communes, nõ proprias actionis, non potuit comprehendi nomine actionis id quod nõ eſſet vera actio. Preterea tertia cõditio actionis, quam ſolam aiunt deeſſe intellectioni, vt ſcilicèt producat terminum ſuum, eſt ad libitum illorum excogitata, cum Ariſtoteles eo loco ponat actiones non habentes terminum productum: quòd ſi illa eſſet præcipua ratio, & eſſentialis veræ actionis, irridendus eſſet Ariſtoteles qui poneret actiones non producentes terminum; niſi ſimul eaſdem reijceret à veris actionibus, eò quòd terminum nõ producerent; quas ille non reijcit, ſed nobiliſsimas teſtatur.

Oſtẽditur. 2.

Non vocari actionem ob vtrãque ſimitudinẽ ſimul. Probatur.

Oſtenditur. 3.

6. Quidam videntur ſibi hanc opinionẽ facere veroſimillimam; aiunt enim intellectionem appellari actionem, quia ſignificatur per modum actionis, quam vocant actionem grammaticam, ſolo ſignificandi modo; quia verba actiua ſignificant per modum actionis: intelligimus ergo verbo, quod eſt ipſa intellectio; ſed verbum non ſignificat actum intelligendi per modum actionis, ſicut ſignificat intellectio. Præterea aiunt verbum eſſe ipſam loquutionem & dictionem, qua loquimur ſiue dicimus, quæ intelligimus: ipſũ autẽ verbũ propriè nõ dici, ſed produci. Et hac in re diſcordant à Scoto aſſerente productionẽ verbi eſſe loquutionem. Et hac ratione cauent ſibi ab illo argumento, quod contra Scotum eſt clariſsimum; nam ſi producere verbum eſt dicere & loqui, dicere autem & loqui eſt intelligere; ſicut producere verbum eſt actio ex natura rei diſtincta à verbo, ita & ipſum intelligere ex natura rei à verbo diſtinguitur, & antecedit verbũ.

Reſponſio *Vaſq. diſput.* 141. *cap.* 4.

In quo diſcordet à Scoto.

7. Hi tamen Doctores imprimis cum Ariſtot. non conſentiunt, inducente veras actiones immanentes, vt comprobatum eſt; neque enim ſolo nomine actiones eſſe putauit, quo ſolo nomine vocãt actiones grammaticales. Sed neque reſpondent propoſitis argumentis. Imago enim à cognitione per imaginem neceſſariò diſtinguitur. Et imago repræſentat alicui cognoſcenti; quare neceſſe eſt, vt ſit ab ipſa cognitione diſtincta: cum ergo verbum ſit imago repræſentans, à cognitione diſtincta eſt ex natura rei. Neque verò cognitio eſt ipſa repræſentatio, quia repræſentatio eſt cum alicui cognoſcenti ſit præſens res: ergo ipſa cognitio non eſt repræſentatio, ſed eſt motus in rem repræſentatam per imaginem repræſentantem. Hoc ipſum declaratur modo loquendi philoſophico; aimus enim nos intelligere in verbo, & ſignificatur verbum, vt medium inter cognoſcentem, & rem cognitam. Nam etſi nos intelligere verbo, aut per verbum velint explicare, tanquam per cauſam formalem, ſicut intellectione, vel per intellectionem intelligimus; tamen quòd intelligamus in verbo, non ſignificat cauſam formalem, ſed medium intelligibile ab intellectione neceſſariò diſtinctum.

Improbatur 1. ex Ariſtot. ſupra.

Secundò.

Cognitio non eſt ipſa repræſentatio, ſed motus, &c.

Declaratur. Cũ dicimur intelligere in verbo, non ſignificatur cauſa formalis.

8. Quod autẽ aiunt verbum eſſe ipſam loquutionem, falſum eſt; ſed eſt potius inſtrumentum loquentis à loquẽte prolatum: proferre enim verbum, dicere, & loqui, amplius ſignificat quàm producere: Deus enim in nobis producit verbũ noſtrum, quo verbo Deus non loquitur, ſicut neque verbo noſtro intelligit; loqui enim eſt ipſum intelligere, vt dicemus. Proferre ergo verbum eſt declarare aliquid verbo, & ipſum declarare eſt intelligere: quare ſicut proferre verbum antecedit verbum, ita & intelligere antecedit; & verbum ipſum dicitur, hoc eſt, profertur, & exprimitur. Probãt illi verbum non dici propriè, argumento vaniſsimo, quia ſi quis cogitabundus rogetur, quid mente dicat? reſpondebit rem illam, de qua cogitat. Sanè ſcitè, ac probè iuxta mentem interrogantis; neque enim ille interrogat de conceptu mẽtis, ſed de re cognita per cõceptum. Theologorum tamen communis aſſertio eſt, verbum

Loquutio, ſeu dictio non eſt verbum. Non eſt ſola productio verbi.

Quid ſit?

Antecedit verbum.

Verbum propriè dicitur. Obiectio Vaſquij futilis.

Reſponſ.

Digitized by Google

verbum quoque dici; non eadem ſignificatione, qua rem dicimus, hoc eſt, intelligimus; ſed quia ipſa intellectione rei, verbũ proferimus: aliàs producere verbum non eſt dicere; ſed de intellectione producere, hoc eſt verbum dicere, iuxta illud, *Eructauit cor meum verbum bonũ.*

De intellectione producere eſt verbum dicere.

9. Obijciunt tamẽ non idem eſſe intelligere, & producere verbum, ſiquidèm non idem eſt verbum productum, & res intellecta. Hoc argumentũ duobus peccat, tum quia ponit idem eſſe omninò intelligere, & producere verbum; cum iſtud aſſertum neceſſariũ non ſit ad opinionem tuendam; multi enim Thomiſtæ hoc negant: nam etſi affirment cum S. Thoma verbum de intellectione procedere, negant ipſam intellectionem eſſe productionem verbi, ſed eſſe quaſi principium actiuum, de quo verbum oritur: tum etiam quia etſi fateamur intelligere eſſe formalitèr ipſam verbi productionem, aliqua tamen ratione diſtinguũtur, vt poſteà explicabimus: neque illa conſequentia boni æſtimanda eſt, eodẽ actu formalitèr intelligimus quo verbũ producimus; ergo res intellecta eſt ipſum verbum productum, vt hoc libro dilucidiſsimè oſtendemus.

Alia obiectio eiuſdem.

Reſpond. 1. iuxta multorum Thomiſtarum opinionem.

Reſpond. 2. licèt intelligere ſit formalitèr Verbi productio, tamen aliqua ratione diſtinguũtur.

10. Atqui de Verbo diuino eſt nobis vehementior diſputatio, cum Ioanne Scoto, & ſectatoribus. Confitẽtur enim Verbum diuinum ſignificare perſonam, non eſſentiam; intellectio autem ſignificat eſſentiã: ergo ſaltèm in diuinis hæc differunt ſuis rationibus formalibus, ſcilicèt intellectio, quæ eſſentialis, & Verbũ quod eſt perſonale. Reſpondent omnes hi cum Scoto, duplicem intellectionẽ in Deo meditandam eſſe, aliam eſſentialẽ, quæ non eſt verbum, aliam procedentẽ, quæ eſt verbum; verbum enim eſſe intellectionem procedẽtem. Itaque non omnem intellectionem eſſe verbũ, ſed omne verbum eſſe intellectionem, & intellectionem eſſe quid cõmunius, ſiue vniuerſalius, quàm verbum.

Contra Scotũ, & ſectat. fatẽtes in Deo verbũ eſſe perſonale, & intellectionem eſſentialem. Arguitur ad hominem.

Reſponſio diſtinguens duplicem intellectionem.

11. Verùm ex hac doctrina illud primùm liquidiſsimè conſtat, verbum non eſſe idem omninò cum intellectione, ſiquidèm verbum addit aliquid ad intellectionem; quare ſynonima non ſunt, vt quidam falsò arbitrantur: nam in Deo intellectio eſt eſſentialis, verbum perſonale. Et hoc idem in nobis confitendum eſt: nam ſi verbum in nobis ſignificat ſo-

Refellitur inferendo diſtinctionem. 1. abſolutè.

2. etiã in creatis.

A lam intellectionem, hoc ipſo conceptu poteſt attribui diuinæ intellectioni eſſentiali, quod illi meritò recuſant: ergo etiã in nobis verbum addit aliquid ad intellectionem, ſcilicèt quòd procedat, quòd ſit producta ſiue prolata intellectio, vt Scotiſtæ dicunt.

Quòd verò non ſit ea ratio formalis verbi, tum in rebus creatis, tum in diuinis, cõprobatur. In rebus quidèm creatis, quia produci eſt quædam ratio formalis diſtincta ex natura rei à re quapiã B producta; quia produci eſt motus, ſiue paſsio, quæ diſtinguitur ex natura rei ab alijs rebus prædicamentorum; ſed duæ rationes formales, maximè verò quę ſũt genere diſtantes, non ſignificantur vno nomine, & conceptu; eſſet enim æquiuocatio: ergo nomen hoc, verbum, non ſignificat intellectionem productam; ſed ſimplicitèr aliquã formam vnam, & eandem, quæ proprio conceptu ſit verbum, ſecluſa illa adiectione quòd ſit producta. Poſſemus reſpondere argumẽto, nomen verbi ſignificare intellectionem ſo- C lam; ſed modo quodam ſignificandi, eodem conceptu indicari ordinem procedentis quaſi in obliquo. Ex quo reſponſo primùm obtinemus intellectionem & verbum diſtingui conceptu, & non eſſe ſynonima. Sed adhùc refringimus ipſum reſponſum; nulla enim ratio occurrit, quare in rebus creatis inditum ſit nomẽ peculiare ad ſignificandam intellectionem procedentem; cum omnis intellectio procedat, ſicut & cæteræ res ſunt procedentes, & non eſt opus ſignificare illas nominibus proceſsionum. Aliquid ergo Philoſophi voluerunt declarare nomine verbi, non ipſam intellectionem ſatis notam. Eadem autem ſignificatio- D ne, qua inditum eſt nomẽ à Philoſophis, traductum nouimus ad res diuinas.

12. *Refellitur deindè probando verbum nõ eſſe formaliter intellectionẽ productã, præſertim in creatis.*

Reſponſio ad hanc probatio nem.

Refutatur. 1. inferendo diſtinctionẽ negatam. 2. refringitur.

At verò in Deitatis natura confitemur ea quæ ſunt ratione diſtincta, vno nomine ſignificari conceptu confuſo, vt perſona ſignificat ſimul relationem, & naturam. Dicant ergo intellectionẽ procedentem ſignificari nomine Verbi diuini. Hoc iam luculentiſsimè impugnabimus; intellectio enim procedens nõn eſt, nomen Filij proprium; nam & Spiritus Sanctus eſt intellectio procedens, ſicùt eſt vita procedẽs. Addunt quòd verbum ſit intellectio genita, quo quidèm nomine diſcernitur ab Spiritu Sancto, qui

13. *Ad eandẽ probationem alia reſponſio quo ad diuina.*

Impugnatur.

Reſponſionis confirmatio.

Digitized by Google

Refutatur. 1.

qui non genitus eſt, ſed ſpiratus. Non tamen aduertunt, reſponſionem coaptatã ad libitum rebus diuinis, non poſſe conſtare cum rebus creatis comparatam; nam verbum creatum non eſt genitum, ſed procedens & productum: quo eodẽ conceptu, ſcilicèt intellectio producta, poterit attribui Spiritui Sancto; ergo exacta loquutione Spiritus Sãctus erit verbum, non quidem genitũ, ſed productũ; ſicut & in nobis verbũ propriè eſt quod non eſt genitum, ſed productum, quod non concordat cum orthodoxa doctrina.

In creatis verbum non eſt genitum, ſed productum.

Secundò.

Præterea intellectio nomine abſtracto ſignificata, & conceptu abſtracto, nõ procedit, quia eſſentia non gignitur; vt hoc libro docebimus: nomen autem concretum deriuatum ab intellectione eſt intelligens; quod nomẽ nulla ratione eſt magis proprium Filij, quàm Spiritus Sancti; Filiũ enim, quatenùs eſt Verbum, cogitamus non quaſi intelligentẽ, ſed quaſi repræſentantem, quod eſt proprium non cognoſcentis, ſed imaginis cognitæ: ergo neque in nobis verbum eſt cognitio, ſed imago obiecta cognitioni; neque in Deo verbum ſignificat intellectionem procedentem, hoc eſt, intelligentem productum; ſed ſignificat repræſentatiuum quid, quod verbum dicimus nomine peculiari, & ratione formali diſtinguitur ab intellectione.

In Deo Verbũ non ſignificat intelligentem productũ, ſed repræſẽtatiuũ quid.

Tertiò.

Cui etiam rei conſentit, quòd verbum accipitur ex parte termini, vt proceſsionis terminus, qui idem eſt terminus cognitionis, repræſentans cognoſcenti rem cognitam. Quamobrem exiſtimamus in diuinis Verbum non ſolùm diſtingui ab intellectione, ſed neque illam ſuo conceptu claudere ſpeciatìm, niſi vt & alia attributa: quia verbum non ſignificat diuinam eſſentiam, vt intelligentem, ſed vt repræſentantem, quod poſteà luculentiùs oſtendemus. At verò in rebus creatis, quæ conceptu analogo conueniunt cum diuinis, verbum & intellectio differunt ratione formali, & definitione; atque adeò ex natura rei, ſiue reali diſtinctione: quæcunque enim creata differunt definitione & formalitèr, differunt re ipſa.

In diuinis Verbum in ſuo cõceptu intellectionem non claudit ſpeciatim.

14. Quod autem pertinet ad genus diſtinctionis, nonnulli opinantur intellectionem diſtingui à verbo formalitèr ex natura rei, cũ ſapientiſsimis magiſtris Franciſc. Victoria, & Dom. Soto, quos refert Bañes 1. p. q. 27. art. 1. eò quòd ſic ſe habeat intellectio ad verbum, ſicut calefactio ad calorem, quæ formalitèr diſtinguuntur; ergo etiam intellectio & verbũ.

Diſtinctionẽ inter intellectionẽ & verbum eſſe formalem ex natura rei, probabilis opinio *Victoria, &c.*

Soti apud Bañes.

Fundamentũ.

Sed aſſumptũ eſt falſum; calefactio enim eſt quædam mutatio, imperfectũ ens, & ſola via, ſeu progreſſus ad ens perfectũ, ſcilicèt ad calorem: intellectio autẽ eſt operatio perfectiſsima, & nobiliſsima; non ergo ſic ſe habet ad verbum, vt ſola effectio, ſeu formatio verbi. Et apertiùs idem oſtenditur; nam efficere verbũ non eſt intelligere, ſicut effingere imaginem non eſt per imaginem ſpeculari; ſed hæc ſunt diſtincta; nam & Deus efficit verbũ in me, quo non intelligit: vel ergo dicẽdum quòd per intellectionem non producitur verbum, vt Ioannes Scotus credit: vel omninò dicendum eſt quòd intellectio non ſit ſola productio verbi, ſed operatio ſpeculatiua intellectum perficiens.

Conuellitur.

Intellectio nõ eſt ſola productio verbi. Oſtenditur;

Scot.

15. Ex perfectione autem entis vtriuſque ſcilicèt, intellectionis, & verbi, quia neutrum videtur eſſe alterius augmentum, ſed ſeorſùm conſiſtere: exiſtimamus diſtingui nõ ſolùm formalitèr, ſed reali diſtinctione abſolutè & ſimplicitèr, iuxta ea quę lib. 1. pręſcripta relinquimus; quã tamẽ in re facilè cedimus, ſi diſtinctionẽ formalẽ tuearis; parùm enim intereſt rei Theologæ. Nos tamẽ diſtinctionẽ abſolutè realẽ eſſe credimus cũ Tho. Caiet. q. 27. art. 1. dub. 4. & Franc. Ferrar. 4. cõtra gent. cap. 53. & Ioan. Capreol. d. 27. q. 2. Bartholom. Torres 1. p. q. 27. art. 1. & alijs. Imò videtur ea eſſe ſententia S. Thomæ de Veritate q. 4. art. 2. vbi ait verbum eſſe effectum actus intelligendi: effectus autem abſolutè ſic dictus in genere cauſæ efficientis, eſt res abſolutè diſtincta à ſua cauſa.

Vera ſententia ait eſſe abſolutè realem.

Probatur ex perfectione vtriuſque.

Caiet. Ferrar. Capreol. Torres. S. Thom.

Confirmatio.

16. Sententijs Patrum, Doctorumque firmatur hæc doctrina. Et imprimis ea eſt ſententia Sancti Thomæ, cuius eſt maxima auctoritas in rebus ad religionem ſpectantibus, in 1. d. 27. q. 2. art. 2. manifeſtè diſtinguit inter intellectionẽ, & ſpeciem intellectam, quæ eſt expreſſa ſpecies. Et ibidem docet quòd vtrâque, ſcilicèt intellectione, & ſpecie intellecta intelligimus: quarè non dubium eſt quin ſpeciem intellectam dicat ipſam ſpeciem expreſſam; quam etiam aliàs vocat conceptionem intellectam, & verbum.

Confirm. ex *S. Thom.*

Primus locus.

Hic locus quid aſſerat.

T

eſſentia, & ex diſtinctione earũ inter ſe. ſe diſtinctæ: vtraque ex parte longè ſunt à compoſitione: nam quatenùs ſunt diſtinctæ recedunt à compoſitione, quæ cõiunctione conſtat; & quatenùs ſunt idem re ipſa, cum eſſentia, ſunt compoſitionis expertes propter ſimplicitatem, & idẽtitatem: non enim compoſitum eſt quod eſt ſimplex, & idem. Quod etiam confirmatur omnibus ſuperioribus argumentis quibus oſtendimus, compoſitionem eſſe non paruam imperfectionem, quam in Deo impium eſt cogitare.

7. *Confirmatio.*

FIrmatur etiam hæc ſententia auctoritate Patrum, qui Deum negant eſſe ex Deitate compoſitum; nam eadem eſt ratio de perſonis, tum quoad diſtinctionem, vt ſuperiùs arguebamus, tum quoad compoſitionem. At verò obſeruanda ſunt verba S. Iuſtini q. 144. ad Orthodoxos, *Quemadmodùm Deus totus eſt vbique, & totus in vnoquoque, & totus in ſe ipſo, & huius fidem habemus: ſic & eius ſimplicitas tota eſt Filius, & tota eſt habens Filium. Non enim eſt ſecundum naturam creatam Deus, vt eſſe & habere ipſum intelligatur in compoſitione.* Dicitur ergo Filius tota ſimplicitas; & habens Filium, ſcilicèt Pater, dicitur quoque tota ſimplicitas; eò quòd eſſe & habere idem ſunt. Aliàs ſi Pater haberet veritatem, ſed non eſſet veritas, compoſitus eſſet. — *S. Iuſtinus.* — In Deo eſſe & habere idem ſunt.

8. Definita autem eſt hæc veritas cap. *Firmiter, de ſumma Trinitate*, ibi enim docemur ſubſtantiam diuinam eſſe omninò ſimplicem; quod autem omnibus modis ſimplex eſt, nulla ratione eſt cõpoſitum, ſiue cum ſingulis perſonis, ſiue cum omnibus comparetur. Et idcircò iure quidem optimo, illa ſententia, Trinitas nõ ſtat cũ ſumma ſimplicitate, dãnatur art. 2. Pariſienſi, qui habetur tom. 14. Biblior. Et hac in re omnes Doctores conueniunt. — Cap. *Firmitèr.*

CAPVT XLIIII.

Argumenta refelluntur.

1. 1. argum. COntra ea, quæ ſunt cap. ſuperiori definita, quòd Deitas nõ ſit res diſtincta à trib⁹ perſonis, probatur ex Symbolo, *Credo in vnum Deum Patrẽ Omnipotentem*; ſi enim dicas, non interiecta

A virgula, *Credo in vnum Deum Patrem*, Filius Deus nõ erit, quia nõ eſt ille vnus Deus Pater. Si verò diuidas ſenſum, appoſita virgula, *Credo in vnum Deum, Patrem, &c.* iam diuidis Deũ à Patre vt rẽ diſtinctam. Et eſt argumentum Tranſyluanorum hæreticorũ, qui aiunt nos virgulam ſubdere, ne *vnum Deum Patrẽ*, dicamus, Filium excludentes; ſed *vnum Deum*, virgula appoſita; tunc deindè, *Patrem, &c.* & ideò incidere nos in eũ errorem, vt Deum à Patre diuidamus. Et cõfirmatur ex S. Auguſt. 7. de Trinit. cap. 1. *Deus non eſt eo Pater, quo eſt Filius.* At verò cap. 4. ſic ait, *Deus eo eſt ſapiens, quo Deus.* Nam in loco poſteriori docet ſapientiam non diſtingui à Deo. In priori verò loco aſſerit Patrẽ à Deitate diſtingui. — Tranſyluani hæretici. — Confirm. ex *S. Auguſt.* — B

2. Secundò, Nos concedimus Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritũ Sanctum; & item concedimus vnum Deum eſſe in tribus perſonis; rogant ergo quis Deus in illis tribus ſit? Anne Deus Pater, an Deus Filius, an Deus Spiritus Sãctus? Nullus enim iſtorum eſt in tribus; C ergo vel nullus Deus eſt in tribus perſonis, vel eſt Deus alius diſtinctus à tribus, qui ſit in tribus communitèr. — Secundum.

3. Tertiò, Deitas non eſt Pater, quia (vt confitemur) Deitas non generat; neque eſt Filius, quia non generatur; neque eſt Spiritus Sanctus, quia non procedit; ergo res eſt quarta diſtincta à tribus. Et cõfirmatur, quia eſſentia eſt fons & reale principium, vnde perſonæ procedunt; ergo eſt diſtincta ſaltèm à procedentibus, ſcilicèt à Filio, & Spiritu Sancto, vt diſtinguitur fons à riuulis. Hæc quidem D Tranſyluani, ſed maioribus argumentis nos vtimur. — Tertium. — Confirm.

4. **Quartò igitur arguitur. Vna & eadem res non poteſt eſſe vnum & plura**, quæ ſunt omninò oppoſita, ſed eſſentia eſt vna, perſonę plures; ergo eſſentia, & perſonæ non eſt vna omnino res. — Quartum.

5. Quintò, Si Pater, & eſſentia eſſet vna ſimul & eadem res, liceret contradicentia affirmare, quod ſic oſtenditur: nam eſſentia eſt Filius, Pater verò non eſt Filius; igitur verũ eſt dicere, hæc res eſt Filius, deſignando eſſentiam Patris; & hæc res non eſt Filius, deſignando ipſum Patrem; deſignatur vna & eadem res nomine eodem, hæc res, ſcilicèt eſſentia, & Pater: ergo contradictoria oſtenduntur vera: — Quintum.

Digitized by Google

Confirm.

vera; quod cum ſit impoſsibile, neceſſe eſt vt eſſentia à Patre ſit aliqualitèr diſtincta, & ita erit res quarta à ſingulis perſonis diſtincta. Et confirmatur, quoniam videtur impoſsibile, quòd in vna & eadem re omninò vna & ſimplici, v. g. in Patre, ſit res quædam, quę eſt in Filio, ſcilicèt, eſſentia; & res quædam, quæ non eſt in Filio, ſcilicèt Paternitas, & non ſint res duæ, ſed vna res.

6. Sextum.

Sextò, Perſona re ipſa eſt incommunicabilis, natura verò re ipſa communicabilis; ergo re ipſa diſtinguuntur perſona, & natura. Et confirmatur, quoniam perſona Patris communicat naturam, & non perſonam: vel ergo communicat totam rem, quæ eſt Pater, vel partem: ſi totam; ergo perſonam communicat: ſi partem ſcilicèt naturam, & non perſonam; ergo natura à perſona diſtinguitur reali diſtinctione.

Confirm.

7. Septimum.

Septimò, Perſona, & natura non ſunt eadem res adæquatè, quia vna perſona, verbi gratia Pater, eſt vna res duntaxat; natura verò eſt etiam tres res, quia eſt Pater, Filius, & Spiritus Sanctus; ergo perſona, & natura aliqualitèr diſtinguũtur reali diſtinctione: hanc enim diſtinctionem explicamus cum dicimus, hæc res, & hæc res non eſt eadẽ omninò res; nam ſi nõ eſt omninò eadem res, eſt aliqualitèr diſtincta: ſed perſona, & natura non eſt eadem res adæquatè; ergo non eſt eadem res omninò; ergo aliqualitèr re ipſa diſtinguuntur.

8. Octauum.

Octauò, Relatio cum eſſentia non efficit compoſitionem, quia eſſentia eſt ad ſe, relatio ad aliud; ergo in eſſentia ſimplicisſima poteſt inueniri res diſtincta abſque compoſitione: ſed diuinæ perſonæ ſunt relationes ſubſiſtentes; ergo nihil prohibet dicere perſonas eſſe ab eſſentia re ipſa aliquatenùs diſtinctas ſine compoſitione.

9. Vltimum.

Vltimò etiam probatur quòd eſſentia ſit compoſita; quoniam res vna non poteſt cõſtare ex pluribus, quin ex illis ratione aliqua componatur: vel enim plura conueniunt in vno per accidens, & erit aggregatio rerum, & non res vna, ſicut quidam hæretici dixerunt, tres perſonas eſſe Deos tres & vnum Deum aggregatione, vt ſenatus: vel illa plura per ſe coniunguntur, & ita faciunt per ſe cõpoſitionem; quicquid enim eſt vnum ex pluribus per ſe coniunctis, compoſitum

Hæreſis quedam, tres perſonas eſſe Deos tres, & vnũ Deum aggregatione, vt ſenatus.

A eſt. Imò S. Thomas 3. p. q. 2. artic. 4. ait vniuerſim compoſitum eſſe omne illud vnum in quo plura inueniuntur; ſed eſſentia diuina eſt vna, & inueniuntur in ea tres perſonæ; ergo eſt compoſita.

Ex S. Tho. arguitur.

Aduertenda.

10.

1. aduertendũ. In ſolo Deo reperitur realis communitas.

PRo argumentorum ſolutione obſeruandum eſt, quòd in ſolo Deo reperitur realis communitas, ita vt natura vna reali vnitate ſit communis pluribus B perſonis. Vnde à tota noſtra Philoſophia non poteſt ſumi exemplum identitatis eſſentiæ cũ pluribus ſuppoſitis, niſi fortè hoc vnum, ſi cõſideremus (quod eſt impoſsibile) vnam humanitatem ſubſiſtentẽ in tribus ſuppoſitis creatis: in quo exemplo licet aduertere, quòd cum ſuppoſitum humanum ſignificet naturã, & proprietatem, tria illa ſuppoſita humana ſignificant vnam & eandẽ naturam ſubſiſtentem, & tres proprietates naturæ; & tamen ipſa ſuppoſita ſingula non eſſent magis diſtincta ab ipſa natura, quàm modò eſt diſtinctum Petri ſuppoſitum à natura Petri: atque adeò videmus, quòd pluralitas ſuppoſitorũ non affert maiorem diſtinctionem à natura, quàm ſi natura eſſet in vno ſolo ſuppoſito. Et idem exemplum poſſumus applicare, ſi conſideremus (quod poſsibile eſt) eandem naturam humanam in tribus perſonis diuinis, quia per hoc quòd eſſet in tribus, non alitèr diſtingueretur à ſingulis, quã modò diſtinguitur à verbo, in quo ſolo eſt: ſicut ergo natura diuina ſi eſſet in ſolo vno ſuppoſito, nullo modo diſtingueretur ab illo, vt Philoſophia etiam naturalis agnoſcit, propter ſimplicitatem naturæ diuinæ, in qua omnia ſunt vnum; D ita & quòd ſit, in vno non, ſed in tribus ſuppoſitis, non facit maiorem diſtinctionem naturæ à ſingulis ſuppoſitis. Non ergo per hoc quòd natura eſt in pluribus, colligitur maior aut minor diſtinctio ipſius naturæ à ſingulis.

Tanta eſt idẽtitas eſſentiæ diuinæ cũ tribus perſonis, quanta eſſet cũ vna, ſi in illa ſola ſubſiſteret.

Declaratur 1. exemplo impoſsibili humanitatis ſubſiſtentis in tribus ſuppoſitis creatis.

C

Declaratur 2. exẽplo poſsibili humanitatis ſubſiſtẽtis in tribus perſonis diuinis.

11.

Aduertendũ adhuc eſt, quòd cum natura creata ex complicatione cum ſuppoſito, acquirat modum quendam realẽ entis, quod eſt ſubſiſtere; ſi eſſet in pluribus ſuppoſitis, haberet plures modos reales ſimiles: quod clariùs cernitur in natura aſſumpta à Verbo, quæ per hoc quòd eſt in Verbo, habet modum quendam realem exiſtendi in Verbo; ſi verò

Digitized by Google

Humanitas ſi eſſet in pluribus ſuppoſitis diuinis, diſtingueretur à ſingulis per ſingulos modos interuenientes, ac ſi in alijs non eſſet.

Ratio euidẽs.

eſſet in pluribus perſonis diuinis, haberet plures modos reales, vt anteà expoſuimus. Sed tamen, etiamſi ea natura acquiſitis modis illis entis pluribus conſideretur in ordine ad ſingula ſuppoſita, ita adhùc diſtingueretur à ſingulis, ac ſi non eſſet in alijs. Et ratio eſt euidens, quia modus ille quo natura ineſt, verbi gratia in Verbo, nõ interuenit inter ipſam naturam, & perſonam Patris, ſi natura eadem eſſet etiam in Patre; & ita modus ille entis quo natura eſt in Verbo, non diſtinguit naturã à Patre; neque modus alius quo eſſet eadem natura in Patre diſtingueret naturam à Filio, cum B non intercederet inter Filium, & naturam, ſed inter Patrem, & naturam. Ergo cum natura diuina præciſè conſiderata in vno ſuppoſito, nullo modo diſtinguatur ab illo; nec habeat etiã modos illos reales diſtinctos, vt alio modo ſit in Patre, alio in Filio, euidentiùs colligitur, quòd per hoc quòd eſt in pluribus, nõ eſt conſequẽs vt diſtinguatur à ſingulis, ſed perindè diſtinguitur à pluribus, & ſingulis, ſicùt ſi eſſet in vno ſolo. Nullo ergo C modo diſtinguitur à tribus perſonis, niſi ſola ratione obiecta: ſicùt Philoſophi exiſtimabant Deum eſſe vnum etiam in vnitate ſuppoſiti, abſque vlla diſtinctione à natura; vnde dicebant Deum eſſe ipſam vitam, & ſapientiam, vt ſuperiùs retulimus.

Deitas ſi eſſet in vno ſolo ſuppoſito, nullo modo diſtingueretur ab illo.

Hoc erat Philoſophis etiã naturalib⁹ notum.

12.

Natura quæ eſt compoſita in vno ſuppoſito magis eſt compoſita in ſuppoſitis pluribus. Oſtenditur.

Quod verò attinet ad compoſitionem naturæ in pluribus ſuppoſitis, ingenuè fatemur eam naturã, quæ eſt in vno ſuppoſito compoſita, magis eſſe compoſitã in ſuppoſitis pluribus; accreſcente videlicèt compoſitione: natura enim, quæ eſt D pars compoſiti, aliquid habet ab illa cõpoſitione; quare additis ſuppoſitis accreſcit cõpoſitio ipſius naturæ, dum natura à pluribus ſuppoſitis plus accipit, quàm ab vno ſolo. Natura verò diuina, quia nullo modo eſt compoſita cum vno ſuppoſito, neq; cum pluribus poteſt eſſe compoſita: ratio autem ea eſt, quia cum nõ magis ſit diſtincta ab omnibus ſimul quàm à ſingulis; vbi nulla eſt diſtinctio, nulla poteſt eſſe compoſitio, vt cap. præcedente eodem argumento commonſtrauimus.

13.

2. aduert. Duplex lectio verborũ Symboli, *Credo in vnũ Deũ Patrẽ, &c.*

Adhùc ſciendũ eſt, quòd verba Symboli, *Credo in vnum Deum Patrem*, duobus modis poſſunt exponi, altero ſine interiectione virgulæ, vt modò ſcripſi- A mus. Nos enim credimus vnum Deum eſſe Patrem, & eundem eſſe Filium: neq; eſt aliquid cauendum in his verbis, etiã ſi coniunctìm diceremus, Credo in vnũ Deum Patrem, & Filium, & Spiritũ Sanctum; nam ſenſus eſt, in vnum Deum, qui eſt Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. In Symbolo verò dicitur non coniunctim, vnum Deum Patrem, & Filium, ſed *vnum Deum Patrem, & vnum Dominum Ieſum, &c.* Et hæc lectio eſt germana abſque virgula interpoſita; & ita legitur in Symbolis correctis: & ita S. Irenæus libr. 1. cap. 2. S. Iuſtinus cathe- B ciſmo 7. & S. Ruffinus in explicatione Symboli. Altero modo poſſunt verba explicari appoſita virgula, *Credo in vnũ Deum, Patrem Omnipotentem*; ita vt priùs proferatur fides de vnitate Deitatis, & deindè ſequatur confeſsio perſonarũ: & hac diſtinctione vtitur Eccleſia in Cantu ſolemni, quoniã ſacerdos elata voce decantat, *Credo in vnum Deum*, & ſequitur chorus, *Patrem Omnipotentem*, interciſa ſententia. Sed cum vterq; modus explicandi catholicus ſit, & veriſsi- C mus, non eſt quòd hæretici nobis obijciant, quaſi virgulam interponamus ad effugiendum argumentum, ne Pater dicatur vnus Deus, cum potiùs firmitèr credamus Patrem eſſe vnum Deum.

Prima lectio germana, eſt abſq; virgula interiecta inter Deum, & Patrem.

Symbola correcta.

S. Iren.

S. Iuſtin.

S. Ruffinus.

Altera cũ virgulæ diſtinctione.

Hac vtitur Eccleſia in cantu ſolemni.

Vtraq; lectio catholica.

14.

Vltimum aduert.

Vltimò aduertendum eſt, quoſdã argumento ſeptimo implicatos, licet Catholicè fateãtur naturã nõ diſtingui vllo modo re ipſa à perſona, concedere tamẽ non eſſe adæquatè idem cũ ſingulis perſonis; quia videlicèt natura diuina eſt Filius, qui non eſt Pater; ergo natura diui- D na eſt aliquid amplius quàm Pater, ſcilicèt eſt Filius. Nam eſſe Filium aliquid eſt, & non eſt eſſe Patrem.

Aliqui concedunt Deitatẽ non eſſe adæquatè idẽ cũ ſingulis perſonis.

15.

Ariſtot.

Sed commemorãdum eſt ex Ariſtot. 5. Metaphyſ. tex. 15, quòd non identitas facit neceſſariò multitudinem. Nam idẽ eſt illud quod non diſtinguitur à ſe ipſo; & illud quod à ſe ipſo non diſtinguitur, vnum eſt: quare negatio identitatis inducit negationem vnius, & affert multitudinem, & diſtinctionem. Vbi ergo eſt non identitas, eſt diſtinctio, vt iam anteà probauimus contra Ioãnem Scotũ. Dicendum ergo quòd eſſentia omninò eſt idem cum Patre, & omnino etiam eſt idem cũ Filio; & quòd eſt aliquid quod non eſt Pater: ſiue potiùs eſt aliquis, qui non eſt Pater, quia genus neutrum refert

Ex affirmatione identitatis inter Deitatẽ, & Filium qui non eſt Pater,

non ſequitur negatio identitatis inter Deitatem, & Patrem.

refert naturam, maſculum perſonam, vt libr.5.dicemus. Sed indè non colligitur non identitas; quia ab affirmatione non ſequitur negatio: ſed benè colligitur quòd eſſentia eſt aliqua res, quæ non eſt Pater, ſcilicèt, eſt Filius qui nõ eſt Pater; affirmatio enim colligitur, non verò negatio. Exemplũ eſt in Philoſophia, actio enim in ſui definitione includit motum; cuius rei cauſa habet maiorem identitatem cum motu, quàm cum paſsione quã non includit:& ita in ſenſu identico conceditur à viris doctis, quòd motus ſit actio & paſsio; & negatur cum Ariſtotele quòd actio ſit paſsio. Nulla igitur eſt conſequentia, motus eſt aliquid quod nõ eſt actio, quia ſcilicèt eſt paſsio quæ non eſt actio; ergo motus nõ eſt actio, arguitur enim ab affirmatione ad negationẽ.

Exemplum.

Sic motus affirmatur eſſe aliquid quod non eſt actio. ſc.paſsio:& tamẽ non ſequitur negatio, ergo motus nõ eſt actio.

16. Conſiderandum verò eſt, quòd natura, & perſona diſtinguuntur ratione formali ſiue definitione, licèt natura includatur in perſona; diſtinguuntur enim vt includens & incluſum, quod lib 4.docebimus. Quarè falſò aliqui concedunt naturam & perſonam, ſiue naturam, & relationem, eſſe vnam rationem formalem adæquatam. Id enim ſi verum eſſet non poſſet intelligi, quòd in natura vna eſſent tres perſonæ: nam ſi ratio eſt adæquata, eſt eadem ratio vtriuſque, ſcilicèt perſonæ, & naturæ; ergo idem concipio mente, cum audio nomen naturæ, & nomen perſonæ; ſed natura eſt vna; ergo & perſona vna, quod eſt hæreticum. Et in ſingulis perſonis, ſi eadem eſt notio Patris, & Deitatis, nihil eſt Deitas, niſi ſolus Pater; Filius verò, qui non eſt Pater, neque Deitas erit. Pater ergo & eſſentia eſt res vna adæquata, ſed non eſt vna ratio formalis, ſed duæ; alia quippè eſt ratio perſonæ, & alia ratio eſſentiæ, ſiue naturæ.

Cõtra aliquos; Natura & perſona non eſt vna ratio formalis adæquata.

Probatur.

Natura & perſona eſt vna res adæquata.

Reſponſio.

17. Ad primum.

AD primum argumentum reſpõdetur, quòd vtroq; modo poſſunt explicari verba Symboli: ſi enim coniunctìm dicas, *Credo in vnum Deum Patrẽ*; non eſt neceſſe quòd Filius ſit vnus ille Deus Pater, ſed ille vnus Deus qui eſt Pater. Si verò interiecta virgula ſepares ſententiam, *Credo in vnum Deum Patrem*, id eſt, qui vnus Deus eſt Pater, non propter hoc diſtinguimus Deitatem à Patre; ſed de vno vero Deo aſſerimus

A quòd Pater ſit, & Filius, & Spiritus Sanctus. Ad confirmationem reſpondetur quòd S. Auguſtinus duo obſeruat in Sãctiſsima Trinitate, ſcilicèt ſubſtantiam, & relationem; in ſubſtantia omnia ſunt communia, relatione autem diſcreta, vt ſæpiùs repetit. Cùm ergo ait, quòd *Pater non eſt eo Deus, quo Pater*; ſignificat quòd Pater ſubſtantiã, hoc eſt, eſſentiã eſt Deus; relatione verò eſt perſona diſtincta. Cum verò ait, quòd *Pater eodem eſt ſapiens, quo Deus*, oſtendit in ſubſtantia nihil eſſe diſtinctum, quia idem eſt ſa-

Ad cõſirm. ex S. Auguſt.

Vterq; locus explicatur. Prior de relatione diuina.

Poſterior de ſubſtantia.

B pientia, & Deitas: non tamẽ aſſerit quòd relatio, & ſubſtantia, diſtinctæ res ſint; ſed quòd ad diuerſam pertineant conſiderationem; quia ſubſtantia communis eſt, relatio verò eſt proprietas perſonæ: & ita relatione diſtinguitur Pater à Filio; ſubſtantiã non diſtinguitur; ideò enim Patres coacti ſunt aſsignare proprietates perſonarũ, vt libr.4. dicemus.

Ad ſecundum reſpondetur, quòd accurata loquutione dicendum eſt, Deitatẽ eſſe in tribus perſonis; non verò Deũ eſſe in perſonis, ſed Deum eſſe ipſas perſonas. Cum verò quæritur, quis ille ſit 18.

Ad 2.

Accurata loquutio eſt hæc Deitas eſt in perſonis. Deus eſt ipſæ perſonæ.

C Deus, qui non eſt vnica perſona, ſed plures? Reſpondendum eſt, quòd eſt Deus hic vnus, quẽ colimus; non enim eſt alius Deus præter vnum. Nam, quia homines ſunt plures, & plures naturæ in perſonis pluribus; cum quæritur, quiſnam homo? non ſolùm quæritur de ſingulari natura, ſed etiam de perſona. Cum verò Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, non ſint Dij plures, aut naturæ plures, ſicut ſunt homines plures; cum dicitur, quis Deus? Non quæritur, quæ perſona diuina? Sed natura quęritur, quia interrogatio eſt de nomine naturæ, Quis Deus? Ideò reſpõdendum eſt, hic Deus vnus, & ſolus verus Deus, eſt Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus.

De nomine naturę eſt hęc interrogatio. Quis Deus? non perſonæ plures?

Ideò reſpondẽdum, eſt Deus vnus; qui eſt Pater, &c.

D Reſpondetur igitur quòd neque Deus Pater eſt Filius; neque idem Deus Pater; neque alius Deus: nam Deus Pater, ſiue idem Deus Pater, eſt perſona diſtincta à Filio; alius verò Deus eſt natura diſtincta à Deo, vt dicemus lib.5. Sed benè idem Deus qui eſt Pater, eſt Filius, & Spiritus Sanctus; quia Deus vnus eſt.

Ad tertium reſpondetur, rectè probari, quòd id quod non generat non eſt Pater, ita vt non ſit relatione denominatum, nec dicatur Pater quaſi habens 19.

Ad 3.

Pater rectè dicitur ſe totum communicare Niſi totum accipias ſyncathegorematicè.

dicitur ſe totum communicare, cum cōmunicet quicquid ſui communicabile eſt, ita vt ſit accommodata loquutio. Si verò accipias totum ſyncathegorematicè quod eſt ſecũdum omnem partem, non communicat ſe totum ita vt paternitatem etiam communicet. Cum verò arguis, ergo cōmunicat partem ſui. Negatur; quia in Deo non ſunt partes; ſed communicat naturam non perſonam, ſicut generat perſonam non naturam. Ad hæc enim contradictoria ſatis eſt diſtinctio rationis, vt antea quoque obſeruauimus.

Communicat naturam, non perſonam; ſicut generat pſonam, nō naturam.

24.

Ad 7.

Natura diuina, & perſona vna, eſt res vna, & eadem adęquatè, adęquatione entis realis.

Ad ſeptimum argumentum, quod doctos etiam vrget, reſpondetur facilè, quòd natura diuina & perſona vna, ſunt res vna & eadem adæquatè, ita vt adæquatio expendatur ſecũdum totam entis latitudinem: ſicut enim impoſsibile eſt quòd aliquid ſit maius ſe ipſo, aut ſe ipſum excedat, nullaque res eſt magis alteri adæquata, quàm ipſa ſibi, ſi ſecum comparetur; ita natura diuina & perſona vna cum ſit res eadem omninò, eſt quoque omninò adæquata. Sed tamen ſolo numero videntur inadæquata, numero, inquam, non quo ipſa natura numeretur; ſed quia in natura eſt numerus perſonarum, qui non eſt in ſingulis perſonis: cum autem is numerus non ſit naturæ, quo ipſa numeretur, ſed perſonæ, nullo modo imminuit naturæ vnitatem. Negatur ergo quòd perſona & natura non ſint omninò res eadem adæquatè aut ex parte aliqua, imò impium eſt hoc aſſerere. Et hoc argumentũ conuincit quòd ſi Pater & eſſentia nō eſſent adæquatè idem reali identitate, eſſent aliqualitèr re ipſa diſtincta.

Solo numero videntur inadæquata, quatenùs in natura eſt numerus, non ipſius naturæ, ſed perſonarum, qui nō eſt in ſingulis perſonis.

Impiũ eſt negare iſtam adęquationem.

25.

Ad 8.

Relatio creata affert ſubiecto propriam naturam, & aliquod nouum eſſe, ſaltèm ad aliud.

Diuina nō ſic, ſed eſt ſola proprietas perſonæ, ideòq; ſimplicisſima.

Ad octauum reſpondetur, quòd relatio creata, eò quòd habet naturam & exiſtentiam propriam, aliquam affert compoſitionem; eſt enim aliquod eſſe ipſius ſubiecti quòd ſit ad aliud: diuina verò relatio, quia eſt ſola proprietas perſonæ, nec affert nouum eſſe, vt lib. 4. dicemus, ſimplicisſima eſt; neque diſtinguenda eſt à natura, propter rationes, quas ſuperiùs poſuimus; De qua etiam re lib. 3. eſt agendum.

26.

Ad vltimum.

Compoſitionem affert ordo dependentię, propter quem ſe reſpiciũt, & vniũtur partes cōponentes ens per ſe.

Ad vltimum reſpōdetur, ſingulare eſſe in Deo quòd res plures conueniant in aliqua vnitate abſque vlla compoſitione, vt diximus; & ratio eſt, quia res creatæ, quæ conueniunt in vnitate non per accidens vt aggregata, ſed per ſe, aliquã dependentiã habent, & cohęrentia ſunt, & ideò concreſcunt in vnum quaſi conflatum & compoſitum, quod etiam in argumento proponitur: diuinæ autem perſonæ, vt ſuprà docuimus, inter ſe ita diſtinctæ ſunt, vt ſolo ordine originis ſe ſe reſpiciant; origo autem potiùs diſtinguit quàm coniungat, & ſimilitèr relatio; ergo ſecundum proprietates ſuas nō coniunguntur, ſicut partes componētes coniunguntur, vt compoſitionem efficiant. Verba autem S. Thomæ expendenda ſunt, dum ait, illud vnum, in quo plura ſunt, compoſitum eſſe. Intelligendum enim eſt illud, vnum in quo plura ſunt ita, vt per ea eſſe habeat, & denominationem; id enim quod à pluribus pendet, ab ijs etiam nominatur, & compoſitum eſt: id autem in quo ſunt plura ſolùm identicè, à quibus non pendet, nec nominatur ab ijſdem, non eſt neceſſe eſſe compoſitum: quod rectiſsimè dixit S. Gregor. Naziãz. oratione ad Euagrium. *Quod ſimplex eſt*, inquit, *vnius formæ eſt, numeriq; expers*. Cum ergo diuinæ perſonæ non ſint formæ Deitatis, nō euertũnt illius ſimplicitatem; aliàs diuina natura eſſet compoſita ex perſonis pluribus, vt argumento oſtenditur. Quia ergo perſona Chriſti, de qua ſermo erat, habet eſſe humanum, & diuinum, & ab vtraque natura denominatur, dicitur ex vtraque compoſita. Vnde etiam eruitur argumentum, ex perſona Verbi, & humanitate non effici compoſitum vnum, ſicut accidit in humanis; quia non eſt aliquid vnum, quod ex duabus partibus componentibus eſſe habeat, ſed ſola humanitas habet eſſe à Verbo, quod ſuprà diffuſiùs tractauimus.

Ordo originis quo ſolo perſonæ diuinæ ſe reſpiciunt, & ſimilitèr relatio, potiùs diſtinguit, quam coniungat, ſeu componat.

S. Thomas explicatur.

Illud vnũ cōpoſitum eſt in quo plura ſũt, ita vt per ea habeat eſſe & denominationē. Non autem in quo ſunt plura ſolùm idēticè.

Nazianz.

Primum conſectarium.

Secundum.

Tertium.

***

* Finis Libri primi. *

 LIBER

LIBER SECVNDVS
DE PROCESSIONE SPIRITVS SANCTI.

Ad caput vſque octauum tractatus eſt philoſophicus: indè inchoatur Theologica diſputatio.

CAPVT PRIMVM.

Amorem à dilectione diſtingui neceſſe eſt.

1. QVONIAM omnis diſputatio Theologi ex principijs fidei, cum ijs, quę ſunt Philoſophię coniuncta, proficiſcitur; antequàm accedamus ad diuinas proceſsiones, quæ in operatione intelligibili collocantur, de ipſa operatione creata, quam nouimus, quædam nobis ſunt per nonnulla capita diſputāda. Prima autem quæſtio in proſpectu eſt, de diſtinctione, ſeu diſcrimine inter intellectionem, & verbum, inter dilectionem, & amorem. Niſi enim hæc aliqualitèr diſtinguerentur, inutiles eſſent communes diſceptationes, An procedat verbum per intellectionem? An ſit verbum neceſſarium? & aliæ quas hoc loco tractabimus; ceſſant enim hæ quæſtiones, ſi idem ſit verbū, & intellectio.

Caput diuiditur in partes tres.

Prima pars. *De multiplici vſurpatione Verbi.*

Secunda pars. *Verbum diſtinguitur ab intellectione re ipſa.*

Tertia pars. *Amor diſtinguitur à dilectione re ipſa.*

PRIMA PARS.

De multiplici vſurpatione Verbi.

1. Verbum primò pro verbo mentis.

VErbum autem dicitur propriè id quod mens profert, intelligendo; A loqui enim eſt intelligentis. Sed quoniā homo inſtrumentū vocis aſſumit ad declarandum verbum internum, ipſa vox quæ ex inſtituto hominis ſignificat verbum mentis, dicitur quoque verbum; quaſi ſignum & inſtrumentum quo mens aperit internum verbum; verbum enim eſt quod mentem aperit, ſeu declarat. Adhùc verò dicitur verbum, illud idolum, ſeu ſimilitudo verbi externi, quod manet in cogitandi facultate ſenſibili; quicquid enim operamur ad extra, priùs cogitādi operatione meditamur, in qua eſt ſimilitudo rei externæ quam operamur: dum ergo proferimus vocem ſigni- B ficantem, quę eſt verbum, ſimilitudo ipſius verbi vocalis, quæ manet in cogitante, dicitur quoque verbum. Et hæc docet S. Ioānes Damaſcenus lib. 1. cap. 18. *Verbum rurſus eſt*, inquit, *naturalis mentis motio, ſecundum quam mouetur, intelligit, & cogitat, velut lux ipſius exiſtens atque ſplendor. Verbum rurſus eſt quid internum, & in corde promitur. Et iterùm. Verbum eſt nuntius intelligētiæ, &c.* Eodem modo diſtinguit verbum S. Auguſt. 15. de Trinitate cap. 10. quos C Auctores ſequutus eſt S. Thomas 1. p. q. 34. art. 1. & q. 8. de Potentia artic. 1. multa differit de Verbo, & de Veritate q. 4. art. 1. & Opuſcul. 53.

Secundò pro voce ſignificãte.

Tertiò pro verbi vocalis idolo ſenſibili in cogitatiua.

S. Damaſc.

S. Auguſt.
S. Thom.

Vbi opus eſt eſſe admonitos, non omnia, quæ ſunt in intellectū, poſſe eſſe in vi 2. Aduertend. 1.

cogita-

Verbo mentis verbum vocale adæquatur, non verbum cogitatiuæ.
S. Auguſt. S. Thom.

cogitatiua; quia quædam intelliguntur quæ non cogitantur vi illa ſenſibili: omnia autem quæ intelliguntur ſignificantur voce, quæ eſt ſignum conceptus. Idcircò videtur S. Auguſtin. & cum eo S. Thom. in cogitatiua poſuiſſe exemplum verbi, quod eſt imago non rei, ſed vocis proferendæ. Sed quandoque verbum in intellectu, & in cogitatiua, & voce editũ, ſunt ſigna eiuſdem rei inter ſe congruẽtia.

Caietano refragãte quo ad verbum cogitatiuæ, ait S. Thomas quodlibet ex his tribus verbis eſſe verbũ propriè.

Thomas Caietanus credidit ſenſibile idolum quod cogitando proferimus, non eſſe verbum, dicique verbum quaſi extrinſeca appellatione, & impropria, quatenùs repræſentat ſignum ſenſibile, quod verbum dicitur, puta vocem ſignificantem, quam concedit propriè dici verbum. Sed Doctor Sanctus in articulo conceptis verbis ait hæc tria dici verbũ propriè, ſcilicèt quod intellecta proferimus, quod voce edimus, quod cogitatione ſenſibili producimus.

Verbum cogitatiuæ cur ordine tertium ponatur à S. Thom.

Ordine verò tertium poſuit verbum in cogitatione, eo fortè quod illud non adæquatur verbo mentis, ſicut verbum ſenſibile, vt diximus. Præcipuum itaque verbum eſt in intellectu, ſiue in mente, vt docet idẽ S. Thomas cum S. Auguſt. 15. de Trinitate c. 11. Cui verbo ſignificatione coæquatur vox prolata. Verbũ autem in vi cogitãdi eſt ſignificatione anguſtius, ſed propriè verbum; maximè cum ſit quædã participatio verbi intelligibilis. Cæteri ſenſus non producunt verbum, vt docebimus.

S. Thom. S. Auguſt.

Hoc non dicitur verbũ extrinſeca appellatione, & impropria, ſed naturali repræſentatione rei.

Quarè verbum in cogitandi facultate non dicitur hoc nomine, quia repræſentat verbum ſenſibile, quæ eſt extrinſeca appellatio: ſed quicquid repræſentat verbum iſtud, naturali repræſentatione declarat, & eſt quædam rei imago producta, quæ eſt verbi eſſentia; & idcircò propriè verbum dicitur.

3.
Verbum impropriè prò re dicta, vel effecta per verbũ.

Dicitur adhùc verbum impropriè, vel res ea, quæ ſignificatur per verbum, vel etiam quæ per verbum fit, ſcilicèt per artem; cũ arte enim operatur ſimul cognitio, & verbum. Itaque res dicta ſiue effecta per verbum, dicitur per metaphoram verbum; ſicut effectus nominatur nomine cauſæ. Vndè illud Paſtorum pergentiũ Bethleem, *Videamus hoc Verbum quod factum eſt.* Et Clem. Alex. lib. 5. Stromatum ait, Barbaros ideam, quæ eſt id quod intelligitur, dixiſſe verbum.

Clem. Alex.

4.
Aduert. 2. S. Thom.

Aduertendum etiam eſt cum eodem S. Thoma art. eodem, quòd ſicùt verbũ intelligibile procedit ab intellectu; ita Verbum prolatum voce procedit à cogitatiua, vt docet S. Thomas 2. de anima, tex. 90. Et ſimilitèr dicendum quòd verbum in cogitatiua ab eadem potentia procedit. Et ita nullum eſt verbum propriè dictum, quod non procedat à vi cognoſcitiua. De Verbo autem præcipuo quod eſt in intellectu hoc loco diſſeremus, quod etiam dicitur verbũ mentis ea ſignificatione qua intellectus mẽs dicitur.

Nullum eſt verbum propriè dictum, quod non procedat à vi cognoſcitiua.

5.
Quæſtiũcula.

Solet etiam ab Scotiſtis diſputari, An omnis intellectio, quæ ab intelligente procedit ſit Verbum? Cui quæſtioni facit locum S. Auguſt. 9. de Trinit. cap. 9. vbi ſic ait, *Rectè enim quæritur, vtrum omnis notitia ſit verbum, aut tantùm amata notitia?* Henricus quodlib. 2. q. 6. ait non omnem intellectionem eſſe verbum, ſed illam quæ declarat obiectum; quaſi ſit quædam intellectio declarans obiectum, quædam verò quæ id nõ declaret. Ioannes verò Scotus d. 27. art. 3. hoc explicat dicens cognitionem reflexam eſſe verbum, quia declarat cognitionem præcedentem.

S. Auguſt.
Henrici opinio.
Explicatur à Scoto.

Et quidèm S. Auguſt. declarat verbum, non quoduis, ſed perfectum, quod eſt verbum amatũ; appellat autem verbum amatum earum rerum, quæ amantur notitiam, & eorum quæ per deſideriũ inquiruntur, & poſteà parta quaſi reperta dicuntur: vndè verbum partum dicit eſſe verbum perfectũ poſt rerum inueſtigationem comperta, vel reperta veritate. Et hoc idem inſinuat S. Thomas q. 9. de Potentia art. 9. dicens, non perfici ipſum intelligere, niſi concepto verbo: ante quod verbũ dicimur cogitare, ſed non intelligere; quod fortè explicandum eſt de intellectione perfecta, & verbo perfecto. Sed ibidem docet Auguſt. omne illud quod nouim' eſſe verbum menti impreſſum; eo ſanè loquendi more quo S. Thomas docet rẽ cognitam eſſe verbum in mente. Quæ optimè conſonant cum opinione S. Doctoris diſtinguentis verbum ab intellectione.

Apud S. Auguſt. Verbum amãtium eſt verbum perfectũ.
S. Thom.
Ex S. Aug. & S. Thom.

Reſolutio. Non intellectio, ſed omnis terminus intellectionis eſt verbum.

Et ita dicendum eſt omnem terminum intellectionis eſſe verbum; perfectum quidèm ſi ſit cum amore coniũctum, & facta rei inueſtigatione, partaq; veritate dilucidum; ſin minùs eſſe verbũ imperfectum. Henricus verò cognitionem reflexam vocat declaratiuam; quia ea quæ repræſentat cognoſcentem, imi-

Cõtra Henricum

tatur

arguit Scotus.

tatur diuinum Verbum, quod eſt perfe-ctum. Contra quem Scotus d.27.q.3.litera G. decernit eſſe declaratiuum non ſufficere ad verbum; cum eſſentia diuina declaret omnia, & tamen non ſit verbum: ſed cognitionẽ genitam eſſe Verbum aſſeuerat, quęcũque illa ſit ſiuè imperfecta, ſiuè perfecta. Nos verò non cognitionem, ſed terminum cognitionis verbum dicimus, eſto imperfectum ſit aut perfectum, vt ſtatim diſputabimus.

Contra vtrũque eſt reſolutio.

SECVNDA PARS.

Verbum ab intellectione re ipſa diſtinguitur.

1\. Reijcitur vt figmentũ, verbum eſſe ipſã rẽ intellectã. *Quidã apud Durand.*

AB hac diſputatione detrudendum eſt figmentum illud opinantiũ verbum non eſſe formam aliquam in intellectu noſtro adhærentem; ſed eſſe rem ipſam, quam intelligimus, & idcircò dici verbum quia intelligitur à nobis, vt refert Durandus d.27.q.2. quoſdam eſſe opinatos. Reijciũtur etiam alij dicentes verbum eſſe rem ipſam intellectam prout eſt in intelligibili intentione, hoc eſt, prout accipit ab intellectu ſpeculante aliquod eſſe intelligibile. Quæ fuit Aureoli opinio apud Ioannem Capreol. d. &q.eadem: pro qua opinione teſtabatur Comment. 3 de Cœlo com.104. vbi ait, quòd varia figura Lunæ, quã oculis cernimus, non eſt in rerum natura, ſed tantùm apparet: quare & in intellectu dicebat Aureol. eſſe quandam rerum apparentiam, & eam dici verbum.

Vel eſſe rem intellectam ſic.

Aureol.

Commentat.

2\. Eorum verò qui rectè quidèm poſuerunt verbum intelligibile in intellectu, Ægidius Roman. quodlib.3.q.12.13. & 14. verbum ait eſſe ipſam ſpeciem intelligibilem impreſſam, quam nos ponimus intellectionis principium. At cùm verbum ſit terminus intellectionis, vt diſputat S.Thomas 1.contra gent.c.53. & nos oſtendemus poſteà; nihil longius abeſt à veritate, quã vt dicatur eſſe eiuſdem intellectionis principium. Atqui hic etiam Doctor verbum credit eſſe rẽ diſtinctam ab intellectione, ſiquidèm eſt ſpecies impreſſa, quam nullus dubitat ab intellectione diuidi re ipſa. Quòd etſi Ægidius verbum dicat ſpeciem non ipſam, quæ eſt in memoria perpetuò aſſeruata, ſed aliam productam à memoria, quæ ſit cum intellectione copulata; nihilominùs in eodẽ errato perſiſtit, quòd verbum, quod proculdubio eſt terminus intellectionis, affirmat eſſe principium.

Ægidius ait eſſe ſpeciẽ impreſſam.

Refellitur.

S. Thomas.

3\. Contra Ægidium, qui credidit verbũ antecedere intellectionem, firma eſt cõmunis Doctorum exiſtimatio, qui verbum antè intellectionẽ nullum eſſe conſentiunt. Sed tamen eorum nonnulli in altero aberrant à vero, quòd opinantur verbum eſſe ipſam intellectionem. Hoc teſtatur Durand. d.27 q.2. & Ioannes Scotus d. eadem q.3. & d.3. q.vltima, & d.6.q.1. & eorum nonnulli ſectatores.

Contra Ægidium Doctores communitèr.

Reijciuntur opinantes eſſe ipſam intellectionem, ſcil. *Durand. Scotus, &c.*

4\. Communis tamen firmaq; Thomiſtarum eſt opinio, quòd verbum ab intellectione ſaltèm formalitèr diſtinguatur. Vbi iam oportet animũ attẽdere, quòd verbum mentis, de quo loquimur, eſt quædam imago in mente conſtituta, in qua rem intelligimus; diciturque etiam ſpecies expreſſa, ſeu forma, & exemplar rei intellectæ: intellectio autem eſt ipſa mẽtis cognitio, ſeu aſpectus, & intuitus. Neque ab his nominum interpretationibus illi diſcordant; ſed aiunt ipſam intellectionem eſſe imaginem, & ſimilitudinẽ. Sed ſanè alienum à ratione eſt, vt negent verbum, & intellectionem definitione ſaltèm diſtingui, atque adeò ex natura rei, & formalitèr. Quòd autem intellectio non ſit formalitèr imago, aut ſimilitudo rei, euidentèr oſtenditur: nam rem intelligimus in imagine; ergo diſtincta oportet eſſe intellectionem, & imaginem. Adhùc, imago non eſt operatio, ſed operationis effectus, aut obiectum, ſeu terminus; intellectio autem eſt operatio: nam, vt docet Ariſtoteles 10. Ethicor.cap.3. operationes virtutũ non ſunt qualitates. Et 9. Metaphyſ.tex.16. actiones immanentes tradit, de quarum numero eſt intellectio; eſt ergo intellectio operatio, & actio; imago autem actio nõ eſt; ergo aliqualitèr hæc diſtingui neceſſe eſt.

Thomiſtarũ opinio.

Inter omnes conuenit, verbum mentis quid?

Intellectio quid?

Probatur opinio. 1.

Probatur 2.

Ariſtot.

5\. Quidam reſpondent, intelligere, non eſſe operationem, neque actionem; ſed in aliquo imitari actionem, quia pendet à cauſa conſeruante, vt calefactio à caleſaciente; & quia reſpicit terminũ, ſicut actio terminum habet: & idcircò recenſeri ab Ariſtotele in numero actionum; æquiuocè tamen, cũ re ipſa non ſit actio, ſed ſolo nomine. Sed quis non videat quàm futilis ſit reſponſio, Ariſtotelem feciſſe diuiſionem æquiuocã maximè, cũ ibidem

Rada controuerſia.7. Reſponſio. Intellectionẽ ab Ariſt. vocari actionẽ ob duplicem ſimilitudinem cum actione.

Eã eſſe futilẽ oſtenditur. 1.

Digitized by Google

A ibidem conſtituat differentias vtrarũq; actionum. Nam ſi actiones immanentes nõ ſunt verè actiones, ſed ſolo nomine, non oportebat illas diſtinguere per differentias, ſed reijcere illas à veris actionibus neceſſe erat, quod Ariſtoteles non facit; imò earum conditiones tradit, & actiones has immanentes præfert.

Oſtẽditur. 2.

Prætereà lumen, ſiue ſplendor, pendet à cauſa conſeruãte, & tamẽ non dicitur actio: imago verò reſpicit obiectum quod repræſentat, ſicut verbum; & tamen non dicitur actio: ergo neutra ſimilitudo eſt cauſa, vt intellectio dicatur actio.

Non vocari actionem ob vtrãque ſimilitudinẽ ſimul. Probatur.

Neq; verò, eò quòd intellectio habeat vtrãq; ſimilitudinem ſimul, actio eſt; ſiquidẽm hæ conditiones non ſunt propriæ actionis, cum extra illam inueniantur: ergo B propter eas conditiones communes, nõ proprias actionis, non potuit comprehendi nomine actionis id quod nõ eſſet vera actio.

Oſtenditur. 3.

Prætereà tertia cõditio actionis, quam ſolam aiunt deeſſe intellectioni, vt ſcilicèt producat terminum ſuum, eſt ad libitum illorum excogitata, cum Ariſtoteles eo loco ponat actiones non habentes terminum productum: quòd ſi illa eſſet præcipua ratio, & eſſentialis veræ actionis, irridendus eſſet Ariſtoteles qui poneret actiones non producentes terminum; niſi ſimul eaſdem reijceret à veris actionibus, eò quòd terminum nõ producerent; quas ille non reijcit, ſed C nobiliſsimas teſtatur.

6. Reſponſio *Vaſq. diſput. 141. cap. 4.*

Quidam videntur ſibi hanc opinionẽ facere veroſimillimam; aiunt enim intellectionem appellari actionem, quia ſignificatur per modum actionis, quam vocant actionem grammaticam, ſolo ſignificandi modo: quia verba actiua ſignificant per modum actionis: intelligimus ergo verbo, quod eſt ipſa intellectio; ſed verbum non ſignificat actum intelligen- D di per modum actionis, ſicut ſignificat intellectio. Prætereà aiunt verbum eſſe ipſam loquutionem & dictionem, qua loquimur ſiue dicimus, quæ intelligimus: ipſũ autẽ verbũ propriè nõ dici, ſed produci.

In quo diſcordet à Scoto.

Et hac in re diſcordant à Scoto aſſerente productionẽ verbi eſſe loquutionem. Et hac ratione cauent ſibi ab illo argumento, quod contra Scotum eſt clariſsimum; nam ſi producere verbum eſt dicere & loqui, dicere autem & loqui eſt intelligere; ſicut producere verbum eſt actio ex natura rei diſtincta à verbo, ita & ipſum intelligere ex natura rei à verbo diſtinguitur, & antecedit verbũ.

7. Improbatur 1. ex Ariſtot. ſupra.

Hi tamen Doctores imprimis cum Ariſtot. non conſentiunt, inducente veras actiones immanentes, vt comprobatum eſt; neque enim ſolo nomine actiones eſſe putauit, quo ſolo nomine vocãt actiones grammaticales.

Secundò.

Sed neque reſpondent propoſitis argumentis. Imago enim à cognitione per imaginem neceſſariò diſtinguitur. Et imago repræſentat alicui cognoſcenti; quare neceſſe eſt, vt ſit ab ipſa cognitione diſtincta: cum ergo verbum ſit imago repræſentans, à cognitione diſtincta eſt ex natura rei.

Cognitio non eſt ipſa repræſentatio, ſed motus, &c.

Neque verò cognitio eſt ipſa repræſentatio, quia repræſentatio eſt cum alicui cognoſcenti fit præſens res: ergo ipſa cognitio non eſt repræſentatio, ſed eſt motus in rem repræſentatam per imaginem repræſentantem.

Declaratur. Cũ dicimur intelligere in verbo, non ſignificatur cauſa formalis.

Hoc ipſum declaratur modo loquendi philoſophico; aimus enim nos intelligere in verbo, & ſignificatur verbum, vt medium inter cognoſcentem, & rem cognitam. Nam etſi nos intelligere verbo, aut per verbum velint explicare, tanquam per cauſam formalem, ſicut intellectione, vel per intellectionem intelligimus; tamen quòd intelligamus in verbo, non ſignificat cauſam formalem, ſed medium intelligibile ab intellectione neceſſariò diſtinctum.

8. Loquutio, ſeu dictio non eſt verbum. Non eſt ſola productio verbi.

Quod autẽ aiunt verbum eſſe ipſam loquutionem, falſum eſt; ſed eſt potiùs inſtrumentum loquentis à loquẽte prolatum: proferre enim verbum, dicere, & loqui, amplius ſignificat quàm producere: Deus enim in nobis producit verbũ noſtrum, quo verbo Deus non loquitur, ſicut neque verbo noſtro intelligit; loqui enim eſt ipſum intelligere, vt dicemus.

Quid ſit.

Proferre ergo verbum eſt declarare aliquid verbo, & ipſum declarare eſt intelligere:

Antecedit verbum.

quare ſicut proferre verbum antecedit verbum, ita & intelligere antecedit; & verbum ipſum dicitur, hoc eſt, profertur, & exprimitur.

Verbum propriè dicitur. Obiectio Vaſquij futilis.

Probãt illi verbum non dici propriè, argumento vaniſsimo, quia ſi quis cogitabundus rogetur, quid mente dicat? reſpondebit rem illam, de qua cogitat.

Reſponſ.

Sanè ſcitè, ac probè iuxta mentem interrogantis; neque enim ille interrogat de conceptu mẽtis, ſed de re cognita per cõceptum. Theologorum tamen communis aſſertio eſt, verbum

Digitized by Google

verbum quoque dici; non eadem ſignificatione,qua rem dicimus, hoc eſt,intelligimus; ſed quia ipſa intellectione rei, verbũ proferimus: aliàs producere verbum non eſt dicere; ſed de intellectione producere, hoc eſt verbum dicere, iuxta illud, *Eructauit cor meum verbum bonũ.*

De intellectione producere eſt verbum dicere.

9. Alia obiectio eiuſdem.

Objiciunt tamẽ non idem eſſe intelligere, & producere verbum, ſiquidèm non idem eſt verbum productum, & res intellecta. Hoc argumentũ duobus peccat, tum quia ponit idem eſſe omninò intelligere, & producere verbum; cum iſtud aſſertum neceſſariũ non ſit ad opinionem tuendam; multi enim Thomiſtæ hoc negant: nam etſi affirment cum S. Thoma verbum de intellectione procedere, negant ipſam intellectionem eſſe productionem verbi, ſed eſſe quaſi principium actiuum, de quo verbum oritur: tum etiam quia etſi fateamur intelligere eſſe formalitèr ipſam verbi productionem, aliqua tamen ratione diſtinguũtur, vt poſteà explicabimus: neque illa conſequentia boni æſtimanda eſt, eodẽ actu formalitèr intelligimus quo verbũ producimus; ergo res intellecta eſt ipſum verbum productum, vt hoc libro dilucidiſsimè oſtendemus.

Reſpond. 1. iuxta multorum Thomiſtarum opinionem.

Reſpond. 2. licèt intelligere ſit formalitèr Verbi productio, tamen aliqua ratione diſtinguũtur.

10. Contra *Scotũ, & ſectat.* fatẽtes in Deo verbũ eſſe perſonale, & intellectionem eſſentialem. Arguitur ad hominem.

Atqui de Verbo diuino eſt nobis vehementior diſputatio, cum Ioanne Scoto, & ſectatoribus. Confitẽtur enim Verbum diuinum ſignificare perſonam, non eſſentiam; intellectio autem ſignificat eſſentiã: ergo ſaltèm in diuinis hæc differunt ſuis rationibus formalibus, ſcilicèt intellectio, quæ eſſentialis, & Verbũ quod eſt perſonale. Reſpondent omnes hi cum Scoto, duplicem intellectionẽ in Deo meditandam eſſe, aliam eſſentialẽ, quæ non eſt verbum, aliam procedentẽ, quæ eſt verbum; verbum enim eſſe intellectionem procedẽtem. Itaque non omnem intellectionem eſſe verbũ, ſed omne verbum eſſe intellectionem, & intellectionem eſſe quid cõmunius, ſiue vniuerſalius, quàm verbum.

Reſponſio diſtinguens duplicem intellectionem.

11. Refellitur inferendo diſtinctionem. 1. abſolutè.

Verùm ex hac doctrina illud primùm liquidiſsimè conſtat, verbum non eſſe idem omninò cum intellectione, ſiquidèm verbum addit aliquid ad intellectionem; quare ſynonima non ſunt, vt quidam falſò arbitrantur: nam in Deo intellectio eſt eſſentialis, verbum perſonale. Et hoc idem in nobis confitendum eſt: nam ſi verbum in nobis ſignificat ſolam intellectionem, hoc ipſo conceptu poteſt attribui diuinæ intellectioni eſsẽtiali, quod illi meritò recuſant: ergo etiã in nobis verbum addit aliquid ad intellectionem, ſcilicèt quòd procedat, quòd ſit producta ſiue prolata intellectio, vt Scotiſtæ dicunt.

2. etiã in creatis.

12. Refellitur deindè probando verbum nõ eſſe formaliter intellectionẽ productã, præſertim in creatis.

Quòd verò non ſit ea ratio formalis verbi, tum in rebus creatis, tum in diuinis, cõprobatur. In rebus quidèm creatis, quia produci eſt quædam ratio formalis diſtincta ex natura rei à re quapiã producta; quia produci eſt motus, ſiue paſsio, quæ diſtinguitur ex natura rei ab alijs rebus prædicamentorum; ſed duæ rationes formales, maximè verò quę ſũt genere diſtantes, non ſignificantur vno nomine, & conceptu; eſſet enim æquiuocatio: ergo nomen hoc, verbum, non ſignificat intellectionem productam; ſed ſimplicitèr aliquã formam vnam, & eandem, quæ proprio conceptu ſit verbum, ſecluſa illa adiectione quòd ſit producta. Poſſemus reſpondere argumẽto, nomen verbi ſignificare intellectionem ſolam; ſed modo quodam ſignificandi, eodem conceptu indicari ordinem procedentis quaſi in obliquo. Ex quo reſponſo primùm obtinemus intellectionem & verbum diſtingui conceptu, & non eſſe ſynonima. Sed adhùc refringimus ipſum reſponſum; nulla enim ratio occurrit, quare in rebus creatis inditum ſit nomẽ peculiare ad ſignificandam intellectionem procedentem; cum omnis intellectio procedat, ſicut & cæteræ res ſunt procedentes, & non eſt opus ſignificare illas nominibus proceſsionum. Aliquid ergo Philoſophi voluerunt declarare nomine verbi, non ipſam intellectionem ſatis notam. Eadem autem ſignificatione, qua inditum eſt nomẽ à Philoſophis, traductum nouimus ad res diuinas.

Reſponſio ad hanc probationem.

Refutatur. 1. inferendo diſtinctionẽ negatam.

2. refringitur.

13. Ad eandẽ probationem alia reſponſio quo ad diuina.

At verò in Deitatis natura confitemur ea quæ ſunt ratione diſtincta, vno nomine ſignificari conceptu confuſo, vt perſona ſignificat ſimul relationem, & naturam. Dicant ergo intellectionẽ procedentem ſignificari nomine Verbi diuini. Hoc iam luculentiſsimè impugnabimus; intellectio enim procedens non eſt, nomen Filij proprium; nam & Spiritus Sanctus eſt intellectio procedens, ſicùt eſt vita procedẽs. Addunt quòd verbum ſit intellectio genita, quo quidèm nomine diſcernitur ab Spiritu Sancto, qui

Impugnatur.

Reſponſionis confirmatio.

Digitized by Google

Refutatur. 1.

qui non genitus eſt, ſed ſpiratus. Non tamen aduertunt, reſponſionem coaptatã ad libitum rebus diuinis, non poſſe conſtare cum rebus creatis comparatam; nam verbum creatum non eſt genitum, ſed procedens & productum: quo eodẽ conceptu, ſcilicèt intellectio producta, poterit attribui Spiritui Sancto; ergo exacta loquutione Spiritus Sãctus erit verbum, non quidem genitũ, ſed productũ; ſicut & in nobis verbũ propriè eſt quod non eſt genitum, ſed productum, quod non concordat cum orthodoxa doctrina.

In creatis verbum non eſt genitum, ſed productum.

Secundò.

B Præterea intellectio nomine abſtracto ſignificata, & conceptu abſtracto, nõ procedit, quia eſſentia non gignitur; vt hoc libro docebimus: nomen autem concretum deriuatum ab intellectione eſt intelligens; quod nomẽ nulla ratione eſt magis proprium Filij, quàm Spiritus Sancti; Filiũ enim, quatenùs eſt Verbum, cogitamus non quaſi intelligentẽ, ſed quaſi repræſentantem, quod eſt proprium non cognoſcentis, ſed imaginis cognitæ: ergo neque in nobis verbum eſt cognitio, ſed imago obiecta cognitioni; neque in Deo verbum ſignificat intellectionem procedentem, hoc eſt, intelligentem productum; ſed ſignificat repræſentatiuum quid, quod verbum dicimus nomine peculiari, & ratione formali diſtinguitur ab intellectione.

In Deo Verbũ non ſignificat intelligentem productũ, ſed repræſẽtatiuũ quid.

Tertiò.

Cui etiam rei conſentit, quòd verbum accipitur ex parte termini, vt proceſsionis terminus, qui idem eſt terminus cognitionis, repræſentans cognoſcenti rem cognitam. Quamobrem exiſtimamus in diuinis Verbum non ſolùm diſtingui ab intellectione, ſed neque illam ſuo conceptu claudere ſpeciatim, niſi vt & alia attributa: quia verbum non ſignificat diuinam eſſentiam, vt intelligentem, ſed vt repræſentantem, quod poſteà luculentiùs oſtendemus. At verò in rebus creatis, quæ conceptu analogo conueniunt cum diuinis, verbum & intellectio differunt ratione formali, & definitione; atque adeò ex natura rei, ſiue reali diſtinctione: quæcunque enim creata differunt definitione & formalitèr, differunt re ipſa.

In diuinis Verbum in ſuo cõceptu intellectionem non claudit ſpeciatim.

14. Quod autem pertinet ad genus diſtinctionis, nonnulli opinantur intellectionem diſtingui à verbo formalitèr ex natura rei, cũ ſapientiſsimis magiſtris Franciſc. Victoria, & Dom. Soto, quos refert

Diſtinctionẽ inter intellectionẽ & verbum eſſe formalem ex natura rei, probabilis opinio Victoria, &c.

A Bañes 1. p. q. 27. art. 1. eò quòd ſic ſe habeat intellectio ad verbum, ſicut calefactio ad calorem, quæ formalitèr diſtinguuntur; ergo etiam intellectio & verbũ. Sed aſſumptũ eſt falſum; calefactio enim eſt quædam mutatio, imperfectũ ens, & ſola via, ſeu progreſſus ad ens perfectũ, ſcilicèt ad calorem: intellectio autẽ eſt operatio perfectiſsima, & nobiliſsima; non ergo ſic ſe habet ad verbum, vt ſola effectio, ſeu formatio verbi. Et apertiùs idem oſtenditur; nam efficere verbũ non

Soti apud Bañes.

Fundamentũ.

Conuellitur.

Intellectio nõ eſt ſola productio verbi.

Oſtenditur;

B eſt intelligere, ſicut effingere imaginem non eſt per imaginem ſpeculari; ſed hæc ſunt diſtincta; nam & Deus efficit verbũ in me, quo non intelligit: vel ergo dicẽdum quòd per intellectionem non producitur verbum, vt Ioannes Scotus credit: vel omninò dicendum eſt quòd intellectio non ſit ſola productio verbi, ſed operatio ſpeculatiua intellectum perficiens.

Scot.

15. Ex perfectione autem entis vtriuſque ſcilicèt, intellectionis, & verbi; quia neutrum videtur eſſe alterius augmentum, ſed ſeorſùm conſiſtere: exiſtimamus diſtingui nõ ſolùm formalitèr, ſed reali diſtinctione abſolutè & ſimplicitèr, iuxta ea quę lib. 1. pręſcripta relinquimus; quã tamẽ in re facilè cedimus, ſi diſtinctionẽ formalẽ tuearis; parùm enim intereſt rei Theologæ. Nos tamẽ diſtinctionẽ abſolutè realẽ eſſe credimus cũ Tho. Caiet. q. 27. art. 1. dub. 4. & Franc. Ferrar. 4. cõtra gent. cap. 53. & Ioan. Capreol. d. 27. q. 2. Bartholom. Torres 1. p. q. 27. art. 1. & alijs. Imò videtur ea eſſe ſententia S. Thomæ de Veritate q. 4. art. 2. vbi ait verbum eſſe effectum actus intelligendi: effectus autem abſolutè ſic dictus in genere cauſæ efficientis, eſt res abſolutè diſtincta à ſua cauſa.

Vera ſententia ait eſſe abſolutè realem.

Probatur ex perfectione vtriuſque.

Caiet. Ferrar. Capreol. Torres. S. Thom.

Confirmatio.

16. SEntentijs Patrum, Doctorumque firmatur hæc doctrina. Et imprimis ea eſt ſententia Sancti Thomæ, cuius eſt maxima auctoritas in rebus ad religionem ſpectantibus, in 1. d. 27. q. 2. art. 2. manifeſtè diſtinguit inter intellectionẽ, & ſpeciem intellectam, quæ eſt expreſſa ſpecies. Et ibidem docet quòd vtrâque, ſcilicèt intellectione, & ſpecie intellecta intelligimus: quarè non dubium eſt quin ſpeciem intellectam dicat ipſam ſpeciem expreſſam; quam etiam aliàs vocat conceptionem intellectam, & verbum.

Confirm. ex S. Thom.

Primus locus.

Hic locus quid aſſerat.

bum. Ait ergo verbum eſſe vel intellectionem, vel ſpeciem intellectam: cum ergo præter intellectionẽ ponat S. Thomas ſpeciem intellectam, non dubium eſt verbum eſſe ipſam ſpeciem intellectã

Pro Scoto perperàm adducitur.

ab intellectione diſtinctam. Hæc autem placuit explicare, quia falsò exiſtimatur eo loco S. Thom. ſenſiſſe verbũ eſſe ipſã intellectionem. Clariùs autem S. Doctor veritatem aperit, mentemque exponit de Potentia q.8. artic.1. cuius hæc ſunt

Secundus locus clarior.

verba, *Intelligens intelligẽdo ad quatuor poteſt habere ordinem, ſcilicèt ad rem, quæ intelligitur; ad ſpeciem intelligibilẽ qua fit intellectus in actu; ad ſuum intelligere; & ad conceptionẽ intellectus. Quæ quidèm conceptio à tribus prædictis differt.* Conceptionem autem intellectus eſſe verbum ipſum nullus ambigit. Eſt ergo verbum res quarta diſtincta ab illis tribus, ſcilicèt à re intellecta, & ſpecie intelligibili, & intellectione. Item

Tertius.

de Veritate q. 4. art. 2. ait verbum eſſe id ad quod operatio intellectus terminatur, ipſumque dici conceptionem intellectus, & eſſe effectum actus intelligẽdi: diſtinguitur ergo verbum ab actu intelligendi, ſiue ab intellectione vt termi-

Quartus.

nus, & effectus operationis. Idem docet 1. contra gent. cap. 53. ſcilicèt verbum eſſe terminũ intelligibilis operationis. Quòd autem operatio intelligibilis ſit ipſum intelligere docet S. Doctor 1. p. q.27. art. 1. *In intellectu, cuius actio, ſcilicèt intelligere, manet in intelligente.* Eſt ergo verbum ab actu intelligendi diſtinctum. Denique ibidem planè affir-

Quintus.

mat verbum procedere ex intellectione, his verbis, *Quicunq; autem intelligit ex hoc ipſo quòd intelligit, procedit aliquid intra ipſum, quod eſt conceptio rei intellectæ ex vi intellectiua proueniens, & ex eius notitia procedens.* Eſt ergo conceptio intellecta, ſeu verbum (quę ſynonima ſunt) res procedens ex notitia, ſiue ex intellectione; nam & hæc ibi ſynonima ſunt. Quòd ſi verbum ex intellectione procedit, neceſſe eſt ea eſſe diſtincta. Et idem aſſerit S. Thom. 1. p. q. 93. ar. 7.

Sextus.

cuius verba ſunt hæc, *Attenditur imago Trinitatis in mente ſecundum actus, prout ſcilicèt ex notitia, quam habemus cogitãdo interius verbum formamus.* Et

Septimus, &c.

idem docet 1. contra gentes cap. 35. & lib. 4. cap. 11. & de Veritate q.4. art.1. & in 1. d.27. q.2. & Opuſcul. 14. & 53. Neq;

Alia loca S. Thomæ explicantur. Primus.

A verò contraria his docet S. Thomas de Potentia q.8. art.1. vbi ait verbũ diſtingui ab intellectione, quia cõſideratur vt terminus: non, inquã, docet verbũ diſtingui, quia conſideratur, quaſi ſola conſideratio diſtinguat; ſed oſtendit verbũ eſſe diſtinctum, quia eſt realis terminus intellectionis, & quia hoc cõſideramus quod in re eſt, dicimus verè diſtingui non ſola ratione, aut conſideratione, ſed re ipſa; quia omnẽ terminũ diſtingui ab actione

Secundus.

neceſſe eſt. Quare quod S. Thomas ait 1. p. q. 34. art. 1. ad 3. intellectionem eſſe quandã informationem intellectus, mi- B nimè comprobat intellectionem eſſe ipſum verbum, ſed eſſe actum perficientẽ, vt elucidabimus poſteà: nam intelligere non ſolùm eſt operari, ſed eſt quoddam eſſe perfectum; eſt enim intellectio actus perfecti.

17. Confirm. ex S. Auguſt.

Accedit auctoritas S. Auguſt. qui etſi de hac re obſcuriùs diſputauerit, tamen ex verbis eius eadẽ ſententia nõ obſcurè colligitur. Primò autem quod attinet ad res diuinas apertè docet verbũ eſſe quid perſonale, nõ eſſentiale. 7. de Trinit. c. 2.

Primus locus.

Verbũ enim relatiuè, ſapiẽtia verò eſſentialitèr intelligitur. Et inferiùs, *Nõ hoc eſt eſſe, quod verbũ eſſe.* Deo enim idẽ eſt eſſe, & ſapientẽ eſſe, ſed verbũ eſſe nõ eſt C idẽ; nam eſſe eſt eſſentia, verbũ perſona. Et hæc eſt cõmunis vſurpatio Patrũ, vt hoc eodem libro poſteà oſtendemus. At

Secundus.

verò lib. 9. c. 7. docet nos gignere verbũ dicendo; dicere autẽ in mẽte eſt intelligere: intelligẽdo itaq; verbũ gignimus; ſed nõ gignimus verbũ verbo; ergo intel-

Tertius.

ligere eſt aliud à verbo. Et cap. 11. de notitia ſic ait, *Imago & verbum eſt, quia de illa, ſcilicèt notitia, exprimitur, cum cognoſcẽdo eidẽ coæquatur,* vbi docet cognitionẽ coęquari notitiæ, ſeu verbo; diſtincta ergo ſunt quæ coæquãtur. Quòd autẽ hæc ſit germana explicatio conſtat ex conſequẽtibus; docet enim eſſe perfectũ D verbum, quando id eſt in verbo, quod eſt in ſcientia rei. Et c. 13. ait Verbũ diuinũ

Quartus.

eſſe perfectiſſimum, quia eſt in Verbo quicquid eſt in Patre dicẽte: cõparat ergo cognitionem, & coæquat cum verbo quaſi diſtincta. Hoc autem dilucidiùs oſtendunt verba alia Sancti Auguſtini

Quintus.

libro eodem, ait enim cap. 11. & 13. verbum noſtrum gigni de ſcientia, quæ manet in animo; ne autem per ſcientiam intelligas memoriam, vt quidam inter-

Rada controuerſia. 7.

inter-

Interpretatio Refellitur.

interpretantur, ſubdit exemplum de viſione cogitationis, & viſione ſcientiæ: non ergo de memoria loquitur, ſed de actu intellectus, quem dicit viſionem ſcientiæ: quòd ſi verbum naſcitur de actu intellectus, eſt ſanè ab eo res diſtincta.

Obijcitur locus pro interpretatione.

Verum eſt quòd lib.15.cap.26.cum dixiſſet verbum noſtrum eſſe de ſcientia noſtra, ſubijcit. *De ſcientia noſtra, inquam, memorabili.*

Reſpond.

Quod poteſt exponi de ſcientia memoratiua quæ eſt ipſa memoria; vel de ſcientia quæ à memoria proficiſcitur: nam & nos concedimus verbum ab vtraque ſcientia procedere; quare de altera & altera diuerſis in locis potuit S. Auguſt. loqui.

Locus 6.

At verò cap.15. manifeſtè indicat cogitationis & verbi diſcrimen his verbis, *Quomodò eſt verbum quod nondùm in cogitationis viſione formatum eſt?* videlicèt quia natura verbi hæc eſt, vt in viſione cogitationis formetur. Viſionem vocat ipſum actum intellectus quo formalitèr videmus quæ ſunt in verbo, vt in imagine; eſt ergo viſio ab imagine diſtincta, vt ratio ipſa perſuadet.

Septimus.

Probatur adhùc ex libr.14. cap.7. vbi S. Auguſtin. affirmat verbum non poſſe eſſe ſine cogitatione; ſi enim hæc omninò eſſent idē, ineptè aſſereretur non poſſe vnum eſſe ſine altero.

Ratio S. Aug.

Cuius veritatis rationem ſubijcit S. Auguſtinus, *Cogitamus enim omne quod dicimus etiam illo interiori verbo;* aliud ergo eſt cogitare, & aliud verbum quo cogitamus. Et hunc locum affert S. Thom. 1.p.q.34. art.1.

S. Thom.

18 S. Auguſt. locus 8.

His adde verba S. Auguſtini libr.15. de Trinitate cap.15. *Verbum noſtrū intimum, niſi noſtra cogitatione non dicitur.* Ergo cogitatio quà verbum dicitur eſt à verbo diſtincta.

Cōmentarius aduerſarius.

Quidam tamen cōmentarius profertur ab aduerſarijs; nēpè S. Auguſt. cogitationem accepiſſe pro imperfecta notitia inquirēte, cuius partus eſt verbum.

Refellitur.

Nos verò fatemur S. Auguſtinum accipere verbum pro imagine perfecta, quæ ex inquiſitione cogitantis oritur, quaſi partus; hoc enim dici partū quaſi repertum ab inquirente. Sed cùm S. Auguſt. affirmat verbum cogitatione dici, non ſolùm produci affirmauit de inquiſitione cogitantis, ſed ipſa cogitatione dici, hoc eſt, proferri: quod non poteſt intelligi de cogitatione antecedenti imperfecta, ſed de ipſo actu intelligendi perfecto; quo profertur verbum; aliàs vnum verbum dicitur verbo alio, quod non eſt rationi conſentaneum: verbum enim de verbo præcedenti quodammodò oriri confitebimur; ſed verbum dici verbo, falſum eſt & inauditum: ergo cū S. Auguſt. ait cogitatione dici verbum, non intelligit verbo alio verbum dici, ſed actu intelligendi, vt nos docemus proferri verbum.

Verbū de verbo præcedenti quodammodò oritur. Sed non dicitur illo.

19 Obijc. ex eodē S. Auguſt.

Si verò obijcias ex eodem S. Auguſt. de cognitione veræ vitæ cap. 14. & 16. quòd cogitationem ait eſſe verbum. Et 11. de Trinitate cap.12. & 14. & 14. de Trinitate cap.17. & libr.15. cap.15. & 16. teſteris S. Auguſt. idem dicentem: & eodem libr. cap. 10. aſſerentem verbum eſſe cogitationem formatam.

Reſponſ. Nomen verbale aliquādò ponitur pro termino operationis. Oſtenditur.

Scias oportet hæc nomina à verbis ducta, quæ operationem ſignificant, ſæpè accipi pro termino operationis, vt cogitatio, conceptio, notitia; hæc enim aliquandò ſignificant ipſum actum, ſeu operationem intellectus: aliquandò verò terminum operationis, quod eſt verbum. Et ideò S. Auguſt. loco recitato vocat cogitationem formatam quaſi effectam, quæ eſt imago, & forma procedens ab actu intelligendi. Et notitiam aliquando vocat verbum: aliquandò verò actum intelligendi à verbo diſtinctum; ſic enim neceſſe eſt explicetur cum ait 15. de Trinitate cap. 11. *Quando ergo quod in notitia eſt, hoc eſt in verbo, tunc eſt verum verbum,* id eſt, quādo notitia quæ eſt rei cognitio adæquatur verbo, verū eſt verbum; nam aliàs ineptè repeteret ſynonima, vt ſit ſenſus quando id quod eſt in verbo, hoc eſt in verbo: conſentit enim hic locus cum altero, quē ſuperiùs enarrauimus.

S. Auguſt.

Hic ergo eſto cōmentarius S. Auguſtini pluribus in locis, quæ modò recitauimus; & ſermone de natiuitate Ioannis Baptiſtæ, vbi ait, *Vox index eſt cogitationis, verbum verò ipſa cogitatio.* Et S. Baſilius Ioan. 1. ait verbū eſſe cognitionem. Et S. Irenæus lib. 2. aduerſus hæreſes, hæreſi 48. Eādem interpretatione hæc omnia enodātur, vt intelligamus nomen verbale poni pro termino operationis non pro ipſa operatione. Atque ita fortè & alios Doctores licebit interpretari, qui intellectionem à verbo diſcernere non videntur, fortè verbis S. Auguſtin. adhærentes, ſcilicèt Albert. Magn. in 1.d.27.art.7. Alex. Alenſ. 2.p. q.62. membr.1.art.1. S. Bonauent. 2.p.

Idem explicandus. *S. Baſil.* *S. Irenæus.* *Alb. Mag.* *Alex. Alenſ.* *S. Bonauent.*

Digitized by Google

eiuſdem diſtinctionis q.2. & 4. Nam & hi intellectionem ſiue notitiam pro termino intelligendi accipiunt, non pro ipſo intelligendi actu.

20. *S. Thomas* ſic explicat *S. Damaſc.*

Similitèr explicat S. Thomas de Veritate q.4. artic. 1. ad 1. id quod ait S. Ioannes Damaſcenus libr. 1. fidei Orthodox. cap. 18. verbum eſſe motionem mentis, *Accipitur*, inquit, *motus pro eo ad quod motus terminatur, id eſt, operatio pro operato.* Quòd autem is ſit genuinus commentarius, liquet ex verbis Damaſceni conſequentibus, *Verbum eſt naturalis mentis motio ſecundum quam mouetur, intelligit, & cogitat, veluti lux ipſius exiſtens, atque ſplendor*: ſicut igitur lux nō eſt ipſe noſter aſpectus, ſed eſt id quo cætera aſpicimus; ita & verbum nō eſt actus intelligendi, ſed eſt in quo res intelligimus. Verum eſt quòd S. Anſelmus parùm diſcernit inter intellectionem, & verbum, quia ponit vtrumque eſſentiale, & perobſcurè rem hanc diſputat, Monolog. cap. 31. & 46. vt inferiùs expendemus. Commonſtrandum enim eſt quòd verbum in Deo nullo modo ſit quid eſſentiale, ſed perſonale. Vide Paulum Soncin. 9. Metaph. q.21. & Iauellū q.7. præter Thom. Caietanum, & Franciſc. Ferrar. in commentarijs.

Apud S. Damaſcen. verbū vt lux dicitur, non vt aſpectus.

S. Anſelm. ponit verbum eſſentiale.

Contrà *Soncin. Iauellus. Caiet. Ferrar.*

21. Hæc verò adeò longa diſputatione tractauimus, quia credimus maximè intereſſe ad diuinam proceſſionem declarandam, vt inter intellectionem & verbum, ponamus diſcrimen.

TERTIA PARS.

Amor diſtinguitur à dilectione rei pſa.

1. DE amore, vt eſt terminus dilectionis, leuis atque exigua eſt nobis coniectura; cum enim non accidat quidpiam velle, niſi quod eſt in intellectu, voluntas autem non ſit coniuncta intellectui humano ſecūdum eſſe intelligibile, niſi quatenùs intellectionis cauſa mouens eſt, aut per ipſam intellectionem dirigitur; euenit vt non cognoſcatur voluntas à nobis niſi per actum reflexum, quoad hoc quòd experimur voluntate nos impelli quò volumus, & voluntatē etiam ratione allici, ac dirigi. Quoniam autem ad hanc notitiam voluntatis ſatis eſt ipſum actum experiri; conſequens eſt quòd hac via demōſtrari non poſſit, quòd præter actum voluntatis procedat amor vt terminus. Hæc igitur proceſſio ſicut eſt occulta, ita & ſine nomine proprio, vt S. Thomas ait q.37. art.1. Amor enim ſignificat apud pleroſque ipſum actum dilectionis, & non quidpiam procedens per actum: licet ad hoc opus ſit nomen dilatari, vt ſignificet etiam amorem procedentem, vt terminū dilectionis. Et ita amor eſt nomen æquiuocum, ſignificans operationem, & terminum. 2.

Experimur actum voluntatis, non terminum.

S. Thom.

Amor apud pleroſque eſt nomen actus, non termini.

Quamobrem in hac quæſtione alij negant, alij aiunt; eò quòd nullo firmo argumēto probetur altera pars quæſtionis. Neque verò, qui negant ratione quauis id confirmant. Qui verò aiunt ad exemplar, ſcilicèt ad diuinū amorem, noſtrū reuocant: ſicùt enim Spiritus Sāctus eſt amor perſonalis procedens per dilectionem ipſam eſſentialem; ita & in nobis admittēda eſt proceſſio amoris præter ipſam dilectionem; cum ipſæ proceſſiones intellectus, & voluntatis noſtræ ſint quædam imago diuinarum proceſſionum elegantiſſima. Sed videtur ratio arguendi inuerti, ſi duntaxat per diuina, quæ ſunt obſcura, & occulta, res humanas inueſtigemus. Alij probant eſſe in nobis proceſſionem amoris, eò quòd per omnem actionem etiam immanentem procedat aliquid; ergo per dilectionem procedit amor. Sed antecedens eſt falſum, vt cap. ſequenti dicemus. Nec verò minùs falluntur, qui dicunt ſe experiri dum diligunt, quòd relinquitur in eorum voluntate quidā affectus, & propenſio ad rem dilectam; quem exiſtimāt eſſe amorem dilectione productum vt terminum eius. Id enim quod relinquitur in potentia eſt habitus, terminus autem operationis immanentis ceſſat ſimul cum ipſa operatione; non enim eſt verbum ſine intellectione, neque ſine dilectione amor: vtrūque enim eſt actus, & operatio ſiue intelligendi, ſiue diligēdi, & vtriuſque operationis terminus ab illa pendet, ab eademque conſeruatur vt lux à ſole.

Pro termino prima ratio à diuino amore ad humanum.

Inuertit ordinem arguēdi.

2. ratio reijcitur.

3. ratio refellititur.

Ceſſante actu, ceſſat terminus relinquitur habitus.

Ducendum eſt ergo argumentum à proceſſione verbi ad proceſſionē amoris, quod facit S. Thom. q.27. artic.3. & q.37. art.1. ſicut enim per intellectionē, inquit, verbum producitur, ita & per dilectionem amor. Eſtque argumentum ab exemplo latiùs poſteà explicando; ſicut enim intellectus per ſpeciem intelligibilem 3.

Vera ratio.

S. Thom.

Digitized by Google

Intellectus exit in actum ſecũdum, exprimẽdo verbum.

Voluntas, producendo inclinationem, & impetũ in rẽ amatam.

bilem eſt in actu primo, & non poteſt exire in actum ſecundum, niſi exprimat verbum; ita voluntas per cognitionem boni eſt quaſi in actu primo, & non poteſt exire in actum dilectionis, niſi producat amorem, qui eſt inclinatio quædã in rem dilectam. Et ſicut neceſſe eſt ponere in intellectu in actu ſecundo expreſſam ſimilitudinem rei cognitæ, quæ eſt terminus operationis; ita & in volũtate inclinationem, & impetum in rem amatam, tanquam proprium terminum dilectionis, vt docebimus.

4. Neceſsitas creati amoris à dilectione diſtincti, ad diuinum explicã dum.

Verùm eſt hoc etiam animaduertendum, quòd niſi concedamus, præter voluntatis operationem, terminum procedentem, quem dicimus amorem; non poſſumus rectè explicare proceſsionem Spiritus Sancti: quod de verbo ſimiliter notauimus. Si enim à voluntate nihil aliud dimanat, niſi ſola operatio; cum operatio volũtatis ſit eſſentialis in Deo; nihil poterit in rebus creatis deſignari, quod à voluntate dimanet, ita vt traductum ad diuina ſit nomen perſonale. Imò neque ratio apta poterit proponi, quare à diuina voluntate dimanet Spiritus Sanctus, ſi nihil in voluntate noſtra præter operationem inuenimus. Nam etſi reſpondeas diuinam voluntatem eſſe infinitam; ideòque ab ea Spiritum Sanctum dimanare. Vera quidem reſpõdes. Sed cum id quod à voluntate procedit ad eam etiam pertineat, hoc ipſum quæritur, quæ res ea ſit, quæ à voluntate dimanat? & quo nomine appellanda? Confugiendum ſanè eſt ad communem reſponſionem, res eſſe diuinas & occultas. Et deindè oportet, quod modeſtum videri poteſt, ignorationem fateri. Cum ergo proponatur accommodatum exemplum in rebus noſtris, ſcilicèt, quòd etiam in nobis à voluntate, præter dilectionẽ, procedat amor: ſummo ſtudio, & diligentia proſequendum iſtud eſt, ac declarandum. Vt verò explicauerimus, quid rei ſit hic amor? & qua neceſsitate à voluntate effluat? ipſa explicatio veritatem nonnihil perſuadebit, quòd per dilectionem noſtram procedat etiam amor, diſtinctus à dilectione.

5. Fateor tamen quòd proceſsio hæc amoris, qui in nobis eſt, ſi argumento Theologo vtamur, non adeò certa eſt ſicut proceſsio verbi: cum enim verbum ſit proprium nomen perſonæ, neceſſe eſt vt propriè ſignificet aliquid perſonale. At verò amor non eſt proprium nomen Spiritus Sancti; tametſi iuxta veram nominis explicationem à S. Thoma traditam, quòd amor eſt etiam res per dilectionem procedens, negari non poſsit quin Spiritus Sanctus ſit etiã amor propriè, hac nominis ſignificatione. Sed hoc nomen, amor, non eſt inditum, aut aſsignatum diuinæ perſonę; quare poſſet abſque errore negari hæc nominis explicatio, quòd amor ſit res procedens per dilectionem, & quòd amor propriè ſit quid perſonale, quod de verbo negari nõ poteſt, vt poſteà docebimus cap. 13. Sed profectò maximè quadrat diuinæ proceſsioni quæ eſt per dilectionem, vt cõcedamus terminũ dilectionis eſſe amorem; ideòque maximè propriè Spiritum Sanctum dici amorem procedentem, & hoc nomen ſic explicatum eſſe perſonale.

Verbum eſt proprium nomen perſonæ.

Vera explicatio amoris tradità à S. Thoma.

Poſſet abſque errore negari.

Item quòd amor propriè ſit quid perſonale.

Reliquum erat, vt cap. poſteriori argumenta proponeremus contra ea, quæ in vna & altera parte huius capitis ſunt aſſerta; quibuſdam enim non placent. Sed eorum argumenta omnia vel probant per operationem immanentem nihil produci, quod cap. ſequenti diſputabimus: vel probant etiam neceſſarium minimè eſſe, vt hos terminos operationibus addamus; de qua neceſsitate immediatè etiam diſputationem ſuſcipiemus. At verò hoc loco conſtitutum eſſe optamus verbum eſſe aliqualitèr diſtinctum ab intellectione, & dilectionem ab amore; eò quòd hæc veritas ad diuinas proceſsiones declarandas perneceſſaria ſit. 6.

Confirmatio.

Confirmant noſtram ſententiam ij qui aiunt per actum dilectionis produci terminum, ſicut per actum intellectionis verbum producitur. Quo fit vt ſit in nobis amor res quoquo modo diſtincta ab actu dilectionis. Cuius ſententiæ Auctor eſt S. Thomas 1. p. q. 27. artic. 3. & quæſt. 37. artic. 1. & de Potentia q. 10. art. 2. Illum conſequitur Thomas Caietan. eo loco. 1. part. Franciſc. Ferrar. 4. contra gent. cap. 19. Ioan. Capreol. in 1. d. 11. q. 1. & d. 27. q. 2. Bartholom. Torres q. 27. de Trinit. artic. 1. dub. 5. & alij. 7.

S. Thom. Caiet. Ferrar. Capreol. Torres.

Digitized by Google

CAPVT II.

Verbum procedit per intellectionem, & per dilectionem amor.

1. DEclarandum iam eſt quomodò procedat verbum per intellectionem, & per dilectionem amor. Caput habet partes ſex.

Prima pars. *Actiones immanentes non ſunt paſsiones, ſed actiones.*

Secunda. *Actiones immanentes non ſunt qualitates, ſed actiones.*

Tertia. *Per aliquas actiones immanentes producitur terminus.*

Quarta. *Non producitur terminus per omnem actionem immanentem.*

Quinta. *Per intellectionem producitur verbum, & per dilectionem amor.*

Sexta. *Intellectio qua verbum producitur, eſſentialiter eſt ipſius verbi productio.*

PRIMA PARS.

Actiones immanẽtes non ſunt paſsiones, ſed actiones.

1. ILli qui negant intellectionem, & dilectionẽ eſſe veras actiones eius potẽtiæ in qua ſunt, ſed paſsiones eſſe aiũt; putant niti ſe auctoritate Ariſtotelis. 9. Metaphyſ. tex. 2. vbi ait, *Potentiam actiuam eſſe principiũ tranſmutationis paſſiuæ ab alio in quantum aliud.* Et 5. Metaphyſ. cap. 11. tex. 17. eadem affirmat. Vnde depromptum illud proloquiũ 7. & 8. Phyſicorum. *Omne quod mouetur, ab alio mouetur.* Eſt ergo in alio potentia actiua, & in alio paſsiua: ergo in intellectu in quo eſt potentia paſsiua recipiendi intellectionem, non eſt potentia actiua efficiendi illam. Et ita intelligere eſt quoddam pati, vt docet Ariſtotel. 3. de anima tex. 12. expreſsis verbis: ergo intellectio nõ eſt actio intellectus, ſed paſſio; & dilectio ſimilitèr ob eandem rationem, quia in voluntate eſt potentia paſſiua recipiendi dilectionem; ergo in ea non eſt potentia actiua efficiendi ipſam dilectionem. Quòd ſi intellectio non eſt actus intellectus, non procedit ſanè verbum de intellectu per intellectionẽ, de qua re eſt præcipua diſceptatio.

Margin: Pro parte titulo oppoſita. Ex Ariſtot. primus locus. — Secundus. — Tertius.

2. At verò pro iſta opinione eſt id argumentum quod in theorema iam venit, quòd idem ſecundum idem, non poteſt A eſſe agens, & paſſum; & ſimul in actu, & in potentia paſsiua. Et explicatur hoc idem, quia agentis eſt dare, & patientis accipere: quod autem quis dat iam habet, quod verò accipit nõ habet adhuc; ergo tam eſt impoſsibile, vt res quæpiam in ſe ipſa aliquid agat, quàm vt ſibi ipſi det aliquid. Hinc argumentum conficitur; nam intellectus abſque dubio eſt patiens recipiens in ſe intellectionem; ergo non eſt agẽs, quod ipſam intellectionem efficiat; non eſt igitur intellectio vera actio intellectus, ſed tantummodò paſsio.

Margin: Argumentũ à ratione.

B Propter hoc aliquorũ eſt opinio apud Ioan. Scot. d. 27. q. 3. primam intellectionem non produci ab intellectu, ſed ab ſpecie, & obiecto; ſecũdam verò produci ab intellectu, quia intellectus ipſe præditus prima intellectione eſt agens, patiens verò eſt nudus intellectus: quare ſaltèm prima intellectio non eſt actio intellectus, neq; per illam procedit verbum de intellectu. Et de dilectione dicendum ſimilitèr. 3.

Margin: Opinio quorundam apud Scotum.

Hac in quæſtione communis eſt opinio contraria, C aſſeritque neceſſe eſſe, vt agens à paſſo aliquatenùs re ipſa diſtinctum ſit. Ita ſentit Ioan. Capreol. in 1. d. 3. q. 3. Ægid. Roman. quodlib. 3. q. 16. & quodlib. 15. q. 15. & Franciſc. Ferrar. 1. contra gent. cap. 23. & Paul. Soncin. 9. Metaphyſ. q. 10. 11. & 13. 4.

Margin: Cõmunis opinio contraria. Capreol. Ægid. Ferrar. Soncin.

Et quidèm de intellectione facile eſt doctrinam iſtam tueri; quia ad illam cõcurrit intellectus formatus ſpecie intelligibili, & ita formatus eſt agens; paſſum verò eſt nudus intellectus, vt liquet: ſpecies enim intelligibilis nõ cõcurrit in D genere cauſæ materialis ad recipiendã intellectionem, ſed ad illam producẽdam, in genere cauſæ efficientis. Et in potentia ſentiẽdi idem inuenitur. Quare quòd intelligere formalitèr ſit pati, nulla argumenti vis perſuadet, neque eſt veroſimilis opinio. Eſt autem Ariſtoteles interpretandus in ſenſu cauſali, qui eſt cõmunis cõmẽtarius; intelligere eſt quoddam pati, hoc eſt, accidit intelligere per hoc quòd intellectus poſsibilis recipit ſpeciem impreſſam ab intellectu agente, à quo vt ſic patitur; intellectionẽ verò ipſe intellectus poſsibilis producit. 5.

Margin: De intellectione oſtenditur. — Tertius locus Ariſtotel. explicatur.

Tota difficultas eſt de actu appetitus. Quidam dicunt actum appetitus produci ab intellectu, & voluntate ſimul; quarè 6.

Margin: De actu appetitus opinio. 1.

Digitized by Google

Reijcitur i ſaltem quoad liberum.

rè agens eſt intellectus & voluntas, paſſum verò ſola voluntas. Sed quòd intellectus producat in volũtate actum etiã liberum, exiſtimamus eſſe falſum, vt poſteà diſputabimus. Quare ſaltem de actu libero voluntatis manet eadem quæſtio.

7.
2. opinio Deo quaſi generãti tribuit naturalem dilectionis motum ad finem.

Hùc pertinet aliorum reſponſio, qui aiunt motum ad finem deriuari à Deo, vt ab Auctore naturæ, quaſi operationẽ conſequentem naturam, vt motus deorſùm in lapide: quare agens non eſt voluntas ſola, ſed Deus vt Auctor naturæ cum voluntate ſimul: poſito autem motu ad finem; voluntas cum illo motu eſt agens actionis liberæ, paſſum verò nuda voluntas. Quòd autem intentio finis ſit quaſi actio generantis docet Thom. Caiet. 1. 2. q. 9. art. 4. & Franciſc. Ferrar. 3. contra gent. cap. 89. & Ioãnes Capreol. in 2. d. 25. cum Ægidio q. 5. & in illo loco contra gentes S. Thomas videtur id indicare, quod apertiùs docet 1. 2. q. 9. art. 4. Sed de intelligentia iſtius aſſerti, aliàs erit nobis diſputandum. Quod verò ad rem eſt, cum dilectio naturalis ad finem pertinens, ſit actio vitalis producta à potentia, eamque propriè denominans, non poteſt tribui Deo, quaſi actio generantis; aliàs etiam calefactio qua ignis calefacit aquam, eodem pacto erit tribuenda Deo ſpecialitèr, quia eſt actio naturalis: Illa ergo actio tribuitur agenti naturali, quę non poteſt eſſe illius ſubiecti in quo eſt, quia illud non eſt agens, ſed paſſum, vt cum lapis deſcendit. Accedit quòd ſimplex amor non eſt motus in finem; quia motus in finem reſpicit quoque media; & ſimplex amor naturalis antecedit intentionem finis. De ipſo ergo amore quærimus à quo agente ſit, an à nuda voluntate?

Caiet.
Ferrar.
Capreol.
Ægid.
S. Thom. alibi explicãdi.

Refutatur. 1.

Refutatur. 2.
Simplex amor naturalis nõ eſt motus ad finem, ſed antecedit.
Oſtenditur.

8.
3. opinionis ſenſus.

Alijs ergo placet nullum intereſſe re ipſa diſcrimen inter id quod eſt agens, & paſſum. Neque verò diſputamus nunc de agente & paſſo prout ſunt rationibus formalibus diſtincta, ſiue de actione, & paſſione, quod idẽ eſt: has enim eſſe ex natura rei diſtinctas pluribus placet: & fortè ſola ratione diſtinguuntur, vt libro 3. dicemus. Hoc autem lib. 2. oſtendendum nobis eſt ſine actione, & paſſione actiones immanentes in nobis extare in potentia à qua ducũtur. Quare de actione & paſſione modò non agimus, ſed de ipſa potentia producente, & recipiente actionem immanentem. Sunt autem qui opinentur rem illam, quæ eſt agens à re quæ eſt paſſum, nullo genere diſtinctionis re ipſa diſcerni in actionibus immanentibus; ſed eſſe prorſus entitatem eãdem, vt aiunt, ſiue rem eandem, vt dicamus latiniùs. Itaque in dilectione agens eſt nuda voluntas, paſſum eſt eadem nuda voluntas. Quòd autem voluntas agat mota à fine, nihil addit voluntati quod ſit vis actiua, ſed eſt conditio agentis, ſicut quòd lignum admoueatur igni. Neque enim poteſt fingi quòd cauſa finalis, quæ non mouet efficiendo, ſed attrahẽdo, imprimat in voluntate aliquam vim actiuam; nam illa vis addita, ſi eſt res creata, eſt ſanè effectus alicuius cauſæ effectricis, non verò cauſæ finalis. Et nihil poteſt etiam aliundè fingi in volũtate additum ad hoc, vt illa diligat; ergo voluntas nuda eſt quæ agit, & nuda patitur. Nõ eſt ergo neceſſe quòd in actione immanente agens & paſſum re ipſa diſtincta ſint. Ita opinatur Ioan. Scotus in 1. d. 3. q. 7. & in 2. d. 2. q. 10. Et Gregor. in 1. d. 6. q. 1. art. 3. & fauet Cõmentator 3. de Cœlo com. 18. dicens idem poſſe à ſe ipſo pati actione æquiuoca, qualis ſcilicèt eſt actio immanens.

3. opinio.
Non eſt neceſſe in actione immanente agens, & paſſũ re ipſa eſſe diſtincta.

Occurritur obiectioni.

Scotus.
Gregor.
Comment.

9.
1 dictum.
Ariſt. 1. & 2. loco ſuprà, intelligendus de actione phyſica.

Dicimus ad hæc primùm, Ariſtotelem poſſe benè explicari de actione phyſica, cum diſtinguit potentiam actiuam, & paſſiuam; loquitur enim de mutatione, ſiue tranſmutatione, quæ eſt motus phyſicus; & de mouente & mobili, ſcilicèt motu phyſico; & non de actione immanente.

10.
2. dictum.

Secũdò dicimus in omni actione trãſeunte id quoque verum eſſe, quòd agens diſtinguitur à paſſo; idcircò enim eſt actio trãſiens, quia tranſit in aliud ab agẽte diſtinctum. Sed hoc iam quæritur quid cauſæ ſit, vt actio tranſiens ſit in paſſo diſtincto, non verò actio immanens? Nã ſi reſpõdeas, idcircò duntaxat dici trãſeuntem, quia tranſit in aliud ſubiectum, quod eſt [illegible]um; conſequens eſt, vt actio tranſiens non differat eſſentialitèr ab immanente: ſed erit iſta diſtinctio quaſi ſubiecti in accidentia: ſicut enim dicimus, candidorũ aliud nix, aliud cygnus; ita dicemus, actionum aliæ ſunt in agente, aliæ in paſſo; & ita in ſolo ſubiecto diſtinguuntur & materialitèr, non eſſentialitèr & formalitèr; quod falſum eſt. Dicendũ igitur eſt cum S. Thoma actionem tranſeuntem eſſe mediã inter agẽs &

Maior ratio in actione immanente quæritur.
Prior refellitur.

Poſterior & vera *S. Thomæ.*

& paſſum, ita vt ſit pura via vnius ad aliud, & ſic quædam progreſsio extra agẽs: quare agens & paſſum tali actione, neceſſe eſt eſſe re ipſa diſtincta; actio verò immanens, vt dicemus, non eſt pura via ad aliud; quare neque eſt media inter agens, & paſſum, neque illa diſtinguit. A

Actio immanens non eſt pura via, quare neque media, & diſtinguens.

11. *3. dictum conſectarium proximæ rationis.*

Tertiò igitur colligimus nullã actionem quæ eſt pura via, eſſe immanentem, quod parte 2. tractabitur. Hoc autem probatur, quia omnis actio quæ eſt pura via, eſt medium inter agens & paſſum, & idcircò diſtinguit illa; & dicitur tranſiẽs, quia tranſit in aliud diſtinctum. B

12. *4. dictum conſectarium.*

Quartum eſt conſequens, Omne agens actione tranſeunte eſt diſtinctum à paſſo; quia illa actio non manet in agente. Et ita intellectus agẽs agit actione trãſeunte, quę tranſit in ſubiectum diſtinctũ, ſcilicèt in intellectum poſsibilem.

13. *5. dictum. Nullum agẽs, etiam actione immanẽte, eſt ſimplicitèr agens & paſſũ. Conuincitur argumentis ſuprà. In actione immanenti non eſt vera paſsio & ſimplicitèr, ſed ſecundum quid, ſcilicèt, paſsiua receptio.*

Supereſt tamen de actione immanente dicendum. Et illud primũ ſtatuimus, quòd nullum agens, etiam actione immanente, eſt ſimplicitèr agens & paſſum. Nam & hoc conuincunt argumẽta propoſita: quare intellectus ſiue voluntas ſunt ſimplicitèr agentia, & ſecundũ quid paſſa, ſi cũ ſua actione conferantur quia eæ actiones non ſunt paſsiones; ſed dicitur potentia recipiens actionem, pati, hoc eſt, ſubijci illi. Et hæc paſsio non ſignificat motum, ſed ſignificat realem modum, quem habet ſubiectum dùm formę permanenti ſine motu ſubiecta eſt, quæ eſt cauſalitas materialis. Hæc autẽ parte 2. dilucidiora erunt. Cum igitur dicitur oportere eſſe diſtincta agẽns & paſſum; dicendum eſt, ita oportere, ſi ſint ſimplicitèr talia: in operatione autem immanenti potẽtiam non eſſe ſimplicitèr paſſum, quia ea actio non eſt paſsio, ſed ſolùm eſt actio; neque eſt ibidẽ paſsio, quæ ſit motus, aut mutatio; ſed eſt duntaxat paſsiua receptio, quã potentia ita recipit actionem, vt & alias formas permanentes. C D

14. *Quæſtio.*

Adhùc tamen perſpiciendum eſt, cogantnè argumenta etiam ad hoc, vt & in his actionibus immanentibus in quibus eſt agens ſimplicitèr, & paſſum ſecundũ quid vel impropriè, neceſſe ſit agnoſcere aliquam diſtinctionẽ in re ipſa? Quod ſanè eſt quærere, non de agente & paſſo, ſiquidèm tunc non eſt propriè paſſum; ſed de agente, & ſubiecto actionis, vtrũ hæc oporteat eſſe diſtincta, necnè?

Vtrùm agens poſsit eſſe idẽ in re ipſa ſimul agens, & ſubiectum actionis.

Et videtur non obſcura repugnantia, quæ argumento eſt propoſita: nam agere eſt dare, & pati eſt recipere; quod autẽ res quæpiã eſt, illud det ſibi, impoſsibile eſt: nam priùs intelligitur habere quàm dare, & priùs dare quàm accipere; accipere autem eſt non habentis. Ergo eadem res quæ dat & accipit, idem quod dat & accipit, habet & non habet ſimul, quæ ſunt contradicentes: ergo neceſſe eſt diſtinguere dantem ab accipiente, & agens à paſſo. 15.

Pro parte negante eſt argumentum ſuprà.

Quòd autem agentis ſit dare, & paſsi accipere, nullus eſt qui dubitet; cùm & in rebus diuinis vbi non eſt actio ab agente, ſed ſolum origo, quia tamen Pater eſt principium quaſi actiuum, propriè dat Filio naturã, & Filius propriè accipit, vt dicemus. Et licèt ibi non ſit prioritas naturæ, ratio tamen intelligendi poſtulat, vt priùs intelligamus Patrem habentẽ, quàm Filium; quia Pater dat Filio: ſed nõ intelligimus Filium non habentem, quia eſt eſſentialitèr habens. At verò in rebus creatis, vbi perfectio omnis producta aduenit non habenti, neceſſe eſt intelligere paſſum, vt non habens; quia nõ eſſentialitèr habet: agens autem eſt id quod habet: ergo diſtincta oportet eſſe. 16.

In creatis accipiens intelligitur vt non habens.

Dices fortè agens actione immanente antequàm producat actionem, habere illam in ſua virtute eminentiori modo. 17. *Obiectio.*

Sed hoc eſt falſum; nam ſoli quidèm melius eſt eſſe lucidum, quàm calidum, & ita eminentèr cõtinet calorem. Intellectui verò non eſt melius eſſe vim intelligendi, quàm intelligere, quæ eſt perfectio formalis ipſius intellectus: & idcircò licèt intellectus ſit cauſa quædam quaſi æquiuoca, & ſit nobilior ſua actione, de qua re modò non diſputamus; tamen nõ continet intellectionẽ eminentiori modo; quia melius eſt habere illam actu, quàm non habere. Quòd ſi dicas continere illam in ſua virtute. Ocurrimus hoc eſſe quod probando conamur oſtẽdere, intellectionem non poſſe contineri in ſolã virtute actiua intellectus, quia eſt perfectio eius quæ non continetur in illo actu formalitèr, neque actu eminentiori modo; ergo nullo modo continetur in ſola virtute eius actiua. Idcircò enim proloquium eſt Philoſophorum frequẽtiſsimum, effectum contineri in cauſa formalitèr, vel eminentèr.

Solutio.

Intellectus licèt ſit cauſa quaſi æquiuoca ſuæ actionis, non præhabet illam actu, eminẽtiori modo, nec vllo modo in ſola virtute ſua actiua.

Proloquium Philoſophorum.

18. *Confirmatur pars negans.*

Et explicando confirmamus ſententiam:

Imperfectum nõ poteſt perfectione qua caret perficere aliud, & minus ſe ipſum.

tiam: nam ab inæquali proportione nulla actio fit; cum ergo intellectus ante intellectionem ſit in potentia ad illam, vt imperfectum carens ſua perfectione; neceſſe eſt quòd per aliud perfectius perficiatur; & non poteſt intelligi quòd per ſeipſum ſe perficiat, & quòd ſibi ipſi det perfectionem qua caret, & de imperfecto fiat perfectum per ſe ipſum: conficitur enim vt id quod eſt imperfectũ perficiatur ea, qua caret perfectione. Si enim cogitari non poteſt quòd imperfectũ perficiat aliud, defectu ſcilicèt principij actiui; multò minùs fingi poteſt quòd perficiat ſe: ſicut non poteſt intelligi quòd ſit principium ſui.

Confirm. 2.

Et confirmatur, quia impoſſibile eſt, vt aliquid ſe toto agat ſimul & ſe toto patiatur.

Fallitur Suar. tom. 1. Metaph. diſp. 18. ſecti. 3.

Quarè falluntur ij, qui putant nullam eſſe repugnantiam quòd potentia ſit in actu primo, ita vt ſola illa ſit agens, & eadémet ſit in potentia ad actum ſecundum. Neceſſe eſt enim vel vt potentia in actu primo includat actum, quem non includit, vt eſt in potentia paſſiua; quod dicimus de intellectu, qui eſt in actu primo per ſpeciem impreſſam, & in potentia paſſiua intellectus per ſe ſolus: vel eſt dicendum potentiam in actu primo non eſſe integrum principium actionis; de qua re ſtatim diſputabimus.

S. Thom.

S. Thomas q. 9. de Potentia art. 9. ad 4. docet in actione immanente non oportere aſsignari aliud principium quo agens agat, & aliud quo paſſum patiatur: ſed nõ negat diſtingui agens & paſſum aliqualitèr. De qua re eſt controuerſia.

19. Aliquorum reſponſio.

Aliqui reſpondent agens includere exiſtentiam, quia vnumquodque operatur in quantum eſt actu; paſſum verò nõ includere in ſui cauſalitate exiſtentiam; & ita diſtingui agens & paſſum.

Refellitur. 1.

Sed hæc reſponſio dubia eſt, & non ſatisfacit: dubia, inquam, quia ſubiectum accidentiũ præexiſtit, & eſt videndum vtrùm ipſa exiſtentia pertineat ad eius cauſalitatẽ materialem.

2.

At verò non ſatisfacit, quia intellectus exiſtens adhùc eſt imperfectus, & in potentia ad actum ſuum. Et idcircò eadem vrgent argumenta, quòd neceſſarium ſit aliud principium actiuũ.

20. Reſolutio quæſtionis. Oſtenditur inductione.

Aſſerimus igitur vniuerſim opus eſſe, vt agens à paſſo ſiue à ſubiecto actionis ſit re ipſa diſtinctum: quod liquet inductione de ſingulis actionibus. Nam de tranſeuntibus non ambigitur: de actione potentiæ cognoſcentis dictũ eſt quod potentia formata per ſpeciem eſt agens, ſicut etiã formata per aliquid loco ſpeciei, vt eſt eſſẽtia diuina in intellectu beato, & ſubſtantia Angeli in intellectione ſui; potentia verò nuda eſt paſſum.

Peculiaris difficultas in voluntate.

De ſola ergo actione appetentis potentiæ, non eſt cur negemus, ſed inquiramus potiùs quomodò agens diſtinguatur à paſſo?

21. Voluntas ad ſuum primũ actum naturalẽ eſt in actu primo per ſe ipſam, id eſt, nõ per formã additam ſibi intrinſecam.

Dicendum eſt voluntatem ad ſuũ primum actum naturalem eſſe in actu primo per ſe ipſam, non per formam additam, quam ponimus in intellectu ſpeciẽ impreſſam: nam impreſsio finis in voluntate eſt per metaphoram dicta, & nõ eſt aliquid in illa, vt probatum eſt; relinquitur igitur vt ſola voluntas ſit agens: ſed neque illa actio tribuitur Deo, vt generanti loquendo phyſicè; quia eſt actio viuentis à principio intrinſeco, & non mouetur ab extrinſeco vt inanimata, quorum motiones tribuuntur generanti, vt anteà diximus: quare ipſum principium actiuũ, de quo eſt diſputatio quomodò diſtinguatur à paſſo, intrinſecum eſſe oportet.

Intellectus ſimul concurrit ad actiones naturales voluntatis. Probatur primò.

Reliquum eſt, vt dicamus id quod veriſsimum eſt, quòd intellectus ſimul concurrit ad actiones naturales voluntatis: nam ſicut ſe habet potentia ad potentiam in emanatione naturali, ita actio ad actionem; voluntas autem ordine naturæ dimanat ab intellectu in creatione animi immortalis: quare & actus voluntatis naturalis, non ſolùm quia eſt naturalis, vt natura petat primã originem, quæ eſt intellectus;

Secundò.

ſed quia eſt primus actus, qui non poteſt reuocari in ſolam volũtatem, & neceſſariò debet reduci ad principium intrinſecum viuẽtis, tribuitur intellectui, vt principio actiuo à quo fluit.

Ad actiones liberas voluntatis intellectus nõ concurrit. Oſtenditur.

Ad actiones autem liberas non cõcurrit intellectus, vt dicemus; quia præterquam quòd argumentis id euincitur, non indiget voluntas coadiuuante principio, quia ipſa ſimul cum ſua actione naturali, quę eſt prima, producit ſecundam actionem liberã. Et ita diſtinguimus perpetuò agens & paſſum; in prima enim actione naturali voluntatis, agens eſt intellectus & voluntas ſimul; in ſecunda quæ eſt libera, agens eſt voluntas ſimul cum ſua prima actione, paſſum verò eſt ſola voluntas.

22. Obiectio.

Sed contrà hæc duo obijcimus. Primum, quoniam voluntas eſt ſubiectum

actio-

Digitized by Google

actionis ſuæ diſtinctum ab intellectu; ergo ſi intellectus agit in voluntate producens in illa actionem naturalem, agit actione tranſeunte, & ita in dilectione erit actio tranſiens. Reſpondetur concedendo totum hoc, quòd dilectio naturalis comparata cum intellectu producitur per actionem mediam, quæ eſt actio tranſiens, & ea eſt actio & paſsio diſtincta ex natura rei ab ipſa dilectione. Hoc enim totum ſignificamus, cum dicimus dilectionem naturalem emanare à potentia diſtincta: nec hoc eſt quidpiam noui; nam potentiæ internæ agunt in alterutras per veras actiones phyſicas, & tranſeuntes; ipſa verò dilectio comparata cum voluntate procedit, vt actio eius propria abſque media actione, vt parte 2. cap. dicemus.

Reſponſ.

Dilectio naturalis comparata cum intellectu, ab eo producitur per actionem tranſeuntem, quæ eſt actio & paſſio diſtincta ex natura rei ab ipſa dilectione Oſtenditur.

23. 2. obiectio.

Aliud eſt quod poteſt obijci, videtur enim voluntas operari liberè, tranſacta iam actione naturali; ergo ſola voluntas eſt ibi agens, & paſſum. Reſpondetur quòd voluntas in actu libero vel habet ſimul actum naturalem, vel aliquid relictum ex actu per modum habitus quo propendet, liberè tamen, ad id quod eligit; & ita agens, & paſſum nunquam non diſtinguimus. Quare nihil obſtat vt actiones immanentes ſint veræ actiones potentiæ in qua ſunt, non paſsiones.

Reſponſ.

SECVNDA PARS.

Actiones immanentes non ſunt qualitates, ſed actiones.

1. Prior ſententia oppoſita huic titulo ſecundæ partis. *Scot.*

QVi opinantur actiones immanentes eſſe qualitates cum Ioan. Scoto, eodem auctore negant eas actiones à terminis diſtingui, aut per eas produci terminum; ſed intellectionem eſſe ipſum verbum aiunt, & dilectionem eſſe amorem; neque per intellectionem verbum, neque per dilectionem procedere amorem. Et hęc equidèm ſunt conſequentia, nam ſi intellectio eſt forma quædam intelligibilis, & imago rei intellectæ, vt aiunt, non oportet addere intelligibile verbum, quod nihil eſt niſi ipſa imago intellectui adhærens. Præterea verbum ponimus vt terminum actionis, quare ſi intellectio non eſt vera actio, ſed qualitas, verbum quod ſit terminus, tollendũ eſt. Igitur ad præcipuam quæſtionem, de qua eſt cap. huius inſcriptio, Vtrùm verbum procedat per intellectionem? hæc altera maximè pertinet, vtrùm intellectio ſit actio, annè qualitas?

Connexio tituli huius partis cum titulo capitis.

2. Patroni dictæ opinionis. *Ferrar. Heruæus. Capreol. Ægid. Soncin. Scot. Durand.*

Eſt autem plurimorum ſentẽtia, quòd actiones immanentes non ſint actiones, ſed qualitates. Ita Franciſc. Ferrar. 2. contra gent. c. 82. & 2. de Anima q. 22. Heruæus quodlib. 9. q. 8. Ioan. Capreol. in 2. d. 1. q. 2. artic. 8. Ægid. tractatu de menſura Angelorum q. 10. Paul. Soncin. 5. Metaphy. q. 36. & 31. præter Scotum, & Durãd. qui intellectionem non diſtinguunt à verbo, vt diximus. Vide Ioan. Scotum in 1. d. 3. q. 46. & quodlibet. 13. art. 6. & Durand. d. 2. q. 4. Iſtius opinionis illa eſt ratio, & caput, quòd hæ actiones perficiunt potentiam in qua ſunt, & per eas ſumus boni vel mali, quod eſt proprium qualitatis. Aiunt igitur quidã has actiones eſſe voce tenus actiones ſiue grammaticalitèr, quod eſt ex modo ſignificandi, quia ſignificantur vt actiones; dicimur enim intelligere, & diligere, quæ verba ſunt actionem ſignificantia in tempore, hoc eſt, per modũ actionis, quæ tempore menſuratur; eſſe verò qualitates, ſiue pertinentes ad ſpeciem diſpoſitionis, quia benè vel malè afficiũt ſubiectum; aut in ſpecie paſsionis, quæ eſt terminus actionis; negant enim in hac ſpecie qualitatis, quæ dicitur paſsio, requiri motum phyſicum; ſed quemcunque terminum potentiæ aiunt in illa conſtitui.

Argumentũ.

Quidam explicant actiones immanentes dici actiones grammaticalitèr, eſſe autem qualitates ad diſpoſitionẽ, vel paſſionem pertinentes.

3. Poſterior & vera ſentẽtia.

Nos verò contraria ponentes, negamus has actiones eſſe qualitates prædicamentales, aimusque eſſe veras actiones in genere actionis ſitas.

4. Hac in re 1. certum.

Et vt progrediamur à certiorib', haud dubium eſt in his actionibus aliquid videri qualitati ſimile, & aliquid ſimile actioni. Qualitati hoc eſt ſimile, quòd perficiãt ſubiectum; nam actionibus immanentibus boni, vel mali ſumus; & idcircò Ariſtoteles 9. Metaphyſ. tex. 10. & lib. 10. Ethicorum cap. 7. & 8. intellectionem ait eſſe vltimum potentiæ, hoc eſt, actum perficientem illam, & eſſe operationem perfecti; quod etiam declarat S. Thom. in 1. d 4. q. 1. artic. 1. ad 1. & de Veritate q. 8. art. 6. *Ariſtot.* *S. Thom.*

5. 2. certum.

Quòd verò actio immanens aut certè ſit actio, aut aliquid habeat ſimile actioni, non minùs perſpicuum eſt. Nam præter auctoritatem Ariſtotelis quæ nobis plurima ſuppetit, vt in confirmatione

iſtius

iſtius partis licebit intueri, alijs argumentis id planiſsimè oſtendemus hoc loco.

6\. Coroll. ex his argumentis, actionem immanentē non modò reuocari ad qualitatem, ſed eſſe in ea aliquid qualitatis, & aliquid actionis.

Cum verò ſimilitudo fundetur in ipſa entitate, videtur argumento confici, vt vtriuſque prędicamenti, ſcilicèt qualitatis & actionis, ſit aliqua particula in actione immanēte, quæ eſt ſimilis vtrique; ita vt paribus partibus ponatur in vtroque; quod tamē non poteſt intelligi: aut illud ſequitur quòd ſimpliciter in vno, & ſecundum aliquid in alio collocetur; & hoc etiam ſecundum videtur impoſsibile; nam cum res creata definita ſit generibus ſummis, & genera ſint diſtincta re ipſa ſaltèm ex natura rei, fieri nō poteſt vt vna & eadem res ſit in duobus generibus. Quòd autem res vnius generis reuocetur ad aliud, non eſt quòd habeat alterius generis aliquam particulam; ſed quòd in alio genere ſimul conſideretur: vt calefactio reuocatur ad qualitatem, quia eſt via ad calorem qualitatem; non quòd habeat quid qualitatis, ſed quia conſideratur vt via ad qualitatem. Quarè hoc mirum eſt & dignum explicatu, quòd actio immanens habeat aliquid qualitatis, & actionis ſimul.

7\. Argumenta oppoſita explicantur. A differentijs ſpecierum vel generum poteſt abſtrahi conceptus cōmunis analogus in quo tales differentiæ conueniant.

Dicendum tamen eſt, quòd à differētia ſpeciei poteſt abſtrahi conceptus cōmunis analogus, in quo alia ſpecies ſiue res alterius generis cōueniat; verbi gratia, rationale, vt eſt differentia ſubſtantię creatæ intellectu præditæ, cōmune quid eſt Angelis & hominibus, vt omnes confitentur. Nihil ergo prohibet quòd ab actione immanente, quatenùs perficit ſubiectum; & à diſpoſitione qualitate, quæ ſimilitèr perficit ſubiectum, abſtrahatur conceptus communis in quo aſsimilentur. Imò & ex illo modo intrinſeco generi qualitatis (quæ eſt quædā ſubſtantiæ perfectio ſecundum eſſe & operationem complens illam) poteſt abſtrahi conceptus communis, qui conueniat actioni etiam immanenti, vtpotè ſubiectum ſuum perficienti, & quaſi complenti. Et ita communi quadam & ampliori ſignificatione actiones immanētes poſſunt dici diſpoſitiones, quaſi qualitates perficientes ſubiectum. Quarè non omninò abs re Doctores commemorati dixerunt actiones iſtas eſſe qualitates, & diſpoſitiones: & in hoc conceptu cōmuni actiones hæ aſsimilantur qualitatibus & diſpoſitionibus; non quòd habeāt entitatem illius generis; ſed aliā diuerſam, à qua tamen abſtrahitur ille conceptus communis analogus in quo ſunt ſimilia, & poſſunt dici diſpoſitiones perficiētes.

Actiones immanentes poſſunt dici diſpoſitiones, & qualitates ſignificatione cōmuniori, & magis abſtracta. Sic explicādi Doctores ſup.

Et idcircò etiam hæ actiones non ſolùm habent ſe per modum actionis in aliud tendentis, ſed etiam per modum formæ perficientis; quo pacto dicuntur actus perfecti. Neque verò id quod eſt forma neceſſariò eſt qualitas, nam & alia genera dicuntur formæ ſubiecti, & habent ſe per modum formæ, vt quantitas & relatio.

Non ſolùm qualitas, ſed & alia genera ſūt formę ſubiecti ipſum perficientes.

8\. Sed tamen vt diſcernamus quo in genere ſint actiones immanentes, ponderandum eſt in vnaquaque re inueniri primùm, eſſe, hoceſt, exiſtentiā; deindè operationem: & quoad vtrumque perficitur ſubſtantia per qualitatem; quoad eſſe perficitur per formas, quæ operationem non reſpiciunt; quoad operationem perficitur per formas, quæ ſunt actionis vel principium, vel terminus. Et omnes hæ formæ dant quoddam eſſe permanens; nam & ipſa principia & termini operationum ſunt res ex propria ratione permanentes; & hoc ipſo ex propria definitione diſcernuntur ab omni actione, quę non dat eſſe permanens, ſed dat agere formalitèr; ab actione enim dicitur agēs, ſicut ab albedine album. Cum igitur intellectio non ſit forma permanens, ſed ſit quædam actio quæ habet principium, & terminum; hoc ipſo ab iſtis qualitatibus diſtinguitur; quia principium, & terminus actionis qualitates ſunt permanentes; actio verò ab illis genere diſtincta eſt, vtpotè extra propriam rationem generis qualitatis.

Omnes qualitates perficiūt ſubiectum, vt formæ permanentes.

Actiones immanentes nō ſic, ſed vt motus vitales.

9\. Poſterioris ſententiæ Primum fundament.

Quod vt meliùs perſpiciatur, aduertēdus eſt animus ad iſtas actiones immanentes, vt diſcernamus illas à formis permanentibus. Primò certiſsimum eſt tempus Angelorum ſitum eſſe in operatione intelligibili; tempus autem eſt mēſura durationis alicuius motus, ſiue actionis; ergo intellectio eſt vera actio.

10\. Secundum.

Deindè loqui eſt producere verbum, vt liquet; ſed loqui ipſum eſt intelligere; ergo intelligere eſt ipſum producere verbum: producere autem abſque dubio eſt actio; igitur intelligere eſt actio.

11\. Tertium. *Ariſtot.*

Præterea, habitus producuntur per actus immanentes, vt docet Ariſtoteles 1. & 2. lib. Ethicorum; ſunt ergo hi actus veræ actiones quibus habitus producūtur.

Digitized by Google

Reſponſio aduerſariorum.

tur. Negabunt conſequentiam dicẽtes, actus producere habitus, quia ipſi actus ſunt formæ quędam actiuæ. Sed hoc reſponſum cum veritate pugnat;

Refutatur.

eſſet enim circulus in cauſis agentibus per ſe; ſiquidem habitus, vt omnes fatentur, eſt per ſe principium formale iſtorum actuum; eſt enim facultas quædam producendi actum: ergo ſi actus non eſt actio vera, ſed qualitas actiua qua habitus per ſe producitur; eſt ipſe actus principiũ formale per ſe habitus; & eſt facultas producendi habitum; quod fieri non poteſt, eſſet enim circulus in cauſis per ſe in eodem genere: ergo actus per quem habitus producitur non eſt qualitas actiua, ſed eſt ipſa actio agentis, qua producitur habitus.

Oſtenditur actũ non eſſe qualitatẽ actiuam, ſed eſſe ipſam actionẽ qua producitur habitus.

12. *4. fundament.*

Adhuc idem probatur, quoniam actio immanens, vt docet S. Thom. eſt quædã dilatatio potentiæ in obiectum, qua potentia tendit in obiectum, licet hic motus tendendi in potentia maneat; dilatari autem & tendere in aliquid, maniſeſtè indicant actionem. Et explicatur magis in intellectione in qua eſt verbũ: nam verbum, ex ſententia S. Auguſtini, S. Thomę, & omnium Theologorum, eſt naturalis quædam ſimilitudo ſiue imago rei cognitæ in qua res cognita repręſentatur: res autem cognita repræſentatur potentiæ cognoſcenti; ergo illa repræſentatio quę viget in imagine iſta, ſit potentiæ cognoſcenti; ita vt neceſſe ſit potentiam cognoſcentem cognitione ſua tendere in rem cognitam, & in imaginẽ; qui modus tendendi poſteà declarabitur: ergo cognitio ipſa qua potentia tendit in imaginem, eſt via quædam, & propria actio ad imaginem terminata, quæ imago intelligibilis verbum eſt. Et ita apparet in exemplo, actionem immanentem eſſe veram actionem, viam, & motũ quo potentia in obiectum tendit.

S. Thomas.

Explicatur magis in intellectione in qua eſt verbũ.

S. Auguſt.
S. Thom.

13. *5. fundam.*

Præterea, quòd intellectio diſtinguatur à verbo re ipſa, multis comprobatũ eſt; neceſſe eſt ergo meditemur verbum vt terminum, & intellectionem vt actionem: nam ſi intellectionem contemplemur duntaxat vt qualitatem, impoſſibile eſt, vt intellectus intelligat duabus qualitatibus diſtinctis; eſſet enim idem effectus formalis à duabus formis.

14. *Coroll. prius.*

Propter quam cauſam iam deſinit eſſe mirum, quòd actio vera perficiat potentiam, & faciat bonum vel malũ, quia eſt actio dilatans potẽtiam ipſam in obiectum; & eſt actio qua intellectus tendit in verum, vel falſum, & voluntas in bonum, vel malum; & non eſt actus entis in potentia, ſed actus perfecti.

Actio immanens non eſt actus entis in potentia, ſed actus perfecti.

Sunt tamen actiones in proprio genere actionis, quę poſſunt intendi, & remitti; & iuxta proportionem earum augentur ſui habitus; vt accidit in cęteris actionibus phyſicis; & menſurantur tempore.

Conuenientię inter illam & actionem phyſicam.

Hæc verò neceſſaria non ſunt in omnibus: nam ſicut illuminatio, quæ eſt inſtantanea, eſt vera actio & paſſio; ita intellectio inſtãtanea eſt vera actio. Imò actus quibus beati ſumus in patria non poſſunt intendi, & remitti; & ſunt æterni, quia ſimul exiſtũt, cum careant ſucceſſione; & tamen ſunt veræ actiones, quia per illos potentia tẽdit in obiectum ſuum, qui motus tendẽdi vera actio eſt. Ratio autem quidditatiua actionis immanentis eſt, vt per illã formalitèr potentia tendat in obiectũ, ita vt actio ſit ipſa tenſio, ſiue motus tẽdendi.

Ratio illius quidditatiua.

15. *Diſcrimina inter illam, & phyſicam. Primum.*

Differunt tamen ab actionibus phyſicis, quia actiones phyſicæ ſunt imperfectiſſimæ; ſunt enim quædam rerum aliarum productiones, & nihil amplius; & idcircò dicuntur puræ, ſiue nudæ productiones: actio autem immanens non neceſſariò eſt productio, vt hoc cap. dicemus; neque eſt propter aliud producendum. Imò eſt maxima perfectio potentiæ, ad quam cętera ordinãtur. Præterea, quia non egreditur ab agente, non eſt media inter agens & paſſum: & idcircò non exigit ſubiectum extrinſecum, ſcilicèt extra agens; imò manet in agente: quare neque infert paſſionẽ; ſunt enim actiones iſtæ ſine paſſionibus, quia ſunt actiones in agente quod eſt ſimplicitèr agens, & ſecundum quid & impropriè paſſum: pati enim eſt recipere ab aliquo extraneo agente actione & motu ab illo agente egrediente; quo pacto agens actione immanenti non patitur, cum ſit ipſum agens & ſimplicitèr agens.

Secundum.

Pati eſt recipere ab extraneo agente, &c.

16. *Obiectio.*

Quòd ſi obijcias, aſſumendo id quod ex dictis colligitur, etiam in actione immanente agens & paſſum eſſe res ſimplicitèr diſtinctas, quia agens non eſt nuda potentia, ſed vel duæ potentiæ, vel potentia informata, vel potentia cum prima actione coniuncta; paſſum verò eſt ipſa potentia nuda: ergo paſſum eſt ſubiectum extraneum, & ſunt res ſimplicitèr diſtin-

Reſponſio. Subiectum extraneū, quodnam ſit?

diſtincta ab agente. Reſpondendum eſt conſequētiam negando; nam ſubiectum extraneum dicitur non quod eſt ab agē te principali, & integro diſtinctum; ſed illud eſt ſubiectum extraneum, quod etiam diſtinguitur à facultate actiua, cuius eſt propria actio. Nam aliàs actio viuentium, vt nutritio, & motus ad locum, manet in agente; & tamen eſt actio trāſiens; quia in ijs oportet deſignare partē mouentem diſtinctam à parte mobili per ſe. At verò actio immanens manet in ipſa potentia, cuius eſt propria actio; quia non egreditur ab illa, neque eſt media inter agens, & paſſum, neque eſt pura via ad aliud efficiendum; ſed eſt actio perfecti perficiens ipſam potentiam, cuius eſt propria actio. Et idcircò dixit S. Thom. vt ſuprà commemorauimus q. 9. de Potentia, quòd in his actionibus non oportet aſsignari aliud principium agēdi, aliud patiendi.

In nutritione, & latione actionibus tranſeuntibus, oportet deſignare partem mouē tem diſtinctā à parte mobili per ſe.

S. Thom.

17. Coroll. poſterius. Actiones immanentes, quędam ſunt tantùm actiones quędam etiā productiones.

Ex quibus poſtremò colligimus neque neceſſe eſſe, vt per has actiones aliquid producatur; quia non ſunt ex proprio genere via ad opus, vt Ariſtot. docet: neque etiam eſt mirum quòd aliquæ ex his actiones producant aliquid in ipſa potentia vel in alia, cum ſint veræ actiones, vt in ſequentibus diſputabimus. Cum verò per has actiones producitur aliquid in eadem potentia, licèt ibi non ſit medium inter agens & paſſum; eſt tamen ipſa actio media inter agens, & effectum ſuum; verbi gratia, cum per intellectionem producitur verbum, illa actio eſt ſimul intellectio, & productio; & eſt media inter intellectum, & eius verbum. Cum verò nihil producitur, actio non eſt productio, ſed eſt tantummodò actio, vt ſtatim dicemus.

Confirmatio.

18. *Ariſtotel.*

QVòd actiones immanentes ſint veræ actiones, Ariſtoteles non ſolùm indicat, ſed planiſsimè docet. Nam lib. 9. Metaphyſ. cap. 9. & 6. Ethicor. cap. 4. & 1. Magnorum Moral. cap. vltimo, diſtinguit actiones immanentes à tranſeuntibus; immanentes autem actiones vocat, viſionē, intellectionem; his enim exemplis vtitur. Eaſdem vocat actiones ſiue operationes 10. Ethicor. cap. 3. 4. 5. & 6. quam appellationem vſitant eodem loco interpretes. Et in poetica, *Finis ipſe*, inquit, *actio quædam eſt, non*

A *qualitas.* Sed tamen verborum Ariſtotelis iſtum commētarium inuenio, quòd nomine actionis immanentis Ariſtoteles complectatur res duas, ſcilicèt, intellectionem, quam putant eſſe qualitatē; & actionem veram antecedentem, ex natura rei diſtinctam ab ipſa intellectione, quam dicunt eſſe actionem immanētem: quia cum iſta actio, quam ponunt, non diſtinguatur à termino producto, manet iſta actio in agente in quo manet terminus productus, qui eſt intellectio. Et de iſta actione Ariſtotelem loqui B affirmant, cum ait actionem manere in agente; cum verò ait actiones iſtas eſſe perfectiones, ſiue eſſe vltimum potētiæ, tunc Ariſtotelem loqui de ipſis qualitatibus, quæ ſunt potentiæ perfectiones, & eodem nomine actionis continētur. Sed ſanè Ariſtoteles eodem more loquendi quotiès de actionibus immanētibus tot in locis inſtituit ſermonem, exempla ſubijcit de cognitione, vel appetitione, ſemper appellans actiones. Quòd ſi æquiuocè diceret actiones aliquo in loco deberet id ſignificare; quod fecit in nullo. Cum ergo illius interpretationis nullū extet indicium, neceſſe eſt confiteri id Ariſtotelem ſenſiſſe quod verbis toties C edidit, & verbis planiſsimis. Præterea cum diſtinguit actiones immanentes à tranſeuntibus, nonne tunc maximè loquitur de actionibus ipſis veris, non verò de qualitatibus? Atqui ponit ibidem exempla de viſione, & intellectione. Nam, inquit, per viſionem nullum opus fit; ergo eſt actio per quam nullum fit opus, quæ eſt immanens; quæ conſequētia nulla eſſet, niſi viſio eſſet vera actio. Igitur interpretatio iſta, & noua eſt nul- D lo antiquo interprete firmata, & à verbis Philoſophi diſsidens longiſsimè.

Interpretatio *Suar. tom. 1. Metaph. diſp.* 48.

Refellitur. 1.

Secundò.

Præterea eſt locus alius apud Ariſtotelem 10. Ethicor. cap. 3. vbi non ſolùm affirmat has eſſe actiones, ſed negat eſſe qualitates. *Atqui*, inquit, *neque ſi voluptas non eſt qualitas, propter hoc bonum non eſt; neque enim operationes virtutū ſunt qualitates, neque felicitas ipſa.* Quod idem docet in Poetica cap. 4. verbis expreſsis, finem eſſe actionem, non qualitatem. Reſpondent Ariſtotelem dixiſſe has actiones non eſſe qualitates, quia neceſſe eſt eam potentiam, quæ illis prædita eſt, ſemper agere; & ita eſſe qualitates cum actione coniunctas; &

19. Tertiò. *Idem Ariſt.*

Reſponſio *Suar. diſp.* 42.

dictas eſſe non qualitates, quia non ſunt nudæ qualitates ſine actione. Sed quid ad rem de actione, vt quia qualitas non conſtat ſine illa, eò quòd pendet cõſeruatione ab illa; idcircò ea quę eſt ſimpliciter qualitas dicatur non eſſe qualitas? Hoc non eſt Ariſtotelem explicare, ſed velle diſsimulare cum auctoritate Philoſophi. Affirmandum ergo eſt cum Ariſtotele actiones immanentes non eſſe qualitates. *Refellitur.*

20. *S. Thom.* Idem firmatur auctoritate S. Thomę, quæ ſemper nobis erit præcipua, commentâtis in Ariſtotel. locis citatis, cum alijs antiquis ſcholijs; & opuſcul. 14. planiſsimè ait, intellectionem eſſe quendam motum. Quæ eſt etiam ſententia Magni Alberti in 1. d. 17. art. 7. & aliorum. Quibus conſentit Simplicius in tractatu de 6. principijs ex Archita Tarentino, affirmans actiones non ſolùm inanimatorum, ſed viuentium, & actiones hominum ipſas (quibus intelligit immanentes) in prædicamento actionis collocari; & Albert. ibidem huic ſententiæ ſubſcribit. Fracaſtorius etiam in Dialogo de Anima idem ſentit; probat enim illius immortalitatem, quia finis eius eſt operatio; operatio autem eſt vita; ergo finis animi noſtri eſt vita: quare cum tẽdat in vitam, vt in finem naturalem, quẽ poteſt conſequi, immortalis ſanè eſt; finis autẽ animi eſt contemplatio, quæ eſt actio, & motus quidam. Eandem opinionem retinent ex Thomiſtis Thomas ipſe Caietan. 1. p. q. 27. art. 1. dub. 1. & 3. Franciſc. Ferrar. 1. contra gent. cap. 53. Ioan. Capreol. in 1. d. 27. q. 2. Iauellus 9. Metaphy. q. 16.

Magn. Alb. Simplicius. Fracaſtori⁹. Finis animi noſtri operatio, atq; adeò vita. *Caiet. Ferrar. Capreol. Iauellus.*

21. Vſus loquendi. Deniq; confirmatur vſu loquendi Eccleſiaſtico, & Conciliorum frequentiſsimo has actiones nominantium: imò ipſa hominum conſenſione, & communi ſenſu; omnes enim homines actiones appellant, profectò quia actiones eſſe intelligunt.

TERTIA PARS.

Per aliquas actiones immanentes producitur terminus.

1. CVm ſtatutum ſit actiones immanẽtes eſſe veras actiones, ſuccedit quæſtio, An per eas actiones aliquid producatur? Et ſunt in re propoſita opiniones extremæ. Alij enim dicunt per has actiones nihil vnquam produci: alij verò contra aſſeuerant ſemper & neceſſariò per eas aliquid produci. Nos verò media via progreſsi cum vtriſque pugnamus, aſſerentes aliquandò produci aliquid, & aliquandò nihil, ita vt neutrum ſit neceſſarium. Et hac parte cap. priùs refellenda eſt pars negans vniuerſalis, ſcilicèt quòd per nullam actionem immanentem producatur aliquid. 1. ſententia vniuerſalitèr negatiua.

2. Eius fundam. ex *Ariſt.* Iſthæc exiſtimatio fulcitur Ariſtotel. documento, hoc diſcrimen ponentis inter actiones immanentes, & tranſeuntes; quòd per iſtas aliquod opus fit, per illas verò nullum opus fit, hoc eſt, nullus effectus; ita affirmat Philoſophus 9. Metaphy. tex. 16. & 1. Ethicor. cap. 9. Et ita opinantur Ioan. Scotus in 1. d. 27. q. 3. & Durand. q. 2. cum alijs. Auctores *Scotus. Durand.*

3. Quare cum aduerſum iſtam exiſtimationem modis omnibus contendamus, verbum procedere per intellectionem, quæ eſt actio immanens; initio ſtatim opus eſt iſtius ſententiæ Ariſtotelicæ, quæ proponitur argumento, pręſtare cõmentarium; eò quòd ſit aliquantulùm intellectu difficilis. Thom. Caiet. 1. p. q. 27. art. 1. dub. 1. ait Philoſophum poſuiſſe diſcrimen inter actionem immanentem, & tranſeuntẽ, quòd actio tranſiens per ſe terminatur ad formam productam; actio verò immanens non per ſe, quia actionum harum multæ ſunt per quas nihil producitur. *Ad Ariſt.* 1. interpretatio *Caiet.*

Sed contra hoc eſt argumentum; nam ſunt actiones immanentes, quæ ex genere, ſiue ſpecie ſua per ſe producunt terminum, vt capite ſequenti dicemus; ergo conueniunt cum actionibus tranſeuntibus in diſcrimine deſignato, quo maximè deberent diſtingui. Quòd ſi actio immanens non per ſe producit terminum, & hæc eſt eius differentia qua differt à tranſeunte; conſequitur vt nulla actio immanens per ſe producat terminum, quod eſt falſum, vt exemplo oſtenditur: intellectio enim per ſe producit verbum. Obiectio. Aliquæ actiones immanentes per ſe producunt terminum.

4. Reſponſio. Poſſumus ad hæc quidèm reſpondere Ariſtotelem non tradidiſſe diſcrimen proprium actionum iſtarum; ſed in genere indicaſſe illas eſſe diſtinctas, quia actio tranſiens per ſe producit terminũ; at verò actio immanens non per ſe, ſed per accidens, hoc eſt, non per ſe vt actio immanẽs eſt, ſcilicèt ex propria ratione commu- Actio immanens in propria ratione communi nõ includit, vt di-

ferentiam producere, vel nō producere per ſe terminum.

communi: quo pacto dicimus animal nō eſſe per ſe rationale, ſed per accidens; quo ſenſu dicimus animanti accidere eſſe hominem, & eſſe rationale, quia ſunt multa animantia non rationalia. Et eodem pacto verè dicimus actionem immanentem non per ſe producere terminum, ſed per accidēs, quia accidit actioni immanenti eſſe intellectionem, vel dilectionem productiuam termini. Itaq; non producere per ſe terminum non eſt differentia propria actionis immanentis; eſſet enim conſequens, vt nulla actio immanens produceret per ſe terminum: ſed hoc ipſum quòd actio immanens ex ratione communi non producat per ſe terminum, indicat illam eſſe naturâ diuerſam à tranſeunte, quæ per ſe terminum producit. Neque diſplicet hic commentarius, quoniam Ariſtoteles eo loco non tam vult diſcernere actiones, quàm oſtendere, quæ actiones inſint agenti, quæ verò paſſo: quare non eſt admirandum quòd non poſuerit vtrarūque proprias differentias.

Non diſplicet dicta interpretatio.

5. 2. Interpretatio aliorum. *Ariſt.*

Alij exponunt quòd per actionem immanentem nihil fit quod permaneat, eo loquendi modo quo Ariſtot. ait Ethicor. 1. in nonnullis actibus ipſas actiones eſſe fines, & non aliquid factum per illas, vt in arte cytharizādi; in qua ſanè actione, cum ſit tranſiens, aliquid eſt factum, ſcilicèt ſonus editus arti cōcordans: ſed dicitur nihil factum, quia nihil permanet tranſeunte actione. Sed contra hoc eſt, quòd per actiones immanentes producuntur habitus permanētes; ergo in hoc non differunt à tranſeuntibus. Prætereà in eo quòd termini iſtarum actionū producti ſimul cum illis deſinunt, conueniūt cum alijs actionibus tranſeūtibus, vt eſt pulſus cytharæ, & alię; ergo in hoc etiam non differunt: quare hæc explicatio non videtur ſatisfacere.

Refutatur primò.

Secundò.

6. 3. interpretat. *Capreoli.*

Ioan. Capreol. d. 27. q. 2. alitèr interpretatur Ariſtotelem quòd dicat actionem immanentem eo diſcerni à tranſeunte, quòd tranſeuntis actionis terminus recipitur in ſubiecto extraneo; actionis verò immanētis ſi quis eſt terminus productus, in ipſo agente manet. Et certè verum id eſt quod Capreol. docet. Sed obijciunt quidam non eſſe ex mente Ariſtotelis; quia vt modò dicebamus, magis volebat Ariſtoteles oſtendere in quo ſubiecto ineſſent actiones iſtæ, quā

Impugnatur à *Rada controuerſia. 7.*

A earum differentiam aſsignare: ineptus autē eſſet Philoſophus, ſi diceret actionem, quæ producit terminum in ſubiecto extraneo, eſſe in ſubiecto extraneo, quaſi oſtendens idem per idem. Occurrendum tamen eſt iſtum commentarium egregium eſſe, & clariſsimū: neque ineptum eſt argumentum, ſed maximè accōmodatum, ad oſtendendum in quo ſubiecto ſit actio, hoc ipſum colligere à termino producto. Nam ſi terminus productus eſt extra agens in ſubiecto diſtincto, in eodem eſt actio: ſi verò extra non eſt terminus productus; ſed vel nullus eſt, vel in ipſo agente eſt; actio ſanè eſt in agente: vt actionem à termino non B ſeparemus. Verba Ariſtotelis ſunt iſta, *In quibus igitur aliud quidpiam eſt quod ſit præter vſum, eorum actus in eo quod efficitur, ineſt: qualis eſt ædificatio, atque actus texendi; illa enim in eo quod ædificatur, hic in eo quod texitur, ineſt. In quibus autem præter actum non eſt aliud quicquam opus, in ijs ipſis eſt ipſe actus, nam viſio in eo eſt ſanè quod videt, &c.* Quibus verbis maximè quadrat interpretatio Capreoli. Itaque Ariſtoteles vult oſtendere, actiones in quo ſubiecto ſint; hoc autem petit à termino producto per actionem, quia in quo ſubiecto eſt terminus, in eodem eſt & actio. Ex qua concluſione differentia iſtarū actionum tradita à Capreolo colligitur: ſcilicèt C quòd actio tranſiens ſit ea cuius terminus productus ſit in ſubiecto extraneo; eſt enim tranſiens quia eſt in eodem ſubiecto extraneo, vt Ariſtot. vult. Actio verò immanens eſt ea, per quam ſi quis producitur terminus manet in agente, vnde & ipſa actio in agente manet, & dicitur immanens. Et ſicut Ariſtot. accipit vt aliquid notius, quòd terminus productus ſit extra agēs in ſubiecto extraneo, ad indicandum quòd actio ſit in eodem ſubiecto; ita & nos hoc idem accipimus ad oſtendendum actionem eſſe tranſeū- D tem; quòd ſi nihil extra agens producitur, dicimus eſſe immanentem.

Propugnatur.

Verba Ariſt.

Ariſtot. vult oſtendere, in quo ſubiecto ſint actiones, per terminos productos.

Atverò ſi velimus indicare diſtinctionem vtriuſque actionis, non per ſignum, aut argumentum, ſed ex propria differētia, faciliùs verba ipſa Ariſtotel. licebit exponere. Nam differentia eſſentialis vtriuſque actionis ea eſt, quòd actio tranſiens eſt pura via ad aliud producēdū, & pura productio rei alterius: actio

7. 4. interpretat. facilior, aſsignans differentiā eſſentialē in vtraque actione.

In tranſeunte.

In immanẽte.

verò immanens non eſt ex proprio genere productio, neque eſt pura productio; ſed ſimul eſt forma perficiens, & perfectio agẽtis, imò maxima eius perfectio; vndè primo Ethicorum cap. 9. dicitur actus vltimus: ergo hæ actiones non ordinantur ad aliquid producendũ, tanquam ad finem; imò ſi quid per illas producitur, illud ipſum ordinatur ad iſtas actiones vt ad finem. Nam & verbũ, & habitus ſcientiæ, per intellectionem producta, ordinantur ad illam, vt poſteà docebimus. Igitur cum Ariſtoteles docet in actionibus tranſeuntibus præter actionem, & vſum illius, extare aliquod opus per illam productũ, intelligit opus aliquod ad quod ipſa actio ordinetur, vt ad finem: quo pacto per actionem immanentem nihil producitur ad quod ipſa, vt ad finem ordinetur; cum potiùs ipſa ſit finis cæterorum, & vltimus actus.

Ariſt.

Per immanentẽ nihil producitur, ad quod ipſa, vt ad finẽ ordinetur.

8.

Vis poſteriorum verborũ.

Et hunc ſenſum iſtius ſententię poſſumus coniectare ex verbis Ariſtotelis, quæ ponderanda ſunt. *Quorum*, inquit, *non eſt aliud quoddam opus præter actionem, in ipſiſmet actio eſt.* Hoc eſt, vbi nihil producitur per actionem, actio eſt in agente, & eſt immanens. Ex quibus verbis adhùc non trahitur firma conſequẽtia quòd per actionem immanentem nihil producatur: potiùs enim affirmat, quòd cum nihil producitur actio eſt immanens; ex quo non ſequitur quòd cum actio eſt immanens nihil producatur; non enim conuertitur conſequẽtia; ſi nihil producitur actio eſt immanens; ergo ſi actio eſt immmanẽs nihil producitur. Ibidem tamen aliud enunciatum præmiſerat, ſcilicèt quod cum aliquod opus præter vſum actionis manet, actio eſt tranſiẽs; hoc eſt, ſi per actionem aliquod opus producitur, eſt tranſiens actio: vnde videtur ſequi vt cum aliquid producitur non ſit actio immanens: rectè enim conſequitur, ſi opus producitur actio eſt tranſiens; ergo non eſt immanens. Hoc ergo quod Ariſt. præmiſerat, poteſt explicari ex verbis ipſius; nõ enim ſimplicitèr ait, quòd vbi præter actionẽ opus producitur, actio eſt tranſiens; ſed ait quòd vbi præter vſũ actionis: quę verba nõ ſine cauſa adiecta ſunt, nam actio & vſus actionis diſtincta ſunt. At verò in operatione immanẽte terminus neceſſarius pertinet ad ipſum vſũ actionis, quia ipſa actio eſt finis ad quẽ requiritur ter-

Priorum ſenſus aduerſar.*

Verus eorum ſenſus ac vis.

Per actionem immanentem nihil producitur præter vſũ actionis, id eſt, vel exercitiũ actionis, & eſt terminus, vel ea quę ad actionem ſunt vſui vt ad finem, & eſt terminus, vel habitus.

A minus, & ſine qua non conſtat; & eodem modo habitus pertinet ad vſũ actionis, ad quẽ vt ad finẽ ordinatur. Et ideò cum terminus & habit⁹ productus pertineãt ad vſum intellectionis, præter vſũ nihil producitur. Prætereà habitus nõ producitur per ſe p actionẽ immanẽtẽ, ſed iuxta virtutẽ agẽtis, vt ſtatim dicemus: terminus verò actionis, qui in aliquibus actionibus immanẽtibus neceſſariò inuenitur, abſque dubio pertinet ad vſum actionis, & exercitiũ. Nam vſus poteſt indicare exercitium; & cauſam finalẽ, quia media ſunt in vſu ad finẽ: & vtroque modo terminus iſtarũ actionũ pertinet ad B vſum illarũ; habitus verò pertinet ad vſũ vt medium ad finẽ, nam ad exercitium nõ eſt neceſſarius per ſe. Quare in actionibus immanentibus, quia præter vſum nihil producitur, ad ſenſum explicatum; quia ipſæ non ordinantur in aliud, ſed potiùs ea quæ producuntur per illas pertinẽt ad vſum illarum, iuxta Ariſtotelis ſententiam à tranſeuntibus excluduntur.

9.

Secũda & vera ſentẽtia in titulo aſſerta. Probatur. 1. ex loco explicato *Ariſtot.*

Ex poſitis Philoſophi verbis, quę ſunt contrariæ partis ferè integrum argumẽtum, facile eſt perſuadere quòd per iſtas C actiones aliquid producatur. Siquidèm ſunt veræ actiones: nihil verò prohibet quin agens per ſuam actionem aliquid producat. Et idem etiam probatur illo argumento, quo anteà vſi ſumus: nam actio tranſiens eſt quædam egreſsio, ſiue exitus ab agente medius inter agens, & paſſum, qui indicat ea eſſe ſubiecta diſtincta; ergo illa effecta, quæ manent in agente non ſiunt per actiones tranſeuntes; conſequẽs ergo eſt, vt per immanẽtes producantur: & ita actio immanens non eſt media inter agens & paſſum; eſt tamen media inter agens, & effectum. D Quod eſt tertium argumentum abundè efficax. Nam ordine naturæ inter potẽtiam cognoſcentem ſiue appetentem, & terminum actionis, actio ipſa eſt media; ergo abſque vllo dubio terminus ille per actionem producitur. Quòd ſi in his actionibus neges terminum cum Ioanne Scoto, & Durando: ſaltèm negare non poteris produci habitus in his potentijs, & eſſe medias actiones iſtas inter potentiam, & habitum productum; ergo neceſſe eſt fateri produci habitum per illas, ſiquidèm veræ actiones ſunt, vt probatum eſt.

Probatur. 2.

Probatur. 3.

Reſponſio aduerſariorum.

Refellitur.

Sed

Digitized by Google

10. *Tres quæſtiũculæ affines.*

Sed tria adhuc ſunt in quæſtione iſta tractanda. Primum, An hę actiones fiant per alias actiones? Secundum, Quæ ſint res per iſtas actiones productæ? Tertiũ, An inter iſtas actiones immanentes, & res productas per illas, ſit media aliqua alia actio?

11. *Primæ reſolutio. Actio immanens non producitur per aliam actionem mediam: Eſt contra Scotum. Licèt ſit forma eſt vera actio.*

De prima quęſtione, dicimus opus nõ eſſe, vt hæ operationes producantur per alias actiones, vt ponebat Ioan. Scotus, qui ait intellectionẽ fieri per actionem mediam, inter intellectũ & ipſam; quia etſi rectè aſſerebat intellectionem eſſe formam quandam, non ſcitè colligebat per actionem mediam fieri: iſtam enim conſequutionem negamus, dum aduertimus ipſammet formam eſſe veram actionẽ; non quæ pertineat ad phyſicam conſiderationem, quia talis actio eſt cum motu; nec verò dicimus intellectionem ita eſſe actionem, quaſi ſolam viam ad aliud; ſed ideò dicimus actionem, quia eſt forma cum quodam intrinſeco motu in aliud, ſcilicèt in obiectum. Ideòque cum ſit vera actio, non eſt neceſſe quòd per actionem fiat: ſicut enim exiſtentia per hoc ipſum exiſtit, quia exiſtentia eſt, non tamẽ quòd propriè exiſtat; ita etiam actio immanens, verbi gratia intellectio, per hoc ipſum fit quia eſt actio, ita vt nõ ſit neceſſe fieri per actionem: neque verò propriè fit, ſed ipſa eſt actio, per quam intelligens dicitur formaliter agens; & ipſa eſt intelligentis forma, & perfectio.

Fundamentũ reſolutionis. Exiſtẽtia propriè non exiſtit: nec actio propriè fit.

12. *Secundæ reſolutio. Producit terminum, & habitum. Item producit aliam actionẽ immanentem vt cauſa realis non vt productio.*

De ſecundo quæſito, dicendum eſt duo eſſe, quæ per iſtas actiones producuntur, ſcilicèt terminum intrinſecum illarum, vt per intellectionem verbum, & per dilectionem amorem: & habitus etiam per actiones nouimus produci. Eſt etiam vna operatio principium alterius, vt cum intellectus ex aſſenſu præmiſſarum aſſentitur concluſioni, aſſenſus ille prior eſt cauſa realis aſſenſus conſequentis; & vna actio naturalis in voluntate eſt cauſa realis actionis liberæ; quia potentia per primã operationẽ eſt quaſi in actu ad ſecundam. Quare tunc operatio immanens non eſt productio alterius operationis; ſicut enim non eſt motus ad motũ, ita neque eſt operatio quæ ſit formalis productio alterius operationis; hoc quippè pugnat cum natura vtriuſq; operationis, quia actionis non eſt actio; quare nec prima actio eſt productio alterius; neque altera per actionẽ producitur, cum ſit actio, quæ productione nõ indiget, vt dicebamus. Quia ergo hæ actiones ſunt formę agẽtis, ſiue actus illius perficientes ipſum agens; potentia per primam actionem eſt verè in actu ad ſecundam, quaſi per formam actiuam, non quia actio prima ſit potẽtia, vel habitus: ſed eſt quaſi forma alterius generis exiſtens tamen in agente, & quodammodò actiua. Nam ipſa actio exiſtens in agẽte, vt forma perficiens, quodãmodò actiua eſt: ſed non eſt ſimpliciter facultas actiua, quia non poteſt mutare ſuam naturam actionis: imò hæc eſt natura illius actionis, vt ſimul & actio, & forma perficiens ſit.

Non eſt ſimplicitèr facultas actiua.

13. *Illa quæ producitur actione tranſeunte potẽtiæ in qua non eſt, habet ſe nõ vt actio, ſed vt vera forma, & effectus.*

Similitèr quando vna potentia concurrit ad operationem immanentẽ, quæ eſt in altera potentia, dicimus illã actionem immanentem non produci per aliã actionem illius potentiæ in qua eſt, quia actionis nõ eſt actio. Sed eadẽmet actio immanẽs producitur per actionẽ tranſeuntẽ alterius potẽtiæ in qua non eſt; cũ qua comparatur nõ vt actio, ſed vt vera forma, & perfectio, actioniſq; effectus.

14. *Actio immanens eſſentialitèr eſt productio proprij termini.*

Eſt tamẽ adhùc aduertendũ quòd diuerſimodè per actionẽ immanentẽ producitur terminus, & habitus; nam terminus iſtiuſmodi actionis eſt illi intrinſecus; ſi qua enim actio immanens habet terminũ, illa ex propria ſpecie & definitione cũ termino eſt copulata, vt poſteà dicemus; ita vt nõ ſolũ ſit actio, ſed eſſẽtialitèr ſit productio; talis tamẽ productio, quę eſt ſimul forma agẽtis, & perfectio. At verò nulla actio immanẽs eſt eſſentialitèr productio habitus; nam etſi ſint quædã actiones immanẽtes eius naturæ, vt per eas poſsit produci habitus; quòd tamẽ actu producatur, accidit illis ex virtute agẽtis, vt S. Thom. docet; quæ ſi deſit, non producitur habitus. Cũ verò adeſt virtus agẽtis neceſſaria, & habitus producitur per actionẽ immanẽtẽ, neceſſe eſt meditari in illa actione modum quendã realẽ accidentariũ. ſicut cũ actio intenditur, aut remittitur, accedit nouus modus realis: & cũ illo nouo modo actio eadẽ immanẽs eſt vera productio habitus. Itaq; in ipſamet actione immanẽte neceſſe eſt meditari aliquid accidentariũ, vt ipſa actio ſit vera productio illius habitus, accidentarium, inquam, quia accidit iſti actioni producere habitum.

Eſt verò productio habitus accidentariè, accedente ſcil. cum virtute agentis nouo modo reali accidentario, S. Thom.

Explicatur hoc.

V 3 Et

Et ita ponimus modum quendam realẽ, vt actio immanẽs ſit productio habitus: vt verò ſit productio termini, ratio ipſa eſt ſpecifica actionis. Vnde etiam colligimus per eam actionem per quam non producitur terminus intrinſecus, non produci etiam habitũ: nam quia terminus producitur per ſe, habitus verò per accidens; productio habitus eſt conſequẽs ad productionem termini. Et probatur idem, quoniam actio immanens quæ non producit terminum, non eſt eſſentialiter productio; ergo neque per accidens eſt productio: quia mutaretur ſecundum differentiam eſſentialem; in his enim actionibus differẽtia eſſentialis eſt vt ſint productiones, vel non ſint. Et hoc ipſum alia ex parte cum veritate concinit: nam vbi potentia eſt ſatis per ſe ipſam perfectum principium actionis, non producitur terminus in rebus creatis, vt dicemus cap. 9. vbi autem eſt potentia ſatis perfecta per ſe ipſam, non producitur habitus; ergo vbi nõ producitur terminus, neque habitus producitur.

Qua actione non producitur proprius terminus, neque habit⁹ producitur. Probatur. 1. — Secundò. — Tertiò.

15. Colligimus itaq; quòd intellectio qua verbũ producitur, eſſentialitèr eſt productio verbi; & per accidens productio habitus: & ideò verbum eſt eſſentialitèr forma, quæ per intellectionem producitur; habitus autem poteſt à Deo produci ſine intellectione, vt poſteà declarabimus. Non dixi verbum eſſe quid eſſentialitèr productum; quia nulli rei creatæ eſt eſſentiale, aut neceſſarium produci, ſed accidit illis produci: ſolæ perſonæ diuinæ, quæ procedunt ex alijs, neceſſariò & ex propria ratione ſunt productæ.

Verbum eſt eſſentialitèr forma quę per intellectionẽ producitur. Non tamẽ eſt eſſentialitèr, aut neceſſariò productũ, vt nec vlla res creata.

16. *3. quæſtiuncula. Pars affirmatiua probatur.*

Tertium iam quæritur. Vtrùm inter iſtas actiones & res productas ſit adhùc alia actio media? Nam cum hæ actiones ſint res ſimpliciter diſtinctæ ab alijs, quę per illas producuntur, vtputà à terminis, ab habitibus, & ab alijs actionibus ortis ex primis; poſſet videri quòd hę res productæ emanent ab actionibus immanentibus, quæ ſunt res diſtinctę, per alias actiones medias, & quaſi tranſeuntes, quæ non diſtinguantur à rebus ipſis productis. Et licèt ſit inauditum dari duas actiones tranſeuntes eiuſdem effectus; & hoc etiam ſit impoſsibile, quia efficeretur res eadem non ſemel, ſed bis, ſcilicèt bina actione, nõ partiali neque ſubordinata: non videtur tamen impoſsibile, vt idẽ effectus emanet duplici actione alia immanente, alia tranſeunte; maximè cum ſint quaſi ſubordinatæ: quia actio immanens antecedit illam tranſeuntem, ſiqua eſt: ſicut actione agentis vniuerſalis mouente agens particulare qua tribuit illi virtutem operandi, & alia actione agentis particularis idem effectus emanat. Quare etſi intellectio ſit actio productiua verbi, poſſet ſuſtineri, quòd inter intellectionem & verbum ſit alia actio nõ diſtincta à verbo, qua actione ipſum verbũ emanet ab intellectione.

Obiectio. — Occurritur. — Poſſet ſuſtineri hæc pars.

17. *Reſolutio negatiua eſt probabilior.*

Nihilominùs eſſe exiſtimamus probabilius, quòd in verbo, ſiue habitu producto nullus ſit fluxus, ſiue emanatio diſtincta ex natura rei ab ipſo verbo ſiue habitu producto, ſicut calefactio à calore. Primò, ne tot res ſine neceſsitate cumulemus. Deindè, quoniam vnius agentis proximi, & inſtrumentalis, quale eſt intellectus, vna eſt actio, quę effectum producit, quæ eſt media inter agens, & effectum; ſed intellectio eſt actio intellectus qua producit verbum, vt indubiè aſſerimus; & eſt media inter intellectum, & verbum; ergo ea vna actio ponenda eſt, & non alia adijcienda; præſertim cum nihil nos cogat ad id concedẽdum. Adhùc, quia hoc videtur eſſe diſcrimen inter effectum actionis tranſeuntis, & immanentis; quòd effectus actionis tranſeuntis recipitur in ſubiecto extraneo, quod mouetur; & idcircò motus eſt in recipiente, qui motus eſt actio, & paſsio. At verò effectus actionis immanentis recipitur in ipſo agente abſque motu phyſico, & idcircò ſufficit ibi operatio immanens quæ eſt actio, ſed non eſt paſſio; paſſio enim eſt de intrinſeca ratione motus, ſed non clauditur in conceptu actionis, cui potiùs opponitur: quare intellectio eſt tantummodò actio, & non eſt paſsio, quia non eſt motus phyſicus; quare neq; ibi eſt neceſſaria alia paſsio, ſicut neque motus. Quamuìs enim verbum diſtinguatur ab intellectione: non indè colligitur quod alia actione tranſeunte producatur, cum verbum maneat in ipſo agente in quo eſt actio, vt iam explicauimus. Procedit verò verbum reali proceſsione, hoc eſt, procedit re ipſa, nõ tamen quòd proceſsio verbi ſit paſsio diſtincta ex natura rei à verbo; ſed eſt ipſum verbum procedens ſignificatum per modum paſsionis; ſicut de proceſ-ſione

Probatur. 1. — Secundò. — Tertiò. — Actio eſt ſine motu, ſed paſſio ſine motu non eſt. — 1. obiectio. Occurritur. — Secundæ occurritur. Proceſsio verbi non eſt paſſio, ſed ipſum verbum procedens, vt de proceſſione

Digitized by Google

ceſſione creaturæ docet S. Thomas. fione creaturarum docet S. Thom. proceſsio enim creaturæ non eſt paſsio, ſed eſt ipſa creatura procedens: à qua tamé proceſsione verbi reſultat relatio realis verbi ad dicentem, vt S. Thom. ſæpiùs docet. Quare ſimilitèr verbum, aut habitũ produci non eſt paſsio antecedens, ſed ſolum ibi eſt relatio realis conſequẽs res ipſas productas: ſi tamen placet relationes in eodem ſubiecto, reales eſſe.

18. 3. obiectio. Quòd ſi obijcias, in proceſsione verbi eſſe mutationem de non eſſe ad eſſe, & illam mutationẽ eſſe ipſum fluxum, quẽ dicimus actionem & paſsionem. Reſpondendum eſt illam mutationem non eſſe actionem aut paſsionem antecedentem verbum, ſed eſſe verbum ipſum mutatũ; quod dicitur mutatum; quia eius eſſe eſt nouum poſt non eſſe, vt de creatione S. Thomas docet. Eſt tamen diſcrimen inter creaturam, & verbũ, quia inter creaturam & Deum creantem nulla eſt actio media: inter intellectum verò & verbum eſt intellectio, quæ eſt actio media per quam verbũ producitur, ſed paſsio nulla eſt. Quamobrem ingenuè errant, qui opinãtur in intellectus operatione eſſe vnã actionem quæ eſt intellectio, & duas paſſiones, alteram quando producitur verbum, alteram quando producitur ſimul habitus. Nam neque in verbo, neque in habitu, productio eſt vera paſsio, vt docuimus. Quòd ſi ibi inueniretur paſsio, inueniretur etiam actio pręter actionem intelligendi, vt probatum eſt: quare eſſent ibi actiones tres, & paſsiones duæ; cum duabus enim paſsionibus neceſſe eſt numerare actiones duas, quæ ſunt res eædem cum ipſis paſsionibus; & præter has actiones ipſam intellectionem, quæ eſt actio diſtincta: quare eſſent actiones tres, & paſsiones duæ.

Reſponſ. Mutatio verbi de non eſſe ad eſſe, non eſt actio, aut paſſio, ſed eſt ipſũ verbum mutatũ, vt de creatione docet *S. Thom.*

Corollarium. cõtra *Bañes q. 27. art. 1. dub. vltimo,* Neque inverbo, neque in habitu, productio eſt vera paſsio. Si vlla eſt paſſio, ſũt duæ, & actiones tres.

19. De actione autem ſecunda, quæ oritur à prima ſimilitèr dicendum quòd nõ oritur ab illa, media alia actione; cum & ipſa actio ſecunda non indigeat actione vt producatur.

Etiam 2. actio immanens nõ indiget actione media, vt producatur à prima.

20. Illud verò certiſsimum nobis aſſertũ ſit, ſi quis huiuſmodi fluxus ponatur in ijs potentijs, qui ſit pura via ad producendum aliquid, illum nõ eſſe actionem immanentem; quę ex proprio genere eſt perfectio agentis in quo eſt: ille ergo fluxus ſiue emanatio, quæ eſt ipſa res producta, vt calefactio eſt ipſe calor, & ſolùm diſtinguitur à re producta, vt via pura à ſuo termino, etſi ponatur manens in eodem agente, ſanè actio immanens nõ eſt, quia non eſt forma perficiens. Nam & nõnulli Doctores exiſtimarunt actionem quoad aliquid eſſe in agente; & tamen non idcircò dixerunt eſſe immanẽtem actionem, ſed tranſeuntem; quæ ordinatur per ſe ad aliud producendum vt ad finem; operatio verò immanens per ſe eſt actus & perfectio agentis. Quare nihil vetat, vt per actiones iſtas aliquid producatur.

Certiſsimum. Si actio media in dictis effectibus admittatur, non eſt actio immanens dicenda. Probatur.

Confirm.

21. Confirmatio iſtius partis à parte vltima cap. petenda eſt, vbi ſtatutum erit per intellectionem produci verbũ; nam ab hac particulari propoſitione fit conſequens, vt per actionem immanentem poſsit produci terminus.

QVARTA PARS.

Non producitur terminus per omnem actionem immanentem.

1. HAc poſita ſentẽtia quòd per actionem immanẽtem producatur aliquid, conſequitur, vt diſputemus; Vtrùm per omnem actionem immanentem aliquid producatur? Videtur enim quòd actio ſit ipſa productio; productio autẽ, alicuius rei productio eſt: quare videtur quòd omnis actio ſit productiua rei alicuius.

Partis contrariæ titulo Fundam.

2. Qui affirmant per omnem actionem etiã immanentem aliquid produci, duabus progrediuntur vijs. Alij enim qui affirmant intellectionem & dilectionem eſſe qualitates non actiones, aiunt qualitates iſtas produci per actiones antecedentes. In qua ſentẽtia fuere Durãd. & Ioan. Scotus. Quæ actiones ita ſe habent ad qualitates productas ſicut calefactio ad calorem; ita vt ſint ſolùm ex natura rei diſtinctæ à qualitatibus productis, ſiue formalitèr, ſiue modalitèr. Cui ſententiæ quòd ſcilicèt intellectio, aut dilectio producatur per actionẽ antecedentem, adijciunt nõnulli has actiones per quas producuntur cognitio, & appetitio eſſe actiones immanentes, vt anteà meminimus: quia cum non diſtinguantur à termino producto, ſcilicèt ab ipſa cognitione, & appetitione etiam in parte ſenſitiua; conſequitur, vt ſicut hæc manent in potentia cognoſcente, & appetẽte, maneant actiones per quas producun-

Huius partis duæ viæ. Prior ponentium actiones antecedentes productrices intellectionis, & dilectionis. *Durand. Scot.*

Additamentũ *Suar. tom. 2. diſp. 48.* eas actiones antecedentes eſſe immanẽtes.

ducuntur in eadem potentia: & ita dicũt eſſe actiones immanentes, & poni in genere actionis, quia tam actio immanẽs, quàm tranſiens, ex eorum placito, eſt pura via ad aliud, & ſolus modus rei.

3. Hoc tamen quod additur in hac opinione, nouum eſt, vt reor, & inauditum. Nam cognitionem & appetitionem omnes cum Ariſtotele vno cõſenſu vocant actiones immanentes, ſiue dicant eſſe qualitates, ſiue actiones. Nouum ergo eſt vocare actiones immanẽtes illas antecedẽtes, per quas aiunt has qualitates produci; nam hactenùs ſolitum erat dicere has actiones tranſeuntes, quia trãſeunt in effectum diſtinctum ab agente: cognitio enim & appetitio ſunt res diſtinctæ ab agente, quas qui dicunt per alias actiones produci; eas actiones haud dubiè vocant tranſeuntes. Et quidèm ſi qua actio manet in agente, quæ ſit pura via ad aliud producendum, etiamſi fortaſſè non ſit ſimpliciter actio tranſiẽs quia non tranſit in aliud ſubiectum, vt explicatum eſt, tamẽ ad actiones tranſeuntes reuocanda eſt: ne in numero actionum immanentium ponamus, niſi actus qui ſunt potentiæ perfectiones, vt Ariſtoteles poſuit; quod poſteà declarabimus. Quare ob hoc etiam iſta ſententia diſplicet, quia docet, contra Ariſtotelem, actionem immanentem eſſe puram viam ad aliud producendum: prærerquã quòd docet contra eundem Ariſtotelẽ, cognitionem, & appetitionem non eſſe actiones, ſed qualitates.

Hæc additamẽtum iudicatur nouũ & cõtra Ariſt.

Si quæ dantur tales actiones ſunt trãſeuntes, vel ſaltem ad tranſeuntes reuocandæ.

Suarij ſententia eſt cõtra Ariſtot. in duobus.

4. Illorum verò, qui concedunt cognitionem, & appetitionem eſſe veras actiones, ſunt qui affirment ita eſſe veras actiones, vt ſint productiones alicuius rei ex intrinſeca ratione; neque poſſe intelligi actionem eſſe immanentem, quæ non ſit productio. Nam ſicut agere eſt efficere, ita & actio eſt quædam effectio; neceſſe eſt autem vt is qui efficit, efficiat aliquid, & vt effectio ſit alicuius rei effectio, ſiue productio; ergo nulla actio cõſtat ſine termino producto.

Poſterior via aſſerentiũ cognitionem, & appetitionem ex intrinſeca ratione eſſe productiones. Fundam.

5. Dicendum tamen eſt non pertinere ad rationem actionis immanentis ex genere ſuo, vt per illam aliquid producatur: nam actio immanens eſt quidã motus quo potẽtia tendit in ſuum obiectũ; & ita illa tẽſio ſiue latio potẽtię in aliud, proculdubiò eſt actio, etſi nihil per illam producatur. Nam vt dicebamus in 2. p. A huius cap. intellectio vt ſic, non eſt principium operationis, neque eſt terminus; ſed eſt ipſa operatio, qua potẽtia tendit in aliud, ſcilicèt in obiectum: ergo etſi detur intellectio, quæ nihil omninò producat, adhùc eſt actio; quia adhùc eſt via, tenſio, & latio potentię in aliud; & hæc eſt propria ratio generica actionis immanentis. Quòd autem per actiones immanentes producatur aliquid, vel accidit ex perfectione ipſius potentiæ, quæ per actionem perfectam producit habitum ſimilem; vel etiam ex intrinſeca ratione aliquarum actionum immanẽtiũ, B quæ habent terminos intrinſecos, vt explanatum eſt. Sed actio immanens ex genere ſuo non eſt productio, neque effectio rei alterius; vt liquet in viſione beatorum, quæ eſt vera actio, & per illã non producitur verbum, aut habitus; & de intuitu quo ſe Angelus inſpicit, idem ſentimus.

Vera ſentẽtia.

1. fundam.

Actio immanens vt ſic, eſt quidam motus, via, tenſio, & latio potẽtiæ in aliud, ſcilicèt in obiectum.

Vnde accidat quòd producat habitũ, vel terminum.

6. Quarè negandum eſt idem eſſe agere, & efficere ſiue producere; & idem eſſe actionem, & effectionẽ ſiue productionem. Nam efficere & producere indicat ſuas actiones tranſeuntes, quæ non poſ- C ſunt intelligi ſine terminis productis: agere verò complectitur etiam immanentes actiones. Quod oſtẽditur vſu ipſo loquendi, quod eſt ſæpiùs eius ſentẽtię, quæ in mente reſidet, indicium. Quęrenti enim, quid agamus? contingit dari reſponſum frequens, meditari nos aliquid, vel cogitare de re aliqua; quia meditatio ipſa mentis eſt vera actio.

Ad fundamẽt. contrarium.

Actio latiùs patet quàm productio ſiue effectio.

Oſtenditur vſu loquendi.

7. Iam igitur oſtendendum eſt, non per omnem actionem immanentem aliquid produci. Et quidèm in ipſa actione vidẽdi libet facere periculum, remque ipſam D experiri; cernimus enim ipſis oculis in pupilla alterius ſpecies viſibiles reflexas ad nos, ſicut in ſpeculo: & ſpecies illæ non ſunt expreſſæ ab altero, quia non eſſent reflexæ ad nos; ſed eſſent emiſſæ, directæque ad nos; & non cernerentur: ſunt ergo ſpecies impreſſæ à re viſibili externa. Cum ergo illæ ſint actuales ſimilitudines receptæ in oculo, ſatis clarè repręſentantes rem nobis aſpicientibus ad quos ſunt reflexę, multò meliùs per ſe ipſas repræſentabunt rem ipſi homini in cuius pupilla ſunt, quique eis vtitur in proprio ſenſu receptis: cum ergo hæ ſufficiant, non ſunt in illo ſenſu alię ſpecies expreſſæ per actum viſionis productæ.

2. fundam.

De actione videndi.

Species viſibiles quas in oculo Petri, v. c. intuemur, ſunt impreſſæ & reflexæ ad nos, ſatiſq. clarè rem Petro ſaltem exprimentes.

Deindè

Deindè dubium non eſt, quin ſpecies re- A rum, quas cernimus fluant ad ſenſum ipſum, in eoque recipiantur, eæque ſint viſionis principium quaſi forma agẽtis. Conſtat ergo eas eſſe ſpecies reflexas, quas in oculo cuiuſpiam intuemur; eæ autem diſtinctè, clarèque rem externam repræſentant, vt experientia liquet: non eſt ergo neceſſe, vt aliæ ſpecies expreſſæ de ſenſu educantur ad rem eam indicãdam, quæ ſatis eſt iam in alijs ſpeciebus, ſimilitudinibuſque expreſſa. Et confirmatur,

Confirm.1.

quoniam in eodem ſubiecto non poſſunt eſſe duæ formę diſtinctę ſolo numero in ordine ad idem obiectum: nihil B enim ſupereſt quo diſtinguantur: verbi gratia, duo albores in eadem papyro, aut duæ notitiæ in Petro eiuſdem omninò rationis: nam cum effectus formalis ſit vnus, ſcilicèt album eſſe, aut intelligere; non poteſt tribui idem effectus formalis duplici formæ, ſaltèm iuxta naturas rerũ; quia forma, & effectus formæ ſe ſe mutuò definiunt, vt vnum albũ vna albedine ſit album. Et confirmatur

Confirm.2.

adhùc, quoniam ſi calor, verbi gratia, in aliquo ſubiecto extet, admoto igne non producitur nouus calor in illo ſubiecto, C ſed præexiſtens augetur; ergo cum ſpecies viſibilis diſtincta, & clara nõ diſtinguatur eſſentialitèr ab ea quam ponunt produci per viſionẽ, ſiquidèm ſunt ambæ ſpecies, diſtinctæ vtręque, & claræ rei eiuſdem; non poterit noua ſpecies viſibilis produci, ſed ſolùm poterit pręexiſtẽs augeri. Et hoc forſan concedes. Sed cõtra venit argumentum hoc; nam per actionem non poteſt produci, aut augeri forma agẽtis, qua ſimplicitèr eſt in actu; quia ageret in ſe ipſum; ergo ſpecies viſibilis, quæ eſt forma ſenſus, qua eſt ſimplicitèr in actu, non poteſt augeri per viſionem ipſiuſmet ſenſus. D

In ſenſu ſpecies expreſſa ſi qua eſſet, non eſſentialitèr, ab impreſſa diſtinguere-tur.

Reſponſio.

Refellitur.

Per actionem nõ poteſt produci aut augeri forma agẽtis qua ſimplicitèr eſt in actu primo.

8.

Eiuſmodi forma eſt ſpecies impreſſa, non habitus.

Et hoc eſt diſcrimen inter habitum intellectus, & ſpeciem impreſſam. Nam habitus non eſt forma intelligendi quaſi eſſentialis qua intellectus ſit in actu primo, ſicut ſpecies impreſſa ponitur: quare per intellectum informatum ſpecie, poſſumus intelligere abſque habitu; & per habitum abſque ſpecie non poſſumus; quare ſpecies impreſſa nullo modo producitur, aut augetur per intellectionem, habitus autem augetur. Similitèr ergo in ſenſu ſpecies ſenſibilis per operationem ſentiendi, neque produci poteſt, neque augeri, nec poteſt alia ſpecies diſtincta produci; ergo nulla omninò res per operationẽ ſenſus producitur. Quã in re Ariſtotelem teſtamur 9. Metaphy. tex.16. vbi ait, per viſionẽ nullum opus fieri à ſenſu; de intellectu autẽ reticuit, fortè inſinuans per intellectionem aliquod opus poſſe fieri in intellectu, ſcilicèt verbum, aut ſaltem habitum. Et 2. libr. de Anima text. 60. & lib. 3. text. 59. ait, obiectum ſenſus eſſe extra ſenſum, obiectum verò intellectus eſſe in ipſo intellectu; ſanè quia in ſenſu nõ eſt verbum loco obiecti, ſicùt eſt in intellectu, quod ipſum verbum dicitur obiectũ intrinſecum quod eſt in intelligente. Negauit ergo Ariſtoteles in ſenſu produci per operationem terminũ; nam ille terminus productus eſſet obiectum in ſenſu, ſicut de intellectu dicimus. Quidam reſpondent, dici ab Ariſtot. obiectum ſenſus eſſe extra ſenſum, eò quòd non maneat in ſenſu per habitus, ſicut manet obiectum intellectus in intellectu. Sed hæc reſponſio violenta eſt, & extorta, cũ Ariſtoteles ibi nullam de habitibus mẽtionem faciat. Igitur omninò confitendum eſt, per operationem ſenſus externam nihil produci.

Confirm. 3. ex *Ariſtot.* 1. locus.

2, & 3. locus.

Reſponſio.

Refellitur.

9.

3. argum. de Viſione beata.

Adhùc probatur, quoniam beati ſanè per operationem qua vident Deum non formant verbum; ex eo certè quia ſpecies quæcunque vel creata ſimilitudo eſt ordinis inferioris, vt non poſsit repræſentare quidditatiuè Deum, id eſt, quod quid eſt Dei; non minùs enim ſuperatur creata ſimilitudo à diuina eſſentia, quàm ſenſibilis ſpecies à natura immateriali; per quam ſpeciem ſenſibilem Angelum intueri omninò eſt impoſsibile. Sed hæc alio loco diſputabimus: extat ergo operatio intellectus in beatis abſque termino per operationem producto.

Non minùs impoſsibilis eſt creata ſimilitudo quidditatiua diuinæ eſſentię, quàm ſenſibilis ſpecies Angeli.

10.

4. argum.

Denique probatur, quoniam ſi intellectio ex natura ſua eſſet productio verbi, per hoc Deus eſſet intelligens, quia haberet verbum eſſentiale: ſicùt enim de Deo affirmamus quòd habet intellectum, & intellectionem eſſentialem; ita & verbum eſſentiale neceſſe eſt in Deo conſtituere, ſi intellectio ad verbum habet ordinem neceſſarium, ſicut ad intellectum intellectus, quod aliqui tamen concedunt. Sed ponere in Deo eſſentiale verbum res eſt periculoſa, dubiaq; & cũ religione tractãda, vt infrà dicemus: conce-

Ponere in Deo verbum eſſentiale res periculoſa.

Digitized by Google

Ratio. concedendum enim eſſet ſimpliciter, & abſolutè quòd Filius, & Spiritus Sanctus habeant verbum, ſicut & intellectionem.

Confirmatio.

11. QVòd non per omnem actionẽ immanẽtem producatur terminus, affirmat Ariſtot. pluribus in locis parte 2. cõmemoratis, vbi diſtinguit iſtas actiones à tranſeuntibus; quia per eas nihil producitur, ſaltèm per ſe & neceſſariò, vt expoſuimus. Et de ſenſu externo id clariùs affirmat, vti iam diſputatum eſt.

Ariſtotel. ſupra p. 2. citatus.

12. Eadem eſt ſententia S. Thom. 1. contra gent. cap. 100. & quodlib. 5. art. 9. & Alexand. Alenſ. 9. Metaphy. text. 16. & Ioan. Capreol. in 1. d. 27. q. 2. art. 3. Bartholom. Torres q. 27. art. 1. diſput. 4. Et hæc eſt Thomiſtarum frequens opinio. Falſò autem oppoſitæ S. Auguſt. auctor commemoratur. 11. de Trinitate cap. 2. iudicaſſe per operationem ſenſus noſtri etiam externi, imaginem rei quam ſentimus, formari, vt ipſi exiſtimant. Sed iniuriâ ſibi illius ſuffragium poſtulant; nã eo loco S. Auguſtinus ſæpiùs docet à re ſenſibili deriuari in ſenſum ſimilitudinẽ ſiue formam; & ſenſum, verbi gratia, viſum, informatum eſſe ipſam viſionem. *Cum*, inquit, *idem corpus videtur, & ipſa forma, quæ ab eodem imprimitur ſenſui, quæ viſio vocatur.* Et iterùm. *Ex corpore quod videtur gignitur viſio, id eſt, ſenſus ipſe formatus.* Non quòd S. Auguſt. crediderit viſionem, & ſimilitudinem eſſe rem eandem; ſed quia vtraque eſt forma viſus, quâ vtrâque videntes vtimur, ſenſum informatum vocat viſionem. Et iſte eſt verus cõmẽtarius S. Auguſtini. Sed ex his minimè colligitur quòd ille ſenſerit per viſionem ipſam procedere aliã ſecundam ſimilitudinem: cui potiùs ſententiæ repugnat. Nam ibidem ſæpiùs affirmat iſtam ſimilitudinem imprimi viſui: ea autem ſimilitudo, quæ per operationem procedit, non dicitur imprimi, ſed exprimi; quia eſt expreſſa ſimilitudo. Neque verò dicitur exprimi ab obiecto, ſed à potentia affecta ſimilitudine prima, quæ ab obiecto imprimitur: Auguſtinus autem ait eam imprimi ab obiecto. At verò verbum intelligibile ait procedere de memoria, in qua iam eſt ſimilitudo prima: & idcircò verbum procedens eſt ſecũda ſimilitudo; quæ in ſenſu non eſt; verbum enim non eſſe in ſenſu idẽ Doctor ſanctiſsimus teſtatur libr. 9. de Trinitate cap. 10. & Marius Vict. lib. 3. contra Arium, *quaſi progreſsione ſui viſio.* Sed ne intelligeremus viſionẽ progredi genito verbo, ſicut intellectio progreditur, ſubijcit, *quaſi, inquam, non enim progreditur, neque à ſe exit.* Non habet ergo viſio terminum productum, quo producendo quaſi à ſe exeat, vt intellectio.

S. Thom. *Alenſis.* *Capreol.* *Torres.*

S. Auguſt. falsò pro contraria ſententia citatur.

Verba *S. Aug.*

Verus eorum cõmentarius.

S. Auguſt. ibi contrariæ ſententiæ repugnat. Oſtenditur.

S. Auguſt. alibi. *Mar. Vict.*

QVINTA PARS.

Per intellectionem producitur verbum, & per dilectionem amor.

1. HAc parte cap. reſiduum eſt, vt ex dictis colligamus verbum per intellectionem procedere. Nam ſi intellectio eſt vera actio, vt comprobauimus; & eſt prętereà actio talis per quam aliquid poſſit produci, vt oſtendimus: Quid dubij eſt quin per illam producatur verbũ? Hæc autem conſequentia ab alio quoq; principio ducitur, quòd verbum diſtinguatur ab intellectione ſaltèm ex natura rei: nam ſi nõ diſtingueretur, ſed eſſet ipſa intellectio, nõ poſſet intelligi quòd per illam produceretur. Quòd ſi verbum ab intellectu emanat, & non eſt ipſa intellectio; ſanè per intellectionem producitur: veriſsimum enim eſt illud aſſertum, quod ex dictis liquet, nullam eſſe actionem intellectus, niſi ipſam intellectionem. Quòd etſi fingamus eſſe aliquam actionem quaſi tranſeuntem in intellectu ipſo, de qua re diſputauimus 3. parte cap. adhùc non eſſet negandum verbum procedere per intellectionem; quoniam verbum eſt terminus intellectionis, vt fatentur omnes qui norunt intellectionem, & verbum eſſe diſtincta; & intellectio eſt actio productiua; ergo maximè producit ſuũ proprium terminum. Commune quippè eſt omni actioni productiuæ, vt producat ſuum terminum, vt conſtat etiam ex dictis 3. parte: nam actiones immanentes, quæ terminum non producunt, neque habitum producunt, vt diximus. Et licèt iſtæ actiones ſint cauſæ ſequentis actionis, vt ibidem diſputauimus, non ſunt actiones actionum, ſed concurrunt vt formę agentis. Omnis ergo actio immanens ſi quid producit, primò, & per ſe producit terminum; ergo per eam intellectio-

1. fundam. corollarium ex dictis.

2. fundam.

Actio productiua maximè producit ſuũ proprium terminum.

Obiectioni occurritur. Actiones immanentes quę ſunt cauſę aliarum, non ſunt actiones actionum, ſed concurrunt vt formæ agentis.

Digitized by Google

lectionem per quam aliquid poteſt produci, maximè & præcipuè verbum producitur.

2. Confirm. Loqui mente eſt intelligere, ſed loqui mēte eſt producere verbum; ergo, &c.

Idē confirmatur illo argumento, quòd loqui mente eſt intelligere: loqui autem mēte eſt producere verbum: ergo ipſum producere verbum eſt intelligere; eſt ergo productio verbi ipſa intellectio.

3. *S. Auguſt. Sapient. 2. Matth. 9.*

Quòd autem ipſum intelligere ſit loqui mente, ſiue dicere, comprobamus auctoritate S. Auguſt. 15. de Trinitate cap. 10. quod ipſe commonſtrat ex verbis ſacris Sapientiæ 2. *Dixerunt apud ſe cogitantes*. Et Matth. 9. *Dixerunt intra ſe, Hic blaſphemat*. Quibus Chriſtus Dominus reſpondit, *Quid cogitatis mala in cordibus veſtris?* Et Lucæ 5. hoc idem confirmat. Idem docet S. Fulgent. lib. 3. ad Mon. cap. 7. *Nihil* inquit, *aliud eſt intra ſe dicere, quàm intra ſe cogitare*. Hæc ipſa eſt ſentētia S. Anſelmi Monolog. 34. certiſsima & cōſtans, quòd intelligere ſit ipſum dicere. Quod tamen aſſertum in diuinis ſale cōdiendum, & commentario elucidandum eſt.

Luc. 5. S. Fulgent. S. Anſelm. explicandus.

4. Ad confirm. *Scot*[*] negat maiorem, concedit minorē.

Huic argumento Ioannes Scotus, & Durandus contraria reſpondent. Scotus negat propoſitionem maiorem, quòd loqui mente ſit intelligere; ſed loqui mente eſt, inquit, producere verbum; producere autem verbum non eſt intelligere, ſed duntaxat producere, quæ eſt actio antecedens intellectionem; & ipſam intellectionem dicit eſſe verbum. Durandus verò concedens maiorem propoſitionem, quòd loqui mente ſit intelligere, negat minorem, quòd loqui mente ſit producere verbum; nam ſicut, inquit, in mente, verbum & intelligere eſt idem, ita intelligere & loqui idem eſt. Et dum vterque alterutrū oppugnat noſtræ ſententiæ vterque cedit.

Durandus viceuerſa.

5. *Scotus* impugnatur primò.

At verò contra Scotū negātem quòd loqui mente ſit intelligere, obijcimus communem concipiendi modum; loquimur quippè non verbum duntaxāt, ſed loquimur res cognitas; quod nō eſt producere, ſed intelligere. Et quæ loquimur aimus vel negamus: affirmare autem & negare intelligere eſt. Quare loquutio eſt vera, vel falſa: efficere verò verbum non eſt verum, aut falſum. Et confirmatur, quia data hypotheſi quòd aliquod agens extraneum efficeret verbū in intellectu meo; illud quòd verbum efficit non loqueretur: imò ego ipſe ſi, quod eſt impoſsibile, efficerem verbum non aduertens ad id, non loquerer, quia non intelligerem etiamſi verbū efficerem; ſicut ſi proferrem verbum ſenſibile non aduertens: ſanè idcircò, quia ipſum loqui mente eſt intelligere. Nos verò dicimus, quòd ipſa productio verbi eſt intellectio; quare ſi verbum loquendo producimus, hoc ipſo intelligimus.

Secundò. Tertiò. Confirmatur impugnatio.

Impoſsibile eſt me efficere verbum non aduertente ad id: Sed ſi ſic efficere, non loquerer.

6. *Durandus* impugnatur.

Durandum ſimilitèr arguit commune hominum arbitrium, & non minùs peritorū. Nam intelligere non indicat quòd intelligamus in verbo; loqui autem intrinſecè includit verbum, ſicùt calefactio calorem: non ergo idem eſt intelligere, & loqui. Illud etiam quod Durandus docet, illi concedimus, verbum mentis in hoc differre à ſenſibili verbo; quòd verbum ſenſu perceptum repræſentat ſeipſum, & per ſui notionem repræſentat rē, ducens à notione ſui ad notionem rei: verbum verò mentis eſſe ipſam formalem repræſentationem, quæ non repræſentat ſe, ſed eſt forma in qua aliud repræſentatur, & eſt præſentia quædam obiecti, ſiue repræſentatio. Non tamen conficitur, quod ipſe arbitratur, vt verbum iſtud; & repræſentatio formalis ſit loquutio: loquutio enim eſt ex parte potentiæ; repræſentatio autem etiam formalis eſt ex parte obiecti: quare loquutio eſt vera actio; & repræſentatio iſta eſt terminus. Imò, vt antea notauimus, hoc ipſum argumentum conuincit verbū nō eſſe intellectionem, neque loquutionē, quod eſt conſequens. Nam repræſentatio ſit potentiæ cognoſcenti; ergo obijcitur repræſentatio ipſi cognitioni; cognitio enim eſt latio, ſiue tenſio potentiæ in obiectum, quæ niſi tendat, nihil ei repræſentabitur; repræſētatio verò occurrit potentiæ loco obiecti. Et ſimilitèr loqui eſt tendere in rem cognitam; verbū autem declarat rem cognitam, & ita tēdimus ad rem declaratā in verbo: quare & in verbum ipſum tendimus; non tamē quòd cognoſcamus priùs verbū, vt poſteà docebimus; non eſt igitur loquutio verbum, ſed loquutio eſt intellectio productiua verbi. Quamobrem neceſſe eſt vt verbum producatur per intellectionem, imò per ſolam intellectionem, hoc eſt, per nullam aliam actionem, quod ex prædictis eſt apertiſsimum. Et de amore procedente idem dicendum, videlicèt, quòd

Intelligere nō includit intrinſecè verbum: loqui includit.

Diſcrimen inter verbū ſenſibile, & intelligibile.

Non probat pro Durando, ſed cōtra illū. Loquutio eſt ex parte potētiæ, & eſt vera actio Repræſentatio autem etiā formalis eſt ex parte obiecti, & eſt termin[*].

Repræſentatio loco obiecti occurrit potētiæ cognoſcēti, & ipſi cognitioni.

Loqui eſt tendere in rem declaratā in verbo, ac proindè in ipſum verbum.

Digitized by Google

quòd per nullam aliam actionem producitur, niſi per ſolam dilectionem.

Confirmatio.

7. *S. Aug.*

QVòd per intellectionem procedat verbum docet cum S. Auguſtino S. Thomas ſectator pluribus in locis, quæ recitauimus cap. præcedente in cõfirmatione partis ſecundæ. Et quidèm S. Thomas 1. p. q. 27. artic. 2. id docet apertiſsimè, & pluribus alijs in locis; & cum eo conſentiunt S. Bonauent. in 1. d. 27. q. 1. art. 2. Richard. d. eadem q. 1. Ægid. q. 2. Heruæus tract. de Verbo, Viguerius de Catholicis inſtitutionibus cap. 1. Franciſc. Ferrar. 3. de anima q. 9. Et in ſuis Comment. 4. contra gent. cap. 11. ſicut Thomas Caiet. 1. p. loco recitato, & cæteri Thomiſtæ ſummo conſenſu hoc ipſum proſequuntur.

S. Thom. S. Bonauët. Richard. Ægid. Heruæus. Viguer. Ferrar. Caiet.

SEXTA PARS.

Intellectio qua verbũ producitur, eſſentialitèr eſt verbi productio.

1. Sententia *Torres.*

VLtimo loco diſputandum eſt quonam pacto verbũ per intellectionem producatur? Barthol. Torres vir ſatis doctus ad art. 1. q. 27. diſput. 1. arbitratur duas eſſe actiones in intelligente, alteram qua verbum producitur; alterã per quam res intelligitur, quæ eſt ipſa intellectio: & ita putat ſe effugere argumentum illud difficile, quomodò verbũ concurrat ad intellectionem, cum intellectio ſit productio verbi, & antecedat illud? Reſpondet intellectionem nõ eſſe formalitèr productionem verbi, ſed has eſſe duas actiones ex natura rei diſtinctas; & vocat in patrocinium Franciſc. Ferrar. 4. contra gent. cap. 13. Sed nulla iſthæc eſt euaſio. Primùm, quia ſi concedit cum S. Thom. verbũ procedere per intellectionem, etiamſi ſit actio alia anterior, per quam ſimul producatur verbum, tota efficacia argumenti adhuc cõſiſtit: ſiquidèm intellectio eſt cauſa verbi phyſica in genere efficientis; ergo verbũ non concurrit ad illam. Prǫterea etiamſi fingamus verbum non procedere per intellectionem, ſed per quandam actionẽ antecedentem: conſequens eſt vt verbũ antecedat intellectionem; quare nõ erit eius terminus, ſed principium. Adhùc conſequens eſſet quòd verbum produceretur ante aduerſionem intellectus, quod oſtendimus eſſe impoſsibile; quia actualis ſimilitudo poſt ſpeciem impreſſam producta, pendet à voluntate; ante aduerſionem verò ſiue attentionem intellectus, nulla eius actio à voluntate pendet. Imò nulla eſt actio intellectus, quæ non ſit intellectio. Præcipuum autẽ argumentum contra iſtam poſitionem illud eſt, quòd verbum eſt neceſſarium vt proprius terminus per intellectionẽ productus; eò quòd intelligere ſic per verbum, eſt proferre ipſum verbum, vt ſtatim dilucidabimus. Quòd ſi verbum per intellectionẽ procedit, nulla eſt cauſa ponendi aliam actionem antecedentem; maximè, quia per actionem quę antecederet intellectionem, principaliùs produceretur ipſa intellectio, quã verbũ.

Ferrar.

Impugnatur 1.

Impugnatur 2.

Ante aduerſionẽ intellectus nulla eius actio à voluntate pendet.

Impugnatur 3. & præcipuè.

2. Impugnatur 4.

Deindè quòd inter intellectionem, & verbũ ſit alia actio media, iam ſuperiùs reiecimus; quarè reliquum eſt, vt ipſa intellectio ſit productio verbi; quod confirmatur argumento ſæpiùs repetito: eſt enim loqui ipſum intelligere: & loqui eſt ipſum verbum producere; quare intelligere eſt producere verbum. Illa ergo intellectio quæ eſt ſine verbo, non eſt productio verbi; illa autem quæ eſt cum verbo connexa, ipſa eſt verbi productio. Vndè etiam colligo quòd ea intellectio eſt eſſentialitèr productio verbi; nam cũ productio verbi ſit quædam actio; & nõ ſit actio antecedens intellectionem, neque conſequens, fit vt ſit ipſa intellectio eſſentialitèr; aliàs ſaltèm ex natura rei eſſet diſtincta, & antecederet vel conſequeretur. Sunt ergo duæ ſpecies intellectionis in rebus creatis, alia ſine verbo quæ non eſt loquutio, cuius principium eſt actualis ſimilitudo, & nullus eſt terminus productus; alia quæ eſt productio verbi, vnde etiam eſt vera mentis loquutio; cuius principium eſt ſimilitudo non actualis, ſed in habitu; quæ dicitur ſpecies impreſſa: terminus verò eſt ſimilitudo actualis, quam verbum nuncupamus. Et hac in re videtur nobiſcum conſentire Thomas Caiet. qui ait quòd dicere ad intelligere comparatur vt ſpecies ad genus: eſt enim dicere quoddam intelligere; dicere autem eſt intelligere in verbo; intelligere autem in verbo eſt quædam intelligendi ſpecies.

Loquutio, ſeu intellectio, quæ eſt cũ verbo connexa, eſt verbi productio.

In rebus creatis ſunt duæ ſpecies intellectionis. Alia non eſt loquutio, alia maximè.

Caiet.

3. 1. aduertendũ. Non ſunt ſynonima dicere, & producere verbum.

Sed obſeruandum hic eſt, quòd non ſunt ſynonima dicere, & producere verbum; & idcircò negauimus ante illam conſequentiã; dicere eſt producere verbum;

Digitized by Google

bum; ergo dici verbum eſt produci. Nam Deus & intellectus agens producunt verbum in intellectu poſsibili, & illa productione non intelligunt, quare neque dicunt; dicere enim eſt quoddam intelligere. Videndum ergo eſt quomodò comparentur inter ſe dicere, & producere verbum.

4. 2. aduert. Agere & producere comparantur cum dicere, vt ſuperius cum inferiori.

Dicendum igitur eſt, quòd producere eſt agere ea actione à qua emanat effectus; quare illa actio immanens à qua nihil emanat, non eſt productio, vt diximus. Dictio verò eſt quædam actio immanens à qua verbum oritur, & eſt quędam ſpecies actionis, & productionis: quare neque actio, neque productio aliquid addunt dictioni, ſiue actioni dicendi; ſunt enim prædicta communia, quæ nihil addunt inferioribus, vt color non addit candori.

Cõtra *Bañes 1.p.q.27.ar. 1.Dub.2.* Intelligere, & dicere nõ ſunt diſtincta formalitèr eminentèr. Probatur.1.

Quare ij etiam falluntur, qui aiunt intelligere & dicere eſſe diſtincta formalitèr eminentèr, tum quia ea diſtinctio formalis eminentèr eſt in Deo ſingularis, vt diximus lib. 1. cap. 3. parte 2. tum quia non ſunt duæ actiones, ſed altera eſt ſpecies, altera genus; quia dicere eſt quoddam intelligere; & eſt quoddã agere, & producere.

Secundò. Non ſunt duę actiones.

5. 3 aduert. Dicere principaliter, & in recto indicat habitudinem ad obiectũ: ad terminũ in obliquo.

Deindè eſt aduertendum quòd actiones immanentes quę habent terminum, non ſunt puræ productiones, vt diximus, ſed habent terminum, quo medio reſpiciunt obiectum; quare ipſum obiectum reſpiciunt principalitèr, terminum verò propter obiectum vt medium per quod tendunt in obiectum. Quam ob cauſam iſta habitudo ad obiectum debet indicari in recto, habitudo verò ad terminum in obliquo.

1. conſectariũ. Diſcrimen inter dicere, & producere verbum.

Ex quibus conſequitur primò, vt dicere, & producere verbum non ſint idem; quia in hoc quod eſt producere verbum, non adhùc explicatur habitudo ad rem, quam producto verbo intelligimus. Et eapropter intellectus agens producit verbum in intellectu poſsibili, & tamen non dicit verbum, neque intelligit.

2. conſect. Dicere non ita benè definitur per producere, vt per intelligere.

Poſt hæc ſecundum conſectarium eſt, quòd dicere non definiatur ita benè per producere; quia producere in recto indicat terminum productum, intelligere verò nõ terminum productum, ſed obiectum: melius ergo definitur dicere per verbum ſignificans cognitionem obiecti, poſito in obliquo termino producto. Dicere igitur ſecundum rationem communem productionis comparatur cum verbo producto, ſecundum verò differentiam propriam comparatur cum obiecto: & ita rem dicimus, hoc eſt, intelligimus; verbum verò dicimus, hoc eſt, producimus.

1. obiectio.

Quòd ſi obijcias, dicere videri æquiuocum, dum ſignificat producere, & intelligere; alium enim conceptum habemus audito hoc enunciato, Dico verbum, hoc eſt, profero, ſiue produco verbum; vel alia ſignificatione, Dico verbum, hoc eſt, ipſum verbum intelligo.

Reſponſ. Dicere non eſt ęquiuocum ad vtrumque, ſed ſecundum rationem genericam eſt producere ſecundum ſpecificã eſt intelligere

Reſpondendum eſt negando eſſe æquiuocum; ſed videri tamen æquiuocum, quia ſecundum rationem generis, vt eſt productio, comparatur cum termino, & ſecundum rationem ſpeciei cum obiecto; ſicut eãdem relationem diuerſa aduerſione animi comparamus cum termino relatiuo, & cum ſubiecto. Sed vtramque rationem productionis, & cognitionis in eadẽ actione oportet complecti, quia ſcilicèt productio nihil addit intellectioni, ſed eſt genus illius intellectionis ſpecificæ, ſiue loco generis, vt iam dicemus.

6. 2. obiectio.

Eſt enim argumentum hoc loco confutandum; cum etenim ponamus actiones quaſdam immanentes, quæ ſunt per ſe, & eſſentialitèr productiones; ſicut actiones tranſeuntes eſſentialitèr productiones ſunt; videtur quòd totum genus actionis ſit productio, & quòd omnis actio immanens ſit productio, contra ſententiã, quam anteà firmauimus. Probatur conſequentia, quia differẽtia, quæ per ſe & eſſentialitèr cõuenit ſpeciebus oppoſitis, per ſe etiam inuenitur in genere in quo conueniunt: cum ergo aliquot actiones immanentes ſint eſſentialitèr productiones, & tranſeuntes ſimilitèr; conſequens eſt vt actio in genere ſit eſſentialitèr productio.

7. Reſponſ. Differẽtia quę per ſe, & eſſentialitèr conuenit ſpeciebus oppoſitis, per ſe inuenitur in genere, ſi illa ſit quid vniuocum: non verò ſi ſit analogum.

Ad hoc illa eſt ſcita reſponſio, maiorẽ propoſitionem veram eſſe, ſi differentia illa communis ſpeciebus ſit quid vniuocum; non verò ſi ſit analogum: nam rationale inuenimus in homine, & Angelo eſſentialitèr per ſe, & non in ſubſtantia, quod eſt genus. Hìc verò eſt analogia aperta, nam actio immanens eſt productio minùs principalitèr, vt comparatur cum termino, principalitèr verò reſpicit obiectum; actio verò tranſiens nihil eſt, niſi pura productio. Quarè actio immanens, & tranſiens, vtraq; cõue-

Digitized by Google

Actio immanens eſt pura actio.

nit in conceptu vniuoco actionis; quia vtraque eſt pura actio: nam ſi actio immanens eſſet qualitas, vt quidam poſuerunt, iam non conueniret in conceptu actionis vniuoco, quia non eſſet pura actio, ſed eſſet actio alterius rationis. Nomine igitur productionis non conueniunt vniuocè, ſed analogicè; quia actio tranſiens eſt pura productio, actio verò immanens non eſt pura productio, ſed eſt actus informans; & principalitèr tendens in obiectum, minùs principalitèr producens terminum. Neque vllus vnquam dixit productionem eſſe genus logicum.

Sed nõ eſt pura productio; imò eſt productio min' principaliter, & analogicè.

8\.

Productio nõ eſt vniuoca ad immanentem & tranſeuntẽ, niſi fortè in ſententia minùs probabili tradita hoc capit. 3. p. 5. iam quęritur.

Quòd ſi hæc ratio analogiæ minùs placet, veliſque nomen productionis eſſe vniuocum, licebit dicere actionem immanentem non eſſe productionem; ſed inter illam & terminum productum eſſe mediam actionem productiuam ſolùm ex natura rei diſtinctam à termino producto, ita tamen vt vtrumque fluat ab actione immanente, per quam abſque dubio producitur ſuus terminus. Sed poteſt quis dicere quòd non producitur terminus per actionem immanentem, tanquam per productionem, ſed tanquam per cauſam efficientem. Nobis longè videtur veroſimilius ipſam actionem immanentem ſe ipſa eſſe productionem, non puram productionem: ſed hoc eſſe productionem, quia eſt actio à qua dimanat ſuus terminus, & ita eſſe productionem analogicè.

Etiam ſic, impugnatur.

CAPVT III.

Argumenta refelluntur.

1\.

1. argum. contra 1. p. capitis præcedentis.

Contra primam partẽ capitis præcedentis probatur, quòd actiones iſtæ immanentes non ſint veræ actiones eius potentiæ in qua ſunt, ſed ſint ſolæ paſſiones: quoniam agens & paſſum ſunt relata, relata autem ſunt res ſimplicitèr diſtinctæ: ergo potentia, quæ recipit has actiones immanentes, & eſt paſſum, non eſt ſimul agens quod eas actiones producat.

2\.

2. argument. contra ſecundam part. Soncin.

Contra poſitionem ſecundæ partis capitis, de qua eſt controuerſia, ex Soncinate 5. Metaphyſic. quæſt. 36. probatur, quòd hæ quæ dicuntur actiones immanentes, non ſint veræ actiones, ſed qualitates. Omnis enim actio habet ſpe-

A ciem à termino, vt calefactio à calore; & omnis item actio ſucceſsiua eſt, ſiquidèm eſt motus, vt docet Ariſtot. 3. Phyſicor. tex. 19. & adhùc omnis actio infert paſsionem, vt ex eodem libr. colligitur. Sed hæc non reperiuntur in actione immanente; nam neque terminum habet, vt ipſe Ariſtot. docet, per eam ſcilicèt nihil produci; neque eſt ſucceſsiua, cum ſit in inſtanti; neque infert paſsionem, quod nos ipſi docuimus; ergo non eſt vera actio. *Ariſt.*

3\.

Hoc idem confirmant auctoritate A- *Confirm.*
B riſtotel. 3. de Anima cap. 7. dicentis ſenſum non alterari, neque pati; & hos actus non eſſe imperfecti, vt motus, ſed eſſe actus perfecti; quod de intellectu quoque dubitandum non eſt. Quòd ſi intellectio eſt vera actio, eſt entis in potentia prout eſt in potentia, & eſt actus imperfecti. *Ariſt.*

4\.

Tertiò idem probatur, quia actio eſt quædam productio, & modus quidam rei non diſtinctus à re producta, vt omnes confitentur: ſed actio immanens vt ſic, non eſt productio, cum non ſit neceſſe, vt per illam aliquid producatur; ne- *Tertium.*
C que eſt modus rei, quod eſt imperfectum quid: ſed eſt forma perfecta, & eſt res abſolutè diſtincta ab alijs, quæ per illam producuntur, vtpotè ab habitibus; ergo actio immanens non eſt vera actio. Et confirmatur, quoniam hæc actio eſt forma perficiens, & non eſt productio ex propria ratione: actio verò tranſiens non eſt forma, ſed eſt via ad formam, & eſt ipſa productio: hæc autem non videntur in aliquo vniuoco conuenire, quod ſit genus ſupremum; ergo actio immanens non eſt in genere actionis. *Confirm. 1.* Et iterùm confirmatur, quoniam paſsio eſt quaſi contraria actioni tranſeunti;
D nam actio immanens non infert paſſionem; contrariorum autem eadem eſt ratio; ergo ſicut paſsio eſt genus ſummum, ita actio tranſiens, quæ eſt illi contraria, eſt genus ſummum; actio verò immanens ab iſto genere reijcitur. *Confirm. 2.*

Quartò idem probatur, oſtendendo eas eſſe qualitates; qualitas enim eſt forma quædam perficiens ſubiectum, qua maximè boni, vel mali ſumus, ſimiles, aut diſsimiles; ſed actiones immanentes huiuſmodi ſunt, vt liquet; ergo ſunt qualitates, non veræ actiones. *Quartum.*

Quintò

5. 5. contra tertiã part. Quintò, contra tertiam partem cap. probatur quòd per nullam actionē immanentem aliquid producatur, auctoritate Ariſtot. docentis, hoc eam diſtare à tranſeuntibus, quod per eam nihil fit. *Ariſtotel.*

6. 6 contra quartam. Sextò, contra partem cap. quartam oſtendunt alij è contrario neceſse eſse, vt per omnem actionem immanentem aliquid producatur; quã actio eſt effectio, ſicut agere eſt efficere. Et confirmatur, quoniã actio ex propria ratione eſt quædam dependentia ab alio; ſiue quædam etiam via ad aliud; dependentia autem non poteſt ob hoc ſolum extare in rerũ natura, vt pendeat ipſa ab alio, & nihil per illam aliud fiat: neque in hoc ſiſtere poteſt, vt duntaxat ſiſtat, & nihil per illã acquiratur, aut producatur; ergo neceſſe eſt per omnem actionem etiam immanentem aliquid produci. Confirm.

7. 7. contra ſextã & præcipuam. Septimò arguitur contra partem vltimam capitis, & præcipuam, oſtendendo verbum non produci per intellectionem. Nam teſte Ariſtot. 1. Ethicor. cap. 1. quod fit perfectius eſt actione per quã fit; ſed intellectio eſt ſumma perfectio potentiæ; ergo verbum non producitur per illam; aliàs verbum eſset præſtantius intellectione. Et confirmatur, quoniam actio ceſsat cum peruenitur ad terminum; ſed intellectio non ceſsat producto verbo; ergo intellectio non eſt actio, per quam verbum producitur. *Ariſt.* Confirm.

8. Octauum. Octauò, idem oſtenditur, quoniam ſaltèm actio illa quæ habet terminum productum, ſpeciem habet ab illo; quare non poteſt ſine illo intelligi, aut definiri, vt calefactio ſine calore non percipitur; ſed intellectionem rectè capimus ſine verbo, cum multi ſapientes ita intelligant; ergo verbum non eſt proprius terminus intellectionis, ſicut calefactionis eſt calor.

9. Vltimum. Vltimò arguitur ad idem comprobandum; actio enim & terminus dicunt intrinſecum ordinem; ſed ſunt actiones immanentes ſine terminis, vt viſio beatorum, & viſio externa ſenſus: ergo actio immanens cum termino non habet ordinem intrinſecum; ergo nullus eſt terminus actionis immanẽtis: nam ſi eſset, daretur inter hæc neceſsaria colligatio. Alia argumenta affert Ioan. Capreol. in 1. d. 7. q. 2. ex Ioan. Scoto, Aureolo, & alijs, quæ cum his ſimul confutantur; quædam etiam cap. ſequenti. *Capreol.*

Reſponſio.

Quoniam ea, quæ opus eſt aduertere ad confutationem argumentorum, ſunt in tractatione quæſtionis notata, ad reſponſionem ſtatim accedendum. Ad primum reſpondetur concedendo antecedens, quòd agens & paſsũ ſunt relata reali relatione, & res ſimplicitèr diſtinctæ; vbi eſt agens & paſſum ſimplicitèr: quod in actionibus immanentibus non contingit; quia ibi non eſt propriè paſsio; neque potentia in qua eſt actio, eſt ſimplicitèr paſſum, vt diximus 1. parte capitis. Alia quæſtio eſt, vtrùm intellectus dicatur potentia ſimplicitèr paſsiua, vt Thom. Caiet. vult. 1. p. q. 79. artic. 2. Agimus enim nunc de paſsione phyſico motu; quæ in actu intelligendi non extat. 10. Ad 1. contra primam partẽ cap. præcedentis. In actionibus immanẽtibus nõ ita eſt agẽs vt ſit propriè, ac ſimplicitèr paſſum. *Caiet.*

Ad ſecundum reſpondetur, quòd ea quæ Paulus Soncin. commemorat, ſunt de actione tranſeunte intelligenda, non verò de immanente; & ad ſingula dicimus actionem immanentẽ reſpicere obiectum pro termino, nõ verò neceſſariò producere terminũ: deindè non eſſe neceſſariò ſucceſsiuam, ſed poſſe eſſẽ ſucceſsiuam, & intendi ſucceſsione, ita vt ſit ſucceſsio quædam procedẽtis de imperfecto ad perfectum in ipſo intelligẽdi actu; quo indicatur illam eſſe actionẽ: ſed poſſe etiam in inſtanti exiſtere, quo diuerſa eſt ab actione tranſeunte: eſſe tamen actionem immanentem progreſſionem quandam in aliud, quæ eſt propria ratio actionis in genere, & in hoc cum tranſeuntibus conuenire, vt ſtatim dicemus. Denique dicimus actionem illam non inferre paſsionem propriè dictam (quo etiam à tranſeunte differt) ſed inferre paſsionem impropriè; neceſſe eſt enim vt ipſa actio in ſubiecto recipiatur, quod recipere impropriè pati vocatur. 11. Ad 2. contra ſecundam. Actio immanens poteſt eſſe ſucceſsiua, & intendi ſucceſsiuè, & poteſt exiſtere in inſtanti.

Ad confirmationem reſpondetur ſenſum non alterari, neque pati motu alterationis, aut motu phyſico, vt affirmat: ſed neque operatio ſenſus, aut intellectus eſt actus imperfecti; nam actus imperfecti eſt quo aliquid ab aliquo alio mouetur, non quo mouet ſe: nam quod ab alio mouetur, eſt in pura potentia paſsiua ſecundum illud quod mouetur; & idcircò ille motus eſt actus entis in potentia, prout eſt in potentia: & idem eſt cum animal mouet ſe motu 12. Ad confirm. Actus imperfecti eſt quo aliquid ab alio mouetur, non quo mouet ſe.

Digitized by Google

Sic eſt actus imperfecti motus localis, & omnis actio tranſiens.

locali, in quo eſt pars mouens & pars mota; & in omni actione tranſeunte. Quod autem profert à ſe actionem immanentem, licèt ſit in potentia paſſiua ad illam recipiendam, principalitèr eſt in actu per potentiam actiuam, vt dicemus; & ita illa operatio non eſt actus imperfecti, & eſt actio in agente ſecundum eandem partem.

13\. Ad 3. Actio immanens non eſt modus rei productæ.

Ad tertium reſpondetur ſimilitèr cõmune illud pronunciatum, Quòd actio eſt productio & modus rei productæ, interpretandum eſſe de actione tranſeunte, non verò de immanente. Quòd ſi vrgeas illorum ſententiã, qui affirmant vltima genera non continere res perfectas, ſed modos quoſdam rerum.

Replica.

Occurritur.

Res perfectæ continẽtur in genere actionis, & etiam imperfectæ.

Occurrendum eſt inficiando omninò illorum placitum; id enim non eſt neceſſe ita aſſeuerare, vt idcircò reijciamus actiones immanentes, quæ ſunt res perfectæ, à genere actionis; hoc enim genus actionis non contrahit illam imperfectionem ex propria ratione; licèt ſint in illo res imperfectæ, ſcilicèt actiones tranſeuntes, quas, ſi libet, appelles modos reales; imò actio & paſſio fortè non differunt, niſi ratione, vt libr. 3. dicemus: quod de imperfecta actione intelligendum eſt.

14\. Ad 1. confirm. Reſpond. 1. Fortè in generibus vltimis ſatis eſt analogum. Ratio.

Ad confirmationem, quæ maioris eſt momenti, reſpondetur primùm, quòd fortè in his generibus vltimis non exigitur vniuocum, ſed ſatis eſt analogum; cum etiam in illis deſit prædicatio generis, & ſpeciei, vt in genere Vbi, & Quando. At verò in genere Actionis ſunt veræ prædicationes; quare & vniuocum genus videtur eſſe conſtituendũ.

Reſpond. 2.

Actionis in genere propria ratio eſt, vt ſit progreſsio in aliud.

Reſpondemus actionem eſſe quid vniuocum immanentibus, & tranſeuntibus; cuius actionis in genere propria ratio eſt, vt ſit progreſsio, ſiue tenſio potentiæ in aliud. Et licèt ſpecies ſubalternę iſtius generis, quæ ſunt actio immanens, & tranſiens, longo interuallo à ſe ſe diſtẽt; quia immanens eſt forma perficiens; tranſiens verò eſt pura via ad aliud; nihil prohibet in eodem genere contineri: quia perfectio differentiæ quantũuis excedat, non tollit vniuocum in genere; vt rationale, quæ eſt differentia hominis penè infinitum excedens alias, non extrahit hominem à genere vniuoco animantium. Iam verò quòd actio immanens ſit forma, nihil variat: nam & trãſ-

Perfectio differentię quantũuis excedat, nõ tollit vniuocũ in genere.

A iens eſt forma ſiue actus, cum ſit motus, qui ita definitur ab Ariſtotele, quòd ſit actus entis in potentia. Quòd verò actio immanens ſit forma perficiens, indicat eſſe actionem perfectam, quæ eſt perfectio agentis; quare per hoc non tollitur vniuocum à genere. Sed eſt aliud vnde egregiè inſtemus contra reſpõſum: actio enim, vt diximus, eſt quædam progreſſio in aliud, ſiue quædam tenſio; progredi autem ſiue tendere in aliud videtur æquiuocè dici in actione tranſeunte, & immanente; tum quia in actione immanente progredi in aliud dicitur metaphoricè, cum actio illa non tranſeat ab agente in obiectum, niſi per metaphoram: tum maximè quia tranſgredi in aliud per ſolam habitudinem reſpiciendo obiectum, & tranſgredi in aliud efficiendo illud, æquiuocè dicuntur. Ad hæc tamen reſpondendum eſt, explicando maiorem propoſitionem, quòd actio vt ſic, dicitur progreſsio; hoc enim nomen per metaphoram dicitur de actione immanente; ſed quia non habemus nomen proprium quo indicemus illam actionem veram qua potentia apprehendit ſiue attingit obiectum, vtimur illis, aut ſimilibus nominibus: nam & apprehendere, & attingere per metaphoram ſunt dicta: ſignificamus autem potentiam mouere ſe, ſiue agere ſe in obiectum, ita vt abſque tranſitu in obiectum, coniungatur cum illo; & idcircò dixit S. Thom. potentiam dilatari, quaſi augeatur, & accreſcat cum obiecto copulata, cum tamen extra potentiam nihil fiat. Et per hoc reſpondetur ad primam partem probationis, concedendo quòd potentia non perueniat ad obiectum, vt ad terminum, niſi per metaphoram. Ad ſecundam partem probationis, quòd æquiuocè dicatur progredi in aliud vt in obiectum, vel progredi in aliud efficiendo illud, reſpondendum maiori animaduerſione. Nam ſi res conſideretur ex parte termini, verũ eſt ęquiuocè dici; nam in actione tranſeunte eſſe terminũ actionis eſt aliquid, quia eſt fieri: in actione verò immanente obiectum eſſe terminum, eſt ſolùm nomen & relatio rationis. Sed tamen ſi conſideretur ipſa ratio actionis ex parte potentiæ, vt eſt id, quo potentia in aliud tendit ad modum illum explicatum, ſanè tendere in aliud non dicitur æquiuocè; ſed

B C D

Replica.

1\. pars.

2\. pars.

Occurritur 1. parti.

Non habemus nomen proprium, quo indicemus veram actionem, niſi metaphoricũ illud progreſsionis, tenſionis, &c.

Significatur motus, ſeu actio vniens potentiam cum obiecto abſque tranſitu in illud.

Occurritur ſecundæ.

Ex parte termini eſt æquiuocatio in termino qui eſt obiectum, & in termino qui eſt effectus.

Ex parte potentiæ eſt vniuocatio in actione, nempè in

Digitized by Google

via, & progreſſione in aliud ſiue immanente, ſiue tranſeunte.

ſed ſiue tendat potentia in aliud producendum, ſiue in aliud vt obiectum, ex parte ipſius potentiæ eſt quædam via, & quædã progreſsio, ſiue immanens, ſiue tranſiens, quæ eſt propria ratio actionis. Nam ſicut, potentia, nomen eſt æquiuocum ad eas potentias, quæ extra ſe poſſunt aliquid efficere, & ad eas quæ nihil extra ſe efficiunt, ſed producunt duntaxat actiones quæ manent in illis; ita & actio eſt nomen vniuocum ad actiones vtriuſque potentiæ.

15\. Ad 2. confirm. Paſsio eſt quaſi cõtrariè, ſeu potiùs relatiuè oppoſita actioni phyſicæ, nõ verò actioni in genere.

Ad ſecundam confirmationem reſpõdetur concedendo quòd paſsio eſt quaſi contraria actioni, ſeu potiùs relatiuè oppoſita; ſed hoc intelligitur de actione phyſica, quæ eſt cum motu & paſsione coniuncta: actio autem in genere vt cõtinet etiam immanentes actiones, quæ ſine paſsionibus extant, non eſt oppoſita paſsioni; & idcircò nihil mirum quòd genus actionis contineat plures ſpecies, & ſit amplius, quàm genus paſsionis: actio enim continet etiam eas actiones quæ ſunt ſine motu; paſsio verò ſolas paſsiones, quæ ſunt cum motu phyſico.

16\. Ad 4. Actio ex genere ſuo habet quaſdam affectiones cũ qualitate communes.

Ad quartum reſpondetur, actionẽ ex genere ſuo habere quaſdam affectiones cum qualitate communes, vtputà intendi, & remitti; vnde etiam magis & minùs ſecundum actionem dici, vt magis calefieri, vel minùs: habere etiam contraria: at verò quòd per ſolas actiones immanentes, non verò tranſeuntes, dicamur boni vel mali, hoc accidit ex eo quòd ſolæ iſtæ actiones ſunt perfectiones agentis, quę non comprobantur eſſe qualitates, vt dictum eſt. Et reſpondetur ad argumentum cum Ariſtotel. verbis conceptis; nam cum Plato aſſereret fęlicitatem ſitam eſſe non in operatione, ſed in quadam qualitate, quia per illam boni ſumus. Contrà occurrit Philoſophus, non idcircò fęlicitatem eſſe qualitatem, quia per illam boni ſumus; nam bonum in omni genere inuenitur; ergo & per actionem immanentem, quæ eſt agentis perfectio, rectè dicitur ipſum agens bonum, vel malum.

Ad Platonẽ.

Reſponſio *Ariſt.*

17\. Ad 5. contra 3. partẽ ex dictis ſuprà.

Ad quintum iam declaratum eſt parte tertia cap. diſcrimen illud ab Ariſtotele deſignatum inter actiones immanentes, & tranſeuntes, & nihil vetare vt per immanentes aliquid producatur.

18\. Ad 6. contra quartam p.

A Ad ſextum reſpondetur negando antecedens, quòd actio ex genere ſuo ſit productio, vel effectio, vt docuimus parte capitis quarta; quia agere non eſt efficere, neque is qui agit, neceſſariò aliquã rem agit, hoc eſt, efficit: nam alio quoque loquendi vſu aliquid ago, & nonnihil ago dum lego, dum audio; quia latinè nihil agere eſt non agere, vt, nihil, non ſit cathegorema, ſed negatio ſyncategorematica; &, aliquid, ſimilitèr. Imò quadã eloquutione quaſi reflexa aliquam rem ago legendo, vel meditando, quia vtor meis actibus. B Verbis ergo planioribus, nullam rem per viſionem meam efficio, dùm video, ſed ſolùm vtor viſione: ſum tamen verè agens dùm video, & viſio eſt vera actio, ſeu operatio; non tamen actio phyſica, quæ eſt motus, & ſola productio rei alterius. Ad confirmationem etiam negatur prior pars maioris propoſitionis, quòd actio immanens ex genere ſuo ſit dependentia; nam dependentia eſt ipſa cauſalitas, & effectio, de qua cõcedimus minorem propoſitionem, quòd non poteſt ſiſtere in ſe ipſa, ita vt ſit dependentia, & nihil vltra procedat: contrà, de parte altera argumentationis, concedo quòd actio immanens ex genere ſuo eſt quędam via, ſiue progreſsio, C ſed non pura via, vt ſæpiùs inculcauimus. Neque verò actio immanens ſiſtit omninò: ſed eo modo quo eſt via in aliud, non ad aliud producendum, ſed eſt via in obiectum; eodem modo non ſiſtit, ſed pergit ſcilicèt in obiectum. Quæ verba etſi metaphorica ſint, vt dictum eſt in reſponſione ad tertium; tamen indicant naturam actionis immanentis, quæ aliud reſpicit, ſcilicèt obiectum. D Eodem loquendi modo dixit S. Thom. 1.2. q. 1. art. 1. ad 2. impoſsibile eſſe vt primum amabile ſit ipſe amor, aut primum viſibile ipſa viſio; quod intelligendum eſt in rebus creatis; quia cum amor tendat in aliud, impoſsibile eſt vt ſiſtat in ſe ipſo, & ipſe primus amor ſit primum amabile. Et ita affirmamus actiones immanentes non ſiſtere in ſe ipſis; quia tendunt in obiecta, & non ſunt ipſa obiecta: hoc enim modo ſiſteret actio immanens, ſi tenſio illa in obiectum eſſet ipſum obiectum.

Latinè nihil agere eſt nõ agere, vt, nihil, ſit negatio ſin cathegorematica: ſic, aliquid, ſyncateg.

Item quaſi reflexè aliquam rem agit, qui vtitur ſua viſione, intellectione, &c.

Ad confirm. Actio immanens ex genere ſuo non eſt dependentia.

Eſt via ſeu progreſsio, ſed nõ pura via. Ad aliud, nẽpè ad obiectũ, pergit metaphoricè; & ſic non ſiſtit in re ipſa, nec eſt ipſũ obiectum.

S. Thom. In creatis impoſsibile eſt, vt primũ amabile ſit ipſe amor, &c.

19\. Ad 7. *Ariſtotel.* explicatur.

Ad ſeptimum reſpondetur, explicando theorema Ariſtot. ſcilicèt id quod fit eſſe præſtantius actione; hoc enim intelligitur

Digitized by Google

Idquod fit eſt p[illegible] actione eſt, quæ eſt mediũ; non verò eſ, quę eſt finis rei productæ.

ligitur in ijs in quibus id quod fit eſt finis actionis, quod neceſſariũ eſt in trãſeuntibus: in immanẽtibus verò id quod per illas producitur ad eaſdem ordinatur vt ad finem; nam de habitibus certũ eſt produci eos propter actus; actus enim eſt finis cuiuſque habitus. De terminis verò intrinſecis vt de verbo, & amore cap. ſequẽti oſtendemus etiam ad hunc finem dirigi, ſcilicèt ad actionem immanentem.

20. Ad confirm. Reſpond. 1.

Ceſſat motus cum peruenitur ad finem: è contrà ceſſat verbum ceſſante actione.

Ad confirmationem reſpõdetur ſimilitèr, quòd actio ceſſat producto termino, cum terminus productus eſt finis actionis; ceſſat enim motus cum peruenitur ad finem: ſed verbum non eſt finis actionis; quare producto verbo non ceſſat actio; imò durat verbum, dum durat actio, quia verbum eſt propter actionẽ: actio verò immanens durat dum conſeruatur à potentia agẽte, vt etiam durant actiones tranſeuntes. Secundò reſpondetur, non eſſe neceſſe, vt producto termino ceſſet actio; ſunt enim res quas etiam productas neceſſe eſt actione perpetua conſeruari, vt lumen pendet ab actione illuminantis, quæ actiones opus eſt vt durent, ne res productę intereant; ſed iſtæ actiones tranſeũtes durant propter res productas, quæ ſunt finis illarũ: in illis verò immanentibus, terminus productus durat propter illas.

Reſpond. 2. Aliquæ actiones tranſeũtes durant propter res productas.

In immanentibus è cõtrà.

21. 18. [Re]ſpond. 1.

Ad octauum reſpondetur diſtinguendo maiorem propoſitionem, quòd actio habens terminum non poſsit ſine illo intelligi, aut definiri; id enim verum eſt, ſi actio per quam producitur per ſe terminus, ſit nobis nota in ſpecie; tũc enim nominatur ſuo nomine indicante terminum; & ita omnibus eſt notum actionem cum termino ſimul intelligi. Intellectio verò quæ eſt verbi productio, latet etiam ſapientes; & non habet nomẽ ſuæ ſpeciei proprium quo terminus productus indicetur; & ita nouimus intellectionem iſtam ſolùm in genere, quam ſi ſcitè definiamus, non niſi per terminum explicabimus. Exemplum eſt in vulgo hominum; norunt enim nutritionẽ non intelligentes terminum nutritionis, qui non indicatur ipſo nomine; calefactionẽ verò cum calore ſimul percipiunt, quia nomine calefactionis deſignatur calor. Præterea ſi attendamus quòd dicere eſt intelligere, iam habemus verbum hoc quod ſignificat intellectionem & verbũ ſimul; nam dicere eſt proferre verbum, & hoc ipſum eſt intelligere, vt dicemus cap. ſequenti.

Intellectionẽ quæ eſt verbi productio, etiã ſapientes non norunt; aut non minant in ſpecie, ſed ſolùm in genere.

Reſpond. 2. In ſpecie nominatur dictio à ſapiẽtioribus.

22. Ad vltimum.

Ad vltimũ reſpondetur, actiones quæ habent terminos eſſe cum illis intrinſeco ordine colligatas; ſed immanentes quaſdam habere terminos, quaſdam nõ habere; actionem verò immanentem ex genere ſuo non neceſſariò habere terminum. Et ita concedo primam conſequẽtiam quòd actio immanens (ſcilicèt ex genere ſuo) non habet intrinſecum terminum: ſed negatur altera conſequentia; ergo actionis immanentis nullus eſt terminus. Nam affirmatio poteſt intelligi de actione immanente ex genere ſuo, vt explicauimus: negatio verò tollit à quauis actione immanente terminum, quod eſt falſum. Circa illam propoſitionem abſolutam, actio immanens ex genere ſuo non habet terminum, in qua latet adhùc amphibologia, legenda ſunt quæ ſcripſimus lib. 1. de ſapientia vt eſt communis increatæ, & creatæ.

Hęc negatiua, Actionis immanentis nullus eſt terminus, tollit à quauis actione immanẽte terminum.

CAPVT IIII.

Verbum eſt neceſſarium ad intelligendũ, vt terminus in quo res cognoſcitur.

ACta diſputatione qua oſtendimus verbum per intellectionem produci, ſubit quæſtio de neceſsitate verbi; quod enim præter neceſsitatẽ ponitur, per otium & ſocordiam fingitur. Caput habet partes ſex.

Prima pars. *Verbum eſt neceſſarium in intelligente.*

Secunda. *Neceſſaria eſt in intelligente vt plurimum ſimilitudo ex parte termini.*

Tertia. *Verbum quod de intellectione procedit ad intellectionem ipſam eſt neceſſarium.*

Quarta. *Quæ nam cognitio verbum exigat?*

Quint. *Verbum à nobis non cognoſcitur cum re cognita.*

Sexta. *Eſſe verbi eſt cognoſci.*

PRIMA PARS.

Verbum eſt neceſſarium in intelligente.

NVllus eſt qui verbum diſtinguat ab intellectione quin ſimul affirmet illud 1.

illud eſſe terminum intrinſecum intellectionis, hoc eſt, terminum ab ea inſeparabilem; vno excepto Heruæo tract. de Verbo q. 2. art. 2. quo in loco docet notitiam aliã procedere ab ſpecie impreſſa, aliam à verbo: & ita verbum erit principium notitiæ, non terminus; niſi fortè intelligat verbum eſſe quidèm terminũ antecedentis notitiæ, & principium cõſequentis. De qua re nobis non eſt opus diſputare.

Singularis opinio aſcripta *Heruæo.*

Explicatur *Heruæus.*

2. Quòd autem verbum ſit terminus intellectionis haud dubium eſt; ſpecies enim impreſſa ſatis eſt ad principiũ intelligendi; ergo verbum ſi quid eſt diſtinctum ab intellectione, ſanè nihil eſt niſi terminus: eſt quippè imago intelligibilis in qua res cognita repræſentatur; & ſicut cognitio tendit in imaginem ſenſibus expoſitam, & in rem in imagine expreſſam; ita etiam tendit in verbũ quod eſt imago rei, & rem cognitam in verbo: eſt ergo verbum terminus in quem tendit cognitio. Et idem cõprobatur, quoniam verbum eſt id quod dicimus, ſiue loquimur; dicere autem mente eſt intelligere; ergo intelligere terminatur ad verbum, quod poſteà magis elucidabimus.

Verbũ eſt terminus intellectionis non principium. Probatur primò.

Secundò.

3. Conſequẽs ergo eſt vt verbum ſit neceſſarium neceſsitate quadam termini intelligibilis. Sunt qui dicant iſtum terminum eſſe neceſſarium, eò quòd neceſſe eſt per omnem actionem produci terminũ; & idcircò, quia intellectio eſt quædam actio, neceſſariò oportet vt cum termino ſit coniuncta; & hanc eſſe neceſſitatem termini intelligibilis, quod eſt verbum: cuius ſententiæ eſt Ludouicus Mol. 1. p. q. 27. art. 1. diſput. 8. memb. 3. & q. 12. art. 2. diſp. 1. cum alijs. Quo dicto putant ſe eſſe à quæſtione propoſita expeditos. At rectum ſanè reddidiſſent reſponſum, ſi inquireremus neceſsitatẽ cauſæ efficientis: neceſſe enim eſt verbũ produci per intellectionem, quia intellectio eſt actio per quam oportet aliquid produci. Nos verò percontamur de cauſa finali, quæ vtilitas ſiue neceſsitas ad finem ſit in verbo mentis? quod ſanè ſuperuacaneum non eſt. Et vt dicamus clariùs, verbum eſt forma quædã perficiens intellectum, & tribuens eſſe formale, & eſt imago intelligilis. Hæc igitur forma, perfectio, & imago, eſtnè duntaxat intellectus ornamentum? An etiam deſeruit intellectioni, quę eſt vltima perfectio potentiæ, ad quam cætera ordinantur? Proculdubio negari hoc nõ poteſt. Et cõfirmatur; quia nullus inficiatur intelligere nos in verbo, ſiue per verbum; ergo verbum quoquo modo vtile eſt ad intelligendum: non ergo effugiunt quæſtionem, quam maximè laborant ſubterfugere, quomodò verbum ſit neceſſarium intellectioni, cum intellectio antecedat ordine naturæ? Quo argumento cõmotos exiſtimo confugiſſe eos, quaſi ad aſylum, ad opinionem illam, quòd per omnem actionem producitur terminus, dicentes eam eſſe neceſsitatem ponendi verbum; fortè immeritò fidem negantes ijs, quæ in re propoſita dicuntur à Thomiſtis: ſed hæc nos, vt ſperamus enodabimus.

Inquiritur ratio neceſsitatis ex parte finalis cauſæ, ob quam intellectio poſtulet hunc terminũ loco rei cognitæ.

Prima ratio eſt *Molinæ.*

Procedit de neceſsitate ex parte cauſæ efficientis.

Proculdubio verbum nõ eſt duntaxat ornamẽtum intellectus, ſed etiã deſeruit intellectioni. Probatur.

Aduerſariorũ inſufficiẽs aſylum.

4. Qui igitur neceſsitatem finis inueſtigant in termino intelligili, vno ore conſentiunt, verbum quod eſt terminus intellectionis eſſe neceſſarium ad intelligendum; & poni in intelligente loco rei cognitæ. Quare hoc iam quæritur, quæ cauſa id poſtulet, vt loco rei cognitæ, ponatur aliquis terminus in intelligente per intellectionem productus? Franciſc. Ferrar. 1. contra gent. cap. 53. ait idcircò poni terminum in intellectione, quia neceſſe eſt actionem & terminũ ſimul exiſtere; & quoniam intelligimus ea etiam quæ non exiſtunt, loco non exiſtentium rerum neceſſe eſt ponere terminum intelligibilem exiſtentem in intellectu. Et quidèm de actione tranſeunte verum illud aſſertum eſt, quod ſimul cum actione exiſtit terminus: ſed de actione immanente id probandum erat, & ponendum priùs hoc fundamẽtum quo ille nititur. Prætereà hoc eſt deſignare neceſsitatem cauſæ efficientis, à qua ſcilicèt oritur vt ſimul cum actione exiſtat terminus; nos verò diſputamus de neceſsitate finis. Et adhùc hæc opinio refellitur, quia obiectum, quod eſt terminus extrinſecus potentiæ, non opus eſt vt exiſtat ſimul cum actione intelligendi. Poſtremò nos intelligimus res etiam exiſtentes per verbum; ergo verbum non ponitur, vt compenſet in intellectu exiſtentiam rerum cognitarum; ſi enim ad hoc ponitur verbum, exiſtentibus rebus cognitis non erit neceſſarium.

Secunda ratio *Ferrar.*

Improbatur 1.

Improbatur 2. Solum de ignat neceſsitatem ex parte cauſæ efficientis.

Refellitur. 3.

Quartò.

5. Deindè idem Ferrar. proponit duas cauſas huius neceſsitatis, ſcilicèt, cum obie-

Aliæ duæ cauſæ propoſitę à *Ferrar.*

Digitized by Google

obiectum non ſit præſens, vel cum ſit res materiâ concreta. Nam ſi res non eſt præſens, idcircò ponimus verbum, vt verbum ſit loco rei abſentis, & illa per verbum coniungatur cum potentia: ſi verò ſit res materialis, quia intellectus eſt extra materiam, neceſſe eſt, vt ea res per verbum fiat extra materiam intelligibilis. Et hæc quidem, quæ vera ſunt, hauſit Ferrar. à doctrina S. Thomæ. Sed hæc ipſa ſine commentatio congruente falſis ſimillima ſunt. Nam & res exiſtentes & præſentes intelligimus nõ niſi per verbum; & adhuc res præſentes exiſtẽtes & materiæ expertes, vt Angelos, nõ ſine verbo intelligimus; ergo maior aliqua neceſsitas eſt verbi, quàm vt ponatur loco abſentium, & materialium rerũ. Et confirmatur, quoniam Angeli, tam materiales, quàm immateriales res omnes æquè intelligunt per verbum; ergo alia cauſa eſt neceſsitatis verbi. Et quidem S. Thomas ad res materiales intelligendas dixit eſſe neceſſarium verbum in nobis, qui à ſenſu accipimus ſpecies intelligibiles imperfectas; quæ eſt cauſa ponẽdi vltra ſpecies verbum, in quo res materialis efficitur perfectè intelligibilis: in Angelis verò eadem vnaque eſt ratio quare per verbum intelligant ſiue in materia, ſiue extra materiam, quia nõ accipiunt ſpecies à ſenſu materia concreto.

Deſumptæ ſũt ex S. Thom.

Sine commẽtario congruẽte, vt falſis ſimillimæ impugnantur.

Confirmatur impugnatio.

S. Thomas quid dixerit?

6.

5. ratio. Caiet.

Thomas Caiet. 1. p. q. 27. ar. 1. ait tũc eſſe neceſſarium verbũ, cũ res cognoſcẽda non eſt præſens intellectui ſecundum eſſe intelligibile, licèt aliàs ſit exiſtens, & præſens. Et hoc videtur accepiſſe à S. Thom. opuſcul. 14. vbi id inſinuat. Et idem ſentit Ioan. Capreol. d. 27. q. 2. Ferrar. loco commemorato, & 4. contra gent. cap. 13. Atque ſi verbis ſit hærendum, abſque dubio ad cognoſcendum id quod non eſt præſens intellectui iam formato ſpecie intelligibili, neceſſarium eſt verbum; ita vt negatio præſentiæ ſit cauſa, ſiue ratio adæquata ponendi verbum. Nam præſens dicitur ex ſententia S. Thom. quod patet cognitioni: quòd ſi intellectus eſt iam formatus ſpecie intelligibili; & adhuc obiectum non eſt præſens, non patet cognitioni: quare neceſſarium eſt vltra ſpeciem verbum, vt id quod non erat perfectè intelligibile, efficiatur perfectè intelligibile, quæ eſt tota ratio ponendi verbum, vt dicemus.

S. Thom. Capreol. Ferrar. Expenditur.

Præſens ſecundum eſſe intelligibile, Dicitur 1. qđ patet cognitioni.

Negatio huiꝰ præſentiæ in habẽte ſpeciẽ imperfectã, eſt cauſa neceſsitatis verbi.

A Quòd ſi præſens dicitur non ſolùm id quod patet cognitioni; ſed quod eſt cognitioni etiam obiectum; obiectum eſſe præſens eſt obiectum cognoſci: & ita præſentia obiecti non tollit verbum, cũ ſimul extet verbum, & res cognoſcatur; atque in hoc ſenſu etſi res ſit præſens, neceſſarium eſt verbũ. Quòd ſi minùs propriè loquendo præſens dicamus quod loco non diſtat, obiectum præſens ſecũdum eſſe intelligibile, non eſt illud quod in loco externo non diſtat ab intelligente, ſed quod intelligibili ſpatio non diſtat, hoc eſt, quod coniunctum eſt cum intel- B lectu adeò intimè, vt propter illam coniunctionem non ſit vltrà neceſſariũ verbũ. Et ita eſt interpretandus Caietanus.

Dicitur 2. qđ eſt cognitioni obiectum.

Negatio huius præſentiæ non eſt ratio neceſsitatis verbi.

Dicitur 3. minùs propriè, quod loco nõ diſtat, id eſt, intelligibili ſpatio.

Negatio huius præſentiæ, ratio neceſsitatis verbi eſt Caietano.

7.

Impugnatur ratio Caiet.

Sed hic modus explicandi neceſsitatem verbi, indiget ipſe explicatione. Nam in nobis notitia intuitiua, quæ eſt in intellectu, eſt rei præſentis, vt præſens eſt; & ita videtur eſſe præſens ſecundum eſſe intelligibile, & tamen per illã notitiam producitur verbum. Quòd ſi dicas cum Caietano, in ea intuitione rem cognitam non eſſe per ſe ipſam cõiunctam cum intellectu, & idcircò non eſſe præſentem ſecundum eſſe intelligibile. Cõtra hoc etiam occurrit, quòd res ſenſui obiecta non eſt per ſe ipſam coniuncta C cum ſenſu, & tamen ita eſt præſens ſecũdum eſſe ſenſibile, vt per actionem ſenſus non ſit neceſſe produci vllum terminum quaſi verbum ſenſus. Enucleandũ ergo eſt, quid hoc ſit quod ait Caiet. rem eſſe præſentem ſiue coniunctam cum intellectu ſecundum eſſe intelligibile. Præterea hi Doctores aiunt verbum poni loco rerum abſentium, vel materialium; ſed quid præſtet poſitum eo loco, non aperiunt.

Reſpondet.

Refutatur ratio eò quòd in adæquata.

8.

Vera & adæquata ratio eſt antecedentia ſpeciei impreſſæ, ſeu imperfectæ, ſimilitudinivè quæ nõ ſit actualis, & abſoluta, ſed illius inchoatio & ſemen.

Dicendum igitur, tunc eſſe neceſſariũ verbũ in intellectu, cũ antecedit ſpecies intelligibilis impreſſa: ea enim eſt imper D fecta, & nõ eſt ſimilitudo rei cognitæ abſolutè; ſed eſt quædam inchoatio ſimilitudinis, & idcircò dicitur quaſi ſemen intellectionis: verbum autem eſt conceptio ſiue partus. Quia vt diſtat animal genitum, ſiue conceptum à ſemine; ita verbum quod eſt imago, & ſimilitudo rei ab ſpecie intelligibili impreſſa: quæ non eſt imago, neq; ſimilitudo abſolutè; ſed quædam inchoatio, ſiue ſemen illius. Et ita in genere cauſæ efficiẽtis, priori alio poſito principio, verbum eſt neceſſariũ

vbi

Digitized by Google

vbi antecedit ſpecies impreſſa: ſicut excepto ſemine neceſſe eſt oriri animal. In genere verò cauſæ finalis propter intellectionem, neceſſe eſt, vt vbi antecedit ſpecies, ſequatur verbum. Cum enim intelligere ſit quoddam aſsimilari, vbi eſt ſpecies impreſſa, quæ ſcilicèt non eſt ſimilitudo abſolutè, neceſſe eſt produci completam ſimilitudinem, quæ eſt verbum, in qua rem ipſam intelligamus. Sicut igitur ad notitiam vultus Imperatoris neceſſaria eſt imago illius, ſi aliàs nō eſt notus facie. Ita ad notionem quidditatis rei, neceſſaria eſt imago intelligibilis, quæ eſt verbum, ex parte obiecti, in ea potentia quæ formata eſt ſpecie intelligibili, vtpotè imperfectâ, & quæ nō eſt ſimplicitèr ſimilitudo. Quo modo autem in ipſo verbo rem intelligamus, poſteà erit ſolertiùs diſſerendum.

Intelligere eſt quoddam aſsimilari.

Exemplum.

9. Ex quibus colligimus vera eſſe quæ alij de re iſta propoſuerunt. Nam & abſentia obiecti, & materialitas in cauſa eſt vt verbum ſit neceſſarium; quia his datis neceſſe eſt intelligere res iſtas per ſpecies impreſſas, ſiquidèm res ipſæ per ſe non coniunguntur cum potentia; at verò cum ſpecie impreſſa eſt ſimul coniūctum verbum. Perſpicuum etiam efficitur quid ſit rem eſſe præſentem ſecundū eſſe intelligibile? cum ſcilicèt per ſe ipſam coniuncta eſt cum intellectu; per ſe ipſam, hoc eſt, non per ſpeciem intelligibilem mediam, quæ ſit impreſſa, & imperfecta.

Colligitur. 1. quomodò obiecti abſentia, & materialitas, de quibus ſuprà, ſint cauſæ neceſsitatis verbi?

Colligitur. 2. quid ſit rem eſſe præſentem ſecundum eſſe intelligibile?

10. Sed contra hæc, duo obijcimus. Primum, quoniam in ſenſu nō eſt terminus productus per actionem, & tamen ibi eſt ſpecies impreſſa media inter obiectum, & potentiam: contrà verò Angelus cognoſcit Deum per verbum, & ſine ſpecie impreſſa. Reſpondemus facilè nos hìc non diſputare de ſenſu, ſed de ſolo intellectu; de ſenſu verò, & de Angelis proximè acturos parte 2. capitis.

1. obiectio cōtra rationē aſſignatam.

Occurretur.

11. Alterum occurrit, ſi Deus perfectiſsimam ſpeciem impreſſam in intellectu condat, quæ non minùs diſtincta ſit, quā ſpecies impreſſa in ſenſu? Videtur enim ſimilitèr dicēdum quòd non erit neceſſarium verbum. Et hoc etiam quod eſt conſentaneum nos concedimus: ſatis enim fuit hactenùs decernere id quod in cognitione noſtra ſecundum naturā inuenitur; neque enim de potentia creatoris diſputamus, neque de cognitione angeli. Quarè vt propoſitio illa ſit vniuerſalior & communior, dicendum eſt, verbum eſſe neceſſarium vbicunque antecedit imperfecta ſpecies impreſſa, quę non ſit ſimilitudo abſolutè, ſed inchoatio illius. An verò Deus poſsit efficere ſpeciem impreſſam adeò diſtinctam, & claram, vt non ſit inchoatio ſimilitudinis, ſed ſit ipſa actualis ſimilitudo, & abſolutè ſimilitudo, vt in ſenſu fit, ſi quæratur? minimè id repugnare arbitramur, cum potentia Dei in genere intelligibilium ſit infinita: & vbi talis ſpecies fuerit principium intellectionis, nullus requiritur vltrà terminus, quem verbum dicimus; nam ſuperuacaneè in eadem potentia duas ſimilitudines perfectas collocaremus. Hæc autem non arbitramur nos noua attuliſſe, quæ aliorū ſententijs ſimillima ſunt; ſed fortè nouè dixiſſe, & clariùs enodaſſe. Neceſsitatem autem verbi conſtituimus, in hoc quòd neceſſaria ſit intelligenti completa ſimilitudo rei cognitæ, quæ non eſt ſpecies impreſſa, ſed verbum.

2. obiectio.

Reſponſ.

Producibilis eſt à Deo ſpecies impreſſa intelligibilis, quæ ſit actualis & completa ſimilitudo, vt ſpecies ſenſus.

Ratio.

Si talis ſpecies eſſet in intellectu principiū intellectionis, ſuperuacaneū in eo eſſet verbū terminans.

Ratio.

12. De rebus autem diuinis concinnè ad hæc philoſophandum eſt. In Deo enim non meditamur ſpeciem intelligibilem propriè dictam, quia ſpecies intelligibilis eſt forma intellectus ex natura ſua informis, & imperfecti, qualis eſt intellectus creatus: ſed tamen ponimus aliquid quod cum ſpecie intelligibili conueniat in eo quod eſt principium operationis ex parte obiecti. Et ita S. Thom. contēplatur eſſentiam diuinam, loco ſpeciei intelligibilis. Similitèr non ponimus in Deo verbum eſſentiale, quia vbi intellectus eſt per ſe perfectus, non eſt neceſſarium verbum, vt modò diſputabamus. Sed tamen in Deo etiam aliquid meditamur cum verbo commune, vt poſteà dicemus.

S. Thomas contemplatur eſſentiam diuinam vt ſpeciē intelligibilem perfectiſsimā.

13. Sed contrà hæc palàm ſe ſe obijcit argumentum. Nam cum in rei præſentia modo iam explicato non ſit neceſſariū verbum, videtur tolli diuini Verbi generatio. Nihil enim poteſt eſſe intellectui præſentius, aut coniunctius, quàm ipſa eſſentia diuina intellectui diuino, cum ſit res omninò eadem; ſed in præſentia obiecti non procedit verbum; ergo in eſſentia diuina non procedit verbum genitum. Reſpondetur argumentū conuincere id quod docuimus, ſcilicèt, in intellectione diuina non eſſe neceſſarium

Obiectio.

Reſponſ. In Deo nō eſt verbum eſſentiale.

ſarium verbum ad intelligendum, neque eſſe verbum eſſentiale; omnia enim quæ ſunt neceſſaria eſſentiæ, ſunt eſſentialia; aliàs eſſentia extraneis indigeret. Verbum autem quod eſt perſona non procedit propter neceſsitatem intelligẽdi, quia Pater non eſt ſapiens ſapientia genita, vt infrà dicemus, ſed procedit propter fœcunditatẽ naturæ. Quare ex hac potiùs doctrina maximè commendatur generatio diuini Verbi; non enim procedit, aut gignitur propter neceſsitatem intelligendi, quod eſſet inopis, & indigẽtis naturæ; ſed potiùs ex infinita intellectione, quæ infinitè ſe effundit in verbum, non vt clarius quid aut diſtinctius exprimatur, ſed vt infinita claritas per originem communicetur. Vnde hoc verbum eſt lux de luce: noſtrum autem verbum eſt quaſi lux à tenebris; quia quod erat minùs diſtinctum in ſpecie intelligibili, exprimitur, & declaratur in verbo; & hoc pertinet ad indigentiam naturæ, quæ progreditur ab imperfecto ad perfectum, & à primo actu ad ſecũdum. Et hoc eſt quod docet S. Auguſt. 15. de Trinit. cap. 4. *Nouit Pater omnia in ſe, nouit in Filio*, ſcilicèt, quia nouit omnia in ſua eſſentia, quæ eſt ſibi & Filio communis.

Verbum quod eſt perſona, nõ procedit propter neceſsitatẽ vtilis ad intellectionem, ſed propter infinitæ intellectionis fœcunditatem.

Verbum diuinum lux de luce: noſtrũ, quaſi lux à tenebris.

S. Auguſt.

14. Quoniam verò ponimus amorem per dilectionem procedere, cum opus ſit neceſſitatem quoque huius termini tradere, inueſtigandum eſt, an per omnem dilectionem procedat amor? Quam quæſtionem diſcuſſam non reperio; ſed tamen meam proferam ſententiam, neque noua exiſtimetur æquum eſt, cum ſit antecedentibus maximè conſentanea. Dicẽdum ergo videtur, quòd quoties operatio procedit à voluntate, vt natura eſt, non requiritur in operatione terminus: voluntas enim eſt inclinatio quædam in bonum; amor verò inclinatio quædam eſt ex parte obiecti, vt explicabimus. Quoties ergo voluntas operatur vt natura, non indiget alia inclinatione quæ ſit operationis terminus; quoties autem operatur vt libera, cum non ſit per ſe inclinata ad id quod liberè eligit, maximè neceſſe eſt vt inclinationem ipſam in ſe ſuſcipiat, quæ eſt amor per dilectionem productus, & ita amare eſt amorem proferre. Cum autem explicauerimus quid ſit amor, etiam hoc erit notius qua ſcilicèt neceſsitate ponatur in operatione libera. Quarè & odium quod eſt liberũ, debemus fateri eſſe terminum operationis per illam productum, ſcilicèt, per actionem deteſtantem; quo odio propẽdemus, nõ per deſiderium, ſed per fugã. Videtur autem conſequi vt in appetitu irrationali non ponatur amor, quia vbi non eſt ratio non eſt libertas, ſed naturæ propenſio, & inclinatio. In dilectione autem beatorũ qua Deum diligunt, etſi ea ſit naturalis Dei eſſentiam contuentibus, videtur tamẽ ponendus amor per dilectionem procedens; quia ea dilectio non eſt à voluntate vt nuda natura eſt, ſed vt eſt natura eleuata, ſeu euecta per habitus ſupernaturales. Quare eadem neceſsitate qua eos habitus ponimus, quia non eſt natura per ſe propenſa ad ea, quæ ſunt ſupra naturam, poſſumus quoque ponere amorem procedentem.

Noua difficultas de dilectione, & eius termino.

Reſolutio.

Quoties operatio eſt à voluntate vt natura non indiget termino producto.

Probatur.

Secùs quoties eſt à voluntate vt libera.

Oſtenditur.

Odio etiam libero propendemus, per fugam.

1. conſectariũ in appetitu irrationali non ponitur amor.

2. conſectariũ in dilectione beata ponitur.

Ratio.

15. Denique illud etiam hac in re obſeruãdum, vt in dilectione diuina qua Deus ſe diligit, non exiſtimemus eſſe amorem eſſentialem dilectionis terminum, quia ipſa voluntas eſt natura maximè propẽſa ad dilectionem Deitatis. Nec verò Spiritus Sanctus dicitur amor procedẽs quaſi neceſſarius ad dilectionem, ſed ex infinitate dilectionis procedens. Quibus omnibus ſimilia de intellectione, & verbo modò diſſerebamus.

3. conſectariũ De diuina dilectione & amore ſtatuitur vt de diuina intellectione, & verbo ſuprà.

16. Per hæc autem facili negotio diſcernimus terminum actionis tranſeuntis, & immanẽtis: actio enim tranſiens eſt cauſa neceſſaria ſui termini, efficiens duntaxat: actio verò immanens quæ terminũ habet, non ſolùm efficiens, ſed finalis cauſa illius eſt. Et ita terminus iſte ponitur non ſolùm neceſsitate actionis, quæ terminum producit, ſed neceſsitate talis actionis ad quã ille terminus eſt neceſſarius. Præterea terminus actionis tranſeuntis non eſt intrinſecus quaſi ex propria ratione cõiunctus cum illa; quia etſi non ſit actio tranſiens ſine termino, vt calefactio ſine calore, tamen res ipſa quæ aliàs eſt terminus ſine actione aliquandò exiſtit, vt calor ſine calefactione: imò poteſt produci calor non per calefactionem, ſed ſubita actione, vt accidit in generatione ignis; & per Dei potentiam poteſt ſubitò produci calor ſine calefactione, calefactio enim eſt motus phyſicus ſucceſsiuus. Verbum autem ſine intellectione non poteſt extare, neq; intellectio illa per quam verbum producitur

Colligitur inter terminos actionis tranſeuntis, & immanentis, 1. diſcrimen.

2. diſcrimen.

Calor producitur, & exiſtit ſine calefactione, quæ eſt motus phyſicus ſucceſsiuus.

Neque verbũ ſine intellectione exiſtere

Digitized by Google

poteſt, etiā diuinitùs; neque intellectio eadem ſpecie ſine verbo.

Probatur hoc ſecundum.

Probatur primum.

ducitur manere poteſt naturâ & ſpecie A eadem ſine verbo. Hoc ſecūdum aſſerim⁹, quia intellectio illa ex propria ratione eſt productio verbi, vt poſteà explicabimus; ergo nō poteſt manere ſpecies eadem intellectionis ſine verbo. Primū autem quod diximus cōfirmamus, quòd ſcilicèt verbum ſine intellectione non extet; verbum enim eſt quædam forma intelligentis; & eſt id quod ab intelligēte profertur, & ab eo emanat; & eſt ſimilitudo actualis in qua actu res intelligitur: quæ omnia perſuadent verbum non poſſe ſine intellectione conſtare. Et hac B in re diſcordamus à Ioanne Capreol. in 2.d.3.q.2. & Paludano in 4.d.44.q.vltima art.1. aſſerentibus per Dei potentiā poſſe exiſtere verbum ſine intellectione; quod in ſequentibus erit illuſtrius, cum docuerimus quòd verbum ſit forma, cuius effectus formalis eſt intelligere in actu completo. Peius verò errat Paul. Soncin.5.Metaphy.q.20. ad 4. vbi vult arguēdo comprobare poſſe inueniri intellectionem, quæ ab intelligente non producatur: hæ enim actiones immanētes ſunt cauſę formales perficiētes agēs; & ſicut eſt impoſsibile, vt lac ſit candidū candore quem non habet; ita non poteſt C fieri, vt aliquis ſit intelligens intellectione, quæ ab eo non emanat; aut quòd ſit intellectio in non intelligente.

Eſt contra Capreol. Palud.

Peior error Soncinnatis, poſſe dari intellectionem, quæ ab intelligēte non producatur.

7. Igitur quæ ſumma eſt huius diſputationis, verbum non ſolùm eſt terminus neceſſarius intellectionis; ſed eſt etiam intrinſecus ex propria definitione, ita vt non poſsit fingi verbum, quod non ſit intellectionis terminus.

8. *Ferrarienſ. comparat verbum cum intellectione, vt punctum cum linea.*

Franciſcus Ferrar. 1. contra gent. cap. 53. comparat verbum cum intellectione vt punctum cum linea, quod alijs etiam placet. Et quidèm in hoc eſt verum exē- D plum, quòd ſicut non poteſt exiſtere linea, quæ non ſit puncto terminata, aut punctum extra lineam; ita & intellectio, quæ exigit verbum ſine verbo non poteſt inueniri, aut ſine intellectione verbum. Eſt autem in alijs diſsimilitudo, quia nulla linea eſt ſine puncto terminatæ; ſunt autem intellectiones aliquæ ſine verbo: punctum etiam & linea ſunt continuitate idem; quia linea continet ipſum punctum, qui eſt terminus illius; intellectio verò & verbum ſunt res ſimplicitèr diſtinctæ, vt dictum eſt.

Conuenientia exempli.

Diſsimilitudo prima.

Secunda.

SECVNDA PARS.

Neceſſaria eſt in intelligente vt plurimū ſimilitudo ex parte termini.

Circa hoc noua quæſtio mentem ſubijt, quam hactenùs non legi tractatam; quare ponamus ſimilitudinem verbi vt terminum intellectionis, & non potiùs conſtituamus in intellectu ante intellectionem omnem eam ſimilitudinem, quæ eſt ad intelligendum neceſſaria? Si enim ponamus ante intellectionē ſimilitudinem perfectam, non erit opus aliam adijcere ſimilitudinem per intellectionem productam. 1.

Noua quæſtio proponitur.

Aduertendum igitur eſt ſpeciem impreſſam idcircò dici imperfectam, quia nō eſt actualis ſimilitudo, ſed in habitu, & inchoatio quædam ſimilitudinis. Cuius rei ea eſt ratio, quòd cum potentia cognoſcens ſit virtutis finitæ, & nō poſſit ad omnia ſimul aduertere, neceſſe eſt vt actu non ad omnia aduertat, ſed ad quædam. Vbi autem ſpecies impreſſa eſt actualis ſimilitudo, neceſſe eſt actu aduertere; quare neceſſe eſt vel pauca aduertere ſimul & perpetuò; vel plura ſucceſsione quadam; cognoſcere autē pauca ſemperq; eadem, ſummoperè imperfectum eſt, cum potentia cognoſcens ſit quodammodò infinita; quia poteſt dilatari perpetuò ad plura ſucceſsione quadam, modò ad hæc, modò ad illa, quod eſt longè maioris perfectionis. Senſus ergo externus qui pēdet à præſentia rei, excitatur actu ab obiecto præſenti, & recipit ab illo actualem ſimilitudinem, & ſolùm aduertit ad ea, quę ſunt pręſentia, ſemperque eadem cognoſcit, niſi varietur præſentia rerum, qua variata protēditur ſenſus ad res plures. Maioris ergo perfectionis eſt id quod inuenitur in ſenſu interno, & intellectu, vt percipiant etiam res abſentes. Hic autem modus cognoſcendi perfectior, exigit ſpecies impreſſas in habitu, & non actuales ſimilitudines; cuius rei iam indicauimus rationem. Nam ſi eſſent actuales ſimilitudines, ſemper eadem perciperentur, niſi ſuccederent aliæ ſimilitudines abeuntibus prioribus, vt accidit in ſenſu in quo ſpecies pendet à præſentia obiecti. In abſentia autem obiecti ſi quæ eſſent ſimilitudines actuales non pendētes ab obiecto, ſemper manerent eædem. Quare ſemper 2.

Satisfit 1. de ſpecie impreſſa, cur non ſit ſimilitudo actualis antecedens intellectionem.

Potentia cognoſcens habitualibus ſimilitudinibus vtendo, eſt quodammodò infinita in hoc quod ad penè infinita poteſt dilitari ſucceſſione quadam, modò ad hæc, modò ad illa, pro libito cognoſcentis.

At ſi vteretur actualibus ſimilitudinib⁹, limitaretur ad pauca ſimul, eademq; ſemper actu cognoſcē da, niſi ex ſpecies variaretur ob dependentiam à præſentia obiecti, vt in ſenſu externo.

Digitized by Google

ſemper eadem obiecta perciperentur, & neceſſe eſſet pauca percipi. Pertinet igitur ad nobilitatem potentiæ cognoſcentis creatæ, vt ſpecies impreſſæ non ſint actuales ſimilitudines, ſed in habitu, vt potentia poſsit dilatari ad plura vtendo ſpeciebus in habitu, provt volumus, modò his, modò illis: quare & Angelus qui ſe intuetur per ſuam ſubſtantiam, quæ eſt actu intelligibilis quaſi actualis ſimilitudo, perpetuò ſe intuetur. Et ſimilitèr ſi Deus infunderet ſpeciem, quæ eſſet actualis ſimilitudo rei abſentis (quod poteſt facere) illa res abſens perpetuò hæreret in cogitatione. Sed meliùs nobis conſultū eſt, vt habeamus ſpecies in habitu, vt poſsimus penè infinita intelligere, modò hæc, modò illa, vt volumus. At verò ſpecies in habitu hoc etiam habet perfectionis, quòd plura continet virtute ſua, quorum ſingulorū verbum producimus: & idcircò ſpecies impreſſa dicitur eſſe magis confuſa, quàm verbum, quia videlicèt continet plura; ſicut communis natura, quia continet plura, dicitur confuſa, nō diſtincta.

1. Exemplū, ſubſtantia Angeli reſpectu propriæ cognitionis.

2. Exemplū, ſpecies impreſſa poſsibilis, quæ ſit actualis ſimilitudo.

Alia perfectio habitualis ſimilitudinis eſt, quòd plura cōtinet virtute ſua, & ideo dicitur confuſa.

3\. Satisfit 2. de verbo, cur non producatur ante intellectionem

Sed inquirēdum nunc, eſt quare ſimilitudo actualis, quæ ad intelligendū eſt neceſſaria, non oriatur ab ipſa ſpecie impreſſa ante intellectionē, ita vt ſit principium intellectionis, non terminus? Ad hoc dicendum eſt primò, id fieri alitèr non poſſe, quin per intellectionem producatur, in Angelis quidem habentibus ſpecies inditas à natura non poteſt noua ſimilitudo intelligibilis effici niſi per actionem intellectus poſsibilis; omnis autem actio intellectus poſsibilis eſt intellectio; ergo ſimilitudo actualis non poteſt effici per intellectum Angelicum niſi media intellectione. In nobis verò eadem ratio ſuppetit, nam intellectus agens efficit ſpecies impreſſas in intellectu poſsibili, quæ ſunt in habitu, & non actuales; quare neceſſe eſt actuales effici per intellectionē poſsibilem, & per eius actionem quæ eſt intellectio. Quòd ſi dicatur ſaltèm in nobis intellectum agentem poſſe efficere ſpecies non ſolùm in habitu, ſed actuales ſimilitudines. Hoc etiam negandum eſt; nam intellectus agens non intelligit, neque aduertit, quare operatur ex neceſsitate deducendo ſpecies impreſſas à phantaſmate ſenſibili. Quòd ſi efficeret actuales ſimilitudines, ſemper illas efficeret, & ſemper

1. in Angelis ſpecies antecedentes intellectionem ſūt inditæ.

2. in nobis ſimilis ratio.

Obiectio.

Occurritur. Intellectus agens in nobis non efficit ſimilitudines actuales, quia non intelligit nec aduertit vt intellectus

A eadem intelligeremus & pauca, vt anteà docuimus. Neceſſe eſt ergo, ob hāc cauſam, actualem ſimilitudinem effici per actionem intellectus poſsibilis, qui aduertit & cognoſcit; & idcircò eſt potentiæ appetenti obnoxius: quod etiam in ſēſu interno aſſerimus, quia & ipſe ſubijcitur appetitioni. Et ita vtendo ſpeciebus in habitu per actiones potentiæ cognoſcētis internæ; producimus actuales ſimilitudines rerum quas volumus cognoſcere. Quòd ſi adhùc inſtes; potentiam cognoſcentem, antequam producat verbum, nihil aduertere: & ita nō

poſsibilis, & ſenſus intern' qui ideo obnoxij ſunt appetitui.

Replica.

B ſubijci quoad hoc appetitui. Dicendum eſt ipſam aduerſionem huius aut illius rei ſubijci appetitui, & per aduerſionem produci ſimilitudinem actualem hanc vel illam, & ita has ſimilitudines pendere ab appetitu, ſicut pendent actiones per quas producūtur, quæ ſunt ipſæ animæ aduerſiones.

Refellitur. Ipſa aduerſio eſt verbi productio, quæ proinde pendet ab appetitu.

Quòd ſi hoc nobis permittitur, quod videtur eſſe commonſtratum, actualem ſimilitudinem non antecedere intellectionem, cum illa ſit omninò intelligēti neceſſaria, concedendum eſt id quod

4\. 1. Conſectariū

C eſt conſequens, ſcilicèt produci per intellectionem ſimilitudinē iſtam actualē, quam dicimus verbum. Quod ita certū habemus ex intima quidditate intellectionis, vt vbi ſpecies impreſſa eſt in habitu, aſſeramus non poſſe rem intelligi ſine verbo, quantumuis lumen Deus infundat intellectui; quia ſine ſimilitudine actuali non licet intelligere: quare verbum, quod eſt actualis ſimilitudo, eſt ibi omnibus modis neceſſarium.

Per intellectionem producitur ſimilitudo actualis, id eſt, verbum, omninò neceſſariò vbi fuerit ſpecies impreſſa habitualis.

Colligimus etiam, quàm latum diſcrimen interiaceat inter intellectionem qua verbum producitur, & eam qua non

5\. 2. Cōſectariū.

D producitur; cum in altera ſimilitudo actualis ſit terminus, in altera principiū: nam vbi actualis ſimilitudo eſt principium, non eſt neceſſarium verbum.

Colligimus etiam in voluntate libera eodem modo neceſſarium eſſe, vt per dilectionem procedat amor, qui eſt inclinatio ſiue propenſio in rem dilectam, eo quòd ſine propēſione diligere ſit impoſsibile: ibi igitur neceſſe eſt per dilectionem produci liberam propenſionē, vbi non antecedit naturalis propenſio; ſed in volūtate vt eſt libera, nulla ineſt propenſio naturalis ad hoc, vel ad illud; ergo neceſſe eſt, vt ipſa propēſio per dilectionem

6\. 3. Conſect.

Ibi neceſſe eſt per dilectionē produci liberam propenſionē, vbi naturalis nō antecedit.

Digitized by Google

Obiectio.

lectionē producatur. E quamuis in volūtate ponantur habitus quantūuis perfectiſsimi quibus propenditur ad obiectū illud, & ipſum obiectū ſūmopere amabile ſit; quia tamen adhùc iſta propēſio nō eſt naturalis, vt voluntas maneat determinata, ſed manet adhùc in innata ſibi libertate; neceſſe eſt quòd diligendo liberè producat propenſionem. Et poſſum' philoſophari ſicut de ſpecie impreſſa, quòd voluntas propoſito ſibi obiecto, & informata habitu propēdēte in illud, eſt adhùc quaſi in habitu propenſa dū libera eſt, & idcircò neceſſe eſt produci per actionē illius actualem propenſionē. Ad obiectū verò naturale eſt actu propēſa, & ideo per dilectionem naturalem non producitur amor: Quare & dilectio illa per quā producitur amor, diſtat eſsētiali differentia ab ea per quam nō producitur; quia propēſio actualis in altera eſt principium, in altera terminus.

Occurritur.

Præter propenſionē habitualem, ſeu habitū, requiritur propenſio actualis.

Ad obiectū naturale propenſio eſt actualis

TERTIA PARS.

Verbū quod de intellectione producitur, ad intellectionē ipſam eſt neceſſarium.

1. DIſputandum iam eſt de ſumma huius quæſtionis; quomodò verbum concurrat ad intellectionē antecedētē. Quòd autē verbum etſi conſequatur intellectionem, poſsit ordinari in illam vt ad finē, ita vt ſit neceſſarium propter intellectionē vt propter finē, facile eſt perſuadere; nam vt Ariſt. docet 2. de anima cap. 4. duplex eſt finis, alter cui, alter cuius; finis cui, eſt res illa cui aliquid boni ab agente acquiritur: finis cuius, eſt illa res cuius acquirendæ gratiâ aliquid fit, vt qui nauigat ob diuitias cōparandas, ipſemet eſt finis cui acquirit, & diuitiæ ſunt finis ob quem nauigat: finis autem cui, poteſt priùs exiſtere, quàm media ad finē. Th. Caiet. diſtinguit finē propter quem, & finē quia; finis propter quē eſt ille qui etſi priùs producatur, aut exiſtat, ſunt tamen illi alia quæ ſequuntur neceſſaria, quæ idcircò fiunt, quia illud priùs factū eſt; vt diſpoſitiones quæ cōſequuntur formam ſubſtantialem producūtur, quia forma producta eſt, & ſūt neceſſariæ ad formam, & ita forma ſubſtantialis eſt finis quia. Et idem videtur eſſe finis cui, cui ſcilicèt neceſſariæ diſpoſitiones conſequuntur. Neque eſt no-

Ariſt.
Finis duplex, cui, & cuius.
Explicantur hi termini.

Caietan.
alijs verbis diſtinguit finem quia, & propter quem.
Explicantur hi termini.

Non eſt noua

A na diſtinctio finis, ſed alijs verbis indicata. Intellectio igitur abſque dubio eſt finis cui, ſiue quia, ipſius verbi; & verbum eſt medium ordinatum in iſtum finem; quod quidem etſi conſequatur actionē poteſt tamen ad illam ordinari, vt ad finem cui. Et quòd ordinetur ad illā perſpicuum eſt; niſi enim eſſet ad intellectionem neceſſarium, minimè poneremus verbum in mente.

diſtinctio.
Intellectio eſt finis cui, ſiue quia, ipſius verbi.

2. Examinandum eſt ergo perſpicaciùs quæ vtilitas ſit in verbo mentis, vt ſit ad intellectionem neceſſarium; ſiquidē B non videtur ad illam concurrere, cum ſit naturâ poſterius. Quod argumentū vexat grauitèr Thomiſtas. Bartholom. Torres cum alijs ait intellectionem, vt intellectio eſt, conſequi verbum, & verbum in illa antecedentia eſſe iam productum per aliam actionem priorem, quàm ſit intellectio. Sed iſtam actionem priorem iam improbauimus; præterquā quòd ratio dubij non ſoluitur. Nam verbum non ſolùm producitur per aliam quamuis actionem (ſi ita libet) ſed per ipſam etiam intellectionem, vt cum C S. Thoma conſentiunt; ergo in illa antecedentia, qua aiunt verbum antecedere intellectionem, iam eſt productum per intellectionem cōſequentem, quod fieri non poteſt. Cōmunis ſolutio eſt Thomæ Caiet. & Franciſci Ferrar. quòd verbum antecedit intellectionem, vt intellectio eſt, & conſequitur eandem vt eſt dictio. Itaque dicere eſt prius verbo, intelligere autē poſterius: & in illa antecedentia in qua verbū præit intellectionē, eſt productū per eandē intellectionē, non vt intellectio eſt, ſed vt eſt dictio.

Difficultas grauis, quomodò verbum poſterius intellectione ad illam concurrat.
Torres.
1. reſponſio, ſupra improbata.
2. & communis ſolutio *Caiet.* *Ferrar.*

3. Hæc poſitio Caietani incredibilis eſt, ſi de antecedentia reali, quæ eſt naturæ D prioritas, intelligatur; nam intellectio eſt quędam actio quę eſt forma ſimplex; eſt autem impoſsibile quòd forma ſimplex in qua nulla eſt realis compoſitio, antecedat reali prioritate in qua eſt realis cauſalitas, & eademmet cōſequatur; neceſſe enim eſſet deſignare in illa intellectione partes diſtinctas ex natura rei, ſcilicèt dicere, & intelligere, vt dicere antecederet, & intelligere conſequeretur. Imò etſi iſta actio eſſet reali compoſitione ex duabus actionibus concreta, quod fingi non poteſt, adhùc tamen nō poſſet antecedere vt actio, conſequi vt dictio, quia intellectio eſt quædam res

Si de antecedētia reali intelligatur.
Refellitur 1. vt incredibilis
Intellectio eſt actio, & forma ſimplex.

Refellitur 2.

Y contēta

Digitized by Google

Eſt ſaltèm res definibilis, & ſpecies quædã

contenta definitione, & ſpecies quædã; ergo ſi in illa antecedentia intellectio exiſtit, tota ſpecies exiſtit cũ ſuis partibus. Iiſdem argumentis conuellitur aliorum opinio, qui aiunt intellectionẽ, & dictionem diſtingui formalitèr eminẽtèr. Nam niſi ſit in re ipſa diſtinctio ſaltèm ex natura rei, impoſsibile eſt, vt vna res ſimplex, & vna ſpecies realis, ſecundum aliquid ſui antecedat, & ſecundum aliquid cõſequatur, reali prioritate; ſed neceſſe eſt concedere, quòd dicere eſt quędam actio diſtincta ab intellectione, quæ antecedit ipsã & verbum, vt ponit Torres. Nam ſi dicere cõſequitur intellectionẽ, iam intellectio antecedens dictionẽ, antecedit ipsũ quoq; verbum; in qua antecedentia eſt tota difficultas. Quicquid autẽ de his reſpondendo affirmes, illud quæſitum inſtat, quomodò verbũ cõcurrat ad intellectionẽ, ſi tamẽ per illã producitur, vt S. Thom. docet; nam produci per intellectionẽ eſt produci per iſtam actionẽ, quæ eſt ſimplex forma, quæ eſt realis ſpecies, quæ nõ poteſt antecedere ſimul, & conſequi reali antecedentia. Et contra hoc reſponſum docet S. Thom. q.9. de Potentia art. 9. verbum & amorem ſuperuenire intelligenti & volenti: ergo intellectio etiam qua intellectio eſt, antecedit verbum, & dilectio amorem.

3.ª ſolutio *Bañes q.27. art.1. dub.2* Iiſdem argumẽtis hæc ſolutio cõuellitur quibus præcedens.

S.Thom.

4. 4. Euaſio.

Duplex adhæc eſt aliorũ euaſio. Prima quòd intellectio antecedit verbum, vt informis, cõſequitur ipsũ vt formata. Hæc reſponſio futilis eſt valdè, tũ quia actionẽ informari eſt perfici; & ita actio informatur ab agente à quo perficitur; quare conſequens eſt, vt verbũ concurrat ad intellectionẽ in genere cauſę efficientis; non in ratione termini; ſed in ratione principij actiui; ad quod præſtãdũ ponimus habitũ ex parte potentiæ, non verbũ quod occurrit ex parte obiecti: tũ maximè, quia informari eſt perfici ſecũdũ accidẽs; res autẽ quæpiã priùs natura exiſtit, quã per accidentia perficiatur: quare intellectio vt antecedit verbũ, & dicitur informis, iã eſt eſſentialitèr intellectio, ad quã maximè neceſſariũ eſt verbũ; ſuperuacaneum enim eſt ad perficiẽdam duntaxat intellectionẽ: neq; poteſt fingi, qua in re illã perficiat; maximè cũ ſit eius terminus, nõ principium. Quod etſi, id quod falſum eſt, eſſe cõtendas; intellectionẽ informem non eſſe eſſentialitèr intellectionẽ, ſed intellectionẽ formatam eã eſſe verè, & eſſentialitèr intellectionẽ: ponis verbũ vt principium actiuum illius, perficere enim eſt agentis vt diximus; verbũ autẽ ponimus nõ ad producẽdã, ſed ad terminãdã intellectionẽ.

Valdè futilis Oſtenditur 1.

2. principalitèr. Informari eſt perfici ſecũdũ accidens.

Reſponſio.

Eneruatur.

5. 5. Euaſio.

Altera explicatio aliquorũ eſt, intellectionem eſſe priorem verbo in genere cauſæ efficientis, ſed eſſe poſteriorem in genere cauſæ formalis. Hoc autem non minus impoſsibile eſt, nam etſi in diuerſo genere cauſæ conuertatur antecedẽtia, vt & materia antecedat formã, & forma materiã quoad ſuos effectus; tamen in genere cauſæ efficiẽtis, id eſt omninò impoſsibile, nam cauſa efficiẽs prius natura exiſtit; cæteræ cauſę nõ concurrunt vt exiſtẽtes: quod autẽ prius natura exiſtit, non pendet à poſteriori quoad eſſe; quare agens quod agit in actu exiſtens nullo modo poteſt eſſe natura poſterius, etiã in alio genere cauſę. Et explicatur de ſingulis; nam in genere cauſæ materialis ſi forma agentis pendet à materia, cũ ipſa forma ſit principium agendi, impoſsibile eſt vt agẽs producat materiam ſuã, à qua eius forma pẽdet quæ eſt operandi principium. In genere verò cauſæ formalis, cũ forma ſit principiũ operandi, nõ poteſt intelligi, vt agẽs producat formã quæ ſit principium ipſius operationis, per quã formam producit. In genere verò cauſæ efficientis per ſe eſt euidẽs, quòd nõ poſsit conuerti effectus in cauſã ſuæ cauſæ. Verbũ autẽ quod non cõcurrit ad intellectionẽ in genere cauſæ materialis, neq; efficientis vt liquet, neq; in genere cauſę formalis poteſt cõcurrere: nam ſi in genere cauſę formalis, habet ergo intellectio eſſe formale à verbo; ſed eſſe formale eſt vis actiua agẽtis; ergo intelligens habet à verbo ipsã vim actiuam producendi verbum, quod nulla cogitatione fingi poteſt.

Conuincitur.

Cauſa efficiẽs nullo ſuo eſſe ſtu eſt poſterior, etiam in alio genere cauſæ.

Oſtenditur de ſingulis. De materiali,

De formali.

De efficiente.

Colligitur de formali iterũ.

6.

Dicẽdũ ergo eſt id quod ex dictis neceſſariò colligitur, verbũ in nullo genere cauſæ cõcurrere ad intellectionẽ, cuius eſt effectus dũtaxat & termin', & nullo modò cauſa. Et hoc ipsũ confirmatur autoritate S. Th. q.4. de Verit. ar.1. vbi docet nos nõ intelligere verbo, ſed in verbo; negat.n. intelligere nos verbo, quia indicatur verbũ eſſe cauſã intellectionis

S.Thom. docet non intelligere nos verbo, ſed in verbo.

7. Vera ſolutio difficultatis. Verbum concurrit ad intel

Concurrit autem verbum ad intellectionem non concurſu cauſali, ſed potiùs occurrit vt terminus & obiectum; termi-

Digitized by Google

lectionem nō vt cauſa, ſed vt terminus productus, & obiectum eā terminans.

A terminus verò nō eſt cauſa actionis; ſed effectus. Et ſimilitèr obiectum non eſt cauſa actionis, vt obiectum eſt, niſi fortè antecedentèr, vt potentiam mouet ad ipſam actionem educendam; quod dicitur obiectum mouens. Cum igitur verbum ſit terminus per intellectionē productus, & ſit loco obiecti non vt moueat, ſed vt terminet; etiā in angelis qui ipſum verbum producendo intuentur, in quibus verbum eſt ſimùl terminus & obiectum; non conficitur argumento, vt verbum in vllo genere cauſæ præcedat intellectionem.

8.
1. Aduert.
Verbū tribuit ſpeciem intellectioni quaſi definitio, ſeu ratio formalis obiecti.
Vnde eſt prius ratione quā intellectio.

Verum eſt quod ſicut actio ducit ſuā B ſpeciē ab obiecto, ita & à verbo, in quo obiectum continetur, tanquam à ratione formali obiecti; verbum enim eſt quaſi definitio rei cognitæ; & ea ratione intellectio qua verbum producitur; quidditatiua definitione definitur per verbū: quo tamen id ſolùm cōficitur vt verbū, ſicut & obiectū, quatenus eſt pars definitionis ſit priùs intellectione, ſola prioritate rationis; nam ſicut definitio eſt operatio rationis; ita prioritas illa, quę in ſola definitione cernitur, non eſt realis, ſed rationis.

9.
Quidam hanc etiam prioritatem rationis negant.

Quidā hanc etiam prioritatem negāt quia (inquiunt) intellectio antè verbum iam habet ſpeciem à principio actiuo; er- C go non habēt ſpeciē à verbo conſequēte. Sed cogitandū eſt quòd ſpecies quæpiam eſt ipſa natura rei concepta communi intelligentia, quā definitione circunſcribimus; & idcircò ab ijs ducitur ſpecies rei, quæ eius definitione quidditatiua explicātur, etiā ſi extrinſeca ſint, hoc eſt extrà eſſētiam rei definitæ: actio autem & à principio, & maximè à termino ducit ſpeciem; nam calefactio quę pòteſt oriri à principio non formalitèr calido, vt à Sole, non poteſt terminari niſi ad calidum formalitèr. Et ita quoq; intellectio ea quæ terminum habet magis & principaliùs definitur per terminum, D ſcilicèt, per verbū, quàm per principiū.

Confutantur.

Actio & à principio, & maximè à termino ducit ſpeciem. Oſtenditur.

10.
2. Aduert.
Hæ ſpecie actiones immanentes quę terminum producūt ſi ſumātur completæ & actionem, & terminum ſimul continēt.

Deniq; aduertendū eſt, iſtas actiones immanentes per quas producitur terminus, ita tendere in obiectum per mediū terminum productum, vt in ſui intelligētia terminum contineant: quare ſi meditamur eas completas & abſolutas, & actionem & terminū ſimùl indicabimus; eſt enim hoc intelligere attingere rem verbo producto, & hoc diligere eſt ferri amore producto in rem dilectam. Vbi declaratur ipſe vſus termini per actionē producti; nam vbi deeſt ſimilitudo actualis in ſpecie impreſſa, neceſſe eſt intelligentem per expreſſam ſimilitudinem, quę eſt verbū, tendere in obiectū; & vbi deeſt actualis propenſio in volūtate, neceſſe eſt diligentē per eam propenſionē productam, quæ eſt amor, ferri in rē dilectā. Quāobrē apud autores probatos intelligere forſan accipitur, nō pro effectu formali intellectionis, ſed pro illo eſſe completo, quod præſtat intellectio ſimùl & verbū; non quod ſit aliquis effectus realis cōmunis vtriuſq; formę, quod iam improbauimus; ſed quia vtraq; forma, ſcilicèt, intellectio & verbū, cum ſuo duplici effectu formali, neceſſaria eſt ad hoc, vt potentia in obiectū tēdat, altera tamen vt actio, altera vt terminus. Hoc autem loquendi modo concurrit verbū, vt cauſa ad intelligendū, hoc eſt, ad tendēdum in obiectū vt medium per quod tenditur; quia verbū eſt cauſa realis formalis quæ dat eſſe ſimile, quod eſſe ſimile in ratione termini continetur in ipſa cōpleta intellectione. Itaq; cōpletum intelligere non eſt ſimplex effectus, ſed eſt ſimùl tēdere & terminatū eſſe. Hic autē loquendi modus occaſio eſt errādi: quare ſatius eſt, vt intelligere vſurpemus ſimplicitèr pro effectu formali ſolius intellectionis; & ita clariùs dilucidiuſq; dicitur verbum non eſſe neceſſarium ad intelligendum neceſsitate cauſę, ſed neceſſitate termini; terminus autē nulla cauſa eſt actionis.

Ita ab aliquibus forſan accipiuntur, qui dicunt concurrere verbū ad intelligēdum, vt cauſam realem formalem quæ dat eſſe ſimile.

Satius eſt vt vſurpētur ſimplicitèr pro effectu formali ſoli' actionis.

11.
Species viſibilis mouēs ſeſū probabilitèr terminat viſionem vt ſimilitudo media in qua obiectum videtur quin ipſa videatur.

Occurrit autem hoc poſtremo loco exemplum fortè non abs re. Nam ſpecies ſenſibiles quas cernimus in pupilla reflexas ad nos, credibile eſt quòd terminent ipſam viſionem quanuis nō videantur ab eo qui ijs vtitur; ſicut enim iſtæ ſpecies ſunt in organo ſenſus, hoc eſt in pupilla, non vt forma pupillæ, ſed vt forma mouēs ſenſum; ita videtur probabile eſſe, cum ſint quædam ſimilitudo ſenſibilis media inter obiectum & ſenſum, vt terminent actionem illam ſiue viſionem, non vt res viſa, ſed vt ſimilitudo in qua res videtur. Quod ſimilitèr dicendum eſt de ſpeciebus ſenſibilibus reſidentibus in ſpatio inter obiectum & ſenſum. Quod ſi hoc non incredibile iudicetur, aptiſsimum exemplum habemus de verbo; nam ſi ſpecies ſenſibi-

Ita verbũ terminat intellectionem, quin cognoſcatur.

lis quæ eſt in ſenſu, terminat cognitionem, & non cognoſcitur; multò meliùs dicẽdum eſt verbum, quod eſt in intellectu & eſt intellectionis terminus, non intelligi, & tamen terminare intellectionẽ ita vt in verbo intelligatur res.

12. Obiectio.

Quòd ſi obijcias, conſequens eſſe vt non ſit neceſſe verbum produci per intellectionem ad hoc vt terminet, ſiquidèm ſpecies ſenſibiles non producuntur per viſionem, & terminant illã.

Reſponſ.

Reſpondemus, verbum eſſe neceſſarium in ea intellectione, quæ non eſt ſimplex intellectio, ſed eſt verbi productio ex propria ratione, & idcircò non poſſe exiſtere verbum quod non ſit intellectionis terminus productus, quod de ſenſu non dicimus.

QVARTA PARS.

Quænam cognitio verbum exigat?

1. Sed vt diſputationẽ dilatemus, quærendum eſt non de ſola intellectione, ſed de omni cognitione etiam ſenſibili: & adhùc inueſtigandum, quænam notitia accidat ſine verbo?

2. 1. Concluſ. Contra *Molinam*, Probatur.

Primò dicendum contra nonnullos Doctores, per actionem ſenſus externi non produci verbum. Ratio eſt quia ſpecies impreſſa in ſenſu externo eſt actualis, & diſtincta ſimilitudo rei; vt videre licet in pupilla oculi, in qua egregiè depictæ ſunt (vt ita dicam) res præſentes; & eadem ſimilitudo diſtincta, quam cernimus in oculo, peruenit ad ſenſum cũ illo organo coniunctum. Eſto igitur regula communis, ſiuè in intelligibili, ſiuè in ſenſibili cognitione, nullum terminũ intrinſecũ reperiri, vbi ſpecies impreſſa non eſt imperfecta; vbi verò imperfecta eſt, neceſſariò inueniri: ſed vbi ſpecies nulla eſt, neque verbum eſt.

Regula cõmunis docẽs quãdo cognitio habet terminum intrinſecum, quando non.

3. 1. Conſect. Senſatio externa non eſt prõductio termini.

Primum conſectarium eſt, per actionẽ externam ſenſus nihil produci; quia ſpecies impreſſa eſt perfecta. Qui verò aiũt aliquid produci, nullam rationem indicant ſui aſſerti, niſi quia per omnem actionem producitur terminus, quod eſt falſum, vt diſputauimus.

4. 2. Conſect. Senſatio interna maximè.

Secundum conſectarium ſit, in ſenſu interno poſſe inueniri terminum productum; ſiquidèm ſpecies ſenſibilis eſt ibi in habitu, & non eſt abſolutè ſimilitudo rei, ſed inchoatio quædam, ita vt oporteat potentiam producere ſimilitudi-

A nem, in qua obiectum cognoſcatur.

5. 3. Conſect. Viſio beata nõ eſt productio termini.

Tertiò conſequitur, vt Beati nõ producant verbum per viſionem Deitatis; quia nõ habent ſpeciem impreſſam, quæ ſit viſionis principium; eſſentia verò diuina, quæ coniungitur intellectui beato, & eſt viſionis principium, neque ſpecies eſt impreſſa, neque verò imperfecta ſimilitudo: conſequens igitur eſt, vt ibi non ſit neceſſarium verbum. De qua re alio loco diſputabimus.

6. 4 Conſect. *Caietan.* Nec cognitio qua Angelus ſe intuetur. Probatur 1. *S.Thom.*

Quartò ſentimus cum Thoma Caiet. 1.p.q.27.art.1. angelum intueri ſe ipsũ
B ſine verbo; quia, vt S.Thom. docet, Angelus nõ habet ſpeciem impreſſam ſui; ſed per ſubſtantiam ſuam, quæ eſt perfectiſsima, intuetur ſe ipſum: ergo neque verbo indiget in cognitione ſui; nam cognitio per verbum eſt imperfectior, vtpotè quæ attingit obiectum per medium intelligibile, ſcilicèt, per imaginẽ, quæ eſt verbum. Et ſicut vir quiſpiam meliùs cognoſcitur intuitu ſui, quàm in imagine; ita & id quod ſine verbo cognoſcitur per ſe ipſum, meliùs perfectiùſque cognoſcitur.

Probatur 2.

Præterea idcircò nõ
C ponimus ſpeciem impreſſam in intellectu angeli ad cognoſcendum ſe ſe, quia ipſe intellectus eſt coniunctus cum ſubſtantia angeli, quæ eſt per ſe intelligibilis in actu, vt docet S. Th. q.56.art.1.& idcircò angelus nõ poteſt ceſſare ab intuitu ſui; ergo hęc ſunt cõiuncta ſecundũ eſſe intelligibile; ergo nõ requiritur verbum: nam verbum eſt medium inter potentiam & obiectum; quare non poteſt poni, ſi obiectum ſit per ſe ipſum coniũctum potentiæ.

S. Thom. Intellectus Angeli eſt coniũctus cum illius ſubſtantia ſecundũ eſſe intelligibile.

Confirmatur.

Et confirmatur, quia intellectus angeli non magis eſt coniunctus cum eius ſubſtantia, quàm intellectus humanus cum anima; & tamen
D anima habet ſpeciem ſui impreſſam, quia non eſt per ſe intelligibilis in actu, ſaltem dum eſt coniuncta corpori; ergo illa coniunctio intellectus angelici cum ſubſtantia angeli eſt in genere intelligibili intima; ergo illius nullo modo eſt verbum.

Probatur 3.

Adhùc idem comprobatur in ſenſu externo, in quo, quia res ſunt præſentes expoſitæ ſenſui, non ponimus terminos productos. Quid autem magis præſens ſecundùm eſſe intelligibile, quàm ſibi angelus? Dicendum ergo eſt angelum non producere verbum eo intuitu, quo ſe ipſum contemplatur. Hæc certè argumẽta multũ nobis perſuadẽt, imò

Digitized by Google

Heruaeus. Valdè credibile eſt angelos ſe inuicem alterutros intueri ſine verbo. Probatur.

imò valdè eſſe credibile iudicamus id, quod ait Heru. tract. de verbo q. 2. ar. 2. Angelos ſe inuicem alterutros intueri ſine verbo, quia ſunt ſibi pręſentes. Nam ſicut in ſenſu externo ipſa pręſentia obiecti per ſpecies impreſſas diſtinctas, & perfectas ſatis declaratur, vt non ſit vltrà neceſſarius terminus cognitionis, quod eſt verbũ; ita nihil vetat, & de Angelis, qui ſunt ſibi modò quodã ſingulari præſentes, ſcilicèt, vt formæ actu intelligibiles, idem quoque affirmare.

7. Præcipua obiectio pro opinione *Bañes 1. p. q. 56. art. 1. dub. 2.*

Præcipuum argumentũ contra opponunt, quòd cognitio Angeli de ſe ipſo quidditatiua abſtrahitur ab eius exiſtẽtia & tempore, quæ accidunt quidditati creatæ: quare loco quidditatis ſic abſtractæ putant eſſe neceſſarium verbum. Quòd ſi percõteris, vtrùm per iſtam eandem cognitionẽ abſtractiuam Angelus intueatur ſe? Reſpondent affirmando. Quare eadẽ cognitio erit abſtractiua, & intuitiua ſimùl, quod eſt impoſsibile: niſi putent Angelos nõ ſemper ſe intueri, quod falsũ eſt, vt colligitur ex S. Thom. 1. p. q. 56. art. 1. vbi ait Angelũ eſſe formam actu intelligibilẽ, quę ſcilicèt, ſemper eſt in actu; ſicut ſenſus rebus ſenſibilibus pręſentibus eſt ſemper in actu.

S. Thom.

Reſponſ.

In Angelo notitia quidditatiua ſui, nõ eſt abſtractiua, ſed intuitiua quidditatis, ſimul, & exiſtẽtiæ quidditati extraneæ, temporis &c.

Sed his omiſsis ad argumenta redeamus negando aſſumptũ, quòd cognitio Angeli de ſe ipſo quidditatiua abſtrahatur ab eius exiſtentia, & tempore; eſt enim illa cognitio nõ ſolùm quidditatiua, ſed intuitiua ipſius quidditatis exiſtẽtis; & licèt exiſtentia ſit extranea quidditati, nõ eſt neceſſe, vt cognoſcatur ab eodẽmet Angelo per intellectionẽ abſtractam: in hoc enim maximè iſti Doctores falluntur. In nobis quippe id accidit propter imperfectionẽ intelligendi, vt vnum ab alio abſtrahamus cogitãdo. Angelus ergo intelligit exiſtentiam eſſe extraneam ſuæ quidditati, ſed exiſtentiam, & quidditatem ſimul vna intellectione intelligit: nam Angelus (vt de Deo cõfitemur) cognoſcit enunciabilia, non enũciando; & cognoſcit diſtincta, nõ diſtinctis conceptibus ſed eodem. Ita & vno intuitu intuetur quidditatem ſuam, & exiſtẽtiã, & accidentia: quare ſicut nõ eſt neceſſaria diſtincta cognitio, alia eſſẽtiæ, & alia exiſtẽtiæ; ita neq; eſt neceſſarium verbũ, quo cognoſcat quidditatiuè ſine exiſtẽtia; ſed eodem ſimplici intuitu intuetur vtrumque, vt clariſsimè liquet.

8. 2. Obiectio.

Quòd ſi adhùc obijcias Angelum in cognitione Dei naturali vſum etiam ſua ſubſtantia loco ſpeciei intelligibilis, tamen proferre verbum.

Reſponſ. In cognitione qua Angelus Deum contẽplatur, per ſuã ſubſtãtiã hæc gerit vicẽ ſpeciei imperfectæ.

Præſtò eſt reſpõſio, quòd ſubſtantia Angeli non eſt vera ſpecies intelligibilis; ſed tamen dũ vice ſpeciei intelligibilis ponitur in cognitione qua Angelus Deum contẽplatur, gerit vicem ſpeciei imperfectæ; quia etſi meliùs eo munere fungatur, quàm quæcumque alia ſpecies impreſſa, tamẽ adhùc infinito interuallo diſtat à diuina natura. Et idcircò propter eãdem cauſã qua ſpecies impreſſa imperfecta indicat neceſſarium eſse verbum; ſubſtãtia Angeli loco ſpeciei impreſsæ & imperfectæ eiuſdem rei, eſt argumẽtum quòd ſit in illa cognitione verbum neceſsarium.

9. 5. Conſectar. Non pertinet ad intrinſecã rationẽ intellectionis, vt per illã producatur verbum. Cõtra *Bañes 1. p. q. 27. ar. 1. Dub. 1. & q. 56. ar. 1. Dub. 2. concluſ. 6.*

Poſtremò colligendum eſt non pertinere ad intrinſecam rationem intellectionis (vt quidam putant) quòd producatur per intellectionẽ verbũ, aut quòd in verbo intelligamus. Nam ex dictis cõſtat multas eſse intellectiones ſine verbo. Et probatur hoc idẽ; cognitio enim ex genere ſuo non poſtulat verbum, vt liquet in cognitione ſenſus ęxterni; ſed nulla eſt ratio ſingularis in cognitione intelligibili ex propria ratione, vt per illam verbũ producatur, quã apud neminem Thomiſtarũ legiſſe me recolo; ergo abſq; cauſa aſſeritur per omnẽ intellectionẽ, ex propria ratione intellectionis, produci verbũ.

Probatur. 1.

Et explicatur argumentum; aiunt enim verbũ poni loco rei abſentis, vel materialis; ergo vbi nõ inuenitur hæc cauſa ponẽdi verbum, præter rationẽ aſſeueratur ponendũ eſse verbum.

Secundò.

Et hoc idem cõprobant argumẽta quibus oſtẽdimus Angelum in ſui contẽplatione nõ producere verbũ.

Tertiò.

Deniq; Thomiſtę inficiari neq; poſsunt, neque volunt, quòd in beatis per viſionẽ Deitatis nõ formetur verbum; & tamen viſio illa beatorum eſt propriè, & eſsẽtialitèr intellectio; non ergo per omnem intellectionem producitur verbum; quæ eſt euidens conſequentia.

Quartò.

1. Reſpondent. 1

Ad hoc argumentum, quod eſt planiſſimum, duo ſunt quæ reſpondẽt. Primũ, eſſentiam diuinam, quæ eſt obiectum viſionis beatorum, eſſe coniunctam cum intellectu intimè; & idcircò non eſt neceſſarium verbum.

Reſpõdent. 2.

Secundò reſpondent illam viſionem eſſe ſupernaturalẽ, quare argumento hoc ſolùm colligitur quòd

per

per Dei potentiam poſsit eſſe aliqua intellectio ſine verbo, ſaltèm ea quæ eſt ſupernaturalis intellectio. A

11. Prior reſponſio. Refutatur primò.

Sed neutra reſponſio facit ſatis. Primùm, quia quicquid de his, quæ reſpondent, ſtatuendum ſit, hoc tamé, quod volumus, obtinemus, vtpotè per euidentē conſequentiam comprobatum, quòd nō per omnem intellectionem ex propria ratione intellectionis producatur verbū; quia per viſionem beatam non producitur, vt permittunt, quamcunque ob cauſam id accidat. Deindè eſſentia diuina non eſt magis coniuncta intellectui beato, quàm ſit eſſentia Angeli coniuncta intellectui angelico, imò hæc magis coniuncta ſunt: nam eſſentia diuina cum intellectu beato eſt copulata duntaxat ſecundum eſſe intelligibile; eſſentia verò Angeli cum eius intellectu non ſolùm ſecundum eſſe intelligibile, ſed etiam ſecundum eſſe naturale; ergo ex cauſa ſolius coniunctionis non apparet ratio, vt beati per viſionem eſsentiæ diuinæ non producant verbum; Angeli verò per viſionem ſuæ eſsentię producant verbum.

Refutatur ſecundò. Eſſentia diuina, & intellectus beati cō iunguntur ſolùm ſecūdùm eſſe intelligibile. Subſtātia Angeli, & eius intellectus inſuper ſecundum eſſe naturale.

B

Reſpondent ad refutationē.

Quòd ſi dicas beatos habere Verbum diuinum genitum in quo videant, & idcircò non producere verbum. Reſpondendum eſt, beatos videre eſsentiam diuinā per ipſam eſſentiam; & cum verbum vt verbum cōceptu proprio, & ratione formali verbi non ſit eſſentia, ſed perſona, non vident in verbo genito quaſi in medio intelligibili diſtincto ab eſsētia; aliàs etiam Pater intelligeret in Verbo, vt in medio, ſiue forma intelligibili, quod eſt hæreticum, vt poſteà explanabimus. Vidēt ergo in verbo quatenùs verbum includit eſſentiam ſecundum eſſe intelligibile, vt dicemus. Et ita vident eſsentiam in ipſa eſsentia ſecundum quod eſt per ſe intelligibilis. Quarè ſi intellectio ex propria ratione poſtulet verbum, etiā intuentes diuinam eſsentiam oporteret intelligere in verbo creato, cum eſsentia diuina non vt eſsentia cōceptu proprio, & ratione formali eſsentiæ, ſit verbum. Præterea, etſi ipſa eſsentia diuina eſſet verbum coniunctū cum intellectu beato, adhùc neceſsarium eſset verbum ab intuente productū, ſiquidèm, vt aiūt, per omnem intellectionem producitur verbum. Nam verbū non eſt neceſſariū vt obiectum, ſed vt terminus intellectionis, qui eſt partus mentis, ſcilicèt productus per intellectionem: ergo etſi eſsētia diuina, vt eſsentia, eſset verbum, quod falſum eſt, vt dicemus; cum tamen non eſset verbum ab intelligente productū; adhùc neceſse eſset produci per intellectionem verbū, ſiquidèm id poſtulat, vt aiunt, propria ratio intellectionis.

Conuincuntur. Beati vident eſſentiam diuinam per ipsā eſſentiam; nō verò in verbo genito quaſi in medio intelligibili ab ea diſtincto.

Refutatur. 3.

C

12. Poſterior reſponſio. Refellitur. 1.

Quod verò ſecundo loco reſpondent, minoris momenti eſt. Nam cum gratia non deſtruat, ſed perficiat naturam, vt eſt in Theologorum prouerbio; imò neque potentia diuina deſtruat naturas rerum, aut illas variet, quoad ea quæ continentur in propria ratione naturæ; ſi intellectio ex propria ratione cōmuni eſt productio verbi, profectò nulla intellectio etiā ſupernaturalis ex dono gratiæ, vel etiam per diuinam potētiam poterit exiſtere, per quam verbum non emanet: aut ſanè coarctanda eſt aſsertio, vt non dicant per omnem intellectionē ex propria ratione illius produci verbum. Sed per omnem intellectionē, ſaltèm ordine naturæ ſeruato, produci verbum. Et hoc quoque non ſatis ſcitè dicitur; nam per multas intellectiones etiam ſupernaturales, vna excepta viſione beata, producitur verbū: atquì per eas in quibus verbum productum confitemur, ita eſt ex intima ratione neceſsarium, vt non poſſint per Dei potentiā ſine verbo extare, ſicut anteà declarauimus. Deniquè ſi intellectio ex propria ratione eſset productio verbi, Philoſophus qui ſciret naturam intellectionis, colligeret in diuina eſsentia eſse verbum, ſiquidèm eſt in Deo intellectio, quod tamen eſt falſum. Meliùs ergo & abſolutè dicēdum eſt, nō per omnem intellectionem verbum produci, nequè hoc pertinere ad communē rationem intellectionis.

Per intellectiones etiam ſupernaturales, excepta viſione beata, producitur verbū.

Refellitur. 2.

D

QVINTA PARS.

Verbum à nobis non cognoſcitur cum re cognita.

Diſputandum iam eſt, vtrùm neceſſe ſit, verbum cognoſci, vt rem in verbo intelligamus. Affirmant plurimi, præcipuiquè Doctores Ioan. Capreol. d. 27. q. 1. & q. 2. ad argumenta Aureoli. Thomas Caiet. 1. p. q. 27. art. 1. Frāciſc. Ferrar. lib. 1. contra gēt. cap. 51. & 4. cōtra gēt. cap. 11. Gregor. in 1. d. 3. q. 1. cōcluſione 2. & 4. Sylueſt. in conflat. q. 27. art. 1. Hiſpalen. diſt. 27. quæſt. 1. & 2. Barthólom. Torres q. 27. artic. 1. & alij. 1.

Affirmant cognoſci, *Capreol.* *Caietan.* *Ferrar.* *Gregor.* *Sylueſt.* *Hiſpalen.* *Torres.*

Quo-

Digitized by Google

Ratio ex *Ariſt.*

Quorum Doctorum hęc eſt prima ratio, A quòd in imaginem, & rem cuius eſt imago, vnus eſt motus mẽtis, ex Ariſtot. lib. de Memoria, & Reminiſcentia cap. 1. quare cum verbum ſit rei imago, neceſſe eſt ſimul cum re cognita verbum cognoſci.

2. Negatiua pars longè præfertur.

Nos tamen ſummopere ab his Doctoribus diſſentimus, vtpotè maius habentes patrocinium, rationem: eſt enim luce meridiana euidentius, verbum mẽtis non cognoſci à nobis, etiamſi res in verbo cognoſcamus. Nam hoc quidèm negare ſatius eſſet, quòd cognoſcamus res in verbo; ſed affirmare quòd ſimul B cognoſcamus verbum, proteruı videtur eſſe ingenij, & in luce cæcutientis.

Probatur clariſſimis rationibus. 1. ratio.

Nam ſi verbum cognoſcerem vt medium intelligibile, ſicut aſpicio lucem, & in luce res alias, multò euidẽtiùs cognoſcerem verbum, quàm res alias in verbo, iuxta illud, *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis*.

2. ratio, excludens. 1. cognitionem abſtractiuam.

Præterea, ſi cognoſco verbum, & non per aliud verbum, aliàs eſſet progrediendum in infinitum; concedẽdũ neceſſariò eſt quòd cognoſcitur verbũ per ſe ipſum. Et hoc idẽ confirmatur, quia non cognoſco verbum per cauſam, aut per effectum; per ſe ipſum igitur cognoſcitur abſque medio vllo, ſed per ſui C præſentiam, & exiſtentiam; ergo cognoſcitur intuitiua notione, quæ eſt euidens:

2. intuitiuam.

de re autem euidenti non poteſt eſſe dubitatio, non ſolùm inter ſapientes, ſed neque inter rudes; cum tamẽ multi ſint, qui negent verbum cognoſci. Profectò hanc ego veritatem de me ſatis teſtabor, quòd nõ video verbũ in mẽte mea, dùm rem quampiam cognoſco; imò ſi ſit verbum in me, aut ſola intellectio, nonnihil hæſito, quia præcipuè non video.

3. ratio excludens abſtractiuam.

Et hoc iterùm comprobatur, nam ſi verbum cognoſcitur ad hoc, vt in illo cognito res alia cognoſcatur, neceſſe eſt cognoſci verbum euidentiſſimè per intuitum; D nam ſi verbum intuitu mentis non percipitur, neceſſarium erit aliud medium intelligibile, in quo percipiatur: ſicut enim non poteſt eſſe motus cognitionis in rem aliquam per imaginem ſenſibilẽ, niſi intueamur imaginem; ita neque in rem cognitam poſſumus tẽdere per verbum cognitum, niſi intueamur verbum. Dicendum ergo eſt non eſſe neceſſe, vt cognoſcatur verbum; vel id permittendum, quòd verbum non ſolùm cognoſcamus, ſed & intueamur; quod iure optimo cæteri, qui verbum in ſe ipſis non intuentur, recuſant.

4. ratio.

Denique ſi neceſſe eſt verbum cognoſci hac neceſsitate, vt in illo cognoſcamus rẽ, erit ſanè inſtrumentale ſignum, quod ex cognitione ſui ducit in cognitionem alterius; & ita neceſſaria eſſet duplex cognitio, prima ſolius verbi, ſecunda verbi & rei ſimul quę in verbo cognoſcitur; ſicut accidit in ſigno inſtrumentali, ſiue imagine ſenſibili; hoc autem valdè incredibile apparet. Non ergo neceſſarium eſt cognoſci verbum ad hoc, vt in illo res cognoſcatur.

Neceſſaria eſſet duplex cognitio, vt accidit in ſigno inſtrumentali, ſiue imagine ſẽſibili alia verbi, alia verbi & rei.

Imò & Angeli, qui ſuum verbum ſimul cognoſcunt propter excellentiam cognitionis, non cognoſcunt illud hac neceſsitate, vt per illud cognoſcant res alias; neque cognoſcunt res per verbum, vt per medium cognitum, quia tũc cognitio verbi eſſet cauſa cognitionis rei; quod in Angelis non accidit, ſicut neque diſcurſu vtuntur; ſed intelligunt res in verbo vt & nos, quatenùs verbum eſt ipſa res cognita; & cognoſcũt ſimul verbum bonitate intelligentiæ; quod nos non cognoſcimus, quia non eſt nobis per ſe cognoſcibile.

Angeli intelligunt res in verbo, vt & nos, & inſuper bonitate intelligentiæ ſimul cognoſcũt verbum.

3. 1. reſponſio. *Capreol.* *Hiſpalen.*

Duo ſunt quæ reſpondent iſti Doctores ad id quod obijcimus nos verbum in mente non experiri. Primum Ioan. Capreol. & Hiſpalenſ. aiunt ingenio pollentes id experiri in ſe ipſis. Bartholom. autem Torres doctos ait idem conſequi experimento.

Torres.

Igitur cõfitemur nos tardos eſſe, & minimè ſapientes, qui non habemus tantam experiẽdi ſolertiam.

Refellitur.

Sed neque illi ſatis aduertunt ſaltèm argumento confici, vt non ſit neceſſe cognoſci verbum, niſi ab ingenioſis, & doctis, qui illud experiuntur; nam alij ſine iſto experimento cognoſcunt rem in verbo, & non cognoſcunt verbum. At quid magis rediculum, quàm id quod experientia conſtat, dicere eſſe aliquorum non omnium? quaſi doctiores alio intelligendi genere vtantur.

4. 2. reſponſio. *Caiet.* *Sylueſt.*

Thomas Caiet. & Sylueſter reſpondent, verbum non cognoſci vt res eſt, ſed duntaxat vt imago intelligibilis eſt; & ita cognoſcimus verbum vt imaginẽ in ipſo vſu reali quo rem in verbo intelligimus.

Nititur quadã diſtinctione. *Ariſt.* *S. Auguſt.* *S. Thom.*

Eadem diſtinctione vtitur Ariſtoteles de Memoria, & Reminiſcentia. Et S. Auguſt. 15. de Trinitate cap. 24. & 29. & S. Thom. d. 27. q. 2. art. 3.

Digitized by Google

5. Confutatur.

Hæc verò quæ ſunt acutiùs dicta, æquum eſt ſtudioſiùs etiam confutare. Et illud iam diſplicet quòd diſtinguũt verbum non intelligi vt res eſt, ſed vt imago. Nam verbum eſſentialitèr eſt quædam forma intelligibilis, quam dicimus intelligibilem imaginem; imago autem eſt nomẽ æquiuocum quod ſignificat rẽ quampiam abſolutam, in qua fundatur relatio imaginis, & ſignificat etiã ipſam relationem. Et vtrouis modo Caietanus intelligat, nulla eſt diſtinctio in re ipſa, vt cognoſcatur verbum vt imago, & non vt res.

Nulla eſt diſtinctio in re ipſa, vt cognoſcendũ ſit verbum, vt imago, & non vt res.

Et aduertendum eſt quòd mediũ intelligibile in quo intelligimus rem, nõ eſt relatio imaginis; illa enim intelligitur alio proprio conceptu relatiuo; & non magis eſt neceſſaria ad cognitionẽ rei, quàm quæuis alia relatio, quæ ſimul cum termino relatiuo cognoſcitur.

Probatur hoc 1. de imagine pro relatione reali imaginis

Imò relatio imaginis in verbo, eſt relatio ad producentem verbum, quæ non eſt cauſa cognoſcendi rem.

Hæc eſt relatio ad producentem verbũ.

Si verò loquaris de relatione rationis, qua verbum refertur ad rem repræſentatam; illa relatio rationis non eſt medium intelligibile quod verbum dicimus, quod eſt cauſa realis cognoſcendi; & ea relatio rationis per alium conceptum intelligitur in cognitione reflexa, dùm eas relationes quæ ſunt in verbo, ſpeculamur.

Relatio imaginis ad rem repræſentatã eſt rationis.

Eſt ergo medium intelligibile formalitèr aliquid abſolutum non relatiuum, vt oſtendimus; ſed in conſideratione abſoluta verbum eſt ſimplex forma, quam dicimus intelligibilem imaginem; ergo ſi cognoſcitur vt imago, cognoſcitur vt res; aliàs in verbo duo ſunt, alterum quod cognoſcitur, alterum quod non cognoſcitur, quod eſt impoſsibile.

Probatur. 2. de imagine pro forma, ſeu re abſoluta.

Et confirmatur, quia in verbo non eſt aliquid quaſi materia, & aliquid vt forma, vt cognoſcatur materialitèr non formalitèr; ſed eſt ſimplex forma quæ vel omninò nõ cognoſcitur, vel cognoſcitur vt forma intelligibilis, quæ eſt ratio imaginis abſoluta in ipſo verbo.

Confirmatur.

Verbum eſt ſimplex forma

Deindè verbum ſi cognoſcitur vt in illo res cognoſcatur, neceſſe eſt cognoſci intuitiua notione, vt comprobauimus, in qua nõ eſt abſtractio rationis, vt intelligatur verbum vt imago, & non intelligatur vt res; ergo nulla eſt diſtinctio iſta à Caietano excogitata.

Probatur. 3. In intuitiua cognitione nõ eſt ea abſtractio.

Præterea, res eſt quid commune & intimum in eſſentia cuiuſque rei; ergo ſi verbum cognoſcitur vt imago, cognoſcitur vt res. Denique, quod ad rem eſt, quocunque modo verbum cognoſcatur, hoc ipſum oportet experientiâ eſſe compertum; quare per hanc diſtinctionem argumentis non fit ſatis. Et iiſdem rationibus arguimus, ſi dicas verbum cognoſci, vt imago eſt, ſcilicèt, vt eſt quid relatiuum; cum conſtet medium intelligibile non eſſe quid relatiuum, ſed abſolutum.

Probatur. 4.

Probatur. 5. experientia.

6. Ego ſuſpicor vehementèr Thomam Caiet. ſenſiſſe quòd verbum cognoſcitur ſimul cum re, eo modo quo ipſe arbitratur Chriſtum Dominum adorari in imagine, ita vt imago non ſit res adorata, & tamen ſimul cum Chriſto adoretur in quodam vſu imaginis, & in actu exercito; vt ſimilitèr verbum non ſit res intellecta, ſed ſimul cum re intellecta intelligatur in quodam vſu imaginis, vt imago eſt. De qua exiſtimatione in adoranda imagine aliàs tractabimus: neque nobis videtur eſſe veroſimilis.

Caietani ſententia declaratur.

Modus quo Caietan. ait imaginẽ adorari ſimul cũ Chriſto, nõ videtur veroſimilis.

7. Sed hoc loco explicandum eſt, vtrùm quòd ad verbum attinet, poſsit ſuſtineri iſthæc opinio, vt dicamus verbum non cognoſci, vt rem cognitam, ſed ſimul cũ re cognita cognoſci?

8. Quod vt melius præſtemus, illud aliud diſputabimus, quod eſt in quæſtione iſta præcipuum; quonam pacto poſsit intelligi, vt in verbo cognoſcamus rem, non cognoſcentes ipſum verbum; & quòd ſit velut medium cognoſcendi, & terminus cognitionis, & non cognoſcatur? cæteræ enim actiones per medium ad extrema perueniunt; & terminum etiã medium neceſſariò attingunt: ergo & cognitio rei, quæ per verbum ad rem attingit, verbum ipſum attingit, & percipit.

Præcipua difficultas in hac quæſtione.

9. Propter hæc elucidanda aduertendũ eſt, illas actiones immanentes per quas non producitur terminus, pertingere ad obiectum abſque medio; actiones autẽ eas per quas producitur terminus, medio termino producto, cum obiecto coniungi; vnde fit vt in proprio conceptu includant terminum & obiectum ſimul. In actionibus igitur in quibus non producitur terminus, nihil poteſt eſſe terminus, quòd non ſit ſimul obiectum, in quod ſcilicèt fertur ipſa actio; actio enim immanens in obiectum fertur. At verò illa actio immanens per quam producitur terminus, cum in ſui conceptu & vſu terminum ipſum includat, non eſt conſequens quòd feratur in terminum productum

Aduert.

Actio immanens in obiectum fertur.

Ea quæ terminum producit cum in ſui cõceptu & vſu,

Digitized by Google

terminũ ipſũ includat ſi in illum ferretur vt in obiectũ quaſi in ſeipſũ reflecteret.

ductum vt in obiectũ, quoniam hoc eſt A quaſi in ſe ipſam reflecti. Sed ſicut ſunt actiones, in quibus nulla eſt reflexio ex eo quòd ſunt imperfectæ, vt viſio ſenſibilis; & ſunt aliæ in quibus eſt reflexio, quia perfectę ſunt, vt intellectio. Ita etiã quòd per intellectionem primam directam intelligatur verbũ, quod pertinet ad ipſum vſum intellectionis, eſt quædã perfectio intelligentis, quæ in nobis non inuenitur, ſed in angelis. Et quòd hoc verum ſit, duo perſuadent, tum experiẽtia, qua verbum, vt dictum eſt, non cognoſcimus, cum tamen in verbo cognoſcamus, vt probatiſsima opinio teſtatur: tum etiam, quia per dilectionem non diligimus amorem procedẽtem per illam, qui tamen eſt terminus illius, vt Thomiſtæ communitèr confitentur.

Hoc verò humanum non eſſe.

Probatur. 1.

B

Secundò.

10.

Et vt clariùs res intelligatur, attentiùs oportet perſpicere, quòd verbũ ita eſt imago rei intelligibilis, quòd eſt ſimul forma rei intelligentis; & idcircò vt intelligens in imagine cognoſcat, non eſt neceſſe vt cognoſcat imaginem, ſed ſatis eſt, vt ipſe ſit formatus imagine illa intelligibili. Imò perfectiùs longè exercet officium ſuum ea imago, quæ repræſentat rem per hoc quòd eſt forma intelligentis rem; quàm ea, quę ex cognitione ſui, ducit ad cognitionẽ rei. Et ideò etiã in angelis verbum hoc modo repræſentat rem, vt docuimus, per hoc, ſcilicèt, quòd eſt forma intelligentis, licèt aliàs ipſum verbum ſimul ab angelis intelligatur propter perfectionem intellectus angelici. Et de amore dicendum eodem modo, quòd eſt terminus dilectionis, nõ per hoc quòd diligatur, ſicut in angelis fortè ipſe amor diligitur; ſed per hoc quòd eſt forma diligentis. Itaque negamus in nobis eum terminum, qui eſt forma agentis eſſe obiectũ actionis, vt per intellectionem ſit cognitum, aut per dilectionem, dilectum. De imagine verò Chriſti alia eſt ratio; nam etſi cõtra Thomam Caiet. dicamus imaginem eſſe verè rem adoratam, & ſimul cũ Chriſto adoratam; verbum verò dicimus non ſimul cum re intellectum: quia, vt modò dicebamus, imago Chriſti eſt res extra potẽtiam, quæ neceſſariò eſt obiectum potẽtiæ; verbum autem non eſt obiectum, ſed terminus, & forma potentiæ. Quomodò autem dicatur res intellecta, verbum, parte ſequenti capitis eſt diſſerendum.

Longè perfectiùs repræſentat imago per hoc quòd eſt forma intelligentis, quàm quòd cognita ducat in cognitionem rei.

C

In angelis fortè ipſe amor diligitur.

D

Cõtra *Caiet.* Imago Chriſti eſt verè res adorata, & ſimul cũ Chriſto adorata.

Confirmatio. 11.

HÆc eſt ſententia Recentiorũ Doctorum, quæ confirmatur auctoritate S. Thomæ de Potentia q.9. art. 5. vbi interpretãtur verba Ariſtotelis, quòd phantaſma ſpeculamur, quaſi corrigens illud verbum ſpeculamur, ſiue cognoſcimus phantaſma. *Hoc eſt*, inquit, *ſpeculamur, ſiue cognoſcimus in phantaſmate*. planè negauit phantaſma ipſũ cognoſci in ſpeculatione rei: eſt autem phãtaſma idolum productum per cognitionẽ ſenſus interni. Eadem eſt aperta ſententia Durandi d.27. q.2. n.19. vbi docet verbum non eſſe ſignum inſtrumẽtale, quia ſignum inſtrumentale eſt obiectum cognitum; obiectum autem cognitum non poteſt latere, cum tamen verbum nos lateat. Et idem ſentit Aureolus apud Ioan. Capreol. & alij.

S. Thom. Interpretatur & quaſi corrigit Ariſtotelẽ.

Durand.

Aureol.

SEXTA PARS.

Eſſe verbi eſt cognoſci.

REliquum eſt, vt illud enunciatum Doctoris Sancti commentemur 4. contra gent. cap. 11. & de Veritate q.4. art.5. Et opuſc.14. & Cõment. in Ioan. c.1. eſſe verbi eſt cognoſci, & verbum eſt ipſa res cognita. Thomas Caiet. q.27. art.1. dub.4. cum Ioan. Capreol. d. 27. q.2. ad 3. aiunt verbum cognoſci à nobis, quod iam confutauimus; & adijciũt ad hoc, quòd hoc ipſum cognoſci eſt eſſe verbi, & illius vltima perfectio. Diſtinguit autem Caietanus cognoſci vt terminum cognitionis, & cognoſci vt obiectum: nam cognoſci vt terminum intrinſecum cognitionis, affirmat eſſe quidpiã reale, vt ſtatim declarabimus; cognoſci autem vt obiectum, eſt relatio rationis nominantis rem ab aliquo extrinſeco, vt paries nominatur viſus ſola relatione rationis ab extrinſeco adueniente, quia videt quis parietem; & ab illa viſione quæ eſt in vidente, paries nominatur viſus; & res, quam cognoſco nominatur cognita.

1. *S. Thomæ* enunciatum.

1. interpretatio proximè improbata. *Caiet. Capreol.*

Iuxta Caiet. cognoſci duplex; aliud terminus cognitionis, & aliquid reale, aliud obiectum, & aliquid rationis.

Atquì vt oſtendat cognoſci in mente eſſe aliquid reale, meditatur Caietanus quòd intelligere eſt quoddam eſſe, iuxta ſententiam S. Thomæ quòd intelligere habet ſe ad intellectum, vt eſſe ad eſſentiam; & affirmat quòd hoc ipſum intelligere quod eſt eſſe intellectus, eſt effectus forma-

2. Iuxta eundem, intelligere, proindeq; & intelligi, eſt quoddam eſſe. *S. Thom.*

Digitized by Google

formalis intellectionis & verbi, ſicut materiæ, & formæ eſt vnum eſſe; cognoſcere autem & cognoſci non diſtingui, niſi differētia grammaticali penes actiuam, & paſsiuam; ſed eſſe re ipſa eundem effectum formalem vtriuſque, ſcilicèt, intellectionis, & verbi: quare conſequens eſt, vt hoc cognoſci quod eſt effectus formalis verbi, ſit aliquid reale, & maxima perfectio: & quòd eſſe verbi ſit cognoſci.

3. *Etiam mentis acies dum nimio plus exacuitur, ſolet retundi.*

1. aduertend. Eſſe informatum, ſeu effigiatum intelligibili ſimilitudine eſt effectus formalis verbi.

Ego verò in quauis propoſita quęſtione minimè in anguſtias me libens conijciam; nitar autem omninò, vt non dicam incredibilia. Nam & mentis acies, dum nimio plus exacuitur, ſolet retūdi. Ponamus igitur id, quod nullus recuſat, vnamquāque formam habere ſuum effectum formalem; quo dato neceſſe eſt, vt intellectio, quæ eſt forma quædā & actio, ſuum habeat effectum, quod eſt intelligere, & agere; actio quippè formalitèr dat agere: verbum autem eſt quædam imago informans intellectum, ſiue quædam ſimilitudo intelligibilis, vt nullus non confitetur. Quare neceſſe eſt vt effectus formalis verbi non ſit agere, neq; intelligere, ſed eſſe informatum; quaſi effigiatum, ſiue figuratum intelligibili ſimilitudine.

4. *2. aduertendū.*

S. Thom.

Verbum leonis eſt leo nō re ipſa, ſed ſimilitudine ſicut imago Imperatoris vocatur Imperator.

Ad hæc, ponderanda ſunt verba S. Thomæ more philoſophico loquentis, quotiès ait, verbum eſſe rem intellectā; neque enim affirmat ipſum verbum intelligi, vt parte antecedenti commonſtratum eſt; ſed ait verbum eſſe rem illā, quam intelligimus, vt verbū leonis eſſe leonem; quod legenti S. Thom. perſpicuum erit, præſertim 4. contra gent. cap. 11. & de Veritate q. 4. art. 1. in corpore, vbi etiam planiſsimis verbis ait, in ſolo Deo verbum, & rē intellectam eſſe idē; in rebus autem creatis eſſe res diuerſas verbum, & id quod per verbum intelligimus. Cum autem verbum ſit res diſtincta ab ea re quam intelligimus, conficitur commētarius huius ſententiæ, quòd verbum eſt res intellecta; verbi gratiā, verbum quo cognoſco leonem, eſt leo; non eſt leo re ipſa, ſed ſimilitudine dicitur leo, ſicut imago Imperatoris vocatur Imperator: & eodem ſenſu, verbū eſt res cognita. Hæc autē verba S. Thomæ planiſsima, & vſu Philoſophorū tritiſsima, anſam dedere viris etiam doctis in ſe non dubiæ hallucinandi.

A Ex his autem quæ minimè ſunt difficilia intellectu, & omnium ferè conſenſu comprobata ſunt, deducemus, & opinionis Thomæ Caiet. confutationem, & veræ aſſertionem ſententiæ. 5.

6. *1. interpretatio cōfutatur. Illud cognoſci quo verbū cognoſci credit Caietan. nō eſt effectus realis.*

Probatur. 1. in nobis. 2. in angelis.

Quod igitur Caietanus ait, cum Ioan. Capreol. cognoſci vt terminum intrinſecum eſſe quidpiam reale, ſi intelligant illud cognoſci, quo verbū cognoſci credunt, eſſe realem effectum, ingenuè falluntur: tum quia nos non cognoſcimus verbum ea intellectione quâ verbo vtimur, vt diximus: tum maximè quia in angelis, qui verbum in ipſo vſu intelligendi cognoſcunt, cognoſci verbum nō eſt effectus realis: B cognitio enim, qua verbum cognoſcitur, eſt à verbo diſtincta; & ab hac cognitione, quæ eſt res diſtincta, dicitur verbum cognitum denominatione extrinſeca (vt aiunt) & ſola relatione rationis.

7. *Reſpōſio pro Caietan.*

Refellitur. 1.

Verbum produci nihil reale eſt in verbo.

Refellitur 2.

Cognoſcere eſt producere verbum, hoc eſt, percipere rem producto verbo: ſic & cognoſci.

Refellitur. 3. Iuxta Caiet. intelligi eſt effectus formalis verbi produci vero antecedit.

Quod ſi reſpōdeas pro Caietano, quòd in cognitione qua producitur verbum, cognoſcere eſt producere verbum, quarè cognoſci eſt produci, produci autem eſt res quæpiam. Obſiſtendum etiam eſt huic reſponſioni; tum quoniam, vt diximus, verbum non producitur per actionem diſtinctam ab intellectione quæ ſit quaſi tranſiens, & ſit ipſum verbum C productum; quare verbū produci nihil reale eſt in verbo, vt diximus. Tum quia non eſt bona conſequentia, cognoſcere eſt producere verbū; ergo cognoſci eſt produci: concedimus enim antecedens ad bonū ſenſum, quòd cognoſcere eſt producere verbum, hoc eſt, percipere rem producto verbo, vt in ſoluendis argumētis declarabimus: quo dato non eſt conſequens, vt cognoſci ſit produci verbū; ſed cognoſci eſt rem percipi producto verbo: & ita verbum cognoſci non eſt verbum produci. Tum denique quoniā D Caietanus non exiſtimat, quòd verbum intelligi eſt produci, ſed ait, intelligi eſſe effectum formalem verbi; produci autē ſi quid reale eſt, non eſt effectus verbi, ſed antecedit in ordine cauſæ.

8. *Intelligere nō eſt effect. formalis intellectionis, & verbi ſimul.*

Probatur. 1.

At verò quòd intelligere ſit vnus effectus formalis intellectionis, & verbi ſimul, nihilo eſt veroſimilius; tum quia duarum formarum duo ſunt effectus formales: ſunt autem duæ formæ intellectio, & verbum; & duo effectus formales, vt notauimus, quorū alter eſt intelligere, quod eſt agere, alter eſſe ſimile quod non

Digitized by Google

non eſt agere. Neque fingi poteſt quòd A ab his duobus effectibus emanet alius; quod ſi emanaret, vtique ille non eſſet intelligere; intelligere enim eſt effectus formalis intellectionis, vt liquet: eſt enim intellectio actio qua formalitèr quis eſt agens, & intelligens; & intelligere eſt eſse intelligentē. Prætereà effectus formalis non diſtinguitur à forma; quarè ſi intellectionis, & verbi eſset vnus effectus formalis, hæc duo eſsent forma vna ſaltèm compoſitione vna; eſt autem impoſsibile ex duabus formis aliquid cōponi, compoſitio enim eſt ex actu, & po- B tentia; duæ autem formæ ſunt actus duo, nihil componentes. Quarè & illud exēplum materiæ, & formæ ad rem non eſt; ibi enim eſt compoſitio vtpotè ex potētia, & actu, cuius compoſiti eſt vnum eſſe, hoc eſt, vna exiſtentia. Imò in exemplo eodem non damus vnum effectum formalem duarum formarum, ſed vnius formæ; damus enim vnam exiſtentiam quaſi formam, cuius effectus formalis eſt exiſtere.

Probatur. 2.

Impoſsibile eſt ex duabus formis aliquid componi.

In exemplo materię, & formæ eſt vna exiſtentia, & vnum exiſtere.

9\. Vera interpretatio duplex. Prima, eſſe verbi eſt cognoſci, hoc eſt, eſt cognoſci rem in verbo, ſeu repræſentari.

Dicendum igitur eſt neceſſariò, quòd eſſe verbi eſt cognoſci eodem ſenſu, quo verbum eſt res cognita, hoc eſt rem quāpiam cognoſci in verbo, eſt eſſe verbi; C vbi enim ponimus verbū, aſſerimus cognoſci rem in verbo, cognoſci autem rem in verbo nihil aliud eſt quàm repræſentari, ſiue exprimi; hoc autem quod dicimus exprimi, ſiue repræſentari, eſt effectus formalis imaginis. Cum ergo verbū ſit quædam imago, eſſe verbi eſt rem in illo repræſentari, ſiue exprimi, & hoc eſt rem cognoſci in verbo; ergo cognoſci eſt eſſe verbi. Duplex ergo eſt commentarius in idem dictum, quòd cognoſci eſt eſſe verbi, hoc eſt rē cognoſci in verbo, eſt eſſe verbi; vel ſi duriùs libet in D verbis hærere, cognoſci eſt eſſe verbi, hoc eſt verbum cognoſci eſt eſse verbi, eodem tamen ſenſu quo verbum dicitur res cognita: ſicut enim verbum dicitur res cognita per tropum ob ſimilitudinē, & repræſentationem, ita eâdem eloquutionis figurâ, cognoſci, hoc eſt eſſe rem cognitam, eſt eſse verbi. Qua in re nihil S. Thomas dixit aut inauditum, aut nouum, ſed loquutus eſt grauiori methodo. Et aduertendum eſt quòd licèt hæc verba, repræſentare, exprimere, ſint relationes rationis, indicant tamen aliquid abſolutum, & reale, ſcilicèt effectum formalem verbi. Nam vt verbum eſt forma intelligibilis, effectus formalis verbi eſt quoddam eſse intelligibile, in quo res repræſentata eſt; & hoc eſse abſolutum indicamus nomine relatiuo cū dicimus, rem repræſentari, & cognoſci eſse effectum formalem verbi.

Secunda, cognoſci, hoc eſt, per tropū eſſe rem cognitā, eſt eſſe verbi.

Repræſentare eſt relatio rationis, ſed hoc nomine relatiuo indicatur effectus formalis abſolutus verbi.

10\. Dicta interpretatio colligitur ex alijs locis S. Thom. Primus.

Quòd verò hic ſit germanus ſenſus, colligendum eſt ex verbis ipſius S. Doctoris q. 9. de Potentia art. 5. vbi dicit, rem quæ intelligitur eſse intellectā per accidens, ipſum verò verbum eſse per ſe intellectum. Cum enim haud dubiè accidat verbo intelligi, vt cæteris rebus accidit; nihil enim eſt per ſe intellectum cui non accidat intelligi, niſi diuina eſſentia à ſe ipſa cognita; indagandum eſt quo ſenſu dixerit S. Doctor verbum eſse per ſe intellectum. Quod facilè occurrit; eſt enim verbum eſsentialitèr forma intelligibilis, & hoc eſt verbum eſse rem intellectam; in hoc igitur eodem ſenſu verbum eſt per ſe res intellecta; res autē ipſa quæ intelligitur in verbo, eſt per accidēs intellecta. Et hac eadem interpretatione concedimus quòd in verbo cognoſci, quod eſt eſse verbi, vtpotè effectus formalis illius, eſt aliquid reale. Et hoc confirmatur ſimili ſententia S. Thomæ de Veritate q. 4. art. 2. vbi ait verbū ex propria ratione eſse quid intellectū; ſanè ex propria ratione, quia ea eſt eius quidditas. Et 4. contra gentes cap. 11. affirmat tamdiù verbum eſse quamdiù intelligitur, quia eius eſse eſt intelligi. Quæ verba ſunt eadē explicatione moderanda; loquitur quippè eadem phraſi, qua ibidem ait verbum eſse rem quæ intelligitur. Et eodem more loquendi Marius Victor. libr. 3. contra Arium id quod intelligitur arbitratur eſse id, quod de intelligente procedit; nempè verbum.

Soli eſſentiæ diuinæ eſſentiale eſt intelligi.

Iuxta hanc interpretationē in verbo cognoſci eſt aliquid reale, vtpote effectus formalis verbi.

Secundus.

Tertius.

Mar. Vict.

11\. *Caietani* ſētentia declaratur.

Crediderim profectò Thom. Caiet. his verbis deceptum dixiſse verbum intelligi eo modo, quem parte antecedēti commemorauimus; hoc eſt intelligi non vt rem intellectam, ſed vſu quodā imaginis in actu exercito, & hoc intelligi eſſe ens reale, ſicut credit de adoratione imaginis. Et quidèm veriſsimū eſt quòd eſſe imaginem eſt ens reale; ſed quòd verbum intelligatur in illo vſu, & non ſit res intellecta, impoſsibile eſt; ſicut de imagine dicimus, neque vſus imaginis eſt aliquid reale in imagine, vt indè colligamus

Impoſsibile eſt quòd verbum intelligatur in vſu imaginis in actu exercito, & nō ſit res intellecta.

Vſus imaginis nō eſt aliquid reale in imagine.

ligamus intelligi ipſo vſu imaginis eſſe quidpiam reale.

12. Quod verò ait intellectionis, & verbi vnum eſſe effectum, aliquod habet in modo loquendi fundamentum, quod capite ſequenti elucidabimus.

CAPVT V.

Argumenta refelluntur.

1. EX argumentis, quæ Aureolus apud Ioan. Capreol. Durandus item & Ioan. Scotus obijciunt cōtra diſtinctionem intellectionis à verbo, illa congeſſimus in hunc locum, quibus volunt probare verbum non eſſe neceſſarium; alijs etiam adiectis ad idem comprobãdum.

2. 1. argum. Primò arguitur. Intellectus in actu primo iam eſt formatus ea ſimilitudine, quæ eſt neceſſaria ad intelligẽdum, aliàs non poſſet producere intellectionē; ergo antequàm producat intellectionem, habet ſimilitudinem ad intelligendum neceſſariam; ergo non producitur per intellectionem alia ſimilitudo quæ ſit ad intelligendum neceſſaria, ſcilicèt verbũ.

3. Secundum. Secundò. Intellectus noſter per ſuam eſſentiam nullam habet ſimilitudinem cum rebus intelligibilibus, in quo genere eſt pura potentia, & per ſpeciem impreſſam aſsimilatur illis; ergo ſi ab intellectu oritur quæpiam ſimilitudo, ea tota eſt referenda ad ſpeciem intelligibilem impreſſam; ergo non poteſt eſſe ſimilitudo iſta, quę oritur ab ſpecie maior, quàm ſit ipſa ſpecies, ſicut à minùs calido non fit magis calidum, iuxta verbum Ariſtotelis, *Ariſt.* quòd à proportione minoris inæqualitatis non fit actio; ergo verbum nō eſt maior ſimilitudo, quàm ſpecies impreſſa; ergo non eſt neceſſarium; ad hoc enim ponitur verbum, vt perfectiùs rem repræſentet, eò quòd ſit expreſsior eius ſimilitudo. Confirmatur. Et cōfirmatur, quia ſi ex ſpecie impreſſa oritur verbum, multò magis ex vno verbo oriretur aliud, & eſset in infinitum procedendum.

4. Tertium. Tertiò. Idem obiectum mouet potẽtiam & terminat, vt in ſenſibus experimur; ergo eadem ſpecies impreſsa mouet, & terminat potentiam: quod in ſenſu videtur etiam concedendum; cũ enim in oculo cernamus ſpeciem viſibilẽ, quæ eſt media inter ſenſum, & obiectum, credẽdum eſt obiectum percipi à ſenſu media illa ſpecie, ita vt in ſpecie viſibili cernatur; quarè eadẽ ſpecies mouet, & terminat. Igitur idem dicendum eſt in intellectione, quòd ſpecies impreſsa ſit principium, & terminus intellectionis, & non ſit alius terminus, quem verbum dicimus.

5. Quartum. Quartò. Ipſa intellectio eſt ſimilitudo rei cognitæ, & eſt ſimilitudo perfecta producta ab intellectu, & ſpecie impreſſa; ergo nō eſt neceſsaria ſimilitudo alia, quam in verbo meditamur. Confirmatur. Et confirmatur, quia id quod perſpicitur abſque medio interiecto, melius perſpicitur; ſed verbum ponitur vt medium inter intellectionem, & rem intellectam; ergo potiùs obſtat intellectioni, quàm vt ei ſit adiumento; ergo non eſt neceſsarium.

6. Quintum. Quintò. Verbum ponitur loco rei abſentis, vt ſuâ præſentiâ compenſet rei abſentiam; ſed eſt quædam notio abſtractiua rei abſentis, vt abſens eſt, in qua hoc ipſum conuenit, ſcilicèt quod cognoſcatur res, vt abſens; ergo in ea non erit neceſsarium verbum, quod faciat rem præſentẽ. Confirm. 1. Et confirmatur, quia notitia hæc rei abſentis, quæ abſtractiua dicitur, poteſt eſse æquè perfecta, ſicut eſt rei præſentis intuitus; ſed ad hanc non eſt neceſsarium verbum; ergo neque ad illam. Confirm. 2. Confirmatur ſecundò, quia in Deo vbi eſt ſumma præſentia obiecti, ponimus verbum per intellectionem procedens.

7. Sextum validiſsimum. Sextò probatur validiſsimo argumẽto, quòd verbum nō ſit neceſsarium neceſsitate termini; terminus enim actionis eſt naturâ poſterior; ergo non eſt ad ipſam operationem neceſsarium; ergo impoſsibile eſt quòd verbum ſit terminus per intellectionem productus, & ad intelligẽdum neceſsarius. Confirmatur. Et confirmatur, quoniam inter cauſam formalem, & ſuum effectum nihil eſt medium ordine naturæ, vt liquet; verbi gratia, inter albedinem, & album eſse, nihil medium eſt, ſed ad albedinem immediatè ſequitur album eſse; intellectio autem eſt cauſa formalis, cuius effectus eſt eſse intelligentem, ſiue intelligere; tunc ſic proceditur, intellectio antecedit naturâ verbum; ergo & ipſum intelligere, quod eſt effectus formalis, antecedit verbum; ergo in illa antecedẽtia intelligitur res, & non intelligitur in verbo, ergo verbum non eſt ad intelligendum vllo modo neceſſarium.

Digitized by Google

ceſſarium. Et eſt maior difficultas de angelo, quem diximus intelligendo, ipſum verbum cognoſcere, quo rem aliam cognoſcit; videtur autem non poſſe percipi, quòd in illa antecedentia, in qua cognitio priùs exiſtit, quàm verbum, cognoſcatur ipſum verbum.

8. Septimum.

Septimò arguitur contra id, quod docuimus parte 2. capitis, non per omnem intellectionem produci verbum, quoniam contrarium videtur ſentire Sanctus Thomas 1. parte, quæſt. 27. artic. 1. vbi ait quemcunque intelligentem, hoc ipſo quòd intelligit, concipere verbum. Et idem docet quæſt. 9. de Potentia art. 5. & libr. 1. contra gentes cap. 53. & de Veritate quæſt. 4. art. 2. vbi ait omnem conceptionem, ſiue verbum procedere ab alio, etiam cum res intelligitur per eſſentiam. Et probatur, quoniam ſi non per omnem intellectionẽ procedit verbum, conſequens eſt vt accidat intellectioni producere verbum; quod autem accidit non eſt neceſſarium. Quòd ſi reſpondeas intellectionem non per accidens, ſed per ſe producere verbum, conſequens eſt vt omnis intellectio producat per ſe verbũ, imò quòd omnis actio producat per ſe terminum, quod falſum eſt: quod ſic deducimus. Differẽtia enim quæ per ſe cõuenit ſpeciebus oppoſitis, conuenit etiam generi; ſed producere per ſe terminum conuenit actioni tranſeunti, & conuenit intellectioni, quæ eſt actio immanens; ergo conuenit per ſe actioni in genere; ergo omnis actio producit per ſe terminum, quod ſuperiùs improbauimus.

S. Thom. Primus locus. Secundus. Tertius. Quartus. Ratio.

9. Octauum.

Octauò probatur, quòd neceſſe ſit verbum cognoſci, vt in illo res cognoſcatur, cui ſententiæ contrariam poſuimus. Nam auctore Ariſtotele libro de memoria, & reminiſcentia, idem motus eſt in imaginem, & rem imaginatam; ergo eadem intellectio tendit in verbum, & rem in verbo repræſentatam. Et S. Thom. opuſc. 1. & de Veritate q. 4. art. 1. comparat verbum ſpeculo, in quo cernimus rem aſpiciendo ipſum ſpeculum. Et idẽ ſentit ſpeciem impreſſam ſpeculo cerni à nobis, & eam comparat luci, quam non videmus per ſpeciem, ſed per ſe ipſam, vt Doctor Sanctus docet de Veritate q. 8. artic. 3. ad 17. & in 2. diſt. 23. q. 2. artic. 1. Et 1. p. quæſt. 56. artic. 3. ergo eodem modo verbum per ſe ipſum videA tur, & in verbo res aliæ. Gregor. etiam in 1. d. 3. art. 1. concluſ. 2. & 4. multa cõmemorat ex S. Auguſt. & Cõmentatore. Deindè confirmatur ratione, quoniam terminũ terminare omninò neceſſe eſt, ſed verbum eſt terminus intellectionis; ergo neceſſe eſt vt ipſam terminet; ſed terminare intellectionem eſt intelligi, neque poteſt fingi alia ratio terminandi; ergo neceſſe eſt verbum intelligi per eã intellectionem, qua producitur. Confirmatur adhùc, quia impoſsibile eſt vt rẽ in verbo intelligamus, & non intelligamus verbum.

Ariſtot. *S. Thom.* 1. exemplum. Secundum. *Gregor. ex S. Aug. & Commẽt.* Ratio confirmans. Confirmatio.

B

10. Vltimum.

Vltimò. Si verbum cognoſci non eſt neceſſe vt in illo res cognoſcatur, non eſt neceſſarium verbum ex parte obiecti; ergo neque ex parte termini; ſed potiùs dicendum eſt totam ſimilitudinem formę intelligibilis requiri ex parte principij, ita vt ſi ſpecies impreſſa ſit imperfecta, producatur priùs ante intellectionem alia ſimilitudo perfectior, à qua oriatur intellectio; per intellectionem verò nulla ſimilitudo producatur.

Reſponſio.

C

11.

Illis diſputatis, quæ ad confutationem argumentorum neceſſaria erãt, ſtatim eſt nobis ad reſponſa properandum. Ad primum argumentum concedo antecedens, quòd intellectus in actu primo per ſpeciem impreſſam eſt formatus ſimilitudine neceſſaria ad intelligẽdum ex parte potentiæ; ſed ex parte termini eſt neceſſaria alia ſimilitudo ad intelligendum, non vt cauſa intelligendi, ſed vt terminus.

Ad 1. argum. Verbum non eſt cauſa intelligẽdi, ſed terminus.

12. Ad 2. argum.

Ad ſecundum concedo antecedens, quòd intellectus ſecundum eſſentiam non eſt ſimilis rebus intelligibilibus: ſed negatur conſequentia, quòd tota ſimilitudo verbi referenda ſit ad ſpeciem; neque enim oritur illa ſimilitudo ab alia D actuali ſimilitudine, ſpecies enim impreſſa non eſt actualis ſimilitudo; ſed oritur à principio aſsimilandi, quod eſt intellectus, & ſpecies impreſſa ſimul, imò etiam ab intellectu agente nobiliſsimo; & hoc principium totum eſt quid perfectius, quàm verbum & eſt cauſa æquiuoca verbi, vtpotè continens in ſua virtute plura alia verba, & actiones ſpecie diſtinctas. Ad confirmationem negatur conſequentia, quòd verbum

Similitudo verbi, vtpotè actualis, oritur à principio aſſimilãdi quod eſt intellectus & ſpecies impreſſa ſimul, ac proindè à cauſa æquiuoca. Ad confirm.

Digitized by Google

ex verbo oriatur, ſicut oritur ex ſpecie; tum quia verbum non eſt principium intelligendi, ſed terminus: tum etiam quia verbum non eſt neceſſarium, vbi antecedit actualis ſimilitudo; quare potiùs colligitur oppoſitum, ſcilicèt quòd ex verbo, quod eſt actualis ſimilitudo, non oriatur aliud verbum.

13.
Ad 3. argum.
Ad 1. partē antecedentis.
Reſpond. 1.

Ad tertium concedimus antecedens, quòd idem obiectum moueat, & terminet; obiectum enim non eſt res producta per actionem, & poteſt antecedere mouendo illam, & ſimul terminare actionem. Et eodem ſenſu concedo conſequentiam, quòd ſpecies impreſſa poteſt mouere, & terminare ſimul cognitione reflexa, qua ipſa ſpecies cognoſcatur; nihil enim prohibet idem eſſe mouens & terminans vt obiectum; ſed quòd ſpecies mouens ſit terminus per actionem productus, eſt impoſsibile; eſſet enim cauſa efficiens ſui ipſius.

Species impreſſa mouens cognitionem poteſt ſimul terminare cognitione reflexa, vt obiectum, non vt productum.

Reſpond. 2.

Præterea vbi neceſſe eſt produci ſimilitudinem actualem vt terminum, cum ſpecies impreſſa, quæ mouet, non ſit actualis ſimilitudo, non poteſt eadem eſſe terminus.

Ad 2. partem antecedentis.

Ad alteram partem antecedentis, quòd ſenſu externo aſpiciamus res per medias ſpecies impreſſas: reſpondemus duobus modis.

Reſpond. 1.
Species impreſſa mouēs ſenſum externum non poteſt eſſe terminus.
Imò nec impreſſa intelligibilis poteſt eſſe terminus in quo ipſa actio tendat in obiectum.

Primò negamus antecedens, eſſet enim reflexio ſenſus ad ſe, ſi vteretur ſpecie impreſſa, quæ eſt principium operationis, vt termino; in ſenſu autem nulla eſt reflexio: imò in intellectu qui in ſe ipſum reflectitur, videtur contrarium eſſe rationi actionis, vt principium illius ſit terminus, in quo ipſa actio tendat in obiectum; ſpecies verò quæ non eſt ſenſui impreſſa, ſed in medio ſpatio, & in aere, nihil fortè prohibet quin ſimul moueat & quodammodò terminet, vt diximus. De ſpecie ergo impreſſa negamus quòd eadem ſit principium & terminus quo vtimur in obiectum tendentes; quia eſſet reflexio actionis ſuper ſe ipſam, quod eſt impoſsibile.

Speciē in aere exiſtentem fortè nihil prohibet ſimul mouere, & quodammodò terminare.

Reſpond. 2.
De ſpecie impreſſa ſēſui externo idē non eſt incredibile.

Secundo modo reſpondemus concedendo ſpeciem impreſſam ſenſui externo eſſe principium, & terminum operationis: quod non eſt incredibile, vt anteà diximus. Sed tamen in ſenſu ſpecies impreſſa eſt actualis ſimilitudo, & non eſt alia neceſſaria; in intellectu verò ſpecies impreſsà non eſt actualis ſimilitutudo, quam in verbo ponimus; & idcircò eſt verbum neceſſarium, quod eſt actualis ſimilitudo.

De intelligibili diſpar ratio.

14.
Ad 4.
Intellectio nō eſt ſimilitudo ſed actio agētis ſecundum ſimilitudinē.

Ad quartum negamus ingenuè antecedens, quòd intellectio ſit ſimilitudo, imò eſt actio agentis ſecundum ſimilitudinem, ita vt ſimilitudo neceſſaria ſit intelligenti, vel antecedens vel conſequens.

Ad confirm.
Meliùs intelligitur res abſq; medio, ſi abſq; medio poſsit intelligi.

Ad confirmationem reſpondetur concedendo maiorem propoſitionem, quòd melius intelligitur res abſque medio; ſi tamen abſque medio poſsit intelligi. Si ergo ſpecies impreſſa ſit actualis, & diſtincta, non eſt ponendum verbum inter potentiam, & obiectum, quia potiùs obſtaret, quàm iuuaret intelligentem. Cum verò ea ſpecies eſt per modum habitus, ponimus verbum, quod eſt actualis ſimilitudo, neceſsitate quadam actualis ſimilitudinis, vt in illo res intelligatur.

Colligitur. 1. nō eſſe in Deo verbum eſſentiale.

Quo etiam argumento ſanè probatur in Deo non eſſe verbum eſſentiale, quia verbum eſt medium inter potentiam, & obiectum, atque adeò Deus intelligeret per medium. Verbum autem quod eſt diuina perſona, non ponitur ad intelligendum quaſi medium intellellectionis, ſed dūtaxat propter fœcunditatem naturæ, vt diximus; quare præclariùs de Beatorum viſione philoſophantur, qui aiunt eos abſque verbo, hoc eſt, abſque medio Deitatem intueri.

Colligitur. 2. Beatorum viſionem perfectiorē eſſe abſque verbo.

15.
Ad 5.

Ad quintum reſpondetur explicando maiorem propoſitionem, quòd verbum ponatur ad compenſandam rei præſentiam; non enim eſt ſenſus, verbum poni ad hoc vt rem abſentem intelligamus præſentem; ſed quia res præſens per ſe ipſam poteſt cognoſci, cum abeſt non poteſt per ſe cognoſci, & cognoſcitur per verbum quaſi ſubſtitutum loco eius; & tamen per ipſum verbum cognoſcimus abſentem, vt abſens eſt.

Per verbum vt per ſubſtitutum res abſens cognoſcitur, vt abſens eſt.

Ad 1. confirm.
Notitia abſtractiua poteſt eſſe tam perfecta ſicut intuitiua, vt patet in angelis.

Ad confirmationem reſpondetur concedendo, quòd notitia abſtractiua poteſt eſſe tam perfecta ſicut intuitiua, vt patet in angelis, qui eſſentias rerum quę abſunt, ita perfectè comprehendunt vt præſentia, quæ intuentur. Sed negatur conſequentia, quòd ſicut ad intuitiuam non eſt neceſsarium aliquando verbum, ita neque ad abſtractiuam: non enim ponimus verbum vt notitia ſit magis perfecta, ſed vt obiectum coniungatur cum potentia. Quarè in Deo Optimo qui intelligit omnia per ſuam eſſentiam

In illa neceſſarium eſt verbum vt obiectum coniungatur cum potentia.

In Deo adnetrā cognitionem eſt neceſſarium.

ſentiam, neque ad intuitiuam notitiam, quæ dicitur ſcientia viſionis, neque ad abſtractiuam, quæ dicitur ſimplicis intelligentiæ, ponimus verbum vt neceſſariū ad intelligendum: ſed tamē in intellectu creato, quia res abſentes intelliguntur per ſpecies impreſſas, quibus non eſt actualis ſimilitudo, neceſſarium ibi eſt verbum, quod eſt ſimilitudo actualis. A Ad confirmationem ſecūdam iam diximus, verbum perſonale in Deo eſſe ex fœcūditate naturæ, non ex neceſsitate ad intelligendum.

Ad 2. cōfirm.

16. Ad 6.

Ad ſextum concedimus verbum non eſſe neceſſarium ad intellectionem neceſsitate cauſæ, vt diximus, cum ſit natura poſterius; benè tamen neceſsitate B termini. Ad id verò quod dicitur terminum non eſſe neceſſarium ad actionem, conceditur de actione tranſeunte, ſed de immanente negatur; quia actio immanēs, vt diximus, eſt finis termini producti ad quem ille ordinatur: & ita eſt neceſſarius ad actionem, vt actio per eū terminum medium tendat in obiectum; & hæc eſt vtilitas, hic vſus termini producti.

Terminus eſt neceſſarius ad actionem non tranſeuntem, ſed immanentem tanquàm ad finē, vt per eum terminū tendat in obiectum.

Obiect.

Quòd ſi inſtes actionem immanentem non peruenire ad illum terminum productum, cum ſit res ab illo diſtincta; & ita non tendere in obiectum C per illud medium.

Reſponſ.

Potētia & actio immanēs non tranſeundo extra ſe tēdit metaphoricè in terminū productū, & obiectū; & ita attingit obiectum in illo termino medio.

Antecedens concedimus, & negamus conſequentiam, ſi tendere rectè intelligatur, quod metaphoricè hic accipitur, vt diximus, eodem enim modo quo potentia actione immanente tendit in obiectum, tendit in terminum productum non tranſeundo extra ſe, ſed attingēdo obiectum in illo medio. Ad confirmationē reſpōdetur verum eſſe quod aſſumitur, quòd intelligere nullo modo eſt effectus verbi, ſed ſolius intellectionis, & quòd intellectio & intelligere antecedit verbū.

Ad confirm. Intellectio, & intelligere rē per verbū prioritate naturę antecedit verbum.

Deinde concedo illud etiā quod eſt veriſsimū, In illa antecedētia reali, qua in- D tellectio naturâ pręit verbū, intelligo rē; me enim intelligere eſt effectus formalis intellectionis, & totum hoc antecedit verbum. Cum verò proceditur, & in illa antecedentia, qua intelligo rem, non intelligo rem in verbo; negatur minor propoſitio, ſiquidèm agimus de reali antecedentia: nam intelligere non antecedit naturâ rem intellectam; intelligi enim nō eſt effectus, ſed relatio rationis; quarè intelligi in verbo non ſignificat ver-

Non ſic antecedit intelligi, ſeu rem intellectam in verbo.

A bum eſſe effectum, ſed ſignificat eſſe terminum, in quo res intelligitur; rem autē intelligi in termino, ſiue in verbo eſt relatio rationis, & nulla antecedentia realis ibi eſt, ita vt verbum antecedat, niſi ſola prioritate rationis.

Intelligi non eſt effect⁹, ſed eſt terminus, id eſt, relatio rationis, ſimiliterque intelligi in verbo, ſiue in termino.

Et quia intelligens, & res intellecta ſunt ſimul cognitione, quia ſunt relata, in quacunque antecedentia ſum intelligens, ſum intelligens rem intellectam. Ita etiam cum intelligo rem per verbum, in quacunque antecedentia intelligo rem, intelligo rē per verbum; & non eſt conſequens vt verbum exiſtat in illa antecedentia.

In quacunque antecedentia intelligo rē, intelligo rem per verbum, & non eſt conſequens vt verbum exiſtat in illa antecedentia.

Exemplum eſt in iuſtificatione impij, vbi B dilectio Dei eſt cauſa iuſtitiæ, & antecedit iuſtitiam infuſam in animum hominis, in illa antecedentia Deus diligit iuſtum, neque enim impiū diligit; & tamen in illa antecedentia non exiſtit iuſtus: ſimilitèr igitur in illa antecedentia intelligo rem in verbo, producendo verbum, quod in illa antecedentia non exiſtit.

Exemplum in dilectione iuſti diuina cauſante iuſtū.

Et ſimilitèr conceditur, quòd angelus per intellectionem qua producit verbū intelligit ipſum, quia illa antecedentia naturæ eſt ſola cauſalitas, cum aliàs ſimul exiſtat intellectio & verbum; cauſalitas autem non prohibet, quin per eandem actionem qua verbum producitur, intel- C ligatur.

Similitèr de angeli intellectione, & verbo philoſophandum.

Poteſt ad hæc adijci quòd cum per actionem producitur aliquid pertinens ad rationem obiecti, id quod producitur noſtro intelligendi modo antecedit actionem prioritate rationis, & ita conſideramus actionem illam vt eſt productio, & vt eſt tenſio in obiectum, verbi gratia, Dei dilectio vt cauſa iuſtitiæ, antecedit iuſtum; ſed iuſtus vt obiectum diuinæ dilectionis, duntaxat noſtro modo intelligendi antecedit dilectionem, vt dilectio eſt viri iuſti. 17.

Cū per actionem producitur aliquid pertinēs ad rationē obiecti, id quod producitur, antecedit actionem prioritate duntaxat rationis. Exemplum idem.

Et ita de intel- D lectione, & verbo poſſumus cum alijs philoſophari, quòd vt eſt productio antecedit verbum; ſed vt eſt intellectio rei in verbo, noſtro intelligendi modo duntaxat verbum antecedit intellectionem. Antecedentia verò reali, & quæ ex cauſalitate penſatur, intellectio omnibus modis antecedit, ſicut dilectio Dei iuſtitiam in homine.

Intellectio vt productio, & vt tēſio in obiectum, ſeu intellectio rei in verbo.

Ad ſeptimum reſpondetur, nonnunquam vniuerſalitèr dici, quod vt plurimùm accidit. Et quia omnis intellectio, niſi ſit perfecta intuitio rei præſentis, eſt 18.

Ad 7. Nonnūquam vniuerſalitèr dicitur quòd vt plurimùm accidit.

 verbi

A verbi productio, dicitur abſolutè quòd per omnem intellectionem verbum producitur. Sed neque S. Thomas hoc his verbis affirmat, ſed ait quemcunque intelligentem verbum producere, quod eſt veriſsimum: quicunque enim intelligit, producit verbum, ſed non perpetuò & neceſſariò. Quam quæſtionem cū S. Thomas non tractauerit, non eſt credendus tuliſſe de ea ſententiam iſtis verbis. Quod autem ait hoc ipſo quòd intelligit, verbum producere, & nos concedimus; nam vt plurimùm intellectione quâ vtimur, ex propria ratione illius producimus verbum; ſed non negat S. Thom. poſſe accidere vt ſit aliqua intellectio alterius ſpeciei, quæ non ſit verbi productio, vt de beatis neceſſariò eſt dicendum. At verò q. 4. de Veritate non ait de omni intellectione verbum procedere, ſed omne verbum de intellectione, vt & nos ſentimus. Nam eo loco S. Doctor vult oſtendere verbum non eſſe eſſentiale in Deo, quia id quod eſt eſſentiale in Deo, non procedit ab alio; verbum autem quodcūque procedit ab intellectione; quare non affirmat per omnem intellectionem verbum procedere, ſed omne verbum ab intellectione procedere. Ad argumentum concedimus antecedens; quòd non per omnem intellectionem producatur verbum; ſed negatur conſequentia; quòd productio verbi accidat intellectioni, niſi fortè eo loquēdi more, quo dicimus accidere animanti vt ſit homo; quia non omne animal eſt homo. Ea igitur ſpecies intellectionis, quæ eſt productio verbi, eſſentialitèr, & neceſſariò id ſibi vendicat, vt diximus. Ad id verò quo inſtatur, conſequi vt per omnem actionem producatur terminus, negamus conſequentiam; & ad probationem iam anteà reſpondimus ſpecies oppoſitas poſſe conuenire non ſolùm in vniuoco genere, ſed etiam in aliquo analogo.

[Margin: Ad 1. loc. &c. S. Thom. — Ad 4. — Ad rationem. — Quo pacto dici poſsit productio verbi accidere intellectioni. — Species oppoſitæ poſſunt conuenire in analogo.]

19\. Ad 8.

Ad octauū ſimilitèr pro tuenda aſſertione, quòd in cognitione rei nō cognoſcatur à nobis verbū. Reſpōdendū eſt, & ante alia interpretandus Ariſtoteles, dū ait eſſe eundē motū ad imaginem, & rē in imagine: illud enim veriſsimū eſt, vbicūque eſt motus in imaginem, vt in rem cognitam; quaſi dicat ea cognitione qua cognoſcitur imago, cognoſci rē in imagine repræſentatā; ſed non affirmat Ariſtoteles eundē eſſe motū in rē, & imaginē, quaſi neceſſe ſit cognoſci rem in imagine, quod falſum eſt. Præterea nos concedimus eundē eſſe motū intelligētiæ in verbū, & rē intellectā; ſed ad hoc, vt per verbū feratur in rē ipſam, nō eſt neceſſe vt intelligatur verbū; quāuis enim intellectio feratur in imaginē intelligibilem, quę eſt verbū, ſuo modo, quatenùs in illa rē intelligimus; iſta tamē imago, eòquòd eſt forma ipſius intelligentis, habet hoc propriū ſibi, vt res in illa intelligatur, etſi imago ipſa nō intelligatur, vt declaratum eſt, B ad eum modū quo vtimur etiam ſpecie impreſſa non ſpeculādo illam. De exemplis verò appoſitis à S. Thom. non opus eſt anxios nos eſſe, cū nō ſit neceſſaria ſimilitudo in omnibus: verbū autē dicit ſimile ſpeculo, fortè quia ſpeculum eſt mediū cognitionis, quaſi rei abſētis; quia cernimus in ſpeculo, quæ oculis nō cernimus. Similitèr lux eſt mediū viſibile qua cernimus res alias, & habet ſe lux non ſolū ex parte potētiæ mouendo illā, ſed ex parte obiecti terminādo; & ita eſt quaſi terminus in quo res cernimus, in quo imitatur verbum: in hoc verò quòd C ſpeculū & lucē intuemur, hæc non ſunt ſimilia verbo, quod non intuemur. Quæ verò affert Gregorius ex S. Aug. & Cōment. nihil faciunt ad rē; nam hoc ſolùm affirmāt, quòd intelligens apud ſe concipiat in mente quandā rei ſimilitudinē in qua rē perſpicit; quod nos minimè negamus. Illa autē verba S. Aug. 8. de Trinit. c. 6. & ſimilia interpretanda ſunt. *Id*, inquit, *quod animo cerno dum voce profero, Carthago, id in memoria eſt verbum eius*, ſignificat enim quòd ipſa Carthago, quam animo contemplor, in ipſo animo & intellectu eſt verbum eo loquēdi modo, quo S. Thom. dixit verbum eſſe rem intellectam. Ad argumentum reſpondetur concedendo maiorem propoſitionē, quòd terminum actionis neceſſe eſt terminare illam; D ſed negatur minor, quòd verbum terminare ſit intelligi: verbum enim terminat intellectionem per hoc duntaxat, quia in illo rem intelligimus. Ad confirmationem reſpondetur rem non poſſe intelligi in aliquo medio non cognito ipſo medio, ſi medium illud intelligibile ſit extra intellectum. At nos ponimus verbum vt medium intelligibile in ipſo intellectu, quo formalitèr terminatur, etſi non cognoſcat ſuū terminum.

[Margin: Ariſtoteles explicatur primò. — Secundò. — Ad exempla S. Thom. In quo ſimilia verbo. 1. ſpeculi. — 2. lucis. — In quo diſsimilia. — Ad Gregor. ex S. Aug. & Commēt. — S. Auguſt. — Explicatur. — Ad rationem. — Verbum terminare eſt in illo rem intelligi. — Ad confirm. Medium intelligibile nō neceſſariò cognoſcitur, ſi ſit in ipſo intellectu.]

Digitized by Google

Exemplum.

minum. Imò extra potentiam cognoſcentem poſuimus veroſimile exemplũ, quòd in ſpecie viſibili quæ eſt in ſpatio interiecto, cernatur obiectum, cum tamen ipſa non videatur.

10. Ad vltimum. Reſpond. 1. Secundò.

Ad vltimum iam diximus actualem ſimilitudinem non poſſe produci ab intellectu ante intellectionem, quare neceſſariò producitur vt terminus. Præterea hoc genus intellectionis quod nõ eſt ſimplex intelligere, ſed eſt rem verbo exprimere, propria definitione continet verbum productum: quòd ſi ſemper eſſet actualis ſimilitudo ante intellectionem; nũquam poneremus hoc genus intelligendi verbo producto. Sed iam cõmonſtrauimus ſpeciem impreſſam non eſſe actualem ſimilitudinem, & id eſſe maioris perfectionis in cognoſcẽte creato.

CAPVT VI.

Quid ſit amor per dilectionem procedẽs?

1. CVm de neceſſitate verbi diligentèr diſputatum ſit, coniunctum eſt vt de amore quoque diſſeramus. Neque enim ſatis conſtat, quæ neceſſitas ſit amoris per dilectionem procedentis, eamque ob cauſam hoc à pluribus Doctoribus indubiè negatur: nam verbum quidèm concedunt eò quòd ſit neceſſaria in intellectu actualis ſimilitudo rei, vel ex parte intellectus, quæ eſt ſpecies impreſſa ſi ſit perfecta, vel ex parte obiecti, quæ eſt verbum. Intelligimus enim per ſimilitudinem, ſiue vt principiũ intellectionis, ſiue vt terminum. In dilectione autem quid conferat amor procedens, dubium eſt, ac incertum.

Intelligimus per ſimilitudinem actualẽ, ſiue vt principium intellectionis, ſiue vt terminum.

2. Primum igitur cõtemplandũ eſt quid ſit amor, vt perſpectâ naturâ rei, eius neceſſitas declaretur. Quidam hæc ſtudioſiùs meditantes primò affirmant amorẽ procedentem per dilectionem eſſe impetum quendam volũtati impreſſum ad eum modum quo ſagittæ imprimitur impetus ille quo mouetur. Deinde aiunt amorem non poni vice obiecti, aut termini; quia obiectum voluntatis non ponitur in voluntate, ſicùt obiectum intellectus in ipſo intellectu eſt. Denique, vt hoc ipſum declarent, aiunt amorem non terminare, ſed determinare dilectionẽ; ſicut, inquiunt, impetus in ſagitta non terminat, ſed determinat motum.

Banes 1. p. q. 27. art. 3. tria aſſerit. Primum. Secundum. Tertium.

3. Improbatur quoad primũ. Similitèr quoad 2. & 3.

A Hi Doctores in eo planiſſimè falluntur, quòd ponunt amorem duntaxàt vt principium conſequentis actionis; videtur autem negare quòd ſit ſimul terminus actionis, per quam producitur: nam impetus in ſagitta eſt principium motus conſequentis; & non poteſt intelligi amor vt impetus impellens ad illam actionem, cuius ipſe eſt terminus. Et hoc clariùs aſſeuerant, cum aiunt amorẽ non poni vice obiecti, aut termini; & nõ terminare, ſed determinare actionem; determinare enim, ſiue dirigere actionem eſt proprium agentis: B ſentiunt igitur amorem non terminare actionem per quam producitur, in quo maximè diſcordamus. Niſi fortè aliud etiã quod peius eſt per incogitantiam credunt: aiunt enim per amorem impelli, ſeu moueri voluntatem extra ſe in rem amatam; quaſi hoc quod eſt voluntatem operari antecedat amorem, hoc autem quod eſt voluntatem moueri extra ſe in rem ipſam conſequatur amorem, ſitque eius effectus, & idcircò amor dicatur impetus: ſicùt aiunt operationem intellectus antecedere verbum, ſed tamen quatenùs ea operatio eſt intellectio prius eſſe C verbum, quàm intellectionem, eamque formalitèr vt intellectio eſt, eſſe effectũ verbi. Quod cap. ſuperiori impugnauimus de verbo. Idemque de amore eſt dicendũ; dilectio enim ſimplex eſt operatio, ſicut intellectio; cuius operationis cum amor ſit terminus, nullo modo poteſt eſſe principium, ne dicam actiuum principiũ quaſi impetus. Quòd verò voluntas impellatur, feraturq; extra ſe, figurata loquutio eſt; neque idcircò amor dicitur impetus, quia impellat actiuè voluntatem ad obiectum dilectum eadẽ D operatione qua producitur; illa quippè ſimplex eſt operatio, cuius amor nullo modo poteſt eſſe principium, cum per illam producatur, vt de verbo firmauimus validiſſimis argumentis.

Aſſertũ aliud his peius, quod ibi fortè vult. Explicatur. Improbatur. Dilectio eſt ſimplex operatio, cuius proindè cũ amor ſit terminus, nullo modo eſt principiũ. Rationi contrariæ occurritur. Voluntas impelli, ferrique extra ſe dicitur per figurã.

4. 1. concluſio. Definitio amoris. *S. Thom.* Voces explicãtur amoris.

Vt autẽ id prius conſtituamus in quo ex parte cõſentimus, eſto primũ aſſertũ. Amor eſt principiũ motus quo facultas appetens tendit in rem amatã, ſicut grauitas eſt principiũ motus deorſum. Hęc eſt à S. Thom. petita definitio 1. 2. q. 26. art. 1. ideòq; ait grauitatẽ in lapide poſſe rectè vocari naturalẽ amorẽ. Cui definitioni cõſentanea ſũt ea quibus amorẽ ſignificamus, quòd ſit impetus quidã propen-

Idẽ S. Thom. ex S. Diony.

propenſio, inclinatio, & pondus. Et iterùm q. eadem, artic. 2. ad 1. ait amorem vocari virtutem, ſeu facultatem à Sãcto Dionyſio cap. 4. de diuinis nominibus, quia eſt principiũ motus, ſicut grauitas.

S. Auguſt.

Sanctus verò Auguſt. (quod notiſsimũ eſt) pondus vocat lib. 13. Confeſſ. cap. 9. *Amor meus pondus meum.* Et lib. 11. de Trinit. cap. 28. *Ita corpus pondere, ſicut animus amore fertur.*

Pondus principium actiuũ eſt motus.

Pondus autẽ abſque dubio principium actiuum eſt motus. Ideòque quoad hoc rectè quidèm comparant amorem cum impetu ſagittæ impreſſo, quo ſagitta pellitur.

5\.

Declaratur definitio.

Amor principium actiuũ eſt motus, ſiue operationis conſequẽtis.

Idẽ S. Thom. ex S. Dionyſ.

Quod ergo attinet ad definitionem amoris propoſitam, facillimum eſt veritatẽ ipſam aperire; eſt enim amor principium motus, non eius motus per quẽ amor producitur, quod eſt impoſsibile, ſed motus, ſiue operationis conſequentis: eſt enim amor principium actiuum motus. Eaque eſt planiſsima S. Thomæ ſententia dum vocat amorem facultatem, & virtutem, ſequutus quoque S. Dionyſ. virtus autem & facultas eſt principium efficiens. Comparat etiam amorem cum grauitate, quæ eſt principium efficiens motum deorſùm: & exemplum impetus impreſſi in ſagitta idem confirmat.

Idem.

Et q. 27. art. 4. ait amorẽ dici Spiritum Sanctum, quia ſpiritus motionem indicat, ventus enim impellit ſpirando. Deinde clariùs ipſe S. Doctor locis recitatis docet amorẽ eſſe originem omniũ effectuum, qui ſunt in potentia appetẽte; eſt autem amor principium efficiens, & commouens affectus alios.

S. Auguſt. vbi ſuprà.

In hanc ſententiam videtur S. Auguſtinus venire verbis illis ſcitiſsimis. 13. confeſſ. c. 9. *Amor meus pondus meum.*

S. Gregor.

Et S. Greg. homil. 30. in Pentecoſt. *Amor operatur magna, ſi eſt; ſi autem operari deſinit, amor non eſt.*

6\.

S. Thom.

Motus circularis ab appetibili ad amorem, & ab hoc in ipſum appetibile.

Amor eſt principium reale, & efficiens deſiderij, hoc aliarum operationum.

At verò S. Thom. 1. 2. q. 26. art. 2. circulum quendam conſtituit ab appetibili in ipſum appetibile, cuius motus circularis principium alterum eſt appetibile, alterũ amor. Ab appetibili enim tanquàm à fine mouetur potentia appetẽs, & per motum ſuum producit amorem, qui amor eſt principium deſiderij reale, & efficiens; deſiderium autem eſt principium earum operationum, quibus finẽ conſequimur in quo quieſcimus: finis autem eſt ipſum appetibile, quod fuerat principium motus; & ita circularis motus eſt ab appetibili in ipſum appetibile.

S. Auguſt.

Idem confirmat S. Auguſt. lib. de ſubſtãtia dilectionis. *Amor eſt delectatio cordis per deſiderium currens, requieſcens per gaudium.*

Amor quaſi altera natura, quæ eſt principiũ motus, & quietis.

Itaque amor eſt quaſi altera natura, quæ eſt principium motus, & quietis. Eſt enim principium earum operationum, quibus mouemur in finem, & illius operationis, qua in fine quieſcimus, quæ eſt gaudium, & fruitio: in qua quiete circulus perficitur; dum enim mouemur ab appetibili, & in ipſo tandem conquieſcimus, quaſi in orbem reflectimur.

Plato.

Idquè iam antiquiùs Plato obſeruarat in Dialogo de conuiuio amoris, *Amor eſt circulus bonus à bono in bonũ in perpetuum reuolutus.*

S. Dionyſ.

Vndè hoc ipſum S. Dionyſ. cap. 4. de diuinis nominibus videtur ad amorem diuinum retuliſſe. Igitur, quod ad rem eſt, in his omnibus accipitur amor, vt principium efficiens operationis conſequentis, ſicùt grauitas in lapide, qua impellitur à natura deorſùm.

7\.

2\. concluſio.

Amor procedit præcipuè vt terminus neceſſarius dilectionis, per quam producitur.

Probatur. 1.

Secundo in loco affirmamus, amorem non ſolùm procedere per dilectionem vt principium actionum conſequentiũ; ſed maximè, ac præcipuè vt terminum neceſſarium illius dilectionis per quam producitur, ſicut de verbo, & de intellectione diximus. Nam niſi eſſet neceſſarius vt terminus, minimè nobis perſuaderemus amorem per dilectionem produci; eſſet enim amor duntaxat facultas ſiue vis operandi, quod pertinet ad habitus, ſiue diſpoſitiones, quæ ſunt actionum principia: virtus enim eſt habitus, & inchoata diſpoſitio. Amorem autem non numeramus inter hæc, ſed vt terminum dilectionis proprium, & intrinſecum aſsignamus.

8\.

Neceſſe igitur eſt inueſtigare qua ratione amor ſit terminus operationis, quod quidèm difficultate non vacat; indèque erit dilucidiùs explanandum, quonam pacto ille terminus operationis ſit principium aliarum actionũ, quæ à voluntate deriuantur.

9\.

Probatur. 2. & declaratur quomodò & quãdò ſic procedat.

Ego verò in ijs quęſtionibus, quas accidit denuò excitari, cum minimè ſtudioſus ſim nouitatis, aliquorum auctoritatem ſummoperè deſidero, quibus fidẽ adhibeam potiùs, quàm vt ſentẽtiæ meæ aliorum fidem conciliem. Videtur autẽ cõſentaneum eſſe ad ea quę diximus de verbo, vt ſicut intellectus cum obiecto coniun-

Digitized by Google

coniūctus, ſiue per ſpeciem impreſſam, ſiue per ipſum obiectum in actu intelligibile, dicitur intelligibile in actu primo: quia intellectus ſic coniuctus cum obiecto intelligibili eſt quadam ratione ipſum intelligibile, ſcilicèt propter ſimilitudinem, ſicut imago imperatoris dicitur imperator: ita etiam voluntas vt eſt ſuaptè naturâ quædam propenſio ad omne bonum, propoſito ſibi bono per intellectum, eſt ipſum bonum diligibile in actu primo; non ſecundum ſimilitudinem, ſed ſecundum propenſionem, qua ratione amicus dicitur alter ego. Quod cōfirmatur verbis. S. Thomæ 1.p.q.27. art. 4. vbi ait quòd voluntas ſit in actu, ex eo quòd habet inclinationem in rem volitam, ſcilicèt, in actu primo; nam actus ſecundus nō eſt inclinatio naturalis, ſed operatio, aut operationis terminus.

Voluntas coniūcta cum obiecto eſt ipſū bonum diligibile in actu primo, propter propēſionem. Sic amicus dicitur alter ego. Confirmatur. *S. Thom.* explicato.

10. Deinde; ſicut in potentia cognoſcente, ſi ſpecies impreſſa ſit actualis, & diſtincta, vel obiectum per ſe coniunctum; potentia cognoſcens eſt perfectè ipſum cognoſcibile, & ſuapte naturâ mouetur in obiectum abſque medio termino producto, ſeu verbo, vt ſupra docuimus. Si verò ſpecies impreſſa ſit per modum habitus, neceſſe eſt quòd potentia determinetur ad operationem per aliquod agens, & item quòd producat verbum in quo res cognoſcibilis perfectè repræſentetur, & in ipſo verbo ſit res cognoſcibilis in actu completo: ita etiam maxima quadam ſimilitudine, quia voluntas eſt appetitus toti*, ſcilicèt, ſuppoſiti in quo eſt, ſuaptè natura inclinatur ad bonum proprium ſuppoſiti, & cum quis ſe ipſum diligit, per ſe ipſam eſt perfectè ipſum diligibile, & per ſe mouetur in illud, nequè eſt neceſſe, vt ab aliquo determinetur ad hanc operationem, ſed neceſſariò, & naturalitèr operatur, & mouetur in ipſum diligibile abſque medio terminò producto, quem dicimus amorem. Si verò non eſt per ſe ipſam inclinata ad bonum propoſitum, vel quia non eſt bonum neceſſarium ipſius appetentis, vel quia eſt bonum alienum, volūtas autem eſt appetitus ſuppoſiti in quo eſt; tunc voluntas per ſe ipſam non eſt perfectè ipſum diligibile. Non ergo natura impellitur ad diligendum, ſed libera eſt, oportetquè vt ſe ipſam determinet, ſiue inflectat; ideoque diligendo, amorē producit, qui eſt terminus dilectionis medius inter potentiam, & obiectū; in quo ipſum obiectum ſit perfectè diligibile, ſicut in verbo perfectè intelligibile: ſicut enim hoc obiectum propoſitum voluntati eſt actu primo appetibile, quia voluntas eſt potentia appetens; ita & in amore producto ſit actu ſecūdo diligibile, quia amor product* eſt appetitus quidam, vt ſtatim explicabimus; Ideoque eſt terminus operationis, quia in eo ſit res actu completo appetibilis, ſeu diligibilis.

Cum voluntas diligit bonum proprium, & neceſſariū ſui ſuppoſiti, tūnc eſt perfectè ipſum diligibile in actu primo, ſiue abſq; amore producto.

Aliàs non eſt perfectè ipſum bonū diligibile niſi in actu ſecūdo, ſiue cū amore producto.

Amor procedit de dilectione libera.

In amore obiectum ſit perfectè diligibile, ſicut in verbo perfectè intelligibile.

11. *S. Thom.*

Hāc autem exiſtimo eſſe ſententiam S. Thomæ 4. Contra gent. cap. 19. vbi ipſum amorem dicit eſſe rem amatam, ſicut verbum rem intellectam: eſt ergo in amore res diligibilis in actu completo, ſicut in verbo intelligibilis. Et confirmatur ratione S. Th. 1.p.q. 27. quia ratione amoris producti ait amatum eſſe in amante, vt cap. ſequenti dicemus; ergo in ipſo amore amatum cōiungitur potentiæ, ſicut in verbo coniungitur res cognita cum intellectu. Et ſicut in intellectione nō cognoſcitur verbum, ſed res in verbo; ita in dilectione non amatur amor, ſed res ipſa in amore, ſiue per amorem, quia amor exercet rationē termini formalis, qui eſt terminus in quo, non ad quem. Ij autem qui aiunt verbū per intellectionem qua producitur, intelligi, nullam rationem afferunt, quare non ſimilitèr amor per dilectionem qua producitur ametur. Vnde colligimus amorem productum eſſe in diligente pro obiecto, & termino.

Idem confirmat,

Per dilectionē noſtram non amatur amor, ſed in amore res obiecta.

1. conſectariū.

12. Secundum.

Colligimus etiam eam dilectionem, qua amor producitur eſſe ſpecie diuerſam à ſimplici dilectione, qua amor non producitur. Quod diſcrimen hìc eſt manifeſtius; ſimplex enim dilectio per quā non producitur amor, naturalis eſt: ea verò per quam amor producitur eſt libera. Et ſicut de verbo diximus, ita & amor ſic eſt dilectioni huiuſmodi intrinſecus terminus, vt non poſsit intelligi hoc genus dilectionis abſque amore producto; eſt enim hoc diligere, amore ferri.

Tertium.

13. Potentiæ operantis, & termini conuenientia.

Ad hæc verò perſpicaciùs intelligenda opus eſt animum attendere, quòd in omni actione immanente in qua eſt terminus, potentia operantis, & terminus operationis in hoc ſimiles ſunt, quòd vtraque eſt forma, non operatio: in eo tamen maximè differunt, quia potentia eſt

Diſcrimen.

eſt cauſa operationis efficiẽs; terminus autem nullo modo eſt cauſa operationis per quam producitur, vt diximus. Eſt ergo voluntas appetitus quidam, ſed qui ſit principium dilectionis efficiẽs: amor autem eſt appetitus æquiuocè, non qui ſit dilectionis principium, ſed terminus, eò quòd in appetitu producto res ſit actu completo diligibilis, ſiue appetibilis. Eodem ergo modo cum ſupra diximus, quòd amor productus eſt principium efficiens operationis conſequentis, nõ eſt ita intelligendum, quòd amor per ſe ipſum operationem aliquam efficiat: ſed quoniam eſt forma rei diligibilis gerens vicem ipſius, per quam res ſit diligibilis in actu completo, eſtque forma inhærens ipſi potentiæ appetenti, concurrit verò cauſalitate phyſica ad operationẽ conſequentem, & ita eſt principium efficiens conſequentium operationũ quaſi ex parte finis prædilecti concurrens.

A

Amor eſt appetitus æquiuocè.

Amor eſt principium operationum conſequẽtium, nõ vt potẽtia appetens, ſed vt forma potẽtiæ appetẽti inhærens.

B

14.
Amor nominatur aptiſsimè primò vnio.

Ex quibus colliges amorẽ aptiſsimè nominari nomine philoſophico vnionẽ; cum enim per amorem is qui diligit, efficiatur ipſum diligibile in actu completo, vt diximus, quod eſt diligens, & diligibile eſſe vnum, ſicut intelligens, & intelligibile vnũ eſt; nihil potuit de amore rectius dici, quàm vt vnio vocaretur. Eſt enim coniunctio quædam, nexus, & vinculum, quo diligens efficitur ipſum diligibile. Et hoc eſt quod docet S.Th. 1.Contra gent.cap.91. *Amans, & amatum ſe habent ſicut ad id quod eſt aliquo modo vnum.* Et Ariſtoteles lib.9.Ethic. cap.4. *Amicus bona, ac mala amici ſuſcipit ac ſi forent ſua.* Et ibidem dixit amicum alterum ſe; quod fortè Alexander excipiens ab Ariſtotele Magiſtro, de Epheſtione familiari ſuo poſteà pronunciauit. Eſt ergo amor terminus dilectionis coniungens potentiam appetentem cum re appetibili, eaque ratione dicitur vnio. Et quia eſt principium conſequẽtis operationis dicitur facultas vnitiua ab ipſo S. Dionyſio, eſt enim principium earum operationum, quibus cũ re appetibili coniungimur finem expetitum conſequuti.

C

S.Thom.
Ariſt.

1. ratio.

D

2 Ratio.

15.
2. dicitur complacentia.

Dicitur etiam amor cõplacentia, quia ea, quæ amamus, placent: Cum ergo per ipſum amorem productum amentur, & placeant, rectè amor complacentia vocatur. Dicitur etiam ratione eãdẽ adaptatio, quia per amorem erga rem amatam ita nos gerimus, vt ad ipſam nos coaptemus, atque omninò accommodemus. Et à S.Thom.q.37.art.1.vocatur impreſsio rei amatæ in amante.

3. adaptatio.

S.Thom.

16.
4. impreſsio rei amatæ in amante.

Quidquid autem per ſimilia nomina explicetur, illud erit perpetuò obſeruãdum, vt minimè exiſtimemus amorem productum concurrere ad operationem per quam producitur, vt cauſam realẽ, ſed dũtaxat vt terminum, in quo res efficiatur actu completo diligibilis.

17.
Odium etiam de operatione libera volũtatis procedit.

Quod idem videtur dicendum de actu odij, cum liberum eſt: Nam & ad hoc voluntas propenſa non eſt, ſed per operationẽ profert odiũ; nam & odium mali eſt amor boni. Imò in appetitu ſenſitiuo, qua parte aliquid libertatis attingit, non erit incongruum concedere amorẽ procedentem: nam & in ſenſu interno conſtituit S. Thom. verbum quodlib.5. ar.9.ad 2.quod idẽ videtur docere Ariſtoteles 3.de Anima cap.3.ſcilicèt poſſe nos fingere quod volumus, imaginando; quod idẽ ait lib.de Memoria, & Reminiſcẽtia cap.1. fingere autẽ eſt aliquid mente exprimere, quod eſt verbum producere. Et idem ſentit S. Auguſt.lib.de vera religione cap.6 & lib.8. de Trinit. cap.6. Quare vt conſentaneè diſputemus de verbo, & amore, ſicut in imaginatione ſenſus, quia aliquid nouum exprimitur, videtur neceſſarium verbum, aut ſaltèm idolum, ſi verbum nolis appellare, quia loqui eſt proprium naturæ intelligentis: ita & quia in appetitu ſenſibili libertas quædam eſt participata, videtur poſſe concedi amor procedens, qui appetitum propellat in concupitum finem; vt diximus de amore rationali. Et per hæc refelluntur argumenta, quæ contra opinionem S.Thomæ ſolent opponi aſſerentis per dilectionem aliquid procedere, ſcilicèt amorẽ, vt terminum.

Probatur.
Etiam in appetitu ſenſitiuo eſt amor procedens.
In ſenſu interno eſt verbum ſeu potiùs idolum.
S.Thom.
Ariſtotel.
S. Auguſt.

In appetitu ſẽſibili libertas quædã eſt participata.

18.
Obiectio *ex Ariſtot.*

Incidit tamen dubium in verbis Ariſtotelis 6. Metaphyſ. tex.8. vbi ait verũ & falſum eſſe in intellectu, bonũ autem in rebus: verum autem eſt obiectum intellectus, & bonum obiectum voluntatis: ergo obiectum intellectus, quod eſt res cognita, eſt in cognoſcẽte; non autẽ eſt in voluntate obiectum eius, quod eſt res amata: atque adeo, vel in voluntate non producitur amor, vel ſaltẽ amor nõ eſt in illa vice obiecti, vt docuimus. Sed hoc primum negamus; in vtraque enim potentia tàm cognoſcente, quàm appetente

Reſponſio.
In vtraque potentia tàm

tente

Digitized by Google

cognoſcente quã appetente eſt proprium obiectum ratione termini producti. Modo tamen diuerſo. tente eſt propriũ obiectum ratione termini producti, modo tamen diuerſo; in verbo enim eſt res cognita, vt in imagine, in amore autem, vt in quadam complacentia qua volũtas quaſi rapitur extra ſe. Hi ergo duo termini operationũ ſic ſe gerunt, vt verbum quaſi trahat obiectum ad potentiam propter ſimilitudinem; amor verò trahat potentiam in obiectum, quatenùs ipſe amor, qui eſt terminus dilectionis, eſt principiũ aliarum operationum. Et hoc eſt diſcrimen inter vtrumque, cùm tamẽ vterque terminus gerat vicem obiecti, atque adeo vtrumque obiectum ſit in potentia vtraque, vt ex ſuperioris capitis diſputatione ſatis liquet.

Amor trahit potentiam in obiectum quatenùs eſt principium aliarũ operationum quibus finem conſequimur.

19. Ad Ariſtot. 1. interpretatio Reſpondetur ergo Ariſtotelem inter verum, & bonum id diſcrimen cõſtituiſſe, vel ad indicandos diuerſos modos operationum; quia verum trahitur ad intellectum, voluntas verò trahitur ad bonum: vel (quod eſt ſimplicius) intellexit

2. ſimplicior. verum primò inueniri in operatione intellectus, bonũ autẽ primò in re ipſa; quod aliàs explicabimus lib. 3.

20. Quæ autem ſit amoris neceſſitas nõ minùs clarè liquet ex iam dictis: impoſſibile enim eſt diligere, quod eſt liberè amare, niſi amorem proferamus erga rẽ dilectam; eò quòd voluntas aut appetitus naturâ ſuâ non ſint erga rem illam ſatis propenſa.

CAPVT VII.

Res amata eſt in amante.

1. QVòd res amata ſit in amãte, vel amãs etiã in re amata, nõ ſignificat aliquid rebus adiectum præter dilectionem ipſam, & amorem, ſed eſt modus loquendi ad præſcripta philoſophica expendendus. Et quia hoc etiam conducit ad explicandum proceſſionem Spiritus Sancti, eſtque ex modò dictis de dilectione, & amore deducendum, hoc loco diſputandum opportunè occurrit.

Amans eſt in re amata.

2. Aureo. apud Capreol. S. Thom. Aureolus apud Ioan. Capreol. in 1. d. 10. q. 1. negat amatũ eſſe in amante, ſed duntaxat amantẽ eſſe ait in amato. At verò S. Thomas 1. p. q. 27. art. 3. vtrũq; docet, & quòd amans ſit in re amata, & quòd res amata ſit in amante, quod idẽ

Dicta cõmunia. affirmat q. 37. art. 1. Primum oſtenditur per ea, quæ ſolemus dicere, eũ qui amat

A non apud ſe eſſe, aut viuere, ſed in re dilecta tota mente, & cogitatione occupari. Quod S. Auguſtinus ait 13. confeſſ. cap. 9. *Amor meus pondus meum; illo feror, quocunque feror.* idẽque ait 11. de Ciuitate Dei cap. 18. Et S. Bernardus, *Anima veriùs eſt vbi amat, quàm vbi animat.* Et Sermone S. Dedicationis Eccleſiæ elegantèr cauſam oſtendit quare Deus in nobis eſt. *O Pater miſerorum,* inquit, *cur apponis erga eos cor tuum? ſcio, ſcio, vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt, & cor tuum.* Eſt ergo etiam ex verbis Domini

S. Auguſt.

S. Bernard.

Matth. 6. num. 21.

B conſequens, vt ſit cor in theſauro, amãs in re amata. Quibus ſimilia Plato diſſeruerat de conuiuio amoris. Et ibidem Marcilius Ficinus argutè diſputat, cum qui amat perdere vitã dum non viuit apud ſe, eandem tamen recuperare dũ viuit in altero quẽ diligit. Eandẽque ob cauſam S. Dionyſ. ait amorẽ extaſim facere, quia amans quaſi à ſe diſcedit ſui oblitus, dum ea quæ ſunt amici cogitat. Ipſum vide lib. 4. de diuinis nominibus lect. 10. vbi ait ideo Deitatis amatorẽ fęlicisſimũ eſſe, quia viuit non ſuã, ſed a-

Plato.

Marcil. Ficinus.

S. Dionyſ.

C matoris Dei vitã multò magis diligibilẽ, quaſi vitã cum Dei vita amando cõmutet. Ex quibus omnibus colligitur, quòd amans ſit in re amata.

Aſſerendũ tamen eſt quoq; rẽ amatã eſſe in amãte. Et primò quidẽ per cognitionẽ, non enim amamus, niſi quæ nouimus, quę autẽ amamus iterũ atque iterũ animo tractamus, quod ait S. Th. 1. 2. q. 28. art. 2. iuxta illud Pauli, *eò quòd vos habeam in corde.* Deinde res amata eſt in amante, vt cauſa in effectu; amans enim mouetur à re amata, non quidẽ motu phyſico, ſed tamen vera cauſalitate, qua ipſe amor eſt effectus cauſæ finalis.

3. Amatũ eſt in amante.

1. per cognitionem.

S. Thom. Ad Philip. 1.

2. vt cauſa finalis in effectu.

D Tertiò res amata eſt in amante, vt centrum in re propenſa ad centrũ, quo pacto S. Thomas 4. Contra gent. cap. 19. ait locũ ſurſùm eſſe in re leui, quia eſt locus naturalis, quò res leuis natura ipſa pellitur, & ita amans propendet in rem amatã. Quartò eſt res amata in amante quatenùs amor productus gerit vicẽ rei amatę, vt terminus intrinſecus dilectionis, quod capite ſuperiori declarauim'. Vnde S. Thom. proximè citatus docuit amorẽ eſſe ipſam rem dilectã, ſicut verbum eſt res intellecta, eò quòd amor faciat rẽ diligibilẽ in actu cõpleto. Ideoq; 1. p. q. 27. a. 3. planè ait quòd proceſſio amoris

3. tanquam effectus in cauſa efficiente, vt cẽtrum in re propenſa ad centrum.

S. Thom.

4. quatenus amor gerit vicẽ rei amatæ.

S. Thom.

1. locus.

Digitized by Google

Secundus.

amoris eſt ſecundum quod amatum eſt A in amante, ſicut per conceptionem verbi res dicta, vel intellecta eſt in intelligente: eſt ergo amatum in amante per hoc quòd amor procedens, & in ipſo amante immanens, gerit vicem rei amatę. Et 1.2.q.26.art.2.& 4.Contra gent. cap. 19. ait amatum eſſe in amante per coaptationē,& cōplacentiam, quæ verba maximè ſignificant naturam amoris. Ad quod etiam pertinet illud ex q. 37. art. 1. quòd amatū ſit in amante per impreſsionem; quia amor, qui eſt effectus rei amatæ in genere cauſæ finalis, eſt quaſi virtus impreſſa propellens voluntatem in rem amatā, vt ſuprà explanauimus. Et hic modus philoſophādi maximè confert ad proceſsionem Spiritus B Sancti declarandam, vt poſteà videbimus. Et idem S.Doctor 12.q.16.art.2. ponit motū amoris circularem, quia amans eſt in amato,& amatum in amante.

Tertius. Quartus. Quintus.

4.
Veriùs dicitur, ſecundū cauſā veritatis, quòd res amata ſit in amante, quàm è contra.
Probatur 1.

Imò veriùs dicitur, ſecundū cauſam veritatis, quòd res amata ſit in amante, quàm quòd amans ſit in re amata. Horū enim enunciatorum illud eſt fundamentum in re ipſa, quòd ſcilicèt in amante ſit dilectio & amor; ea enim eſt cauſa veritatis, ſiue cum dicis amantē eſſe in re amata, ſiue cū dicimus rem amatā eſſe in C amante: ſunt enim hæ rationis relationes ex mentis collatione exortæ; re verò ipſa ſicut amatū eſſe nihil eſt in re quę amatur, ita amatū eſſe in amante, nihil eſt in re ipſa quæ amatur: amantē verò eſſe in re amata eſt etiam relatio rationis; nam illud eſſe, non eſt verum eſſe cū non exiſtat in illo. Sed vtriuſque veritatis fundamentū eſt in eodem amāte, ſcilicèt dilectio & amor. Ergo ſecundū cauſam veritatis veriùs dicitur amatū eſſe in amante; in quo amante eſt dilectio & amor, quā amatum eſſe in re amata.

Vtriuſque veritatis fundamētum eſt in amante.

5.
Probatur 2.

Attendendum etiam eſt, in dilectione ita cōparari potentiam appetentem D cum obiecto, vt quædam conſiderentur ex parte vnius, quædam ex parte alterius. Ex parte ergo obiecti illud coniungitur cū potentia per cognitionem quæ mouet potentiam; per amorē quo terminat; & his modis obiectum eſt in potentia; eſtque etiam in ea tanquam in effectu cauſæ finalis, vt diximus; & tanquam in cauſa efficiente & impellente, vt centrū in re leui. Ex parte verò potentiæ, quia volūtas impellitur in rē dilectā, quaſi rapiatur extra ſe, vt hic impulſus ſignificetur, aimus amātē eſſe in amato quaſi illic verè ſit quò intenditur: Dicitur autem voluntas moueri extra ſe per figurā quandam loquutionis, cum motus volūtatis non egrediatur extra, ſed maneat in ipſa: & quia extra ſe moueri dicitur, amans quoque dicitur eſſe in re amata; minùs ergo propriè hoc dicitur, quàm quòd res amata ſit in amante.

Voluntas dicitur moueri extra ſe per figuram.

Sed eſt argumentū ex Ariſtot contra illud, quòd amatū ſit in amante; amatū enim eſt finis; Ariſtot. autē 4.Phyſicor. tex.23. inter modos entis in alio refert, quòd ſit res in ſuo fine, non tamen quòd finis rei ſit in re quæ eſt ad finē; non eſt ergo amatū in amante. Ad hoc reſpondendū eſt quòd id quod eſt in fine, eſt tāquā in cauſa, & adhuc non exiſtit; ſed eſt in intentione agentis; & hoc modo finis non eſt in re quæ eſt ad finē, cū finis ſimpliciter antecedat id quod eſt ad finem: ſed ipſe finis eſt in intentione agentis, & ita amatū eſt in amante. Exemplum eſto, in intentione agentis potio amara eſt in ſanitate vt in fine, quia ibi cōtinetur vt in cauſa; & in eadem intentione nō eſt ſanitas in potione, ſed potio in ſanitate: ipſa tamen ſanitas, quæ eſt finis, benè eſt in intentione agentis, & ita eſt amatum in amante.

6.
1. Obiectio *ex Ariſtot.*
Reſpons.
Amatū eſt in amante nō vt in re quæ eſt ad finem, ſed vt in agēte intendēte, ſeu in intentione agentis.
Exemplum.

Quod verò Aureolus obijcit impoſſibile eſſe vt vtrumque ſit inuicem in altero: facili reſponſione refringitur; nam ſecundū rationes diuerſas impoſsibile non eſt, maximè quando eſſe in alio eſt ſola relatio rationis. Illud verò vltimū meditandū eſt, quòd ſi faciamus verba de amore mutuo, ſiue dicas amantem eſſe in amato, ſiue contendas amatum duntaxàt eſſe in amāte, neceſſe eſt vt ſit vterque, in vtroq; ſiquidē vterq; & amās eſt, & amatum; eſt enim quædam viciſsitudo amoris, vt vterque ſit in altero cōſenſione volūtatis, ſicut diuinæ perſonæ in ſe inuicem ſunt vnitate naturæ.

7.
2. Obiectio *Aureoli.*
Reſponſ.
Non eſt impoſſibile vt vtrūq; ſit inuicem in altero maximè quando eſſe in alio eſt ſola relatio rationis.
In amore mutuo id neceſſe eſt.

Confirmatio.

8.
HÆc ſententia quòd amatum ſit in amāte non ſolū auctoritate S.Th. probatur, ſed etiam verbis Pauli ad Philip. 1. *eò quòd habeam vos in corde, & in vinculis meis.* Et iterum ad Galat. 2. *viuo ergo iam non ego, viuit verò in me*

Ad Philip. 1.
Ad Galat. 2.

Chriſtus

Digitized by Google

Chriſtus. In eadem autem ſententia ſe- A
Diſſentit ſolus *Aureolus*. rè omnes Doctores conſentiunt, ſi Aureolum excipias.

CAPVT VIII.

In Deo eſt vera, & realis proceſſio.

1\. POſtquã diſputauimus de verbi creati origine de ipſa intellectione producti, & amoris naturã de dilectione prodeũtis: de diuina amoris proceſſione diſſerendum iam eſt cum
S. Thom. S. Thom. 1. p. q. 27. art. 1. & in 1. d. 13. art. 1. & de potent. q. 10. art. 1. & 4. contra gent. cap. 11. At verò hoc capite primùm, vt nomen proceſſionis expoſuerimus, oſtendendum eſt ſecundum fidem Catholicã eſſe in Deo proceſſionem.

2\. Verbi procedere multiplex ſignificatio. Prima, & primaria. Quoad nominis ſignificationem, procedere eſt loco moueri; eſtque is proprius animantium motus, quo ſe ipſa mouent, & incedunt, ſeu procedunt. Latinè autẽ dicitur procedere is, qui æquali gradu, aut cum pompa incedit.
Secunda. Et mutata aliquatenùs nominis ſignificatione, procedere, hoc eſt, prouehi, & proficere.
Tertia. Crebriùs verò procedere idem eſt, C
Quarta. quod prodire, ſeu exire.
Multiplex etiã in ſacris literis. Prima. At verò in literis ſacris has quoque ſignificationes huius verbi inuenimus. De inceſſu cũ pompa dicitur
Iudith. 16. Iudith. 16. *Erat autem diebus feſtis procedens cum magna gloria.*
Secunda. Aliàs verò procedere dicitur, quaſi progredi, quod eſt vltra procedere, iuxta
Pſalm. 44. Pſalm. 44. *Intende, proſperè procede, & regna.*
Tertia. Deniq; procedere dicitur prodire, & hoc frequentiſsimè vt 1. Paralipom. 20.
Paralip. 20. *Eo tempore quo ſolent reges ad bella procedere.* Hoc eſt, exire. Omnis autem ea ſignificatio verſatur in quodã motu ad locũ; ſiue enim procedere, hoc eſt, prodire dicas, ſiue incedere, ſiue progredi, is dicitur procedere, qui loco mouetur.

3\. Significatio primaria eſt motus localis animantium. Probatur. Eſt autem motus ſecundum locum hominibus maximè notus, quorum cognitio à ſenſibus ducitur; ſẽſus autem eſt circa continuum, quod eſt materia proxima ſenſilium accidentium: vnde motus in continuo, ſeu in ſpatio, ſeu in loco notiſsimus vulgo eſt, vt
S. Thom. S. Thom. adnotat q. 10. de Potentia art. 1. quæ autẽ primùm ſenſui occurrunt, primò etiam nominamus.

4\. Eadem quoque ratio efficit, vt ex hac prima vulgarique ſignificatione, traducatur ad alias verbum hoc apud Philoſophos. Ex vſu philoſophorum extenditur. Nam ſicut motus in continuo priorem partem continui, id eſt, propinquiorem priùs occupat; & deinde remotiorem poſteriùs: ita in omni motu cũ ſit prius & poſterius, à priori ad poſterius proceditur. 1. Ad omnem motum, ſiue etiam mutationem. Quocunque ergo motu res moueatur, imò quacunque mutatione mutetur, dicitur procedere, vt à calido in frigidum, à tenebroſo in lucidum.

5\. Deinde latiùs ad ortum ex quacunq; cauſa. Dilatatur adhùc nominis ſignificatio vt non ſolùm ea res dicatur procedere, quæ mouetur, ſed quæ cauſam aliquam, B
aut ſui principiũ habet. Vnde à cauſa finali, & formali effectus proprius procedit. Maximè verò dicitur procedere ab aliqua re, id quod ab illa oritur, vel gignitur: In quo ſenſu dicitur Eccleſiaſtici. 42. *De veſtimentis enim procedit* *Eccleſ. 42.*
tinea, &c. hoc eſt, gignitur tinea de veſtimentis. Et Iob 38. *Quis concluſit oſtijs mare, quando erumpebat quaſi de* *Iob 38.*
vulua procedens. Neq; ſolùm à ſuis cauſis, ſed à ſuis principijs res quæque dicũtur procedere, vt linea procedit à puncto. Deniquè latiſſimè ad ortũ à principio. Qua ſignificatione deſcribitur aureum candelabrum Exodi 25. *facies & candelabrum ductile de auro mundiſsimo, baſtile eius, & calamos, Scyphos, & ſphærulas, ac lilia ex ipſo procedentia.* *Exod. 25.*
Non enim baſis candelabri erat cauſa vnde procederent calami, ſed erat initium, ſeu principium vnde incipiebant, ſiue cõſurgebant calami. Quia ergo motus localis res notiſsima eſt, ideo verbũ procedendi, quod eum motum indicat, vſu loquendi euaſit in tam amplam ſignificationem.

6\. Ea ſunt rebus diuinis aptiora nomina quæ communiora. Hæc autem amplitudo ſignificandi, in diuina nomina maximè conuenit; ea enim ſunt rebus diuinis aptiora nomina, quæ communiora ſunt; quæ autem D
viciniora ſunt rebus humanis, à diuinis maximè diſtant. Verbum igitur procedendi tribuitur perſonis diuinis in ea duntaxat ſignificatione, qua res vna ab alia procedit, vt à principio: perſona enim vna eſt principium alterius, quod in ſequentibus explicabimus.

7\. Significatio primaria ex vi impoſitionis. Aliæ ex vſu ſapientum. Aliud autem eſt à quo hoc nomen impoſitum eſt, vel à quo eſt deductum, ſcilicèt à procedendo ſecundum locum; & aliud eſt quod nomen iſtud ſignificat ex ſapientium inſtituto, ſcilicèt, vt indicat quemcunque ordinem vnius ab altero, ſiue

Digitized by Google

ſiue vt à cauſa, ſiue vt à principio procedentis. Quarè nomen hoc communiſſimum eſt, vt notat S. Thom. 1.p.q.36. attic.2. communiora autem nomina Deo maximè côueniût, vt li.5. dicemꝰ.

S.Thom.

8. Nomen verbale, proceſsio, ſiue proceſſus.

A verbo autem procedendi ducitur nomen verbale, proceſsio, ſiue proceſſus, lata ſignificatione: Et in ea ſignificatione quadrat nomen hoc proceſsionis diuinæ origini, in quâ ſcilicèt vna perſona eſt principium alterius, & ab alia procedit: ſût autē, verbo procedēdi ſic accepto, ſynonima, prodire, exire, egredi, defluere, & emanare, Autore Beſſarione in oratione Côcilij Florent. pro vnione Græcorum cap.6. Et hæc eadem vſurpat Concil. Nicen. lib.6. Concilium verò Florent ſeſſ.6. & ſeſſ. vltima, vtitur præterea verbis ſcaturiendi, profundēdi, hauriendi, quæ ab aquis, & fonte ducuntur. Nam & S.Dionyſ. libr.1. de diuinis nominibus cap.2. Patrem nûcupat fontem, Filium autem & Spiritû Sanctû nuncupat gemmas, ſiue germina diuina; ſanè per metaphoram ductam ab arboribus, quę gemmas, & germina emittût. Quas voces Patres ſimilitèr vſurpant, dum diuinas proceſsiones tractât, & explicant. Et in ſacris literis horum aliqua nomina reperies, quæ ſtatim exemplo ſubijciemus in confirmatione.

Verbi procedere quædam ſynonima.
Beſſarion.
Côcil. Nicen.
Alia ſynonima
Côc. Florēt.
S.Dionyſ.

9. At verò antequam eſſe in Deo proceſsionem oſtendamus, obſeruandû eſt proceſsionem duobus modis dici, ſcilicèt, aliam à Deo, aliam in Deo: proceſſio à Deo, eſt ea quæ ad res creatas deriuatur; diciturque proceſsio à Deo, quaſi à Deitate in res creatas effluens. Proceſsio verò in Deo ea dicitur, quæ in ipſo manet, quia id quod procedit non eſt à Deitate ſeiunctum. Et in hoc ſenſu affirmat Catholicæ fidei conſenſio in Deo eſſe proceſsionem, ſcilicèt internam in ipſa Dei eſſentia manentē, qua vna perſona ab alia procedit, quia vna eſt principium verum, & reale alterius. Et hoc videtur obſeruaſſe S. Cyril. lib. 6. Dialogorû paulo poſt principium expreſsis verbis, vbi ait verbû ex Deo ſecûdô naturam ex ipſo, & in ipſo prodire, vt internam proceſsionē inſinuaret dicēdo, Verbum à Deo in Deo ipſo prodire.

Proceſsio alia à Deo: alia in Deo.
Quòd proceſſio in Deo ſit, ex fide conſtat.
S.Cyrillus.

10. Quòd igitur in Deo ſit proceſsio, à naturæ diuinæ infinitate petendum eſt. Et nonnulla argumenta ſunt quæ perſuadent, & faciunt rem non nihil credibilē;

Probatur ex diuina infinitate.

A non ita tamen vt veritatem ipſam commonſtrent, vt poſteà videre licet, vbi argumenta illorû referuntur, qui hanc veritatem eſſe demonſtrabilem falsò crediderunt. Illud ex S.Thoma accipiendû eſt q.33. art.2. ad 4. quòd perfectio generationis petitur à termino; quo enim magis coniungitur terminus cum principio, perfectior eſt generatio, ſicut & perfectior ſimilitudo: igitur diuina generatio eſt perfectiſsima, in qua principiû, & terminus eſt eadem diuina eſſentia, vt hoc lib. docebimus. Et idem eſt argu- B mentum de proceſsione Spiritus Sācti, quæ licet non ſit generatio, vt poſteà quoque diſputabimus, eſt tamen perfectiſsima proceſsio; quia principium & terminus, eſt eadem eſſentia diuina.

Quòd proceſſio in Deo ſit perfectiſsima. 1. argumentû *ex S. Thom.*
Principium & terminus, eadē diuina eſſentia

11. Diuina autem proceſsio ſemota longiùs imperfectione quapiam cogitanda eſt, vt verbis S. Hilarij vtamur 6. de Trinitate. *Non eſt portio, non eſt defectio, non eſt diminutio, non eſt deriuatio, non eſt protenſio, non eſt paſsio: ſed viuentis naturæ ex viuēte natiuitas eſt, & Deus ex Deo exiens eſt.*

2. argum. *ex S. Hilar.*

12. C Ad hoc tamen pronûciatum, quo decernimus proceſsionem diuinam manere in ipſa ſubſtantia Deitatis, illa quæſtio etiam pertinet, ſint nè perfectiores actiones tranſeuntes immanentibus? Si enim actiones tranſeuntes perfectiores ſunt, non videtur neceſſaria proceſsio realis, quæ maneat in Deo, ſiquidem actiones à Deo egreſſæ ſunt perfectiores. Rem iſtam pertractat Dionyſ. Carthuſ. diſt.29. q. 3. ex Doctorum ſententijs: Alexand. Alenſ. S. Bonauentura, Albert. Magnus, Ægidius, & Sâctus Thomàs anteponunt principium operationis internæ, quæ abſque dubio perfec- D tior eſt, quia eſt forma agentis, vt iam diximus; ergo & operationis principiû perfectius eſt. Contra occurrit Durandus, quoniam etſi actio tranſiens ſit imperfectior, tamen ipſum principium actionis communicat ſuam ſubſtâtiam; agentis autem eſt dare eſſe; ergo illud principium quod dat eſſe ſubſtâtiæ, perfectius eſt. Nihilominùs dicendum eſt perfectionem principij ab operatione eſſe petendam; operatio enim eſt finis operantis; quare perfectior operatio indicat planè perfectius eſſe principium: cum ergo actio immanens ſimplicitèr ſit perfectior tranſeunte, vt omnes confeſ-

Ad tertiû arg. quæſtio pertina
Omnes anteponunt actionem immanētem trāſeunti.
Carthuſ.
Immanentis principiû præferunt
Alenſis.
S.Bonauent.
Albert.Mag.
Ægidius.
S.Thom.
Ratio.
Tranſeuntis principium.
Durand.
Ratio.
Priores ſequēdi.
Fundamentû.
Perfectio principij ab operatione eſt petēda.

Digitized by Google

cõſentiunt, eius quoque principium eſt ſimplicitèr perfectius. Et confirmatur, quia potentia à qua eſt actio immanens perficitur per eandem; quare hoc etiam accidit perfectionis ipſi potentiæ, quòd habeat in ſe ſuum actum.

Confirmatur.

Reſpondetur ad Durãdũ. Inter actiones trãſeũtes quænã perfectior? Nõ inuenitur in angelo. Probatur 1.

Verum eſt quòd actionis tranſeuntis illa perfectior eſt, quæ communicat agẽtis ſubſtantiã, & hoc comprobat argumentum: hæc tamen perfectio non inuenitur in angelo; tum quia angelus in actione tranſeunte eſt agens æquiuocum, quod communicat ſuam ſubſtãtiam per imitationem, ſed non in ſpecie eadem:

Secundò.

tum quia cõmunicatio ſubſtantiæ in actione tranſeunte prouenit ex parte materiæ, qua agens communicat cum re genita; quæ materia imperfecta eſt, & in angelo non eſt:

3. argumentũ proponitur. Principium vndique perfectiſsimum inuenitur in diuina origine.

ergo principium perfectiſsimum inuenitur in diuina origine, quod eſt operationis immanentis, & nihilominùs cũ communicatione ſubſtantiæ coniunctũ, nõ ex parte materiæ, ſed ex parte ſolius formæ, vt poſteà declarabimus.

S. Thom.

Alenſ.

1. interpretatio

Sed adhùc S. Thom. d. 29. q. 1. art. 2. ait prioritate rationis principium operationis externæ eſſe prius, quod Alenſis confirmat, quia ſcilicèt per operationes externas Deitatis, quæ notiores ſunt, ad internarum proceſsionum intelligentiam penetramus:

Secũda potior.

vel etiam, quod magis placet, loquitur Sanctus Thomas de potentia notionali, quæ conſequitur attributa, vt poſteà docebimus. Certum tamen ſit hoc loco proceſsionem diuinam ad immanentes operationes pertinere.

Confirmatio.

13\. Cõfirmatio ex ſacris literis. Primus locus. *Michææ 5. S. Hieron. Euſeb. S. Cyrill. S. Chriſoſt. Theodoret. Rupert. Magiſter.*

HAnc veritatem teſtantur ſacræ literæ Michææ 5. *Et egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis.* Quem locum de diuina proceſsione Chriſti Domini Patres explicant, Sanctus D Hieronymus, & Euſebius libr. ſeptimo de demonſtratione Euangelica capit. ſecundo, Sanctus Cyrillus libr. ſecundo de Trinitate. Sanct. Ioan. Chriſoſt. in illud Pſalm. 44. *Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi.* Theodoretus item, Rupertusque & alij, Magiſter etiam in primo, diſtinctione ſecunda, idem affert teſtimonium.

Cur dicatur pluralitèr egreſſus, ſiue egreſsiones. 1. Explicatio.

Quòd autem pluralitèr dicatur, egreſſus ſiue egreſsiones, aliqui referunt ad hoc, vt ipſa æternitas proceſsionis explicetur numero plurali, eò quòd heri, & hodiè, & iampridèm A eadem proceſsio extat.

Secunda.

Alij verò volunt ſignificari eo numero magnitudinem huius proceſsionis, idque eſſe Hebræorum idiotiſmum.

Tertia *Petr. Galat.*

Petrus Galatinus vtramque proceſsionem Chriſti, ſcilicèt diuinam, & humanam indicari affirmat; qua in re diuinam proceſsionẽ hoc loco teſtatam eſſe non inficiatur.

2\. locus. *Eccleſ. 24.* Explicatur à doctioribus de ſapientia.

Poteſt etiam afferri illud Eccleſ. 24. *Ego ex ore altiſsimi prodiui.* Sed doctiores explicant verba hæc vt Sapientiæ creatæ tribuantur. Si verò de increata, quæ eſt Verbum Dei, & Filius Dei, explicentur; haud dubium eſt diuinam B proceſsionem ſignificari, ſaltem in ſenſu myſtico.

3\. 4 & 5. locus. *Ioan. 8. 15. & 13.*

Clariùs verò dicitur Ioan. octau. *Ego ex Deo proceſsi.* Et Ioan. 15. *Spiritus veritatis, qui à Patre procedit.* Et Ioan. 13. *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit.* hoc eſt, à Deo proceſsit.

Sextus. *Ioan. cap. 16*

Quod apertiùs dicitur capit. decimoſexto. *Pater amat vos, quia vos me amaſtis, & credidiſtis quia à Deo exiui. Exiui à Patre, &c.* confirmat ergo fidem illorum, quòd à Deo eodem- C que Patre ſuo exierit, hoc eſt, genitus proceſſerit.

Septimus. *Pſalm. 109.* Octauus. *Pſalm 2.* Nonus. *Iſaiæ 53.*

Nomine verò generationis eadem proceſsio diuina ſæpiùs repetitur Pſalm. 109. *Ex vtero ante luciferum genui te.* Et Pſalm. ſecundo. *Ego hodie genui te.* Et illud Iſaiæ 53. *generationem eius quis enarrabit?* Quæ verba de generatione diuina Patres interpretantur.

Vndecimus. *Iſaiæ vltimo* Explicãdus de regeneratione hominum.

Afferri ſolent ad hoc argumentum verba Iſaiæ vltimo. *Numquid ego, qui alios parere facio, ipſe nõ pariam?* Sed hæc ſunt de regeneratione hominum explicanda ad literam. Ante enim hæc verba proximus ſermo eſt de incredibili Eccleſiæ fæcunditate, & breui partu, vt innumeros vna filios edat. Deus autem hanc diuinam hominum natiuitatem ſibi tribuens ait. *Numquid ego, qui alios parere facio,* ſcilicèt naturæ editione, *ipſe non pariam?* id eſt, cur filios per gratiæ donum, non mihi gignam? Non ergo eſt ſermo de proceſsione diuina interna, niſi fortè in ſenſu myſtico.

Alia loca, *Ioan. 1. & 3. Hebræor. 11 1. Ioan. 4.*

Crebrò tamen Chriſtus dicitur Vnigenitus Dei, quo nomine ſignificatur etiam genitus Ioan. primo, & tertio. Et Hebræorum 11. & 1. Ioan. 4.

14\. Eòdem ſpectat nomen Filij.

Præter hæc autem, nomen Filij, quod eſt planè diuinum, ſine generatione cõ-

Digitized by Google

ſtare non poteſt; generatur ergo diuina perſona, quæ Filius dicitur, & procedit in Deitate eadem, cum vna ſit Deitas, vt libro ſuperiori oſtendimus. De effuſione autem Spiritus Sancti, quo nomine ſignificatur eius diuina proceſsio, mentionem frequentèr in literis ſacris inuenimus.

Item effuſio Sp. Sancti.

15. De Proceſsione diuina Patres, quos retulimus, fuſiſsimè diſputant; & Catholica fide tenendum eſſe aſſeuerant, quod conceptis verbis de Spiritu Sancto Eccleſia concinit. *Qui ex Patre Filioque procedit.*

Eccleſia.

CAPVT IX.

Hæreſes contrariæ refelluntur.

1. Autotheana hæreſis.

CONtra diuinas proceſsiones prima nouaque hæreſis occurrit, quæ ponit quidèm diuinas perſonas plures; ſed abſque proceſsione vnius ab alia. Hi hæretici Autotheani dicuntur teſte Gilberto Genebrard. lib. 1. de Trinitate, eò quòd Filium Dei dicunt eſſe non Deum de Deo, ſed Deũ à ſe ipſo; Eſt ergo Deus abſque proceſsione. In qua etiam hæreſi Caluinus eſt implicatus: De qua re diſputat Petrus Caniſius in Proœmio operis S. Ioan. Bapt. Et Robertus Blelarminus lib. 2. de Chriſto cap. 19.

Genebrard. In ea Caluinus. *Caniſius.* *Bellarmin.*

2. Ne autem ambiguitas nominis det locum hæreſi, attẽdere neceſſe eſt, quòd Deus ſecundum eſſentiam eſt ens primum, & in hoc ſenſu eſt ens à ſe, quia non ab alio procedit. Veriſsimum igitur eſt, Fideque Catholica retinendum, quòd Filius Dei, qui eſt verus Deus, eſt ens ſecundum eſſentiam primum, & ens à ſe, hoc eſt à ſua eſſentia exiſtens, neque ab alia priori eſſentia pendens, aut eſſe accipiens: neque Pater eſt aliud ens, ſed idem ens, vt libro quarto dicemus. Et in hac ſignificatione nominis, Sanctus Epiphanius hæreſi 69. videtur appellare Filium autotheon, hoc eſt ens à ſe ipſo, ſeu à ſua eſſentia. Eſt autem Filius perſona procedens; in quo ſenſu hæreticum eſt Filium aſſerere autotheon, hoc eſt, à ſua ipſius perſona exiſtentẽ, & non ab ab alia procedentem. Eſt ergo Filius ſecundum eſſentiam autotheos, ſed non ſecundum perſonam.

Filius eſt autotheos, id eſt, à ſe ipſo, ſeu à ſua eſſentia, conceditur, ſed cum hac explicatione.

S. Epiphan.

Eſt autotheos, id eſt, à ſua ipſius perſona, & non ab alia, negatur, vt hæreſis.

3. *Bellarmin.* negat Patrem eſſe autotheon ſecundum perſonam.

Robertus Bellarminus ipſum Patrẽ negat eſſe autotheon ſecundum perſo-
A nam; quia, inquit, nõ procedit à ſe; quaſi ipſum nomen, autotheos, ſignificet aliquid impoſsibile: à ſe enim procedere impoſsibile eſt. Sed Richardus libr. 5. de Trinitate capite tertio, ait Patrem eſſe à ſemetipſo, hoc eſt, non ab alio. Et ita Pater autotheos dici poteſt, cum nulla inſit hæreſis ſuſpicio, quòd Pater dicatur autotheos. De Filio autem non niſi cum explicatione propoſita permittendum id eſt.

Richard. affirmat, & rectè.

4. *Genebrard.* Αυτο in compoſitione ſignificat à ſe, & per ſe.

Obſeruat etiam Gilbert. Genebrard. ad Schegkium fol. 87. αὐτο, in nominum compoſitione Græcana ſignificare
B à ſe, & per ſe; primo modo, vt αὐτο ſignificat à ſe, Filius dicitur verè autotheos ſecundum eſſentiam, hoc eſt, non ens ab alio, cum ſit primum ens; at verò ſecundum perſonam, falsò dicitur autotheos, hoc eſt, perſona non ab alia, cũ ſit à Patre. Secundo modo, vt αὐτο ſignificat per ſe, Filius eſt omninò autotheos, hoc eſt, per ſe & eſſentialiter Deus, more Dialectico loquendi. Verum eſt quòd in hoc ſenſu, ſi præpoſitio, per, indicet cauſam ſiue principium, nõ eſt Filius per ſe Deus, quaſi non per Patrem, à quo habet Deitatem; eſt autem
C per ſe Deus, hoc eſt, neceſſariò & eſſentialitèr Deus, vt ſit modus per ſe prædicandi Dialecticus.

Filius eſt autotheos, hoc eſt, per ſe, & eſſentialiter Deus. vbi, per, nõ indicat principiũ.

5. Hæreſis Autotheana aſſerens Filiũ eſſe ſecũdum perſonam autotheon. Confutatur 1. ex ipſo nomine Filij. Confirmatur confutatio ex ſacris literis.

Quòd autem Filius non ſit perſonâ autotheos, hoc eſt, non procedens, ex ipſo nomine liquet; qui enim dicit Filium non genitum, id quod ait negat: præterquàm quòd literis ſacris aduerſatur diuinam eius natiuitatem teſtantibus; plures enim ingenitos inducit, hoc eſt, plures non procedentes, quod neque inter hæreticos eſt vnquàm auditum; ſolum enim Patrem ingenitũ omnes dicunt.

6. Confutatur 2. ex numero perſonarum ternario.

D Confutatur adhùc ratione, quoniam ſi inter perſonas diuinas non eſſet proceſsio, qua earum numerus continetur, vt dicemus poſtea (oportet enim eſſe tres perſonas, ſiquidẽ ab vna altera gignitur, altera à duabus ſpiratur) nullus certus numerus aſsignari poterit. Neq; enim vlla alia ratio poteſt occurrere, quare ſint tres perſonæ potiùs quàm quatuor, aut plures; & quare his nominibus ſint notatæ.

7. 3. confutatur.

Item arguitur; quoniam niſi ſit proceſsio inter diuinas perſonas, diſtingui nequeunt relationibus, ſed abſolutis

lutis

Digitized by Google

lutis proprietatibus oportet diſtingui; quod Deitatem maximè dedecet, vt lib. quarto dicemus. Nam in relationibus æquiparantiæ, ſeu eiuſdem nominis non poteſt eſſe diſtinctio; ſimile enim, & ſimile non diſtinguunt, ſed adueniunt rebus diſtinctis; neque eæ relationes ſunt in Deo reales, vt lib. tert. dicemus: quare nequeunt diſtinguere perſonas reali diſtinctione. In relationibus autem diſquiparantiæ, ſeu nominis diuerſi eſt exceſſus, vt maior ſit magiſter, quàm diſcipulus, Dominus quàm ſeruus, menſura nobilior quàm menſuratum: ſolæ ergo relationes originis, inter easque ſunt diſquiparantiæ, non indicant exceſſum vt non maior ſit Pater Deus, quàm Filius Deus; cum eandem naturam Pater det Filio.

Relationes æquiparãtiæ nõ diſtinguũt, ſed adueniũt rebus diſtinctis.

Interrelationes diſquiparantiæ ſolæ relationes originis nõ indicant exceſſũ.

8. Sunt ergo aliæ contrariæ hæreſes Sabelliana, & Ariana, quæ in vna hac conſentiunt, vt diuinã proceſsionem vtraque pars tollat. Nam Sabellius qui ait Patrem, & Filium eſſe nomina perſonæ eiuſdem, proceſsionem Filij à Patre euertit, non enim vna, & eadem perſona procedit à ſe ipſa. Arius verò qui Patrẽ, & Filium negat eſſe eiuſdẽ eſſentiæ, proceſsionem internam in ipſa eſſentia ſimilitèr inficiatur, vt obſeruat Sanct. Thom. prim. part. quæſtion. 27. articul. primo, vbi etiam docet tàm Arium, quàm Sabellium ita cogitaſſe diuinam proceſsionem, vt ſit in ea cauſa, & effectus, & ſit proceſsio extra Deum. Nam Arius ponens eſſe perſonas plures cũm diuerſitate eſſentiæ, credidit vnam perſonam eſſe extra aliam, & procedere ab alia, vt effectum à cauſa, quæ ſunt eſſentiã diuerſa. Et hi quidem dicebant non eſſe propriè generationem, ſcilicèt de ſubſtantia Patris. Alij verò neque generationem propriè, neque creationẽ, ſed aliquid miſtum ex his. Quod commemorat Marius Victorin. libr. primo contra Arium *dicentes*, inquit, *neq; generatione Filium, neque faciendo eſſe à ſe, ſed compulſu iſtorum duorum*, id eſt, miſta quadam actione ex duabus. Sabellius verò, qui dixit perſonam eſſe vnam, exiſtimauit perſonam vnam, & eandem prout eſt cauſa rerum, dici Patrem, vt procedit in vnum effectum, creans nos: dici Filium, vt procedit in alium effectum, natus inter nos: dici Spiritum Sanctum, vt procedit in alium

Sabellius proceſsionem diuinam tollit.

Item Arius.

S. Thom.

Vterq; diuinã proceſsionem cogitauit, vt in ea ſit cauſa, & effectus.

Declaratur quoad Arium.

Mari' Vict.

Declaratur quo ad Sabellium.

A effectum, ſanctificans nos: quare vterque ponit proceſsionem cauſæ & effectus, & proceſsionem extra Deitatem; at verò internam proceſsionem, in qua non ſit cauſa neque effectus, non agnouerunt.

9. Argumenta Arij apud Sanctum Athanaſium recitantur in Concilio Florentino ſeſſ. 20. Quædam etiam adijcit Eunomius, quæ refutat Sanctus Cyrillus in ſuo Theſauro. Horum partem capite ſequenti tractabimus; partem diſtribuemus, vt ſuis quæque locis inſerantur. Quòd verò Filium Dei eſſe creaturam voluerit Arius, B habet locum tomo quarto, cum erit hoc de Verbi, & Chriſti Deitate tractandum.

Argumenta Arij apud *S. Athanaſ.* *Conc. Florẽt.*

Argumẽta Eunomij apud *S. Cyril.*

CAPVT X.

Argumenta refelluntur.

1. ARgumenta Arij apud Sanctum Athanaſium plurima leguntur cõtra diuinam proceſsionem, & recitantur in Concilio Florentino ſeſsion. 20. Quædam autem argumenta ſunt ſuis quæſtionibus abſoluenda, ſcilicèt quomodò Pater generet ſemper exiſtẽtem, C quia ſcilicèt generat de ſubſtantia, & non ex nihilo. Item quòd non generet coactus, & tamen naturalitèr generet. Tum etiam quòd non ceſſet eius generatio, quia eſt æterna. Denique quã fieri poteſt, vt communicet Pater naturam, & non Paternitatem, cum vtraque ſit res eadem; quod libro iſto contra Durandum elucidabimus.

Argumẽta Arij quædam alibi tractanda.

2. Nonnulla tamen argumenta Arianorum ſunt, quæ poſſunt hoc loco ſatis aptè expediri ex communibus philoſophiæ principijs: & nos alia pro loco adijciemus.

Quædam hic adiectis alijs.

D 3. Arguitur ergo quòd non poſsit in Deo eſſe proceſsio intima in ipſa eſſentia Deitatis. Si perſona procedens non eſt Deus, non eſt proceſsio in Deo, ſed extra Deũ; ſi verò Deus eſt, eſt ens primum; repugnat autem, quòd id quod eſt primum, procedat ab alio: ergo nulla eſt diuina proceſsio. Et confirmatur, quia ens primum eſt maximè per ſe ens: at verò Sanctus Hilarius lib. 12. de Trinitate teſtatur non per ſe eſſe qui per natiuitatem eſt.

1. argum.

Confirm.

S. Hilar.

Digitized by Google

4. 2. argum. *Ariſtot.* Secunda. Si in Deo eſſet generatio, eſſet mutatio; eſt enim generatio mutationis ſpecies, vt ait Ariſtotel. 5. Phyſicorum, text. 4. Et idem dicẽdum eſt de ſpiratione, qua Spiritus Sanctus procedit; ſunt enim diuinæ proceſsiones quoad hoc ſimiles: ſed in Deo non eſt mutatio; ergo neque proceſsio. A

3. 3. argum. Tertiò. Generatio eſt actus medius inter generantẽ & genitum; ſed in Deo nihil eſt medium, cum omnia ſint vnum; ergo in Deo non eſt generatio.

4. 4 argum. *S. Proſper.* Quartò. In Deo nihil eſt melius, quaſi diuinum aliquid ſit aliud melius, aliud minùs bonũ; quod enim minùs eſt Deo, Deus non eſt, vt ait Sanct. Proſper. Sed melius eſt dare quàm accipere; ergo accipere non eſt quid diuinum; ſed perſona quæ gignitur, aut procedit, accipit naturam ab alio; ergo non eſt diuina perſona; ergo generatio, aut proceſsio in Deo non eſt.

5. 5. argum. Quintò. Is qui accipit capax eſt rei acceptæ; capax autem dicitur id, quod eſt aptum accipere, quod eſt ſubiectum phyſicum, quod habet potentiam paſsiuam, quod habet cauſam efficientem: hæc autem non poſſunt Deo conuenire, cum ſit actus purus. C

6 6. argum. Sextò. Id quod procedit vt ſit, procedit vt exiſtat; ergo accipit exiſtentiam; ergo verè efficitur & habet cauſam efficientem, quod repugnat Deo, vtpotè primo agenti. Cõfirmatur, quia

Confirmat. id quod accipit eſſe ab alio, ſi conſideretur præciſa acceptione, nihil eſt; ergo id quod accipit eſſe ab alio, ſecundum ſe eſt non ens, & à non ente ad ens procedit: quod rectè affirmat Auicena ſeptimo

Auicen. Metaphyſicæ capite ſeptimo docens illud quod ex ſe non eſt ens, de nihilo eſſe.

7. 7 argum. Septimò. Id quod procedit, eſt natura diſtinctum à ſuo principio; ergo in natura eadem non põteſt eſſe proceſsio ſubſtãtialis interna. Et cõfirmatur, quia

Confirmatur. id quodprocedit accipit partem naturæ, quod maximè cernimus in generatione viuentium. D

8. 8. argum. Octauò. In generatione, eſſentia quæ præexiſtit in generãte incipit eſſe in genito; ſed eſſentia diuina non incipit de nouo eſſe in Filio; imò ſemper eſt in ſe ipſa, & non in alio: ergo in eſſentia diuina non poteſt inueniri generatio.

Nonò. In Angelis ideo nõ eſt generatio, quia ſunt perfectiores viuentibus corporeis; ſed Deus eſt perfectiſsimum viuens; ergo in eo non eſt generatio, aut vlla proceſsio naturalis. 9. 9 argum.

Decimò. In Deo intelligimus verè, & propriè intellectionem non diſtinctam ab intellectu, & dilectionem non diſtinctam à voluntate: ergo ſimilitèr poſſumus intelligere Verbum non diſtinctum ab eo, qui verbum dicit, & amorem non diſtinctum ab eo, qui amorem elicit: Verbum ergo & amorẽ falsò ponimus perſonas diſtinctas à Patre; cum probatum ſit hæc omnia in Deo nõ diſtingui. 10. 10. argum. B

Eſt vltimum argumentum apud Sãctum Athanaſium lib. 1. contra Arium. Si in Deo eſt proceſsio, tota natura cõmunis poteſt cõmunicari; ſed paternitas eſt natura communis, cum multi ſint patres; ergo Pater communicat paternitatem; ergo nihil differt à Filio, ſed eſt quoque ipſe Filius Pater. 12. Vltimum argum. Apud *Sanct. Athanaſ.*

Arius verò idem vt refert Sanctus Thomas, prim. part. quæſtion. 42. artic. ſecund. argumento prim. recenſens modos diuerſos proceſsionum creaturarũ, à quibus omnibus modis abhorreret natura diuina, arguendo colligebat non eſſe proceſsionem in Deo. 13. argum. Arij. Apud *S. Th.*

Aduertenda.

AD hujus rei intelligentiam animo recolenda eſt diſtinctio illa ſcitiſſima, actionum alia eſt tranſiens in externum ſubiectum, alia manens in ipſo agente: proceſsio igitur diuina non poteſt eſſe actio tranſiens, quia in Deo non eſt potentia paſsiua, aut ſubiectum in quo actio recipiatur; neque eſt aliquid extraneum à natura agentis cum ſit natura vna, & eadem in tribus perſonis; non ergo diuina proceſsio actio tranſiens eſt, ſed potius ad eas actiones pertinet, quæ manent in agente. 1. 1. aduertendũ. Proceſsio diuina non poteſt eſſe actio tranſiens. Probatur.

At quòd actio maneat in agente ſolùm poteſt accidere in ijs, quæ mouent ſe, qualia ſunt viuentia, quia in ijs actionibus idem eſt agens & paſſum: in viuentibus autem ſolæ actiones potentiæ cognoſcentis, & appetentis manent in ipſis potentijs operantibus, & dicuntur actiones elicitæ; & per illas non immuta- Actio immanens ſolùm eſt in viuentibus. Solũ eſt in potentia cognoſcente, & appetente.

Digitized by Google

immutatur materia prima, neque alteratur, niſi fortè antecedat ſenſum, & appetitum ſenſus aliqua mutatio organi corporei; ſed ipſa ſenſatio, aut appetitus non eſt materiæ mutatio, aut alteratio, quæ requirit partem mouentem diſtinctam à parte mobili, nam in ipſomet ſenſu manet actio ſenſus, & appetitio in potentia appetente. Remota poſt hæc multitudine potentiarũ, quæ naturâ ſenſitiuâ continentur, quia eæ imperfectæ ſunt, & cum materia cõiunctę, ſolùm ſupereſt intellectus, & voluntas, in quibus actiones in Deo immanentes poſſumus meditari, ab iiſque diuinæ proceſsiones neceſſario ſunt petendæ. Ideoque Sanctus Athanaſius in quodam ſermone Concil. Niceni aſſerit Arianos negare Deo vitam, dum proceſſionem Filij, & Spiritus Sancti negant; quia ſcilicèt actiones intellectus, & voluntatis ſecundum quas ſunt iſtæ proceſsiones, ſunt viuentium propriæ, quas illi Deitati detrahebant negãtes proceſsiones diuinas, quæ ſunt ab intellectu, & voluntate diuina.

In Deo ſolùm in intellectu, & volũtate cõſiderari poteſt.

S. Athanaſ.

Ariani negant Deo vitam.

15. 2. aduertendũ.

Deinde aduertendum quòd agens per actiuum principium agit, cui neceſſe eſt reſpondeat paſſiuum principium; vnde cum in Deo nõ ſit quid paſſiuũ, ſed totum ſit actus, non poteſt eſſe propriè agens in ſe; & per conſequentiam impoſsibile eſt, quòd in Deo ſit actio propriè, actio enim eſt agentis. Dicimus ergo intellectionem, & dilectionem diuinam eſſe actiones, id eſt, actus potentiarum iſtarum; & ſecundum hos actus concedimus propriè in Deo proceſsiones Verbi, & amoris: quia proceſsio nomen eſt communius, quàm actio; ſignificat enim in ſua amplitudine ordinem vnius ab alio. Et ideo in Deo eſt propriè proceſsio, ſed non propriè actio, qua in ſe ipſo agat.

In Deo non eſt propriè agens in ſe: proinde nec propriè actio.

Proceſsio in ſua amplitudine ſignificat ordinẽ vnius ab alio.

16. Proceſsio diuina potius dicẽda actus, quàm actio.

Dicerem autẽ proceſsiones diuinas actus potiùs quàm actiones; actus enim nomẽ eſt Deitati maximè quadrãs, in qua nulla eſt paſsiua potentia. Eſt etiam nomen communiſsimum, vt teſtatur Sanctus Ioan. Damaſcenus libr. ſecund. Fidei orthodox. capit. 28. aitque ibidem *Actus etiam eſt naturalis cuiuſque ſubſtantiæ, & virtus, & motus, ſine quo ſolùm eſt non ens.* Proceſsio ergo diuina, quæ eſt diuinus quidam motus, omnis tamen mutationis expers, actus quàm optimè dicitur. At Sanctus Thom. in 1. diſt. 4. quæſt. 2. art. 1. vocat proceſsionem diuinam operationem; id eſt enim diſcrimen inter motum, & operationem, quòd motus eſt imperfecti, operatio autem perfecti, vt ait Ariſtotel. 10. Ethicorum. Accepit autem hoc Sãctus Thom. etiam à Sancto Ioan. Damaſcen. 1. libr. Fidei orthod. capit. 8. vbi ait diuinam generationem non eſſe mutationem, ſed operationem, ſeu etiã opus naturæ; opus enim eo loco pro operatione interpretandum eſt. Vnde etiam colligit Sanctus Thomas generationem diuinam non eſſe aliquid medium inter generationem & genitum, ſicut accidit in rebus creatis; quia generatio diuina non diſtingitur à perſona genita.

1. ratio. Secunda. *Damaſcen.*

1.

A S. Thom. dicitur operatio.

Ariſtotel.

A Damaſc. opus naturæ, id eſt, operatio *S. Thom.*

Generatio diuina nõ eſt aliquid medium, quia nõ diſtinguitur à perſona genita.

17. 3. aduertendũ.

Adhùc verò obſeruandum erit, quòd eſſe illud, ſiue exiſtentia illa, quæ diſtinguitur re ipſa aliqualitèr ab eſſentia, vt dicemus lib. 4. eſt eſſe creatum, quia recipitur in ipſa eſſentia. Vnde neceſſe eſt, quòd res quę accipit eſſe ab eſsentia diſtinctum, ſit actionis phyſicæ, aut creationis ſubiectum, & potentiam paſsiuã habeat. Quo etiam conficitur, vt accipiat naturam diſtinctam à ſuo principio agente; quòd non accipiat totam naturam agentis, ſed partem; & quòd eſſentia diffinita ſit & imperfecta; & ſecũdum ſe exiſtentiam non contineat, ſed ab agente expectet deriuandã. Quòd ſi exiſtentia ſit ipſa rei eſſentia, omnia his oppoſita facilè occurrunt; neque enim poteſt recipi in eſsentia exiſtentia, quæ ab illa nullatenùs diſtinguitur: quare neque eſsentia eſt ſubiectum exiſtẽtiæ; neque fieri poteſt, vt ſit eſſentia diſtincta, quæ eſt ipſum eſſe infinitum omnia continens; neque quod finita, aut imperfecta ſit; aut ab agente exiſtentiam in natura accipiat, cùm ſit ipſa natura ſua propria exiſtentia. Ab hac autem animaduerſione argumẽtorum ſolutiones facilè depromuntur.

Eſſe, ſiue exiſtẽtia quæ diſtinguitur re ipſa aliqualitèr ab eſſentia, eſt eſſe creatum.

Probatur.

Conſectaria quædam.

Contrà, exiſtẽtia quæ eſt omninò ipſa rei eſſentia eſt diuina.

Probatur.

Conſectaria quædam.

Reſponſio.

AD primam reſpondetur concedendo maiorem propoſitionem, quòd perſona procedens diuina proceſſione eſt Deus verus, & ens primum. Conceditur etiam, quòd ens primum non poteſt procedere ab alio; nam ens primum 1.

Ad 1.

Ens primum nõ poteſt procedere ab alio primo ente.

ſignificat eſſentiam diuinam in concreto, quæ non procedit ab alio primo ente; ſicut Deus nõ procedit ab alio Deo. Si verò ſermo ſit de perſona diuina, ea quę eſt ens primum poteſt procedere ab alia perſona quæ eſt ens primum. Diſtinguimus igitur minorē, quòd id quod eſt primũ non procedit ab alio; ſecundũ eſſentiã concedimus, ſecundũ perſonã negamus. Similitèr dixim' cap. ſuperiori quòd perſona procedēs eſt ſecũdũ eſſentiam autotheos, hoc eſt, ens à ſe; cum tamen perſona ipſa, vt perſona, non ſit à ſe, ſed ab alia perſona. Rectè ergo ait Sanctus Anſelm. Monolog. capit. 43. *Nequaquàm repugnat vt Filius per ſe ſubſiſtat, & de Patre habeat eſſe. Sicut enim Pater habet eſſentiã, & ſapientiam, & vitam in ſemetipſo, &c. ita gignendo dat Filio eſſentiam habere, & ſapientiam, & vitam in ſemetipſo.* Et poſt pauca. *Quare non repugnat Filio & ſubſiſtere per ſe, & eſſe de Patre, quia hoc ipſum, ideſt, per ſe ipſum poſſe ſubſiſtere neceſſe eſt Filium de Patre habere.* Accipit Sanct. Anſelm. verbum ſubſiſtendi, pro exiſtendi verbo: ſubſiſtere autem, vel exiſtere per ſe, apud illum, eſt per eſſentiam exiſtere, quod eſt proprium primi entis; & nos explicauimus exiſtere à ſe, hoc eſt, ab ipſa eſſentia: quod Chriſtus Dominus de ſe ipſo obſcuriùs teſtatus eſt, quòd vitam haberet in ſemetipſo, ſicut & Pater, Ioan. 5. *ſicut enim Pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit & Filio habere vitam in ſemetipſo.* Habet ergo vitam in ſe eſſētialem, ſed habet à Patre. Hæc eſt ergo S. Anſelmi ratio; ſicut enim Pater habet vitam in ſemetipſo, hoc eſt, à propria eſſentia, ita eandem eſſentiam Filio communicans dedit ei vitã habere in ſemetipſo; ita vt per ſe, hoc eſt, per eſſentiam exiſtat. Non ergo aliquid repugnat quin Filius & per eſſentiam exiſtat, & hoc ipſum habeat à Patre, vt per eſſentiam exiſtat.

Id quod eſt primum ens procedit ab alio ſecundum perſonam, non ſecundum eſſentiam.

S. Anſelm.

Subſiſtere per ſe, hoc eſt, exiſtere per eſſentiam, ſeu à propria eſſentia Filius habet à Patre.

Ioan. 5.

19. S. Thom. 1. p. q. 27. art. 1. alitèr proponit hoc argumentum conſtituens ordine tertium; repugnat, inquit, primo principio vt procedat ab alio; ergo is qui ab alio procedit non eſt Deus, cum non ſit principium primum. Reſpondet Doctor Sanctus proceſsionem intelligibilem non repugnare primo principio; nam primum principium, quod eſt quaſi artifex rerum, habet res omnes in ſe ipſo præconceptas; quæ conceptio intelligibilis in Deo eſt ipſum Verbũ procedens. Et benè quidèm oſtendit primo principio non repugnare, imò conuenire conceptum intelligibilem rerum faciendarum, quod eſt verbum: Sed quòd verbum poſsit in Deitate ipſa procedere reali proceſsione; non commonſtrat. Quare dicendum eſt de primo principio, vt modò diſſerebamus de ente primo; nam id quod eſt primum principiũ nõ poteſt procedere ab alio primo principio, cum ſit vnum principium primum rerum omnium, ſcilicèt Deitas: ſed perſona, quę eſt primũ principium, poteſt procedere ab alia perſona in eadem eſſentia, ita vt duæ perſonæ ſint vna eſſentia, & ſint vnum principium, ſicut ſunt vnus Deus. Ad confirmationem reſpondetur eum, qui per natiuitatem eſt, non eſſe per ſe, id eſt, per ſuam perſonam, ſicut non à ſe, id eſt, non à ſua perſona: eſt tamen per ſe, id eſt, per ſuam eſſentiam, & hoc eſt primum ens.

S. Thom.

1. argumentũ aliter proponit

Reſpondet.

Proceſsio intelligibilis nõ repugnat, imò cõuenit primo principio.

Reſponſio autoris, vt ſuprà de primo ente

Ad confirm.

Ad ſecundum reſpondetur negando antecedens, quòd generatio diuina ſit mutatio; nam generatio diuina non conuenit in genere cum generatione creata, quia hæc eſt mutatio, illa verò mutatio non eſt, ſed ſine motu emanatio; ſicut ſcientia diuina non conuenit in genere cum ſcientia creata, quia ſcientia creata eſt qualitas & habitus, ſcientia autem diuina eſt ipſa ſubſtantia: generatio autem, vt commune analogum ad diuinam, & creatam generationem, non includit actu in ſuo conceptu mutationem. 20.

Ad 2.

Generatio diuina non conuenit in genere cũ creata, ſed in analogo.

Ad tertium reſpondetur ſimilitèr negando antecedens, quòd generatio diuina ſit res media inter generantem, & genitum; nam etſi ordine cognitionis ſit actus medius inter perſonam à qua alia procedit, & perſonam quæ procedit, vt poſteà dicemus; tamen re ipſa non eſt actus medius quaſi res media; quia in Deo nihil eſt prius, aut poſterius, & omnia ſunt vnum eſſe diuinum. Eſt etiam aliud diſcrimen, quia in rebus creatis generatio quę eſt actio, & quæ eſt paſsio, eadem mutatio eſt, & exiſtit in ſubiecto generationis, eſtque extra agens. At verò in Deo generatio, quæ eſt actio, ſeu actiuè ſignificata manet in generante, & eſt 21.

Ad 3.

In Deo nil medium in re ipſa vt nec prius, aut poſterius.

Deindè in Deo generatio actiuè ſig-

Digitized by Google

nificata eſt Pater, paſsiuè eſt Filius.

eſt ipſa perſona Patris; generatio verò paſsiuè ſignificata, ſeu natiuitas non trãſit in perſonam genitam, ſed eſt ipſa perſona genita: quarè re ipſa nihil eſt medium inter vtramque perſonam, rationis autem ordine medium eſſe nihil prohibet, vt diximus. Et conſentanea dicẽda ſunt de proceſsione Spiritus Sancti.

A

22. Ad 4. Reſpond.1.

Ad quartum reſpondetur concedendo maiorem propoſitionẽ, quòd in Deo nihil eſt melius, aut maius; diſtinguimus verò minorẽ, quòd melius ſit dare quàm accipere: melius enim eſt dare quàm accipere, cum is qui dat bona communicat agendo in aliud; nam communicare ſe, agendo, eſt bonum excellentis; agens enim nobilius eſt quàm paſſum. Prætereà ſi id ipſum quod habet quis, det alteri, eo ipſo bono quod dat non erit melior is qui dat, quàm is qui accipit: repugnantia enim eſt in verbis, quod idem bonum alter accipiat, & eodem bono alter ſit melior. Melius enim eſt, quod eſt altero bono melius; eodẽ ergo bono melior quis altero eſſe nequit. Et ita Pater dans & Filius accipiens æquè boni ſunt, & infinitè boni, quia filius accipit idem bonũ, quo Pater bonus eſt. Vndè S. Hilarius lib.9. de Trinit. ait minorem filium non eſſe, cui idem eſſe donatur. Si autẽ illud Theorema ad mores referatur, ex propria ratione melius eſt dare, quàm accipere; dare enim eſt magnifici & liberalis, accipere autẽ non eſt ex natura ſua opus ſtudioſum, ſed quod poſsit eſſe decorum & indecorum, turpe, aut honeſtum. Hoc autem dare eſt liberum, & non naturale, de quo modò non agimus, ſed de ijs quæ per naturã dantur aut accipiuntur; quia generatio diuina non eſt libera, vt hoc libr. dicemus.

Melius eſt dare agẽdo, quã accipere patiẽdo.

Reſpond.2.

B

Melius eſt qđ eſt altero bono melius.

S. Hilar.

Quoad mores dare liberum ex propria ratione melius eſt quàm accipere. Probatur.

C

23. Ad 5.

Ad quintum reſpondetur concedendo antecedens in rebus creatis, in quibus, quia eſſe diſtinguitur ab eſſentia, is qui accipit capax eſt rei acceptæ, & eſt ſubiectum habens potentiam paſsiuam. Perſona verò diuina, quæ nõ accipit eſſe in eſſentia, ſed accipit eſſe ſubſiſtẽs, quod eſt ipſa eſſentia; propriè non eſt capax, ſeu apta accipere, vt capacitas, & aptitudo receptaculum quoddã ſignificant: neque ſuſcipit, aut recipit, aut excipit, ſed ſimpliciter accipit, hoc eſt ab alio habet ipſum eſſe ſubſiſtens. De qua re ſolertiùs diſputabimus ad finẽ huius libri.

Perſona diuina accipit eſſe ſubſiſtẽs, hoc eſt, ipſam eſſentiam: non verò eſſe in eſſentia, vt in ſubiecto, nec ad hoc eſt capax.

Nec ſuſcipit, aut recipit, aut excipit.

D

24. Ad 6.

Ad ſextum reſpondetur concedendo antecedens cum S. Thom. q. 10. de Potentia art.1. ad 16. quòd perſona diuina ad hoc procedit vt ſit, quod idem affirmat Marius Vict. libr. 1. contra Arium; quod tamen aſſertum explicandum eſt; ſi enim ſignificetur finalis cauſalitas, falſum eſt; nam operationes diuinæ non ſunt propter finem, ſed ipſe Deus eſt finis aliarum operationum. Deindè ſi ſenſus ſit quòd perſona procedit accipiendo naturam ad hoc, vt exiſtat, quaſi ſecundum naturæ proceſsionem tranſeat ad exiſtentiam, vt ad terminum vltimũ, quod in rebus creatis accidit, falſũ etiã hoc eſt: nam vt modò obſeruabimus, perſona diuina per hoc ipſum, quòd ſecundum naturam procedit, exiſtit, cum exiſtentia in Deo ſit ipſa natura, & non complemẽtum naturæ adiectum, vt terminus vltimus. Si verò ſit ſenſus quòd exiſtentia ſicut & eſſentia eſt terminus diuinæ proceſsionis, hoc verum eſt; & in hoc ſenſu verum eſt, quòd perſona diuina procedit vt exiſtat, quia perſona diuina ad hoc procedit vt exiſtat, ſicut ad hoc procedit, vt ſit Deus. In quo etiam ſenſu verum eſt quod accipit exiſtentiã, non quòd illam accipiat in eſsẽtia quaſi in ſubiecto, ſed accipit exiſtentiam ſubſiſtentem, quæ eſt ipſa eſſentia. Quibus datis nullo pacto cõficitur, quòd habeat cauſam efficientem; cauſa enim efficiens operatur in ſubiectum, in quo exiſtentia ab eſſentia diſtinguitur, & in illa recipitur. Ad confirmationem reſpondetur, quòd res creatæ, præciſa acceptione ita vt re ipſa nihil accipiant, nihil ſunt; accidit eis tamen accipere quando producuntur: ſed quia id quod accidit, non cõtinetur in conceptu rei; res ipſæ creatæ præciſa acceptione non ſunt purum nihil, hoc eſt, non apprehenduntur omninò vt nihil, ſed vt res poſsibiles, quibus poteſt accidere vt accipiant, & vt exiſtant. Perſona verò diuina, quæ procedit ab alia, ex propria intimaq; notione eſt accipiens, & procedens, quia in conceptu perſonæ diuinæ perfectò continetur diuina proceſsio, vt poſteà dicemus: quare neque re ipſa, neque ratione poteſt ab ea ſeparari acceptio, ſicut neque proceſsio. Sicut enim Petreitas non poteſt ſeparari cogitatione à Petro; ita neque natiuitas à perſona, quæ dicitur Filius Dei, ita vt intelligatur hæc perſona eadem,

Explicatur hoc aſſertum. *S. Thom.* *Mar. Vict.*

Perſona diuina ad hoc procedit, vt ſit, ſeu exiſtat.

1. ſenſus falſus de cauſalitate finali.

2. ſenſus falſus de tranſitu ad exiſtentiã recipiendam, vt in creatis.

3 ſenſus verus de proceſsione ad exiſtentiam ſubſiſtẽtem, id eſt, ad eſſentiã, vt ad terminum.

Ad confirm. Res creatæ, præciſa acceptione in re ipſa nihil ſunt, ſed non purũ nihil, hoc eſt, non omninò apprehenduntur vt nihil, ſed vt res poſſibiles.

In conceptu perſonæ diuinæ perfectò cõtinetur diuina proceſsio, & acceptio, nec poteſt ab eo præſcindi re, aut ratione.

Digitized by Google

eadem, & non accipiens naturam à Patre. Cum ergo ais, id quod accipit eſſe ab alio, ſi conſideretur præciſa acceptione, eſt non ens; concedo aſſumptum: ſed Filius Dei non poteſt conſiderari præciſa acceptione per negationem, vt intelligatur perſona Filij, & quòd non accipiat eſſe; cum iſta acceptio pertineat ad intelligentiam, & propriam rationem Filij Dei; & idcircò negatur conſequentia, cum colligitur, hæc perſona ſecundũ ſe, vel ex proprijs eſt non ens: firmiſsimè (inquam) hoc negamus; nam hęc perſona ex proprijs eſt accipiens eſse, & habens eſse ab alio; non poteſt ergo cogitari quòd ſit non ens, cum ex intima notione huius perſonæ cogitetur vt habẽs eſse ab alia perſona.

Perſona diuina procedens non poteſt cogitari non accipiens eſſe, & conſequenter non ens.

25. Inſtantia.

Quòd ſi inſtes. In rebus creatis de intrinſeca ratione geniti eſt, vt accipiat eſſe ab alio, nam genitum eſt, quod ab alio accipit eſſe; & tamen ipſum eſſe genitum eſt ens creatum, hoc ipſo quòd accipit eſſe ab alio. Reſpondendum eſt cauillationem fieri in amphibologia; vt ſi arguas, de intrinſeca ratione exiſtentis eſt vt exiſtat, etiam in rebus creatis; ergo eſſe exiſtens non eſt quid creatum. Hæc enim omnia exiſtens, genitum, ſiue accipiens eſſe, in rebus creatis intelliguntur quidẽm ſuis proprijs conceptibus, à quibus non poſſunt ſeparari, vt exiſtens non ſit exiſtens, aut genitũ non ſit genitum; & in hoc ſenſu procedit argumentum. Sed hæ ipſæ rationes conceptæ, ſi comparentur cum rebus quibus conueniunt, accidũnt illis: nam Petro accidit eſſe genitum. Perſonæ autem diuinæ non accidit eſſe genitum, & Filium: ſed proprio ſuo conceptu eſt Filius, & genitus.

Reſponſ. Detegitur cauillatio in amphibologia.

Etiam in rebus creatis de intrinſeca ratione exiſtentis, eſt exiſtẽtia, geniti, eſſe genitum, & accipientis eſſe, acceptio. Tamen accidunt Petro. Non verò perſonæ diuinæ.

26. Ad 7.

Ad ſeptimum reſpondetur concedendo antecedens in rebus creatis, in ijs enim, in quibus eſſe eſt diſtinctum ab eſſentia, oportet vt id quod procedit diſtinguatur naturâ & eſſentiâ à ſuo principio, vt diximus: non autẽ in Deo, vbi eſſe & eſſentia idem ſunt. Ad confirmationẽ reſpondetur, quòd in generatione rerũ creatarum, quia generans & genitum naturâ, ſeu eſſentiâ diſtinguuntur; oportet vt neutrius ſit tota natura ſpeciei, ſecundum quod naturã ſpeciei conceptu mẽtis apprehendimus. In generatione verò viuentium, pars etiam materiæ deciditur à generante in ſemine, & non tota

Ad confirm. In generatione creata tota eſſentia ſpeciei non communicatur.

Imò nec tota materia.

A materia. At verò in Deo vna & eadem eſſentia generantis communicatur genito, eademque ſimpliciſsima non habens partes: quare tota eſſentia cõmunicatur, quod ad finem huius libri fuſiùs tractabimus ex Patrum ſententia.

In diuina generatione tota eſſentia communicatur.

27. Ad 8.

Ad octauum reſpondetur, in generatione diuina nihil eſſe nouũ, aut inchoatum, quia eſt æterna, vt poſteà docebimus: quare abſtinendum eſt à verbo incipiendi, & præexiſtendi; quia neque eſſentia præexiſtit in Patre, neque incipit eſſe in Filio. Alia eſt difficultas quæ argumento tangitur; B quòd ſcilicèt in generatione, natura, quæ eſt in Patre, communicetur Filio, ita vt ſit in Filio; Deitas verò videtur non eſſe in Patre, aut in Filio, ſiquidẽm in ſe ipſa eſt, & ſubſiſtit. Ita opinatur Robertus Bellarmin. lib. 2. de Chriſto cap. 15. Ad 1. Sed hoc eſt falſũ, tum quia nihil propriè eſt in ſe ipſo, licèt ſubſiſtat: tum maximè, quia Deitas etſi ſubſiſtat per ſe, tamen eſt forma perſonarum, & eſt in perſonis, vt lib. 4. docebimus. Et hoc eſt ſatis perſpicuum; Pater enim in Deitate eſt Deus, & eſt Deitas in Patre, ſicut eſt in Patre conſilium, C & fortitudo. Et ita refutatur facilè argumentum, negando quòd Deitas ſit in ſe propriè loquendo, ſed eſt potiùs in Patre, & per originem in Filio. Prætereà ſolutio argumenti adhibita à Bellarmino nulla eſt, vtpotè quæ falſis adnititur; ait enim vnam & eandem eſſentiam, quę in ſe ipſa eſt, & non in alio, per hoc communicari, quia eadem quæ eſt in ſe vno modo, eſt iterùm in ſe nouo modo, ſcilicèt incommunicabilitèr, adhibita filiatione. Videtur enim conſtituere vnum ſubſiſtens, ſcilicèt eſſentiam, quod ſubſiſtat incommunicabile, additis relationũ proprietatibus; quod lib. 4. oſtendemus D falſum eſſe: neque enim eſt vnum ſubſiſtens incommunicabile, ſcilicèt eſsentia in ſe ſubſiſtens, vt quidam crediderunt; ſed tria ſubſiſtentia incommunicabilia, ſcilicèt tres perſonæ, quod eſt demonſtratione clariſsimum, & dogma fidei indubium? Forſitan Bellarm. ſenſit eſſentiam diuinam eſse ſemper in ſe, & nunquam in alio, hoc eſt, non pendentem ab alio: & cum communicatur, incipere eã eſse in ſe nouo modo (hæc enim ſũt eius verba) quia etiam communicata non pendet ab aliquo, ſed ſemper ſubſiſtit. Et libet ſanè virũ in dogmatis tractandis

Eſſentia non præexiſtit in Patre, nec incipit eſſe in Filio.

Difficultas in argumẽto tacta.

Contra Bellarm.

Deitas non eſt in ſe propriè, ſed in perſonis.

Probatur primum.

Probatur ſecũdum.

Soluitur octauum argum.

Bellarmini ſolutio reijcitur.

Non eſt ſubſiſtẽs quod ſubſiſtat incommunicabile additis relationum proprietatibus, ſed tria eſſe ſubſiſtentia incommunicabilia dogma eſt fidei.

Bellarmin. beneuolè explicatur.

Digitized by Google

28\. Ad 9. In angelis nõ datur generatio materialis, ob eorum perfectionem. Nõ ſubſtitialis extra materiam, ob limitationem.

dis eruditiſsimum beneuolè explicare.

Ad nonum reſpondetur, quòd generatio quæ eſt in materia, eſt mutatio, & imperfecta; & ideò hoc ad angelorum excellentiam pertinet, quòd in eis non ſit generatio materialis. Quòd verò in eis non ſit generatio extra materiam, à diuina excellentia deficiunt; quia hæc generatio, quæ eſt formæ ſubſiſtentis, in ſola infinita eſsentia inuenitur, vt ſit generatio extra omne ſubiectũ, & ab omni paſsiua potentia ſeiuncta, qua communicetur forma ſubſiſtens nõ in ſubiecto exiſtens. Negamus igitur propoſitionẽ, idcircò in angelis non eſſe generationẽ, quia ſunt nobis perfectiores; hæc enim eſt cauſa, vt non ſit in eis generatio materialis: ſed vt non ſit in eis generatio ſubſtantialis extra materiam, cauſa eſt imperfectio naturæ illorum creatæ.

29\. Ad 10.

Ad decimum reſpondetur concedendo antecedeñs, quòd in Deo eſſentialia non ſunt diſtincta; negamus verò conſequẽtiam de Verbo, & Amore producto, quæ ſunt diuinæ perſonæ. In Deo autem non eſt neceſſarium verbum, aut amor vt eſt dilectionis terminus, ad hoc vt Deus intelligat, & diligat: & idcircò non ſunt eſſentialia, ſed perſonalia, vt dicemus. Nam quæ ſunt eſſentiæ neceſſaria, omnia ſunt eſſentialia; verbum autem & amor procedens per dilectionem ſunt perſonarum nomina, non eſſentiæ. Sunt autẽ hæc neceſſaria propter proceſsiones diuinas, ideòque etiam eſt neceſſe, vt ſint res diſtinctæ, Verbum & Amor procedens, & Pater à quo vtraque perſona procedit: ſine diſtinctione enim nõ eſt proceſsio, quod inferiùs eſt nobis luculentiùs explicandum.

Quæ ſunt eſſentiæ neceſſaria, omnia ſũt eſſentialia.

Verbum, & Amor ſunt neceſſaria propter proceſsiones, & ideò diſtincta.

30\. Ad argument. Arij. Paternitas eſt proprietas perſonalis, ideóq; incommunicabilis. Arius abiectè ſentiẽs de Deo vt de creatura.

Argumentum Arij apud S. Athanaſ. lib. 3. & 4. expendendum erit, vbi oſtendemus paternitatem in Deo non eſſe eſſentiam, aut naturam, ſed proprietatẽ; & idcircò non poſſe cõmunicari aimus, ſicut proprietas perſonalis Petri eſt incommunicabilis. Nihil verò indignius Deo potuit dicere Arius, quàm vt negaret diuinam proceſsionem, quia ſimilem non inueniebat in rebus creatis; quaſi neceſſe ſit rerum diuinarum exemplum habere in humanis. Cui rei benè conueniunt verba Sancti Hilarij libro 12. de Trinitate. *Quid caducis, & terrenis, & anguſtis diuina, & infinita concludis?*

S. Hilar.

CAPVT XI.

Proceſsionis diuinæ notionem ſola fide conſequimur.

Probatum ſatis eſt, & confirmatum lib. 1. myſterium Trinitatis rationẽ naturalem non capere; eademque eſt ratio de diuina proceſsione, in qua à nobis obſeruantur ingentes difficultates; ab ijſque vix nos expediuimus cap. præcedente, dum argumenta oppoſita confutauimus; & maiores occurrent toto hoc libro. Illud verò præcipuè maximèque ſuperat hominis intelligentiam, quòd in hac proceſsione, ſola ſit diſtinctio perſonarum; natura verò communicata ſit eadem: cuius doctrinæ ſublimitatem ſatis lib. 1. commendauimus. 1.

Poſitio maximè ſupra nos; quòd ſint plures perſonæ eiuſdem diuinæ eſſentiæ.

Sed adhùc ſunt nonnulli Theologorum, qui etſi (vt æquum eſt) eos arguant, quia aſſeruerunt proceſsionem diuinam poſſe deprehendi naturali cognitione: aiunt tamen dato aliquo principio, aut hypotheſi, ſcilicèt quòd ſint plures perſonæ eiuſdẽ diuinæ eſſentiæ, poſſe exindè oſtendi perſonas eſſe plures, non ob aliam rationẽ, niſi propter diuinas proceſsionẽs. Sed profectò etiam hac data poſitione quòd ſint plureš diuinæ perſonæ, nihil ratio naturalis poſset ſuſpicari de proceſsione, ſed ſola admiratione, & ſtupore teneremur nihil indè coniectantes. Imò etſi poneremus diuinam naturam eſse internæ proceſsionis principium, vt Verbi proceſsionem ſuſpicaremur; eam tamen eſse veram generationem, ita vt Verbum eſset Filius verè genitus, nequaquam crederemus; niſi & hoc Deus nobis aperiret, credendumq; proponeret. 2.

Hac data, quidam à unt poſſe nos exindè ſuſpicari eſſe proceſsiones diuinas. Reijciuntur.

Etſi Verbi proceſsionem ſuſpicaremur, eã tamen eſſe veram generationem non crederemus, niſi & hoc Deus reuelaret.

At verò de proceſsione Spiritus Sancti, quæ ſuſpicio potuit nobis inijci à natura? Cum ipſa amoris dimanatio, vt per dilectionem noſtram amor procedat, apud paucos fidem habeat. De qua re hoc libr. diſseremus. Cum ergo proceſſionem amoris in rebus creatis non valeamus demonſtrare, ex iſta proceſsione amoris, quæ in nobis incerta eſt, nihil certum poſsumus de proceſsione Spiritus Sancti per demonſtrationem deducere. Deindè quomodò hæc proceſsio Spiritus Sancti diſtinguatur à generatione Filij, etiam poſitis omnibus principijs theologicis, vix poſsumus dignoſcere 3.

Proceſsionis Spiritus Sancti demonſtratio, imò ſuſpicio naturalitèr im poſsibilis. Probatur. 1.

Probatur. 2.

Digitized by Google

cere cum veriſimilitudine; ne dicam poſse nos vtriuſque proceſsionis diſcrimen euidentèr oſtendere ex ſolis principijs naturæ notis. Dicendum igitur eſt cum S. Thoma 1. p. q. 32. artic. 1. ad 2. proceſsiones diuinas eſse poſitiones quaſdã Theologas in hac materia tales, vt cum ratione naturali non pugnent apertè; ſicùt Aſtrologi in conſtitutione motus planetarum, quem docent, ſoluũt oppoſita argumenta, ſed non poſsunt demonſtrare eum eſse aſtrorum motũ.

S. Thom. Proceſsiones diuinæ ſũt poſitiones Theologæ tales vt cum ratione naturali non pugnẽt apertè. Exemplum poſitionũ aſtrologarum.

4. Certum ſit igitur diuinam proceſsionem non accipi, aut deprehendi ratione naturali; cum neque in ſuſpicionem poſsit venire, niſi Deus nobis hanc veritatem aperuiſſet per fidem. Qua propoſita non ſolùm argumenta quæ obijciuntur, refellere, ſed congruas etiam rationes poſſumus adducere, non vt illis veritatem euidentèr cõmoſtremus, ſed quibus fidem noſtram aliqua ex parte firmemus: quod agit Richard. de Sanct. Victor. lib. 3. de Trinitat. cap. 4. elegantiſsimè. Similia dicit S. Auguſtin. lib. 3. contra Maximinum capit. 7. quòd ſi Deus non potuit generare Deum, eſt infirmus; ſi potuit & noluit, eſt inuidus. Et S. Athanaſ. libr. 2. contra Arium, ex eo quòd fæcunditas eſt perfectio naturæ, & perfectio eſt animantis generare, diuinã generationem indicat. Et S. Greg. Nazianz. oratione ad Heroem, aſſirmat Deitatem anguſtam, & inualidam, ſi deſit generatio. Hæc enim omnia veriſsima ſunt; ſed ea ſunt, quæ natura duce attingere non valemus niſi à Deo moniti & edocti: quare ſicut Trinitatis beatiſſimæ non eſt expreſſa imago, ſed obſcura in rebus creatis; ita neque diuinæ proceſsionis par exemplum.

Propoſita fide cõgruæ ſuppetunt rationes, quibus eã firmemus. *Richar.* *S. Aug.* *S. Athanaſ.* *Nazianz.* In creatis, ſicut Trinitatis non eſt expreſſa imago, ita neq; diuinę proceſſionis par exemplum.

5. Confirmatio huius veritatis à libr. 1. petenda eſt, vbi ex Patribus multa adduximus teſtantibus eſſe diuinam generationem, & proceſsionem incomprehenſibilem; quod idem hoc libro per occaſionem datam confirmabitur, illis verbis elucidandis. *Generationem eius quis enarrabit?*

Confirmatio à lib. 1. petẽda.

CAPVT XII.

Argumenta refelluntur.

1. 1. argum. QVòd diuina generatio, ſiue proceſsio poſsit ratione noſtra deprehendi arguitur primò, quoniam naturali cognitione ſcimus nihil deeſſe Deo perfectionis; ſed perfectum eſt quod poteſt facere alterum quale ipſum eſt; teſte Ariſtotel. 4. Metaph. text. 16. ergo hæc perfectio non eſt Deo negãda; Deus autem non poteſt Deum efficere, ſed tamen procedere Deus à Deo poteſt; ergo proceſsio Diuina naturali ratione apprehenditur tanquam Dei perfectio maxima; quod teſtatur Sãct. Cyrillus lib. 1. Theſauri. *Pulcherrima enim atq; præſtantiſsima res eſt naturalis actio, ſiue operatio.* Et confirmatur verbis S. Auguſtin. lib. 3. contra Maxim. vbi ait futurũ fuiſſe, aut infirmitatis Dei ſi nõ potuit generare; aut inuidiæ, ſi id quod potuit non voluit. Quo argumento conuictus Richardus libr. 3. de Trinitat. cap. 7. ne aut infirmitatem, aut crimen ineſſe Deo confiteretur inuidiæ, credidit planè commonſtrari diuinam generationem.

Ariſtotel. *S. Cyrillus.* Confirmatur argumento *S. Auguſt.* *Richard.* hoc argumẽto conuictus credidit planè cõmonſtrari diuinam generationem.

2. 2. argum. Secundò, omnipotentia Dei eſt nobis naturalitèr nota; ſed in ipſa continetur potentia generatiua, qua Filius procedit à Patre; ergo hæc proceſsio eſt demonſtrabilis naturalitèr, & à priori. Et idem argumentum eſt de proceſsione Spiritus Sancti. Et confirmatur, quia noſtra generatio eſt quædam participatio diuinæ generationis, ſicut noſtra ſapientia diuinæ ſapientiæ; ergo ſicut ex iſta participatione ſapientię indagamus ſapientiam diuinam; ita ex generatione generationem.

Confirmatur.

3. 3. argum. Tertiò, bonũ eſt diffuſiuum ſui, & infinitum bonum infinito modo, quod etiam ratio naturalis oſtendit; ſed nullus eſt modus alius infinitus, quo bonum infinitum ſe diffundat, & ſe communicet, niſi in diuina proceſsione; nam omnis alia proceſsio ad creaturas eſt finita; ergo naturalitèr notum eſt Deum intra ſe communicare ſe ipſum per diuinas proceſsiones.

4. 4. argum. Quartò, ad perfectionem quãuis ſi addatur neceſsitas, perfectior erit ipſa perfectio; perfectior enim ſapiens eſt, qui neceſsitate naturæ ſapiens eſt, vt angeli: ſed communicare ſe eſt perfectio; ergo communicare ſe neceſſariò, eſt quid lõgè perfectius: Sed Deus per ſolas proceſsiones diuinas communicat ſe neceſſitate naturæ; ergo hæc perfectio eſt naturalitèr nota. Confirmatur quoniam proceſsio naturalis eſt ipſius naturæ pro-

Confirmatur.

prijſsima

prijſsima; ſed omnis proceſsio Dei ad A creaturas eſt ſolùm libera; ergo non eſt Deo neganda naturalis proceſsio in ipſo Deo manens.

10.
5. argum.

Quintò, intellectus ex natura ſua producit verbum, & productio Verbi non includit aliquam imperfectionem, vt in Deo negetur; ergo in ipſo Deo eſt Verbi diuini proceſsio per intellectionem, & per dilectionem proceſsio amoris.

11.
Vltimum argum.

Sextò, & vltimò arguitur, Diuina proceſsio habet exemplum aſsimile in rebus creatis; & præter ea, quæ attulimus lib. 1. cap. de imagine, vſitatum eſt apud Patres exemplar illud, quo vtitur Abbas Panormitanus capit. *Damnamus.* Quòd ſicut fax totam ſuam lucem tráſfert in aliam facem, & totam retinet; ita & Pater totam naturam diuinam Filio generando dedit, & totam retinuit. Et Concilium Epheſin. vtitur pluribus ſimul exemplis, *Coexiſtere ſemper æternũ Patri Filium, ſplendor tibi demonſtret; Impaſsibilitatem natiuitatis, oſtendat Verbum; conſubſtantialitatem, Filij nomen inſinuet.* Sed res ea quæ habet exemplum, poteſt per illud percipi; ſimilitudo enim eſt cauſa intelligendi; ergo diuina proceſsio ratione naturali inueſtigari poteſt.

Panormit. exemplum de face.

Conc. Epheſini exempla.

Similitudo eſt cauſa intelligẽdi.

Reſponſio.

12.
Ad primum.

AD refellenda argumenta hæc, non eſt opus vlla aduertenda præcurrere. Ad primum ergo reſpõdetur, quòd virtus agentis eſt quædam potentia, quę reſpicit poſsibile; vbi ergo inuenitur, & deficit potentia, imperfectum eſt quod potentia caret; ſicut puer ex imperfectione non habet virtutem generandi, quam adultus conſequitur: quòd autem ſol non poſsit generare alium ſolem, nõ eſt imperfectio ſolis; quia ſol nõ eſt generabilis. Igitur adhoc vt ratione naturali oſtendamus imperfectionem Dei eſſe quòd non generet, priùs oſtendendum eſt hoc eſſe poſsibile, vt Deus generet: nam ſi poſsibile eſſet, defectus eſſet potentiæ, quòd non generaret; ſicut ſi alia Deitas eſſet poſsibilis, ſi Deus hic nequiret Deum alium cõdere, eſſet virtute diminutus: pertinet autem ad potentiam Dei, vt quicquid poſsibile eſt, poſſit. Explicatur ergo theorema Ariſtotelis, Perfectum eſt quod poteſt facere alterũ quale ipſum eſt, ſi id facere ſit poſſibile. Ad confirmationem reſpondetur infirmitatem futuram fuiſſe in Deo, ſi nõ poſſet generare; ſed hoc nos non nouimus niſi poſtquam credimus poſſe illum generare: quod ſine fide noſſe fuerat impoſsibile. Concedo igitur antecedens aſſertum à Patribus, quòd Deus eſſet impotens ſi generare non poſſet, quia generare poſsibile eſt Deo; ſed quòd ſit poſsibile, non conſtat ratione naturali; & ita neque potentia, neque perfectio generandi comprehenditur; aut defectus potentiæ, ſi non generaſſet.

Quòd angelus non poſsit generare aliũ angelum, non eſt imperfectio angeli.

Ad Ariſtot. Perfectum eſt quod poteſt facere alterũ quale ipſũ eſt, explicatur, ſi id facere ſit illi poſſibile.

Ad confirmat. Quòd generare ſit Deo poſſibile, non conſtat ratione naturali.

13.
Ad 2. argum. Reſp. ord. Non nouimus naturalitèr poſſibilia ſuper naturalia.

B Ad ſecundum reſpondetur concedendo maiorem propoſitionem, quòd naturalitèr nouimus omnipotentiam Deo ineſſe; ſed poſsibilia non nouimus, quæ ſunt ſupra naturam; & longè ampliùs ignoramus poſsibiles eſſe diuinas proceſſiones. Eſt autem futilis conſequentia, nouimus in Deo eſſe omnipotentiam; ergo nouimus cuncta, quæ in omnipotentia continentur; hoc enim non eſt vtcunque noſſe, ſed cõprehendere omnipotentiam: prætorquàm quòd negamus potentiam generandi in Patre, cõtineri in diuina omnipotentia, vt poſteà C docebimus. Ad confirmationẽ ſunt qui negant antecedens, ſcilicèt generationem creatam eſse exemplatam à diuina; quia, inquiunt, exemplar vt ſic, eſt quid perfectũ quod eſt cauſa exẽplati: generatio verò diuina vt ſic, nõ eſt perfectio (ita enim ſẽtiũt) & idcircò nõ eſt exemplar. Quare negãt aſsũptũ, ſcilicèt quòd noſtra generatio ſit quædã participatio diuinę generationis. De qua re diſputabimus tom. 2. quæſtione de Ideis. Dicẽdum tamen eſt noſtram generationem eſſe exemplatam à diuina, quæ formalitèr perfectiſsima eſt, vt libr. 3. docebimus: non tamen conſequitur, vt per il- D lam cognoſcamus diuinam; quia in noſtra generatione ſunt multæ imperfectiones, quas Deo nõ poſſumus attribuere; neque nouimus, niſi duce fide, cogitare generationem reiectis imperfectionibus, vt ſcilicèt ſit in natura eadem, ſine cauſalitate, &c.

Reſpõdetur 2. Non ſequitur poſsibilia cognoſci cognita omnipotentia.

Reſpond. 3.

Ad confirm. Reſpõſio quorundam.

Vera reſpõſio. Diuina generatio eſt exẽplar noſtræ, & eſt perfectiſsima.

Sine fide non cogitatur generatio, reiectis imperfectionibus.

14.
Ad 3. Reſpnd. 1.

Ad tertium reſpondetur explicando maiorem propoſitionem, quòd bonum eſt diffuſiuum ſui in genere cauſæ finalis, quatenùs omnia ad ſe trahit. Quatenùs verò bonum idem eſt quod perfectum, diffundit ſe, hoc eſt, communicat ſe in genere cauſæ efficiẽtis. In quo

Secundò.

ſenſu

Digitized by Google

Modus diuinæ operationis etiam ad extra, eſt vndequaq; infinitus.
Probatur 1.

ſenſu argumentum nobis intenditur. Modus ergo diuinę operationis etiã in rebus creatis eſt vndequaque infinitus: nam ſiue operetur Deus per ſe ſolum; quòd à nullo pẽdeat in operatione ſua, eſt virtutis infinitæ: ſiue operetur adminiſtris alijs agentibus creatis; quòd moueat Deus cætera agentia, etiam eſt virtutis infinitæ.

Probatur 2.

Maximè verò quòd omnia poſsibilia referantur ad diuinam potentiam, eſt euidens argumentum infinitæ potentiæ. Et hæc ſunt naturali ratione nobis nota, propter quæ infinitam potentiam, ſeu virtutem in Deo naturę ductu cognoſcimus. Negatur ergo minor propoſitio, quòd nullus alius modus diuinæ operationis ſit infinitus.

Ipſa operatio, ſeu proceſsio ad creaturas, eſt tranſiens, & finita.

Et ad probationem; cũ dicitur, omnis proceſsio ad creaturas eſt finita: Reſpondendum eſt, proceſsionem ad creaturas eſſe actionem tranſeuntem, quæ finita eſt: modus tamen operandi dicitur infinitus; quia indicat infinitam virtutem agentis.

15.
Inſtantia.

Quòd ſi obijcias; intellectus noſter eſt infinitus, quia ſucceſsione quadã, & viciſsitudine poteſt intelligere infinita, & ita dicitur infinitus paſsiuâ quadam potentiâ, cum non poſsit actu, & ſimul infinita intelligere, ſed ſucceſsione vnũ poſt aliud, ſecundum quod eſt in potentia paſsiua: ſed potentia Dei non poteſt efficere infinita ſimul, ſed ſucceſsione & vnum poſt aliud; ergo potentia Dei efficiens, ſeu virtus eſt infinita ſecundũ quod eſt in potentia paſsiua, quod infinitum eſt imperfectum: Deus autem eſt infinitus non potentiâ, ſed actu; ergo aliud opus diuinum naturali ratione deprehenditur, vnde dicatur potentia diuina actu infinita, quod opus aliud non eſt, niſi diuina proceſsio.

16.
Reſpond. 1.
Infinita ſimul poſſunt intelligi.

Reſpondetur negando primam conſequentiam, in qua colligitur potentiam Dei eſſe finitam. Nam intelligere infinita ſimul poſsibile eſt; vnde intellectus creatus deficit à perfectione hac, eò quòd non poteſt ſimùl intelligere infinita, vt Deus intelligit:

Non poſſunt ſimul fieri.

At verò fieri infinita ſimul impoſsibile eſt; quare hoc nõ pertinet ad potentiam infinitam.

Reſpond. 2.
Potentia Dei eſt actu infinita.
Oſtenditur 1. quia non eſt terminus actu finit', vltraquẽ nihil poſsit.

Præterea omnis potentia creata finita eſt quoad numerum eorum, quæ ſimul fieri poſſunt: potentia verò diuina infinita; quia nullus eſt numerus rerum, quo propoſito non poſsit efficere ſimul numerum maiorem, & ideo eſt actu infinita: nam omnis potentia actu finita reſpicit aliquem terminum actu finitum, vltra quem nihil poteſt: ergo potentia Dei quæ nullo deſcripto termino cõtinetur, non eſt actu finita: eſt ergo actu infinita. Et hæc à nobis naturali rationis vi perſpiciuntur.

Oſtenditur 2. ex creatione naturaliter nota.
S. Thom.

Argumentum eſt etiam infinitæ potentiæ Dei opus creationis, vt omnes ferè Theologi cenſent, quicquid alij opinentur, quod docet S. Thom. 1. p. q. 44. art. 5. Creatio autem ratione naturali eſt nota, vt colligitur ex eodem S. Thom. q. illa art. 2. vbi comprobat apertiſsimè neceſſarium eſſe quædam etiam creari, ex quibus alia, quæ non creantur, fiant; aliàs illa priora ex quibus alia fiunt, non eſſent à Deo producta, quod eſt impoſsibile. Ergo creatio, quam priſci Philoſophi ignorarunt, ratione naturali nota eſt; eaque luculentiſsimè oſtendit infinitam Dei potentiam.

17.
Oſtenditur 3. ex operibus ſupernaturalib'.

Alia etiam ſunt opera præter diuinas proceſsiones, quæ infinitam Dei potentiam oſtendunt, vt miracula, & quæ ad gratiam Dei conducunt: ſed hæc nõ ſunt nobis naturali ratione nota, vnde probemus potentiam Dei infinitam philoſophica demonſtratione, ſed duntaxat fide tenentur. Quare argumentum per hæc non deluditur, ſed per ea quæ modò diſputauimus.

18.
Ad 4.
Communicare ſe ad extra, nõ eſt pfectio Dei neceſſaria.

Ad quartum reſpondetur concedendo maiorem propoſitionem, quòd illa eſt perfectior perfectio, quæ etiam eſt neceſſaria. At verò in Deo communicare ſe extra ſe aliquid operando, eſt accidens, ſiue relatio rationis, & non eſt perfectio: quare neq; neceſſarium eſt; imò impiè de Deo exiſtimarunt, qui crediderunt eum naturę impulſu, & neceſsitate quadam operari.

Ad intra, maximè.

At verò interna communicatio perfectio eſt in Deo, & conſequentèr neceſſaria, vt argumentũ probat: quare concedimus conſequentiam, quòd communicare ſe neceſſariò, eſt maior perfectio etiam in Deo; ſed hæc perfectio ratione naturali non innoteſcit.

Ad Confirm.

Ad confirmationem concedimus quòd proceſsio naturalis eſt Deo maximè propria: ſed non eſt nobis ſecũdũ naturam nota: neq; natura vt natura eſt exigit naturalẽ proceſsionem ſubſtantialem, quod conſtat in angelis, in quibus non eſt generatio.

Ad

Digitized by Google

19.
Ad 5. In nobis productio verbi eſt cum imperfectione coniuncta. Probatur 1. Secundò.

Ad quintum reſpōdetur quòd in hoc complexo, productio Verbi, non indicatur aliqua imperfectio; vnde & Deo conueniunt hæc nomina. Sed tamen in nobis productio verbi eſt cum imperfectione coniuncta: Nam præterquamquòd ibi eſt cauſa & effectus, & inhærentia accidentis; verbum in nobis ponitur propter imperfectionem intelligendi, vt explicetur id, quod non erat in ſpecie intelligibili ſatis explicatum, vt antea commonſtrauimus. Vnde in Deo Verbum non eſt neceſſarium ad intelligendum, neque Verbum eſt perfectio naturæ in Deo, vt in nobis; ideoque ratione naturali non poteſt oſtendi eſſe in Deo Verbum, neque eius realis proceſſio; quare negatur cōſequentia, quòd verbum naturali ratione ſit attribuendum Deo. Quòd etſi verbum pertineret ad naturam diuinam, vt quid eſſentiale, ſicut in Deo non elicitur intellectio ab intellectu ea proceſſione, ita neque verbum eſſentiale reali proceſſione ab intellectu dimanaret. Quòd verò Verbū ſit perſona, ratio naturalis non deprehendit.

Nulla eſt neceſſitas ob quam ratio naturalis tribuat Deo Verbum, aut eius realē proceſsionem.

20.
Ad vltimum. In rebus creatis non eſt exemplum ſimile diuinæ proceſsioni. S. Auguſt. de Ario illud requirente. S. Thom.

Ad vltimum reſpondetur negando eſſe exemplum in rebus naturalibus diuinæ proceſſioni ſimile. Quod elegātèr docet S. Auguſt. ſerm. 38 de verbis Domini. Qua in re impiè delaſſatus erat Arius plures modos procedendi inquirens, & enumerans in rebus creatis, in quibus quia nō reperiebat diuinam generationem, ſtultè negabat, vt refert S. Thomas 1. p. q. 42. art. 2. argumento 1. Nos verò Ario libentèr concedimus diuinam generationem non habere exemplum. Illud verò quod proponitur in argumento de face, norunt Philoſophi quàm impar ſit & alienum, cum ibi duo ignes ſint ſiue flāmæ duæ; & ea natura quæ trāſfunditur, non retinetur; ſed alia numero diſtincta producitur & datur, alia verò retinetur. In diuina verò proceſſione Pater, & Filius ſunt vnus Deus, & eadem numero natura manet in Patre & datur Filio ſine transfuſione: quia nō tranſit ab vno in alium, ſed manet in dāte eadem quæ accipitur. Concilium verò proponit exempla non ad exæquendam rem, ſed ad elucidandam quouis modo imperfecto. Nam ſplendor, qui eſt ſimul tempore cum ſole, eſt naturâ poſterior, & effectus illius. Et verbum

Ad exemplum Panormit. de face.

Ad exempla Conc. Epheſ.

De ſplendore.

A mentis quod extra materiam naſcitur, in intellectu noſtro recipitur, recipere autē eſt quoddam pati. Et filius qui de ſubſtātia terreni patris gignitur, ſubſtantiam diuerſam numero habet. Quarè neque ſplendor indicat ſatis coæternitatem, neque verbum in nobis impaſſibilitatem, aut conſubſtantialitatem diuinam terreſtis filius: ſed imperfecto modo. Proindeque ſapientiſſimè dixit S. Thomas diſt. 33. quæſt. 1. art. 1. ad 2. ſimilitudines rerum creatarum potiùs inducere in errorem, quàm in veritatem circa res diuinas; ſcilicèt ſi ratio tota ſimilitudinis B obſeruanda ſit. Et idcircò probè dixit Ariſt. apud Clement. Alexand. adhortatione ad gentes, Deum nulli eſſe ſimilem: quarè neminem poſſe noſſe illum ex imagine.

De Verbo mētis.

De filio.

S. Thom. ait ſimilitudines rerū creatarum potiùs inducere in errorem.

Ariſt. apud Clem. Alex.

CAPVT XIII.

Spiritus Sanctus eſt Amor per dilectionem procedens.

IActis anteà fundamentis eorum, quę ſunt de natura rerū diſputata, admoueamus animū ad eā proceſſionē Verbi C & Amoris diuini quæ eſt ſupra naturam. 1.

Primò igitur per ea quæ ſunt de Verbo, & Amore tractata, dato altero principio, quod ſola fides format, videlicet in Deo exiſtere realem proceſſionē, quod iam antea docuimus; elucidandū eſt elegantiſſimo exemplo myſterium ipſum Trinitatis beatæ, quod duabus proceſſionibus Verbi, & Amoris conſtat.

2.
Reſolutio tituli probanda ex dictis.

Sed tamen huic aſſerto repugnat præcipuè Durand. in 1. diſt. 63. quæſt. 2. & diſt. 27. quæſt. 2. & 3. cum Gregor. diſt. 10. q. vnica art. 1. & diſt. 13. Et Aureol. apud Adam diſt. 33. q. 5. affirmat enim D Filium Dei non procedere per intellectionem, neque eſſe magis propriè Verbum, quàm Spiritum Sanctum, ſed accōmodatione quadam dici verbum: at verò Spiritum Sanctum ſimilitèr non procedere per dilectionem, neque fuiſſe ante Sāct. Auguſtinum nomine amoris nuncupatum. Et probat ſuam ſententiam, quia generatio & ſimilitèr ſpiratio (quæ ſunt diuinæ proceſſiones ſiue origines) eſt opus naturæ, vt ait Sanct. Ioan. Damaſcen. natura autem antecedit potentias, ſcilicèt intellectum & volūtatē; ergo proceſſio, quæ eſt opus naturæ

3.
Contraria ſententia eſt Durand. Gregor. Aureol.

Durandus probat 1.

Damaſc.

naturæ ad naturam ipſam reuocãda eſt ante intellectum, & voluntatem & operationes eius. Nec verò multùm diſtant à Durando, qui aſſerũt Patrem, etſi non eſſet præditus intellectu, generaturum Filium; nam hæc conditionalis fũdatur in opinione Durandi, quòd Pater non generet per intellectum, niſi fortè per accidens, cum etiam remoto intellectu ſit generaturus. Et hæc eſt peior ſententia: tum quia nihil in Deo per accidens inuenitur: tum maximè, quia nõ poteſt fingi animo, quid conferat intellectus ad generationem diuinam, ſiquidem ſolùm per accidens eſt ad eam neceſſarius.

Parum diſtat *Rada contro uerſis 8. ad finem.*

Huius ſententia peior eſt. Probatur 1. Secundò.

4.

Durandi ſẽtẽtia eſt error contra fidẽ. Illius futile argũm. ſoluitur.

Inter naturã & operationẽ mediat potentia.

Sed hæc ſententia Durandi, quæ certè videtur error eſſe contra Fidem, conuellenda eſt radicitùs; Cuius valdè futile eſt argumentum, proceſsionem eſſe opus naturæ. Hoc enim libentiſsimè damus, quod verum eſt; ſed inter naturam, & operationem ponimus potentiam mediam, vt liquet; quid ergo prohibet ipſum intellectum, & voluntatem dicere potentiam naturalem, à qua ſimul & natura petamus diuinam proceſsionem? Non debuiſſet ergo Durandus propter vanum argumentum negare firmiſsimam Patrum ſententiam, quòd Filius Dei ſit propriè Verbum, & Spiritus Sanctus ſit Amor. Sed vehementiùs nos contra Durandum arguimus; nam in natura quæ eſt expers materię, ſolæ iſtæ duæ inſunt potentiæ intellectus, & voluntas; cum ergo omnis operatio ſit alicuius potentiæ, neceſſe eſt proceſsionem diuinam, quæ eſt quædam operatio, ad intellectum, & voluntatem reuocari. Et confirmatur, quia in his ſolis potentijs eſt actio immanẽs, in qua actione id quod procedit manet in agente; ſed id quod procedit per generationem, & ſpirationem diuinam manet in generante, & in ſpirante; manet enim in Patre Filius, & in Patre, & Filio Spiritus Sanctus; ergo diuina proceſsio ad intellectionem, & dilectionem pertinet, in quibus id quod procedit manet in operãte. Quã ob cauſam rectè dixit S. Thomas prima parte quæſtione 34. vel 45. articul. primo, ad primũ, Origenem fõtem fuiſſe Arianorum, eò quòd aſſeruit verbum dici per metaphoram de Filio Dei. Nam Filius Dei per hoc quòd creditur verè

Reſolutio noſtra contra *Durandum.* Probatur. Omnis operatio eſt alicuius potentiæ.

2. confirmatur

S. Thom. vocat Origenẽ fontem Arianorum ob ſimile dictum.

A eſſe Verbum Dei, neceſſariò conceditur exiſtens, & manens in Deo verus Deus. Quare Ariani omnes tenuerunt hanc anſam, vt negarent Filium Dei eſſe Verbum propriè, ne cogerentur cõcedere Filiũ Dei manere in Deo & eſſe Deum; quod tamen Origenis dictum nõ inuenitur apud illum, quia fortè excidit. Et Euſebius Pamphil. in Apologia defendit illum. Tertiò ſi diuina proceſsio non referatur ad intellectum, & voluntatem, non poteſt indicari diſcrimen vtriuſque proceſsionis, vt altera ſit generatio, altera non generatio, B ſed ſpiratio; quas tamen Fides Catholica admonet eſſe ſuis rationibus diſtinctas, ita vt Spiritus Sanctus non ſit genitus, ſed procedens. Denique nulla alia ratio ſuppetit, quare ſint tres perſonæ non duæ, neque plures. Nam ex eo quòd altera perſona procedit per intellectum, altera per voluntatem, colligũt Doctores Theologi ternarium diuinum. S. Thomas prima parte, quæſt. 27. art. quinto, S. Bonauent. in primo diſt. 2. quæſt. quarta, Alexand. Alenſ. prima parte, quæſt. 47. memb. 7. & alij plurimi. C Quòd ſi reſpondeas rationem eſſe occultam: Hoc eſt extremæ dementię, id negare, quod omnes aiunt illud aſſerendo cuius nullam rationẽ poteris adhibere. Participat etiam hęc opinio hæreſim Alogianorum, qui Verbum diuinum negant, de qua diſputabimus 4. tomo.

Euſebius Pamphil. Origenem defendit. Probatur 3.

Probatur 4.

S. Thom. S. Bonau. Alex. Alenſ.

Reſponſio. Refellitur. Notandum.

Probatur 5.

5.

Oppoſitũ participat hęreſim Alogianorum. Contra hos aſſertio. Ex propria ratione ſuæ proceſsionis, Verbum diuinum eſt Deus & Amor Deus.

S. Thomæ Argumentũ.

Comprobata igitur communi, & orthodoxa ſententia, quòd diuina proceſſio ad intellectionem, & dilectionem pertineat, oſtendendum eſt Verbum diuinum ſuaptè natura proceſsionis, qua procedit vt Verbum, eſſe Deum verum; & ſimiliter diuinum Amorem per dilectionem procedentem ſuaptè natura proceſsionis eſſe Deum verum. De D Verbo Sanct. Thomas 4. contra gent. cap. 11. De Amore cap. 19. Et hoc idem argumentum innuit 1. p. quæſt. 27. art. 1. ad 2.

6.

Arguitur 1. de vtroq; vtẽdo ſyllogiſmo hypothetico.

De vtroque autem ſimùl argumentamur vſi ſyllogiſmo hypothetico; verbũ enim eſt res ipſa intelligibilis, quatenùs coniungit potentiam cum re intelligibili; & amor ſimiliter, vt docuimus, eſt res ipſa diligibilis, copulans voluntatem cum re diligibili; quare quò fuerint verbum & amor magis perfecta, eò erunt cum

Digitized by Google

cum ſuis obiectis magis coniuncta : ſed Verbum & Amor in Deo ex propria ratione proceſsionis ſunt infinitè perfecta; quia procedunt per operationes infinitas, ſcilicèt intellectionem, & dilectionem diuinam; perfectio autem termini petitur ab operatione: ergo Verbum Diuinum & Amor infinita quadam coniunctione copulantur cum ſuo obiecto; infinita autem coniunctio, qua ſcilicèt maior non eſt, eſt ſimplex & realis vnitas; ergo Verbum Diuinum eſt ipſa res intelligibilis, non nomine tenus, ſed re ipſa; & Amor ſimilitèr eſt res ipſa diligibilis vnitate, & identitate reali: Res autē intelligibilis in Deo eſt ipſe Deus, & res diligibilis idem Deus; ergo & Verbū, & Amor diuinus Deus ipſe eſt. Nam in nobis non poteſt accidere vt verbum & res intellecta ſint idem identitate reali, ſed dicitur verbum res intellecta nomine tenus, quia repræſentat illam: Verbum autem Diuinum identitate reali eſt ipſa eſſentia diuina, quæ eſt eius obiectum, quam per ſe primò repræſentat: & de Amore ſimiliter dicendum. Itaque ſicut ex parte potentiæ in Deo intelligens eſt ipſa intellectio, & diligens eſt ipſa dilectio, propter infinitatem potentiæ, quæ reali vnitate eſt idem cum ſua operatione: ita & ex parte termini, Verbum eſt idem identitate reali cum eſſentia, quæ eſt res intelligibilis, & Amor idē cum eſſentia quæ eſt res diligibilis. Et ita ex propria ratione proceſsionis, Verbum eſt Deus, & Amor Deus. Marius Victorin. libr. 3. contra Arium in ipſo veſtibulo argumētum hoc videtur vſurpare ſuo more Platonico. *Quod intelligitur foris eſt* (ſic enim legendum puto) *& quod intelligit intus eſt*, deinde meditatur Patrem contemplantē ſe intra ſe, quaſi motu ceſſante non producentem verbum: poſteà verò ſpectantem foras & videntem ſe extra ſe, id eſt, extra perſonam ſuam, quod ait moueri Patrem, motu ſcilicèt cognitionis, in quo apparet iam verbum extra perſonam Patris, *Cum autem*, inquit, *ſe videt, geminus exiſtit & intelligitur, videns & quod videtur.* Ecce argumentum Sanct. Thom. Nam ex ea parte qua videns, & viſum eſt Deus ipſe, Pater & verbum eſt Deus ipſe: quod autem Marius ait geminum exiſtere genere maſculo, intelligit geminam perſonam: quatenùs verò verbum, quod intelligitur cogitat extra perſonā intelligentis, duas perſonas meditatur, & ita colligit, ſi foris eſt Filium eſſe; quia eſt perſona diſtincta foris, ſcilicèt extra perſonam Patris intelligentis: & ſimilitèr philoſophatur lib. 4.

Perfectio termini petitur ab operatione. Verbum diuinum, & Amor infinita coniūctione atque adeo vnitate & identitate copulantur cum ſuo obiecto, id eſt, Deo.

Verbū creatū dicitur res intellecta nomine tenus.

Arguitur 2.

Arguit. 3. *Marius Vict.*

Arguit conſonè cum *S. Thom.*

Declaratur.

7. Alia ſunt clariora argumenta ad oſtendendum diuinum Verbum, & Amorem procedentem eſſe Deum ipſum. Nihil enim in Deo niſi Deus. Et ex operatione infinita, infinitus terminus intrinſecus producitur; adæquatur enim operatio termino. Et vbi proceſsio non recipitur in potentia paſsiua, quod procedit non recipit eſſe in eſſentia, ſed eſt ipſum eſſe ſubſiſtens, atq; adeò eſt Deus. Sed hæ rationes ſunt cōmunes in proceſsione diuina: at verò Sanct. Thomas argumentatur ex proprijs intellectionis, & dilectionis terminis. A rebus autem creatis rationem aliam prçclaram ſcriptam reliquit Sāct. Thomas in primo diſt. 10. quæſt. 1. art. 1. res enim omnes creatæ à liberali Dei voluntate dimanarunt: eſt autem amor, omnis liberalis collationis origo. Quare Empedocles, vt 8. Phyſicor. text. 2. refertur, rerum principium amorem poſuit; eſt ergo in Deo prima amoris proceſsio, eaq; naturalis: à qua omne opificium conditoris initium petit, vt id quod eſt liberum ad id quod eſt naturale, & id omne quod eſt poſterius ad id quod eſt primum, reuocemus. Et ſimile argumentum de verbo conficitur; quoniam quçcunque ſunt condita, ad verbum, quod eſt in mente artificis, conformantur.

4. Loco ſunt rationes clariores, ſed cōmunes. Prima ratio. Secunda. Tertia.

5. loco à rerū creatione probatio *S. Thom.*

Proponitur 1. de Amore. *Empedocles apud Ariſt.* rerum principium amorem poſuit.

Proponitur 2. de Verbo.

8. Vaniſsima quædam opinio attribuitur Richardo de S. Victore, quòd crediderit vtramq; proceſsionē diuinam eſſe voluntatis operationem. Sed iniuriâ hoc illi tribuitur, quod eſt ab omni ratione alienum. Richardus enim ex proceſsione Amoris colligit perſonarum Trinitatem lib. 3. de Trinit. à cap. 2. vſq; ad 10. Quod idē præſtitere Alexand Alenſ. 1. p. q. 43. memb. 5. & q. 45. memb. 7. Et S. Bonauent. in 1. d. 2. q. 4. & alij. Quia enim amor ex notitia procedit, Amor diuinus procedens indicat diuinum Verbum; ſed quòd verbum ex operatione voluntatis oriatur, nuſquàm aſſeruit Richardus, neque potuit vir ſolertiſsimus id ſibi figmentum perſuadere.

Richardum calumniantur Recentiores.

Ille ex proceſſione Amoris colligit perſonarū Trinitatē Sic *Alenſ.* *S. Bonauent.* Ratio.

Confirmatio.

9. De Verbo & eius proceſsione confirmãt Patres Græci. *S. Dionyſ. S. Athanaſ. S. Irenæus. S. Baſilius. S. Cyrillus Nazianz. Damaſcen.* Latini. *S. Hilarius S. Ambroſ. S. Auguſt. S. Gregor. S. Anſelmus S. Fulgent. Richardus.*

QVòd Filius Dei ſit Verbum, & procedat ab intellectu Patris, conſtãtiſsimè affirmant Sancti Eccleſiæ Proceres, S. Dionyſius capit. 7. de diuinis nominibus, S. Athanaſius in Epiſtola de ſententia Dionyſij Alexandrini; S. Irenæus lib. 2. contra hæreſes cap. 48. & 18. S. Baſilius homilia prima in Ioan. S. Cyrillus lib. 1. Theſaur. cap. 5. & 7. S. Gregor Nazianz. oratione 5. Theologa, S. Ioann. Damaſcenus lib. 1. fidei Orthodoxæ capit. 18. Idem affirmant frequentiſsimè Latini Patres, S. Hilarius lib. 7. de Trinitat. S. Ambroſius lib. 1. de Fide, cap. 9. & lib. 5. in Lucam cap. 16. S. Auguſtin. lib. 7. de Trinit. cap. 1. & 2. & lib. 9. capitulo vltimo, & lib. 15, cap. 11. & de cognitione veræ vitæ cap. 14. & 16. S. Gregorius 24. Moral. cap. 4. S. Anſelm. Monolog. cap. 32. 45. & 60. S. Fulgent. lib. 3. ad Monimum capitulo quarto, & ſequentibus, & Richardus lib. de Trinitate cap. 13. vt plures alios omittam.

10. Sacer textus, *Ioannis 1.* *S. Hilarius.* Explicatio *Durand. Chryſoſt. Theophyl.* Eſt abs re. Probatur 1. Probatur 2. Sacer textus, 1. *Ioan* 5. *Apoc.* 19. *S. Auguſt. Pſalm. 32. Pſalm. 44. S. Gregor. S. Auguſt. Pſalm. 61. S. Auguſt. S. Gregor. Tertul.*

Idem cõfirmatur Euangelio Ioannis *In principio erat Verbum*. Quo loco Patres commẽtantur Verbum eſse proprium nomen Filij eò quòd ab intellectu Patris emanet. In quem locum elegantèr Sanct. Hilarius libr. 7. de Trinitate. *Legimus*, inquit, *In principio erat Verbum. Quid calumniæ eſt, vt non ſit quod nuncupatur.* Durandus tamen ſequutus Sanct. Ioan. Chryſoſt. & Theophylactum declarat Filium Dei humanitate aſsumpta dici Verbum per metaphoram quaſi præconem, ſicut Ioannes dicitur vox, Chriſtus vero Verbum. Sed profectò hic commẽtarius valde eſt abs re; Ioannes enim ibi apertiſsimè indicat Deitatem Verbi, & Verbum eſse apud Deum, hoc eſt manere, quod eſt proprium Verbi intelligibilis: & Verbum fuiſse factum carnem, ſiue hominem. Nam ſi Filius Dei eſt Verbum ſecundum humanitatem, non poteſt dici quòd Verbum ſit factum Caro, ſed erat iam caro. Prætereà idem Ioannes nomen Verbi inter perſonalia enumerat. *Tres ſunt qui teſtimonium dant in Cœlo Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus.* Et in ſua Apocalypſ. de Filio Dei clariùs dicitur. *Et vocatur nomen eius Verbum Dei.* Vbi oportet memi-

A niſse verborum Sancti Auguſti. tert. de doctrina Chriſtiana capit. decimo, quòd ea quæ ſunt propriè dicta non licet interpretari metaphoricè. In alijs etiam locis veteris paginæ ſaltèm in ſẽſu myſtico Verbum indicat Filium; & illud, *Verbo Dñi cœli creati ſũt*, quod Patres frequentèr commentantur de Filio. Et illud, *Eructauit cor meum Verbum bonum*, iuxta Scholia Sanct. Gregor. & Sanct. Auguſt. Quibus autoribus etiam in illis verbis, *Semel loquutus eſt Deus*, indicatur generatio Filij. Sanct. Auguſt. B Pſalm. 67. Sanct. Gregor. 23. Moral. cap. 16. Tertullianus libr. contra Praxeam, Filiũ gigni dicit de vulua cordis, iuxta illud. *Eructauit cor meum ſermonem optimum*, ſic enim legit. Quo loco generationem refert ad cor, id eſt, ad intellectum, cuius proles eſt ſermo, ſiue verbum.

11. *S. Baſilius* explicatur à *S. Thom.* Sp. Sãctus impropriè Verbũ Chriſti.

Quod verò Sanct. Baſilius lib. quinto contra Eunomium cap. 11. ait Spiritum Sanctũ eſſe Verbum Chriſti, optimè declarat Sanct. Thomas prima parte quæſt. 34. articul. ſecundo, ad 5. fuiſſe loquutum Sanct. Baſilium impropriè C vt Spiritum Sanctum Verbum diceret Chriſti, quia aduentu ſuo declarauit Deitatem Chriſti. Sed ſi de interna loquutione Dei ſermo ſit, Spiritus Sanctus non Verbum Chriſti eſt, ſed amor.

12. Aduertendæ duæ hæreſes extremę de Verbo Prior Valẽtini. *S. Auguſt.*

Sed in hoc loco duo aduertenda ſunt. Alterũ, fuiſſe hæreſim Valentini dicentis Filium Dei prolatione natum, quaſi vocem quam proferimus, vt refert Sãct. Auguſt. in libro de hæreſibus; cõtra quẽ proclamabant Ariani Filium Dei non eſſe Verbum. Et ſequebantur Hæretici partes extremas. Nos verò vtrãq; blaſphæmiam abnegamus, & dicentium Filium Dei naſci, vt vocem ore prolatam, D & negantium Filium Dei eſſe Verbum intelligibile manens apud Patrem, vt Ioannes teſtatur.

13. Poſterior Alogianorum, id eſt, ſine Verbo *S. Auguſt. Caſtro.*

Alterum eſt, fuiſſe hæreſim quandam Alogianorum, hoc eſt, ſine Verbo, quod Gręcis Logos dicitur, quam refellit Sanct. Auguſtin. illo libr. de hæreſibus cap. 30. & Alfonſ. à Caſtr. de hæreſibus libr. 5. titulo, Deus, hæreſi 71. Et huic hæreſi proximus eſt Durandus, qui etſi non negat Verbum, tamen voce tenus illud confitetur dicens non eſſe propriè Verbum, ſed per metaphoram, quod eſt voce duntaxat nominari Verbum.

Quòd

Digitized by Google

14. De amore & ei' proceſsione confirmatur.

Nazianz. S. Baſilius. S. Cyrill. S. Hilarius. S. Hieron. S. Ambroſ. S. Auguſt. Ioan. 4. Damaſcen. S. Ignatius. S. Anſelm. S. Bernard. Richardus. Rupertus. Cõcil. Tolet.

Quòd verò Spiritus Sanctus per voluntatem procedat, docent ante S. Auguſtin. S. Gregor. Nazianz. oratione de Spiritu Sancto, Sanct. etiam Baſilius Sanct. Cyrill. Sanct. Hilarius, Sanctus Hieronym.& Sanctus Ambroſius, & S. Auguſtinus 15. de Trinitate cap. 13. & capit. 17. conficit argumentum ex verbis Ioan 4. *Deus dilectio eſt.* Et ibidem. *Quia dilectio ex Deo eſt.* concludit dilectionem illam, quæ eſt Deus ex Deo, quæ ſcilicèt à Deo procedit eſſe Spiritũ Sanctum, diuinamque perſonam. Et S. Ioan. Damaſcenus lib. 1. fidei orthod. capit. ſeptim. tribuit Spiritui Sancto voluntatis efficaciam, eò quòd per voluntatem procedat. Sicut Sanct. Ignatius ad Magneſianos dixit Filium diuinę efficacię, hoc eſt, virtutis. Idem ſentit S. Anſelm. Monolog. capit. 88. Sanct. Bernardus, & Richardus lib. 6. de Trinitate capit. 10. & Rupertus lib. prim. de operibus Spiritus Sancti capit. 6. & Concil. Toletan. 11. vocat Spiritum Sanctum charitatem.

5. Omnes Scholaſtici contra Durandum.

Doctores ſcholaſticos non eſt opus commemorare, quia omnes contra Durandum, & Gregor. conſentiunt, confeſsi & generationem Filij, qui eſt Verbum, ad intellectum pertinere; & proceſsionem Spiritus Sancti, qui eſt amor, ad voluntatem.

CAPVT XIIII.

Amor, vt eſt dilectionis terminus, in Deo non eſt quid eſſentiale, ſed perſonale.

CApur diuiditur in partes tres.
Prima pars. *In Deo Verbũ eſt perſona*
Secunda pars. *In cognitione diuina nullum eſt medium.*
Tertia pars. *Verbum in Deo non eſt eſſentiale.*

PRIMA PARS.

In Deo Verbum eſt perſona.

1. DIfficilis eſt quæſtio, tractatuque neceſſaria: an Verbũ in Deo ſit quid eſſentiale, an verò perſonale tãtummodò ſit? Idemque iudicandũ eſt de amore, vt eſt terminus dilectionis; cũ vtriuſque ſit par, æquaq; ratio. Videndus S. Th. p. 1. q. 34. ar. 1. & de ver. q. 40. art. 2. & 4. Et opuſc. 1. cap. 11. Hoc autem loco id diſputandum eſt, cum de verbi, amoriſque natura ſatis ſuperque ſit dictum.

2. Durandus aſſerit Verbũ eſſentiale, & negat perſonale. Vtrumque diuerſis rationibus aſſerunt S. Thom. Alb. Magn. Capreol.

Durand. d. 27. q. 3. nõ ſolùm affirmat verbum eſſe quid eſſentiale, ſed negat eſſe perſonale; cum enim credat intellectionem, & verbũ eſſe omninò idem, ſicut intellectio diuina eſt eſſẽtiale quid, hoc eſt, attributũ eſſentię, non perſonæ; ita & verbũ. At verò S. Thom. d. eadẽ q. 2. art. 2. exiſtimat verbum eſſe & eſſẽtiale, & perſonale diuerſis tamen rationibus. Et idẽ ſentit de veritat. q. 4. art. 2. cum Albert. Magno d. eadem q. art. 6. quos autores ſequitur Ioannes Capreol. q. 2. ar. 1. concluſione 4.

3. Verbũ eſt terminus. Item medium. Quando ſit neceſſarium, vt medium. Euidens conſequẽs, non eſſe ſic neceſſariũ in Deo. Duplex difficultas.

Conſiderandum eſt ergo, quòd verbum eſt terminus in quo intelligimus; & eſt medium quid inter intellectionem & obiectum: ideoque ea intellectio eſt imperfectior in qua eſt verbum; neque illud eſt neceſſarium, niſi vbi potentia intelligens eſt imperfecta, habetque ſpeciem impreſſam imperfectam, vt diximus. Ex quibus propoſitionibus euidentèr colligitur concluſio, quòd non ſit in Deo verbum eſſentiale quaſi neceſſarium ad intellectionem, cum perfectiſsimè & abſque medio ſe ipſum intelligat. Sed duo ſunt quæ faciunt difficultatem, Alterum eſt, an poſsimus verbum eſſentiale in Deo meditari, reiectis his imperfectionibus: Alterũ eſt, ſi verbũ cũ his eſt cõnexum, quo pacto verbũ perſonale intelligamus in Deo; ſiquidẽ eæ imperfectiones continentur in propria notione verbi, quæ neque cogitatione poſſunt ſeparari, nihil enim imperfectum in Deo, vel in perſona diuina inuenitur.

4. Communis quædam ratio verbi expenditur.

Expendenda igitur eſt ratio quędam verbi cõmunis, quæ poſsit etiã in Deo cogitari, reiectis imperfectionibus. Denique diſputandum, an ea ratio verbi inueniatur etiam in eſſentia, an verò in ſola perſona.

5. Verbũ eſt quidam intellectionis terminus per ipſam productus, remq; intelligibilem declarans. Explicatur prima particula. Secunda.

Verbum mentis eſt quidam intellectionis terminus per ipſam productus, remque intelligibilem declarans. Eaque eſt verbi quidditas & eſſentia, ita vt nihil ex his poſsit à ratione verbi ſecerni. Quòd ſit terminus intellectionis cõſtat, quia verbum dicimus; dicere autem eſt quoddã operari; eſt ergo verbum terminus operationis. Quare etiam neceſſe eſt vt verbum per intellectionẽ producatur.

catur. Nam obiectum intellectionis nō eſt verbū, ſed id quod per intellectionē profertur; proferre autē producere eſt.

Tertia.

Quod autē per intellectionē producitur, niſi rem intelligibilem declaret, verbū non eſt; Nam habitus mentis per ipſius actiones comparatus, eſt quidem intellectionis terminus productus; non tamen eſt verbum, quia non declarat, aut repræſentat rem intelligibilem; ſed eſt intellectionis principium efficiens: quare etiam neceſſe eſt, vt verbum declaret rem ex parte obiecti; declarare autem eſt lucem prębere intelligibilem, qua luce obiecta ex parte rei cognitæ, res ipſa intelligitur; quod ſtatim accuratius explicabitur. Hæc autem omnia penitùs continentur in verbi quidditate, & notione.

Declarare eſt lucē præbere intelligibilē ex parte rei cognitæ.

6. Quæſtio 1. De formali ſignificatione verbi.

Cum ergo nomine Verbi declaretur relatio ad dicentem, & ipſa intelligibilis forma. Quæſtio prima oritur vtrùm nomine verbi ſignificetur formalitèr illa relatio, an hoc abſolutum, quod eſt forma intelligibilis? Thom. Caietan. q. 34. artic. 2. opinatur formalitèr ſignificare ralationem, & ea eſt ſētentia Barthol. Torres q. 27. art. 2. Et hanc eſſe Doctoris Sancti ſententiam affirmat q. illa 34. art. 1. & 3. ad 4. docet enim S. Thomas Verbum in diuinis ſignificare relationem originis ad Patrem. At verò S. Thom. q. 4. de veritate, & d. 27. q. 2. artic. 2. affirmat nomine Verbi Diuini formalitèr ſignificari quid abſolutum. In qua opinione eſt Franciſcus Ferrar. 4. contra gentes ad 2. dubium.

Pro relatione *Caiet.*

Torres.

S. Thom. Locus pro relatione.

Locus pro abſoluto. *Ferrar.*

7. Concluſio. Verbum creatum ſignificat de formali abſolutum, connotat relationem producti. In Verbo diuino vtrumque ſignificatur de formali. Probatur.

Sed conſtituendum nobis eſt, nomine Verbi creati ſignificari abſolutum nempe intelligibilem formam, qua ſcilicèt formalitèr intelligimus, vt S. Thomas ſæpius edocet: relatio verò producti connotatur, ſiue deſignatur in obliquo in ipſo intelligendi modo. In Verbo autem diuino vtrumque ſignificatur formalitèr, relatio producti, & forma intelligibilis; quia Verbum eſt perſona, quæ cōſtituitur ex eſſentia & relatione, & vtrūq; ſignificat, vt explanabimus lib. 4. Et in hoc quidèm lapſus eſt Franciſ. Ferrar. qui cum concedat nomen perſonæ diuinæ ſignificare relationem, & eſſentiam ſimul, negat nomen Verbi, quod eſt proprium perſonæ, ſignificare vtrumque. Quod verò attinet ad principale ſignificatum, dicendū eſt

Ferrarienſis ſibi contrarius

A relationem eſſe præcipuum, vt actum vltimum cōſtituentem, quod vult Thom. Caiet. ſed intelligibilem formam, ſiue eſſentiam eſſe præcipuum cognitū, quia conceptus Verbi eſt abſolutus, declarās expreſsiùs intelligibilē formam, quàm relationem producti, vt libr. 4. elucidabimus. Et ita concordat vtraque ſentētia. Nunc verò aliud inueſtigamus, ſcilicèt vtrùm illa intelligibilis forma, quæ eſt ipſa eſſentia diuina, poſsit rectè nuncupari Verbum diuinum.

Relatio eſt præcipuum ſignificatum, vt actus vltimus conſtituens. *Caietan.* Abſolutū præcipuum cognitum. Probatur.

8. Aduertendum contra *Durandum.* Verbū eſt nomen perſonæ.

B Principio igitur conſtituendū eſt cōtra Durand. id in quo cæteri conſentiūt, & ſatis eſt capite præcedenti firmatum, quòd Verbum ſit nomen perſonæ. Neque argumentum Durandi quicquam efficit cōtra nos, qui aſſerimus Verbū ab intellectione eſſe diſtinctum: nam aliàs argumentum idem valde premit opinantes hæc non diſtingui; Nam & hac ipſa ratione concluſimus diſtincta eſſe intellectionem & Verbum, quia niſi eſſent diſtincta, ſicut intellectio non eſt quid perſonale, ita neque Verbum eſſet nomen perſonæ. Dicimus ergo illa eſſe diſtincta, & intellectionem quidèm eſſētialem, Verbum autem perſonale.

Proptereà ponitur diſtingui ab intellectione.

9. Quæſtio 2. Verbū diuinū vnde habeat declarare, ſeu repræſentare.

C Atqui cum data definitione Verbi contineatur, vt repræſentet, vel declaret rem intellectam, illud alterum ſuccedit tractandum: vtrùm Diuinum Verbum, quod eſt perſona, hoc habeat ratione eſſentię diuinæ; eſt enim Verbum ipſum Deus: an verò ratione proprietatis perſonalis, qua perſona eſt: an etiā ratione vtriuſque. Ad hanc quæſtionem enodandam aduertendum eſt, quòd declarare eſt quoddam eſſe intelligibile, & quędam perfectio attinens ad res intelligibiles; eſſe autem in Deo vnum eſt & eſſentiale, & perfectio vna eſſentialis:

Aduertendū. Declarare eſt quoddam eſſe & perfectio intelligibilis.

D neque enim perſona afferr nouum eſſe, aut nouam perfectionem eſſentię, vt lib. 3. dicemus: Oportet igitur vt Verbum diuinum, quod eſt perſona, declaret rē intelligibilem, non ratione proprietatis perſonalis, ſed ratione eſſentiæ diuinæ; quia ipſum Verbum eſt eſſentia. Et hoc eſt quod S. Thom. ait q. 34. art. 3. Verbum reſpicere creaturas, hoc eſt, repræſentare illas ratione eſſentiæ. Et idem docet reſponſione ad 1. Et confirmatur exēplo verbi creati, quod rē repræſētat, non ratione relationis realis qua refertur ad dicentem, ſed ratione formæ abſolutæ

Concluſio. Verbum diuinum habet hoc ratione eſſentiæ non ratione proprietatis Probatur ex *S. Thom.*

Confirmatur exemplo Verbi creati repræſentātis ratione formæ abſolutæ.

ſolutæ, quæ eſt ipſum Verbum, qua forma intellectus præditus intelligit: Id autem quod eſt in nobis abſolutum, eſt in Deo eſſentiale, & quod eſt relatiuum eſt perſonale: ergo ſimilitèr diuinũ Verbum non repræſentat ratione proprietatis perſonalis, quę eſt quędam relatio, ſed ratione eſſentiæ diuinæ, quam includit, quæ eſt quid abſolutum. Et in hoc viri aliàs docti decepti ſunt, rati verbũ repræſẽtare ratione proprietatis. Quòd ſi inſtes, Verbum diuinum, quâ verbũ eſt, repræſentat; ergo repręſentat quatenus perſonale quid eſt, cum verbum ſit perſonale. Reſpondendum eſt, Verbum diuinum vtrumque continere in ſuo cõceptu, & eſſentiam & perſonam. Et idcircò quâ Verbum eſt non ratione proprietatis, ſed eſſentiæ repræſentat. Et hæc eſt ſententia S. Thom. loco dudùm memorato, & in 1.d.27.q.2.art.2. & de veritate q.4.art.5.& quodlib.4.q.4.art.1.& conſentiunt Thomas Caietanus in Comment. & Ioan. Capreol d.27.q.3. art.1. concluſione 5. & Franciſ. Ferrar. 4. contra gent. cap. 13. & Ioan. Scotus d.27.q.3. Vbi autem S. Doctor ait Verbum diuinum eſſe expreſsiuum rerum intelligibilium ratione eſſentiæ, moderandũ eſt nomen iſtud; exprimere enim eſt aliud quid per ſimilitudinem imitari, eſſentia autem diuina non aſsimilatur rebus creatis, ſed potius res creatæ fiũt ſimiles eſſentiæ creatrici; ſed dicitur expreſsiuum quaſi declarans, ſiue repræſentans. Sed & S. Auguſtinus libr. 83. quæſtionum q. 63. videtur hanc ipſam doctrinam noſtri Doctoris animaduertiſſe, dum in Verbo diuino notat, & relationem ad Patrem, quæ eſt proprietas perſonalis; & ad res creatas relationem ſcilicèt repræſentantis, quæ eſt rationis relatio, conueniens verbo quatenus eſt diuina eſſentia. Cum ergo diuinũ Verbum, quod eſt perſona, repræſentet res cognitas, & ſit quid productum per intellectionem, conficitur iuxta Verbi definitionem, vt ſit propriè Verbum: neque eſt nobis de hac re cum aliquo diſceptatio.

Viri aliàs docti in hoc decepti.

Obiectio.

Reſponſ. Verbum quà Verbũ eſt, repræſẽtat ratione eſſentiæ.

Idẽ S. Thom.

Caiet. Capreol. Ferrar. Scotus.

In S. Thom. Verbum creaturarũ expreſſiuum, id eſt, repræſentans, nõ verò per ſimilitudinem imitans.

S. Auguſt. notat in Verbo diuino duplicem relationem. Relatio ad creaturas, ſcilic. repræſẽtãtis eſt rationis. Cõcluditur ex dictis Verbum diuinum eſſe propriè Verbũ.

10. Sed tamen eodem videtur confici argumento, vt in ipſa eſſentia concedamus Verbum, ſiquidem ea eſt quæ maximè res cognitas repræſentat, ſiquidem Verbum, quod eſt perſona, repręſentat ratione eſſentiæ, quam inclu- A dit. De qua re diſputandum nunc eſt.

SECVNDA PARS.

In cognitione diuina nullum eſt medium.

Erit nobis hoc loco ſummopere aduertendum, quòd repræſentare eſt relatio rationis, quæ conuenit verbo creato ratione abſolutæ formæ, quæ eſt ipſum verbũ. Vnde emergit noua quædam Theſis diſputanda, in Scholis, vt B reor, non audita, Vtrùm in diuina eſſentia ſit meditãdum attributum quoddam eſſentiale & abſolutum, ratione cuius ei conueniat repræſentare res cognitas, vt verbum creatũ repræſentat? Hoc enim ſi indagãdo inueniamus in diuina eſſentia, apparet eſſe fortaſsis quoque in ea verbum eſſentiale. Et vt rem totam tractemus, diſputetur de ſpecie intelligibili, & Verbo. De ſpecie enim intelligibili ſimilitèr videndũ eſt, vtrùm meditandũ ſit in Deo attributum quoddam, quod ſit quaſi ſpecies intelligibilis reiectis im C perfectionibus accidentis, & inhærentiæ.

1. Aduertendum ſummoperè ex proxima quæſtione præcedẽte.

Noua quæſtio Vtrùm in diuina eſſentia ſit perfectio realis, ſeu attributum abſolutũ, quod ſit vt Verbum

Primum de ſpecie intelligibili videtur aſſerendum aliquid reale cogitandũ eſſe in diuina eſſentia loco ſpeciei intelligibilis. Nam hæc attributa diuina ducimus à rerum creatarum cognitione; ea enim, quæ ſunt ex natura rei ſaltem, & definitione, reque ipſa diſtincta, abſque diſtinctione vlla rei, & cum rationibus formalibus diſtinctis ad Deum traducta, dicimus attributa. Eſſe autem intelligibile in nobis eſt diſtinctum ſaltem definitione, & ex natura rei ab eſſe naturali: nam anima rationalis eſt coniũcta cum ſuo intellectu reali cõiunctione natura D li, non verò coniunctione intelligibili; cuius vtriuſque cõnexionis diuerſus eſt effectus formalis, nam ibi eſt effectus naturalis coniunctionis, non verò intelligibilis: & in Angelo cuius forma, quæ eſt eius quidditas, coniuncta eſt cum intellectu ſecundum vtrumque eſſe naturale, & intelligibile, videtur eſſe diſtinctus effectus formalis ſaltem ex natura rei. Nã cõiũctionis naturalis formæ cum intellectu Angelico effectus formalis eſt, quòd Angelus ſit intellectu præditus; intelligibilis autem cõiunctionis effectus formalis eſt, quòd ad intelligendum ſuam

2. 1. Concluſio. Eſt attributũ, quod ſit vt ſpecies intelligibilis impreſſa, reiectis imperfectionibus. Probatur.

In creatis eſſe intelligibile eſt diſtinctum ſaltèm ex natura rei ab eſſe naturali.

Declaratur hoc In nobis datur animæ cũ intellectu coniũctio naturalis, non intelligibilis.

In angelo eſt coniunctio ſecũdum vtrũq; eſſe.

Vtriuſque coniunctionis effectus eſt diſtinctus ſaltèm ex natura rei.

quidditatem per illam coniunctionẽ intelligibilem ſit in actu primo; in quo genere intelligibilis entis forma ſubſtantialis eſt perfectio intellectus angelici: ſiquidem per illam formam coniunctam eſt angelicus intellectus in actu primo ad intelligendum angelum. Hæc autem ſi vera ſunt, & ad Deum referantur, permittendum eſt, quòd ipſa diuina eſſentia, vt eſt per ſe intelligibilis, & coniuncta cum ſuo intellectu coniunctione intelligibili, cogitetur à nobis, vt diuina quædam perfectio ab alijs perfectionibus cogitando diſcreta, quam dicimus attributum. Et S. Thomas affirmat diuinam eſſentiam cum intellectu coniunctam habere rationem ſpeciei intelligibilis.

In genere entis intelligibilis, ſubſtãtia angeli eſt perfectio intellectus angelici. Colligitur veritas concluſionis.

S. Thom.

3. De verbo autẽ maior eſt difficultas, vtrùm illud eſſe intelligibile, quod in verbo creato deprehendimus, ſcilicet, quòd ſit quædam forma terminans intellectionẽ, inueniatur in diuina eſſẽtia? Et primò ponderandũ eſt, quòd vbi verbum non eſt res ipſa intellecta reali vnitate, neceſſe eſt, vt ſit medium inter intellectionem, & rem intellectam. Cum enim verbum ſit ratio intelligendi rem, ipſam declarãs, & repræſentans, & ipſius rei intellectæ vices agens, per quod vt per imaginem rẽ intelligimus; neceſſariò eſt mediũ in quo rem intelligimus, inter intellectionem, & rem intellectam à natura conſtitutum. Et hoc pacto intelligere per verbum eſt quid imperfectum, quod in nobis accidit, vt diximus; Deo autem hoc tribuere nefas eſt: At verò in Deo vbi verbum eſt res ipſa intellecta, minimè neceſſe eſt, vt ſit medium inter intellectionem & rem intellectam. Quare ſi in diuina eſſentia poneremus verbum eſſẽtiale, illud non eſſet ponẽdum, vt medium inter intellectionem, & rem intellectam. Quod argumẽtum non ſolùm euincit non eſſe ponendum in Deo medium intelligibile re ipſa diſtinctum ab intellectu & obiecto, cum ibi nulla ſit realis diſtinctio: ſed cõmonſtrat etiam neque cogitando meditandum ibi eſſe medium intelligibile, ſiquidem intelligere per medium imperfectio eſt, & minimè neceſſarium, vbi intellectus eſt ipſa res intelligibilis reali vnitate; medium enim eſt propter diſtantiam eorum, inter quæ eſt medium: Igitur eſſentia diuina non eſt medium

2. concluſio. In Deo nihil eſt, quod ſit vt verbum quoad rationẽ medij inter intellectionem, & rem intellectã. Probatur.

Verbum eſſentiale, ſi poneretur, nõ eſſet ponẽdũ vt mediũ intelligibile.

In Deo nihil cogitari poteſt, quod ſit vt medium intelligibile.

Medium eſt propter diſtantiã eorũ inter quę eſt mediũ.

A inter intellectionem diuinam, & rem intellectam, neque habet rationem medij; ſed per ſe ipſam immediatè occurrit & repræſẽtat ſe, & omnia in ſe. Nam & res alias repræſentat diuina eſſentia in ſe ipſa, non vt medium cognitionis, ſed vt obiectum cognitum in quo illa cognoſcuntur, vt doctiſsimè notauit S. Thom. 1.p.q.14.art.5.

Res alias repræſentat eſſentia diuinæ, non vt medium cognitionis. *S. Thom.*

4. Ex his videtur colligi nihil eſſe meditandum in diuina eſſentia ex parte obiecti cogniti, quod ſit quaſi intelligibilis forma repræſentans res, vt verbum repræſentat, licèt ex parte cognoſcentis B meditemur diuinam eſſentiam ſecundũ eſſe intelligibile ad modum ſpeciei. Et confirmatur, quia ſpecies impreſſa perfecta eſt actualis rei ſimilitudo, ita vt vltra non ſit ſimilitudo alia ex parte obiecti, vbi ſpecies impreſſa perfecta eſt; ergo cum diuina eſſentia ſit infinitum quoddã eſſe intelligibile in actu, antecedens intellectionem diuinam noſtro modo cogitandi, minimè neceſſe eſt meditari aliam formam intelligibilem ex parte rei cognitæ; quod argumentum videtur apertiſsimè conuincere.

Difficultas eſt de verbo quatenus eſt forma intelligibilis repræſentans res, & intellectioni obijciẽs vt terminus illi occurrens. Prior ſententia. Non eſt attributum, quod ſit vt verbũ ſecundum hanc rationem. Colligitur 1. ex dictis. Probatur 2. & efficacitèr.

5. C Nihilominus probabilitèr defẽdi poteſt, quòd in ipſa diuina eſſentia ex parte rei cognitæ meditandum ſit quoddã eſſe intelligibile reale, quod eſt eſſe per ſe primò intelligibile, non tamen vt medium. Nam illud eſſe intelligibile diuinum, quòd antecedit cognitionem, eſt principium intelligẽdi; hoc autem eſse, eſt terminus, ſiue obiectum. Et ſicut cõiunctio illa, qua eſsentia cum intellectu diuino eſt res vna in ratione principij, eſt quoddam attributum; ita connexio hæc altera, qua eſsentia cum eodem intellectu in ratione obiecti eſt res vna, poteſt dici attributum alterum.

Poſterior ſententia oppoſita probabilis.

Probatur.

6. Sed contra hoc eſt argumẽtum: nam ratio obiecti eſt relatio rationis, hoc enim ſignificat formalitèr nomen iſtud, D obiectũ; ergo diuina eſsentia in ratione obiecti nõ eſt perfectio aliqua, vt dicatur attributum, ſed ſola relatio rationis eſt. Videtur tamẽ nõ improbabilitèr dici illud eſse intelligibile ex parte obiecti aliquid reale eſse, & perfectionem eſsẽtiæ, & attributum: Confitemur enim rationem obiecti eſse relationẽ rationis, ſed aimus aliquid reale per hoc nomen poſse in Deo indicari; ſiquidèm nõ habemus nomen aliud ad id, ſi quid eſt, declarandum.

Obiectio.

Reſponſio.

Eſſe obiectum, ſeu intellectũ ſignificat relationem rationis, etiam in Deo.

Digitized by Google

Probabilitèr tamen indicat perfectionem rei intellectæ vt intellecta eſt, ſcil. coniũctionẽ per idẽtitatem eſſentię cum intellectu etiam in ratione obiecti.

clarandum. Itaque in rebus creatis nihil fingi poteſt in ratione obiecti quod ſit reale; ſiquidèm rem cognoſci accidit rebus creatis, accidit autem per hoc quòd cognoſcuntur à potẽtia quadam diſtincta, & ſolum nomen cogniti eſt in rebus, quæ eſt relatio rationis: in Deo verò nõ accidit cognoſci, ſed res cognita per ſe, & eſſentialitèr eſt ipſe intellectus diuinus; & hæc coniunctio indicat perfectionem quandam rei intellectæ, vt intellecta eſt; quia illud intelligi eſt eſſe ipſum intelligentem. Quare etſi hæc nomina rem intelligi, & eſſe obiectũ intellectus ſignificent relationem rationis etiam in Deo; fortè tamen ſub his nominibus latet aliquid reale, quod per alia nomina nequimus indicare; quod eſt eſſe per ſe primò intellectum.

Declaratur.

Declaratur hoc, nam conformitas rerum creatarum cum intellectu diuino eſt relatio realis creata in multis rebus, vt dicemus lib. 3. & dicitur veritas creata: conformitas autem diuinæ eſſentiæ cum intellectu diuino eſt relatio rationis, quia hæc conformitas eſt identitas; & indè dicitur prima veritas, prima conformitas per identitatem. Veritas autem prima indicat maximam perfectionem in Deo; quæ ſanè videtur eſſe perfectio ipſa, de qua diſputamus, quam ponimus attributum, ſcilicèt eſſentia, vt eſt per ſe primò intelligibilis; vndè habet vt ſit prima veritas, quæ eſt conformitas per identitatẽ: hæc enim perfectio eſt realis idẽtitas, & vnitas eſſentiæ diuinæ cum intellectu, quæ cernitur in prima veritate.

Prima veritas, ſeu prima conformitas per identitatem videtur indicare hanc ipſã perfectionem, ſcilicèt eſſentiã, vt eſt forma per ſe primò intelligibilis.

Confirmatur. Eſſentia diuina vt res cognita, in ſuo eſſe intelligibili infinito cõtinet omnia intelligibilia.

Et confirmatur, quia eſsentia diuina vt cognita, in ſe ipſa continet omnia intelligibilia ſecũdum eſse quoddam intelligibile infinitum; ergo etiam vt cognita, habet eſse quoddam intelligibile reale, & infinitè perfectum, vt cognita (inquam) id eſt, vt eſt res cognita: nam nomen, cognita, formalitèr non ſignificat rem, ſed relationẽ rationis.

Reſponſ.

Quòd ſi dicas res creatas intelligi in eſsentia diuina, vt in cauſa: adhùc inſtamus; non enim cognoſcuntur vt in cauſa ad hunc ſenſum quòd ex cognitione cauſæ cognoſcantur, quaſi per cõſequentiam; ſed quòd in ipſo eſse intelligibili ſuæ cauſæ continentur intelligibilitèr, ſicut & cauſalitèr.

Impugnatur.

Continet omnia intelligibilitèr, ſicut & cauſalitèr.

S. Thoma argum cap 13. propoſitum, probans verbum eſſe Deũ, indicat eũ propendere in hãc poſteriorẽ ſententiam.

Et in hãc partem videtur propendere S. Thomas, dũ ex propria ratione verbi in genere probat diuinum Verbum eſse Deum; tum A quia niſi verbũ ex propria ratione eſset forma intelligibilis, falſum eſset aſsumptum quòd verbum ſit res intelligibilis ſecundum ſimilitudinem, vt explicauimus: tum maximè quia niſi diuinũ Verbum eſset forma intelligibilis, nequaquàm concluderetur illud eſse Deum, qui eſt ipſum intelligibile, ſcilicèt diuina eſsentia: hæc enim conſequentia nititur coniunctione formæ intelligibilis cum obiecto quod intelligitur.

Oſtenditur. 1. Secundò.

Et idem argumentum conficit S. Thomas de amore procedente, nam ex propria ratione B amoris in genere, concludit diuinum amorem eſse ipſum diligibile, quod eſt ipſa diuina eſsentia. Quam rem ſi concedamus, iam meditamur eſsentiam diuinam vt formam intelligibilem ex parte rei cognitæ; qua ratione conuenit cũ verbo creato, quod eſt etiam forma intelligibilis.

Eiuſdem ſimile argumentũ de amore.

TERTIA PARS.

In Deo verbum non eſt eſſentiale.

1\. In priori ſententia õpiã. Concluſio negans in Deo verbum eſſentiale, c ara. Oſtenditur.

C. DIcendum iam eſt de propoſita quæſtione, Vtrùm diuina eſſentia ſit verbum propriè loquendo. Et quidèm ſi eam opinionem, quam modò dicebamus probabilem, quis non permittat, iam ratio verbi excludetur ab eſsentia diuina: nam verbum eſt forma intelligibilis ex parte rei cognitæ quod repræſentat rem; ſed eſsentia diuina non repræſentat rem, niſi ex parte intelligẽtis ad modum ſpeciei intelligibilis; ergo non poteſt intelligi per modum verbi, ſed per modum ſpeciei intelligibilis, & ita non erit propriè verbum.

2\. In poſteriori, qua ratione à quibuſdã probetur. Reijcitur hæc ratio. Verbum diuinum eſt propriè verbum, non tamẽ medium intelligibile inter intelligentem, & rẽ intellectam.

Permiſsa autem illa opinione adhùc poteſt reijci verbum ab attributis eſsẽ D tiæ, quia non eſt medium intelligibile, ſicut eſt verbum creatum. Sed hæc ratio nulla eſt; nam Verbum diuinum quod eſt perſona eſt propriè verbum, & tamen non eſt medium intelligibile: quoniam Verbum hoc quod eſt perſona, repræſentat res ratione diuinæ eſsentiæ, vt diximus; ſed diuina eſsentia non repræſentat illas, vt medium intelligibile, quod etiam oſtendimus; ergo neque Verbum Patris medium intelligibile eſt.

3\. Verbum diuinum eſt terminus primę pro

Poſsumus tamen dicere quòd in cognitione practica Verbum eſt mediũ, quia Pater Verbo producit creaturas: ſed cũ hæc

Digitized by Google

ceſsionis, quæ eſt ad intra p ſcientiam ſpeculatiuã; medius, vt cauſa à cauſa procedens, reſpectu ſecundæ proceſsionis, quæ eſt ad extra per ſcientiam practicam.

hæc cognitio ſit cauſa rerum, per hoc quòd in illa conſideramus Verbũ vt medium, cõſideramus illud vt cauſam procedentem à cauſa, ſicut Deum à Deo; & ita conſideramus Verbum vt principium proceſsionis ad extra, ſcilicèt ad creaturas; ſiue etiam vt terminum medium proceſsionis; quia prima proceſsio eſt Verbi per ſcientiam ſpeculatiuam, & indè ſequitur proceſsio creaturarum per Verbum per ſcientiam practicam. Sed nunquam conſideramus Verbum vt terminum intellectionis medium inter intelligẽtem, & rem intellectã, vt diximus.

4. Non pertinet propriè ad rationem verbi eſſe mediũ intelligibile.

Cum igitur Verbum, quod eſt perſona ſit propriè Verbum, & non ſit medium intelligibile; conſequens eſt vt non pertineat neceſſariò ad rationem verbi eſſe medium intelligibile; neque diuina eſſentia ſecluditur à ratione verbi eam ob cauſam.

5. Concluſionis ratio ſola, & in vtraq; opinione conſtans. Verbũ ex propria ratione ſua procedit de intelligente.

Hęc iam eſto diſputationis ſcitiſsima concluſio, Verbum non eſſe attributum diuinæ eſſentiæ, ſed nomen duntaxat perſonæ. Cuius aſſerti hæc eſt ſola ratio, eaque conſtans, verbum ex propria ratione eſſe quid à dicente productum & procedens; impoſsibile autem eſſe aliquid eſſentiale in Deo produci; quia inter producens, & productum eſt realis diſtinctio, inter eſſentialia autem nulla eſt diſtinctio realis. Ideò negamus verbum eſſe eſſentiale, ſed duntaxat ponimus perſonale, Filius enim eſt Verbum per intellectionem productum, re ipſa diſtinctum à Patre proferente hoc Verbum.

6. Obiectio.

Neque verò infirmatur hæc ratio, ſi reſpondeas in Deo quoque nos cogitare operationem intellectus quaſi emanantem ab intellectu, cum tamen ea emanatio non ſit realis; ita etiam poſſe cogitari verbum eſſentiale emanans ab intellectione, non tamen reali emanatione. Diſpar tamen eſt ratio: nam emanatio ab intellectu non eſt de quidditate intellectionis, vt eſt Deo nobiſq; communis. Sed intellectio eſt operatio obiectũ proſpectans, quam in Deo per modum emanantis à potentia intelligimus; ſicut generationem diuinam intelligimus per modum actionis; quæ tamẽ non eſt realis actio, vt diximus; modus enim intelligendi noſter non exæquatur rei intellectæ. At verò verbum ex propria definitione eſt quid prolatum, & dictum, &

Reſponſio. Intellectio ex ratione communi Deo, & nobis, non eſt emanans re ipſa ab intellectu, ſed eſt operatio obiectũ proſpectans.

Verbũ ex ſua ratione eſt dictum, productum, ſeu emanans.

A productum: quare non ſatis eſt vt intelligatur per modum producti, ſed vt verè & re ipſa productum & emanans; non ergo ſatis eſt, vt cogitetur quaſi emanãs à dicente, ſed vt verè emanet; æquiuocè enim emanare dicitur, quod non re ipſa emanat, ſed nomine tenus dicitur emanare, ſeu proferri, ſeu dici. Et confirmatur: quia proferri, ſiue dici eſt de definitione verbi, vt conſtat; verbum autem creatũ re ipſa dicitur, & profertur; Verbum etiam diuinum, quod eſt perſona, reali emanatione profertur, & dicitur: B ergo verbum eſſentiale quod re ipſa nõ dicitur, aut profertur, æquiuocè eſt verbum, cum in hac particula definitionis æquiuocè conueniat; quia etſi poſsit cogitari vt prolatum, verè non eſt prolatũ.

Confirm.

Verbum eſſentiale ſi ſolum cogitetur vt prolatum, cũ verè nõ ſit prolatum, æquiuocè eſt verbum

Quarè maximè falluntur ij, qui credunt ita pertinere ad notionem, quidditatemq; intellectionis, vt emanet ab intellectu, ſicut ad verbum. Imò S. Thom. 1.p.q.27. hac ex parte maximè verbum contemplatur, vt ab intelligẽte emanat, quia ſcilicèt ipſam emanationem realẽ verbi definitio complectitur.

7. Cõtra aliquos aduerſantes, *S. Thom.*

Sed adhùc probatur, quòd neque cogitatione rectè conſideretur verbum eſſentiale ab intellectione diuina procedere. C Nam Deus intelligit ſe ipſum abſque medio; quod eſt inter intellectionẽ, & rem intellectam nullum medium interijci; verbum autem ex parte obiecti ponimus: ergo vbi obiectum eſt proximum operationi, non poteſt poni verbũ, niſi poſt operationem, & obiectum, etiã noſtro modo intelligendi; quod eſt abſurdum, & impoſsibile: coniuncta enim operatione cum obiecto, ad quid rei erit verbum conſequens.

8. Verbum eſſentiale neque cogitari rectè poteſt vt prolatum, ſeu procedens ab intellectione.

Probatur. 1. In Deo obiectũ eſt immediatum operationi.

Nos autẽ illud eſſe intelligibile, quod ex parte rei cognitæ in Deo meditamur, aimus eſſe ipſum obiectum per ſe cognitum, neque diſtinguimus ab obiecto: D obiectum autem non intelligitur vt procedens ab actione, ſed potiùs vt occurrens illi; ergo etiam cogitatione mentis non poteſt intelligi quòd illud eſſe intelligibile diuinũ ab intellectione oriatur; ergo nullo modo eſt verbum, ſiquidẽ neque re ipſa, neque ſaltèm ratione, ab intellectione procedit; verbum autem eſſentialitèr eſt mentis partus, & intellectionis expreſsio. Quare ſi propriè loquendum ſit, negandũ eſt omnibus modis verbum eſſe eſſentiale in Deo.

9. Probatur. 2. Eſſe intelligibile diuinum ex parte rei cognitæ eſt ipſũ obiectum, & cogitatur vt occurrens intellectioni, non vt ab ea procedens.

Poſt

Digitized by Google

10.
S. Thoma argumentum cap. 13. propoſitũ ex dictis perſpicuum.

Poſt hæc autem perſpicuum efficitur argumentum S. Thom. cap. præcedente propoſitum; non enim probat quòd Verbum diuinum afferat diuinæ naturæ eſſe intelligibile, & vnionem intelligibilis cũ intelligente, proindèque Verbum eſſe Deum; ſed potiùs ex eo quòd Verbum procedendo accipit hoc eſſe intelligibile, in quo intelligens & intelligibile ſunt vnum, ipſum Verbum quod vt ſic habet rationem intelligibilis, eſt ipſum intelligens, & intellectum, eſtq; Deus; & idem de Amore procedente dicendum; non enim Amor perſonalis coniungit diligibile cum diligente, quaſi afferat ſecum hanc vnionem; imò verò quia Amor diuinus proceſsione accipit eſſe diligibile, quod eſt ipſum diligens, oſtenditur quòd ex ſua proceſsione ſit Deus.

Verbum diuinum procedẽdo accipit eſſe intelligibile.

Item Amor eſſe diligibile.

11.
Imago dicitur perſonalitèr. Probatur.
S. Thom.

Ex iiſdem conſequitur imaginẽ quoque dici perſonalitèr, vt docet S. Thomas 1. p. q. 53. art. 1. & q. 95. art. 3. & 4. & in 1. d. 18. q. 2. artic. 2. quia imago ad aliud refertur, à quo ſcilicèt procedit, vnde S. Auguſt. 7. de Trinit. cap. 1. *Quid abſurdius*, inquit, *eſt quàm imaginem ad ſe dici?* Et obſeruat S. Thom. quòd imago dicitur ab imitando; id autem quod aliud imitatur, procedit ab illo vt exẽplatum ab exemplari: & eodem modo interpretatur definitionem S. Hilarij in lib. de ſynodis, *Imago eſt eius rei, ad quã imaginatur, ſpecies indifferens.* Species enim eo loco idem eſt quod forma; ſimilitudo autem ſecundum formam accipitur. Eſt igitur imago ſpecies, ſiue forma, in qua ſimilitudo, & imitatio rei alterius inuenitur; vbi ſatis apertè deſignatur relatio ad aliud. Dicendum ergo ſicut de verbo diximus, & poſteà explicabimus, in imagine eſſe aliquid abſolutum ratione cuius imitatur ſuum exemplar; & eſſe prætereà relationem procedentis ab alio, à quo exemplatur. Ita & in diuina imagine, quæ eſt ipſum Verbũ diuinum, id quod eſt abſolutum eſt eſſentia, ratione cuius imitatur Filius Patrẽ; eſt prætereà relatio procedentis, vt exemplati, & hoc eſt perſonale, & proprietas Filij: & idcircò imago eſt quid perſonale.

S. Auguſt.

S. Thom. Imago dicitur ab imitando.

ex S. Hilar. definitio imaginis.

Similitudo ſecundum formã accipitur.

In imagine vt in Verbo eſt aliquid abſolutũ, & relatio procedentis, ſeu exẽplati.

12.
Imago refertur ad exẽplar reali relatione ſi procedit ab eo etiam vt à pincipio productiuo.

Eſt etiam obſeruandum, quòd exemplar eſt cauſa, ſiue principium formale, ſed quia forma in agente eſt etiam principium actiuum, illa imago refertur ad exemplar relatione reali, quæ ab eo pro- A cedit etiam vt à principio actiuo, vt Filius à Patre: & imago artefacta ad illum, à quo eſt deducta, reali relatione refertur; ſi tamen deducta ſit ab obiecto aliquandò præſenti, quia noſtra cognitio nonnunquam procedit à rebus cognitis, etiam in genere cauſæ efficientis; ſicut etiam ſciẽtia refertur relatione reali ad ſcibile illud, à quo cognitio noſtra accipitur, vt effectus ad cauſam; aliàs non refertur ea relatione reali, neque ſcientia ad ſcibile, neque imago ad illum, cuius eſt imago. Et ratio eſt, quia forma extrinſeca non eſt cauſa realis, niſi ſit efficiens; quare exemplar, quod eſt cauſa B formalis, non eſt cauſa realis imaginis, niſi ſit ſimul principium actiuum. At verò in proceſsione diuina ponimus principium quaſi actiuum; quare Filius, qui procedit per imitationem quaſi exemplatum, propriiſsimè eſt imago & relatũ reali relatione ad Patrẽ, vt ad exemplar. Eſt etiam in imagine alia relatio conformitatis, ſicùt & in ſcientia, quæ eſt tertij generis, de qua lib. 3. diſſeremus. Sed hęc non conuenit Verbo diuino, quia eſt relatio quaſi regulati quod eſt imperfectũ.

1. exemplum

Secundum.

Aliàs non refertur relatione reali. Ratio.

In Verbo diuino relatio quaſi exẽplati eſt realis.

Non conuenit illi relatio conformitatis, quę eſt in imagine Ratio.

13.
De amore.
Probatur. 1. in Deo amorẽ non eſſe eſſentialem.
Probatur. 2.

C De amore verò ſimilia omninò dicẽda ſunt; amor enim qui eſt dilectionis terminus, ex propria natura habet quòd ſit per dilectionem productus; non eſt ergo eſſentialis, ſicut de Verbo diximus. Deindè Deus per ſe ipſum eſt amabilis; ergo inter dilectionem, & ipſum Deum dilectum nihil ponendum eſt medium. Quòd ſi amor eſſentialis ſaltèm cogitãdi modo à dilectione procederet, dilectioni, & rei dilectæ poſtponendus eſſet, ita vt etiam cogitatione hæc meditãtes priùs intelligeremus dilectionem Dei, & Deum ipſum dilectum, & poſteà amorẽ eius eſſentialem, vt terminum dilectionis, quod eſt impoſsibile cogitatu.

Sicut Verbum ita amor eſſentialis nonniſi poſt operationem, & obiectum coniunctum cogitari poteſt procedens.

14.
Probabile eſt diuinam eſſentiam vt per ſe primò diligibilem ex parte obiecti eſſe realem perfectionem & attributum eſſẽtiæ.
Declaratur.
Hæc perfectio nomine primæ bonitatis indicatur.

D Similitèr credibile eſt diuinam eſſentiam, vt per ſe primò diligibilem, eſſe quid reale, quod attributum meditamur ex parte obiecti dilecti. Et illam identitatem realem rei dilectæ cum voluntate, ita vt res per ſe primò dilecta, & diligibilis ſit ipſa voluntas, arbitramur indicare quandam perfectionem in ratione diligibilis, & eſſe attributum eſſentię, quæ perfectio indicatur nomine primæ bonitatis; non tamẽ quòd hoc eſſe diligibile ſit mediũ inter potentiã, & obiectũ: & cętera, ſicut de verbo, coaptanda ſunt.

Dicen-

Digitized by Google

15. Quòd rẽ amabilem præſtet vt ratio diligibilis, amor perſonalis habet ratione eſſentiæ.

Dicendum ergo quòd Amor, qui eſt A dilectionis terminus, eſt duntaxat perſonalis, non eſſentialis. Eſt autem de ratione amoris, qui eſt dilectionis terminus, vt rem ipſam amabilem præſtet quaſi ratio diligibilis; ſicut verbum rem declarat, vt ratio intelligibilis. Hoc autem habet Amor perſonalis ratione eſſentiæ; & quia eſſentia per ſe ipſam abſque medio eſt ipſa ratio amabilis, Amor perſonalis quatenùs eſt eſſentia, ipſam amabilem exhibet, quia eſt ipſa ratio amabilis. Et ita cætera etiam concinnãda ſunt, & componenda, vt de Verbo diximus.

Confirmatio.

16. S. Auguſtini locus primus. NOſtram ſententiam firmat S. Auguſtini auctoritas indubia. Nam 5. lib. de Trinitate cap. 13. docet verbum dici relatiuè. Secundus. Et lib. 6. cap. 2. planiſsimè, *Verbum*, inquit, *ſolus Filius accipitur.* Ergo eſſentia non dicitur verbum, ſiquidèm diſtinguit ibi eſſentiam à perſona. Tertius clariſſimus. Et lib. 7. cap. 2. *Non eo verbum quo ſapientia.* Quibus verbis nihil clarius: quaſi dicat proprietate eſſe verbum; eſſentiâ verò ſapientiam. S. Anſelm. Et S. Anſel. Monolog. c. 60. Hoc eſſe ait mirabile quòd cum tres loquantur, vnum ſit Verbum, ſcilicèt Filius; nam ſi poneret verbum eſſentiale, & commune, nihil mirũ quòd eodem verbo tres loquerentur; ſicut eâdem ſapientiâ ſunt tres ſapientes: ſed quia conſiderauit verbum eſſe id quod procedit, Idem dixit in Deo eſſe tres loquentes. vnam perſonam dixit Verbũ, & tres loquentes; quod tamen S. Anſelmus minùs propriè dixit; nam & loqui eſt verbum producere, quod eſt propriũ Patris, ſicùt verbũ eſt quod producitur. Aliquorum cõmentarius. Quidam S. Anſelmum alitèr interpretãtur, vt non dixerit perſonas loqui verbo, ſed illi Summo Spiritui idem eſſe loqui, & intelligere; quod poteſt Patri accommodari. Reijcitur. Sed S. Anſelm. addit prætereà eſſe tres loquentes, & vno verbo loquentes. S. Thomas meliùs ait eũ impropriè loquutum. Quamobrem dixit meliùs S. Thom. q. 34. art. 4. ad 3. Sanctum Anſelmum impropriè fuiſſe loquutum, qui perſonas diuinas loquẽtes inducat. Albinus. Perſpicaciùs dixit Doctor Albinus libello 28. q. 9. de Trinit. *Non poſſumus dicere Verbum de Verbo, quia relatiuum nomẽ eſt Verbum; quod ſolus eſt Filius.* Eſt ergo nomen ſolum perſonale. S. Thomæ. At verò eiuſdẽ opinionis teſtamur S. Thom. haud incertum aſſertorem; locus 1. nam 1. p. q. 34. art. 1. ait verbum ex propria ratione dici aliquid procedens, id autem quod procedit in Deo eſt perſona, non eſſentia. Secundus. Et ſolutione ad 2. nihil ait pertinere ad intellectum diuinum quod ſit perſonale, niſi ſolum Verbum. Tertius. retractat contrariam ſentẽtiam alibi traditam. Et eodem articulo concludit Verbum dici duntaxàt perſonalitèr, retractans (vt æquum eſt credere) ſententiam, quam in libr. ſententiarum tenuerat. Alex. Al. Henr. Gãd. Idem ſentit Alexan. Alenſ. q. 42. memb. 2. & Henricus Gandau. in ſumma, art. 4. q. 7. Scotus. S. Bonauentur. d. 27. q. 2. B Ioan. Scotus ibidem. Ægid. Ægidius & Richar. Richard. q. 2. ar. 2. Heruæus. Heruæus tract. de Verbo q. 5. art. 1. vbi docet emanationem à loquente eſſe præcipuum in verbo. Et eſt communis Doctorum conſenſio.

CAPVT XV.

Argumenta refelluntur.

1. 1. argum. PRimò arguitur oſtendendo Verbum in Deo non eſſe perſonam; verbum enim ex propria ratione eſt id quo formalitèr intelligit is, qui verbum dicit, & C eſt forma eius intelligibilis: ſed Filius Dei non eſt id quo formalitèr Pater intelligit; neque eſt eius forma intelligibilis; ſiquidèm non eſt eius perfectio, ſed perſona diſtincta; ergo Filius propriè loquendo non eſt Verbum Patris. Confirm. Et confirmatur, quia verbum eſt perfectio intelligentis perficiens intellectum.

2. 2. argum. Secundò probatur, quòd Verbum in Deo ſit propriè eſſentiale, nam loqui & dicere non accidit ſine verbo, vt liquet; ſed loqui & dicere in Deo eſt quid eſſentiale, & cõmune tribus perſonis, vt docent S. Auguſt. 7. de Trinitate cap. 1. & S. Anſel. Monolog. cap. 60. S. Auguſt. S. Anſelm. ergo in Deo D eſt verbum eſſentiale, ſicut & dicere eſſentiale eſt. S. Ambroſ. Et S. Ambroſ. lib. contra Arianos cap. 5. permittit dicere, Verbum de Verbo: ergo eſt nomen eſſentiale Patri, & Filio commune. Mar. Vict. Marius etiam Victor. lib. 1. contra Arium, Filium appellat vocem Patris, & Spiritum Sanctum vocem vocis, & Patrem appellauerat vocem in ſilentio, & libr. eodem dicit prodijſſe logon à logo, id eſt, Verbum à verbo: ergo eſt nomen commune, non perſonale.

3. 3. argum. Tertiò, idem probatur, verbum quod eſt perſona declarat, ſiue repræſentat res

Digitized by Google

res ratione eſſentiæ diuinæ, quam includit, vt diximus; ergo ipſa eſſentia præcipuè verbum eſt. Probatur conſequentia, nam repræſentare eſt propria ratio verbi; cum igitur hoc conueniat perſonæ ratione eſſentiæ; multò magis in ipſa eſſentia inuenitur ratio verbi.

4. 4 argum. Quartò ad idem arguitur, verbum enim ex propria ratione eſt quædam forma intelligibilis; & minùs principalitèr in obliquo habet relationem ad dicentem; eſſentia autem diuina, eſt ipſa forma intelligibilis, perſona verò eſt relatio. Cum igitur id quod eſt præcipuum in verbo ſit eſſentiale, & quod eſt minus præcipuum ſit perſonale, potiùs eſſentia eſt verbum, quàm perſona.

5. 5. argum. Quintò probatur, quòd verbum propriè non inueniatur in Deo, neque vt eſſentiale, neque vt perſonale; verbum enim ex propria ratione eſt quædam forma intelligibilis producta à dicente, ex parte obiecti declarans rem cognitam, ſed in Deo forma intelligibilis, quæ eſt diuina eſſentia non producitur; ſed neque eſt aliqua forma intelligiblis in Deo ex parte obiecti; ergo ratio propria verbi non inuenitur in Deo. Minor propoſitio quoad alteram partem fide Catholica comprobatur: quoniam neque eſſentia diuina, neque aliquid eſſentiale, quod idem eſt, producitur. Quoad alteram verò partem, quòd in Deo non ſit forma intelligibilis ex parte obiecti, probatur: nam ea forma ponitur ad repræſentandam rem. quod autem eſt præſens non repræſentatur per aliud; ergo cum diuina eſſentia ſit totum, adęquatumque obiectum diuinæ cognitionis, & ſit per ſe ipſam præſens, non eſt neceſſe meditari formam intelligibilem repræſentantem ex parte obiecti; ergo nulla ratio verbi propria in Deo inuenitur.

6. 6. argum. Sextò, verbum duo habet & quòd ſit forma intelligibilis, & quòd repræſentet res cognitas; eſt autem forma ipſa res quædam, repræſentare verò eſt relatio rationis: tunc ſic arguitur; In Deo non eſt forma illa intelligibilis ex parte obiecti, vt probatum eſt; ſed eſt ſola relatio rationis, quod eſt repræſentare; ſed verbum non eſt relatio rationis, ſed res quæpiam; ergo in Deo vbi ſola repræſentatio inuenitur, non eſt propriè verbum.

A Vltimò idem probatur de Amore procedente, & poſſumus eadem argumenta repetere; eſt enim in nobis amor dilectionis terminus forma quędam per dilectionem producta, per quam res eſt actu diligibilis, & eſt perfectio diligentis; & habet etiam relationem rationis ad rem dilectam: quare ſimilia argumenta conficiuntur vt de verbo. Sed hoc eſt in re propria ſingulare; appetibile enim conſequitur bonum, bonum autem in Deo eſt relatio rationis; quare & appetibile relatio rationis eſt: ergo B amor in Deo non ſignificat aliquam formam realem ex parte obiecti, qua ratione conueniat cum amore creato, qui eſt terminus per dilectionē productus, & ex parte obiecti terminat dilectionē. 7. Vlt. argum.

Aduertenda.

A D confutanda iſthæc argumenta opus eſt aduertere, quòd illa quæ propriè conueniunt rebus creatis, & diuinis, analoga ſunt; qua analogia relatio, & abſolutum poſſunt conuenire in aliqua intelligentia communi, & res alię plurimùm diſtantes; verbi gratia, di- C uina perſona eſt verè & propriè perſona, ſicut & creata; cum tamen diuina perſona ſit relatio, creata verò ſit quid abſolutum. Imò in relationibus, quia relatio eſt conceptus communis relationibus realibus, & rationis, vt dicemus libro tertio, aliqua relatio quæ in nobis eſt realis, eſt in Deo rationis; & tamen verè & propriè attribuitur Deo: nam ab actione tranſeunte ſola relatione rationis dicitur Deus relatiuè agens; verè tamen & propriè dicitur agens relatumque relatione agentis, licèt hęc relatio ſit in nobis realis, & in Deo ſit rationis. D 8. 1. aduert. Illa quæ propriè rebus creatis & diuinis cõueniunt, licèt plurimùm diſtent, analoga ſunt. 1. exemplum de perſona. Secundum de relatione agẽtis.

9. Meditanda igitur nobis eſt quædam verbi definitio, quæ verbo creato & increato ſit communis, cum vtrumque haud dubiè ſit propriè verbum: Deindè ponderandum eſt in quibus differant. Verbum ergo eſt id quod per intellectionem procedit, vt forma intelligibilis, repræſentans. Et nullus Philoſophorum ab hac definiẽdi ratione diſcordat, quam etiam capite præcedente propoſuimus, explicauimusque. Et in eadem definitione conueniunt verbum increatum & creatum. Verbo creato & increato cõmunis definitio.

10.
1.particula explicatur.
Relatio producti in verbo creato eſt ſignificatio in obliquo, & minùs præcipua.
In diuino eſt præcipua.

Differunt tamen iam primùm quoad A hoc, quòd verbum creatum eſt quid abſolutum principalitèr, & in recto, ſcilicèt intelligibilis forma; ſed quia talis eſt forma quæ eſt intellectionis terminus per illam productus, non poteſt definiri ſine relatione ad dicentem: & ita in obliquo indicat relationem ad dicentem. Verbum autem increatum, quod eſt perſona, principalitèr & in recto eſt quædam relatio ſubſiſtens, quæ eſt relatio procedentis à Patre dicēte, ſiue producēte Verbum; & in obliquo continet formam intelligibilem repræſentantem, B quæ eſt diuina eſſentia, vt lib.4.elucidabimus. Hæc autem diuerſitas latet in analogia communis conceptus, ita vt vnum & alterum verbum ſit propriè verbum, illo communi conceptu, quem definitio data ſatis explicat, licèt relatio producti in altero verbo ſit præcipua, in altero in obliquo & minùs præcipua, vt diximus.

11.
2.particula.
Forma intelligibilis communis.
Illa ſpecialis quæ eſt ex parte obiecti.

De forma autem intelligibili, quæ eſt pars altera definitionis, dicendum eſt. Et illud attendendum quòd forma intelligibilis repræſentans eſt aliquid cōmune, quaſi genericum ad ſpeciem impreſſam, & verbum, quod adiunctâ differentiâ ſpeciem indicat. Et in verbo creato differentia, qua verbum differt ab ſpecie impreſſâ duo cōtinet, ſcilicèt quòd producatur per intellectionem, & quòd ſit forma repræſentās ex parte obiecti, media inter intellectionem, & obiectum. Et quidèm quòd producatur per intellectionem, Verbo increato conuenit; ſed de forma intelligibili ex parte obiecti diſputandum.

12.
In opinione conſtituēte in Deo formam intelligibilem ex parte obiecti vtrumque verbum in ea ſpeciali conuenit.
Differunt. 1.
Secundò.

In Deo ergo ſi quidèm conſtituamus formam intelligibilē ex parte obiecti, vt cap. antecedēti probabile ſenſimus, omnia quadrāt egregiè; ſignificat enim Verbum diuinū formā intelligibilē repræſētantem ex parte obiecti, ſicut & verbum D creatum; & illa ſola ſupereſt differentia modò aſsignata, quòd Verbum diuinum ſignificat illam formam, quæ eſt ipſa eſſentia in obliquo; verbum autem creatū ſignificat illam principalitèr, & in recto. Illud tamē in ipſa forma intelligibili diſcriminis eſt, quòd in rebus creatis illa eſt medium, & ponitur ad repræſentandam rem, quæ per ſe ipſam non eſt præſens: in Deo autem neque eſt mediū, neque ponitur ad repræſentandam rem, quæ non ſit præſens. Imò præſentia obiecti, quod eſt per ſe primò coniunctum cum intellectu, eſt forma intelligibilis, quam meditamur.

13.
In opinione contraria, Verbum diuinum non eſt forma intelligibilis ex parte obiecti.

Sed quia oportet virum Theologū nō cogi anguſtijs in rebus ad fidem attinētibus, neque opinione noua eſſe contentum; dicēdum eſt in opinione contraria, Verbum diuinum nō eſſe formam intelligibilē ex parte rei cognitæ, ſed eſſe ipſam eſſentiam, quę eſt forma intelligibilis ſaltem ex parte cognoſcētis in ratione ſpeciei impreſſæ; & quòd eadem ſpecies impreſſa (vt ita clariùs dicam) quæ eſt diuina eſſentia, dum cognoſcitur per diuinam intellectionem, repræſentat ſe & omnia; & ita eadēmet ſpecies impreſſa ex parte rei cognitæ, pertinet ad rationem Verbi diuini. Neque enim negari poteſt diuinam eſſentiam eſſe formam intelligibilem, & rationem intelligendi, quæ vt ſic repræſentat res omnes: hæc igitur forma intelligibilis repræſentans, quæcunque ſit, conſiderata ex parte obiecti vt repræſentatiua rei, continetur in ratione propria diuini Verbi.

14.
In nobis producitur abſolutum.
In Deo relatiuum.

Et poſſumus ad hæc addere quòd in C nobis, vt hoc lib. explicabimus, producitur natura, & forma perficiens; & id quod producitur eſt quid abſolutum. In Deo verò non producitur natura, aut forma, ſed communicatur; id autē quod producitur eſt relatiuum; quare hoc ipſum eſſe intelligibile, ſiue intelligibilis forma, quæ eſt diuina eſſentia communicata perſonæ procedenti, complet perfectiſsimè rationem Verbi; licèt dicamus differre in hoc à verbo creato, quòd iſtud creatum eſt forma diſtincta ab ſpecie impreſſa, in Deo autem ipſum verbum non eſt diſtincta forma, ſed eadem. Quòd ſi & in Deo has formas intelligibiles liceat ratione formali diſtinguere ex parte intelligentis, & ex parte obiecti, vt priori opinione tuemur, omnia tunc erunt aptiſsimè concordantia.

15.
De amore diuino procedente ingens difficultas in hac poſteriori opin.
In ea adhuc eſt aliquid reale ex parte obiecti quod verbū ſignificet in obliquo: nēpè ſpecies impreſſa, quæ eſt eſſētia, eadem conſiderata ex parte obiecti.

Sed his poſitis de Amore diuino procedente ſe ſe offert ingens difficultas. Nam reiecta illa priori ſententia, quòd in Deo ſit forma intelligibilis ex parte rei cognitæ, adhùc tamen dicimus Verbum diuinum ipſam ſpeciem intelligibilem impreſſam, quæ eſt forma ex parte potentiæ cognoſcentis, cōſiderantes eādem ex parte rei cognitę, quam dicimus verbum. Et ita Verbum diuinum adhùc eſt

Digitized by Google

In Amore quid nã tale in hac poſteriori opinione?

eſt intelligibilis forma. Sed de Amore procedente, qui eſt Spiritus Sanctus, non poſſumus dicere ſimilia; nam illa opinione confutata, quòd etiam in Deo ſit forma quædam, qua ipſa eſſentia ex parte obiecti ſit per ſe primò diligibilis, & ſit ipſa ratio diuinæ dilectionis; hac (inquam) opinione cõfutata, diuinus Amor non eſt dilectionis terminus quaſi forma ex parte obiecti, ſicut de Verbo diximus. Atqui videntur ſimilia omninò dicenda de Amore procedente, & de Verbo in quæſtione propoſita. Quoniã ſicùt verbum ex propria ratione eſt res quædam, ita & amor; ergo ſicut verbum ex propria ratione ſignificat quandam formam intelligibilem ex parte obiecti cõſideratam; ita & amor ſignificat ex propria ratione quandam formam diligibilẽ, hoc eſt, quæ ſit ratio diligendi ex parte obiecti. Nam quoad hoc ſimilia perpetuò diſputauimus de verbo, & amore, cum vtrumque ſit intrinſecus terminus operationis. Si autem ratio diligendi, quod dicimus eſſe per ſe primò diligibile, non eſt forma aliqua cõſiderata ex parte obiecti, ſcilicèt ipſa diuina eſſentia; ſed eſt ſola relatio rationis, ita vt eſſe diligibile ſolam relationem rationis deſignet; Amor diuinus ſecundum id quod indicat in obliquo in eſſentia diuina, nõ erit res vera; cum tamen Verbũ diuinũ in ipſa eſſentia deſignet realem formam intelligibilẽ, ſaltem impreſſam. Explicatur hoc magis, nam Amor diuinus non ſignificat ſolã relationẽ procedentis per volũtatem, ſed ſignificat etiam ex parte termini aliquid eſſentiale pertinens ad voluntatẽ; hoc enim indicatur nomine amoris: ſed nõ ſignificat dilectionẽ, quia Amor procedens nõ ſignificatur vt dilectio, ſed vt dilectionis terminus; ergo ſignificat diuinã eſſentiam, vt eſt per ſe primò diligibilis, & ratio diligendi. Quòd ſi his verbis non indicatur forma quædam realis (repudiata illa priori ſententia) conſequens eſt vt hoc nomen, amor, in Deo non ſignificet rem aliquam eſſentialem in Deo, ſed ſolam relationem rationis in diuina eſſentia.

Similia tamẽ dicẽda de Verbo, & Amore.

16\. Ad difficultatem de Amore diuino, Reſpond. 1.

Ad hæc imprimis videtur eſſe dicendũ, quòd argumentum valdè vrget, vt priorem illam ſententiã, quam diximus probabilẽ, vt certã ſtatuamus; qua videlicèt poſita, omnia de verbo, & amore egregiè conſentiũt. Si enim eſſe per ſe diligibile eſt in Deo eſſe reale, hoc ipſum eſt, quod amor diuinus ſignificat.

17\. Reſpond. 2. eã admittendo.

Deindè aſſerimus eadẽ omninò eſſe de Verbo, & Amore diuino cõmentãda; abſurdiſsima enim res eſſet, ſi crederemus diuinum Verbũ indicare in diuina eſsentia formam realem, diuinum verò Amorem ſolam relationẽ rationis. Quãobrẽ repulſa (ſi placet) priori opinione, poſsumus ad argumẽta reſpõdere, quòd ſicut in diuina intellectione philoſophãdo ex noſtris, meditamur eſsentiã quaſi ſpeciem impreſsam, quæ eſt forma intelligibilis; & ita eſsentia coniungitur cũ intellectu in ratione ſpeciei, quæ vt ſic conſiderata ex parte obiecti pertinet ad rationem verbi: ita quoque in dilectione diuina meditamur non formam aliquã voluntati impreſsam, quæ ſit quaſi ſpecies impreſsa; ſed cogitamus ipſam eſſentiam reali vnitate, & identitate coniunctam voluntati, qua coniunctione voluntas eſt ſuapte naturâ propenſa ad eſsentiam diuinam diligendam: hæc autem naturalis propenſio voluntatis conſiderata ex parte obiecti, quatenùs ipſa etiam cum voluntate coniuncta, eſt ipſum obiectum voluntatis, eſt formalis ratio diligibilis, pertinetq; ad Amorem diuinum procedentem, vt ad finem huius libri diſputabimus vberiùs; ex parte igitur obiecti conſiderata pertinet ad rationem amoris; & non eſt dilectio, vt arguendo obijciebatur, ſed dilectionis terminus.

Ex cõiunctione eſſentiæ diuinæ cum voluntate eſt in ea propẽſio naturalis ad eſsẽtiam diligendam, quę æquiparatur ſpeciei impreſſæ in intellectu.

18\. Reſpond. 3. dicendo quòd verbum nihil reale intelligibile indicat ex parte termini, ſed ſolas relationes repræſentantes, quæ ſunt rationis.

Prætereà dicendum eſt, nullum eſse abſurdum vt dicamus Verbum diuinum nihil reale indicare, quod pertineat ad intellectum ex parte termini, ſed ſolùm ex parte principij; eſt enim Verbum diuinum id quod procedit per intellectionem, ſemper enim intellectionem à verbo oportet diſtinguere, vt anteà docuimus: in eſsentia verò non indicat aliquid pertinens ad intellectum ex parte termini, ſed indicat eſsentiam, & relationem repræſentandi conſequentem ad eſsẽtiam, quatenùs eſt cognita. Nam excluſa illa priori ſententia, eſsentia ſecundum eſse intelligibile ex parte obiecti, nõ eſt aliqua forma realis. Et improbata reſponſione ſecunda, verbum non ſignificat ſpeciem impreſsam intelligibilem conſideratã ex parte obiecti; ergo neque verbũ, vt eſt terminus intellectionis, ſignificat in eſsentia formam realem intelli-

intelligibilem; ſignificat ergo ſolas illas relationes rationis, quas eſſentia vt cognita ſibi acquirit, ſcilicèt quòd repręſentet res alias: Verbum enim diuinum repręſentat ratione eſſentiæ. Et ex iſta reſponſione, ſi ea placet, negandũ eſſe colligitur, quòd Verbum diuinum ratione formali vt Verbum eſt, ſit forma intelligibilis, hoc eſt, forma informans intellectũ, ſed alia ſignificatione eſt forma, hoc eſt, imago intelligibilis ab intellectu producta. Similiaq; dicamus de Verbo diuino & Amore: nam ſicut approbata reſpõſione hac vltima, amor non poteſt fingi forma diligibilis perficiens voluntatem, ita neque verbum forma intelligibilis perficiens intellectum.

Iuxta hoc, Verbum diuinũ ratione formali vt Verbũ eſt, non eſt forma intelligibilis perficiens intellectũ, ſed ab intellectu producta.

19. Vltimum aduertend. Non eſt error contra fidem aſſerere, quòd verbum ſit etiam eſſentiale. *S. Thom.* *S. Anſelm.*

Illud poſtremò, antequàm reſpõdeamus ad argumenta, obſeruandum eſt, nõ eſſe errorem cõtra fidem aſſerere; quòd Verbum ſit etiam eſſentiale. Nam hoc affirmant Doctores nonnulli; & S. Thomam in ſententijs, Sanctumq; Anſelmũ certum eſt ita ſentire; aiunt enim verbũ duplex eſſe, aliud amplo quodam nomine, vt etiam id quod non procedit reali proceſsione, ſit Verbũ; aliud verò ſignificatione nominis magis propria, quod eſt verbum reali emanatione productũ; illud (inquiunt) eſſentiale eſt in Deo, hoc perſonale. Ideòq; S. Thomas ibidẽ ait quæſtionem hanc circa nominis ſignificationem verſari, cũ veritas ipſa liqueat remota æquiuocatione nominis: ſed tamen ſi ex propria definitione verbi veritatem ipſam indagemur; videtur ſanè verbum non eſſe eſſentiale, ſed perſonale, vt diximus.

S. Thomas ait eſſe quęſtionem de nomine.

Propria definitio verbi non conuenit eſſentiali.

Reſponſio.

AD primũ argumẽtum diſtinguitur maior propoſitio, quòd verbum ſit id quo formalitèr quis intelligit, & perfectio intelligentis: nam de verbo creato veriſsimum eſt, ſed de Verbo increato falſum, vt argumento oſtenditur: quarè hoc non pertinet ad rationem verbi communis, qua verbum creatum & increatum continentur.

20. Ad 1. argum. Verbum diuinum non eſt id, quo formaliter Pater intelligit, nec perfectio intelligentis.

21. Ad ſecundum. Dicere in Deo non eſt eſſentiale.

Ad ſecũdum negatur minor propoſitio quòd dicere in Deo ſit eſſentiale; ſed S. Auguſtinus, & S. Anſelmus loquuntur impropriè, & vterque aliàs nobiſcũ conſentit, vt confirmatione capitis præcedentis eſt notum. Sanctus verò Ambroſ. non aſſerit, ſed permittit diſputanti, & dicenti Verbum de Verbo, non enim loquitur ibi ex propria ſententia, *ſiue dicas*, inquit, *lumẽ de lumine, ſiue Verbum de Verbo*.

22. Ad tertium. Propria ratio verbi non eſt repræſentare, ſed procedere ab alio.

Ad tertium negatur conſequentia ex eo quòd Verbum diuinum, quod eſt perſona, repræſentet ratione eſſentiæ, quòd ipſa eſſentia ſit Verbum. Et in probatione conſequentiæ negatur antecedens, quòd propria ratio verbi ſit repræſentare; ſed ea ratio eſt communis etiam ſpeciei intelligibili: at in ratione propria verbi includitur quòd procedat ab alio, & idcircò eſſentia diuina non eſt verbũ.

23. Ad quartum. Reſpond. 1.

Ad quartum conceditur totum antecedens, & quòd id quod eſt præcipuum & in recto in verbo creato, ſcilicèt forma intelligibilis, eſt minus præcipuum, & in obliquo in Verbo increato; ſed verbum vtrique cõmune abſtrahitur ab iſtis rationibus proprijs; & ita argumentum non concludit. Reſpondetur ſecundò, quòd ſi conſideretur Verbum diuinum ſecundũ eſſe intelligibile, ſignificat principalitèr eſſentiam; nam & perſona diuina ſecundum aliquam conſiderationem ſignificat eſſentiam principalitèr, vt dicemus lib. 4.

Reſpond. 2. Verbum diuinum ſecundũ eſſe intelligibile ſignificat principalitèr eſſentiam.

24. Ad quintum. Perſona, ſeu Verbum, quod eſt forma intelligibilis, producitur: nõ verò forma ipſa in abſtracto.

Ad quintum reſpondetur explicando maiorem propoſitionem, quòd verbum ſit forma intelligibilis producta; nam ſi forma ſumatur vt nomen abſtractũ, quo pacto in Deo forma intelligibilis eſt eſſentia, & non perſona, negatur quòd pertineat ad rationem communem verbi, vt ſit forma producta; ſed ſatis eſt quòd id, quod eſt forma, ſcilicèt perſona illa, quæ eſt forma intelligibilis, producatur. Reliqua verò pars maioris propoſitionis, quòd Verbum ſit forma intelligibilis ex parte rei cognitæ, iuxta probabilem ſententiam admittitur. Et ad argumentum, quo improbatur hęc ſententia, reſpondetur diſtinguendo antecedens, quòd ea forma ponatur ad repræſentãdam rem, quæ non eſt præſens: nam in rebus creatis verum, in Deo id falſum eſt. Imò ipſa præſentia obiecti, ſeu potiùs vnitas obiecti cum intelligente eſt forma intelligibilis ex parte obiecti ad modum explicatum in notationibus. Verum eſt quòd repræſentare propriè accidit, cum res non pręſens, ſit pręſens. Et ita loquutio minùs propria eſt, quòd aliquid repræſentet ſe ipſum; & hac eloquutione impropria dicitur eſſentia diuina repræſentare res intelligibiles ſicùt

Ad reliquam partem argumenti de forma intelligibili in Deo ex parte obiecti. Reſpond. 1. iuxta primam reſponſionem probabilem ſuprà.

& ſe

Digitized by Google

& ſe; nam & illas in ſe repræſentat. Sed A
ita loquimur, vt loquamur clarius; dif-
ficile enim eſt intelligere, ne dicam pro-
prio nomine explicare quomodò res in
eſſentia diuina contineantur ſecundum
eſſe intelligibile, quod repræſentari di-
cimus. Sed ſi hæc opinio de forma intel-
ligibili in Deo ex parte obiecti, quę pro-
babilis eſt, non placet; explicandum eſt
id quod in argumento proponitur ver-
Reſpond. 2. iuxta ſecūdā. bum eſſe formam intelligibilem ex par-
te rei cognitæ; ſi enim intelligas verbum
eſſe formam diſtinctam ab ſpecie im-
preſſa, negatur quòd hoc pertineat ad
rationem communem verbi; ſed ſatis B
eſt, vt diximus in notationibus, quòd
ipſa eſſentia diuina, quæ eſt principium
intellectionis quaſi ſpecies impreſſa; &
eſt forma intelligibilis repręſentans res,
conſideretur à nobis vt cognita; & vt
in ea ſic cognita, res repræſententur. Et
ita Verbum diuinum procedit per in-
tellectionem, & eſt forma intelligibilis
ex parte obiecti, hoc eſt conſiderata vt
cognita, etſi non ſit forma diſtincta ab
ſpecie impreſſa. Poſtremò reſpondetur
Reſpond. 3. iuxta tertiam. iuxta reſponſionem tertiam in notatio-
nibus datam negando antecedens, quòd C
verbū vt ſic, ſit forma intelligibilis per-
ficiens intellectum: ſed ſatis eſſe ad ra-
tionē verbi, quòd de intellectione pro-
cedat repræſentans intelligibilia ratio-
ne eſſentiæ.

25.
Ad 6. Reſpond. ex 5. argum.

Ad ſextum negatur antecedēs, quòd
Verbum diuinum vt eſt forma intelligi-
bilis, ſit ſola repræſentatio, quæ eſt rela-
tio rationis, ſed eſt ipſa eſſentia, vt ex-
plicatum eſt in illis tribus reſponſioni-
bus.

26.
Ad vltimum de amore procedēte reſpōd. vt ad 5. arg.

Ad vltimum reſpondetur, de amore
qui eſt terminus dilectionis, ſimilia ac de
verbo eſſe dicenda. Ad argumentū ve-
rò reſpondetur iuxta illam opinionem,
qua meditamur eſſentiam diuinam, vt
formam ex parte rei dilectæ, conceden- D
do quòd appetibile eſt relatio rationis:
ſed per hoc nomē relatiuum indicamus
illud eſſe abſolutum, quod eſt eſſentia di-
uina, vt per ſe primò coniungitur in ra-
tione obiecti cum voluntate diuina, &
hoc eſt eſſe reale, & abſolutum. Hac au-
tem opinione reiecta dicēdum eſt amo-
rem procedentē in Deo ſignificare pro-
penſionem diuinæ voluntatis, vel eſſen-
tiam, vt eſt obiectum diuinæ voluntatis,
modo in notationibus elucidato.

A
CAPVT XVI.

Spiritus Sanctus eſt Amor, non genitus, ſed procedens.

PRopoſita re quapiam, prima diſpu- 1.
tatio oritur de eius diſtinctione, qua
ab alijs rebus ſecernitur: cum igitur cō-
ſtitutū ſit iam, quòd Spir. Sanct. ſit Amor
per dilectionem procedens, ſuccedit lo-
co iſto, vt inquiramus ſitnè hæc proceſ-
ſio generatio? Cum autem diuina pro-
ceſsio ſola diuini oraculi aſſertione ſit
nota, à ſacris literis id quod quærimus
B petendum eſt. Conſtat autem Filiū Dei, Quòd in Deo Filius ſit genitus.
qui eſt diuinum Verbum, dici genitum
& Filium; at Spiritum Sanctum, qui eſt
Amor per dilectionem procedens, non
dici genitum aut Filiū, ſed procedentē.
De diuina generatione fit mentio Pſal. *Pſal. 2. & 109.*
2. & 109. & Eccleſiaſtici. 24. & Prouerb. *Eccleſ. 24.*
8. Iſaiæ 53. & 66. Epiſtola Ioan. 1. cap. 5. *Prouerb. 8.*
& Paul. ad Coloſſ. 1. & in vtroque teſta- *Iſaiæ. 53. & 66.*
mēto de Filio plurima ſunt, quæ indicāt
generationē; filius enim non eſt, niſi qui
genitus eſt. De Spiritus Sācti proceſsio- *Ioan. 1. c. 5.*
C ne Euangelium meminit. Eſt ergo Filius *Ad Coloſ. 1.*
genitus; Spiritus Sanctus verò non geni-
tus, ſed procedens. Quod præcipuè con- Quòd ſolus ſit genitus *Ioan. 1.*
firmāt verba illa Ioan. 1. *Vnigenitus qui
eſt in ſinu Patris*. Nam ſi Filius eſt vni-
genitus, vnus ille eſt genitus; Spiritus ve-
rò Sanctus non eſt genitus, quia eſſent
duo geniti. Dicitur etiā vnigenitus Io- *Ioan. 6.*
an. 6. *Vt Filium ſuum vnigenitum daret.*
& in altero ſymbolo Filium vnicū dici-
mus, in altero vnigenitū. Quod autē di- *Vtrūq; Symbolum.*
citur Roman. 8. *Primogenitus in multis*
fratribus. non eſt argumentum vt inter *Roman. 8.*
genitos ſit primus, ſed vt ſit genitus an-
te quē nullus eſt genitus; ſicut de primo- Ad hunc locū 1. interpretatio *ex S. Hier.*
genito Virginis Deiparę diſputat S. Hie
ron. lib. contra Eluidium hæreticum ar-
guentē eſſe plures genitos Mariæ, ex eo
D quòd Chriſtus dicatur primogenitus. Ha 2. interpret.
bet etiam ille locus alium commētariū,
quòd ſicut imperfecta quæquæ reducun-
tur ad prima alterius generis, vt omnis
ſapientia ad ſapientiam primam, quæ eſt
increata; & illud primum eſt extra genus
cæterorum: ita & adoptiua filiatio, qua
dicimur filij Dei per adoptionem, reuo-
catur ad primam filiationē diuinam, quę
eſt vera, & naturalis; non tamen quòd
filiatio adoptiua ſit propriè filiatio; filia-
tio enim naturalis creata verè & propriè

eſt filiatio, adoptiua verò metaphoricè, non propriè: ſed nihilominùs ad eum modum quo filiatio naturalis creata reuocatur ad illam primam increatam, ita & adoptiua, quæ tamen propriè filiatio non eſt; quemadmodùm dicitur ad Coloſſ. 1. Filius Dei *primogenitus omnis creaturæ*, cum tamen ille creatura non ſit, ſed quia creaturæ ab eo procedunt. Poteſt etiam explicari quòd ſit *primogenitus in multis fratribus*, ſcilicèt carne aſſumpta, qua eſt frater verus ex Adamo progenitus: in qua progenie eſt primogenitus, tanquam verus hæres, cuius eſt hæreditas, ſcilicèt primus prędeſtinatus. Vtrumque commentarium approbat S. Thomas loco commemorato. Eſt ergo ipſe primogenitus, vnicus, & vnigenitus, quia Spiritus Sanctus non eſt genitus.

Coloſſ. 1. — 3. interpretatio — *S. Thom.*

2. Ad locum *Prouerb.* 4. *Ianſen.*

Quod autem dicitur Salomon vnigenitus matris, Prouerb. 4. cum habuerit fratres tres, quod eo loco commonſtrat Ianſenius, non infirmat noſtrum argumentum. Nam verè vnigenitus dici non potuit, qui non fuit vnicus genitus: ſed eſt dictus vnigenitus quaſi vnicè dilectus, iuxta tranſlationem 70. Interpretum. *At* verò Filius Dei hac ratione vnigenitus dici non potuit, cum Spiritus Sanctus ſit æquè dilectus, atque ille eſt. Et nomen hoc Filij eſt perſonale, nomē proprium perſonæ: quare ſimpliciter & propriè vnigenitus dicendus eſt, qui ſolus eſt genitus. Spiritus Sanctus autem non genitus, ſed ſpiratus.

Explicatio 70. Interpret. Vnigenitus, id eſt, vnicè dilectus Filius Dei nō ſic vnigenit⁹.

3. *Ruicus* contra Eraſmum.

Eraſmus obiurgatur à Ruico libr. 7. errore 4. eo quòd dixerit Spiritum Sanctum non vocari Filium, quia non legitur genitus, *Non*, inquit, *idcircò non appellatur Filius, quia non legitur Filius, ſed quia verè non eſt Filius; aliàs liceret Spiritum Sanctum appellare Filium, ſi verè Filius eſſet, etſi Filium apud antiquos non legeremus.* Fortè Eraſmus hoc non negauit; ſed vſus eſt argumento, quod plurimùm valet apud Patres in rebus diuinis; vt id ſolùm aſſeratur à nobis quod legimus in ſacris literis, vel in illis continetur per conſequentiam. Et idcircò quia Spiritum Sanctum non legimus genitum, non debemus dicere genitum.

Reprobat argument. quod apud Patres plurimùm valet in rebus diuinis.

Confirmatio.

4. IN ſententia propoſita, quæ eſt fide Catholica aſſerenda conſentiunt omnes Patres, & Doctores, quos longum eſſet recenſere; definita eſt in Symbolo Sancti *Athanaſij*, *Spiritus Sanctus non factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens.* Et in Concilio Epheſino 1. Epiſtola Synod. Et Toletano. 1. in confeſſione fidei, & Toletano. 11. canon. 1. & initio Concilij Florentini. Quare cum Marius Victor. libr. 1. contra *Arianos*; ait à ventre Filij Spiritum, non intelligit genitum, ſed de ſubſtantia intùs procedentem. Verum eſt ipſum Marium lib. 4. contra *Arium* ſemel & iterùm dixiſſe Spiritum Sanctum genitum, hoc eſt, procedentem. Nam vitam & intelligentiam ait genita eſſe ab eſſe, id eſt, Filium, & Spiritum Sanctum à Patre. Et Spiritum Sanctum ad finem lib. ait genitum à Patre per Chriſtum, id eſt, procedentem. Et hymno 30. ait genito genitum, ſcilicèt de genito procedentem: quæ tamen verba Marij, etſi ſint piè interpretanda: ſunt tamen etiam piè euitanda. Et Sanctus Iuſtinus libr. de recta confeſſione, ait Spiritum Sanctum à Patre oriundū, non tamen genitiuè, ſed proceſſiuè, id eſt, non genitum, ſed procedentem.

Symbolum *S. Athan.* — *Concil. Eph.* — *Cōc. Tolet.* 1. — *Cōc. Tol.* 11. — *Conc. Flor.* — *Marij Vict.* plura loca explicantur. — Notandum. — *S. Iuſtinus* explicatur.

CAPVT XVII.

Variæ opiniones referuntur, quanam ratione diſtinguatur proceſſio, & generatio.

Prima pars. *Licet nobis rationem huius diſcriminis reddere.*
Secunda. *Patrum, & ſcholaſticorum ſententia de hac re proponuntur.*
Tertia. *Vera ſententia expoſitiones variæ referuntur.*

PRIMA PARS.

Licet nobis rationem huius diſcriminis reddere.

TRaditæ nobis doctrinæ, quòd proceſſio Spiritus Sancti non ſit generatio, rationes inquirunt & Doctores, & Patres. Admiratione enim digniſsimū eſt, quòd cum vtraque perſona, Filius ſcilicèt & Spiritus Sāctus, procedat de ſubſtantia diuinæ naturæ, altera dicenda ſit gigni, altera non gigni, ſed procedere. Nam etſi Filius ſit propriè Verbum per intellectionē procedens, & Spiritus Sāctus non verbū, ſed Amor per dilectionē ema- 1.

Quæſitę rationis difficultas

A

emanans, poſſemus exiſtimare vtrumq; eſſe verè genitum, quia vterque de diuina ſubſtantia procedit. Quapropter Abailardus apud S. Bernard. Epiſtola 190. negabat Spiritum Sanctum eſſe de ſubſtantia Patris, ne permitteret Spiritũ Sanctum eſſe Filium, vtpotè procedentẽ ſimilẽ de ſubſtãtia Patris.

S. Bernard. de Abailardi hęreſi.

Quòd etſi adijcias, ea quæ in Deitate aduertimus eſſe diſtincta, nõ diſtingui ſolo numero; ſed etiã ratione formali, quia diſtinctio numerica ſumitur à materia, quę in Deo nõ eſt, & idcircò in Deo ſi quã diſtinctio realis eſt, ea eſt formalis. Adhùc non eſt conſequẽs, vt proceſsio Amoris in Deo nõ ſit generatio: ſicut enim generatio leonis & generatio equi nõ diſtinguuntur ſolo numero, ſed ſpecie, & formalitèr penes terminos generationis diſtinctos; ita poſſet videri generatio Verbi, & Amoris formalitèr diſtincta, non ſolo numero, penes terminos diſtinctos: ſicut etiam ponimus in Deo plures relationes diſtinctas non ſolo numero, ſed formalitèr, & quaſi ſpecie vt lib. 3. dicemus.

Diſtinctio in diuinis non ſolùm numerica ſed formalis, nõ eleuat difficultatem.

Oſtenditur exemplo.

2. Neceſſe eſt ergo rationem indagari difficillimam captu, qua proceſsionem Sp. Sancti à generatione ſeiũgamus de hac re S. Th. in 1. d. 13. art. 3. & d. 18. q. 1. art. 2. & 4. cõtra gent. cap. 23. & de potent. q. 10. art. 2.

S. Thom.

C

Sed cum tam ſit difficilis propoſita quæſtio, non immeritò nonnulli crediderunt non poſſe eam in vita hac mortali expediri. Hoc autem cõfirmant Patrum ſentẽtijs S. Athanaſ. Epiſtol. 2. de Spiritu Sancto ad Serapionem. Item S. Auguſtinus lib. 3. contra Maxim. cap. 13. & 14. ſic ait, *inter generationem Verbi, & proceſsionem Spiritus Sancti diſtinguere neſcio, non valeo, non ſufficio.* Et in lib. quinquaginta homiliarum ſerm. 36. idem docet. Et S. Ambroſ. lib. 4. de fide cap. 5. tomo 4. *impoſsibile eſt generationis ſcire ſecretum, mens refugit, &c.* S. quoque Naziãz. oratione 5. Theolog. ait inſaniẽtis eſſe hoc velle inueſtigare diſcrimen. Et S. Ioan. Damaſcen. libr. 1. de fidei orthodox. cap. 2. & 10. docet hanc veritatem in vita præſenti inexplicabilem eſſe, & S. Clemens Epiſtol. ad Iacobum fratrem Domini. *Non quæratur,* inquit, *quomodò genuit Filium, quod & Angeli neſciunt,* ſcilicèt naturali ſcientia angelis ignotum eſt; Idem docet S. Cyrillus libr. 5. in Ioan. capit. 2. & S. Ioan.

Quorũdã opinio quæſita rationem in hac vita inuẽtu impoſsibilẽ.

Citatur pro ea Patres.

S. Athanaſ.

S. Auguſt.

D

S. Ambroſ.

Nazianz.

Damaſcen.

S. Clemens explicatur

S. Cyrillus.

Chryſoſtom. homil. 1. de incomprehẽſibili Dei natura, & S. Athanaſ. Epiſtol. ad Serapionem dicit imperſcrutabilem eam quæſtionem eſſe, & S. Anaſtaſ. libr. 1. de rectis fidei dogmatis ait tutum nõ eſſe de his quærere. Et videntur Patres ita communitèr ſentire.

S. Chryſoſt.

S. Athanaſ.

S. Anaſtaſ.

Quod etiã maximè agunt dum explicant locum Iſaiæ cap. 53. *Generationem eius quis enarrabit?* de generatione Verbi diuini. Ita interpretatur S. Clemẽs Põtifex Epiſtola ad Iacobum fratrem Domini, S. Irenæus contra hæreſes lib. 2. cap. 28.

Iſaia 53.

Hunc locum de generatione Verbi diuini interpretantur

S. Clemens.

B

S. Iuſtin. in Dialogo contra Triphonem, & in reſponſione 67. ad Orthodoxum, S. Hieronymus in 1. cap. Matth. Phæbadius etiam libr. contra Arianos, vbi ſic loquitur. *Quis poſsit ſecundum naturam enarrare natiuitatem quæ contra naturam eſt?* intelligit quæ eſt diuerſa à natura creata: Similitèr Gregor Bæticus de diuina generatione exponit hũc locum lib. ſuo de Trinitat. & plures alij. Ergo iuxta hoc oraculum nefas eſt vt quis cogitet rationem ſe afferre poſſe euidentem, qua generationem à proceſſione Sp. Sancti diſtinguat.

S. Irenæus.

S. Iuſtinus.

S. Hieron.

Phæbadius explicatus.

Greg. Bætic.

Verum eſt tamen quòd hic locus Iſaiæ rectè quoq; explicatur de ſæculo, quo Chriſtus Dominus in Iudæa verſatus eſt, quod fuit moribus peſsimum, quaſi dicat, Sæculũ eius quis enarrabit? Et hoc ipſum eo loco videtur Iſaias ſignificare.

2. interpretat.

Imò de generatione quoque Chriſti humana poteſt explicari, eò quòd ex illibata Virgine natus ſit, quaſi hoc ſit miraculũ quod enarrari non poſsit, vt commentantur Tertullianus & S. Iuſtinus pagina 54. contra Iudæos.

Tertia.

Tertullian.

S. Iuſtinus.

3. Arbitror tamen Theologi eſſe, vt rationem huius diſtinctionis excogitet; eandemque ita poſſe euidentem certãq; afferri; vt data hypotheſi quòd hoc modo credamus procedere Verbum, & illo modo Spiritum Sanctum, perſpicuum ſit modum procedendi nõ eſſe eundem.

Concluſio. cõceſſo hoc illo & modo vtriuſque proceſſionis, dicti diſcriminis ratio euidens ac certa reddi poteſt.

Neque hoc quod aimus, Patres negant: ſed alitèr explicandi ſunt; tum quòd moderatè de ſe ſentiant: tum quòd velint indicare ipſum modũ proceſsionis non poſſe euidentèr explicari; quod nos nõ minùs fatemur.

Patres explicantur 1.

Sed tamẽ cõceſsis principijs quòd hoc modo Verbum, illo modo Amor procedat, nihil prohibet oſtẽdere quòd hæc proceſsio ſit generatio, illa non ſit. Hortatur autem nos ad ra-

Secundò.

CC 4 tionis

Digitized by Google

Pro concluſ. S. Hilar.

tionis inquiſitionem S. Hilarius lib. 12. de Trinitate, dum ait veritatem non eſſe nudam rationis. Et hoc quod agunt Patres dum rationem huius diſcriminis inueſtigant, ſatis perſuadet conari illos, ſi poſsint, vt euidentem rationem reddant.

Patrum conatus.

SECVNDA PARS.

Patrum & ſcholaſticorum ſententiæ de hac re proponuntur.

1\. Prima ratio. *S. Athanaſij.* Spiritum Sanctum non eſſe genitũ probat ab incommodo ſequente.

IGitur vt ad rem veniamus S. *Atha*naſius Epiſtola de Spiritu Sancto ad Serapionem ex eo ait, Spiritum Sanctũ côuinci non eſſe Filiũ, quia nihil in Deo eſt diuiſum, quaſi ſit pars, & pars in Deo. Nam etſi Filius communicet totam naturam Spiritui Sancto, ſicut accipit totam; alia tamen ratione (ſi rectè conijcimus mentem Sancti *Athanaſij*) diuiſus eſſet generando alium filiũ, quia duo filij non diſcreti proprietate filiationis, naturâ ipſâ diſcreti eſſẽt, & vterque diuiſus, vt S. Thomas etiam philoſophatur. Sed etſi Sãctus *Athanaſ.* probè conuincat proceſsionem Spritus Sãcti non eſſe generationem, ne duos filios diuidamus in partes; non tamen indicat rationem aliquã diſcriminis inter generationẽ Filij, & proceſsionem Spiritus Sancti. In eadem ferè ſententia eſt S. Baſilius lib. 5. contra Eunomium cap. 12. nos enim ait negare Spiritum Sanctũ genitum, ne filium filij confiteamur, & inducamus infinitos filios. Hoc enim incommodum reſpondendi conuincit non eſſe filios duos; aliâs & infiniti eſſent ex infinita eſſentia: ſed proceſsiones ipſas generandi, & ſpirandi non diſcernit. S. Bernardus Epiſtol. 190. ſcitè reſpondet Abailardo, nullam eſſe conſequentiam, quia Spiritus Sanctus procedit de Patris ſubſtantia, Spiritum Sãctum eſſe Filium; nam & vermes ſunt de ſubſtantia animantis, & non ſunt filij. Sed ſi addas argumentationi Abailardi Spiritum Sanctum procedere de ſubſtantia Patris, & ſimilem in natura: non habemus ſolutionem ex doctrina S. Bernardi. Ex Theologis verò non abſimilẽ rationem reſpodendi ineunt Ioannes Scotus d. 3. quæſt. vnica, & Ægid. d. eadem art. 2. Ille enim ait has proceſsiones diſcerni ſe ipſis, quia ſunt primò diuerſæ; iſte eas diſtingui ex terminis.

Duo Filij non diſcreti proprietate, naturâ ipſâ diuiſi eſſent.

S. Baſilij ratio ferè eadẽ.

S. Bernardi ad Abailardum reſponſio.

Vrgetur.

Scotus, Ægidius afferunt diſcrimen.

A Nihil nos hoc loco inficiamur, ſed neceſſe fuit oſtendere qua definitionis particulâ excludatur proceſsio Spiritus Sancti à generatione Verbi: quòd ſi vna à definitione alterius nõ excluditur, eæ proceſsiones, neq; ſunt primò diuerſæ, neq; ex terminis diſtinguendæ, ſed vtraque erit dicenda generatio.

Ratione nullã indicant inquirendam.

2\. Secunda ratio *S. Auguſt. S. Anſelm.* quia generatio à duobus eſt carnalis.

S. Auguſt. lib. 15. de Trinit. cap. 26 & 27. cũ ſuo Anſelmo Monolog. cap. 52. rationem affert alijs Patribus communem: Quoniã generatio, quæ eſt à duobus eſt à mari, & fœmina ſimul, cùm ergo diuina generatio nõ ſit carnalis, neq; B materialis, in qua patrem, & matrem agnoſcamus, non potuit Spiritus Sanctus procedere à Patre, & Filio, quaſi proles ab vtroque genita. Eandem ſentẽtiam videtur ſequi S. Epiphan. in Ancor. Et in Panario Hæreſi 74. S. Baſilius in Epiſtola ad Amphilocum, & Theodoret. lib. 1. Polimorphum. D. etiam Paſchaſius lib. 1. de Spiritu Sancto, cap. vltimo. Et hac ratione contentus eſt Petrus Aliac. in 1. q. 8. & Magiſter in 1. d. 13. S. Auguſtinũ ſequutus. Credimus au- C tem, Patres, in re maximè obſcura, id quod eſt vel ſenſui obiectum voluiſſe obſeruare; vt aliquam rationem perſpicuam fidelibus proponerẽt, quã has proceſsiones diſcernerent. Quia ſcilicèt generatio à duobus eſt carnalis: ideò Spiritus Sanctus qui procedit à duobus nõ debuit generari, ſed alio diuino modo procedere.

5\. Eadem eſt *S. Epiphan. S. Baſil. Theodoret. D. Paſchaſ.*

Hæc ratio à ſanctis ob perſpecuitatẽ fidelibus propoſita.

3\. 3. Ratio *S. Thom.* quia generatio, cum ſit naturæ operatio, eſt ab vno agẽte per ſe ad vnum, nõ verò à duobus.

S. Thomas de potentia q. 10. art. 2. ad 11. doctrinam hanc aliter tuetur, quia naturæ operatio eſt vnius ad vnũ, ſcilicèt vnius principij actiui per ſe concurrentis; matrem verò ait eſſe principium paſsiuum; Cum ergo generatio ſit per modũ naturæ, non poteſt eſſe à duobus agentibus per ſe. At verò Spiritus Sanctus eſt per ſe à duobus: ergo non D procedit per modum naturæ vt natus.

4\. *Durandi* ratio non longè diſcrepans.

Non longè diſcrepat Durandus ab hac explanandi ratione in 1. d. 26. q. 2. vbi docet Spiritum Sanctum non procedere per modum naturæ, quia procedit à duobus: naturæ enim operatio eſt ab vno, ſi illud ſit ſufficiens principium; à duobus autem eſt operatio voluntaria. Hæc autem omnia implicata ſunt: nam licèt operatio naturalis ſit ab vno principio actiuo: Pater, & Filius non ſunt duo

Refellitur 1. Ab vno principio formali procedit Spir. Sanctus.

duo

Digitized by Google

duo principia, ſed vnum; ergo ab vno procedit Spiritus Sanctus per modũ naturę, & eſt genitus. Quòd ſi principiũ formale eſt vnum, per accidens eſt, quòd ſuppoſita producentia ſint duo: nam ſi Deitas eſſet naturale principium rerum, tria ſuppoſita naturalitèr operarentur.

Refellitur 2. Prætereà ſi de ſuppoſitis agẽdũ ſit, Spiritus Sanctus non eſſet à duobus idem qui eſt, proprietate hypoſthatica mutata, vt dicemus: non ergo eſt à ſingulis, ſicut à duobus.

Si Sp. Sãctus eſſet ab vno ſolo adhuc eſſet ſpiratus. Quòd etſi eſſet ab vno ſolo adhùc non eſſet genitus, ſed ſpiritus: ergo numerus ſuppoſitorum nõ facit hoc diſcrimen, quod eſt palmarium argumentum.

Refellitur 3. Mutua dilectio Patris & Filij eſt naturalis. Poſtremò, etſi hæ duæ perſonæ voluntate ſpirẽt & mutua dilectione duorum, non voluntate conſentiente ſpirãt quaſi liberè, ſed naturali operatione voluntatis; ergo neq; ex hac parte proceſſio Spiritus Sancti à generatione excluditur, ſiquidèm eſt naturalis.

5. 4. Ratio *Alenſis.* Aliam explicationem quęſtionis Alexand. Alenſ. videtur omninò inueniſſe. Ait enim in 1. p. q. 42. memb. 2. art. 1. & 2. proceſsionem Filij eſſe per modum principalem; quia dum procedit accipit poteſtatem producendi aliam perſonã: at verò proceſsionem Spiritus Sancti non eſſe per modum principalem; quia dum procedit non accipit eam poteſtatem producẽdi aliam diuinam perſonã. Per hæc verò Alexander aſsignat quidèm diſcrimen aliquod inter proceſsionem vtranque,

Reijcitur. ſed minimè oſtendit ipſam proceſsionem Spiritus Sancti per modũ minùs principalis, non eſſe quoq; generationem.

5 Ratio. & ex eòdem. *Richard.* At verò idem Alenſis 1. p. q. 42. memb. 2. cum Richardo 6. de Trinitate cap. 11. & 21. ait Filium procedere vt ſimilem Patri non ſolùm naturâ, ſed aliqua proprietate, quia & ipſe ſimul cum Patre producit Spiritum Sanctum. Spiritum verò Sanctum non

Improbatur vt futilis. In natura ſpectatur ſimilitudo generationis. procedere ſimilem, quia nullam aliam perſonam producit. Quæ reſponſio valdè futilis eſt; nam in natura ſpectatur ſimilitudo generationis; procedit enim genitum in ſubſtantia eadem, ſiue eiuſdem ſpeciei; ergo etſi Spiritus Sanctus nõ ſit cætera ſimilis, hoc tamen ſatis eſt vt ſit genitus, quia procedit ſimilis in eſſentia. Sed neque ſpectatur ſimilitudo perſonarum (vt libr. 3. dicemus) in aliqua proprietate relatiua aut origine, qualis eſt operatio actiua.

A

6. 6. Ratio *S. Bonauent.* S. Bonauent. in 1. d. 13. q. 2. ait Verbum procedere per modum naturæ, Spiritum Sanctum per modum voluntatis.

Indiget adhuc alia ſuperaddenda. Et hoc quidèm verum eſt: ſed adhùc ſupereſt exponẽdum? quare proceſsio per modum voluntatis naturalis non ſit generatio, quod tamen capite ſequenti ita explicabimus, vt oſtendamus ſatis eſſe

Eadem eſt *S. Auguſt.* diſcrimen hoc inter vtraque proceſsionem. Videtur autem non abhorrere ab hac ratione explicandi S. Auguſt. 5. de Trinitate c. 14. vbi ait quòd Filius procedit vt natus, Spiritus Sanctus vt datus.

B

Nam & hoc ſi probè exponatur, quæſtionem explicat, vt docebimus.

S. Thom. *Ægid.* *Richard.* Et eodem modo explicat S. Thomas 4. cõtra gent. cap. 23. & de potentia q. 10. art. 11. Ægid. Rom. diſt. 13. cum Richard. & alijs.

7. *Idem.* Richardus lib. 6. de Trinitate capit. 6. ſic inquit, *communio maieſtatis fuit vt ſic dicam cauſa originis vnius, ſcilicèt Filij; communio amoris fuit cauſa originis alterius, ſcilicèt Spiritus Sancti.*

Explicatur. Vbi cauſã pro principio vſurpat. Videtur autem nomine maieſtatis intelligere naturam diuinam, vt prima origo referatur ad naturam, ſecunda ad dilectionem.

C

Interpretatio ſextæ rationis. Sed cauendum eſt ne putemus proceſsionem Spiritus Sancti non eſſe de natura diuina, aut per illam non communicari naturam diuinam: ſed poſſumus interpretari non eſſe per modum naturæ.

8. 7. Ratio. Sunt etiam qui aiunt generationem eſſe eam, quæ non neceſſariò ſit ab alio procedente, neque aliam conſequatur originem; neque enim neceſſe eſt, vt genitus procedat à genito, vel vt ante generationem alia naturalis generatio, aut operatio antecedat. Quia ergo Spiritus Sanctus neceſſariò procedit à Fi-

D

lio genito, neceſſariòque cõſequitur ad eius generationem; eò quòd procedit per voluntatem, Filius verò per intellectum; operatio autem voluntatis cõſequitur operationem intellectus: ideo, inquiunt, quia hæc proceſsio Spiritus Sancti ex propria ratione conſequitur aliam, non eſt generatio, ſed proceſsio diſtincta.

S. Thom. Hæc ratio impugnatur. Hæc quoque ratio affertur à S. Thom. de potentia loco iam dicto, & ſolutione ad 7. quæ tamen nõ tota difficultate nos liberat. Neque enim expẽditur ibi diſcrimen inter vtranque proceſsionem penes intima, ſed penes coniuncta.

Digitized by Google

A iuncta. Eſto enim Spiritus Sanctus, eò quòd procedit per voluntatem, conſequatur priorem originem Verbi; quid prohibet ipſum quoque gigni, ſiquidèm eſt viuens ex viuēte in ſimili natura productus?

8. ratio eiuſdem.

Idem S. Doctor. in 1. d. 14. q. 1. art. 3. ad 3. videtur indicare aliam rationem diſcriminis, quòd generatio ex propria ratione formali eſt communicatio naturæ; proceſsio autem amoris eſt communicatio voluntatis. Sed ſtatim in eundem lapidem impingimus; ſicut enim amoris proceſsio eſt communicatio volūtatis, ita verbi proceſsio eſt cōmunicatio intellectus: per vtramq; enim proceſsionem communicatur tota Deitas: vel ergo vtraque eſt generatio, vel neutra.

Similitèr impugnatur 1.

Secundò.

Deinde per proceſsionem amoris nō minus communicatur diuina natura, quàm per proceſsionem intellectus: ergo eſt generatio.

TERTIA PARS.

Vera ſententiæ expoſitiones variæ referuntur.

1. Vera ratio *S. Auguſt. S. Anſelm. S. Thom.*

EST ergo alia huius quæſtionis explicatio optimè excogitata à S. Auguſtino 15. de Trinitate cap. vltimo & S. Anſelm. Monolog. cap. 53. quam S. Thomas amplificauit, eaque vtitur 1. p. q. 27. art. 1. & 4. contra gent. cap. 11. 19. & 23. Quod enim procedit per intellectum, pertinet ad ſimilitudinem, atq; adeo ad generationē; generatio enim eſt ſimilis. Quod verò procedit per voluntatem non pertinet ad ſimilitudinem, ideoque à generatione longe diſtat. Ad hoc fortè alludit S. Gregor. Nazianz. oratione 5. Theologa, Spiritum Sanctū non eſſe genitum, idcircò dicens, quia non producitur per manifeſtationem; manifeſtatio enim ad lucem pertinet intellligibilē iuxta illud Pauli ad Epheſ. 5 *Omne quod manifeſtat, lumen eſt.* Cōſentit Ioan. Scot. in 1. d. 10. q. vnica ad 1. & Henricus Gandau. in ſumma art. 60. quæſt. 1.

Quod procedit per voluntatem, nō pertinet ad ſimilitudinem. *Nazianz.*

Ad Epheſ.

Scotus. Gandau.

2. Obiectio.

Hoc ergo propoſito diſcrimine, iterùm Doctores implicantur quæſtione eadem; tum quia amor quoque procedit ſimilis voluntati, vt capite ſequenti diſputabitur; tum etiam quia ſaltem Spiritus Sanctus videtur procedere quoq; vt ſimilis; ſiquidèm procedit vt Deus in vnitate eiuſdem naturæ; vnitas autem fundamentum eſt ſimilitudinis.

3. 1. ſolutio *Caiet.*

Thomas ergo Caiet. vt hunc nodum ſoluat q. 35. art. 2. obſeruat ea quæ ſunt communia cōtrahi ad ſpecies rerū ſiue ad ſua particularia, vel per differentias eſſentiales, vel per extrinſecas & cōiunctas, vt color eſſentialitèr diuiditur in candorem, & nigrorem, ſcilicèt per eſſētiales differentias; accidētalitèr autem diuiditur in colorem naturalem, & aduentitium; quia quòd color ſit inſitus à natura, aut adueniens naturæ, non pertinet ad coloris eſſentiam, & propriam rationem formalem. B Ita etiam amor, vt amor eſt, alius eſt amicitiæ, alius concupiſcentiæ: quòd autem amor ſit humanus vel angelicus, non videtur pertinere ad rationem formalem amoris, ſed eſt quid cōiunctum, vt amor inueniatur in homine, aut in angelo. At verò diuinus Amor, qui eſt Spiritus Sāctus, ſi cōſideretur, vt eſt terminus diuinæ dilectionis, quæ eſt propria ratio amoris, nō affert ſimilitudinem, ſed impetum in rem amatam. Si verò conſideretur vt eſt in Deo, & vt eſt Deus ipſe ex vnitate naturę, inuenitur ibi ſimilitudo non quaſi C ex proprijs, ſed quaſi ex coniunctis. Hoc autem nō ſatis eſt vt ſit generatio, niſi ex proprijs illius proceſsionis afferatur ſimilitudo. Et hæc quidem ſolutio videtur eſſe accepta à S. Thom. in 1. d. 13. q. 1. art. 3. ad 3. docet enim proceſſionem amoris non communicare naturā; niſi quatenus amor eſt diuinus; quod quidèm veriſsimum eſt: nam creatus amor, cum ſit accidens, non communicat naturam. Sed non dixit S. Thom. idcircò proceſsionem amoris non eſſe generationem, vt Caietanus vult. Et eodem modo accipiendum eſt quod ait S. D Doctor 1. p. Spiritum Sāctum ex eo eſſe ſimilem quia eſt in natura eadem; quę verba poſteà declarabimus.

S. Thomæ locus pro *Caietano*

Explicatur.

Alius locus ſimilis.

4. *Caiet.* Refutatur 1.

Hæc explicatio Caietani minimè placet propter duo. Primum eſt, quia in rebus diuinis hoc quod eſt eſſe diuinum, non poteſt conſiderari vt coniunctum, ſed vt maximè proprium. Hoc itē quod eſt eſſe infinitum, eſt maximè proprium cuiuſque rei diuinæ: ergo amor etiam vt eſt terminus dilectionis ex propria ratione eſt infinitus, & eſt res diuina. Ex quo antecedente probatur quòd amor vt ſic, procedat vt ſimilis, & Caietanus non

Amor diuinus etiam vt terminus dilectionis, eſt Deus, & infinitus, ex proprijs.

Digitized by Google

Refutatur 2. Itē ex propria ratione eſt ipſa res diligibilis, & cum ea infinitè vna.

non ſoluit argumentum. Alterum eſt, quoniam Amor diuinus, vt terminus dilectionis, eſt ipſa res diligibilis, vt ſupra docuimus ex ſententia S. Thomæ; & eſt vnio quædam infinitam afferens vnitatem; in vnitate autem fundatur ſimilitudo: eſt ergo amor ex propria ratione ſimili ſimilis: & argumentum, quod Caietanus credidit ſe refutare, adhùc cōſtat, ſoluendumque eſt. Qua etiam in re fallitur Francis. Ferrar. 4. contra gent. cap. 11. concluſione 11. dicens Verbū diuinum ex propria ratione eſſe ipſum intelligibile, atque adeo ſimile; Amorē autem diuinum ex propria ratione non eſſe ipſum diligibile, atque adeo neq; vt ſic ſimile. Cū potiùs dicendum ſit Amorem diuinum ex propria ratione fōrmali eſſe ipſam rem diligibilem, vt nos doctiſsimè S. Thomas docuit. Minùs autem probè hunc amorē Francis. à Chriſto in 1. ſentent. d. 6. q. 3. vocat materialiter diuinum; in rebus enim diuinis non ſolùm nō eſt materia, ſed nihil quaſi materia conſideratur. Et ſimilitèr refutatur quod alij docent & in idem recidit, proceſsionem Spiritus Sancti afferre ſimilitudinem ex ſubiecto, ſcilicèt quia in Deo eſt. Iam enim docuimus omnem proceſsionem afferre ſimilitudinem per hoc, quòd cōmunicatur natura. Et prætereà in Deo non eſt ſubiectū & forma, ſicut neque materia.

Similitèr fallitur, & refellitur *Ferrar.*

Falsò negat hunc amorem ex propria ratione eſſe ipsū diligibile.

Fr. à Chriſto non probè vocat illum materialiter diuinū

Sic alij dicunt ſimilē ex ſubiecto.

5\.

Rada controuerſ. 24. ſimiliter etiā refellitur 1.

In eundem lapidem impingunt, qui aiunt ſimilitudinem amoris cum voluntate non eſſe vniuocam ex propria ratione, ſed in Deo aliunde eſſe vniuocam, quia Amor qui in Deo eſt, Deus eſt, & idcircò ſimilis; quaſi ſimilitudo hæc accidat diuino Amori. Hoc autem eſt falsū: tum quia iam anteà commonſtrauimus cum S. Thoma diuinum *Amorē* ex propria ratione formali, vt eſt terminus dilectionis, eſſe Deum verū, quæ eſt maximè vniuoca ſimilitudo; procedit enim diuinus Amor ex propria ratione, vt Deus de Deo: tum etiā quia diuina proceſsio ex propria ratione terminatur in Deū, vt hoc lib. docebimus; quare ex propria ratione diuinę proceſsionis id quod procedit, habet vniuocam ſimilitudinē cum ſuo principio. Neque hoc poteſt de Spiritu Sācto ſine errore negari; nam Spiritus Sanctus nihil habet, quod non habeat ex vi proceſsionis, & ex propria ratione ſuæ proceſsionis: quod ergo ſit

Similitudo vniuoca huius Amoris cum voluntate nō accidit quaſi extranea eius proceſsioni.

Hic Amor ex propria ratione procedit vt Deus de Deo. Refellitur 2.

Proceſsio diuina ex propria ratione terminatur in Deum

A ſimilis in vnitate naturæ cum Patre, & Filio, inde habet quia procedit. Et confirmatur, quia proceſsio quæuis ex intima ratione affert ſimilitudinem aliquā; ſed proceſsio Spiritus Sancti (vt ait) ex intima ratione non affert ſimilitudinem vniuocam: ergo affert æquiuocam ſimilitudinem, & deficientem, quod eſt hæreticum; ergo ſimilitudo vniuoca nō accidit quaſi extranea proceſsioni Spiritus Sancti, ſed neceſſariò pertinet ad illam, vt conſideratur ex propria ratione talis proceſsionis diuinæ. Quod capite ſequenti meliùs expendetur.

Confirmatur. Proceſsio quæuis ex intima ratione affert ſimilitudinem aliquam.

B Bartholomeus Torres ſuper quæſt. 27. S. Thom. art. 2. parte 4. comment. quem alij ſequuntur, concedit tàm Filium, quàm Spiritum Sanctum procedere vt ſimilem; ſed tamen ſimilitudinem in Filio à natura expeti & intendi, vt Patrem repræſentet, & hoc eſſe proprium imaginis: ideoque Filius non ſolùm eſt ſimilis, ſed imago; quod de Spiritu Sancto non dicimus.

6\. 2. Solutio *Torres.*

Hęc tamen expoſitio pluribus ex partibus falſa eſt. Primò, in eo quòd concedunt Spiritum Sanctum procedere vt ſimilem; ſit enim conſequens vt generetur; ad generationem enim viuētis ſufficit ſimilitudo ex proceſsione orta, quęcunque illa ſit, vt ex definitione cōſtabit. Igitur ſi ſimile quodpiam & imago ſolùm differunt fine, quia ſimile non producitur ad repræſentandum, ſicut imago: in Deo in quo non inuenitur finis, id quod procedit vt ſimile, nihilo differt ab imagine. Deinde neque in rebus humanis Pater optat ſibi Filium naſci vt ſe repræſentet, ſed vt ſit quaſi ſui particula, ipſius ſubſtantiæ particeps; repræſentare enim eſt quædam relatio, imò eſt relatio rationis vt explicabimus: relationes autem non per ſe expetuntur. Quamobrem S. Thomas d. 28. q. 2. art. 3. ad 4. ſcitè negat Spiritum Sanctum procedere vt ſimilem. Adhùc, in diuinis rebus nihil optatur à Deo quaſi finis per operationem expetitus; ratio enim finis eſt ratio cauſæ, & finem per media conſequimur: abſit autem vt in operatione diuina interna inueniamus mediū ad finem; non ergo Pater Filium generat vt ſe repræſentet. Et hoc teſtatur S. Thomas 1. p. q. 39. art. 8. quòd ſcilicèt perſonæ diuinæ non procedunt vt ad finem. Et idem repetit q. 41. art. 2. ad 5.

7\. Confutatur 1. Si Sp. Sanctus procederet vt ſimilis, generaretur.

C

Item eſſet imago.

Confutatur 2.

Relationes, pręſertim rationis vt repræſētare, non per ſe expetuntur.

D

S. Thom.

Idem.

Et

Perſonæ diuinæ non ſunt ad finem.

Nõ tamen perſonarum pluralitas vana eſt.

Vanum quid?

Et idem aſſerit in 1. d. 2. q. 1. art. 4. ad 3. docens pluralitatem ſuppoſitorum diuinorum non eſſe propter finem aliquem; nec tamen ideo eam pluralitatem eſſe vanam; vanum enim eſſe id quod finem non conſequitur ad quem dirigitur; diuina autem ſuppoſita nõ ſunt ad finem.

Confutatur 3.

Si Sp. Sanctus ex ſua proceſſione eſſet ſimilis, repræſentaret.

Adhùc verò argumentum non ſoluitur, quod enim eſt viuens ſimile ex proceſſione, ſuâpte naturâ repræſentat principium à quo procedit; ergo & Spiritus Sanctus, ſi ſit proceſſione ſimilis, refert repræſentatque Patrem.

8.

Confutatur 4. ex abſurdo.

Denique abſurdiſsimum eſt in ijs, in quibus poteſt inueniri intentio finis, dicere quòd Deus operetur præter intentionem finis; ergo modo eodem quo Filius procedit vt repręſentãs, ſi id eſſet ex intentione Patris, ex eadẽ quoq; Sp. Sãctus procederet, vt repræſentãs, ſicut procedit Filius. Verũ eſt tamen id quod Bartholomæus Torres obſeruat, Verbum diuinum procedere vt ſimile, non vtcunque, ſed vt imaginem; in quo maximè accedit ad ſolutionem quæſtionis.

B

Torres obſeruatio maximè accedens ad ſolutionem quæſtionis.

9.

Eadem ſolutio explicata, & propugnata *à Vaſq. diſp. 113. cap. 8.*

Sunt tamen qui tueantur opinionem iſtam, intrepretando finem naturæ ipſũ modum naturalẽ operandi, quo aliquid producitur aptum repræſentare; quo pacto Verbum diuinum producitur ad repręſentandum. At verò Spiritum Sanctum non eſſe aptum repræſentare, quia repræſentare dicitur id quod eſt præſens potentiæ cognoſcenti, non appetenti. Quamobrem ſicut Pater intelligit in Verbo, non verò in Spiritu Sancto, quem producit non intelligendo, ſed diligendo; ita neque Spiritus Sanctus repræſentat Patri, à quo per dilectionem procedit.

C

Refutatur 1.

In rebus creatis non ſola intellectione producitur imago repræſentans.

Sed hæc quoq; defenſio inutilis eſt & falſa; nam cum omni viuenti quod procedit ſimile, inſitum ſit repræſentare, etſi non ſit verbũ, quod eſt in facultate intelligente; nihil obſtat Spiritum Sanctum repræſentare, etiamſi non oriatur ab intelligente potentia, ſed ab appetente in qua eſt: neque enim ſola intellectione producitur imago repræſentans; ergo etiam ſpiratione, quæ eſt operatio viuentis, poterit produci imago, & repræſẽtatiuũ, & Filius.

D

In Deo oppoſita aſſertio vera. Sed ratio inquiritur.

Quòd ſi dicant repræſentatiuum in Deitatis natura, non poſſe produci, niſi per intellectionem: huius aſſertę ſententiæ rationem inquirimus; cum in rebus creatis non ſola intellectio producat repręſentatiuum. Quòd enim ſit repræſentatiuũ diuinum, aut non diuinum, non diſcriminat has proceſsiones, vt contra Thomam Caietan. & Franciſ. Ferrar. diſputant Theologi.

A

Refutatur 2.

Repræſentare non ſignificat ordinẽ ad producentẽ, ſed ad rẽ cognitam.

Prætereà falsò exiſtimãt imaginem non eſſe repręſentatiuam, niſi producatur per intellectum; repræſentare etenim non ſignificat ordinem ad producentem, ſed ad rem cognitam. Cũ ergo Spiritus Sãctus ſit Patri ſimillimus, & ab eo procedat, ipſo naturali modo procedendi erit repræſentatiuum intelligenti Patri, quamuis non procedat per ipſam intellectionem Patris, ſed per dilectionem. Alia verò adijciunt de fundamento repræſentandi, quæ meliùs põderabimus parte 2. capitis conſequentis.

CAPVT XVIII.

Indicatur diſcrimen inter Verbi generationem, & proceſsionem Spiritus Sancti.

TAm multis opinionibus cõfutatis, non nouam cudimus quæſtionis enodationem, ſed traditam à S. Thoma, & S. Auguſtino, explicandã ſuſcipimus. Caput autẽ diuidim' in partes quatuor.

Prima pars. *Generationis definitio explicatur.*

Secunda. *Ratio imaginis declaratur.*

Tertia. *Amor non procedit per modum naturæ.*

Quarta. *Ratio diſcriminis traditur inter diuinam generationem, & proceſſionẽ.*

PRIMA PARS.

Generationis definitio explicatur.

1.

Communis definitio generationis viuentium perfectæ. *S. Thom.*

OPortet autem à definitione generationis viuentium, de qua nobis ſermo eſt, inire principium. Conſtat verò definitio generationis apud omnes, quam tradit S. Thomas 1. p. q. 27. art. 2. & 3. p. q. 32. art. 3. & lib. 4. contra gent. c. 11. fuſiſsimè, & Opuſc. 3. c. 1. 52. quòd ſit proceſsio viuẽtis à principio viuente coniuncto in ſimilitudinem naturæ ſpecificæ.

Eſt proceſsio viuentis à principio viuente coniuncto in ſimilitudinem naturę ſpecificæ.

1. particula excludũtur capilli.

Definimus enim hoc loco generationem non quamuis, ſed perfectam quæ eſt viuentium, qua genitum dicitur proles & filius; ea ergo eſt viuentis à viuente. Per quod reijcimus, vel ea quæ à viuente naſcuntur vitæ expertia vt capilli,

Digitized by Google

capilli, vel ea quæ ſunt vitâ prædita, ſed A oriuntur à non viuente, vt vermes à terra putrida, & apes à boue enecto. Neq; enim apes ſunt proles bouis mortui, neque capilli ſunt filij viuentis. Hebræi tamen dilatant nomen filiationis maximè ad ea omnia quę ab alijs vel aluntur, vel protteguntur, vt vocant ſagittas filias pharetræ: ſed nihilominus nomen filij viuenti genito iuxta proprietatem loquutionis attribuūt. Eſt etiam hæc proceſsio à principio agēte, generatio enim eſt actio cuius principium eſt agens. Et eſt formalis hæc loquutio quòd ſit principium viuens, ſcilicèt quòd agens vtatur facultate viuentis dum generat. Si enim Adam ex coſta ſua Euam produceret non per potentiam generātis, ſed quauis alia virtute, Eua non eſſet filia, neque ea proceſsio eſſet generatio viuentis. Adhùc verò eſt generatio proceſsio viuentis à principio viuente coniuncto; qua particula ſignificatur genitum & generans eandem ſubſtantiā habere communem; ita vt ſubſtantia, quæ fuit in generante illi coniuncta re ipſa, eademmet ſit poſteà in genito; ſcilicèt ſemen, quod prius erat in viuente generante, deinde in viuente genito manet ſecundum partem, manente eadem materia prima; manet enim ſemen in genito ſecundum formam mutatū: quia conuertitur ſemen in ſubſtantiam genitam: oportet autem vt hæc cōmunicatio ſubſtantię ſecundum eandem materiam, efficiatur per ipſius viuentis, generantiſque facultatem, ita vt natiua virtute ipſius ſemen illud præparetur; aliàs non eſſet generans; quia generans neceſſariò diſponit materiam, qua diſpoſitione attingit rem genitam. Denique opus eſt vt hæc proceſsio ſit ſecundum ſimilitudinem naturæ ſpecificæ; nam ſi ex homine equus, quid aliud quàm mōſtrum, vt ait Gitmundus Epiſc. Auerſ. de Trinitate? quapropter deficiente ſimilitudine, vel genitum eſt monſtrum; vel aliquid oritur deficiēs à ratione prolis, vt vermes qui oriuntur à viuente. Et hæc quidem perſpicua ſunt.

Hebræorum loquutio.

Non obſtat.

2. particula, principiū viuēs, ideſt, vtēs virtute viuentis generatiua. Excluditur viuentis à viuēte productio per virtutem non generatiuam.

3. particula, de cōiunctione.

Inter generātem, & genitū per ſemen, datur communicatio, ſeu coniunctio ſubſtātiæ ſecundum eādem materiam.

B

C

Vltima particula, de ſimilitudine.

D

2. Hæc definitio colligitur ex duobus locis *Ariſtotel.*

1. Locus.

Iſtam definitionem quidam colligunt ex verbis Ariſtotelis octauo Ethicorum, cap. 12. & ſeptimo Metaph. cap. octauo. Nam in Ethicis quidèm hæc ait *Maiorem id à quo aliquid eſt, cum genito habet neceſſitudinis connexionem, quàm quod factum eſt cum eo qui fecit. Proprium enim ei à quo oritur quidpiam eſt id quod ex ipſo oritur, vt dens & capillus; & quodlibet ei qui id habet.* Eſt ergo in generatione viuētis quędam connexio ſiue còniunctio quæ non eſt in alijs; eò quòd filius aliquid eſt propriū patris, vt dēs & capillus, quia ſcilicèt eſt de ſubſtantia patris productus. Et ibidem ait philoſophus fratres eſſe coniunctos, ſcilicèt in patre, propter eundem ſanguinem, à quo eſt ſemen generationis. Ex quibus colligitur, quòd hæc generatio viuentis eſt cum quadam coniunctione propter ſemen quod à generante ſumitur. Quod autem ſit in ſimilitudinem naturæ 7. Metaph. commōſtrat, quem locum iam enarrauimus. 2. Locus.

S. Ioan. Damaſcen. breuiùs definitionem generationis perſtrinxit, 1. lib. fidei Orthodox. cap. 8. *Generatio in hoc conſiſtit, vt ex gignentis eſſentia, proles eiuſdem cum gignente ſubſtantiæ producatur.* Qua in definitione duo deſiderantur, & quòd ſit à viuente coniuncto, & quòd ſit in ſimilitudinem naturæ ſpecificæ: ſed ſimilitudo indicatur ibi, *eiuſdem cum gignente ſubſtantiæ*: coniunctio verò quæ pertinet ad communicationem conſubſtantialem eiuſdem ſubſtantiæ ſignificatur, dum dicitur, *ex gignentis eſſentia*. Vbi eſſentiam vel accipit non pro quidditate, ſed pro ſubſtātia; & hoc modo ſemen eſt ex eſſentia gignentis; vel ſolam diuinam generationem definijt, in qua genitum non ſolùm eſt de ſubſtantia, ſed de eſſentia & quidditate gignentis. Melius ergo eodem loco definit, *Generatio eſt ex ſubſtantia gignentis proferri, quod gignitur ſecundum ſubſtantiam ſimile*, vbi ait gigni de ſubſtantia, & ſecundum ſimilitudinem.

3. *S. Damaſc.* definitio breuis.

In eadem egitur particula, de ſimilitudine.

Item particula de coniunctione.

Explicatur.

Eiuſdem alia melior definitio.

Breuiùs adhùc S. Hilarius videtur definiſſe 5. de Trinitate, *Filius ex virtute naturæ in natura eadem, natiuitate ſubſiſtit.* Eſt ergo natiuitas qua filius ex virtute naturę gignentis ſubſiſtit in natura eadem per communicationem conſubſtantialem, vt diximus, in qua ſimilitudo fundatur, & libr. 6. *Viuentis naturæ ex viuente natiuitas eſt*, vbi viuentis ex viuēte natiuitatē eſſe affirmat. Et ſimilia ſępiùs apud Patres reperies, vt in generatione viuētiū, ſeu natiuitate, & ſimilitudinē ſpeciei, & cōmunicationem conſubſtātialē agnoſcāt. At verò S. Th.

4. *S. Hilarij* definitio adhuc breuior. Explicatur.

Idem.

vtriuſq; veritatis rationem accuratè in definitione ſignificauit, vt explicatũ eſt.

5.

2. particula explicatur. De viuẽte, hoc eſt, de ſubſtãtia qua viuens natura cõſtat. Excluduntur generata ex humore, vel ſemine corrupto. Ariſt.

Sunt verò in ea definitione aliqua obſeruanda. Primum eſt circa particulam, à viuente coniuncto, quòd humor corruptus non pertinet ad ſubſtantiam viuentis, quia potiùs ille pellit animal in interitum, quàm conſeruet; ideòque ex humoribus corruptis non generatur ſoboles, ſeu filius, quia non eſt genitum de ſubſtantia viuentis, hoc eſt, de ſubſtantia qua viuens natura conſtat; ideòq; etiam vermes non ſunt filij. Et hæc docuit Ariſtoteles in Problem. ſect. 4. q. 14. Eamq; ob cauſam ſemen corruptũ non eſt principiũ naturalis generationis, quia monſtra indè naſcitura non ſunt de ſubſtantia gignẽtis, hoc eſt, de ſemine vero præparato à gignente, vt ibidem Ariſtoteles auctor eſt. Quare vel ex hac particula poſſent ſecludi à definitione generationis vermes & monſtra; ſed explicatiùs ſecernuntur, cum dicitur, in ſimilitudinẽ naturæ ſpecificæ.

6.

Eadem particulâ excluditur generatio Euæ ex coſta Adami.

Ex eadem particula definitionis colligitur, Euam non fuiſſe filiam Adami: quia etſi de coſta eius effecta ſit, non tamen id factum eſt actione naturali ipſius viuentis; quare abſque diſpenſatione legis naturalis potuerunt matrimonium contrahere, quod parenti cum filia non licet, vt S. Thom. docet 1. p. q. 92. art. 2. ad 3. & in 4. d. 10. q. vnica art. 3. ad 1. & Alexandr. Alenſ. 1. p. q. 58. membr. 4. Et hoc videtur obſeruatum à S. Gregorio Nazianzeno oratione 5. Theologiæ, vbi ait, non ſatis eſſe quòd procedat ſecundum ſubſtantiam, vt ex Phœnice Phœnix oritur abſque generatione, & ex Adamo Eua abſque generatione genita eſt, quia non operatione ipſius viuentis ſecundum virtutem inſitam fœtandi, aut gignendi.

S. Thom. Alenſis. Nazianz.

7.

Contra quoſdam, Generatio eſt actio tranſiens. Oſtenditur. 1.

Quod verò aliqui credunt generationem eſſe actionem immanentem, eò quòd ſit à principio coniuncto, ſanè in rebus creatis non eſt opinabile; nam etſi ſemẽ extet in gignente dũ illud præparat; in eodem tamen eſt actio tranſiens, qua ſemen præparatur; & facultates naturales, quibus ſemen conficitur, & diſponitur actione tranſeunte in ſemen ipſum operantur, vt conſtat. Imò, vt doctiores exiſtimant, ſanguis qui eſt materia ſeminis, eſt re ipſa diſtinctus à viuente, eiuſque forma ſubſtantiali; quare neceſſe eſt, vt actione tranſeunte naturalem diſpoſitionem comparet, qua ſemen efficitur. At verò ipſa generatio, ſi quid rei eſt, actio tranſiens eſt, cum ſit productio geniti.

Secundò.

8.

Sunt qui in quæſtionem afferant, vtrùm hæc actio ſit vitalis? quæ tamen quæſtio parui momenti eſt, ſiquidèm conſtat non eſſe immanẽtem, ſed tranſeuntem. Videtur tamen poſſe dici vitalis; non quòd maneat in ipſo principio actionis viuente, ſed quia facultate quadam vitali egreditur, vt decoctio cibi in ſtomacho, & cæteræ operationes, quæ vi naturæ viuẽtis fiunt, vitales ſunt, quamuis ſint actiones tranſeuntes.

Dici poteſt actio vitalis. Ratio.

9.

Similitudo etiam in accidẽtibus, requiritur ad perfectionem accidentalem generationis hic definitæ. Ariſt. Non verò ad eſſentialem.

Similitudo autem non ſolùm requiritur in eſſentia, ſed etiam in accidentibus, quæ in gignentibus extant; vt ſi albus homo nigrum generaret, portenti loco eſſet, & quaſi monſtrum, vt docet Ariſtoteles 4. de generatione animantium cap. 3. Aduerte tamen monſtrum dici, eò quòd ſemen videatur fuiſſe aliqua ex parte corruptum. Eſt tamen verè & propriè filius ex vero ſemine genitus, & vera generatio, quam modò definimus, in qua ſpectatur ſubſtantia, & eſſentia, non verò accidens, niſi ad perfectionem generationis. De ſimilitudine filiorum ad parentes lege Ariſtotelem Problem. 13. ſect. 4 & Auerroem comment. ibidem. Qua etiam parte generatio Chriſti Domini fuit perfectiſsima, qui maximè parentem Beatiſsimam referebat, vt autor eſt Lentulus Proconſul quadam epiſtola, & Nicephor. lib. 1. hiſtoriæ ſuæ cap. vltimo.

Idem. Auerroes. Generatio Chriſti perfectiſsima. Lentulus. Niceph.

10.

Ariſtotelis ſentẽtia de generatis ex humore corrupto licèt improbetur, ſtat definitio. Vt vera, & arguta approbatur.

Quòd verò Ariſt. ait lib. 14. Problem. ſect. 4. ex humoribus corruptis nõ naſci prolem, etſi verum id quidem ſit; ſi tamẽ cõcẽdas gigni quoq; ex illis, nihil cõtra definita efficies; quia dicere op’erit eos humores corruptos pertinere ad ſubſtãtiã animãtis, & ita de ſubſtãtia gignentis prolẽ emanare. Philoſophus verò argutè ait ex corrupto ſemine filiũ non gigni, quia ſicut in humore, vel ſemine corrupto nõ eſt intẽtio naturæ ad cõſeruandã ſpeciẽ illi’ animãtis, ita neq; eſt intẽtio ad gignendũ ſimile in ſpecie quod eſt filius.

11.

Obiectio contra vltimam particulam. Reſponſ. ex Ariſtotel.

De mulo verò eſt ſpeciale dubium, quia videtur ſpeciem gignentis non referre, cum tamen ſit verè, & propriè filius; non ergò neceſſaria eſt ſimilitudo in ſpecie. Quæſtionem explicat Ariſt. 7. Meta-

Digitized by Google

Duo ſpecie differentia vnum aliquando ſunt generationis principiũ, quaſi ſpecies vna.

Metaph. text. 28. dum enim ad generationem muli equus & aſina conueniunt, equuſque equum, aſina aſinam ſimul in ſimilitudinem naturę ſibi expetunt, huic principio generationis ſimul coniuncto, quaſi eſſet ſpecies vna, mulus efficitur ſimilis in ſpecie eadem. Itaq; eo ipſo quòd diſcedit à ſimilitudine ſpecifica equi, & aſinæ ſeparatim, maximè refert ſimilitudinem vtriuſque coniunctim; & vtrumque coniunctim eſt vnum generationis principium quaſi ſpecies vna. Docet autem ibidem Ariſtoteles genus proximum equi & muli non eſſe nominatũ, quod S. Thom. ſuo commentario confirmat: quare animal non eſt genus proximum omnium animantium, vt vulgo teritur. Et hoc quidèm nobis videtur mirum; ſed arbitratur Philoſophus, etſi non ſit equus & mulus eiuſdem ſpecici, eſſe tamen inter eos aliquam eſſentialem differentiam genericam ſpecialem à cæteris animantibus diſcernentem, quam equus aſinæ copulatus attingit, ſiquidem ad differentiam ſpecificam non valeat peruenire.

Idem.
Equus & mulus habent ſuum genus proximum innominatum, infra animal.
S. Thom.
Probatur.

12\.
Quorundam reſponſio ex *Ariſtotel.*
Eſt abs re.

Alij reſponſionem argumenti venantur à verbis Philoſophi 2. de anima cap. 4. vbi docet gigni animal in ſpecie ſimile, ſi generans ſit perfectum. Sed nos hìc non quærimus vtrùm gignatur per petuò ſimile? Sed vtrùm ſit vera generatio, vbi non eſt ſpecifica ſimilitudo? Quare faciliùs etiam reſpondemus perfectam generationem definiri eam, in qua eſt ſpecifica ſimilitudo: generatione verò imperfecta gigni ſimile in genere, ſed cum quadam imitatione naturæ, vt genitum ſit ad exemplar gignẽtis, vt poſtea enarrabimus.

Reſponſio facilior.
Generatione perfecta gignitur ſimile in ſpecie: imperfectâ ſimile in genere.

13\.
Particula de cognitione, adijcienda communi definitioni generationis perfectæ.
Maior.

Neceſſarium quoque eſt vt hæc generatio inueniatur ſolùm in viuentibus cognitione præditis, quod quidèm poſuit Ioan. Maior in ſua definitione generationis in 1. d. 13. q. 1. Nam cum ſit ſimilitudo diſquiparantiæ, vt dicemus, quaſi expreſſa ab exemplari, quæ eſt ſimilitudo imaginis; exemplare autem, ſiue imaginem deducere, ad cognitionem reuocetur, neceſſe eſt vt in ijs quæ valẽt cognitione, hæc generatio inueniatur. Ideoque filius dicitur à nomine græco, φιλέω, quod amare ſignificat; cognitio enim antecedit appetitionem, appetitio autem animantibus eſt cauſa, vt ad generationem accedant. Eſtque is ani-

Filius cur à φιλέω dictus.

A mãtibus innatus amor, quo filios ſuos, vt imaginẽ ſui ament, vel diligãt. Et hoc ſẽtit S. Thom. 3. p. q. 32. art. 3. vbi ait in ſẽſibilium nõ eſſe generationẽ, quia amore carent: inſenſibilia autem ſunt, quæ ſunt omnis notitię expertia. Et idem docet comment. in Paulum Epheſ. 3. lect. 4. Quare plantæ non habent filios.

S. Thomas ait inſenſibilium non eſſe generationẽ, quia amore carent.
Idem.

14\.
S. Thomæ Obſeruatio.

Vt verò definitionem generationis in Deum aſciſcamus, obſeruat S. Thom. 1. p. quæſt. 27. art. 2. generationẽ creatam eſſe quãdam mutationem, quod in Deum non cadit; Deus quippe immutabilis eſt. B Quo in loco mutationem impropriè vſurpat; nam generatio viuentium, quæ ſcilicèt non conſtat ſubiecto communi, neque eſt tranſitus ab vno in aliud, non eſt propriè mutatio, vt philoſophatur S. Thom. quęſt. 4. art. 2. & 2. contra gent. cap. 17. & 18. Eſt tamen aliquatenùs mutatio, vel quia materia eſt ſubiectũm formæ corruptæ, & formæ aduenientis, licèt ipſa materia non mutetur; vel quia mutatio quædam dicitur vbicunq; de nouo res incipit eſſe, quod oportet à diuina generatione excludere: quare generatio vt eſt communis C creatæ, & increatæ non eſt mutatio, ſed eſt proceſsio viuentis à viuente. Et ita quadrat definitio diuinæ generationi, quæ perfectiſsima eſt omni ex parte: cum enim Deus non ſit duntaxat viuẽs ſed ipſa vita; naturaque diuina, quæ eſt generationis principium, ita ſit coniuncta viuenti, vt viuens ſit ipſa natura; cum etiam ſit omninò vna, eademque in gignente & genito, vt non ſolùm ſint conſubſtantiales, ſed omninò eiuſdem ſubſtantię; vnde etiam neceſſe eſt, vt ſimilitudo nõ ſit ſolũ in ſpecie, ſed in natura eadem indiuidua, omnia in hoc cõſentiunt, vt infinitè perfectam generationem abſoluant. D

Generatio creata eſt mutatio, nõ propriè, eſt tamẽ mutatio aliquatenùs.
Idem.
Oſtenditur 1.
Secundò.
Generatio cõmunis creatæ, & increatæ, nõ eſt mutatio, ſed eſt proceſsio viuentis à viuente &c.
Generatio diuina eſt infinitè perfecta.
Oſtenditur. 1.
Secundò.
Tertiò.

SECVNDA PARS.

Ratio imaginis declaratur.

I D quod per generationem definitam procedit, imago eſt; quare & quæſtio de generatione cum quæſtione de imagine coniuncta eſt; operęque pretium erit de imagine ſecundo loco diſputare. Imago dicitur impropriè & propriè: illa impropriè dicitur imago, in qua eſt quædam ſimilitudo, etſi ab alio non ſit 1.

Imago impropriè.

Digitized by Google

S Gregor. Thaumat.

deducta; quo pacto S. Gregorius Thaumaturg. in confeſsione fidei Spiritum Sanctum vocauit imaginem, vt & alij Patres faciunt; quia eſt Patri Filioque ſimillimus. Imò Magiſter diſt. 28. imaginem pro exemplari accipit dum ait, diuinam eſſentiam eſſe imaginem ad quam ſumus conditi. Imago propriè eſt, quæ à ſuo exemplari deducta eſt, & expreſſa.

Magiſt.

Imago propriè

2.

Huius conditiones.

S. Hilar.
Damaſcen.
S. Auguſt.

De imagine igitur propriè dicta S. Hilarius lib. de Synodis in principio, & S. Ioan. Damaſc. oratione de imaginibus, & S. Auguſtinus 15. de Trinitate c. 23. & 14. duo affirmant; & quòd ſit ſimilis rei cuius eſt imago; & quòd ſit à re eadē diſtincta. Rectè autem ipſe S. Auguſtin. libr. 83. quæſtionum quæſt. 73. & 74. his adiungit, quòd ſit deducta, & exemplata à re cuius eſt imago; ouum enim vnum ſimile eſt alteri, non imago eius, inquit S. Auguſtin. Et idem ſignificat S. Hilar. libr. de Synodis vbi ait, quòd imago eſt rei ad rem adæquata, indiſcreta, & vnita ſimilitudo, vbi ſignificatur quòd ſit exemplatio non in genere, ſed in ſpecie; ea quippe dicitur adæquata vt lib. primo docuimus. Quod etiam docet S. Thom. quarto contra gent. cap. 11. & 1. p. quæſt. 35. articul. 1. ad 2. & in 1. diſt. 28. quæſt. 2. articul. 1. egregiè admonet ordinem perpetuò in imagine inueniri; eo enim quòd eſt deducta ab exemplari, prioritate naturæ ipſum exemplar antecedit imaginē; eſtque ideo ordo naturę neceſſarius in imagine.

1. Conditio eſt ſimilitudo.
2. Diſtinctio.
S. Auguſt.
S. Hilar.
3 Exemplatio in ſpecie.
4. Ordo.

3.
S. Auguſt.
S. Thom.

S. Auguſtinus 2. de Trinitate capite primo, quem refert S. Thomas quæſt. 35. art. 1. affirmat imaginem nō dici ad ſe, hoc eſt non eſſe abſolutum; quo fit vt relatiuum ſit: & 7. de Trinitate cap. 1. *Nihil abſurdius*, inquit, *quàm imaginem ad ſe dici*. Videtur autem de imagine, ſicut de verbo, dicendum quòd ſit res abſoluta cum relatione coniuncta, vt ſtatim diſputabimus; imaginem enim depingimus, & eſt ens artefactum, vel naturâ genitum vt Filius; ad relatiua aũtem non eſt motus: vel certè eſt nomen æquiuocum quod modò ſignificet relationem, modò abſolutum. Quod autem in imagine relatio realis ſit, non eſt dubium. Vnde colligimus Filium Dei, ſi propriè loquendum ſit, non eſſe imaginem Deitatis, aut Spiritus Sancti; aut rerum quas repræſentat; ſed eſſe imaginē Patris à quo procedit. Confirmatur hoc verbis illis Pauli Hebr. c. 1. *Qui cū ſit ſplēdor gloriæ, & figura ſubſtātiæ eiꝰ.* Hebraicè legitur character hypoſthaſeos, ſcilicèt perſonæ. Itaq; Filius eſt imago perſonæ Patris, relatio enim imaginis eſt ad ſolū Patrem, & hoc explicauit Paulꝰ dū appellauit Filiū characterē ſiue imaginē hypoſthaſis, ſeu perſonæ Patris, quē ſcilicèt refert vt naturalis Filius. Et idcircò relatio imaginis in Deo eſt realis, quia eſt perſonalis; neq; id negari poteſt ſecundū fidem Catholicā. Et ita ſentit Gilbert. Geneb. lib. 1. de Trin. & Richar. de S. Vict. lib. 6. de Trinit. c. 11. & 21. & S. Anſelm. Monol. cap. 53. De qua etiā re legendus eſt S. Aug. lib. 5. dę Trinit. cap. 8. & lib. 7. cap. 4. & lib. 33. quæſtionum quæſt. 74. & S. Anaſth. libr. primo, de rectis fidei dogmatibus, appellat Filium faciem Patris, quia eſt imago illius.

Imago eſt res abſoluta cum relatione coniuncta.

Corollarium ex dictis.
Propriè loquēdo Filius Dei eſt imago ſolius Patris.

Heb. 1.

Relatio imaginis eſt ad ſolum Patrem.

Eſt realis, vtpotè perſonalis, ſecundum fidem.

Genebrard.
Richard.
S. Anſelm.
S. Auguſt.
S. Anaſth.

4.

His conſtitutis enucleanda eſt recōdita ipſa ratio imaginis, neque enim palam eſt, aut apparet. Nam ſi inter producens, & productum ſimilitudo eſt propria imaginis, ignis productus ab igne erit imago illius; & omni proceſſione in eadem ſpecie producetur imago, & Filius, qui eſt imago naturali proceſſione producta; & Spiritus Sanctus imago erit & Filius. Quòd ſi ad imaginē non ſatis eſt ſimilitudo, diſtinctio, & proceſsio, iudicandum quid vltra quærimus.

Ad imaginem non ſatis eſt ſimilitudo, diſtinctio, & proceſsio.

5.
Aſſerta Vaſq. diſp. 113. c. 8. & diſput. 15. cap. 5.

Quidam conſtituunt rationem formalem imaginis in reprę̄ſētatione quadam, quia id quod eſt ad repræſentandum productum, imago eſt; dici autem productum ad repræſentandum tanquam propter finem; quia id quod ſuapte natura repræſentat ex intentione naturæ repræſentat. Quare filius patrem repræſentat, non homines alios; ignis autem productus non magis repræſentat ignem producentem, quàm alios ignes, cum eodem modo ſit omnibus ſimilis. Hæc autem coaptando diuinis aiunt, imaginem quidèm fundari in vnitate naturæ inter producens & productū: increatā verò nō fūdari in ea ſola vnitate, aliàs Sp. Sāctus eſſet imago & Filius: ſed ſimul fundari in perſonę iſtius proprietate; nam Filius ipſa proprietate perſonali repræſentat Patrem quia

1. aſſertum.

Secundum.

Ratio Vaſq. cur homo genitꝰ repræſētet potius, quā ignis genitus.

Tertium.

Quartum.

quia procedit per intellectum ; quem Spiritus Sanctus nō repręſentat, etſi ſit productus in vnitate naturæ ; quia vltra hoc neceſſaria eſt proprietas perſonæ repræſentantis. Hoc autem de Spiritu Sancto commonſtrat, quia neque Patri, neque Filio repræſentat, cum illi nō intelligant Spiritu Sācto. His addunt Filium non eſſe imaginem Spiritus Sancti, quia etſi ſecundariò illum repræſentat, non procedit ab illo, vt à principio intelligibili; idque aiunt S. Bonauent. notauiſſe, quòd dixerit Filium quatenus imago eſt, ad Spiritum Sanctum connotare relationem.

Quintum.

6. Hæc verò omnia ſingulaque aſſerta videntur perſpicuè confutari, & abs re eſſe philoſophica. Nec mirum nos ſemel à veritate digreſſos, longiorem progrediendo errorem facere. Cauſa autem errandi eſt vna quod non penetrent rationem propriam imaginis, quam conſequitur repræſentatio. Et in eò quod eſt poſterius, non inuenerunt diſcrimen inter imaginem, & ſimile quod imago non eſt. Ratio quippe imaginis ſita eſt in quadam ſimilitudine propter exemplationē vnius ab alio, vt poſtea elucidabimus. Primū igitur falſum eſt, quòd repræſentatio ſit finis naturæ; repræſētatio enim ſiue aptitudo ad repræſentādum eſt relatio rationis, vt hoc libr. docemus: relatio autem rationis non eſt finis naturæ, quod eſt ens reale; ſed fortè conſequitur finem naturalem obtentum; natura enim producit ſimile, & ibi ſiſtit: conſequitur autem ſolo intelligēdi modo, repræſentatio, quæ eſt relatio rationis. In diuinis autem proceſsione finis nullus, quia finis eſt cauſa: quare ſimile ab imagine nō diſcernitur in Deo propter finem repræſentandi, vt antea diſputauimus.

Notandum.

Contra primū aſſertum.

Repræſentatio non eſt finis naturæ producentis.

7. Secundò loco, hominis geniti nō eſt maior ſimilitudo cum homine generante, quàm ignis geniti cum igne gignēte; neque minor ſimilitudo geniti hominis cum alijs hominibus, quàm geniti ignis cum alijs ignibus: quare nō ob eam rationem homo genitus repræſentat potiùs, quàm ignis genitus; ſed propter exemplationem, quam conſequitur repræſentatio naturalis, hoc eſt ex intentione naturæ exemplantis: repræſentatio enim non ſequitur quodcunque ſimile, ſed exemplatum.

Contra ſecūdū

Vera ratio ſuprapoſiti quæſiti.

Repręſentatio ſequitur ſimile non quodcunque, ſed exemplatum.

8. Tertiò loco, non probè fundant imaginē, ſiue relationē imaginis in vnitate naturæ inter producens, & productum. Nam in vnitate naturæ ſola, non poteſt fundari; aliâs omnes homines eſſent ſibi mutuę imagines, cum ſint ſimiles in natura. Quòd ſi dicas fundari ſimul in vnitate naturæ & productione; duo fundamenta ponis eiuſdem relationis, quod philoſophia non permittit, & ratio prorſus diſſentit, vt liquet in libro tertio. Præterea accommodando hæc diuinis, Spiritus Sanctus erit imago & Filius, ſiquidèm eius ſimilitudo cum Patre fundatur in vnitate naturæ inter producens & productum; aliàs non conſentaneè philoſophātur de rebus diuinis, & creatis. Dicendum igitur erit eam relationem fundari in exemplatione, vt ſtatim docebimus.

Contra tertiū

Imago ſeu relatio imaginis non fundatur in vnitate naturæ.

Nec in hac & productione ſimul.

Oſtenditur 1.

Secundò.

10. Quarto iterū loco, deterius eſt quod aiunt, in diuinis modo quodam diuerſo à rebus creatis fundari ſimul in vnitate naturæ, & proprietate perſonæ illam relationē imaginis; tum quia (quod præ oculis eſt) ipſa relatio imaginis eſt proprietas perſonalis, vt lib. 4. dicemus: ergo non fundatur in ipſa perſonali proprietate: tū etiā quia hęc imago nō repręſentat ratione proprietatis, ſed ratione naturæ, vt iā docuimus. Perſona enim diuina eſt ſolū, id quod eſt; quo autē eſt, eſt ipſa natura; quicquid ergo eſt in imagine vnde habet repræſētare, eſt abſolutum: proprietas verò perſonalis in Deo nihil repræſētat, ſed eſt ſola relatio & proprietas; hæc munera obit referendi, & cōſtituendi perſonam, alia munera nulla obit. Præterea reuoluimur in eandē charybdin; quid enim eſt in cauſa, vt proprietas Filij fundet relationem imaginis, quam non fundat proprietas Spiritus Sancti? Quia (inquiunt) Filius procedit per intellectum. Quid ad rem, ſi ratio imaginis nō eſt alligata operationi intelligenti, ſed & extra intellectum inuenitur in nobis? ergo & in Deo extra intellectum erit. Certè ea eſt ratio, quia proceſsio per intellectum eſt exemplatio; quam ob cauſam meritò non cōcedimus relationem diuinæ imaginis in perſonali proprietate fundari ſed in origine. Quod verò commonſtrant Spiritū Sanctū non repræſentare Patri neq; Filio, vt repræſentare eſt propriū imaginis

Contra quartū

In diuinis non fūdatur etiā in proprietate perſonæ.

Probatur 1.

Secundò.

Hęc proprietas eſt ſolùm relatio, & proprietas.

Probatur 3.

Proceſsio per intellectum eſt exemplatio.

ginis

ginis confitemur: ſed quare non repræſentet, non oſtendunt; cū in rebus creatis ſint imagines repræſentantes, quę nō procedunt de intelligibili operatione.

10.
Contra 5. Verbum non repræſentat ſecundariò Spiritum Sanctum oſtenditur.

Vltimò illud quoque improbatur, quòd Verbū ſecundariò repręſentet Spiritum Sanctum: nam ordine rationis nō priùs repræſentat Patrem, quàm Spiritum Sanctum; nam relatio qua refertur ad Patrem vt ad exemplar repræſentando, eſt relatio rationis; ordine autem rationis poſt diuinam eſſentiam tres ſimul perſonas repreſentat. Ea verò relatione reali imaginis, qua refertur ad Patrem propter originem & exemplationē, neq; ſecundariò ad Spiritum Sanctum refertur, ſed ſolùm ad Patrē. Quia verò hanc relationem imaginis cum repræſentatione confundunt, credunt priùs repræſentari Patrem, quàm Spiritum Sanctū.

S. Bonauent.

Hanc eandē ob cauſam S. Bonauenturā iniuriâ ſugillant, quòd dixerit imaginē diuinam connotare relationem ad Spiritum Sanctum, ſcilicèt relationem repræſentantis, quamuis ab eo non procedat.

Vaſques in veram ſententiam relapſus.

Qui in re vel aliud cogitantes relabuntur in veram ſententiam, quòd ratio propria imaginis ex origine ſpeciali, quæ eſt exemplatio, ſpectanda eſt; non ex repræſentatione, vt falsò exiſtimarunt.

11.
1. dictum. Relatio realis imaginis ad exemplar nō eſt repræſentatio, ſed ſimilitudo fundata in exemplatione.

Eſt ergo obſeruandum, quòd relatio realis, quæ eſt imaginis ad ſuum exemplar, non eſt ea quam dicimus repręſentationem; repræſētare enim eſt relatio rationis in quacunque imagine etiam mētis, vt dicemus. Sed ea ſimilitudo quæ fundatur in illa actione, qua imago deducta eſt ad exemplar alterius, eſt vera relatio realis imaginis ad exēplar. Ouo enim nihil ſimilius, quàm ouum; non tamen vnum eſt imago alterius, quia hæc relatio imaginis fundatur in ea actione, qua vnum ab alio, vt ab exemplari procedit. Verum eſt, quòd propter hanc ſimilitudinem imago repræſentat exemplar, quaſi ducens intellectum ad rē vnde ipſa deducta eſt. Et vtraque ſanè ſimilitudo eſt ſecundum naturam; ſed altera fundatur in ipſa vnitate naturæ, altera in actione.

12.
Imago alia ſecundum accidens. Alia eſſentialis

Eſt etiam imago, vel ſecundum accidens, quæ ſpecie tenus & figurâ imitatur exemplar, à quo deducta eſt, vt imago lignea Cæſaris: & eſt alia imago eſſētialis, quæ ſecundum eſſentiam ab alio eſt

A deducta, vt homo ab homine genitus; quam imaginē Hebræi proprio nomine appellabant, Rebuchin, apud Gilbert. Genebr. ad Schegkium fol. 135. At Marius Vict. lib. 3. contra Arium imagines ſenſiles, non imagines, ſed ſimulacra, ac ſimulamēta ait eſſe dicenda, quòd ſimulent quod non ſunt.

Genebard. Mar. Victor.

13.
2. dictum.

Deinde obſeruandum eſt, quòd non quæuis proceſsio naturalis dicitur propriè exemplatio. Nam ignis procedit ab igne in ſimilitudine naturæ, non tamen ignis genitus eſt imago gignentis; B quare exemplatio hìc deſideratur, quæ ad rationem imaginis ſufficiat. Dicendum ergo eſt, tunc rem aliquam deduci propriè ab exemplari, cū in ipſo agente non eſt ſola forma naturalis, qua agens eſt agens; ſed prætereà aliquid eſt in agēte loco imaginis deducendæ, & hoc dicitur exemplar propriè; verbi gratia, in artifice non ſolùm eſt ars, qua operatur, ſed prætereà eſt idea rei efficiendæ loco rei ipſius, quæ eſt propriiſsimè exemplar. In viuentium verò generatione ſemen ipſum in generāte diſponitur, & afficitur iis diſpoſitionibus, vt in ipſo C viuente ſemen ſit loco rei gignēdę, quaſi exemplar. De quo Ariſtoteles lib. 1. de partibus animalium cap. 1. ſemen ait eſſe virtute animal; & ſæpiùs idem vſurpat. Itaque pręter qualitates naturales, quibus hęc agentia operātur, inuenimus in eis quādā operationis inſtrumēta, ſcilicèt ideam in artifice, & ſemen in generāte; quæ ſunt quaſi exēplaria, vndè imago vel artefacta, vel naturalis deducitur.

Ad propriam exemplationē, præter qualitates operatiuas, requiritur in agēte aliquid loco imaginis deducēdę, vt idea ſemen. &c.

Ariſtotel.

14.
In rebus creatis imago triplex.

Tria autem ſunt in rebus creatis genera imaginis, vt rem clariſsimè intueamur; imago artefacta ſenſu nota; filius, qui eſt imago naturalis; & verbum mētis, quod eſt intelligibilis imago. In ima D gine artefacta quatuor ſunt conſiderāda, ſubiectum quod eſt lignum, aut aurum; figura & colores per artē coaptatæ; relatio ſimilitudinis fundata in actione artis; & repræſentatio exemplaris. Subiectum quod eſt lignum, aut aurum eſt quaſi materia imaginis, pro qua nomen imago ſupponitur; ſignificat autem formam, ſcilicèt illud quod per artem efficitur, & eſt quid abſolutū & propria ratio imaginis; vel etiam nominis ęquiuocatione ſignificat ſimilitudinem in illo abſoluto fundatam, quę eſt realis relatio; repræſentare enim eſt relatio rationis

In imagine artefacta, præter ſubiectum, cōſiderantur tria, vnum abſolutum, & duę relationes,

Digitized by Google

nis, quæ non ſignificatur per nomen imaginis, ſed conſequitur. In imagine naturali, quę eſt filius, tria conſideramus, ſcilicèt id quod eſt abſolutum, quod eſt eſſentia accepta per generationem; & relatio ſimilitudinis in generatione fũdata, quæ eſt realis; & relatio repræſentantis exemplar, quæ eſt duntaxat rationis. Sed nomen, imago naturalis, quod filio conuenit, non ſignificat eſſentiam in rebus creatis, ſed ſignificat accidens; accidit enim eſſentiæ eſſe imaginem, vt Petro, cuius eſſentia eſt homo, accidit eſſe imaginem Ioannis, cuius eſt filius; ſicut accidit eſſe filium. Imago verò artefacta ex intima ratione eſt deducta ab exemplari; & idcircò etiam quoad abſolutum illud quod eſt artefactum, eſt eſſentialitèr imago. De relatione verò ſimilitudinis fundatæ in actione, & de relatione repræſentantis, idem dicendum eſt in imagine naturali & artefacta; nam prima relatio eſt realis, ſecunda rationis; prima ſignificatur formalitèr per nomen imaginis ſi relatiuè ſumatur; ſecunda non ſignificatur per nomen, ſed conſequitur.

In naturali tria.

In imagine verò intelligibili quæ eſt verbum, tria etiam meditamur, ſcilicèt formam ipſam abſolutam, relationem ſimilitudinis in actione fundatam, & relationem repræſentantis. Et quidèm hæ duæ relationes ita inueniũtur in verbo, ſicut in imagine artefacta, & naturali, de quibus iam diximus. Id verò quod eſt abſolutum in imagine intelligibili ab imagine naturali, & artefacta differt. Ab artefacta differt, quia ea eſt imago ſecundum accidens, aſsimilatur enim ſuo exemplari in accidentibus; imago verò intelligibilis in eſſentia aſsimilatur, quia ſecundum eſſe intelligibile eſt ipſa eſſentia leonis, v.g. non accidens; hoc eſt, non refert accidentia, ſed eſſentiam. Ab imagine verò naturali differt intelligibilis imago, quia id quod eſt abſolutũ in imagine naturali, quod eſt rei eſſentia, non ſignificatur per nomen, quia non eſt eſſentia Petri vt ſit imago Ionæ: in imagine verò intelligibili id quod eſt abſolutum, quod eſt forma quædam intelligẽtis, abſque dubio eſt eſſentialiter imago; quare nomine iſto imaginis ſignificatur, & quid abſolutum & quid relatiuum, æquiuoca ſignificatione; in imagine verò naturali, quam dicimus filium, ſola relatio realis ſignificatur formalitèr; quia cum eſſe imaginem accidat homini, nihil aliud illi accidit, quod hoc nomine ſignificetur, niſi relatio. Et idcircò in diſputationibus oculatè conſiderandum eſt, ne cauſa æquiuoci decipiamur.

In intelligibili tria.

In qualibet relatio ſimilitudinis eſt realis & ſignificatur formalitèr. Relatio repræſẽtãtis in nulla. Quoad abſolutũ reliquæ differunt ab intelligibili.

In naturali relatio realis ſola ſignificatur formalitèr.

Adhùc tamen aduertendum eſt ſimilitudinem aliam eſſe æquiparantiæ, ſiue æqualis comparationis, aut appellationis, vt ſimile refertur ad ſimile; aliam verò eſſe diſquiparantiæ, ſiue inæqualis cõparationis, aut appellationis, vt imago refertur ad exemplar; referuntur enim diuerſis nominibus relatiuis, & propria relatio imaginis non eſt alicuius ſimilis, ſed aſsimilati; aſsimilatur enim imago exemplari, quod eſt imitari exemplar. Quamobrem ſcitè dixit Doctor Albinus Alcuinus lib. 1. de Trinitat. cap. 46. *Nõ imago de imagine, quia non ambo imago, ſed ſolus filius.* Eſt enim diuerſum nomẽ imaginis, & illius à quo eſt imago. Et Marius Vict. lib. 1. contra Arium imaginem refert ad imaginalem, quod nos vocamus exemplar. Tertullianus lib. contra Praxeã verba Pauli, *Qui cum in forma Dei eſſet*, alitèr legit, *qui in effigie Dei conſtitutus*, & ſubijcit, *non in eadem effigie Patris*, quod poſſet explicari, quia filius ſit imago, Pater verò exẽplar: ſed arbitror non id ſignificaſſe eo loco Tertullianum.

15. Similitudo alia æquiparãtiæ, alia diſquiparantiæ.

Alcuinus.

Mar. Vict.

Tertullian. explicatus.

Diſtat autem vtraque ſimilitudo etiã fundamento. Nam ſimilitudo æquiparãtiæ fundatur in vnitate formæ, vt Ariſtoteles docet: ſimilitudo verò diſquiparãtię fundatur in actione; imago enim imitatur exemplar, à quo procedit, & in ipſa proceſsione imaginis ab exemplari fundatur illa ſimilitudo diſquiparantiæ, quę rectè dicitur imitatio. Vnde colligimus imaginem non referri relatione reali ad exemplar, niſi procedat ab eo, & illud ſimul exiſtat; ſunt enim relata imago, & exemplar: & ità cum artifex à re pręſenti oculis ſubiecta deducit imaginem, illa imago, durante ſuo exemplari, habet relationem realem ad illud fundatam in actione, qua exemplar mouet artificem immittendo ſpecies ſenſibiles, è quibus eductæ intelligibiles, origo ſunt intellectionis, à qua procedit tandèm imago. Quare niſi ſit realis proceſsio imaginis ab exemplari, relatio imaginis non eſt realis, quæ ſcilicèt fundatur in reali proceſsione; ſicut ſcientia non refertur ad ſcibile relatione reali effectus, niſi ab illo

16. Prior fundatur in vnitate formæ. Poſterior in actione.

1. conſectariũ. Poſterior, quæ eſt propria imaginis, vt ſit realis, requirit realem proceſsionem ab exemplari.

Digitized by Google

reali actione deriuetur; de relatione autem cõformitatis, quæ eſt tertij generis, hic non agimus. Colligimus ſecũdò quãtum diſtat ſimilitudo vtraque æquiparãtiæ, & diſquiparantiæ, cum poſsit eſſe vna ſine alia: quia poteſt imago coloribus, & figurâ eſſe ſimilis rei exiſtẽti, reali relatione ſimilitudinis; quæ tamen nõ habet relationem realem imaginis, quia non eſt deducta ab illo exemplari reali proceſsione; vt ſi efficiatur imago ab angelo, qui non accipit ſpecies intelligibiles ab obiecto præſenti. Et ita imago, quæ procedit ab intellectu angeli, non procedit reali proceſsione ab exemplari. Quamobrem maximè conſtat ſimilitudinem imaginis propriam fundari in actione.

2. conſect.

Prior poteſt eſſe ſine poſteriori. Oſtenditur.

17\. Vtraque requiritur in imagine.

Et illud etiã oportet aduertere quòd vtraque ſimilitudo cõcurrit in imagine; nam niſi ſit ſimilis ſuo exemplari ſimilitudine æquiparantiæ fundata in vnitate formæ ſubſtantialis, aut accidentis, non erit imago. Eſt autem imago formaliter alia ſimilitudine diſquiparantię fundata in actione, qua deducitur, ſiue exemplatur ab alio. Quòd ſi percõteris quænã vnitas formę requiratur in imagine? Dicendum eſt neceſſariam eſſe vnitatẽ formæ in ſpecie; nam vermis non eſt imago animantis de quo oritur, quia non imitatur illud in ſpecie; ſicut neque mõſtrũ. Imago autem artefacta, quę imitatur ſecundum accidens apparens, neceſſe eſt vt in ſpecie conſentiat cum accidente apparente in exemplari, maximè quoad figuram. Verbum autem, quod eſt imago intelligibilis, neque ſecundum accidens conuenit in ſpecie cum ſuo exemplari quod eſt res cognita, neque ſecundum eſſentiam in rebus creatis; ſed in quadã analogia, quia res cognita prout eſt in intellectu per ſpeciem (hoc enim eſt exemplar verbi) & ipſum verbũ ſunt duæ formæ intelligibiles: ſed licèt ſecũdum eſſe naturale non conueniat cum ſuo exemplari in ſpecie, ſed in analogo; tamen ſecundum eſſe intelligibile, quod eſt ipſa eſſentia verbi, conuenit non in genere, aut in analogo, ſed in ſpecie. Quod enim eſt leo, vel homo in rerum natura, eſt in intellectu verbum hominis aut leonis. Et hæc vnitas formæ ſecundũ eſſe intelligibile in rebus creatis ſatis eſt ad intelligibilem imaginem quam verbum dicimus. In Deo verò perfectio eſt

In imagine requiritur vnitas formæ in ſpecie. Oſtenditur. 1. in imagine naturali.

2. in artefacta.

3. in intelligibili, non de vnitate quoad eſſe naturale, ſed quoad eſſe intelligibile.

A pertinens ad propriam rationem infiniti verbi, & imaginis intelligibilis, vt non ſolùm ſecundum eſſe intelligibile, ſed etiam ſecundum eſſe naturale cõueniat cum exemplari, quod eſt eſſentia diuina, in vnitate ſpecifica, imò & indiuidua vnitate.

In Deo imago intelligibilis cũ ſuo exemplari habet vnitatem indiuiduã, quoad vtrumq; eſſe.

Poſtremum conſectarium eſt: In generatione viuentium filium eſſe imaginem patris, quia eſt in illo ſimilitudo diſquiparantiæ fundata in generatione, quæ eſt quædam exemplaris traductio, vt iam docuimus.

18\. Vltimum conſect.

B Ex dictis ſatis liquet, quòd amor non ſit imago, quia nihil antecedit in voluntate quaſi exemplar; finis enim ſiue bonum, quod eſt obiectum voluntatis, non eſt forma illius, neque imprimitur in illa, vt forma ex parte principij actionis, vt ſit quaſi exemplar: obiectum enim voluntatis eſt cauſa finalis, non verò efficiens; exemplar autem, à quo procedit imago eſt cauſa efficiens, vt diximus. Deindè etſi cognitio moueat voluntatem in genere cauſæ efficientis ad actiones naturales, quod anteà docuimus; tamen cognitio illa non eſt in voluntate quaſi exemplar in agente; ſed eſt tantũ-
C modò actio primi agentis, ſcilicèt intellectus, determinans, ſiue mouens agens ſecundum quod eſt voluntas. Nulla ergo ibi eſt ratio exemplaris, vt id quod procedit à voluntate dicatur imago. Quod confirmatur omnium Philoſophorũ opinione & ſenſu; nullus enim hominum dixit amorem eſſe imaginem; aut amorem repræſentare, quod eſt proprium imaginis: verbum autem dicimus rectiſsimè intelligibilem imaginem, quia eſt deductum ab ſpecie impreſſa, quæ eſt quaſi exemplar in intellectu, vnde oritur ea imago, quam verbum appellamus, vt ex dictis licet pellucidè philoſophari. Et ita
D teſtatur S. Auguſtinus lib. 5. de Trinitate cap. vltimo, & S. Thomas.

19\. Corollarium ex dictis. Amor non eſt imago. Oſtenditur. Finis non exẽplat, ſed efficiens.

Nec cognitio finis eſt in voluntate quaſi exemplar in agẽte.

Confirmatur.

S. Auguſt. S. Thom.

20\.

Concludimus etiã fuiſſe Latinos Patres rectiùs, quàm Græcos loquutos, dũ hi appellant Spiritum Sanctum imaginẽ, illi negant: Spiritum Sanctum imaginem dicunt, S. Cyrillus lib. 7. Dialogorum de Trinit. *Imago*, inquit, *lucida, & naturalis Filij Spiritus eſt*. Et S. Baſilius lib. 5. contra Eunomium Spiritum Sanctũ veram eſſe imaginem, & idcircò illum nos Deo aſsimilare. Et idem docet S. Ioan. Damaſcenus lib. 1. fidei Orthod. cap. 18. &

Spir. Sanctum imaginem appellant Patres Græci. S. Cyrillus. S. Baſilius. S. Damaſc.

Digitized by Google

S. Gregor. Thaumat.

& Gregorius Thaumaturg.in confeſsione fidei. Hæc autem & ſimilia Patres affirmant propter perfectam ſimilitudinẽ; nam & vulgò dicimus hominem quampiam imaginem alterius ob concinnam ſimilitudinem; ſed nominis eſt abuſus.

Vulgo etiam frequẽs eſt hic nominis abuſus.

21. *S. Athanaſ.* exGræcis egregiè.

Sanctus tamen Athanaſ. ex Græcis ſolum Filium Dei imaginem nuncupat ſerm.4.contra Arianos,& in Epiſtola de decretis ſynodi Nicenæ, *Quãdoquidèm*, inquit, *vnus eſt Deus, neceſſarium eſt quoque vnam eſſe Dei imaginem,quæ eſt Dei Filius*.Et iterùm, *Si eam imaginem nomines Filium,hoc ipſum eum eſſe indicaueris.*

22. Propriè loquẽdo,Sp.Sanctus nõ eſt imago. Omnes Patres Latini. Vera ratio aſſignatur.

Ergo ſi propriè loquẽdum ſit Spiritus Sanctus non eſt imago.Qua in re omnes Patres Latini conſentiunt:ratioq;ea eſt, quia etſi Spiritus Sãctus ſit Patri, Filioq; ſimillimus, tamen hæc ſimilitudo non fundatur in proceſsione, vt hoc cap.declarabimus,ſed in ſola vnitate naturę;& idcircò non eſt ſimilitudo diſquiparantiæ imagini propria. Quidam aiunt non eſſe imaginem Patris, quia non eſt principium diuinæ proceſsionis, ſicut eſt Filius. Sed ſimilitudo non attenditur in his proprietatibus perſonalibus, vt lib. 3.dicemus. Alij aiunt imaginem non eſſe duorum,ſed vnius.Sed neque hæc ratio facit ſatis: nam etſi Spiritus Sanctus procedat à duobus, tamen quia illi duo, ſcilicèt Pater, & Filius ſunt vnum eius principium, poſſet dici Spiritus Sanctus imago duorum,vt illi duo vnum ſunt. Ea ergo eſt cauſa,quòd Spiritum Sanctum negemus eſſe imaginem, quia eius ſimilitudo non eſt diſquiparantię fundata in proceſsione. Vnde etiam S. Thomas 1. p.q.35. art.2. & in 1. d.18.q.2. art.3. & d.31.q.3.art.1. Et Hebræorum 1. lect.2. affirmat imaginem eſſe nomen perſonale proprium Filij, quòd ſcilicèt Spiritui Sancto nullatenùs cõueniat,vt hoc cap. faciemus planiſsimum.

Aliorum rationes. Prima. Reijcitur. Secunda. Refutatur. *S. Thom.*

TERTIA PARS.

Amor non procedit per modum naturæ.

1. Expenditur ratio tradita 3. p.cap. *S.Bonau. S. Thom.*

HInc etiam proditur haud dubia ratio illius quæſiti, quare verbũ procedat per modum naturæ; amor autem non per modum naturæ,ſed per modum voluntatis? Ita ſentit cum S. Bonauentura,S. Thomas,& alij ſuprà commemorati: ſed huius aſſerti cauſa à multis inquiritur,& nõ facilè indicatur ratio diſcriminis. Sed tamen ſi nomine naturæ intelligas naſcituram ſiue natiuitatem, quæ eſt generatio viuentium,facilè apparebit etiam in rebus creatis verbum procedere per modum natiuitatis,amorem non ita;vnde & verbum frequentèr dicitur à Philoſophis conceptum & natum, amor verò neque conceptus, nec genitus:nam ſpecies impreſſa in intellectu habet vicem ſeminis quo intellectus fœcundus fœtus gignit verbum,vt ſobolem. Exemplum eſt S. Auguſt. libr.9. de Trinitate cap.12.& 5.de Trinitate cap. 7. *Verbum*,inquit, *intus gignimus,neque à nobis naſcendo diſcedit*,&cap.12.verbũ appellat prolem mentis. Et S. Cyrillus lib.1.Theſauri cap.7. ait generari fœtũ, & generari verbum à nobis.Et frequentiſsimè verbum conceptionem mentis appellat,& Tertullian.contra Praxeam, Filium Dei eſſe de vulua cordis ſermonem,ſiue verbum eructatum, id eſt, procedens.Et Philo Iudæus de congr. quærendo erudit. *Tales*, inquit, *partus grauidæ potiùs,quàm concipiẽtes mentes parere ſolent*. Vbi fœcunditatem in intellectu vt partum eſſe confitetur; & ibidẽ ait ſcientiam eſſe filiam rationis,agnoſcens in cognitione mentis quandam natiuitatem & partum. Vtrumque autem eſt quaſi exemplar,ſcilicèt ſemen in animante, & in intellectu ſpecies impreſſa, à quo exemplari deducitur vera imago, ſcilicèt in rerũ natura filius,&in intellectu verbum. Proceſsio tamen verbi creati deficit à natiuitate,eo ſolùm quòd eſt accidens ab intellectu emanans,non ſubſtantia de viuentis ſubſtantia;ſed tamen procedit per modum natiuitatis: amor verò nõ procedit per modum natiuitatis, quia nihil antecedit in voluntate,quaſi ſemen aut exemplar.

1. concluſio. Verbum procedit per modum natiuitatis: Amor non ita.

Species impreſſa ſemen verbi.

S. Auguſt. *S. Cyrillus.* *Tertull.* *Philo.*

Semen,& ſpecies impreſſa ſunt quaſi exemplar.

Proceſsio verbi creati deficit à natiuitate,nõ à modo natiuitatis.

2. Difficultas de proceſsione ab intellectu, cur ſit per modum naturæ,proceſſio verò à volũtate vt naturæ eſt,non ita.

Quod ſi nomine naturæ non natiuitatem intelligas, ſed id quod eſt principiũ motus,ſiue actionis,difficilius explicatu eſt, quare verbum dicatur per modum naturæ procedere; amor verò non per modum naturæ. Ioan. Scotus in 1. d.2. q.7. & d.10. q. vnica affirmat voluntatẽ in omni actione ſua eſſe liberam;quare cum liberum & naturale ſint oppoſita, conſequitur vt amor non procedat per modum naturæ,ſed per modum libertatis. Sed hæc opinio falſa eſt, vt poſteà docc-

Scoti opinio voluntatẽ in omni actione ſua eſſe liberã. Reijcitur.

Digitized by Google

docebimus; nam & ipſa voluntas habet actiones naturales, non liberas, quibuſcum ſe habet, vt natura eſt, non vt libera eſt. Et ita perſiſtit quæſtio propoſita in his actionibus naturalibus voluntatis, quare non procedat amor per modum naturæ, ſiquidèm procedit à voluntate vt natura eſt? Quòd ſi dicas in actionibus naturalibus voluntatis non emanare amorem, vt ſuprà docuimus: ſaltèm in Deo optimo non eſt negandum Amorem per dilectionem naturalem procedere; ipſe enim eſt Spiritus Sanctus; & tamen non procedit per modũ naturæ.

A

Difficultas perſiſtit in actionibus naturalibus voluntatis.

Reſponſio.

Refellitur.

Licet non in creatis, ſaltèm in Deo per dilectionem naturalem procedit amor.

3.

S. Thom.

Spir. Sanctus procedit à voluntate, vt natura & naturaliter, non tamen per modum naturę.

Idem explicatur.

Voluntas non vt libera, ac vt natura, eſt etiã ad vnum deſtinata.

Dicendum igitur eſt cum S. Thom. q. 10. de Potentia ar. 2. ad 4. non idem ſignificari his verbis, quòd procedat à natura ſiue naturalitèr, & quòd procedat per modum naturæ; ſiquidèm Spiritus Sanctus, qui procedit à voluntate vt natura & naturalitèr, non tamen procedit per modum naturæ. Quarè cum Doctor Sanctus 1. p. q. 41. art. 2. diſtinguit inter voluntatem, & naturam, quòd voluntas non ſit determinata ad vnum, vt eſt natura; interpretandus eſt de voluntate libera, quę non eſt determinata ad vnum: nam voluntas vt natura, eſt etiã ad vnũ deſtinata. Procedere igitur à voluntate vt natura, indicat ſolummodò voluntatem ibi ſe habere vt naturam, non vt liberam; procedere autem per modum naturæ aliud quid ſignificat, quod indagandum hic eſt.

B

4.

S. Thomæ 1. cauſa, cur amor non procedit per modum naturę, vt procedit verbum.

Ipſe Doctor Sanctus loco recitato ad 11. tres cauſas commemorat ob quas amor non procedit per modum naturæ, vt procedit verbum. Primò, quia proceſſio per modũ naturæ eſt prima, ſicùt & proceſſio per intellectum prima eſt. Deindè, quia proceſſio per modum naturæ eſt per modum ſimilitudinis, ſicut & proceſſio per intellectum, vt explanauimus. Denique quia proceſſio per modum naturæ eſt per ſe ab vno, ſicut & proceſſio per intellectum: proceſſio autem amoris per voluntatem, ſi amor ſit mutuus, vt eſt diuinus amor, neceſſariò eſt à duobus.

2. cauſa.

3. cauſa.

C

5.

Interpretãdus eſt, vt per modũ naturæ idẽ ſit, quod per modum natiuitatis.

Sed hoc loco videtur S. Thom. per modum naturæ dicere id quod eſt per modum natiuitatis; natiuitas enim eſt prima proceſſio ſubſtantialis, quam ſequitur adgeneratio partium in nutritione, vel augmento; & ſimilitèr eſt per modum ſimilitudinis, vt diximus: & eſt per ſe ab vno principalitèr vtpotè à mare, etſi fœmina vtcunque concurrat. Quòd ſi non intelligamus hæc de natiuitate, multis certè vrgebimur; ſunt enim multæ actiones naturales, quæ conſequuntur alias ordine naturæ; & non apparet vlla ratio, quòd prima inter eas ſit per modum naturæ, & reliquæ non ſint per modum naturæ. Prętereà ad aliquas etiã actiones naturales concurrunt per ſe duo principia, verbi gratia, cum procedit operatio à potentia, & obiecto ſimul, & aliàs frequẽtèr; neque enimverò de hac etiam proceſſione occurrit, quare non ſit per modum naturæ: intellexit ergo S. Thom. eo loco ea tãtùm procedere per modum naturæ, quæ per modum natiuitatis procedunt. Quare dum concludit amorem non procedere per modum naturæ, id confirmat quod iam præmiſeramus, amorem non procedere, vt natum per modum prolis.

Hæc interpretatio probatur 1.

Secundò.

S. Thomas confirmat primam concluſionem.

6.

Hoc igitur loco aliud quid amplius conamur, ſcilicèt, vt oſtendamus hoc eſſe ſingulare in proceſſione amoris ſiue libera ſit, ſiue naturalis, vt id quod procedit, non procedat per modum naturæ. Ita vt etſi in omni actione aliã ſit proceſſio per modum naturæ, ſola proceſſio amoris non ſit per modum naturæ.

7.

Pro 2 concluſione aduert.

Diſcrimen inter intellectũ, & voluntatẽ, vt ſunt in actu primo, ſeu vt coniunguntur cum ſuis obiectis.

Intellectus eſt in actu primo per formã ſuperadditã, quę eſt principiũ operationis, vt natura.

Voluntas per ſolam externã propoſitionẽ obiecti.

S. Thom.

Ad cuius clariorem explanationem, aduertendum eſt, tam intellectum quàm voluntatem eſſe potentias, quæ ſua obiecta reſpiciunt, eaſque oportere eſſe cũ obiectis cõiunctas, vt operentur: ideòq; hæc coniunctio potẽtiæ cum obiecto dicitur actus primus, & ipſa operatio actus ſecundus. Cõiungitur autem intellectus & voluntas cum obiectis ſuis modo longè diuerſo; intellectus enim per ſpeciem ſibi impreſſam, vel per realem coniunctionem obiecti ſecundum eſſe intelligibile ſibi præſentis, cum eodẽ copulatur. Voluntas verò neque formam aliquam habet ſibi inhærentem, qua cum obiecto coniuncta dicatur ante operationẽ ſuã, qua ſcilicèt ſit in actu primo; neque ipſũ obiectum habet ſibi coniunctum in ratione diligibilis, quaſi formam operandi, quod S. Thomas notauit, dum ait obiectum voluntatis eidem non inhærere: ſed obiectum voluntatis concurrit tantũmodò in genere cauſę finalis, quod eſt aliud à genere cauſæ efficientis: eſt ergo obiectum voluntatis cum voluntate coniunctum per hoc, quòd proponitur volun-

D

Digitized by Google

voluntati per potentiam ab illa diſtinctam, abſque aliqua forma voluntati impreſſa in qua proponatur: ita vt ſi quæras de reali coniunctione, obiectum voluntatis non ſit coniunctum cum illa, niſi ratione naturæ, quæ eſt ſubiectum in quo vtraque potentia eſt. Hoc enim ſatis eſt vt appetamus cognita, quia cognitio, & appetitio eſt ſimul in nobis; eſt quippè appetitus totius, ideòque ſatis eſt, vt in ipſo toto, quod eſt ſuppoſitum vel natura, antecedat actus intellectus, quem actus voluntatis conſequitur.

Obiectum voluntatis nō eſt cum illa realiter coniunctū niſi ratione naturæ, in qua vtraque potentia eſt.

8. Ex his ergo colligimus quòd ſi intellectum, & voluntatem contemplemur vt ſunt facultates quædam operātes, vtraque eſt vera natura & operationis principium. Si verò eaſdem meditemur vt ſunt potentiæ cum ſuis obiectis coniunctæ in actu primo; in altera, ſcilicèt in ipſo intellectu, obiectum eſt per modum formæ, quæ eſt operationis principium, ideòque eſt ipſum obiectum in potentia per modum naturæ. In voluntate autem cum obiectum non adſit per modum formæ, ſed ſolummodò per modum obiecti extra ipſam propoſiti, non eſt obiectum in illa per modum naturæ. Quarè apertiſsimè conſequitur id quod conamur, ſcilicèt quòd ab vtraque potentia operatio naturalis dimanet, non tamen per modum naturæ ab vtraque, ſed à ſolo intellectu. Quarè etiā proceſsio Verbi natiuitas eſt in Deo, non autem Amoris proceſsio, vt ſtatim dicemus.

2. concluſio ex ex dictis collecta. Intellectus & volūtas vt ſūt facultates, vtraque eſt vera natura. Vt ſunt in actu primo, obiectum eſt in intellectu per modū formæ, & naturæ. In voluntate verò ſolùm per modum obiecti extra propoſiti.

QVARTA PARS.

Ratio diſcriminis traditur inter diuinā generationem, & proceſsionem.

1. HIs quæ ſunt tractata, nihil aliud arbitramur nos clariùs apertiùſque egiſſe, quàm vt oſtenderemus proceſsionem Spiritus Sancti per voluntatem diuinam, non eſſe generationem. Sed quo rem iſtam accommodatè ſingulatìmque enucleemus, illud primum aduertēdum eſt nobis circa definitionem generationis traditam prima cap. parte, quòd proceſsio Spiritus Sancti, ſicut & Filij, eſt viuentis à viuente coniuncto: nihil enim in Deo eſt quod non ſit viuēs, & cōiunctum, imò maximè vnum. Quare ſicut animal dicitur natum ab alio vt à principio coniuncto, quia ſemen quod fuit in generante, ſit pars geniti, non manēte forma ſeminis, ſed ſola materia prima; longè perfectius, quia eadem natura diuina; quæ eſt forma generantis, eſt eadem forma geniti, genitum procedit à principio coniuncto. Et eodem modo Spiritus Sāctus, etſi non ſit genitus, procedit à principio coniuncto, quia eadem forma Patris, & Filij per ſpirationem communicatur Spiritui Sancto, vt hoc lib. declarabimus.

Aduert. Proceſsio Spiritus Sancti, ſicut & Filij, eſt à principio cō iuncto.

Exemplum.

2. Deindè aduertamus in rebus creatis poſſe id procedere à principio coniuncto, quod non eſt ſimile principio in vnitate ſpecifica, vt vermis qui de carne viuentis generatur; dicitur enim principiū coniunctum ſecūdum naturam ſeminis, quæ traducitur à generante in genitum, & in materia eadem poſſunt eſſe formæ duarum ſpecierum: quare id quod procedit à principio coniuncto poteſt eſſe alterius ſpeciei. In Deo autem vbi coniunctio eſt ſecundum formam eandem, neceſſe eſt vt id quod procedit ſit eiuſdē formæ, & ſpeciei cum ſuo principio; forma enim dat ſpeciem. Et hoc apertè docetur à S. Dionyſ. cap. 1. de diuinis nominibus, *Dicimus*, inquit, *in Deo Trinitatem, propter cœleſtis fœcunditatis in tribus perſonis emanationem*, vbi proceſsionem diuinam vtramque qua Trinitas conſtat, ad fœcunditatem naturæ reuocat, quia & Spiritus Sanctus de fœcunda natura emanat; ita tamen vt etſi dicatur fœcunda à fœtu, non ſignificet hoc nomen tantummodò originem fœtus, quem dicimus filium; ſed originem ſubſtantialis proceſsionis, quæ in Filio, & Spiritu Sancto inuenitur, & à S. Dionyſio fœcunditas dicitur.

2. aduert. In creatis id quod procedit à principio cō iuncto poteſt eſſe alterius ſpeciei.

In Deo nō ita vbi cōiunctio eſt non ſecundum materiā, ſed ſecundum formam.

S. Dionyſ.

Explicatur.

3. Sed adhùc opus eſt attendere quòd in proceſsione creata quicquid procedit à principio viuēte coniuncto in vnitate ſpeciei eſt filius & natus; quare poſſet videri completa ea definitio: ſed quia Spiritus Sanctus non eſt filius neque natus, & tamen eſt viuens à viuente coniūcto in vnitate naturæ; vt ſecernamus Spiritus Sancti proceſsionem à definitione natiuitatis; duce lumine fidei, inquirimus aliud quid pertinens ad definitionem generationis, quod proceſsioni Spiritus Sancti non conueniat. Neceſſe eſt enim nō ſolùm generationem creatam, ſed generationem in genere, quæ ſit cōmunis creatæ & increatæ, ita definire, vt defi-

3. aduert. Perfecta generatio creati eſt proceſsio à viuente coniuncto in vnitate ſpeciei.

Quæſtio. Perfecta generatio in communi quid.

Reſponſio.

Obiectio.

definitio non cõueniat proceſsioni Spiritus Sancti, quæ nõ eſt generatio. Aiũt ergo hoc etiam opus eſſe ad generationem viuẽtium, vt id quod procedit, procedat vt ſimile. Et in hoc iterùm implicantur, quia videtur quòd Spiritus Sanctus procedat etiam vt ſimilis, ſiquidèm procedit in vnitate naturæ, vnde oritur ſimilitudo, vt cap. ſequẽti diſputabimus.

4. Solutio, & reſolutio quæſtionis.

Perfecta generatio in communi definitur proceſsio viuentis, &c. vt ſimilis, hoc eſt, per modũ ſimilitudinis ſimilitudine diſquiparantiæ, ſeu exemplati imaginis propria.

Dicendum igitur eſt duobus modis poſſe abſolui definitionem generationis, ita vt non conueniat Spiritus Sancti proceſsioni. Primo quòd procedat vt ſimile, hoc eſt, per modum ſimilitudinis; proceſsio autem per modum ſimilitudinis eſt exẽplatio quædam, ſiue deductio ab exemplari; & quod eſt clarius, poteſt intelligi hoc ipſum quòd procedat vt ſimile ſimilitudine diſquiparantię, quæ eſt propria imaginis, & fundatur nõ in vnitate naturæ, ſed in actione.

5. Oſtẽditur ex dictis p. 2. huius cap.

Patet ſecũda ratio diſcriminis, cur 2. proceſsio non ſit generatio, vt prima.

Ad hæc accommodanda ſunt, quæ diximus parte 2. cap. de imagine: filius enim naturalis eſt imago, quia eſt ſimilis patri ſimilitudine exemplati, quæ fũdatur in actione: rectiſsimè ergo dicitur ita eſſe intelligendam definitionem generationis viuentium, qua procedit filius, vt id quod procedit procedat ſimile ſimilitudine propria imaginis, quæ eſt diſquiparantiæ ſimilitudo, & in actione fundata.

6. Tradita definitio declaratur ex eadem 2. p.

Nihil prohibet vt verbũ creatum ſit filius, niſi id ſolum quòd eſt accidens.

In Deo eſſentia eſt quaſi ſpecies impreſſa, & ſemen.

S. Thom.

Verbum diuinum ſua proceſsione eſt

Ita explicata definitione generationis, iam hoc quod adeò vexat Theologos, ante oculos eſt, quòd proceſsio per voluntatem diuinam non eſt generatio, ſed proceſsio per intellectum generatio eſt. Nam vt eadem parte 2. diſputauimus, verbum in rebus creatis eſt verè & propriè imago, cuius ſimilitudo eſt diſquiparantiæ fundata in actione; & ſpecies impreſſa in intellectu eſt quaſi ſemẽ in generante, verbum autem quaſi proles; ita vt nihil prohibeat vt verbũ creatum ſit filius, niſi id ſolum quòd eſt accidens. In Deo igitur meditamur ſimilitèr eſſentiam diuinã quaſi ſpeciem impreſſam intellectui, vt docet S. Thomas 1. libr. contra gent. cap. 53. loco ſeminis, & exemplaris, à qua eſſentia ſimul & intellectu procedit Verbum, vt vera imago, cuius propria ſimilitudo fundatur in proceſsione, & hoc Verbum increatum non eſt accidens, ſed ſubſtantia: eſt ergo verè perfectiſsimèque genitum, quia eſt maximè propriè exemplatũ: eſt, inquã,

maximè propriè exemplatum.

A propriè exemplatum, niſi hac voce paſſiua intelligatur aliqua cauſalitas, aut initium temporis, quo pacto negamus principiatum: ſed quod attinet ad rationem imaginis, quæ ab exemplari procedit, dicimus propriè exemplatum diuinum Verbum: quod à S. Gregor. Naz. oratione 2. Paſchæ appellatur archetipi expreſsio. Nam in generatione creata ſpecies, quæ eſt in intellectu loco exemplaris, eſt quędam inchoatio ſimililitudinis imperfecta, vt diximus; & ſemen eſt quædam remota inchoatio animantis: B diuina autem eſſentia vtroque munere fungitur ſpeciei intelligibilis, & ſeminis, non vt inchoatio, ſed vt perfectiſsimum exemplar; cuius exemplatio pertingit vſque ad vnitatem formæ ſpecificæ. Et ita eſt proprijſsima generatio Verbi diuini proceſsio. Quod ſublimitèr quidèm explicauit Mercurius in Pymandro à ſacris literis id ipſum, vt par eſt credere, accipiens & diuinam generationem ad intelligẽtiam referens. *Intelligentia*, inquit, *illa Deus, cũ maris & fœminæ vim haberet, & vita & lumen eſſet, genuit Verbum, ſcilicèt mentem.* Rectè ait intelligentiam, ſiue intellectum habere vim C maris & fœminę; habet enim vim fœminæ quatenùs habet ſpeciem impreſſam in ſe loco ſeminis, & habet vim maris dum producit verbum quod eſt proles, quare & concipit, & gignit, & parit. Cõcipit quia verbum ipſum, quod gignit in ſe habet ex ſpecie impreſſa conceptum; gignit producendo illud: parere autem dicitur apud S. Auguſtinum quando gignit verbum perfectum ad veritatem inquiſitam pertingens. Deus verò quaſi parit Verbum quatenùs de ſua ſubſtantia illud producit, iuxta Pſalmi decantatam ſententiam, *Ex vtero ante luciferum genui te.* Quibus in verbis concipere & parere metaphoricè dicimus de D Deo, ſicut & vterum; gignere verò non metaphoricè, ſed propriè. Eſt ergo Filio duplex ſimilitudo cum Patre, alia æquiparantiæ, quæ eſt relatio rationis communis tribus perſonis; alia diſquiparantiæ, quæ eſt propria filij, & imaginis, & eſt realis relatio, & proprietas perſonæ. Et vtraque ſimilitudo, vt diximus, conſideratur ſecundum vnitatem naturæ, vt docet S. Auguſtinus de Incarnatione Verbi cap. 11. & 15. & S. Thom. in 1. d. 8. q. 2. art. 3. Neque enim Pater & Filius habent

Nazianz.

Eſſentia diuina eſt quaſi ſpecies impreſſa, & ſemen non vt inchoatio, ſed vt perfectiſsimum exemplar.

Mercurius ex ſacris literis notabilitèr.

Intelligentia ſiue intellect' habet vim maris, & fœminę. Declaratur.

Concipit.

Gignit. Parit.

Concipere, & parere metaphoricè dicimus de Deo: gignere verò propriè.

In Filio ſimilitudo duplex. 1. æquiparantiæ eſt rationis. 2. diſquiparãtiæ eſt realis. Vtraque attẽditur ſecundũ vnitatem naturæ.

S. Auguſt. *S. Thom.*

Digitized by Google

bent ſimilitudinē in proprietatibus, ſed in eſſentia, vt lib. 5. dicemus. Sed ſimilitudo æquiparantiæ nō ſolùm attenditur ſecundum vnitatē naturæ, ſed fundatur in ipſa vnitate: ſimilitudo verò diſquiparantiæ attenditur etiam ſecundum vnitatem naturæ; idcircò enim eſt perfecta imago, quia forma exemplaris eſt eadē forma imaginis; ſed hæc ſimilitudo non fundatur in vnitate illa naturæ, ſed in proceſsione, qua imago procedit ab exemplari. Et idcircò probè docet S. Thomas quæſt. 2. de Potentia artic. 4. ad 7. Spiritum Sanctū non procedere vt ſimilem ratione proceſsionis, ſed ratione naturæ.

Prima fundatur in ipſa vnitate.

Secūda in proceſsione.

Idem.

7\. *In diuini Amoris proceſſione quoad hæc, ratio diuerſa.*

Hæc autem de Amoris diuini proceſſione nullo modo dicenda ſunt; nam ibi nihil eſt loco ſeminis in voluntate, aut loco exemplaris, vnde iſta proceſsio dicatur exemplatio: quare nulla ſequitur ſimilitudo diſquiparantiæ fundata in actione. Nam etſi Spiritus Sanctus ex vi proceſsionis ſit ſimilis in natura Patri, & Filio, vt cap. ſequēti dicemus; non tamen eſt illis ſimilis ſimilitudine diſquiparantiæ fundata in proceſsione, ſed ſola ſimilitudine æquiparantiæ, quæ in vnitate formæ fundatur: qua ſimilitudine ita eſt ſimilis Pater Filio, ſicut Filius Patri; & vterque ita ſimilis Spiritui Sancto, ſicut Spiritus Sanctus ſimilis vtrique. Quare hæc ſimilitudo non eſt propria imaginis; aliàs ita Pater eſſet imago Filij, ſicut Filius Patris, & eſſent imagines tres, quod cogitari non poteſt: imago enim eſt exemplata ab alio, ſimilitudine fundata in ipſa exemplatione, ſiue traductione, quæ in proceſsione diuini Amoris non inuenitur. Eadem ergo ratione, qua ſcilicèt non eſt imago propriè, vt diximus, non eſt genitus, neque Filius; ergo proceſsio Spiritus Sancti non eſt generatio, quia non eſt proceſsio per modum ſimilis, ſcilicèt, quia non eſt exemplatio in qua fundatur ſimilitudo diſquiparantiæ propria imaginis, & filiationis. Quæ ſunt profectò luce ipſa clariora. Quapropter ſcitiſsimè dixit Sanctus Thomas loco recitato, quòd amor non procedit vt figuratum, aut ſpecificatum ſpecie amantis, ſicut verbum.

Spir. Sanctus eſt ſimilis ſola ſimilitudine æquiparantię. Hæc eſt communis tribus perſonis. Vnde non eſt imaginis propria, nec ad generationē, & filiationē ſufficiens.

Idem.

8\. *Hæc Theologia conſentanea eſt Latinis Patribus.*

Hic autem modus explicandi diuinam generationem per imaginem (quod à Sancto Thoma acceptum eſt, & ſapientiſsimus vir Bartholomæus Torres attigit, licèt non abſoluerit) conſentaneus eſt doctrinæ Patrum Latinorum aſſerentium ſolum Filium eſſe imaginē Patris.

9\. *Aduert. Inter generationem diuinam, & creatā diſcrimen.*

Sed adhùc operæpretium eſt illud aduertere, quod eſt in generatione diuina, & creata longè diuerſum: in iſta enim terminus eſſentialis producitur in genito, ſcilicèt natura quædam ſubſtantialis numero diſtincta à natura genitoris: & cōſtituto ſuppoſito abſoluto ex vi generationis, qui eſt terminus ad quē generatio deſtinatur, tūc cōſequitur relatio generationis propria, & realis, quę eſt filiatio, ſiue ſimilitudo in generatione fūdata. At verò in Deo per generationē non producitur terminus eſſentialis, ſcilicèt natura diuina, quæ non eſt diſtincta, ſed eadē in genito, & genitore: neq; termin' ad quē, eſt quid abſolutū, cum ſuppoſita diuina ſint relatiua, & [illegible] ipſæ relationes ſubſiſtētes: terminus ergo productus per generationem diuinam, eſt ipſa relatio ſimilitudinis, ſiue imaginis, quatenùs eſt forma producta; & terminus ad quem generatio dirigitur (vt ita dicam) eſt ipſa ſimilitudo ſubſiſtens. Itaq; (quod nullus Orthodoxus poterit inficiari) relatio propria, realiſq; Verbi ſubſiſtēs, eſt terminus diuinæ generationis, & res genita: relatio autē Verbi realis & propria eſt quędā ſimilitudo; ergo in proceſsione Verbi res producta eſt ipſa ſimilitudo ſubſiſtēs, quæ propriiſsimè Fili' eſt, eiuſq; proceſsio, generatio. Relatio autē propria & realis diuini Amoris procedētis in proceſsione fūdata nō eſt ſimilitudo, neq; amor eſt ſimilitudo ſubſiſtēs; nō eſt ergo filius, neq; terminus generationis; ſed relatio ſimilitudinis in Spir. Sancto, eſt relatio rationis fundata in vnitate naturæ, vt lib. 3. dicemus. Et hæc arbitror eſſe quàm maximè dilucida, quæ S. Thomæ auctori accepta ſunt referēda. Nam ad argumentum cōmune, quòd Spiritus Sāctus procedit vt ſimilis; ergo vt filius: cōceptis verbis reſpōdet, *Procedit quidèm in eadē natura, ideoq; ſimilis procedit, ſed nō eſt ipſa ſimilitudo, ſicut Verbū diuinū.* Similitudo autem idem eſt quod imago: ſimile enim quod imago non eſt non ſimilitudo dicitur, ſed ſimile. Et q. 10. de Potentia art. 2. ad 10. voluntatem ait non producere ſimilitudinem, quia amor non eſt ſimilitudo.

Per generationem diuinam non producitur terminus eſſentialis, & abſolutus: ſed ſuppoſitū relatiuum, ſeu perſona, quæ eſt ipſa ſimilitudo, & imago ſubſiſtens.

Relatio propria & realis diuini Amoris procedentis in proceſſione fundata non eſt ſimilitudo.

S. Thomæ auctori tota hæc doctrina debetur.

Simile quod imago nō eſt, nō ſimilitudo dicitur, ſed ſimile.

Idem.

Digitized by Google

iunctæ; voluntas autem non gerit ſe per modum naturæ, quatenùs obiectum quaſi extra ſe propoſitum reſpicit; ſed eſt quaſi appetitus conſequẽs naturam; eòque etiam proceſsio Verbi eſt generatio; proceſsio Amoris non ita. Et hoc confirmatur authoritate Sancti Gregorij Nazianzen. quæ maxima eſt: is quippè oratione 5. Theolog. apertè docet Spiritum Sanctum non procedere per modum naturæ.

Confirm. ex Nazianz.

14. Obiectio.

Sed contrà hoc arguitur. Nam in Deo obiectum voluntatis, quod eſt eſſentia, per ſe coniungitur cum ipſa voluntate; ergo quod ab obiecto, & voluntate ſic coniunctis procedit, procedit per modum naturæ. Reſpondendum eſt diuinam eſſentiam coniungi per ſe cum voluntate diuina vnitate naturali, vt cætera attributa, ſed non vnitate obiecti, & potentiæ ex parte principij; quia noſtro modo intelligendi, potentia appetens etiam diuina, ex propria ratione non poſtulat coniunctionem cum obiecto, ſed quòd obiectum illi proponatur per intellectum. At verò ipſe intellectus diuinus, noſtro intelligendi more, copulatur cum obiecto, quaſi per ſpeciem impreſſam in ratione principij operationis; quapropter operatio quæ ab intellectu ducitur; egreditur à potentia per modum naturæ. Procedit ergo diuinum Verbum de diuino intellectu per modũ naturæ; ſed non procedit per modum naturæ Spiritus Sanctus, qui eſt Amor de voluntate productus.

Reſponſio. Diuina eſſentia coniungitur per ſe cum diuina voluntate vnitate naturali, nõ vnitate obiecti, & potentiæ ex parte principij, vt coniungitur cum diuino intellectu.

CAPVT XIX.

Argumenta refelluntur.

1. 1. argum.

NOn erit inutile argumenta, quę ſolent verſari in quæſtione præſenti confutare, cũ in ijs ſoluendis variæ Doctorum ſentẽtiæ ferantur. Probatur igitur quòd proceſsio Spiritus Sancti ſit quoque generatio: nulla enim ſimilitudinis ratione animaduerſa, quodcunque viuens à viuente in natura eadem ſpecifica vniforme procreatur, ſoboles eſt & filius, eaque proceſsio eſt generatio; ergo & proceſsio Spiritus Sancti, quæ eſt maximè vniformis & viuentis, eſt generatio. Et confirmatur, quia ſimilitudo eſt quædam relatio, quæ non clauditur in definitione actionis: actio enim definitur per ſuum principium, & terminũ: ergo ſimilitudo non pertinet ad definitionem generationis, neque ſecernit illam à proceſsione Spiritus Sancti.

Confirm.

2. 2. argum.

Secundò, in viuentibus vna eſt ſubſtantialis communicatio, quæ eſt generatio; natura enim determinata eſt ad vnum; ergo cum Spiritus Sanctus ſit viuens, vel nulla eſt proceſsio eius, vel generatio eſt.

3. 3. argum.

Tertiò, Spiritus Sanctus procedit vt Deus ex vi proceſsionis ſuæ; ergo vt ſimilis; ergo vt Filius. Quòd ſi reſpondeas, (Reſponſ.) eam ſimilitudinem non fundari in proceſsione. Contrà occurritur; (Impugnatur.) Omne agẽs producit ſibi ſimile; ergo in ea productione fundatur ſimilitudo. Et confirmatur, (Confirm.) quoniam Spiritus Sanctus ex vi proceſsionis eſt ſimilis; ergo ea ſimilitudo in proceſsione fundatur; eſt enim ſimilitudo accipientis naturam; accipere autem eſt procedentis.

4. 4 argum.

Quartò, ignis generat ignem ſibi ſimilem, eaque proceſsio dicitur generatio, licèt minùs perfecta, quàm ſit generatio viuentis: cum ergo Spiritus Sanctus procedat vt ſimilis, eius quoque proceſsio erit generatio, licèt ſit alterius rationis à generatione Verbi. Et ita manent proprietates perſonarum, vt alter gignatur vt Filius, alter vt Amor.

5. 5. argum. ex *S. Thom.*

Quintò, ſimilitudo eſt principium amoris, vt ait S. Thomas 1. parte q. 27. artic. 4. ad 2. ergo proceſsio amoris eſt ſecundum rationem ſimilitudinis. Et confirmatur, (Confirm.) quoniam Patres Spiritum Sanctum vocant imaginem.

Aduertenda.

6. Aduertẽdum hoc axioma: Omne agens producit ſibi ſimile.

ILlud primum hoc loco conſtitutum eſſe exiſtimamus, quòd omne agens producit ſibi ſimile, vt docet Ariſtotel. (*Ariſt.*) 1. de Genencratione cap. 9. & 10. & 7. Metaphyſic. cap. 7. Et idem docet S. Thomas (*S. Thom.*) in primo diſtinct. 7. quæſt. 1. articul. 1. cum enim ſimilitudo conſequatur ad vnitatem formæ, vt conſtat; (Oſtenditur.) omne autem agens communicet formam per quam agit, ita vt in effectu ſit vel forma agentis perfecta, vel aliqua eius particula, & delibatio; omninò neceſſe eſt, vt quod ab agente producitur, cum aliqua ſimilitudine coniunctum ſit; ita vt ſaltem effectus ipſe referat aliquam ſpeciem, ſimilitudinemq; ſuæ

Omne agens communicat formã per quã agit, ſecũdum aliquam vnitatem.

Digitized by Google

4. dictum. Non aſsimilit formalitèr exemplando, ſeu producendo ſimilitudinem, vt terminum formalē.

pias pro ea operatione, quę eſt exemplatio, & fundamentum ſimilitudinis, aſsimilatio, ſiue proceſsio diuina terminatur ad ſimilitudinem ſubſiſtentem, quæ eſt imago; nullo modo dicendum eſt Patrem, & Filium aſsimilare ſibi Spiritum Sanctum.

18. Quoad vſum loquendi, ſenſus reduplicatiuus durior eſt, & minùs vtilis.

S. Thom. Sp. Sāctus procedit ſimilis, non procedit per modum ſimilitudinis.

Quoad vſum verò loquendi, forſan aliquis non abs re concedet Spiritum Sanctum procedere vt ſimilem, in ſenſu reduplicatiuo; qui ſenſus magis durus eſt, & minùs vtilis in re propoſita. Sanctus Thomas non ait procedere vt ſimilem, ſed procedere ſimilem, cum propoſito ſibi argumento, ad quæſtionem reſpōderet. Quòd verò procedat per modum ſimilitudinis nullus rectè enunciabit: nam per modum ſimilitudinis ſignificat non ſolùm ſimilitudinem rei productæ, ſed ipſum modum proceſsionis, in quo fundatur ratio imaginis, in qua eſt expreſſa ſimilitudo.

19. Sententia Radæ cōtrouerſia 14. eſt Spiritum Sanctum verè eſſe genitum.

Reijcitur vt ferè hęretica.

Ad finem notationum neceſſe eſt pernicioſam quorundam refellere ſententiam, qui audent dicere Spiritum Sanctum eſſe propriè genitum, ſed non natiuitate viuentium, quæ definitur vt ſit ſecundum ſimilitudinem naturæ; aiunt enim generationem in genere complecti ipſam proceſsionem Spiritus Sancti, ita vt ſint duæ proceſsiones generationes duæ. Quæ verba planè nihil ferè diſtant ab hæreſi; nam etſi poſsint adhùc tueri Spiritum Sanctum nō eſſe Filium, quia Filius eſt imago, & ſecundum ſimilitudinem genitus, quod de Spiritu Sancto non concedunt: tamen non poſſunt negare Spiritum Sanctum eſſe genitum, ſiquidèm eius proceſsio eſt vera generatio; ſicut nō poteſt negari ignem gignere ignem, etſi ignis genitus non ſit filius. Quamobrem etſi commententur concilia, & ſymbola Eccleſiæ dicentia Spiritum Sanctum nō genitum, ſed procedentem, quòd intelligant Spiritum Sanctum non genitum generatione viuentis. Commentarius iſte in re tanta valdè temerarius eſt, & nihili æſtimādus; ſicut enim ſi quis negaret hominem eſſe animal, omnibus modis falſum aſſereret, quāuis velit interpretari, non eſſe hominem animal quale eſt brutum. Ita ſi Spiritus Sāctus verè eſſet propriéque genitus, vt hi volunt, falsò quis negaret eſſe genitum, quāuis non ſit genitus vt Filius: quare falſa eſſent cōcilia hoc te-

Concilia. Symbola.

Pro Rada commētarius temerarius. Improbatur. Exemplū notandum.

A ſtantia, quòd Spiritus Sanctus non ſit genitus. Et confirmatur, quia genitum de ſubſtantia viuentis, quod non ſit Filius, paradoxon eſt. Confirmatur.

20. Noua quęſtiuncula. Quęnam ſit definitio generationis in genere ſeu incomuni ad generationē viuētiū, & nō viuētiū.

Occurrit ergo animo noua quædam quæſtiuncula, quænam ſit propria ratio generationis, vt eſt quid commune ad generationem viuentium, & non viuentium? Nam deſignata animo definitione illa communi; videndum erit quare non conueniat proceſsioni Spiritus Sācti generatio cōmunis, vt ſint duæ proceſsiones diuinæ generationes duæ. Dicendumque eſt, generationem non viuē B tium quodam modo imitari generationem viuētium, eò quòd procedit in materia diſpoſitio, quę eſt inſtrumētū generantis induens formam geniti in materia eadem; ſicut ſemen quod eſt in generante, eſt inſtrumentum generationis: deficit tamen maximè generatio non viuentium, quia non eſt à principio cōiuncto, ita vt ſubſtantia gignentis traducatur in genitum; ergo vbi non diſponitur materia ad formam, aut forma non producitur in materia, hoc genus generationis phyſicæ non inuenitur. Ideoq; Eua non dicitur generata, ſed effecta, & C angelus non genitus, ſed creatus; quia effectio Euæ non habuit diſpoſitionem in materia præcedentem, & angelus eſt forma ſubſiſtens abſque materia; hoc ergo genus phyſicæ generationis non poteſt in Deo cogitari, in quo nulla eſt materia, neque diſpoſitio.

Harum generationum conuenientia.

Diſcrimen. Generatio nō viuētium nō eſt à principio coniuncto.

21. Sed adhùc ſupereſt meditanda definitio illa generationis complectentis viuentium, & non viuentium ortum; quæ ita ex cogitanda eſt, vt non conueniat proceſsioni Spiritus Sancti, & conueniat generationi diuini Verbi, quæ eſt viuentis natiuitas. Videtur igitur dicen- D dum, quòd generatio in genere ſit productio rei alicuius per modum aſsimilationis, & exemplationis. Et quidèm in viuentibus inuenitur perfecta exemplatio in ſubſtantia, quia ſemen, quod eſt vice exemplaris in generante, ingreditur compoſitionē ſubſtātialē geniti. In non viuentibus verò in materia geniti antecedūt diſpoſitiones loco exemplaris, in quibus continetur forma geniti, vt in virtute aſsimilatiua. Proceſsio verò amoris non eſt ſecundum antecedentem ſimilitudinem vt ſit quaſi exemplatio, vt liquet ex dictis: quare ſecernitur me-

Reſolutio. Generatio in genere eſt productio rei alicuius per modum aſsimilationis, & exēplationis.

In non viuentibus antecedunt diſpoſitiones in materia, loco exemplaris, & ſeminis.

Coroll. Proceſsio a-

 ritò

eam coniunctionem; & ita amor procederet à voluntate, & cognitione, vt à duobus agentibus, & non ab vno; neque per modum naturæ: verbum autem procedit ab intellectu, & ſpecie impreſſa, vt ab vno agente informato, & in actu: quia intellectus per ſpeciem impreſſam, qua copulatur cum obiecto, informatur & fit in actu; & ita quod procedit ab intellectu ſic informato, procedit per modum naturæ. Voluntas autem non eſt in actu per cognitionem vt per formam qua informetur. Quare etſi procederet amor à voluntate, & cognitione, quod tamẽ renuimus; tamẽ non procederet vt ab vno, neque per modum naturæ; ſemper ergo euincimus, quòd verbum procedat per modum naturæ, non amor.

Verbum procedit ab intellectu, & ſpecie impreſſa, vt ab vno agente informato, & in actu.

Etſi amor procederet à voluntate, & cognitione, non procederet vt ab vno, ſeu per modum naturæ.

10.
3. interpret. *Rada contr. 14. ex Scot.* ponit tres gradus generationis vniuocæ. Primus. Secundus.

Quidam Scotiſtę, vt quæſtionem enodent ex ſuo Scoto 7. Metaphyſ. cap. 9. comment. 30. volunt eſſe tres gradus generationis vniuocæ. Primum, cum ſimilitudo eſt in vnitate ſpecifica formæ cum eodem modo entis in generante, & genito, vt ignis generat ignem. Secundum, quando modus entis non eſt idem, ſed eſt vnitas formę ſpecificę inter vtrámque, vt imago artefacta conuenit cum exemplari in vnitate ſpeciei ſecundum eſſe intẽtionale (vt aiunt) ſed non ſecũdum eſſe naturale; & ita modus entis nõ eſt idem; imago enim eſt homo intentionaliter, non naturalitèr: ſed eſt ſpecies eadem hominis in vero homine, & imagine. Tertiũ, quando non eſt vnitas ſpecifica in generante, & genito; quia forma geniti ſolùm eminẽter & virtualiter inuenitur in generante, vt formæ rerum generabilium ſunt in ſole. Aiunt ergo primo modo vniuocam ſimilitudinem neque in verbo, neque in amore reperiri: quia neque verbũ eſt intellectus, neq; amor eſt voluntas; quia non procedunt in vnitate ſpeciei. Secundo modo verbũ eſt ipſa res intellecta, à qua procedit nõ ſecundum eſſe naturæ, ſed ſecũdum eſſe intentionale; amor verò (inquiunt) non eſt ipſa res dilecta ſecũdum eſſe naturæ, aut intentionale. Sed tertio modo amor eſt ſimilis ſuo principio, ſcilicèt voluntati, in qua eſt nõ formalitèr, ſed virtualitèr. Et quoniam in Deo natura, & intellectus eſt idem; & eſſe naturale, eſſeq; intentionale, ſiue intelligibile eſt etiam idem; verbum quod procedit ab intellectu & naturâ ſimul, eſt ſimile ipſi naturæ ſecundum eſſe intentionale, & naturale; & hæc ſimilitudo perfecta indicat generationem: quæ ſimilitudo non inuenitur in proceſsione amoris ex propria ratione, ſed ſola ſimilitudo imperfecta, in qua forma geniti ſolùm virtualitèr eſt in generante; quia non eſt vnitas ſpeciei ibi, neque ſecundum eſſe naturale, neque ſecundum eſſe intẽtionale.

Tertius.

Primo gradu ait nec Verbũ, nec amorẽ procedere ſimilẽ vniuocè.

Secundo gradu ait, Verbũ eſſe rem intellectam: Amorem verò non eſſe rem dilectam.

Quoad 3. gradum eo ſolo, atque adeò imperfectè, ait amorem procedere ſimilem.

In hoc modo dicendi nihil eſt quod placeat. Primò, gradus generationis vniuocę falſò recenſentur: nam vbicunque in generante, & genito non eſt eadem ſpecies formæ ſecundum eſſe naturale, non eſt vniuoca generatio; nam vniuocum eſt quod conſtat eodem conceptu: imago autem quæ ſecundum eſſe intentionale eſt homo, verè non eſt homo; neque conuenit cum homine in conceptu huius nominis, homo, quod nomen eſt æquiuocum indicans verum hominem, & imaginem; homo enim pictus æquiuocè eſt homo. Quare imago ſecundum eſſe intentionale non procedit generatione vniuoca; malè ergo colligitur quòd in proceſsione Verbi diuini inueniatur vniuoca ſimilitudo, potiùs quàm in proceſsione diuini Amoris. 11.

Hæc 3. interpretatio. Refellitur. 1. abſolutè.

Refellitur. 2. quoad ſecũdũ gradum generationis vniuocæ.

Imago ſecundum eſſe intẽtionale nõ procedit generatione vniuoca.

12.
Refellitur. 3.

Deindè ſicut in intellectu eſt quoddam eſſe intentionale, quod deficit à ratione entis naturalis; ita & in voluntate eſt quoddam eſſe morale deficiens ab ente naturali, vt Theologi agnoſcunt. Et ſimilitèr eſt quoddam eſſe diligibile, etſi non pertineat ad mores, & non dicatur eſſe morale; quia non minùs amor eſt res diligibilis, quàm verbum ſit res intelligibilis, vt anteà declarauimus: per hæc enim verba ſolùm declaratur delatio potentiæ in obiectum, qua delatione intelligens fit res intelligibilis, & diligens fit res diligibilis: ergo non declaratur ſic maior vnitas verbi procedentis cum obiecto, quàm amoris procedentis cum ſuo obiecto. Cum ergo ſimilitèr diuina natura ſit ipſa voluntas in Deo, & eſſe naturale ſit eſſe diligibile; perfecta ſimilitudo inuenitur in proceſsione diuini Amoris.

In voluntate præter eſſe naturale, eſt eſſe morale, & eſſe diligibile.

In Deo natura eſt ipſa voluntas, & eſſe naturale eſt eſſe diligibile.

13.
Refellitur. 4. quoad tertiũ gradum, argumento ad hominem.

Illud verò tolerari non poteſt, quòd vbi forma eſt in generante ſolùm virtualitèr, putent eſſe ſimilitudinem vniuocam, & vniuocam generationem. Et hoc quod falſum eſt, auctorem ſenten-

quæ ſimilitudo per ſe cõiungitur cum eá proceſsione; non tamen fundatur in illa; quia non eſt ſimilitudo diſquiparantiæ, quæ in actione fundatur: vt liquet in ſimilitudinibus æquiparãtiæ Patris & Filij, quæ cum ſint eiuſdem rationis, non fundantur in actione, ſed in vnitate naturæ.

26. *Ad 4. argum.*

Ad quartum iam reſpondimus in notationibus. Ad vltimum reſpondetur cũ S. Thoma 1.p.q.27.art.4.ad 2. quòd ſimilitudo eſt principium amoris quatenùs amamus ea, quæ ſunt nobis ſimilia: eſt ergo ſimilitudo principium amoris in genere cauſæ finalis; non efficientis, aut exemplaris; idcòque amor procedens à ſimilitudine tanquam ab obiecto appetibili, non procedit quaſi exemplatus à ſimilitudine, ſed potiùs vt quædam inclinatio in illam; & ideo non procedit per modum ſimilitudinis, vt exemplatũ ab exemplari. Cum autem dicimus ſimilitudinem eſſe principium finale, non intelligimus de ipſa relatione, ſed de re ipſa ſimili, vt frequentèr vſurpamus pro abſolutis relatiua; in proceſsione autem intelligibili, ſimilitudo expreſſa non eſt principium, ſed terminus; id enim quod procedit eſt imago; principium autem proceſsionis intelligibilis nõ eſt imago, ſed exemplar.

Ad vltimum: reſpond. cum S. Thom. Similitudo, id eſt, res ſimilis, eſt principiũ amoris finale, non efficiens aut exemplare.

Principium proceſsionis intelligibilis nõ eſt imago, ſeu ſpecies expreſſa, ſed exẽplar.

CAPVT XX.

Duæ ſunt Diuinæ Proceſsiones re ipſa formaliterque diſtinctæ.

Caput diuidimus in partes duas. Prima Pars. *Duæ ſunt diuinæ proceſsiones re ipſa, formaliterque diſtinctæ.*

Secunda. *Non ſunt plures proceſsiones, quàm duæ.*

PRIMA PARS.

Duæ ſunt diuinæ proceſsiones re ipſa, formaliterque diſtinctæ.

1. Qvòd proceſsio Spiritus Sancti diſtincta ſit ratione formali, & quaſi definitione, à generatione Verbi per capita complura indicauimus. Quòd autem hæ duę proceſsiones re ipſa diſtinguantur Eccleſia prędicat, quæ docet diuinas perſonas eſſe proprietatibus diſ-

De fide eſt proceſsiones diuinas diſtingui re ipſa.

Probatur ex eccleſia diſtinguente perſonas p proprietates atq; adeò p proceſsiones.

A tinctas; ſed genitum eſſe, eſt proprietas Filij incommunicabilis; & ſpiratum eſſe eſt proprietas Spiritus Sancti etiam incommunicabilis; ergo hæ duæ proceſſiones ſunt re ipſa diſtinctæ. Confirmatur, quoniam Patres diſtingunt perſonas modò per relationes, modò per origines, ſeu proceſsiones; ergo eæ proceſſiones, quæ ſunt propriæ perſonarum, & incõmmunicabiles, diſtinguuntur re ipſa, ſicut & perſonæ.

Cõfirmatur ex Patribus.

2. *Aduert.*

Quod vt meliùs percipiatur aduertẽdum eſt, in Deo eſſe originem quaſi actiuam in perſona, quæ producit aliam; & B proceſsionem quaſi paſsiuam in perſona, quæ producitur; vt in Patre eſt generatio actiua, natiuitas verò, ſeu generatio paſsiua in Filio eſt: ſicut ergo paternitas & filiatio, quæ ſunt relationes oppoſitę, re ipſa diſtinguuntur, ita generatio actiua & paſsiua; eò quòd generatio actiua eſt in ſolo Patre, paſsiua verò in ſolo Filio: ſimilitèrque ſpiratio actiua eſt in Patre, & Filio non incommunicabilis, ſed communis vtrique; ideoque nõ diſtinguitur à Patre & Filio; ſpiratio autem paſsiua eſt in ſolo Spiritu Sancto in C communicabilis; ergo ſimilitèr ſpiratio hęc paſsiua propria ſpiritus Sancti, & generatio paſsiua propria Filij; cũ ſint proprietates incommunicabiles perſonarũ, re ipſa diſtinguuntur; quod eſt fide Catholica confitendũ. Qua de re S. Thom. de Potentia, q. 10. art. 2. ad 7. Durãdus, Ioannes Scotus S. Bonauent. Ægidius & Richardus d. 13. libri primi ſentẽtiarum, cum alijs.

Origines quaſi actiuę, & proceſsiones quaſi paſsiuæ, eò quòd incommunicabiles, ſunt re ipſa diſtinctæ.

S. Thom. Durand. Scotus. S. Bonauẽt. Ægidius. Richard.

3. *Conſectariũ. Diuinæ proceſsiones diſtinguũtur formalitèr.*

Iam verò cum hæ proceſsiones diſtinguantur re ipſa, ſuiſq; rationibus formalibus, efficitur vt diſtinguantur formalitèr; nam inter attributa ideo negamus diſtinctionem formalem, quia diſtinctio formalis eſt realis; in attributis autẽ nulla omninò eſt realis diſtinctio; D cum ergo inter perſonas diuinas fateamur realem diſtinctionem, formalem etiam fateri decet; nam diſtinctio realis, quæ non eſt formalis, materialis eſt, à Deoque remouenda. Sed vnde harum proceſsionum diſtinctio ſiue formalis, ſiue realis accipienda ſit, alio eſt loco tractandum.

Diſtinctio realis, quæ nõ eſt formalis, materialis eſt.

4. Sed tamen etſi duæ proceſsiones diſtinctione reali, formalique diſtinguãtur, quia pertinent ad perſonas diſtinctas; in eadem tamen perſona proceſsio paſsiua

In eadem perſona, vt in Pa-

Digitized by Google

tre duplex origo actiua, in Filio proceſsio paſsiua, & origo actiua, ſola ratione formali per intellectum diſtinguuntur.

S. Thom.
Scotus.

ua ab vna, & origo actiua in aliam; verbi gratia, natiuitas in Filio paſsiua; & ſpiratio actiua; & in Patre duplex origo actiua, ſcilicèt generatio, & ſpiratio, neque reali, neq; formali diſtinctione diſcernũtur, ſed ſola ratione formali per intellectũ, vt probè docet S. Thom. in 1. d. 13. q. vnica, art. 2. & 1. p. q. 36. art. 2. & 4. cõtra gentes cap. 24. & conſentit Ioan. Scotus in 1. d. 13. q. 1. art. 2. aliàs perſona diuina non eſſet ſimplex. Neq; vllus Theologus diſcordat, præter Durandũ d. eadem q. 2. art. 3. qui ea in re non eſt audiendus, cum perperàm philoſophatus ſit de ſimplicitate diuinarũ perſonarum, vt lib. 1. docuimus. Et hoc idẽ argumentum eſt de relationibus conuenientibus in perſona eadem, quod tractabimus lib. 3. Vide Ioannem Capreol. ibidem q. 2. art. 2. contra Durandum. Alfonſus Toletanus d. 13. q. 1. art. 4. ad argumenta Durandi ait duas origines in eadem perſona diſtingui virtualitèr realiter. De qua re lib. 1. diſputauimus: quia ſi actualis diſtinctio non eſt, realis non eſt; niſi ſolo nomine fortaſſe, quia ſcilicèt diſtinctio rationis fundatur in rebus, libeat dicere realem; ſed non rectè ſic dicitur.

Durandus ſolus hac de re perperàm.

Capreol.

Alfonſ. Tol. non rectè.

5. Proponitur ſententia *Cano apud Bañes.*

Aliqui ex Thomiſtis cum quibus Melchior Cano ſentit, vt refert Dominicus Bañes q. 27. art. 4. dub. 2. proceſsiones dixerunt differre numero, ſed non formalitèr, ſicut nec ſpecie, eò quòd diſtinctionem formalem non niſi eſſentialem agnoſcerent, & ſpecificam. Cum igitur in Deo vna ſit eſſentia, & quaſi ſpecies, perſonæ autem diſtinguantur non vt ſpecies, ſed vt indiuidua; conſequitur vt proceſsiones quoque nõ formalitèr, aut ſpecie, ſed numero duntaxàt diſtinguãtur; quia ipſæ proceſsiones ſunt proprietates perſonarum. Alij reſpondent perſonas diuinas diſtingui quidèm numero, ſed proprietates perſonarum etiã in nobis diſtingui ſpecie in ſuo genere, fortè ad eum ſenſum quo Thomas Caietanus credidit calorem hunc, & illum diſtingui eſſẽtialiter indiuidualiter. Verũ nunquam hoc nobis perſuadebimus, vt indiuiduas eſſentias quaſi additas vniuerſalibus intelligamus, vt libr. 4. diſputabimus. Profectò ſicut perſonæ numero, non ſpecie diſtinguuntur, ita & earum proprietates non ſpecie, ſed numero neceſſe eſt eſſe diſtinctas. Dicen-

Aliorum ſententia conformis philoſophiæ *Caietani.*

Hæc poſterior refellitur.

A dum igitur eſt, quòd proprietates diuinarum perſonarum hoc habent ſingulare, quòd ſunt etiam relationes & origines: & ſicut in genere relationum paternitas, & filiatio differunt non numero ſolo, ſed quaſi ſpecie, vt cum S. Thoma lib. 3. exponemus; ita & proceſsiones ſcilicèt natiuitas, & ſpiratio paſsiua in genere proceſsionis, diſtinguuntur non numero ſolo, ſed quaſi ſpecie & quidèm formalitèr, vt lib. 1. docuimus: nam omnis diſtinctio formalis eſt eſſentialis, aut ſpecifica. Vnde verò petenda ſit iſta diſtinctio formalis proceſsionum docebi-B mus ad finem libri huius de termino proceſsionis diſputaturi.

Contra vtramq; ſententiam. Concluſio.

Proceſsiones diuinæ nõ ſolùm numero, ſed quaſi ſpecie, & formalitèr diſtinguũtur.

SECVNDA PARS.

Non ſunt plures proceſsiones diuinæ, quàm duæ.

PRætereà oportet id quoque diſputare, quod hoc cap. maximè volumus ſtatuere, quòd nõ ſint plures diuinæ proceſsiones quã duæ cõmemoratæ, generatio ſcilicèt, & proceſsio Spiritus Sãcti. Hoc autem S. Thom. 1. p. q. 27. art. 5. C & de Potent. q. 10. art. 1. aptiſsimè cõmonſtrat: quia diuinæ proceſsiones ſũt ſecundum operationem, eſt enim proceſsio operatio quædam. At verò in natura intellectuali materia experti ſolæ ſunt operationes intellectus, & voluntatis, quæ maneant in ipſa natura. Cùm ergo diuinæ proceſsiones ſint operationes naturæ rationalis, & quæ maneant in natura; ſunt enim intra diuinam ſubſtantiam, vt dicemus: neceſſe eſt vt ſecundum operationem intellectus & voluntatis ſpectetur; ſunt ergo proceſsiones duæ, altera ſecundum operationem D intellectus, altera ſecundum voluntatis actionem. Obſeruat autem elegantèr S. Thom. de Potentia q. 9. art. 9. in diuina cognitione, & dilectione circulum duci: quia cognitio incipit à re cognita, dilectio autẽ trahitur ad rem dilectam. Et ita à Deo per cognitionem, & dilectionem reditur ad Deum. Circulo autem nihil additur. Et ita in illo circulo ſunt duæ proceſsiones ſecundum cõgnitionem & dilectionem, & non poſſunt fingi plures. Per hæc autẽ probatur, quòd duæ ſint quaſi ſpecies diuinarum proceſsionum. Quòd verò per vnã operationem

1. Non ſunt plures proceſsiones diuinæ quã duæ; & hæ ſũt quaſi ſpecies duæ.

In natura intellectuali ſolæ ſunt operationes intellectus, & voluntatis.

Idem obſeruat in diuina cognitione, & dilectione circulũ duci.
Circulo nihil additur.

Digitized by Google

nem vni ſola perſona procedat, & per alteram ſola altera, aliàs diſputãdũ eſt.

2. *Idem.*

Obſeruat S. Thomas 1. p. q. 27. art. 5. actionem ſenſus non eſſe omninò internam, quia mouetur ſenſus a ſenſibili externo; ſed tamen ſenſus internus non mouetur niſi à ſenſibili interno, ſcilicèt à phantaſmate; ſicut intellectus poſſibilis ab ſpecie interna. Eſt tamen ſenſus etiam internus cum materia coniũctus, quæ in Deo non reperitur: quare proceſsiones diuinæ non poſſunt attendi ſecũdum operationem ſenſus etiam interni; ſed ſecundum operationem intellectus & voluntatis.

Proceſsiones diuinæ nõ poſſunt attẽdi ſecundũ operationem ſenſus etiam interni cum ſit materialis.

3. Obiectio.

Sed contra eſt argumentum, quia diſtinctio realis non poteſt ſumi à diſtinctione rationis quæ eſt minor; ſed intellectio, & dilectio ſola ratione diſtinguuntur in Deo; ergo proceſsiones diuinæ non inde accipiunt realem diſtinctionẽ, vt S. Thomas vult. Quidam reſpondet intelligere & velle non accipi modò vt ſunt operationes eſſentiales, ſed notionales, ita vt intelligere ſit productio ipſa Verbi; quod tamen eſt falſum, vt poſtea confutabimus. Sed neque aduertũt ipſas productiones actiuas non diſtingui re, ſed ſola ratione, quia vtraque eſt in Patre: ſtat igitur argumentum quòd inde non petatur diſtinctio realis proceſſionum. Poſt hoc non perpendunt à diſtinctione rationis poſſe oriri diſtinctionem realem, nõ vt à cauſa diſtinctionis, ſed vt ab obiecto, vel principio ſpecificatiuo; quia voluntas & intellectus verſantur circa eandem rem: modo tamen diuerſo tendendi in obiectum diſtinguuntur. Ita ab intellectu & voluntate diuina quodammodò ſumunt quaſi ſpeciem duæ proceſsiones, at verò eſſe re ipſa diſtinctas dicimus propter ordinem ipſarum potentiarum, licèt ſit ordo rationis, vt dicemus cap. 63. de termino proceſsionis diſputantes. Denique S. Thomas in art. 5. q. 27. non deſcernit has proceſsiones diſtingui re ipſa, ſed non poſſe eſſe plures proceſsiones in Deo; quia non ſunt plures operationes intelligibiles, quã cognitio, & dilectio: quod argumentum firmiſsimum eſt.

Reſponſio *Bañes* vbi ſuprà.

Refellitur 1.

Secundò. Ipſę productiones actiuę ſola ratione diſtinguuntur.

1. Reſpõſ. vera A diſtinctione rationis poteſt oriri diſtinctio realis, nõ vt à cauſa, ſed vt ab obiecto, indicio, & quaſi radice illius.

2. Reſponſio pro *S. Thom.*

4. 1. Reſponſio declaratur, & probatur. Ab ordine rationis, qui eſt inter intellectum, & voluntatem diuinã, diſtinctio realis proceſsionum ſumitur radicalitèr, formalitèr verò ab ordine reali, qui eſt inter proceſsiones.

Dicamus ergo breuitèr diſtinctionẽ rationis inter intellectum, & voluntatẽ, ſiue intellectionem & dilectionem, non eſſe cauſam diſtinctionis realis proceſſionum, ſed eſſe argumentum & indiciũ talis diſtinctionis, vel eſſe quaſi radicem illius; quia ex eò quòd intellectus, & voluntas diſtinguuntur rationibus formalibus, habent ordinem rationis inter ſe; & ordine illo ſeruato prima origo, quæ eſt per intellectum, antecedit ſecũdam, quæ eſt per voluntatem; quare neceſſe eſt in prima origine, & proceſsione intelligere perſonas duas: ergo in proceſſione ſecunda id quod procedit, à duobus procedit, & eſt perſona tertia vtpotè procedens à duabus; & ſicut ſunt duæ perſonæ procedentes res duæ diſtinctæ, neceſſe eſt eſſe duas proceſſiones res duas diſtinctas. Cauſa verò, ſeu ratio diſtinctionis realis proceſsionum eſt ordo originis, qui eſt ordo realis; quia proceſsio Filij ordine naturæ antecedit in Filio, ante proceſsionem Spiritus Sãcti, quæ eſt à Filio. Et ita diſtinctio realis proceſſionum ſumitur formaliter ab ordine reali inter ipſas proceſsiones, vt docet S. Thomas de Potentia q. 10. art. 2. & q. 27. art. 4. ad 1. licèt radicaliter petatur ab ordine rationis, qui eſt inter intellectum, & volũtatem diuinam.

Idem.

5. Proceſsio Verbi & generatio Filij non ſunt duę proceſsiones etiam ratione diſtinctę ſed vna diſtinctis conceptibus, ac nominibus explicata.

Opus eſt autem attendere & ad hoc animum, quòd proceſsio Verbi dicitur quoque generatio Filij, quæ eſt proceſſio viuentis per modum naturæ; non tamen ſunt duę proceſsiones etiam ratione diſtinctæ, ſed vna & eadem diſtinctis conceptibus explicata. Sicut enim naturam diuinam vnam duntaxàt conſideramus, quaſi ſpeciem indiuiſibilem, quam plurimis notionibus attributorũ explicatius contemplamur; ita vnam relationem perſonalem, quaſi ſpeciem indiuiſibilem meditamur, licèt hanc eãdem relationẽ plurimis nominibus declarem, vt quòd ſit Filius, quòd Verbũ, quòd imago. Ac ſanè ad eũdẽ modũ proceſsionẽ Filij, quæ eſt quaſi ſpecies vna indiuiſibilis, modò generationem dicimus, modò Verbi productionẽ, vel imaginis expreſsionem. Eſt autem ſpecies altera proceſsionis in Spiritu Sancto, ſiue ſpirationem, ſiue amoris effuſsionem nominemus.

6. Nomina plura vnius perſonæ non ſũt argumentum maioris perfectionis,

Ex quibus etiam conſtat non ideo vnam perſonam diuinam alteri dignitate præcellere, quòd pluribus nominibus nuncupetur, vt Verbum dicitur, & Filius, & imago; Pater autem dicitur duntaxàt Pater: id enim accidit, vel quia nomi-

nomina nõ ſuppetũt apta ad res diuinas ſignificandas; vel etiã quia vna diuina proceſsio conſentit in pluribus analogijs cum rebus creatis, quàm altera; à quibus analogis nomina deriuamus. Nam generatio Filij conuenit etiam cũ intelligibili loquutione noſtra, vt explicauimus; proceſsio autem Spiritus Sãcti non habet ſimilem ſibi proceſsionẽ ſubſtantialem inter res conditas, ſed ſola eſt analogia in proceſsione amoris à voluntate.

7. Vt autem clariùs liqueat generationem Filij eſſe ipſam Verbi diuini emanationem, etiam quoad formalem rationem completam. Aduertendum eſt, id quod ſupra oſtendimus, Filium eſſe quaſi ſpeciem contentam in imagine, quia eſt viua, ſubſtantialisq; imago; Verbum autem diuinum eſt quaſi ſpecies contenta ſub nomine Filij, quia eſt Fili' intelligibili loquutione procedens. Itaque eadem perſona ſecundum rationẽ imaginis conuenit cum pluribus rebus creatis; ſecundum rationem filiationis coarctata eſt ad imagines conſubſtantiales; ſecundum rationem verbi eſt diſtincta à cæteris filijs ortu carnis progenitis. Et ita Verbum eſt proprijſsima ratio diuinæ perſonæ, quæ eſt ſubſtantialis proles intellectus. Perficitur enim quodammodò, & cõpletur ratio filiationis in verbo; cũ enim omnia hæc ad ſimitudinem pertineant, imago, & filius & verbum; conſubſtantiale verbum abſolutiſsimam ſimilitudinem explicat. At verò ſecundum varias analogias eadem perſona modò Imago, modò Filius, modò Verbum nuncupatur. Eſt ergo vna & eadem ſpecies proceſsionis, ea quæ dicitur proceſsio Verbi & generatio; altera verò ſpecies eſt proceſsio Spiritus Sancti, quæ eſt etiam amoris profuſio; & ſpiratio paſsiua dicitur. De cauſa verò ſiue ratione diſtinctionis realis diuinarum proceſsionum, poſteà diſputandum.

Imago eſt ratio cõmunior ſecundæ perſonæ: Fili' magis propria: Verbũ conſubſtãtiale proprijſsima, & abſolutiſsimam ſimilitudinem explicans.

CAPVT XXI.

Argumenta refelluntur.

1. *1. argum.* OCcurrunt tamen non magni momenti argumenta, ſed quæ rem efficiãt clariorem. Primò arguitur, ad hoc probandum, quòd vnica ſit proceſsio in Deo, ex Comment. 7. libr. Phyſicorum text. 23. & 8. Phyſicorum text. 46. & 12. Metaphyſ. comment. 13. & 18. Mures ex terra putri procreati ſunt alterius ſpeciei ab ijs muribus, quos mures gignunt; ergo diſtincta procreatio eſt cauſa diſtinctæ naturæ, & ſubſtantiæ in ſpecie; ſed in Deo vna eſt natura & ſubſtantia; ergo vna proceſsio, nõ duę. Et cõfirmatur, quoniam ſi hæ duę proceſsiones ſolo numero diſtinguuntur, vtraque eſt generatio, quod negamus: ſi verò diſtinguuntur ſpecie; ergo ſunt ad terminos ſpecie diſtinctos; terminus autem proceſsionis eſt eſſentia; ergo ſunt diſtinctæ eſſentiæ in Deo, quod eſt hæreticum.

Comment. ait mures è putri materia procreatos, eſſe alterius ſpeciei ab ijs, quos mures gignũt. *Confirm.*

2. *2. argum.* Secundò, in Deo non eſt alius, & alius modus; eſt enim mod' quaſi adiectio, ſiue additamentum rei, quod eſt imperfectionis, & compoſitionis argumentũ; ergo non ſunt in Deo duæ proceſsiones, altera per modum naturæ, altera per modum voluntatis, vt ſuprà diximus.

3. *3. argum.* Tertiò, in Deo eadem eſt diſtinctio inter naturam, & intellectum, quę eſt inter intellectum, & voluntatem; ſed proceſsio naturæ quæ eſt generatio, eſt proceſsio eadem, quæ eſt ab intellectu; ergo eſt eadem etiam quæ eſt à voluntate; ergo non ſunt duæ proceſsiones, altera ab intellectu, altera à voluntate.

4. *4. argum.* Quartò. Ea quæ ſolo numero diſtinguuntur, non producuntur actionibus naturalibus ſpecie diſtinctis, vt Petrus, & Paulus, quorum vterque gignitur generatione naturali eiuſdem ſpeciei; ſed Filius, & Spiritus Sanctus ſolo numero diſtinguuntur: ergo hæ proceſsiones, ſi ſunt diſtinctæ, ſolo numero diſtinguendæ ſunt, & non formalitèr, & quaſi ſpecie.

5. *5. argum.* Quintò, ab vno perfecto non niſi vnũ naturalitèr procedit; id enim quod eſt perfectum, vna productione producit totũ quod poteſt, ſi naturalitèr producat; ſed Pater eſt vnus: ergo ab eo ſola vna proceſsio, & vnus procedet. Et confirmatur, quoniam agens perfectius operatur per pauciora; ergo perfectiſsimum operans vna operatione operatur. *Confirm.*

6. *6. argum.* Sextò, natura diuina eſt purus actus: ergo debita eſt illi operatio proximè emanans à natura; eſt enim imperfectio naturæ, vt indigeat operatrice virtute; ergo præter operationem intellectus & volunta-

volūtatis meditari poſſumus in Deo aliā proceſsionē proximè à natura fluentē.

7. *Vltimum ex S. Dionyſ.*

Vltimò S. Dionyſ. de diuinis nominibus cap. 4. ait, pertinere ad diuinā bonitatem vt procedat; ergo præter duas proceſsiones eſt vltima proceſsio à diuina bonitate.

Reſponſio.

8. Ad 1. argum. Reſpond. 1. *Cōmētatoris aſſertū eſſe minùs veri ſimile.* Reſpond. 2. Mutari ſpeciē naturę cōtingit ex defectu generationis.

AD primum argumentum reſpondetur, ex defectu generationis mutari ſpeciem, quod cernimus in mulo, & in portētis. Quare etſi mures editi è luto, vel terra putrida dicantur eſſe alterius ſpeciei, quod non ſatis credimus; non inde arguitur, ad proceſsionem diuinam diſtinctam ſpecie conſequi naturam diſtinctam; quia vtraque proceſsio eſt perfectiſsima, cuius terminus eſt eademmet natura. Ad confirmationē reſpondetur, quòd hæ duæ proceſsiones ſunt quaſi ſpecie diſtinctæ, & licèt conueniāt in termino formali eſſentiali, qui eſt diuina natura, ſuos tamen habēt terminos, quaſi ſpecie diſtinctos, vt ſuo loco oſtendemus. Reſpondetur ſecundò, quòd diſtinguuntur penes diuerſū principium, ſcilicèt intellectum, & voluntatem; vel penes ordinem originis, vt infra quoque diſputabitur.

Ad confirm. Reſpond. 1. ex dicendis.

Reſpond. 2. ex dicendis.

9. Ad 2. argum. Modus nō eſt in natura, aut voluntate diuina, ſed in intelligētia noſtra conſiderāte naturæ emanationem.

Ad ſecundum cōcedimus antecedēs, ſcilicèt in Deo non eſſe modum rei; imò nihil in Deo probè meditamur, quaſi modum adiacentem, vt diximus libr. 1. Sed explicamus potiùs noſtræ modum intelligentię, dum dicimus Filium Dei procedere per modum naturæ, hoc eſt, procedere ea proceſsione, qua nos conſideramus naturæ emanationem. Itaq; modus non eſt in Deo, ſed eſt in nobis modus intelligendi.

10. Vtraq. proceſſio diuina eſt à natura, vt à principio formali.

Ad tertium reſpondetur, quòd proceſsio, quæ eſt à voluntate, & quæ eſt ab intellectu diuino, vtraq; eſt à natura, quaſi à principio formali, vt infra explicabimus: ſed proceſsio quæ eſt ab intellectu dicitur eſſe per modum naturæ; nō quòd ſint duę operationes, altera naturæ, altera intellectus, vt argumento indicatur: ſed quia ipſa operatio intellectus eſt per modum naturæ: ſunt ergo in natura eadem proceſsiones duæ, altera intellectus, altera voluntatis.

11. Ad 4. argum. Reſpond. 1.

Ad quartum reſpondetur, quòd in rebus creatis communicatio naturalis finita eſt, & ideo vno duntaxāt modo cōtingit; quare neceſſe eſt, quòd ea quę ſolo numero differunt, eadē generationis ſpecie procreētur. At verò in Deo propter infinitatem cōmunicatur natura, & per intellectum & per voluntatē; ſed per intellectū per modū naturę, vt diximus. Secundò reſpondetur, diuinas perſonas ſecundum eſſe relatiuum diſtingui quaſi ſpecie, vt dicemus; quare nihil eſt mirū, ſi proceſsiones ſpecie diſtinguūtur. Tertiò reſpondetur, quòd generatio muris à viuente, & ex putridâ terrâ, vtraque eſt naturalis & ſpecie diſtincta; quia ex mure eſt natiuitas, ex terra non natiuitas, ſed phyſica generatio, vt generatio ignis; & tamen (quod vero ſimilius eſt) vtrique mures ſolo numero diſtinguuntur, etſi Commentator dicat ſpecie eos diſtingui. Quare non mirū, quòd in Deo optimo intelligamus proceſsiones ſpecie diſtinctas, quarum vnus ſit terminus formalis.

In Deo propter infinitatē, natura cōmunicatur duab' quaſi ſpecie proceſsionibus.

Reſpond. 2.

Reſpond. 3. Generatio muris ex mure natiuitas eſt; ex terra autem generatio phyſica: quæ proinde diſtinguūtur ſpecie, mures verò geniti non ita.

12. Ad 5. argum. Reſpond. 1. Ab vno perfecto non procedit niſi vnū per modū naturæ.

Ad quintum reſpondetur, quòd ab vno perfecto non procedit niſi vnū per modum naturæ; eſt enim imperfectio naturæ, quòd non procedat quicquid poteſt procedere, & ita vnicus Filius à Deo procedit; quod tamen non obſtat, quominùs per modum voluntatis procedat etiam Spiritus Sanctus. Deinde reſpōdetur meliùs cum S. Thom. de Potentia q. 10. art. 2. ad 21. quòd ab vno ſcilicèt Patre, non procedit niſi vnus, ſcilicèt Filius; ſed tamen à duobus ſcilicèt Patre, & Filio procedit adhùc Spiritus Sanctus. Aduertendum enim eſt, quòd in rebus conditis accidit rei genitæ generare, & accidit generanti iterum aliam ſobolem ſuſcipere generatione iterata, quod eſt agentis imperfectio: in Deo autē nihil accidit, ſed omnia per ſe coeunt & conſentiunt. Quia ergo eſſet imperfectio Filij geniti, niſi cū Patre ſimul produceret Spiritum Sanctum, hæc eadem imperfectio in Patrem reijceretur, qui non perfectum Filium omni ex parte genuiſſet: ergo ad perfectionē Patris vt eſt primum principium pertinet, vt ab eo vno vnus emanet, ita vt ab vno ſolo vnicus & ſolus emanet; quia ab vno nō niſi vnus, vt argumento aſſeritur: Spiritus verò Sanctus non emanat ab vno ſolo Patre, ſed à Patre & Filio ſimul. Ad confirmationem reſpondetur, quòd natura perfecta, qualis eſt rationalis, non habet vnicam operationem, ſed duas;

Reſpond 2. meliùs cum *S. Thom.* Ab vno ſcilic. Patre, non niſi vnus ſcil Filius: à duobus Sp. Sāctus.

Si Filius non ſimul cum Patre ſpiraret, ea imperfectio in Patrem reijceretur.

Ad confirmat.

duas; ſed tamen ad ſingulas operationes natura, quæ perfecta eſt, indiget paucioribus, vt vna operatione plura complectatur, & non pluribus vtatur inſtrumentis ad operandum: & ita Pater vna generatione generat Filium vnicum, & vterque vna ſpiratione vnicum Spiritũ Sanctum producit.

13. Ad 6. probãs figmentum Durandi. Hoc figmentũ improbatur 1.

Ad ſextum reſpondetur, figmentum fuiſſe Durandi, quòd proceſsiones diuinæ ſunt proximè à natura, præciſa potẽtia intelligente & appetente: nam ipſæ generationes animantium ſunt à natura per potentiã mediã, quæ eſt virtus generantis. *Secundò.* Neq; verò pertinet ad perfectionem diuinæ naturæ, vt operatio eius antecedat operationem intellectus, & voluntatis; eſſet enim operatio ea cæca & irrationalis: *Tertiò.* ad eamq; operationẽ opus eſſet meditari, quaſi virtutem proximã qua natura prædita operaretur. Eſt ergo diuinæ perfectionis, & excellentiæ, quòd natura diuina ſit ipſe intellectus, & ipſa operatio intellectus; & in hoc ſenſu proceſsiones ſunt proximè à natura, quia Deus per ſuã naturam intelligit, & diligit; & non per aliquid à natura diſtinctũ re ipſa: quod autem Deus operetur non per intellectum, & voluntatẽ, nulla perfectio eſt, ſed imperfectio. Recolẽda ſũt animo quæ ſupra docuimus, eſſentiam conceptu confuſo omnia attributa actu continere, vt intelligantur proceſsiones proximè eſſe à diuina natura, etſi ſint etiam ab intellectu & voluntate.

Proceſsiones ſunt proximè à natura, id eſt ab intellectu, & volũtate nõ diſtinctis à natura.

14. Ad vltimũ ex S. Dionyſ. S. Thomas. Diuinã bonitas procedit vt operãs, ſed nõ vt perſona proceſsione tertia.

Ad vltimũ reſpondetur cum S. Thoma loco recitato ad vltimũ, quòd diuina bonitas procedit vt operãs, quia De9 eò quòd bonus eſt, operatur omnia; non tamẽ ipſa bonitas procedit à Patre, quaſi tertia perſona procedens, vt euidentiſsimum eſt: ſed neq; à bonitate, eſt alia operatio tertia diſtincta ab operatione intellectus, & voluntatis. Non ſunt ergo in Deo plures proceſsiones, quàm duæ. Plura alia argumenta leguntur apud S. Thom. de Potentia, quæ alias inuoluunt difficultates ad quæſtionẽ hãc minùs attinentes.

CAPVT XXII.

Proceſsio diuina propriè eſt nõ à cauſa, ſed à principio.

TRadita à nobis eſt Spiritus Sancti proceſsio, de qua hoc lib. diſſerim9 A prima quadã & imperfecta notione, quã vt luculentius omni ex parte patefaciamus, declaranda iam ſunt cætera, videlicet, quod ſit proceſsionis principium? Deinde, à qua virtute dimanet? Adhùc verò, quæ ipſius proceſsionis natura, & excellentia? Tunc demùm, qui terminus proceſsionis? Caput habet partes duas. Prima pars. *Principium & cauſa ratione differunt.*

B Secunda. *Diuina perſona non procedit à cauſa, ſed à principio.*

PRIMA PARS.

Principium & cauſa ratione differunt.

1. Principiũ pro principio temporis.

PRimum autem reijcienda eſt nominis ambiguitas: nam aliquando principium vſurpatur pro principio temporis, quo ſenſu dixit Prudentius in apotheoſi, *Verbũ quod principio caret omni.* *Prudentius.* Sed nominis vſitata ſignificatio amplior eſt, vt dicemus, omnis enim cauſa principium eſt: *Pro cauſa.* initium verò temporis non C eſt phyſicum principium.

2.

Ergo ſi à principio proceſsionis diuinæ initiũ capiamus, notare opus eſt diſcrimen, ſi quod eſt, inter principium & cauſam in phyſica conſideratione. Et quidèm Ariſtoteles 5. Metaphyſ. per textus 5. principium à cauſa, cauſamq; ab elemento diſcernit: eſt enim omne elementum cauſa, omniſque cauſa principium; ſed non eſt omne principiũ cauſa, neque omnis cauſa elementum, ſicut in communioribus continentur minùs communia. Principium autem, vt ipſe Ariſtot. eo loco definit, eſt id vnde D aliquid eſt, fit, aut cognoſcitur. Quid verò cauſa adijciat ad principium, non explicat.

Ariſtotel. auctore principium latiùs patet, quã cauſa, cauſa lati9, quã elementum.

Idem principiũ definit, Id vnde aliquid eſt, fit, aut cognoſcitur.

3.

Videndũ ergo eſt quid ſit cauſa (quã tamen Ariſtoteles nõ definit) vt per ea, quæ ſunt propria cauſæ, & definiri poſſit, & à principio, quod eſt quid communius, diſcerni. S. Thomas q. 33. art. 1. ad 1. ait cauſam eſſe diuiſam ab effectu ſecundum eſſe, ita vt aliud ſit eſſe cauſæ, & aliud eſſe effectus. Et ideò dicit S. Doctor d. 29. q. 1. artic. 1. cauſam cauſare ipſum eſſe ſui effectus. Vnde ſtatim cõſequitur vt effectus pendeat à cauſa: cũ enim effectus diuerſum eſſe habeat, & id eſſe quod habet, habeat à cauſa; pendet ab illa vt ſit, ſine qua eſſe non poteſt. Præte-

S. Thomas. 1. Conditio cauſæ & effectus eſt diſtinctio.

2. Conditio eſt dependentia effectus.

Digitized by Google

3. conditio, naturæ prioritas & poſterioritas, atq; adeo finitas effectus.

Ariſtotel.

Prętereà effectus eſt naturâ poſterior, vt admonuit Ariſt. in poſtprædicamentis cap. 2. neceſſe eſt enim vt cauſa antecedat prioritate naturæ habens ſuum eſſe, à qua effectus habet ſuum eſſe diſtinctũ; illud enim prius, hoc poſterius quod ab illo oritur. Et in his quæ ſunt propria cauſæ Philoſophi omnes, Doctoreſque conſentiunt.

4. *Beſſarion.*

At verò Beſſarion oratione pro vnione Græcorum in Concil. Florent. ſeſſ. vltima, innuit cauſam propriè, vt Latini accipiunt, dependentiam & limitationẽ importare, ſcilicèt quia effectus pendet à cauſa, vt philoſophamur; & quia effectus eſt limitatus, & finitus, quæ eſt tertia conditio effectus cõſequens duas priores: vbi enim eſt eſſe diſtinctum, eſt receptum, & finitum, vt lib. 4. commonſtrabimus. Id ergo quod eſt à cauſa phyſica habet eſſe diſtinctũ, & pendet à cauſa, & eſt eſſẽtia finita, ex notatione Beſſarionis.

Id quod à cauſa phyſica, habet eſſe diſtinctum, & pendet à cauſa, & eſt eſſentia finita.

5. Obiectio.

Vnum eſt dubium ſentẽtiam S. Thomæ probantibus, quòd in cõpoſito vna ſit exiſtentia; conſequitur enim, vt materia, vel forma, quæ ſunt cauſæ compoſiti, non habent eſſe diuiſum, hoc eſt, exiſtentiã diuiſam ab exiſtentia compoſiti; quæ exiſtentia compoſiti eſt iſtarum cauſarum .ſ. materiæ, & formæ, effectus; ergo exiſtentia effectus, non diſtinguitur ab exiſtentia cauſæ.

Respond. 1.

Dicendum tamen eſt fortè S. Thom. non attribuiſſe hanc proprietatem omni cauſæ, ſed cauſę efficienti, quę habet eſſe, hoc eſt, exiſtentiã antecedentem ſuum effectum; & ita eſſe ſiue exiſtẽtia effectus eſt diſtincta ab exiſtentia cauſæ efficientis.

Secundò.

Poteſt autem accomodari cauſæ materiali, & formali in compoſito, quòd differant ab effectu ſecundum eſſe, hoc eſt, ſecundum eſſentiam: vel etiam ſecundum exiſtentiam,

Tertiò.

hoc eſt, ſecũdum quòd exiſtentiam participãt; cauſa enim materialis & formalis in ſuo genere cauſæ antecedunt exiſtentiam, quæ eſt totius. Et ita licèt habeant eandem exiſtentiam, habent tamẽ diuerſimodè. Sunt ergo omnes cauſæ diſtinctæ à ſuo effectu ſecundum eſſe, vel ſecundum quod habent eſſe diſtinctum, vel ſecundum quod habẽt eſſe diuerſo modo participatum: & hoc ipſum ſatis eſt vt effectus pendeat à cauſa; & vt ſit naturâ poſterior. Eſt igitur omnis effectus pendens à cauſa ſecundũ eſſe aut diuerſũ, aut diuerſo modo participatũ.

Omnis cauſa vel habet eſſe diſtinctum ab effectu, vel diuerſo modo participatum.

His explicatis quibus tres cauſę affectiones, ſiue proprietates proſequuti ſumus, quidã definiũt cauſã ab illa proprietate prima, quòd ſit ſecundum eſſe diſtincta ab effectu, in hunc modum: Cauſa eſt à qua fluit eſſe diſtinctum; ita tamen, vt fluxus nomine non intelligas motum, qui eſt actio cuius principium eſt actiuum; actio enim eſt agentis: ſed idem intelligas fluere, quod eſt ab alio quomodocunque deriuari, vt ſit omnibus cauſis commune. Eſt ergo cauſa à qua deriuatur, ſiue conſequitur eſſe diſtinctum, aut certè diuerſimodè participatum, vt explicatum eſt. 6.

1. Definitio. Cauſa eſt à qua fluit eſſe diſtinctum, quomodocunque. Declaratur.

Alij ex ſecunda proprietate definiunt cauſam eã eſſe, à qua id, quod deriuatur pendet; pendere enim eſt eius rei, quæ habet diuerſum eſſe ab alia re deriuatũ, aut ſanè diuerſo modo participatũ. 7.

2. Definitio. Cauſa eſt à qua id quod deriuatur, pendet.

Sed cõtra hoc duo obijcimus, Primum quia vnum relatum pendet ab alio, & tamen non eſt effectus alterius. 1. Obiectio.

Secũdum, quia humanitas Chriſti pendet à Verbo in quo eſt, & tamen non eſt effectus illius. Secunda.

Primæ obiectioni reſpondemus vnũ relatum non pendere ab alio, ſi propriè loquendum ſit; quia eò duntaxàt pendere dicitur, quia non poteſt vnum eſſe ſine alio, non quia vnum pendeat ab alio, ſed quia eſt ea natura relatorum, vt non ſit vnicum relatum ſed duo.

Ad 1. obiect. Vnum relatũ ab alio nõ pẽdet propriè.

Secundæ obiectioni reſpondemus, Verbum eſſe cauſam humanitatis realem, quaſi in genere cauſa formalis, cui effectus eſt humanitatem ſubſiſtere in Verbo: nec ſequitur vlla imperfectio in diuina perſona. Nam cauſa formalis, quia eſt forma rei alterius imperfecta, eſt pendens ab ea re cuius eſt forma, vt à ſubiecto: Verbum autem non eſt cauſa formalis, quia non eſt forma humanitatis: ſed eſt propriè cauſa, quod non indicat imperfectionẽ, ad modum cauſæ formalis terminando naturam. Habet ergo hoc cauſæ formalis, quòd effectus ille ſubſiſtendi ad Verbum reuocatur: ſed non habet cauſæ formalis illud alterum, quòd ſit forma humanitatis pendens ab illa, vt à ſubiecto. Neque enim eſt neceſſe vt modus hic cauſandi planè diuinus contineatur in genere cauſæ naturalis, ſed ſatis eſt quòd ad aliquod genus cauſę referatur propter ſimilitudinẽ cũ illa cauſa. Et cõfirmatur, quia iſte

8. Ad 2. obiect. 1. Reſponſio. Verbũ humanitati aſſũptæ eſt propriè cauſa realis, quaſi formalis ſubſiſtendi in Verbo.

Confirmatur.

Digitized by Google

iſte effectus ſubſiſtendi, quo humanitas illa ſubſiſtit in Verbo, deriuatur profectò à re aliqua in humanitatem; & non ab alia re niſi à Verbo diuino in quo ipſa ſubſiſtit. Poſſet tamen alitèr dici negando Verbum eſſe realem cauſam ſubſiſtendi humanitati aſſumptæ. Et ad argumentum concedimus humanitatem pendere à Verbo, non vt à cauſa, ſed vt à termino. Nos verò nō definimus cauſam à qua pēdet effectus; ſed cauſam eſſe à qua id quod deriuatur, pendet: quāuis ergo humanitas pēdeat à verbo, poteſt quis dicere nihil deriuari à Verbo in humanitatē, & idcircò verbum nō eſſe cauſam. Sed videtur profectò quòd aliquid deriuetur inde vnde res pēdet, nam ipſum pendere indicat poſterius quid eſſe à priori illo deriuatum.

2. Reſponſio. Humanitas pēdet à Verbo, non vt à cauſa à qua aliquid deriuetur, ſed vt à termino.

Impugnatur.

9.

3. Definitio. Cauſa eſt id ad quod aliud ſequitur, intellige poſterius naturâ.

A tertia proprietate cauſæ videtur alij deprompſiſſe definitionem tertiam; aiunt enim cauſam eſſe id adquod aliud ſequitur: quæ definitio cum referatur ex lib. de cauſis, dicenda eſt potius inde per conſequentiam accepta, quàm in libro illo inuēta in quo nō legitur. Quòd ſi de conſequentia naturæ ſit ſermo, nō inepta eſt definitio iſta cauſæ, à qua ſcilicèt, id quod deriuatur, poſterius naturâ conſequitur.

10.

1. Sententia. Quædam ſunt principiū, nō cauſa.

Hæc autem conferentibus apparet non idē eſſe principium & cauſam, nam principium eſt illud vnde res aut fit, aut cognoſcitur; quare priuatio eſt principium vnde res fit, & non eſt cauſa rei faciendæ, vt Ariſtotel. docet 1. Phyſicor. Eſt etiam definitio principiū rei definitæ, quia inde res cognoſcitur, ſed nō eſt cauſa. Et in ſucceſsione temporis dies eſt principium anni, non tamen cauſa: Et in ordine loci, quod primum locum obtinet, dicitur non cauſa, ſed principiū cæterorum. Et dignitate primus, principium quoque eſt, non cauſa, vt docet S. Ioan. Damaſcen. Dialog. contra Manich. Quare iure optimo nomen principij dicit eſſe æquiuocum, hoc eſt, analogum: eſtque hoc nomen, vt exemplis indicauimus, magis cōmune, quàm cauſa. Et idem eſt dicendum de re ſignificata per nomen, vt ſtatim oſtendemus.

Priuatio. *Ariſtot.* Definitio. Dies. 1. locus. Primus dignitate. *S. Damaſc.*

11.

2. Sententia contraria non minùs probabilis.

Ad exemplū priuationis.

Sed tamen pars contraria non videtur minùs probabilis. Nam priuatio quidem eſt negatio, quare non eſt principium generationis poſitiuum; quod autē poſitiuum eſt, eſt etiam cauſa: imò & priuationem vocat cauſam Ariſtotel. 12. Metaph. cap. 2. Cætera verò exempla non pertinēt ad principium reale, hoc eſt, ad principium vnde res eſt aut fit, ſed ad principium cognitionis vnde res cognoſcitur; & quod eſt principium cognitionis eſt etiam cauſa. Et hoc ipſum videtur ſignificaſſe 4. Metaphyſ. cap. 2. vbi ait ita comparari inter ſe cauſam & principium ſicut ens & vnum, quæ conuertuntur. Et 5. Metaphyſ. cap. 1. recenſitis varijs modis principij, *totidem* (inquit) *modis & cauſa dicuntur; omnes enim cauſæ principia ſunt*. Quòd ſi ijſdemmet modis dicitur principium & cauſa, nihil eſt principium, quod cauſa non ſit, & non eſt nomen principij cōmunius.

Ariſtotel. Ad reliqua exempla. Probatur hæc ſententia. *Ariſtotel.* 1. Locus. 2. Locus.

12.

1. Concluſio. In rebus creatis idē eſt principium poſitiuum reale, & cauſa.

Dicendū igitur eſt, verū id eſſe, quod præcipuè arguendo colligitur, ſi principium accipiatur poſitiuè, & loquendū ſit de reali principio, quod habet ordinem realē ad id quod eſt à principio; idē eſſe principiū, & cauſā in reb⁹ creatis: in ijs enim id quod ab aliquo principio reali ordine deriuatur, pendet quoq; ab illo ſecundum eſſe diuerſum, & eſt poſterius naturâ; & ita eſt effectus à propria cauſa dimanans. Et ita definitur à S. Thoma 1. p. q. 33. art. 1. Principium eſt id à quo aliquid procedit quomodocunque, quę eadem eſt definitio cauſæ.

Ex S. Thom. principij definitio.

13.

2. Concluſio. Abſolutè loquendo etiam in rebus creatis principium eſt cōmunius, quàm cauſa.

Nihilominus tamen abſolutè loquēdo etiam in rebus creatis principiū eſt, quid communius quàm cauſa; tum quia complectitur priuationem: tū quia principium rei cognoſcendæ non eſt cauſa eius. Hoc Ariſtotel. docet 5. Metaphyſ. planiſsimis verbis, vt diximus: & nomina Græcis ſunt diſtincta; nam cauſa dicitur αἰτία, principium verò ἀρχή, & priuatio eſt non αἰτία, ſed ἀρχή. Et hæc eadem eſt ſententia S. Thomæ, & Latinorum Patrum, Doctorumque communis.

Ariſtotel. Cauſa, αἰτία, principium, ἀρχή.

14.

Aduertend.

Obſeruandum ergo eſt, quòd in principio quouis tria poſſumus meditari, ſcilicèt rem ipſam, quæ eſt principium, de qua non diſputamus; relationem principij; & fundamentum relationis, quod in rebus creatis eſt quædam cauſalitas, quæ ſolùm inuenitur in principio reali; non in priuatione, aut principio rei cognoſcendæ, vt liquet. Si ergo de cauſalitate loquamur, hoc ipſum eſt, quod docemus in rebus creatis idē eſſe principiū

Fundamentū relationis principij realis in creatis eſt cauſalitas.

reale

Digitized by Google

A reale quod eſt cauſa: ſi verò meditemur ſolam relationem principij, tunc diſcernere opus eſt; nam relatio quidèm realis principij in rebus creatis, eſt etiam relatio cauſæ, vtpotè habens fundamentum idē: Sed relatio principij in genere, quæ complectitur etiam relationē rationis, non eſt relatio cauſæ; cauſa enim apud Philoſophos, ſi propriè accipiatur, indicat cauſalitatem, & dicitur relatiuè ad effectum: & ſicut effectus eſt nomen rei, ita & cauſa. Principium verò indicat id vnde aliquid incipit; & hęc relatio ita eſt communis, vt complectatur relationem realem & rationis; nomen enim relatiuū vtriſque relationibus poteſt eſſe commune, vt dicemus lib. 3.

Vnde ea relatio eſt relatio cauſę.

Relatio principij in genere, non ita.

14. *Ad exemplum priuationis.*

Reſpōdēdūq; eſt tamē ad ea, quę obijciūtur, priuationē eſſe propriè principiū, nō cauſā; quia relatio principij ibi nō eſt realis, neque fundatur in cauſalitate: & licèt priuatio dicatur principium reale, quia re ipſa eſt principium, non eſt tamē reale principium poſitiuum, & ideo non eſt cauſa. Ariſtoteles verò dixit priuationem cauſam more vulgari loquendi, quo dicimus cauſā quicquid ad aliquid neceſſarium eſt; ſed propriè loquēdo nō eſt cauſa, ſed principium. In cęteris verò exemplis liquet id quod eſt principium rei cognoſcendæ, eſſe propriè principiū rei; non phyſicum, & reale, quia eſſet cauſa; ſed in mentis conſideratione, quo pacto dies primus Ianuarij eſt propriè loquendo principiū anni, cum non ſit propriè cauſa. Quod verò dicitur principiū cognitionis eſſe reale, & ita eſſe cauſam, non eſt ad rem; neq; enim loquimur de principio cognitionis reali, verbigratia, de aſſenſu propoſitionis antecedentis, qui eſt realis cauſa aſſenſus conſequentis. Sed loquimur de re ipſa, quam meditamur, quæ in illa animi meditatione eſt principiū rei alterius cognoſcēdæ; vt primus in numerando eſt principiū numeri, primus in ſedendo principiū ſedētium; & definitio eſt principium definiti, & res cognita per antecedens eſt principium rei cognoſcendæ. Et in his non eſt cauſa rei, ſed principium, vt liquet.

Ariſtotel. explicatur.

Ad reliqua exempla.

Principium non reale cognitionis, non eſt ipſe aſſenſus antecedentis, ſed obiectū

15. *Ad 1. locum Ariſtotel. 1. interpret.*

Quod verò Ariſt. cōparet principium cū cauſa vt ens, & vnū, poteſt explicari, quòd loquatur de principio reali in rebus creatis, quod eſt idem cū cauſa. Sed hic cōmentarius non placet; nam in rebus creatis ſi nomine principij intelligamus reale & poſitiuū principiū, idem eſt quod cauſa, & vtroq; nomine idē ſignificatur. Nam etſi principiū ſit quid cōmunius, quàm cauſa; additis tamen his differētijs, quòd ſit poſitiuum reale in rebus creatis, eſt quaſi ſpecies ſub genere principij, quā ſpeciem principij appellamus cauſam; & hac ſignificatione nō cōparatur cū cauſa vt ens & vnū, quæ ſunt definitione diſtincta. Dicendū ergo eſt ens B & vnū cōparari vt principiū, & cauſam quoad hoc, quòd ſunt definitione diſtincta principiū in genere, & cauſa, ſicut ēs & vnū definitione diſtant. Verba autem illa Ariſt. *totidem modis cauſæ dicuntur*, duplicē habēt cōmentariū. Primū, vt interpretatur Alex. Alenſ. *tot modis*, hoc eſt, nō pluribus modis dicuntur cauſæ; & ſubijcit, *Omnes enim cauſæ principia ſūt* Quòd ſi cauſę dicerentur pluribus modis, pluribus etiam dicerētur principia; quia quod eſt in ſpecie, eſt in genere. Secūdò, *totidem modis dicuntur cauſa*, hoc eſt, illis modis enumeratis ab Ariſtot. eo loco, vt exponit S. Th. Sed nō negat Ariſtot. C quòd principiū alios modos habeat, quos ibi non meminit. Et ita alijs modis ibi nō cōmemoratis principiū cōmunius eſt, quàm cauſa. Hoc idem Ariſtot. aſſertum veriſsimū eſt de principio reali poſitiuo in rebus creatis, vt dictum eſt.

Refellitur.

Vera interpr. Principiū in genere & cauſa, ſicut ens & vnum, definitione diſtant.

Ad 2. locum, 1. Interpret. Alenſ.

2. Interpret. S. Thom.

SECVNDA PARS.

Diuina perſona non procedit à cauſa, ſed à principio.

Colligimus igitur haud dubiè Deū Patrem eſſe propriè, ac verè principium reale poſitiuum Filij; ſiquidèm D Filius verè, & propriè gignitur à Patre reali natiuitate. 1.

1. Conſect. Deus Pater eſt principiū reale poſitiuum Filij.

Colligimus ſecundò, Patrem nō eſſe cauſam Filij, vt Patres Latini docent. Probatur commemoratis ijs, quæ ſunt propria cauſæ; nam Filius non procedit à Patre ſecundum eſſe diuerſum, ſed ſecundum idem eſſe; neque ſecundum eſſe diuerſo modo participatum: quia ipſum eſſe Filij eſt eſſentia eius, ſicut & Patris. Deinde Filius non pendet à Patre, quia non accipit eſſe diſtinctum: qua in re minùs propriè loquutus eſt S. Cyrillus lib. 13. Theſauri cap. 2. dicens Filium à Patre emanare, & pendere; emanat enim Filius à Patre, ſed non pendet ab eo; pendet enim effectus à cauſa. Denique Filius non eſt naturâ poſterior, 2.

2. Conſect. Pater non eſt cauſa Filij. Probatur 1. ex conditionibus cauſę. Ex prima. Ex ſecunda.

S. Cyrillus minus propriè loquutus.

Ex tertia.

Digitized by Google

ſed coæternus Patri, vt poſteà docebimus; ergo Pater non eſt cauſa Filij, licèt ſit illius principium. Idem probatur inducendo genera cauſarum; nō enim verus Deus procedit à cauſa efficiente, Deus enim non eſt res condita, aut effecta, vnde illud, *Genitum non factum.* Non verò à cauſa finali, quę eſt perfectior cauſatis, vt ait Ariſtot. 1. Magnorum Moral. cap. 3. Et adhùc probatur ex eò quòd hæ duæ cauſæ ſunt extrinſecæ. Neque verò ex cauſa materiali, aut formali: quia hæ efficiunt compoſitionē à qua maximè Deitas abhorret, ergo à nulla cauſa petitur diuina proceſsio. Quod eſt argumentum S. Thom. in 1. d. 19. q. 1. art. 1.

> Probatur 2. inductione p. genera cauſarũ. De efficiente. *Symbolum.* De finali *Ariſtotel.* De vtroque ſimul. De materiali, & formali. *S. Thom.*

3. Colligimus tertiò, etſi in rebus creatis idem ſit principium reale poſitiuum & cauſa; abſolutè tamen & in genere nō eſſe idem: nam principium reale poſitiuum inuenitur in diuina proceſsione, in qua non eſt cauſa. Igitur abſolutè loquendo principium reale poſitiuum adhùc non indicat cauſam: ſi verò addas creatum, tūc iam deſignat cauſam; nam in rebus creatis cauſa & principium reale poſitiuum idem eſt; in Deo Optimo non idem. Quamobrem Patres Græci, qui Patrem dixerunt non ſolùm principium, ſed cauſam; idcircò fortè dixerũt, ne intelligeremus Patrem eſſe principium cognitionis non rei, & vt confiteremur eſſe reale principium poſitiuũ; vel minori ſtudio nomina iſta diſcreuere, cauſam pro principio vſitātes. Abſtinuere tamen à correlatiuo cauſæ, quia nos cauſam referimus ad effectum; atquì Patres Græci nunquam dixerunt Filium eſſe effectum Patris, etſi Patrem nuncuparent cauſam; nō piomenon Filium, id eſt factum, ſed ginomenon, id eſt, genitum dixerunt. Meliùs tamen Latini expendentes imperfectionem afferri nomine cauſę, dixerunt Patrem eſſe principium, non cauſam.

> 3. Conſect. Abſolutè & in genere nō eſt idem principium reale poſitiuũ, & cauſa. Oſtenditur in diuina proceſſione. Patres Græci, qui Patrem dixerũt cauſam, explicantur 1. Secundò. Tertio. Nunquā dixerunt Filiũ eſſe effectum. Patres Latini meliùs.

4. De Filio ſimilitèr confitendum eſt, eſſe principium reale poſitiuum Spiritus Sancti, vtpotè à quo procedit Spiritus Sanctus reali proceſsione; eſſeque principium non cauſam ob eaſdem rationes, quibus Patrem negamus eſſe cauſam, aimus eſſe principium: quod poſteà etiam auctoritate Eccleſię comprobabimus oſtendentes Patrem, & Filium eſſe vnum principium Spiritus Sancti.

> 4. Conſect. Filius eſt principiũ reale poſitiuum Spiritus Sancti, nō cauſa.

5. Sed occurrit dubium circa verba Ariſtot. lib. 5. de generatione animalium cap. 7. vbi ait pertinere ad rationē principij, vt ipſum quidèm cauſa ſit multorum, & illius nulla ſit cauſa ſuperior. Et 1. Phyſicorum tex. 52. principia ait non eſſe ex alijs. Quare videtur conſequi vt Filius non ſit principium Spiritus Sancti, ſiquidèm ipſius Filij Pater eſt principium; principij autem non eſt principium aliud: imò videtur ſequi in rebus creatis nomen cauſæ eſſe quid communius, quàm principij; nam alicuius cauſæ eſt alia cauſa prior, & tamen principij non eſt principium; ergo eſt aliqua cauſa, quæ non eſt principium; & ita nomen cauſæ magis eſt amplum.

> Obiectio ex *Ariſtotel.*

6. Reſpondēdum eſt principium habere rationē primi, quamobrem ſi aliquid eſt per ſe medium, ita vt non ſit primum ſimplicitèr, ſed ſecundum quid, non erit ſimplicitèr principium; verbi gratia, medium punctum in linea, vel medium inſtans in tēpore, non eſt ſimplicitèr principium lineæ, aut temporis, quia non eſt ſimplicitèr primum, vnde linea, aut tēpus petit exordium; ſed partis lineæ eſt principium, aut partis temporis, cũ qua parte cōparatum punctum aut linea, eſt ſimplicitèr primũ: ſimilitèr in vnoquoque ordine cauſæ eſt primum, quod eſt principium. Imò vnaquæque cauſa ſicut eſt prior ſuo effectu, ita cum eo comparata eſt primum, licèt comparata cum antecedente cauſa, ſit poſteriùs. Et hæc comparatio cum indicatur ipſis verbis aſſertionis, ſatis eſt vt dicatur ſimplicitèr primũ; verbi gratia homo generans etſi ſit cauſa media mota, ſcilicèt à ſole, eſt tamen ſimplicitèr principiũ hominis geniti; quia cũ generatione cōparatus ſimplicitèr eſt primũ, licèt relatus ad ſolē ſit poſterius. Eodē modo omnis cauſa eſt principiũ; & ipſe Filius Dei licèt à Patre genitus, eſt principiũ Spiritus Sācti, cũ quo collatus ſimplicitèr eſt primum: Ariſtoteles verò in locis cōmemoratis loquitur de principio primo in illa ſerie cauſarum, vt exponit S. Thom. q. 10. de Potēt. art. 4. ad 16. & ita principium primum eſt cauſa multorũ vt ſol, & principium rei naturalis in cōpoſitione eſt primum, ita vt non ſit principium aliud compoſitionis anterius: Deus autē Optimus eſt principium rerũ in omni ordine cauſæ; & Pater in Deitate principium

> Reſponſ. Medium punctum in linea ſi non cum linea, ſed cũ parte lineæ comparetur, eſt ſimplicitèr primũ. Similiter medium inſtans in tempore. Comparatio cum ſequente cum indicatur ipſis verbis aſſertionis, ſatis eſt vt aliquid dicatur ſimpliciter primum, licèt comparatum cum antecedēte ſit poſterius. Omnis cauſa eſt principiũ. *Ariſtoteles* exponitur à *S. Thom.*

Digitized by Google

cipium cuius nõ eſt principium; ſed hoc non prohibet vt Filius ſit principium de principio.

7. 1. dubium. Sed dubitari ſolet, an ſicut perſona diuina à qua alia procedit, dicitur principium; illa quæ procedit dicatur principiatum? Et quia in rebus diuinis decet quàm maximè ſermonẽ expolire, quãuis Patrem dicamus principium Filij, Filium principiatum non dicimus, vt ait S. Thom. ad 2. propter vulgarem intelligẽtiam, qua vulgus hominum principiata intelligit, quæ inchoata ſũt, & ab alijs effecta, aut habentia initium. Ideòque S. Thom. ait cautiùs hæc à Latinis negari, quàm à Græcis concedi.

1. aſſertio. Filium principiatum non dicimus.

S. Thom.

8. Nomen verò, initium, ſignificat propriè durationis principium. Et idcircò in rebus diuinis nullum eſt initium, quaſi inchoatio; ſed æternitas, & perfectio. Quod in Concil. Tolet. 11. decretum eſt in confeſsione fidei, Filium natum ſine initio. Et in Concilio Vuormacienſi in ſua fidei confeſsione. Sed impropriè initium poteſt dici principium. Quo pacto S. Bonauentur. d. 19. art. 1. q. 1. concedit vnam perſonam eſſe alterius initiũ, hoc eſt, principium; ſed hoc apud Patres non legimus. Aduertendum tamẽ eſt aliquid dici ab initio, hoc eſt, ante initium, ſicut dicitur ante ſęcula Eccleſiaſtici. 24. *Ab initio & ante ſacula creata ſum.* Prouerb. 8. *Dominus poſſedit me ab initio, à diebus æternitatis*, quia ante initium ſola æternitas. Et Michææ. 5. *Egreſſus eius ab initio, à diebus æternitatis.*

In diuinis nullũ eſt initiũ, id eſt, duratio nis inchoatio

Conc. Tolet.
Cõc. Vuorm.

Initium impropriè pro principio.
S. Bonauẽt.

Ab initio, id eſt, ante initium.
Eccleſ. 24.
Prouerb. 8.
Michææ. 5.

9. *S. Hilarius* minùs propriè. Minùs propriè ergo dixit S. Hilar. 4. de Trinitate Filij originem eſſe ab initio (id eſt à principio) ſcilicèt à Patre; Patrem verò ab initiabili, ſcilicèt, à ſe ipſo, qui initium, id eſt, principium non habet; initiabile enim dixit quaſi non initiabile: ſed ſanè initium potiùs ſignificat principium temporis, quàm proceſsionis. Quare minùs propria ea fuit loquutio.

10. 2. aſſertio. Si tamen principiatum, vt correlatiuũ principij meditemur, abſque dubio Filius eſt principiatus, ſicut & Pater principium; & ſicut nomine principij, neque initium, neque cauſam ſignificamus, ita neque nomine principiati, aut effectum, aut poſterius quid ab initio deſignamus. Sed tamen in re periculoſa cauendum eſt à nomine principiati, propter ſuſpicionem hæreſis quòd Filius habeat initium. Quare etiam Magiſt. d. 29. negat Filium habere principium, cum habeat Patrem & Autorem, quod idem eſt principium; ſed quia dicuntur habere principium, quæ initium habent. At in Concilio Florent. & in Syrmienſi canone 23. damnatur is qui dixerit, Filium eſſe ſine principio. Conſuetudo ergo loquendi attendenda eſt.

Siprincipiatũ vt correlatiuũ principij meditemur, filius eſt principiatus.
Sed cauendũ ab hac loquutione.

Magiſter negat Filium habere principium.

Conc. Flor. & Syrm. damnat dicẽtes Filium eſſe ſine principio

11. Dicimus ergo propriè principium in diuina proceſsione; principiatum verò cauemus dicere, ſicut etiam initium non dicimus, ne principium durationis intelligamus, quod ſolet vocari initiũ. Ijſdẽ in Concilijs Florent. & Syrmienſi Pater dicitur caput Chriſti, id eſt, principium, quod nomen metaphoricum eſt, & vſurpatur ab Apoſtolo 1. Corinth. 11. *Caput autem Chriſti Deus.* Sed quia caput videtur ſignificare excellentiam, & eminentiam, ſatius eſt, vt intelligamus ſignificari ibi principium non diuinæ proceſsionis Chriſti, ſed humanę generationis, qua eſt ex Virgine editus. Vocatur etiam *Pater* auctor Filij à S. Athanaſ. in Epiſtola ad Serapionem, & S. Hilar. lib. 4. de Trinitate, & *Prudẽtio* in Apotheoſi contra Vnionitas.

Eadẽ Conc. dicunt Patrẽ caput Chriſti.

1. Cor. 11. Explicatur de Chriſto quoad humanitatem.

Patrẽ autorẽ Filij dicunt
S. Athan.
S. Hilar.
Prudent.

Filius auctore vt genitus quòd ſit Patre ſummo.

Eſt enim auctor idem quod principium. Cerealis tamen Epiſcopus contra Maxim. cap. 9. recuſat *Patrem* dicere autorem, tanquam cauſam Filij: quòd verò auctor ſignificet cauſam, cæteri *Patres* non conſentiunt.

Cereali Autor, & cauſa idem.
Cæteri Patres non conſentiunt.

12. 2. dubium. Sed quæritur, vtrùm etiam Filius ſit autor Spiritus Sancti, ſiquidèm eſt principium illius? S. Thom. in 1. d. 29. q. 1. ar. 1. credit nomen auctoris ſignificare eum qui primus eſt, & ab alio non eſt; quare negat Filium eſſe autorem Spiritus Sãcti: quod S. Hilarius affirmat libr. 2. de Trinitate. Thomiſtæ ergo inter ſe diſsẽtiunt de vſu nominis. Sed cum apud Ciceronem legamus quemuis virorum Patrem alterius, eiuſdem dici Autorem, & S. Thom. adducens locum S. Hilarij 1. p. q. 33. art. 1. minimè nomen recuſet, non ſumus in mora, quin cum alijs ſentiamus Filium quoque eſſe Spiritus Sãcti auctorem, obſeruata germana nominis ſignificatione. Prudẽtius in ſua apotheoſi auctorem dixit Patrem,

Vtrùm Filius ſit autor Spir. Sancti?
Negat *S. Tho. in 1.*
Affirmandum iuxta *S. Hilarium.*
Cicer.
S. Tho. 1. p.

Illo auctore ſatum cui nullus præfuit auctor.

Prudent.

Illud tamen dandum non eſt, vt nomen auctoris ſiue Patri, ſiue Filio attributum ſignificet aliquam excellentiam, qua Spiritui Sancto præcellant ambo, aut Pater Filio; quod admonet S. Auguſt. libr. 3. contra Maximin. cap. 14.

S. Auguſt.

Confirmatio.

13. Quòd Pater ſit principiũ Filij. *S. Auguſt. Ioan. 1.*

QVòd Pater ſit principiũ Filij, poſſumus comprobare verbis Pſalm. 109. *Tecum principium, &c.* Quæ S. Auguſt. interpretatur de Patre æterno, qui eſt principium Filij. Et initio Euangelij Ioannis, *In principio erat Verbum*, hoc eſt, in Patre, vt cũ S. Auguſt. & S. Cyrillo S. Thom. commentatur, & conſentit Concilium Syrmienſe cap. 23. Deinde confirmatur decreto Concilij Lugdunenſis cap. *Fideli*, de ſumma Trinitate, & Cõcil. Florent. de vnione Græcorum in decreto de proceſsione Spiritus Sãcti; quibus in Concilijs definitur Patrem, & Filium eſſe principiũ Spiritus Sancti; haud dubium quin & Pater ſit principium Filij, à quo Filius procedit, ſicut à Patre, & Filio Spiritus Sanctus. Et in hoc omnes Orthodoxi concordant.

S. Auguſt. S. Cyrill. S. Thom. Conc. Syrm. Confirm. ex *Conc. Lugd. Conc. Flor.*

14. Græci cauſam pro principio vſurpant. *Pſal. 109. S. Athan. S. Damaſc.*

Sed tamen eſt inter Græcos, & Latinos verbo tenus diſſenſio; nam Græci cauſam pro principio vſurpant: Sanctus enim Athanaſ. in Concil. Nyceno in profeſsione fidei, ſic ait, *Quicquid habet Filius habet à Patre, tanquam ſplendor à ſole, & cauſatum à cauſa*. S. Ioan. Damaſcen. lib. 1. cap. 9. *Pater eſt cauſa Filij, & Filius ex hac cauſa*. Et S. Gregor. Nazianz. oratione 3. Theolog. S. Hilar. libr. 12. de Trinitat. Marius Vict. lib. 1. contra Arium. Richard. lib. 5. de Trinit. cap. 7. & 8. & lib. 6. c. 6. tametſi S. Thom. de potentia q. 10. art. 5. referat Richardum ſentientem non eſſe cauſam, ſed principium diuinæ originis: ſed ſunt & alij Patres, qui cauſam appellant, quos refert S. Thom. in Opuſcul. 1. contra Græcorum errores. Latini tamen in diuina proceſsione non vtuntur nomine cauſæ. At verò Grecos cauſam pro principio dicere affirmant, S. Greg. Nycen. lib. quòd non ſint tres Dij, ad finem; & Beſſarion in Concil. Florent. pro vnione Græcorũ ſe apud Græcos more Greco cauſam dixiſſe exponit, quod Latini principium aiunt; quod idem declaratur in decreto Concilij, de proceſsione Spi-

Nazianz. S. Hilar. Mar. Vict. Richard. de quo aliter. *S. Thom.*

De Græcis id affirmant, *Nycenus. Beſſarion. Conc. Flor.*

A ritus Sancti in literis ſanctę vnionis. ibidem commemorat Beſſarion S. Cyrillũ Alexand. in Epiſtol. ad Hermiam non permittentem nomen cauſæ, & cauſati in diuinis, & idem nomen S. Hilarium recuſantem lib. 4. de Trinitate. S. Ignatius Epiſtola ad Magneſianos vocat Filium diuinæ efficaciæ genitam eſſentiã, efficacia autem dicitur ab efficere, quod diuinæ proceſsioni non conuenit; ſed efficaciam pro vi, ſiue virtute Latinus interpres poſuit, ita enim Latini vſurpant.

Non permittũt nomẽ cauſæ. *S. Cyrillus. S. Hilarius. S. Ignatij* interpres poſuit efficaciam pro vi, ſiue virtute.

B Non ergo licet Latinis dicere Patrẽ cauſam Filij, ſed principium: cum nomẽ principij accommodatius ſit, & ab omni ſuſpicione alienum, idque in vſu Patrũ, & Eccleſiæ. Quæ autem obijciuntur ex S. Auguſt. & S Hieronym. nihil habent momenti, & ponderis; nam quod S. Auguſt. dixerit 7. de Trinitate cap. 1. & lib. 83. quæſtionum q. 26. *Illud quod eſt cauſa Patri vt ſit, eſt illi cauſa vt ſapiens ſit*. Sicut & alterum S. Hieron. Epheſ. 3. in illud, *ex quo omnis Paternitas, &c. Pater ſui origo eſt, ſuæq́; cauſa ſubſtãtiæ*. non indicat eos cauſam pro principio dixiſſe; vtrumque enim falsò dixiſſent, ſi

15. Pater dicitur cauſa ſui eſſe, & ſuæ ſapientiæ, negatiuè, id eſt, nulla eſt alia cauſa. *S. Auguſt.*

Epheſ. 3. S. Hieron.

C nomine principij vterentur, Patrem ſcilicèt eſſe verum & reale principium ſuæ ſapientiæ, aut ſubſtantiæ. Explicatur ergo per negationem, quòd ideò Pater dicatur cauſa ſuæ ſapientiæ, & origo ſuæ ſubſtantiæ; quia nullam cauſam aliam habet à qua ſapientiam, aut ſubſtantiam accipiat. Quã licentiã dicendi etiam Lactantius Firmian. lib. 1. Diuinar. Inſtitutionum cap. 7. ait Deum à ſe ipſo fuiſſe procreatum, id eſt, à nullo alio.

Lactant.

CAPVT XXIII.

Principium diuinæ Proceſsionis eſt quaſi actiuum.

D

1. *Ariſt.*

ADuertendum eſt hoc loco, id quod ante ex Ariſtot. attulimus 5. Metaphy. tot modis dici principium, quot modis cauſa dicitur, quod de principio reali explicauimus. Eſt ergo principium reale, quod dat eſſe rei, ad quatuor genera cauſarum reuocandũ. Cum verò principium in Deo propriè ponamus, amotis cauſæ imperfectionibus, fit vt ad aliquod genus cauſæ principiũ diuinæ proceſsionis reuocandum ſit; non autem ad cauſam materialem, cum Deitas ſit ab omni

Principium diuinæ proceſſionis non eſt reuocandum ad cauſam materialem.

Nõ ad formalem.
Nec ad vtramque.
Non ad finalẽ
Finis eſt melior ijs quę ſũt ad finem.

omni materiæ imperfectione purgatiſſima: non ad cauſam formalem, quæ eſt cũ materia coniuncta; item quia hæ duæ cauſæ inuicem coeuntes, vt vna ſine altera eſſe nequeat, compoſitionem efficiunt: ſed neque ad rationem finis principium diuinæ proceſsionis reducendũ eſt, eò quòd Deus Optimus operationẽ eſſentialem non intendit ad finem: eſt enim finis melior ijs, quæ ſunt ad finem; ergo neque proceſsio diuina, quæ eſt intra Dei eſſentiam, & infinitè perfecta ad finem dirigitur, quod anteà etiam comprobauimus; ergo finis non eſt principium diuinæ proceſsionis. Solum ergo ſupereſt genus cauſæ efficientis, ad quod referamus principium diuinę proceſsionis: ſicut ergo in Deo non eſt actio, quæ eſt motus, ſed ſimplex operatio, reiecta omni imperfectione actionis, quæ eſt à cauſa agente; ita principium diuinę operationis, ſiue proceſsionis non eſt propriè actiuum, ſiue efficiens cauſa. Sed in ijs conſentit cum actiuo principio, quæ per excellentiã dicuntur, vt quòd agens ſit in actu, quòd communicet ſuam formam, quòd ab eo actio emanet. Hęc autem habet Pater, vt eſt principium Filij; eſt enim actus ipſe purus habens potentiam, vimque, ſiue virtutem generandi, vt poſteà dicemus; communicatque ipſum eſſe ſuum per generationẽ, ab eoq; emanat natiuitas, qua filius naſcitur. Eſt ergo principium quaſi actiuum.

Non eſt principiũ propriè actiuum.
Eſt quaſi actiuum, ſcil. in eo quòd ſit actus ipſe purus habens virtutem generandi, vel ſpirandi, quòd communicet ſuam formã, quòd ab eo emanet natiuitas, vel ſpiratio.

2.
A principio diuinæ proceſſionis prioritas realis excluditur.
Ratio.
Subitò operãtur quæ naturâ excellunt.

Illud etiam oportet, vt à principio diuinæ proceſsionis prioritatem realem excludamus, quæ eſt agentium naturaliũ imperfectio; ſubitò enim operantur, quę naturâ excellunt. Sed tamen in ijs etiam quæ ſubitò operantur, vt ſol illuminat, & intellectus intelligit eſt naturæ prioritas. Quæ enim agentia à potẽtia exeũt in actum, eorũ operationis eſſe, eſt poſt non eſſe, ſaltem quoad ordinem naturæ. Itaque nõ eſt ea imperfectio ſolius operationis, quod poſt non eſſe acquirat eſſe; ſed eſt etiam operantis imperfectio, quòd ſit priùs non operans, quàm operans: pertinet ergo ad principium diuinæ proceſsionis, vt generans non antecedat genitum vlla prioritate naturæ. Quod argumentum poſteà alio loco ex Patribus vberius tractabimus; ſunt enim qui opinantur prioritatem originis eſſe realem in Deo, ſicut & ordo realis eſt.

Eſt operationis, imò operantis imperfectio, quòd ſit priùs non operans, quàm operans.

3.
Prioritas rationis ponitur contra *Durand.*
1. Ratio.

Sed tamen prioritas rationis, quam Durand. in 1. d. 9. q. 2. & alij negant in diuinæ proceſsionis principio, ea eſt nobis neceſſariò ponenda. Cum enim prioritas rationis illa ſit, quæ in cognitione noſtra reperitur, & ſit quædam naturæ informatio, vt priùs rerum principia, quàm res ipſas meditemur; efficitur vt omninò debeamus prioritatem rationis in principio diuinæ proceſsionis confiteri. Sed & ratione naturali idem oſtendimus; nam ex Ariſtot. 5. Metaph. tex. 6. principium dicitur quaſi primum, quia ad ipſum referuntur prius & poſterius. Item in principio diuinæ proceſsionis eſt ordo, in ordine autem eſt prius & poſterius: quare difficile eſt intelligere ordinem realem ſine prioritate reali, ne dicam ſine prioritate rationis; quã quæſtionem poſteà tractabimus.

2. ratio ex *Ariſt.*
3. ratio.
Difficile eſt ordinem realẽ intelligere ſine prioritate reali, ne dicam ſine prioritate rationis.

4.

Obſeruare igitur licet ex phyſicis diſciplinis id quod ſæpiùs inculcam', quòd nomen cauſæ, & principij poteſt & relatiuè, & abſolutè dici: eſt enim cauſa res quæpiam à qua eſt effectus, non autem à relatione eſt effectus. Igitur præter ipſam relationem, aliquid indicamus nomine cauſæ non relatiuum, ſed abſolutum; etiamſi id ipſum abſque relatione non explicemus. Et confirmatur, quoniã principium, eſt primum; relatiuum autẽ non eſt prius correlatiuo; ergo principiũ eſt etiam abſolutũ: & hoc docet S. Thomas 1. p. q. 42. art. 3. ad 2. Vt verò ſermonem reuocemus ad res diuinas, ſicut diuinas proceſsiones conceptu non relatiuo concipimus, in quo prioritatem rationis deprehendimus, quod poſteà erit clariùs enarrandum; ita & principiũ diuinæ proceſsionis ſimili conceptu nõ relatiuo meditamur, cum quo prioritas rationis eſt coniuncta: verbi gratia, principium diuinæ generationis eſt ea perſona, quæ potentiam habet ad generandum, & verè, propriè que generat; omnia autem hæc notionibus non relatiuis cogitando verſamus, & in eis prioritatem ponimus ſolius intelligentiæ, vt pro noſtro modo cognoſcẽdi quæſtiones theologas de ijs rebus occurrẽtes tractemus: ſi verò principium accipias relatiuè, eſt ſimul re, & ratione cum ſuo correlatiuo, neque vt ſic operatur, aut potentia operandi eſt præditum; neque habet rationem primi, ſed duntaxàt ad aliud.

Principiũ eſt res abſoluta, etſi abſque relatione no explicetur.
Probatur.
Confirm.
S. Thom.
Declaratur in diuinis.
Principium diuinæ generationis eſt ea perſona, quæ potentiam habet ad generãdum, & verè generat:
Principiũ relatiuè acceptũ eſt ſimul re & ratione cũ ſuo correlatiuo, neque habet rationem primi, aut operantis, ſed duntaxat ad aliud eſt.

5.
Idem.

At verò S. Thomas cum de principio diui-

Digitized by Google

diuinæ proceſsionis diſputat, 1.p.q.33. art.1. ad 3. ſuperſedet atque abſtinet ab omni mentione prioritatis: quia cum agat de principio reali, prioritas rationis neceſſaria non erat; ideòque potiùs aduertit nomen, principium, acceptum quidèm eſſe à primo; quia principium eſt quaſi primum; ſed non ſignificat primum. Et id quidèm veriſsimum eſt; primum enim eſt quædam relatio, quæ neq; eſt id abſolutum, quod in principij notione deprehendimus; neque eſt ipſa relatio principij, ſed alia conſequens, vt poſteà dicemus. Ergo etſi nomen principij à primo excogitatum, inſtitutumq; ſit, non tamen ſignificat primum, neque primum eſt de quidditate, aut definitione principij. Hæc autem rudiori Mineruа tractata de prioritate principij, ad eius intelligētiam neceſſaria, erunt alio loco circa ordinem diuinę proceſsionis, vberiùs, luculentiùsque diſputanda.

Nomen principium, acceptum quidèm eſt à primo, ſed non ſignificat primum.

Primum non eſt ipſa relatio principij, ſed alia cōſequēs.

Nō eſt de quidditate principij.

CAPVT XXIIII.

Diuina Proceſsio ducitur à reali potentia.

CApuт habet partes duas.
Prima pars. *In Deo eſt potentia, à qua ducitur diuina proceſsio.*
Secunda pars. *Potentia, à qua ducitur diuina proceſsio, eſt realis.*

PRIMA PARS.

In Deo eſt potentia à qua ducitur diuina Proceſsio.

1\. Negat ſolus *Aureolus apud Capreol.*

RES eſt perſpicua, & apud Patres, Doctoreſque conſtituta, renitente vno Aureolo apud Ioan. Capreol. d.7, quòd in perſona, in qua eſt origo, ſit quoque potentia ad originem, quæ dicitur potētia notionalis, ſcilicèt ad operationem perſonalē, quæ notionalis dicitur; dicuntur enim notiones, ipſæ proprietates perſonarum, quibus nouimus perſonas, vt lib.4. dicemus. Et idcircò proceſsiones, quibus diuinę perſonæ procedunt, & dignoſcuntur, vocantur actus notionales; & potentiæ à quibus illi deriuantur, dicuntur quoque notionales. Quòd ergo diuina proceſsio, quæ eſt actus notionalis, deriuetur à ſua quoque potentia notionali, compertum eſt apud omnes; cū enim ea perſona, quę eſt principium alterius, ſit quaſi actiuum principium, vt eſt in antecedentibus conſtitutum; ita vt etſi non efficiat, producat tamen verè, ac propriè perſonam aliam; ratione eadem cogimur ponere potentiam, quaſi actiuam in perſona producēte: ſicut enim ponimus Patrem generātem, ita & in eo potentiam ad generandū meditari neceſſe eſt; omne enim quod agit, agit aliqua ſui parte, & virtute aliqua; ergo & id quod producit, per aliquā virtutem producit. Et confirmatur: Eius enim eſt potentia, cuius eſt actio, quod eſt placitum Ariſtotelis lib. de ſomno, & vigilia; ergo ſicut ponimus in Deo actus notionales, ita & potētiam ad actus neceſſe eſt cōfiteri. Itē confirmatur: quia ſi à Patre tollimus veram rationem potētiæ generandi, ipſam quoque operationem neceſſe eſt tollere; nulla enim eſt operatio, quæ non ſit ab aliqua potētia. Quòd ſi dicas ipſam quoque generationem non eſſe veram operationem, ſed puram relationem: ſanè nihil ſupereſt quo Filius dicatur verè de ſubſtantia Patris gigni, & verè accipere naturā; quod argumentum poſteà tractabimus originem comprobātes à relatione diſtingui definitione.

Aduert. Notiones dicuntur ipſæ proprietates perſonarum quibus perſonas nouimus.

Inde dicitur potētia, & actus notionalis.

Reſolutio tituli probatur.

Omne quod producit, per aliquam virtutem producit.

Confirm.1. Eius eſt potētia, cuius eſt actio. *Ariſt.*

Confirm.2.

Reſponſio.

Refellitur.

Confirmatio.

2\. Deo Patri generandi potētiam tribuunt Patres.

HVic doctrinæ fidem faciunt Patres ingenuè, ac apertiſsimè tribuētes Deo Patri generādi potentiam, S.Dionyſ. cap. 2. de diuinis nominibus vocat Filium, & Spiritum Sanctum fœcundæ diuinitatis germina; fœcunditas autem eſt vis naturæ, vnde germen emanat. Et S.Ignatius epiſtola ad Magneſianos appellat Filium diuinæ efficaciæ; efficacia autem eſt vis agendi, imò eſt virtus efficiens, quæ in diuina proceſsione nō reperitur, ſed ad modum efficientis, vt diximus cap. præcedenti. Et S. Athanaſ. oratione 2. contra Arianos Patrem ſine Filio eſſe ait flāmam ſine lumine, & fontem aridum ſine flumine: quis autē neſciat eſſe in flamma; & fonte vim profundendi lumen, & flumen. S.Gregorius Nazianzen. oratione in Heronem ait Deū futurum fuiſſe anguſtum, & impotētem, niſi generaret Filium; ergo generatio indicat potentiam. S. Ioan. Damaſc. lib. 1. fidei Orthox. cap. 8. diuinam generationem vocat opus naturæ, cuius ſcilicèt princi-

S. Dionyſ. tribuit illi fœcunditatem.

S. Ignatius efficaciam.

S. Athan. ſimilitudinē flammæ, & fontis.

Nazianz. impotentiam ni ſi generaret.

S. Damaſc. virtutem naturæ, dum generationē vocat opus naturæ.

principium eſt natura; eſt autem ipſum principium quo, virtus agentis, vt ſtatim dicemus. Et lib. 1. fidei Orthod. cap. 8. *Impoſsibile eſt Deum eſſe deſtitutum fœcunda natiuitatis partu*; fœcunditas autem eſt virtus ipſa gignendi. De hac etiā re diſputat doctiſsimè S. Cyrillus lib. 1. Theſauri cap. 6. *Qui Deum negat Patrē eſſe, is fœcunditatem aufert*, inquit, *à diuina natura, vt iam perfecta non ſit, cum generādi virtute careat.* & cap. 8. arguit Eunomium, quòd potentiam generatiuam ſic explicet, vt in ea Filium contineri credat, ſicut accidit in generatione creata; quia tunc Deus Pater de potentia prodiret in actum; quod argumentū etiam pertractat libr. 2. Dialogorum de Trinitate: ex quibus liquet S. Cyrillum veram potentiam generatricē Deo Optimo tribuiſſe. Sanctus etiam Anaſtaſius lib. 1. de rectis fidei dogmatibus Deitatem ait non ſic anguſtam, vt vna circumſcribatur perſona: ergo infinitudo naturæ, ſiue potiùs natura infinita, eſt principium multitudinis perſonarum procedentium. Et S. Hilar. lib. 3. de Trinitate, *Nec per ſecretum*, inquit, *ac poteſtatem natiuitatis obtrectare Filio.* Quibus verbis poteſtatem Patris, de qua Filius naſcitur, Hilarius declarat. Et lib. 5. de Trinitat. Filium genitum ait poteſtate naturæ, & virtute naturæ: quæ verba apertè ſignificant generatricem potentiam. De qua etiam re extat interrogatio illa D. Theodori Abucaræ diſput. 1. cap. 6. *Vtra honoratior eſt apud nos, fœcūditas, aut ſterilitas?* fœcunditas ſanè honore digna eſt, & Deo non deneganda. Hoc confirmat S. Auguſt. lib. 3. contra Maximinum cap. 7. *Si Deus Pater non potuit generare Filium ſibi æqualem, vbi eſt potentia Dei?* quod eſt argumentum frequens apud Patres. Et iterùm, *Si potuit Adam eſſe, & non eſſe, & tamen hoc generare quod erat ipſe, non vis vt potuerit Deus æqualem ſibi producere? ſicut ergo in Adamo mortali ponimus vim, poteſtatemq́; gignendi, ita & in Deo confiteri eam poteſtatem neceſſe eſt.* & S. Anſelm. Monolog. 41. *Non eo*, inquit, *quo eſt Pater, generat; ſed quo eſt Deus.* Prudentius quoque vir doctiſsimus in Apotheoſi contra Vnionitas, ſic ait: *ſio adimarq́; decus Patris, & generis vim.* Vbi vim, hoc eſt, potentiam generandi ait eſſe gloriam Patris & decus. Et Marius Vict. lib. 1. contra Arium de diuina generatione, ſic ait, *Illa quidèm ſola generatio à Deo, potentia eſt manifeſtatio*, & iterùm, *Totius plenitudinis logos proſiliȳt de potentia Dei*, logos, inquam, id eſt Verbum. Et adhùc confirmatur, quia Filius genitus eſt de ſubſtantia Patris, vt poſteà docebimus; eſt quippè Catholicū dogma: ergo ſubſtantia Patris eſt principium generationis; non quod generat, eſſentia enim diuina, ſiue ſubſtantia non generat, vt decreto fidei monemur; ergo eſſentia ſiue ſubſtantia eſt principiū quo Pater generat: ſed principium quo generans generat, eſt ipſa potentia generantis; ergo haud dubiè in Patre generante eſt potentia generandi. Quod comprobauit planiſsimè Ioannes ille celeberrimus pro Patribus Latinis declamans in Concil. Florent. ſeſſ. 18. affirmans Patrē eſſe ſuppoſitum generans, naturam verò diuinam eſſe principium generatiuum, ſcilicèt principium formale, quo Pater generat. Quare credimus periculoſam eſſe in fide catholica contrariam ſententiam. Et idem dicendum eſt de proceſſione Spiritus Sancti, qui de ſubſtantia quoque Patris, & Filij procedit.

Item tribuit fœcūditatem. — *S. Cyrilli 1. locus, fœcūditatem.* — *Secundus explicatur.* — *S. Anaſtaſ. tribuit illi naturam infinitam:* — *S. Hilarius poteſtatem:* — *Item virtutē naturę.* — *D. Theodori Abucaræ interrogatio, fœcunditatē:* — *S. Auguſt. vim & poteſtatem gignēdi:* — *S. Anſelm. principiū, quo generat:* — *Prudentius vim generis:* — *Mar. Vict. potentiam.* — *Confirmatur ratione. Pater eſt ſuppoſit. m generans.* — *Natura diuina eſt principium formale generatiuum.* — *Ioan. in Concil. Florēt.* — *Oppoſita ſententia periculoſa in fide.*

SECVNDA PARS.

Potentia à qua dicitur diuina proceſsio eſt realis.

1. Maior eſt decertatio de ſecunda huius cap. aſſertione: nam etſi eſſe in Deo potentiam gignendi confiteamur, poſſumus tamen reſpondere ad quęſtionem, in Deo eſſe potentiam ad generandum, ſicut potentiam ad intelligendum, quæ tamen realis non eſt, vt ſtatim dicemus. Et ita exiſtimauit Aureol. apud Capreol. d. 7. q. 2. art. 2. potentiam notionalem non eſſe realem.

2. Oportet ergo priùs in hac parte quęſtionis conſentiamus, quænam dicenda ſit realis potentia. Nam iuxta doctrinam S. Thomæ 1. p. q. 4. art. 4. ad 3. potentia alia eſt rationis, alia realis: potentia rationis eſt à qua neque operatio, neque effectus quiſpiam aut operationis terminus diſtinctus emanat, ſed duntaxat noſtro modo intelligendi; ſicut enim meditamur attributa quaſi ornamenta diuinę naturæ, cum ſint ipſa natura abſque vlla rei diſtinctione; ita in Deo modò potētiam

Aureol. apud Capreol. negat. — *S. Thom. Potentia rationis quę ſit?*

Potẽtia intelligendi in Deo eſt potentia rationis, hoc eſt, ſola ratione diſtincta ab operatione, & termino.

Potentia realis eſt à qua eſt vel ducitur aliqua realis emanatio, ſiue operationis, ſiue termini.

Exemplũ potentiæ creatricis.

tiam intelligẽdi, modò ipſam operationem intelligendi cogitamus, quæ tamen re ipſa ſunt idem. Et ideò potentia intelligendi in Deo eſt potentia rationis, hoc eſt, ſola ratione diſtincta ab operatione, & à termino operationis, ita vt nulla ibi ſit realis emanatio à potentia, namque vbi eſt realis emanatio, eſt quoque realis diſtinctio. Potentia autem realis eſt à qua eſt, vel ducitur aliqua realis emanatio, ſiue emanet ipſa operatio, ſiue operationis terminus; verbi gratia, potentia in Deo habet actionem in Deo manentem, quæ eſt ipſa diuina ſubſtantia, vt S. Thomas docet; actus enim diuinæ potentiæ eſt operatio volũtatis efficax: ſed tamen actio tranſiens in creaturam, quam S. Thomas minimè negat, & effectus, ſeu terminus ipſius actionis, diſtinguuntur re ipſa à potẽtia diuina, & emanãt ab illa; & ideò potentia Dei ad opera externa realis eſt, licèt operatio interna Dei à potentia non diſtinguatur.

3. Præmittitur 1. certum. Eſsẽtia diuina eſt ipſa potentia ad actus notionales.

2 certum. Hi inter ſe diſtinguuntur re ipſa.

3. certum, Ab his eſſẽtia nõ diſtinguitur re ipſa.

Alioqui diuina potentia eſſet pmiſta cũ potentia paſſiua.

S. Thom.

Vt ergo de potentia circa actus notionales diſſeramus, præmittam' ea quæ dubio vacant. Primum eſto, quòd potẽtia diuina ad hos actus eſt ipſa eſſentia, vt poſteà docebimus; ſecundum, quòd actus notionalis, qui eſt in Patre generatio actiua, eſt res diſtincta ab actu notionali, qui eſt in Filio natiuitas, ſiue paſsiua generatio, vt iam docuimus. Tertium, quòd eſſentia ab vtroque actu minimè diſtinguitur re ipſa, cum eſſentia ſit Pater, & Filius, & omnis proprietas perſonalis. Itaque proprietas Patris, & Filij ſunt res duę inter ſe diſtinctæ; ſed eſſentia eſt res vna & eadem cum illis, vt fide ſyncera tenemus. Pertinet autẽ ad excellentiam diuinæ potentiæ, vt nõ diſtinguatur à ſuo proprio actu: quæ enim diſtinguitur, imperfecta eſt, vt docet S. Thom. q. 2. de potentia ar. 1. ad 4: quia ſcilicèt potentia etiam actiua, quæ diſtinguitur re ipſa à ſuo actu, permiſta eſt cum paſsiua potentia; & per aliud genus ad actum reducitur.

4. 1. concluſio. Potentia notionalis nõ eſt potentia realis in eo ſenſu, qđ ſit principiũ quod, ſeu à quo emanatio realis eſt, vt à producẽte.

Probatur.

Cũ ergo eſſentia diuina ſit ipſa potẽtia ad act' notionales à quibus nõ diſtinguitur, cõſequitur vt potẽtia generãdi nõ ſit potentia realis ad generationem actiuã, quaſi emanet generatio actiua ab illa potentia emanatione reali. Probatur, quia eſt res eadẽ potentia, & operatio actiua; emanatio autem realis, quæ eſt propria potentiæ realis, facit diſtinctionem realẽ. Superest ergo vt hæc potentia nullatenùs ſit realis in eo ſenſu, quòd ab ipſa emanet res diſtincta, ſcilicèt proceſsio, aut perſona diuina, ita vt inter potentiã & perſonam interſit realis emanatio.

5. 2. concluſio. Eſt potentia realis in eo ſẽſu qđ ſit principium formale, ſeu quo emanatio realis ducitur.

Declaratur.

Sed tñ hęc potentia eſt realis; quia eſt principiũ, quo perſona habens potentiã producit aliam perſonam diſtinctam, inter quas eſt realis emanatio. Eſt ergo hæc potentia principiũ quo realis emanationis, non verò eſt principiũ à quo ſit realis emanatio, modo explicato. Hoc autem indicat inſcriptio huius cap. ſcilicèt, quòd diuina proceſsio ducatur à potentia reali; non enim diximus emanare à potentia reali, ſed duci ab illa, ſiue peti ab illa, quod eſt reuocari in illam tanquã in principium formale producentis.

6. Probatur.

Si dicamus potentiam rationis, incidimus in hæreſim Sabellianam.

Confirm.

Quòd igitur potentia iſta ſic explicata meritò dicenda ſit realis, probatur, quoniam eſt potẽtia realis emanationis; ergo eſt potentia realis: aliàs ſi dicamus potentiam rationis, incidimus in hæreſim Sabellianam, quòd ſecundum rationem Filius procedat à Patre, & non reali emanatione; talis enim eſt actio qualis eſt potentia. Et confirmatur, quoniam potentia ſignificat principium formale operationis; ergo à reali emanatione, potentia debet dici realis: ſi tamen ſit vera potentia, & non ficta.

7. Notandũ diſcrimen inter potentiam, & principium.

Hæc propoſitio, Eſſẽtia eſt reale principium operationis notionalis, explicanda eſt, vt anceps.

Ratio.

Obſeruandum ergo eſt diſcrimen inter potentiam, & principium; potentia enim, ſiue virtus ſignificat quandam formam, quæ habeat ordinem ad operationem; principium verò ſignificat ipſum ordinem ad principiatum. Si ergo dicamus eſſentiam eſſe reale principiũ operationis, fortè explicanda eſſet anceps, dubiaq; ſignificatio principij; ſi enim dicatur principium quod, eſt hęretica propoſitio, non enim eſſentia eſt principium quod generationis, quia nõ generat; ſed benè principium quo formale, & reale, hoc eſt, quo realis emanatio extat.

Hæc verò, Eſſentia eſt realis potentia generatiõis, ſimpliciter concedenda eſt.

Ratio.

S. Thom.

Cum verò dicimus eſſentiam eſſe realem potentiam generationis, nihil opus eſt aut ambigere, aut diuidere; ſed ſimpliciter eſt concedendum: quia potentia ſignificat formam, qua agens agit. Cum ergo eſſentia accuratiſsima loquutione ſit forma, qua Pater generat, nihil cunctandum eſt, ſed ſimpliciter concedendũ eſſe realem potentiam. Et quòd hæc potentia, ſcilicèt diuina eſſentia, ſit principiũ quo generationis, docet S. Thom. q. 41. ar. 5.

Henric.

Gandau.
Genebrard.
Bellarm.

Henric. Gandau. art. 39. q. 4. & 5. Gilbert. Genebrard. 1. de Trinitat. pag. 56. Robertus Bellarmin. libr. 2. de Chriſto cap. 10.

8.
3. concl. cōtra
Arimin.
Caiet.
Torres.
Capreol.
Potentia notionalis etiā collata cū proceſsione realis dicenda eſt.
Oſtenditur. 1. de proceſsione quaſi paſsiua.

Ex quibus illud quoque colligimus contra Gregor. Arim. d. 7. q. 1. art. 1. & Thom. Caiet. q. 41. art. 4. & Bartholom. Torres, ac Ioan. Capreol. in 1. d. 7. q. 1. quòd hæc potentia realis dicenda eſt, ſi cum ipſa proceſsione conferatur. Et primò id oſtēdimus de proceſsione diuina, quæ eſt quaſi paſsiua; ſicut enim perſona procedens diſtinguitur re ipſa à producente, ita & ipſa proceſsio; & tam perſona procedens, quàm proceſsio ſunt eadem res, quæ eſt potentia, ſcilicèt diuina eſſentia; ergo vel hæc potentia eſt realis comparata cum vtroque, vel cum neutro collata eſt realis; cum vtriuſque ſcilicèt proceſsionis, & procedentis, per ſe æqua ſit vnitas cum potentia, & æqua diſtinctio à perſona producente.

Obiectio.

Quòd ſi obijcias non eſſe dicendum, proceſsionem procedere à potentia: id concedimus;

Reſponſio.
Proceſsio nō aptè dicitur procedere, ſed emanare.
Proceſsio diuina non dicitur emanare à potentia.
Ratio.
Tamen ea potentia eſt realis.
Ratio.

ineptè enim dicitur proceſsionem procedere; nam procedere ſignificat terminum operationis; ſed poſſet dici proceſsio emanare, ſicut & in rebus creatis dicimus actionem emanare ab agente: non tamen dicimus proceſsionē diuinā emanare à potentia; ne quis putet proceſsionem, & potentiam in Deo eſſe diſtinctam. Sed tamen non ideò potentia comparata cū proceſsione non erit realis; nam potentiæ reales dicuntur in ordine quoque ad operationes, & operationes dicūtur emanare à potētijs: ſicut ergo potentia, qua Filius Dei gignitur à Patre diſtinctus, idcircò eſt realis; ita & potentia eadē, à qua ducitur diuina proceſsio à Patre diſtincta, eandem ob cauſam eſt realis potentia.

9.
Oſtenditur. 2. De proceſsione quaſi actiua.
Generatio actiua eſt operatio potentiæ realis.
S. Thom.

Eodem autem pacto videtur dicendū potentiam generandi eſſe realem, etiam dum confertur cum generatione actiua; veriſsimum enim eſt generationem actiuam eſſe operationem realis potentiæ, non quòd emanet à potētia; ſed quia eſt operatio realis petita ab illa potentia reali, & ad illam reuocanda, tanquam ad formale principiū. Et hoc docet S. Tho. q. 41. art. 4. ad 3. ſecūdum illas actiones ſecundum quas aliquid diſtinctum producitur à Deo ſiue extra eſſentiam, ſiue intra eſſentiam, potentiam realem dici: ergo potentia cum ipſis actionibus com- A parata, realis dicitur: non ita tamē vt generatio actiua diſtinguatur re ipſa à potentia. Nam in cōdemnatione articulorum Guidonis Pariſijs facta, etiam hic error damnatur, Siquis dixerit generare in Deo eſſe realitèr elicitū; hoc eſt, generationē actiuā re ipſa produci de potētia generantis, hoc enim eſt realitèr elici.

Non tamē diſtinguitur re ipſa à potentia. Pariſijs damnatus error: ciens generare in Deo eſſe realitèr elicitum.

10.
4. concluſio.
Potentia quæ eſt in Deo ex parte procedētis, vt procedat, eſt etiam realis.
Quidā aduerſantes de hac potentia quaſi paſsiua reijciuntur.

Hinc etiam poſſumus colligere, quòd potentia quæ eſt in Deo ex parte procedentis vt procedat, eſt etiam realis; quia eodē modo licèt ea potentia non diſtinguatur à procedente, eſt tamē potentia, qua procedit aliquid ab alio re ipſa diſtinctum. Qua in re quidam hallucinati B ſunt arbitrantes potentiam quaſi actiuā generationis, eſſe realem; potentiam verò quaſi paſsiuā, ſcilicèt quæ eſt in Filio, vt gignatur, non eſſe realem: etenim ſiue potentia actiua, ſiue paſsiua cōſideratur, inter perſonas eſt diſtinctio, & à perſonis potentia non diſtinguitur.

Confirmatio.

11.
S. Thom.

HÆc verò eſt S. Thom. ſententia ſatis apertè pronunciata q. 41. ar. 4. ad 3. vbi docet potentiam habere rationem C principij, eſſeq; realem potentiam, cùm per eius operationem procedit res diſtincta vel eſſentialitèr, vel perſonalitèr. Et in art. docet reſpectu actuum notionalium eſſe potentiā haud dubiè realem, vt ad 3. exponit. Neque verò q. 25. art. 1. ad 3. aliquid repugnans dixit; cum enim de Dei potentia creatrice diſputaret, docuit non eſſe in Deo realem potentiam ad operationem eſſentialē, quæ eſt diuina eſſentia; ſed ad effectus, qui ſūt extra Deum. De actionibus verò perſonalibus nullam intulit mentionem. S. D Thomam ſui etiam conſequuntur. Et eidem ſententiæ ferunt ſuffragiū, qui credunt potētiam notionalem non eſſe eſſentiam, ſed relationem perſonalem. In qua opinione eſt S. Bonauent. in 1. d. 7. q. 7. & Durand. q. 2. & alij; aiuntque, id quod eſt conſequens potentiam generādi, ſcilicèt ipſam relationem Patris, eſſe rem diſtinctam à Filio; quarè maximè eſſe potentiam realem. Sed nos cum S. Thoma potentiam notionalem dicimus eſſe naturam diuinam ſiue eſſentiam, & non diſtingui eam re ipſa à perſona procedente, & tamen eſſe potentiam realē, vt declarauimus.

Idem alibi negat potentiam realē ad operationes eſſentiales, nō ad perſonales.

Suffragantur *S. Bonauēt.* *Durand.* & alij putātes potentiā notionalem eſſe relationem perſonalem.

CAPVT XXV.

Argumenta refelluntur.

1. Obijciuntur *S. Cyrillus:* IN oppoſitum obijcitur primò auctoritas S. Cyrilli lib. 2. Dialog. de Trinit. qui negat in Deo ageneſiam, hoc eſt, generandi potentiam. *S. Ambroſ.* 1. locus: Sanctus itẽ Ambroſius libr. 4. de fide, cap. 3. potentiam hanc explicat per hoc, quòd eſt poſsibile Patrem generare; negat autem quòd ſit virtus aliqua ad generandum: 2. locus. & cap. 4. *Generauit*, inquit, *Pater, non generauit Filius. Quid hic inaequalitatis eſt? generatio enim paterna proprietatis eſt, nõ potentiæ.* *Ariſtot. & Commentat.* colligentes ex eo quòd actio æterna eſt pura, non habere potentiam diſtinctam. Quod idem videtur colligi ex Ariſtot. & Commentatore 12. Metaph. text. 30. aſſerentibus actionem æternam eſſe puram, & ideò non habere potentiam; ergo actio diuina non reuocatur ad potentiam.

2. 1. argum. Argumenta verò pro hac parte negante occurrunt nonnulla. Primò, potentia diuina reſpicit poſsibilia vt proprium obiectum; ſed poſsibilia ſunt res extra Deum, quæ poſſunt eſse & non eſse; ergo eorum quæ ſunt intra Deum, non eſt potentia.

3. 2. argum. Secundò, id quod eſt in potentia alterius, trahitur ab illa potentia ad extra, & diſtinguitur ab illa, & non eſt in actu quamdiù manet in potentia etiam actiua; ſed diuina perſona non trahitur à diuina potentia, quaſi ad extra traducta, neque diſtinguitur ab illa, ſemperque eſt in actu, & nuſquam in potentia etiam actiua; ergo nullo modo concedenda eſt potentia in Deo, quâ ſcilicèt perſona aliqua diuina producatur. Confirmatur. Et confirmatur, quoniam Eunomius hæreticus obijciebat hoc nobis aduerſus diuinam generationem, quòd ſi Filius generatur, oportet vt priùs ſit in potentia Patris, & indè quaſi emittatur; ergo ea potentia non eſt concedenda homini hæretico.

4. 3. argum. Tertiò, potentia ordinatur ad eſſe, ſcilicèt ad hoc vt det eſſe; cauſa autem quæ dat eſſe, eſt efficiens; ergo Pater qui non eſt cauſa efficiens Filij, non habet potentiam veram generandi.

5. 4. argum. Quartò, potentia perficitur per actũ; ergo ex propria ratione eſt quid imperfectum; ergo non eſt in Deo.

6. 5. argum. Quintò, Anima abſque potentia media viuificat corpus, qui eſt perfectiſsi- A mus modus, quo corpori communicatur eſſe & vita; ergo & Pater diuinus abſque vlla operatiua virtute, vel potentia cõmunicat ſuum eſſe Filio.

Sextò, arguit Aureolus. Ad actus eſſentiales non eſt potentia realis; ergo neque ad notionales. 7. 6. argum. Probatur conſequentia; quia cum potentia ſit ipſa eſſentia, ita indiuiſa eſt ab eſſentialibus, ſicut à notionalibus.

Septimò, ſic arguit. Potentia eſt principium producens operationem; quare neceſſe eſt, vt ab illa diſtinguatur: 8. 7. argum. cum B ergo eſſentia diuina non diſtinguatur ab actibus notionalibus, eſſe nequit potentia realis ad illos.

Octauò, Potentia eſt quædam perfectio; 9. 8. argum. non ergo vlla potentia conſtituenda eſt in Patre, quæ non ſimul in Filio, & Spiritu Sancto conſtituatur; ſed potentia generandi eſt in Patre, & non eſt in Filio, aut Spiritu Sancto; ergo nulla eſt ea potentia.

10. Vltimum. Vltimò, per eandem potentiam hypoſtaſis prima Deitatis poteſt eſſe Pater, per quam poteſt generare; ſed potẽtia qua poteſt eſſe Pater, non eſt virtus C aliqua, ſed ſola nonrepugnantia; ergo & potẽtia, qua poteſt generare non eſt virtus aliqua generatiua realis. Confirm. Et confirmatur, quoniam per eandem potentiam prima hypoſtaſis poteſt eſſe Pater, per quam ſecunda hypoſtaſis poteſt eſse Filius; ſed illa per quam prima hypoſtaſis poteſt eſse Pater, eſt ſola nonrepugnantia; ergo & iſta per quam ſecunda hypoſtaſis poteſt eſse Filius, non eſt realis potentia; ſed ſola nonrepugnantia.

Aduertenda.

11. 1. aduert. PRiuſquàm argumẽta refellamus, aduertẽdum eſt, quòd, poſsibile, nomẽ D eſt æquiuocum, dubiæq; ſignificationis: *Poſsibile accipitur primò pro contingẽti.* modò enim accipitur pro eo, quod poteſt eſse, & non eſse, quod dicimus contingens; & opponitur neceſsario, quod non poteſt non eſse: modò verò vt quid amplius, ac communius ſumitur, quod *Accipitur 2. vt commune continens neceſſarium, & contingens.* continet neceſsarium, & contingens; & ita omne neceſsarium eſt quoque poſsibile, vt docet Ariſtot. 2. Periherm. *Ariſt.* At verò S. Thom. q. 41. art. 4. ait poſsibile in neceſsario cõtineri, ſcilicèt actu, ſicut *S. Thom. ait poſsibile contineri in neceſſario, ſ. actu* animal continetur in homine; vtrumque enim eſt verum: ſed vt confuſum, & cõmune

Digitized by Google

munc animal continet hominem, ita diximus, quòd poſsibile contineat neceſſarium. Eſt itaque poſsibile quid cõmunius ad neceſſariũ & contingens; ideòq; omne neceſſariũ eſt etiã poſsibile. Quarè probè dixit Ariſtoteles in æternis id quod eſt poſsibile, eſſe quoque neceſſarium.

Ariſt.

12.
Potentia diuina ſpectat extra ſe poſsibile, quod eſt cõtingens: Intra ſe poſsibile, quod eſt neceſſarium.

Potentia verò ſpectat poſsibile, vt proprium obiectum; potentia ergo diuina quicquid poſsibile extra ſe ſpectat, illud poſsibile eſt contingens; ſed intra ſe reſpicit poſsibile, quod eſt neceſſarium.

13.
S. Thom.
Poſsibile dicitur:
Primò paſsiuè, pro eo qđ poteſt à potẽtia actiua emanare.
Secundò, vt ſignificat modum intelligẽdi, & in propoſitione modali cernitur.

Ad hæc autẽ illud etiã pertinet, quod S. Thom. docet 1. p. q. 41. ar. 4. ad 2. poſſibile duobus modis dici, ſcilicèt, poſsibile vt ſequitur potentiam paſsiuã; poſſibile enim hoc modo eſt id, quod poteſt à potentia actiua emanare, quod etiam in potẽtia paſsiua oportet inueniri. Aliud verò eſt poſsibile; quod non indicat potentiam paſsiuam, neque eſt id quod emanat ab actiua; ſed pertinet ad modũ intelligendi, & continet neceſſariũ: quæ enim neceſſaria ſunt, ſunt etiam poſsibilia: qua ratione poſsibile eſt quod poteſt non eſſe falſum, & ita dicitur poſsibile; & hoc pacto poſsibile eſt Deũ eſſe iuſtũ, quod tamen poſsibile à nulla potentia emanat. Et idem docet S. Thom. q. 3. de Potentia art. 1. & accepit ab Ariſtot. 5. Metaphyſ. text. 17. His autem aliud genus poſsibilis addẽdum eſt, de quo modò diſputabamus; quod non ſequitur potentiam paſsiuam, neque ab actiua emanat, cum non ſit res diſtincta; ſed neque eſt modus intelligendi, cum ſit poſsibile reali proceſsione. De quo S. Thomas docet q. 2. de Potentia art. 5. ad 3. eſſe aliquid poſsibile, quod eſt ſimul neceſſarium, & ſequitur potentiam, ſcilicèt non paſsiuam, neque actiuam propriè, vt cõprobauimus, ſed quaſi actiuam, quæ eſt notionalis potẽtia diuinæ proceſsionis. Hoc modo perſona diuina, quæ procedit, eſt poſsibilis, & proceſsio eius poſsibilis, & hæc poſsibilia reſpiciunt potentiam veram & realem; non actiuam & paſsiuam, quia in Deo non eſt actio, & paſsio; ſed quaſi actiuam & quaſi paſsiuam, vt explicatum eſt. Et ita poſſumus interpretari S. Thomã in 1. p. quòd poſſibile ſequitur potentiam paſsiuam, aut quaſi paſsiuam, vel etiam eſt ipſa potentia paſsiua: nam materia prima eſt poſſibilis; non quòd ſequatur potentiã paſ-

Exemplum.

Idem.
Ariſt.
His additur poſsibile quod ſequitur potẽtiam quaſi actiuam, & quaſi paſsiuam.

S. Thom.

Exemplũ perſonæ, & proceſſionis diuinæ.

Idem.
Itẽ aliud poſſibile eſt ipſa potentia paſsiuæ, ſcil. materia prima.

A

B

C

D

ſiuam, ſed quia ipſa eſt prima potentia paſsiua. Et ita ſunt duo genera poſsibilium, vt cum S. Thoma loquamur; alterum quod ſignificat modum intelligendi, & in propoſitione modali cernitur; alterum quod ſequitur potentiam paſsiuam, aut quaſi paſsiuã in Deo; aut quod eſt ipſa potentia paſsiua, quæ eſt materia prima.

Hæc poſsibilia duplici genere cõtinentur Primũ, quod ſignificat modũ intelligẽdi Secundũ quod ſequitur potẽtiam paſsiuã, aut quaſi paſsiuam, aut eſt ipſa potẽtia paſſiua.

Scire etiam opus eſt, quòd potentia aliquando impropriè dicitur, non vt ſignificat virtutem actiuam, aut paſsiuam facultatem, ſed ſolummodò veritatem propoſitionis; hæc enim eſt vera, Socrates poſsibiliter eſt homo: hæc ergo veritas ſignificatur cum dicimus in Socrate eſt potentia, vt ſit homo; neque enim ea eſt, aut actiua, aut paſsiua potentia, ſed quædam poſsibilitas per hæc verba ſignificata, quæ potiùs dicitur poſsibilitas, aut nonrepugnantia, quàm potentia.

14.
2. aduert.
Potentia impropriè, pro poſsibilitate, ſeu nonrepugnantia.

Aureolus igitur apud Ioannem Capreolum in 1. diſt. 7. hanc potentiam poſuit in Patre vt generet; quia nihil repugnat, vt generet, ſicut neque vt ſit Pater. Quam tamen opinionem, eo quòd omninò euertit diuinam virtutem generatiuam, quæ non eſt ſola nonrepugnantia, ſed virtus perfectiſsima; arbitramur eſſe in fide periculoſam, vt docuimus. Si verò concedas virtutem generandi, quà Pater generet perſonam rè ipſa diſtinctam; contendas tamẽ eam potentiam non debere dici realem potentiam, eò quòd non diſtinguatur ab operatione: minus erratum erit; ſed itur in aliam ſuſpicionem hæreſis, dum enim eam virtutem appellas potentiam rationis, videris deflecti in hæreſim Sabellianam, quæ ponebat diuinas proceſsiones non eſſe reales, ſed rationis duntaxat. Gregorius autem in primo diſt. 7. diuerſã viã ab eadem veritate diſcedit, eò quòd neget etiam diſtinctionem rationis inter proprietates, & perſonas: ideòque etiamſi admittat potentiam generandi, eam nullo modo à perſona generãte diſtinguit. Neceſsariò autem potentia generandi non eſt, vbi neque generationem à generãte ratione ſaltem diſtinguimus: neceſsè eſt ergo non modò potentiam generandi in Deo cogitare, ſed eam quoque cogitando diſtinguere à perſona quæ generat, contra Gregorium.

15.
Aureoli ſẽtẽtia ponit tãtum hanc nõ repugnãtiam in Patre vt generet.

Eſt periculoſa in fide.

Explicatio huius ſententiæ virtutem generatiuam appellans potentiam rationis deflectit in ſuſpicionem hæreſis Sabellianæ.

Gregorius negat potentiam generandi, etiam ratione diſtingui à perſonis.

Refellitur.

Digitized by Google

16.
3. aduert.
S. Thom.

Adhùc notandum, quod S. Thom. de potentia q. 2. art. 2. ait ad potentiam per ſe pertinere operationem, non verò terminum operationis; quia operationes aliquæ immanentes ſunt abſque termino: & hæc quidèm vera ſunt, vt liquet. Sed tamen ad potentiam realem horum alterū ſatis eſt, ſcilicèt, vt terminus productus ſit diſtinctus, ſiue vt operatio ſit diſtincta ab operāte: nam potentia creādi realis eſt; actio tamen creandi eſt diuina voluntas; in re autem creata non eſt actio antecedens rem, vt S. Thom. admonet 1. p. ergo actio creandi non eſt res diſtincta ab operante; & tamen potentia eſt realis; quia res producta eſt diſtincta ab operante. Poſſumus autem breuitèr hoc ſancire, quòd potentia realis eſt, à qua eſt emanatio realis; nam etiā à potentia creandi eſt realis emanatio ad hunc ſenſum, quòd res creata verè eſt à Deo, & verè emanat à Deo, etſi actio ab agente non ſit diſtincta. Itaque in rebus creatis, vel emanatio, vel res producta diſtinguitur non ſolùm à producente, ſed etiam à virtute producentis; quia effectus habet aliud eſſe à cauſa: in Deo autem res producta diſtinguitur à ſolo producente, non à virtute, ſeu potentia producentis.

Ad potentiam realē ſatis eſt diſtinctio operationis, vel ſaltem termini.
Exemplū potentiæ creandi.
S. Thom.
Actio creandi, quæ eſt diuina volitio efficax, nō eſt diſtincta ab operante, vt explicatur capit. 4. p. 2. n. 2.
In Deo res producta diſtinguitur à ſolo producēte, nō à virtute, ſeu potentia producentis: In creatis etiā à virtute.

17.
4. aduert.

Illud vltimum ſit, quòd potentia etiā realis ex propria ratione non ordinetur ad eſſe, hoc eſt, ad hoc, vt det eſſe rei, quod eſt efficere; ſed ad hoc vt aliquid ab illa procedat; quòd ſi illud ſit ſecundum eſſe diſtinctum, vt in effectis creatis, tunc potentia ordinatur ad eſſe effectus; potentia autem diuina non ordinatur ad aliud, ſed reſpicit aliud. Si verò id quod procedit, ſecundum eſſe ſit idē cum principio, vt in diuina proceſsione confitemur, illa potentia non reſpicit eſſe, tanquam ab ea procedat eſſe, quod eſt proprium cauſæ; ſed ſolùm reſpicit perſonam, quæ poteſt procedere. Et hoc ſatis eſt, vt ſit realis potentia, ex qua ſcilicèt verè procedit aliquid reali proceſsione, ſcilicèt perſona, licèt ipſum eſſe non procedat; neque enim eſſe Filij, quod eſt eſsentia, procedit à Deo Patre, ſed Filius procedit. Quamobrem Sanctus Thomas in primo diſtinctione quinta, quæſtione ſecunda, articulo 2. ad 2. rectè docet Filium non habere eſse poſsibile, ſicut neque pendens ab alio.

Ad potētiam realē ſatis eſt, vt ex ea procedat aliquid reali proceſsione, ſcil. perſona, licèt ipſum eſſe non procedat.

S. Thom.
Filius non habet eſſe poſsibile.

Reſponſio.

18.
Ad obiectionē *S. Cyrillus* negat ageneſiam, quā Eunomius ponebat quaſi efficientem virtutem.

Hac in quæſtione minimè nobis opponi poteſt S. Cyrillus, qui multis probat eſse in Patre generandi virtutem, & potentiam; hanc ergo non negat, ſed ageneſiam, quam Eunomius ponebat quaſi efficientem virtutem, ex qua Filius emitteretur. Sanctus verò Ambr. nititur oſtendere nulla re Patrem eſse excellentiorem, quàm Filium; quare negat virtutem generandi eſse potentiam, cui Filius ſubijciatur, quaſi potentiori: aſserit tamen generationem eſse à natura diuina, quo exprimit rationē principij formalis, & hoc principium formale eſt virtus generantis. Quod verò ait generationem eſse proprietatis non potentiæ, intelligit nomine generationis non ſignificari formalitèr potētiam, ſed proprietatem. Ariſtoteles verò rectè arguit, ex eo quòd actio æterna eſt pura, hoc eſt ſimplex, non eſſe ibi potentiam ab operatione diſtinctā, quod nos quoque aſſerimus. Itaque non eſt potentia realis in Deo ad operationes eſſentiales, quas Ariſtoteles ex naturali Philoſophia nouerat; ſed ad actus notionales, in quibus eſt realis emanatio, & rerum diſtinctio, iuxta acceptam fidem rectè ponimus realem potentiam.

S. Ambroſ. 1. locus negat virtutem, cui Filius ſubijciatur quaſi potentiori.
2. locus ſignificat nomine generationis nō ſignificari formalitèr potentiā ſed proprietatem.
Ariſtotel. & Cōment. nouerūt actus eſſentiales, nō notionales.

19.
Ad 1. arg.

Ad primum argumentum reſpondetur diſtinguendo minorem propoſitionem, quòd poſsibile ſit contingens; nam vbi eſt mutatio, & vera actio, & paſsio, illud eſt poſsibile quod habet paſsiuam potentiam, id verò poſsibile contingēs eſt, vt ait S. Thom. de Potentia q. 2. art. 1. ad 9. vbi autem non eſt mutatio, neq; paſsiua potentia, poſsibile eſt etiam neceſſarium. Ideò enim æterna in quibus mutatio non eſt, ſi poſsibilia ſunt, neceſſaria quoque ſunt; & hoc poſsibile reſpicit potentia generatiua in Deo, ſiue ſpiratiua.

S. Thom.
Vbi non eſt mutatio, neq; paſsiua potentia, poſsibile eſt etiam neceſſarium.

20.
Ad 2. arg.

Ad ſecundum reſpondetur diſtinguēdo maiorem propoſitionem, nam potētia cui accidit operatio eſt imperfecta, & id quod eſt in ea potentia, eſt contingens; quia poteſt eſſe, & non eſſe; & priùs eſt in potentia, quàm in ſe ipſo, & indè trahitur extra potentiam, & diſtinguitur ab ea. At verò potentia generandi in Deo non poteſt ab actu generādi ſeiungi; imò id quod producitur per iſtam potentiam, ſcilicèt Filius, eſt ipſa potentia; non ergo priùs eſt in potentia quàm in

Id quod prius eſt in potentia, quàm in ſe ipſo, trahitur extra potētiā.
Filius eſt ipſa potentia qua generatur.

Digitized by Google

Eunomij hæreſis.

in ſe ipſo: Eunomius ergo exiſtimabat virtutem generandi in Deo quaſi efficientem, quam neceſse eſt diſtingui à re producta, & rem productam ex non ente fieri, & priùs in virtute efficiente contineri: quare rectè colligebat genitum eſse rem creatam; ſed nos antecedentia negamus.

21.
Ad 3. argum. ex 4. aduert.

Ad tertium negatur maior propoſitio, quòd omnis potentia realis ordinatur ad eſse, vt explicatum eſt; quia Deus Pater ita dat eſse Filio, ſicut dat illi naturam, cum natura ſit ipſum eſse; & non dat illi eſse, vt cauſa efficiens producendo naturam, cui det eſse, neque ab hac potentia procedit eſse Filij, ſed Filius.

22.
Ad 4. argum. Reſpond. 1.

Ad quartum reſpondetur diſtinguendo cum S. Thoma; ea enim potentia per actum perficitur, quæ ab illo diſtinguitur re ipſa: at virtus diuina generandi eſt ipſa generatio, & ideò non perficitur per actum. Secundò reſpondetur, quòd actus notionales non perficiunt potentiam: quia eadem eſt perfectio potentiæ, & actus; ſicut eadem eſt perfectio relationis, & eſſentiæ, vt libr. 3. dicemus. Quare neque ad eum modum, quo intelligimus attributum eſſe perfectionem diuinam, concedimus generationem eſſe perfectionem potentiæ generantis. Sed etſi eſſet eius perfectio, non efficitur vt potentia imperfecta ſit; ſed quòd imperfectè cognoſcatur à nobis, qui cognoſcimus potentiam quaſi diſtinctam ab operatione, cum re ipſa non diſtinguatur.

Reſpond 2. Actus notionales non perficiunt potentiam.

Reſpond. 3. Res cognita ſine ſua perfectione cognoſcitur imperfectè, ſed nõ eſt imperfecta.

23.
Ad 5 arg. Cõmunicare eſſe, nõ vt formam materię, ſed vt prĩcipiũ formale producentis quaſi actiuũ, eſt maxima perfectio.

Ad quintum reſpõdetur negando antecedens, perfectiſsimum modum communicationis illum eſſe, quo anima viuificat corpus: nam anima cõmunicat eſſe, & vitã corpori formalitèr, vt forma eius; at verò eſſe formã eſt imperfectio; quia forma eſt in materia: communicare autem eſſe vt principium actiuum, eſt maxima perfectio, & ad hoc requiritur virtus agentis. In diuina autem proceſsione principium formale producentis eſt quaſi actiuum, quod potentiam notionalem dicimus.

24.
Ad 6. arg.

In actibus eſſentialibus nõ eſt emanatio realis.

Ad ſextum reſpondetur negando illã conſequentiam, in Deo non eſt potentia realis ad actus eſſentiales; ergo neq; ad notionales: potẽtia enim dicitur realis, accepto nomine ab emanatione reali, cuius eſt potentia: ideòque ad operationes eſſentiales in Deo nulla eſt potẽ-

A tia realis, ſicut neque realis emanatio; benè tamen ad actus notionales, in quibus realis emanatio inuenitur, vt diximus: quamuis ergo iſta potentia, non ſit diſtincta ab ipſa emanatione reali, qua vna perſona procedit ab alia, tamẽ quia emanatio realis eſt, potentia etiam realis eſt.

In notionalibus maximè, ac proindè potentia realis.

25.
Ad 7. argum.

Ad ſeptimum reſpondetur negando antecedens, quòd potentia ex propria ratione ſit principium producens operationem; ſed potentia creata hoc habet inſitum, quia eſt forma, vel inſtrumentũ B agentis, quod diſtinguitur ab effectu; cauſa enim efficiens ab effectu diſtinguitur ſecundum eſſe. Eſt ergo propria ratio potentiæ realis, vt ſit principium formale realis emanationis, vt diximus, quod confitemur de potentia generandi in Patre, licèt ea potentia non ſit res diſtincta ab eo, quod procedit, neque ab ipſa proceſsione.

Propria ratio potentiæ eſt, nõ vt ſit principium producens operationem, ſed vt ſit principiũ formale realis emanationis.

26.
Ad 8. arg. Potentia generãdi eſt perfectio infinita, ſed non addita alijs attributis.

Ad octauum reſpondetur concedendo antecedens, quòd potentia generandi eſt perfectio infinita: ſed non eſt perfectio addita alijs attributis: quare nulla deeſt perfectio in Filio, etſi potentiam C generandi non habeat. Et hæc eſt facilis ſolutio, & accurata, quam alio loco expendemus libr. 3. Sed hoc quoque libro commonſtrabimus potentiam, quæ eſt in Patre, eſſe quoque in Filio, & Spiritu Sancto mutatis relationibus.

27.
Ad vltim. Potentia quã prima hypoſtaſis diuina poteſt eſſe Pater, eſt non repugnantia terminorũ: quã verò generat, eſt virtus diuina. Oſtenditur.

Ad vltimum reſpondetur negando maiorem propoſitionem, quòd per eandem potentiam, qua prima hypoſthaſis poteſt eſſe Pater, generet Filium; potentia enim qua prima hypoſthaſis poteſt eſſe Pater, eſt non repugnantia terminorum; qua verò poteſt generare eſt virtus diuina: nam ſiue nomen hoc, Pater, ſignificet hypoſthaſim, ſiue ſolam relationem D præciſam; ad neutrum horum pertinet potentia propriè, quæ eſt virtus, ſiue facultas quædam; neque enim per potentiam, eſt perſona, aut relatiuum: generare verò eſt quædam operatio, quæ per potentiam exercetur. Cum verò dicimus generationẽ actiuam duci à potẽtia reali, non ſignificamus eã produci per potentiã, ſed ad potentiã pertinere, vt propriam operationem potentiæ. Et hæc cogitata ſunt digna Theologo. Negatur ergo quòd eadem potentia ſit Pater, & qua generat; illa enim eſt non repugnantia, iſta verò virtus diuina.

Generationẽ actiuam duci à potentia, nõ eſt ab ea produci, ſed ad eã pertinere, vt propriam operationem.

Ad confirm. Secunda hypoſtaſis poteſt eſſe Filius, nō per ſolam nō repugnantiā, ſed per potentiam Patris generantis.

De Filio ambiguū eſt hoc aſſertum.

Secūda hypoſtaſis poteſt eſſe Filius per eādem potentiā qua gignitur.

Ad confirmationem reſpondetur, quòd ſecunda hypoſtaſis diuina poteſt eſſe Filius, non ſolùm per non repugnantiam terminorum, ſed per potentiam Patris generantis: Pater autem non poteſt eſſe Pater per potētiam ſuam generatricem, ſed per ſolam non repugnantiam. Quare hoc aſſertum de Filio ambiguum eſt; ſi enim intelligamus ſecundam hypoſtaſim poſſe eſſe Filium per eandem potentiam, qua gignitur, ſcilicèt per virtutem generatricem Patris, hoc verum eſt, quia ſicut per illam poteſt gigni, ita per eandem poteſt eſſe Filius, ſicut & per eandem poteſt eſſe Deus: omnia enim B hæc enunciata ſunt vera. Si verò intelligas, quòd per eandem potentiam, ſcilicèt non repugnantiam, poteſt eſſe Filius, per quam gignitur; hoc falſum eſt, quia non repugnantia impropriè dicitur potentia, virtus autem generandi eſt propriè potentia. De Patre verò non eſt ambiguum proloquium, ſed vna ſignificatione falſum, quòd per eandem potentiam, ſcilicèt non repugnantiam, qua poteſt eſſe Pater, poſſit generare: eſt enim diuerſa potentia, alia impropriè dicta, quæ eſt non repugnantia; alia virtus & vis naturalis gignendi, vt diximus. C Alij reſpondent Patrem per potentiam generatricem poſſe eſſe Patrem; ſi nomē Pater ſignificet ſolam relationem, quæ fundatur in potentia; quia generatio actiua eſt fundamentum relationis; & ita per ipſam generationem quaſi per fundamentum, & per potentiam generatricem vt per fundamentum remotum, poteſt eſſe Pater: Filium verò aiunt etiā vt hypoſtaſim, poſſe eſſe Filium per potentiam Patris, ſcilicèt per virtutem qua Pater generat perſonam Filij. Sed de ipſo fundamento relationis diſsiduum eſt D inter Doctores, quod libro tertio diſputabimus. Quòd ſi nomen hoc, Pater, accipiatur pro perſona, falſum omninò eſt per potentiam generatricem eſſe Patrem.

Aliorum reſpōſio Patrem pro ſola relatione, poſſe eſſe Patrem per potentiam generatiuā, non pro hypoſtaſi.

Filium etiam pro hypoſtaſi poſſe eſſe Filiū per eam potētiam.

Expenditur quod ait relatione Patris.

CAPVT XXVI.

Potentia notionalis eſt diuina natura addita relatione.

Caput habet partes tres.

Prima pars. *Potētia notionalis eſt ipſa diuina natura.*

Secunda. *Potentia notionalis eſt natura diuina, addita relatione.*

A Tertia. *Quomodò intelligatur potentia notionalis cum relatione addita natura.*

PRIMA PARS.

Potentia notionalis eſt ipſa diuina natura.

1\. Potētiam notionalem dicimus à qua actus notionales petuntur, hoc eſt, diuinæ origines, & proceſsiones, vt cap. proximo explanauimus: cūq; præſcriptum ſit eam eſſe realem potentiam; iam diſſerendum reſtat quid ea potentia ſit, naturanè diuina, an relatio, vel coniunctum?

2\. Aureolus ergo apud Ioannē Capreol. d. 7. videtur tollere potentiam notionalem ad actus notionales. Alij verò aiunt potentiam quidèm generandi realē eſſe in Patre; ſed ipſam relationem aiunt eſſe potentiam, & originem, & relationem, quibus auctor eſt S. Bonauēt. diſt. 7. q. 1. Durandus q. 2. Dionyſ. Carthuſ. q. 1. Henric. Gand. in ſumma art. 59. q. 2. & quodlib. 3. q. 3.

Aureolus iam confutatus.

1\. ſententia.

S. Bonauēt. Durand. Carthuſ. Gandau.

3\. Sed contraria ſententia, quòd potentia notionalis ſit diuina natura apud Theologos pleroſque comperta eſt, & liquet; potentia enim operantis eſt virtus quædam qua operatur; at verò diuina relatio non eſt virtus perſonæ, ſed proprietas: quod argumentum videtur efficaciſsimum. Nec minus habet pōderis id quo S. Thom. 1. p. q. 41. art. 5. in corpore ſententiam ſuam firmat: Agens enim communicat principium formale quo agit, & in eo principio formali aſsimilatur rei procedenti à ſe, vt generans rei genitæ; ſed perſonæ diuinæ non aſsimilantur, ſed diſtinguuntur relationibus; ergo relatio non eſt formale principium, quo perſonæ operantur etiam operationes notionales: nam etiam in ijs principium formale communicatur, ſcilicèt natura diuina, & in eo ſunt inter ſe ſimiles. Et adhùc idem ſtabilitur Ariſtotelis pronunciato communi, Vnūquodque agit, in quantum eſt actu, ſcilicèt exiſtens actu. Agens enim dat eſſe, dat autem quod habet; ideòque exiſtentia eſt ratio agendi; ſed natura diuina eſt ipſum eſſe perſonarum, ſcilicèt ipſa exiſtentia, vt catholicè confitendum eſt: ergo ipſa eſt operationis principium, & præcipua ratio operandi.

2\. & vera ſententia.

Probatur. 1. Diuina relatio non eſt virtus perſonæ, ſed proprietas.

Probat. 2. *S. Thom.*

Principium operans operationes, notionales, etiā communicat principiū formale quo agit, & in eo aſsimilatur rei procedenti; non verò diſtinguitur, vt in relationibus diſtinguūtur perſonæ.

Probatur. 3. *ex Ariſt.*

Exiſtentia eſt ratio agendi: Vnde exiſtentia diuina eſt principiū formale operandi ad intra.

Eſt

Digitized by Google

4. Aduertend. Principiū formale operationis in rebus materialibus eſt ſola forma, quæ communicatur.

Eſt autem aduertendum, quòd in agētibus quę materia conſtāt, ſola forma eſt operationis principiū, quæ dat eſſe ſuppoſito: natura autem ſpeciei, etſi dicatur forma totius quia eſt res habita à ſuppoſito aliqualitèr diſtincto, quaſi informās illud; non tamen tota ex omni parte eſt principium operandi, ſed ſola forma, quæ dat eſſe; quare ſola forma quoque communicatur; materiā autem diſtinguuntur generans & genitum: & homo etiam animam rationalem cōmunicat non producendo eam, ſed in corpus inducendo. In angelis autem quia forma ſubſiſtit, & non eſt in materia, forma eſt tota natura; vnde in angelis tota natura eſt operandi principium formale: Sed tamen angeli formam ſubſtantialē non communicant: quia non producunt alios angelos. Imò in opinione S. Thomę eorum forma eſt omninò incommunicabilis ſecundum numerum, & ſingularis.

In angelis tota natura, quæ eſt forma omninò incommunicabilis.

5. In Deo tota natura. In Deo potentia generandi, & ſpirandi, intellectus, & voluntas, ſunt ipſa natura diuina.

Ergo cum natura diuina ſit purus actus ſubſiſtens, neceſſe eſt, vt ſit ipſa tota operationis principium. Quinetiam etſi ponamus in Deo intellectum eſſe potentiam generandi, & voluntatem potētiam ſpirandi, vt dicemus; Deus tamen per naturā ſuam generat & ſpirat, quia etiam per naturam intelligit & diligit, vt declarabimus; quia omnia in Deo ſūt ipſa natura. Cum ergo fide Catholica edocti ſimus naturam diuinam eſſe communicabilem, ambigendi locus nō eſt, quin ipſa ſit communicationis principium. Si enim virtus maxima eſt, quæ perfectiones creatas communicat, haud dubium infinita virtus eſt, quæ infinitā naturam communicat, & ipſa virtus eſt ipſa natura; & eſſet imperfecta diuina virtus, niſi ſe ipſam poſſet communicare in diuinis proceſsionibus, quod poſtea docebimus. Cuius argumenti vis à S. Anſelm. argutè aperitur de proceſsione Spiritus Sancti, cap. 5. *Erit igitur diuina eſſentia in Spiritu Sancto nō de Deitate Patris, ſed de relatione, quod ſtultiſsimum eſt dicere.* Rectè quidèm; cū enim Spiritus Sāctus accipiat naturam à Patre, ſi quod principium formale in Patre cogitandum eſt, à quo Filius accipit, non de relatione accipit naturam, ſed de ipſa natura naturam accipit; aliàs relatio naturam communicaret: ſicut ergo relatio Patri non dat eſſe Deum,

Natura diuina eſt communicabilis; ac proinde operationis principium.

S. Anſelm.

Relatio nō eſt communicationis principium formale, ſed potius incommunicationis.

A ſed Patrem; ita & Spiritui Sancto non communicat eſſe Deum, neque ſe ipſam communicat, neque eſt communicationis principium formale, ſed potiùs incōmunicationis: virtus ergo, & potentia, quæ eſt ratio cōmunicādi, nō eſt relatio, aut proprietas perſonæ, ſed ipſa natura.

6. 1 conſectariū. Eſſentia vt eſt in Patre, diſtinguitur ratione ab ipſa eſſētia vt eſt in Filio. *Genebrard.* declarat exemplo puncti, quod idem eſt principium, & terminus lineæ.

Vnde colligimus, quòd eſſentia, vt eſt in Patre, diſtinguitur ratione ab ipſa eſſentia vt eſt in Filio; cum in Patre ſit potentia generandi, in Filio principiū formale geniti. Et iddircò Gilbert. Genebrard. ad Schegkium fol. 107. non indoctè dixit eſſentiam diuinam eſſe re

B vnum, & ratione multa; quia vt eſt in Patre, datur; vt eſt in Filio, accipitur; in Patre principium eſt, in Filio terminus: ſicut punctum eſt vnum, & ratione multa, quia eſt principium vnius partis lineę, & terminus alterius. Et ſicut ratio propria puncti non includit, vt ſit principium, aut terminus: ita neque ratio eſſentiæ diuinæ hæc in ſe includit; ſed additur vtraque ratio eſſentiæ addita relatione, vt dicemus; ita vt eſſentia in Patre ſit potentia generādi, & in Filio principium formale geniti: proprietas autem perſonalis, quam ille formam indiuiduam appellat, non eſt principium operandi, ſed duntaxàt conſtituit perſonam incommunicabilem.

Neutrā rationem includit ratio pūcti. Sic vtraque ratio principij, & termini additur eſſentiæ, addita relatione.

C S. Bonauent. & alij commemorati idcircò ſibi perſuaſerunt relationem eſſe potētiam notionalem, quia exiſtimāt potentiam realem neceſſariò diſtingui re ipſa à procedente. Ad cuius rei intelligentiam ſi animum attendamus, hoc ipſum potiùs iudicabimus attinere ad perfectionem potentiæ, vt non diſtinguatur à perſona genita ſiue procedente, vt obſeruat S. Thomas ad 1. Namq; per operationem communicatur forma agentis; quòd ergo communicetur forma diſtincta, euenit ex imperfectione virtutis, quæ non poteſt communicare

7. 2. ſententiæ fūdamētum.

Refellitur.

S. Thom. Quòd cōmunicetur forma diſtincta euenit ex imperfectione virtutis

D ſe ipſam. Bartholom. Torres q. 41. art. 5. ait per accidens eſſe, quòd res genita ſeu producta accipiat formam diſtinctā; quod quidèm de rebus creatis ſi aſſeratur, falſum eſt; per ſe enim eſt quòd res genita extra Deum diſtinguatur à generante in indiuidua natura. At verò de potentia vt eſt communis rationali potentiæ, & omnibus alijs potentijs, probè admodùm dictum eſt, per accidens eſſe ad

Solutio *Torres.* Ad rationem potētiæ creatę nō eſt per accidēs, quòd res producta ab ea diſtinguatur re ipſa. Ad rationē potētiæ vt ſic, ſeu in cōmuni, maximè,

Digitized by Google

ad rationem potentiæ vt ſit, quòd res producta diſtinguatur à potentia re ipſa: eſt enim vera potentia, ſcilicèt notionalis, in Deo, quæ non diſtinguitur re ipſa à perſona procedente, ſiue genita. Et eò maximè perfecta eſt, quia ſe ipſam communicat; vnde etiam vna & eadem eſt, non diuiſa, aut diſtincta. Non verò eſt imperfectio virtutis diuinæ, quòd extra ſe nō cōmunicetur in ipſa ſua vnitate indiuidua: neq; enim fingi poteſt, quòd extra ſe, ſe ipſam communicet; ſed intra ſe eadem eſt indiuidua vnitate, quæ eſt principium communicationis, & res cōmunicata; & ea eſt infinitè perfecta operatio, vt notat S. Thom. in qua principium, & terminus operationis idem omninò eſt; ſcilicèt, indiuidua natura: quare & potentia à qua ducitur iſta operatio, infinitè perfecta eſt. Videtur autem opinio S. Bonauent. ita intelligenda, vt non omninò excludat naturam diuinā à potentia notionali, id enim eſſet nō improbabile ſolùm, ſed parùm conſentaneum Patribus, & Concilijs, vt ſtatim dicemus.

Quòd Deitas extra ſe, ſe ipſā cōmunicet, fingi non poteſt.

S. Thom.

1. Sententia explicanda vt velit relationē ſimul, & naturā eſſe notionalem potentiam.

Confirmatio.

7. QVòd ergo natura diuina ſit potentia notionalis, ſiue formale principium notionalis operationis, probatur primùm ex Patribus, & Concilijs, quæ retulimus ſupra, in quibus hæc doctrina palàm pronunciatur, perpetuòque nominant virtutem generādi naturam ipſam diuinam, iuxta illud Pſalm. 109. *Ex vtero ante Luciferum genui te.* Et eadem veritas oſtenditur eò quòd Filius ſit genitus de ſubſtantia Patris; eſt ergo ſubſtantia, & natura generationis principium. Legendus eſt S. Auguſtin. 15. de Trinitate cap. 13. & S. Anſelm. Monolog. cap. 52. doctiſsimè id confirmat de Spiritu Sancto diſſerens. *Non ex eo*, inquit, *procedit in quo plura ſunt Pater, & Filius, ſed ex eo, in quo ſunt vnum: non ex relationibus ſuis, quæ plures ſūt, ſed ex ipſa eſſentia emittunt Pater, & Filius tantum bonum.* Et idem ſentit Richard. de S. Vict. lib. 6. de Trinitate cap. 2. Perſpicuum eſt etiā illud S. Ioan. Damaſcen. 1. fidei Orthodox. cap. 8. *Generatio eſt opus naturæ, non ſicut generantis, ſed ſicut eius, quo generat.* Eſt autem magnum momentum in verbis habitis à Ioanne illo clariſsimo in Cō-

Pſal. 109. *S. Auguſt.* *S. Anſelm.* *Richard.* *S. Damaſc.* *Ioan. in Cōc.*

A cil. Florent. ſeſſ. 18. *Dixi Filium ex Patre, & Patris ſubſtātia generari, idē ſignificare: ita tamen vt perſona ſit producens, & generās; principium autē quo ipſa perſona generet, ſit id quod ſolum cōmunicabile eſt.* Et infra. *Pater naturæ ſuppoſitum eſt, atque generans; diuina verò natura generatiuum principium.* Quæ doctrina etſi non ſit à Concilio definita, fuit tamen maximè accepta, & B quaſi conſenſu firmata. Vbi cernimus naturā principium generationis dici, & principium quo, & generatiuum principium: & rationem reddi, eò quòd ſit cōmunicabilis. Nullum ergo dubium debet eſſe apud Catholicos, quin natura diuina ſit generationis principium. Quarè qui aiunt relationem eſſe potentiam notionalem, videntur poſſe explicari quòd relationem ſimul, & naturam dicant eſſe notionalem potentiā; nam ſi ſolam relationem ponūt, parum conſentaneè loquuntur & Patribus, & Concilijs. Neque eſt probabilis ea opi- C nio, cum ſecundum fidem Catholicam perſona diuina procedat de ſubſtantia, & eſſentia. Vnde colligitur neceſſariò ſubſtantiam, & eſſentiam eſſe principiū proceſsionis. Contrariam opinionem aſſerentem proprietatem perſonalem eſſe potentiam notionalem improbat S. Thom. q. 41. art. 5. & Ioan. Scotus d. 7. q. 1.

Florent.

1. Sentētia niſi explicetur vt ſupra, parū cōſentanea eſt Patribus, & Concilijs.

Improbatur à S. Thoma & Scoto.

SECVNDA PARS.

Potentia notionalis eſt diuina natura addita relatione.

1. D DIſputandum iam eſt, quomodo eſſētia diuina dicatur notionalis potentia: Scotus enim in 1. d. 7. q. 1. commemorat quoſdam opinantes diuinam eſſentiam nulla adiectione, ſed ſolā ſuo conceptu proprio eſſe potentiam notionalem. Quæ eadem opinio tribuitur Magiſtro d. 7. cum ſequitur Grabriel. d. eadem q. 1. 2. & 3.

1. Sententia relata à Scoto.

Tribuitur Magiſtro & Grabrieli.

2. Verùm quòd addenda ſit relatio ad naturam, quā potētiam notionalem exprimamus, dilucidè exponitur, vel ex ipſa nominis notione: nam potentia generandi, verbi gratia, eſt potētia notionalis ad operationem notionalem, quæ eſt propria perſonæ, & non communis. Cum ergo potentia abſolutè dicta ſit cōmunis tribus perſonis, potentia autem notiona-

2. & vera ſententia: Potentia notionalis præter naturā in ſui intelligētia includit relationem. Probatur.

Hæc potentia

eſt propria alicuius perſonæ.
Confirm.

notionalis ſit propria alicuius perſonæ, neceſſe eſt relationem addere, qua propria reddatur. Et confirmatur, quia potentia generandi eſt realis potentia, vt diximus; potentia autem realis diſtinguitur à re operata: cum igitur eſſentia diuina non diſtinguatur à genito, vt ſit potentia generãdi realis, neceſſe eſt addere relationem eius à quo genitus procedat, ſcilicèt, relationem Patris, inter quem & procedentem genitum eſt realis diſtinctio. Itaq; cæteræ potentiæ, quę per ſe ipſas diſtinguuntur à rebus operatis, nullo addito poſſunt intelligi, vt reales potentiæ, vt in rebus creatis potentia generandi, & potentia calefaciendi: Sed in Deo non poteſt intelligi potentia generãdi, niſi addita relatione eius qui gignit, à quo genitus diſtinctus procedit. Et hæc eſt Doctorũ haud diſcors ſententia.

Potentia realis diſtinguitur à re operata.

Cæteræ potentiæ nullo addito, poſſũt intelligi vt reales, potentię in Deo potentia generandi non niſi addita relatione generantis.

3. Huius ſecundę ſententię 1. explicatio, naturam eſſe principiũ formale operationis pręcipuum, relationẽ quaſi proximum.

Eorum autem qui relationem addũt potentiæ notionali, quidam eam interpretantur eſſe quoque virtutem quaſi actiuã, vt natura ſit principium formale præcipuum, relatio verò ſit principiũ formale operationis, quaſi proximum. Hæc opinio facilè refellitur: ideo enim admittunt naturam diuinam eſſe principium formale operationis notionalis, quia eſt communicabilis; agens enim communicat formam: ſed quicquid habet rationem formalis principij, eſt id, quo agens agit, quo ſibi aſsimilat paſſum, & quod ei communicat: ergo potentia, ſiue virtus, aut principium, ſiue primum ſit, ſiue ſecundum & proximũ, eſt communicabile & non proprietas, ſed natura, vel qualitas agentis. Et confirmatur: quia principium formale proximum, quod dicitur virtus, ſiue facultas, dat eſſe agenti, & per illud agit quatenus eſt actu; ſed relatio non dat eſſe perſonæ diuinæ: ſola ergo natura quæ dat eſſe, eſt operationis principiũ, quod Ioannes prædictus in Concilio Florẽt. proculdubio declamauit. Sed adhùc infirmatur hæc opinio; quia eſſentia diuina eſt præcipuum formale principium operationis; intellectus verò eſt principium proximum generationis: abſurdè ergo adijcitur tertium principium relatio. Eſt etiã à ratione alienum, vt eiuſdem operationis aliud ſit principiũ formale abſolutũ, aliud relatiuum; ſi enim eà eſt operatio, vt operans relatione operetur, certè nõ operatur naturâ: quòd ſi naturâ operatur, quaſi formâ operãdi, nõ operatur relatione. Explicatur hoc: nam duplex vtcunque principium operationis, alterum præcipuum, alterum minùs præcipuum, concurrit ad terminum eundem; ergo ſi relatio & natura ſunt ſimùl operationis principium, relatio concurrit non ſolùm ad relationem, ſed ad naturam, ita vt natura ſit terminus per operationem relationis acquiſitus, quod eſt impoſsibile. Quod etiam refutatur, eò quòd relatio diuina nõ eſt principium formalis communicationis, ſed potiùs incommunicationis.

Refellitur 1. Principiũ formale quodvis eſt communicabile, ac proinde non eſt proprietas.
Confirmatur refutatio.
Principium formale proximum dat eſſe agenti, & per illud agit quatenus eſt actu.

Refellitur. 2. Intellectus diuinus, nõ relatio, eſt principiũ proximũ generationis.

Refellitur 3. Eiuſdem operationis principiũ formale non eſt aliud abſolutũ, aliud relatiuum.
Explicatur hoc.

Impoſsibile eſt naturã eſſe terminum per operationẽ relationis acquiſitum.
Refellitur 4.

Meritò ergo hæc opinio non veriſimilis cenſenda eſt, quę videtur imbibita à Gotfredo de fontibus quodlib. 6. quem Durand. refert. d. 7. q. 2. qui operationis notionalis duo conſtituebat principia, alterum eſſentiale, quòd eſſe dicebat communicationis principium formale; alterum relatiuum, quòd eſſet principium fomale productionis: hoc autem diſtingui à re producta; illud verò minimè.

4. 1 explicatio deriuata eſt à Gotfredo Eum refert Durandus.

Sed Gotfredus non ſubijciebat vnũ principium alteri, quaſi virtutem operationi proximam diceret eſſe relationem; principium verò præcipuum, eſſẽtiã: ſed duas operationes meditabatur, alteram communicationis, alteram productionis. Euerſo igitur fundamento Gotfredi, facili negotio ruit eius ſentẽtia: vna enim & eadem operatio notionalis eſt productio, & communicatio; quippecum neque communicari natura poſsit, niſi cum reali productione perſonæ; neque verò perſonam producere, aliquid aliud ſit, quàm naturam illi addere, & communicare; produci verò accipere ſit & communicari naturam; non duplex ergo eſt, ſed vna operatio eadẽque, quæ eſt communicatio, & productio. Sed in eo quoque errat, quòd exiſtimat principium formale productionis eſſe relationem; eſt enim principiũ quaſi actiuum ipſa natura operantis, & nõ proprietas, vt probatum eſt. Ab hac ſententia non diſcrepat Henricus in ſua ſumma art. 57. q. 7 & quodlib. 3. q. 3. exiſtimat enim eſſentiam, & relationẽ ſimul eſſe potẽtiã notionalem; eſſentiam enim eſſe principium aſsimilationis, relationem verò productionis principium; & cum aſsimilatio & cõmunicatio

5. 2. explicatio Gotfred. Hic non ſubijciebat vnum principiũ alteri, ſed duo principia, vt & duas operationes meditabatur, alteram communicationis alteram productionis.

Refellitur 1. Perſonã producere eſt dare, & cõmunicare illi naturam.

Refellitur 2. Principiũ quaſi actiuũ operantis eſt natura, non proprietas.
Eidem explicationi cõſentit Henric.

tio

Digitized by Google

tio eiuſdem principij ſit, ea in re cùm Gotfredo conſentit Henricus.

6.

3. Explicatio, eſſentiam & relationem ſimul,& æquè, eſſe potētiam notionalem. Alb. Magn. Richard. S.Tho. in 1. vt credit Caiet.

Alij ſunt qui eſſentiam,& relationem ſimul æqueque ſignificata dicāt eſſe notionalem potentiam. Ita credit Albert. Magn. d.7.q.2. & Richard. ibidem q.1. Quam opinionem fuiſſe alibi ipſius Doctoris Sancti credit Thomas Caiet. 1.p. q.41.art.5. ſed hoc infra expendemus. Eam ergo S. Thom. vbi proximè art.5. iiſdem argumentis infirmat, quibus & ſuperiores reiecimus; eò quòd relatio, cum ſit proprietas, non ſit principium formale communicationis, vt in rebus creatis intuemur. Si enim proprietas Socratis eſſet principium formale generandi, generaret Socratem, generaret inquam ſe ipſam, ſicut ignis ignem generat,& homo hominem; quia ignis,& homo cōmunicant formam, per quam generant.

Refellitur à S. Tho. 1. p. vt ſuperiores explicationes refutatæ ſunt.

TERTIA PARS.

Quomodo intelligatur potentia notionalis cum relatione addita naturæ.

1.

4. explicatio, relationē addi vt natura inde accipiat vim actiuam. Exemplum.

CErtiſsimum ergo ſit ita addendā eſſe relationem potentiæ notionali, vt operans non operetur per relationē additam,ſed per ſolam naturam; quod difficile eſt explicatu. Illud tamen probandum non eſt, quòd diuina natura in Patre reddatur generatiua, ad eūm modum, quo calor naturalis in fœmina habet aliquid actiuæ vis ad procreandum lac, quod in viris nō habet. Hoc, inquā, valde abhorret à ſaniori doctrina; nam cū tota vis generatiua ſit, qua Pater generat, tota eſt eſſentialis: ſed natura diuina nihil eſſentiale accipit à Patre; ergo non ad eum modum natura diuina in Patre generatiua redditur. Idemque vehementiùs probatur: quoniam natura diuina in Patre ſolam relationem habet additam; ſed relatio non eſt principium formale operationis præcipuum, aut minùs præcipuum, vt diximus; ergo natura non redditur in Patre generatiua, quaſi inde habeat vim generatiuam.

Confutatur 1. Tota vis generatiua eſt eſſentialis.

Confutatur 2. vehementiùs.

2.

5. Explicatio cōmunis Thomiſtarum, relationem addi vt conditionē ſine qua non.

Thomiſtarū cōmunis eſt explicatio, quòd relatio addita eſt cōditio ſine qua non (vt aiunt) Itaque natura eſt in Filio non generatiua, in Patre verò generatiua, quia paternitas eſt conditio ſine qua natura generatiua non eſt: & item Paternitas & Filiatio eſt conditio, ſine qua natura non eſt ſpiratiua, quæ eſt opinio Scoti d. 17. q. 1. Eam Bartholom. Torres cum alijs longè perſequitur. Sed neque ea commentatio ſatis placet; cōditio enim ſine qua non eſt aliquid, pertinet ad genus cauſæ, & quodammodò concurrit: natura autē diuina eſt ſe ipſa perfectiſsimum principium operationis etiam notionalis; quia operans per eam ſolam operatur, & nullatenùs per relationem.

Eſt opinio, Scot. d. 17. Eā perſequitur Torres. Refellitur. Natura diuina eſt ſe ipſa perfectiſsimū principium operationis etiā notionalis, independenter à cōditione, vel & cauſa.

3.

Sexta,& vera explicatio, S. Tho. 1.p. Scoti d.7.

Videtur ergo meliùs explicādum cū S. Thom. 1.p.q.41.art.5.cui conſentit Scotus d. 7. q. vnica, quòd potentia generandi, verbi gratia, ſignificat in recto naturam, & in obliquo proprietatē Patris; ita vt relatio ad hoc addatur, nō vt natura inde accipiat, aut vim actiuā, aut conditionem ſine qua non; ſed vt potentia reddatur propria iſtius hypoſtaſis,& nō alterius; potētia enim generatiua in Deo ſignificat naturam diuinā non abſolutè, ſed vt eſt natura Patris. Eſt ergo ſola natura qua Pater generat; ſed tamē ſicut ſolius Patris eſt generare, ita & ſolius Patris eſt generandi potentia; dum ergo additur naturæ proprietas Patris, natura Patris reddita eſt potentia generandi per hoc duntaxàt, quia eſt propria iſtius hypoſthaſis: natura ergo adiecta proprietate Patris, eſt potentia generatiua. Hoc idem explicatur, cū dicimus, Natura diuina provt eſt in Patre, eſt potentia generatiua; ſiue dictionem illam, provt, accipias reduplicatiuam, ſiue ſpecificatiuam, vt aiunt: ſignificatur enim non quòd proprietas Patris reddat naturam diuinam generatiuam, quaſi adijciat illi vim aliquam actiuam; ſed duntaxàt, quòd reddat eam propriam perſonæ, cui cōuenit generatio, & ita interpretamur provt eſt in Patre, hoc eſt, pro vt eſt propria Patris. Non habet ergo natura diuina virtutem à proprietate, ſed ipſamet eſt perfectiſsima virtus cū proprietate coniuncta. Hoc idem explicare conati ſunt, qui dixerunt, proprietatem eſſe conditionem ſine qua nō: eſt enim vera conditionata propoſitio, ſi eſt in Patre, eſt potētia generatiua; ſi nō eſt in Patre, non eſt,&c. Nos tamen cōditionem ſine qua non, ideo cauemus dicere; quia in phyſicis diſciplinis eſt quodammodo cauſa ſiue principium. Hæc autem

Relatio additur ſignificata in obliquo, vt potentia reddatur propria iſtius hypoſthaſis.

Explicatur. Natura provt eſt in Patre eſt potentia generatiua, hoc eſt, provt eſt propria Patris.

Hæc in re conditionatæ veræ ſunt. Si natura eſt in Patre, eſt potentia generatiua. Si non eſt,&c. Cauendum tamen nomē cōditionis ſine qua non.

Digitized by Google

autem dilucidiora erunt capite ſequenti in aduertendis.

4.
S. Thoma aſſerta quædã expenduntur:

1. Aſſertũ ex *lib. 1. ſent.* eſſentiã provt eſt paternitas, eſſe principiũ generandi. Item relationem eſſe ratio nem principij

S. Thom. in 1. d. 7. art. 2. docet quidèm, eſſentiam provt eſt in Patre eſſe principium generationis, vt modò diſputabamus. Sed hoc ita preſcribit, vt principium quo & formale ſit eſſentia, ſub ratione tamen relatiua. Et affirmat eſſentiam provt eſt paternitas, eſſe principium generandi; & eſt ibi ſui ipſius interpres adijciendo eſſentiam eſſe principium quo, ſed relationem eſſe rationem principij: ratio enim quare eſſentia ſit potentia generandi, quæ non eſt ſecundum ſe, relatio eſt; ergo relatio eſt ratio principij, ſiue potentiæ generatricis. Itaque relationem non dicit conditionem, ſed rationem principij, ſiue potentiæ.

2. Aſſertum ex *q. 2. de Pot.* relationẽ eſſe principiũ cointellectũ.

Et q. 2. de Potentia art. 2. ait relationem eſſe quaſi cointellectum principium, eò quòd eſſentia præciſa à relatione non ſit principium generandi; neque enim poteſt intelligi principium generandi, ſiue potentia, niſi adiecta relatione, vt docuimus.

5.
Impugnatur 1. Aſſertum.

Sed nihilominùs hæc verba vtraque obſcura ſunt; primum enim videtur falſum, quòd relatio ſit ratio principij; ratio enim principij maximè dicitur ipſũ principium quo formale: forma enim agendi eſt ratio agendi, & ratio cuiuſq; rei eſt eius completa quidditas; ratio enim cuiuſque rei dicitur ipſa forma ſignificata per nomen: Si igitur relatio eſt ratio potentię generatricis; non in obliquo, ſed in recto ſignificatur, & ipſa præcipuè eſt vis actiua, quod nos omnibus modis improbamus.

Impugnatur 2. Aſſertum.

Et alterum etiam videtur falſum, quòd relatio ſit principium cointellectum, hoc eſt, ſimul cum eſſentia intellectum; ſi enim ſit ſermo de principio formali quo, relatio nullo modo eſt principium: ſi verò loquendum ſit de principio quod generat, illud eſt perſona, non relatio; quia paternitas non generat, vt dicemus lib. 5.

6.
Aduertẽdum. *S. Thom. 1. p.* magis accuratè loquut' eſt.

Haud dubium eſt S. Thom. 1. p. magis acuratè fuiſſe loquutum, dum ait eſſẽtiam addita relatione paternitatis, ſiue eſſentiam provt eſt in Patre, eſſe potentiam generandi.

Ad 1. impugn. 1. Reſponſ. Fortè S. Doct. ibi conſenſit 3. explicationi

Et fortè in lib. ſent. credidit eſſentiam & relationem ſimùl eſſe potentiam generãdi; ad quod eſt conſequens, vt relatio ſit ratio potẽtiæ; quia per illam conſtituitur, quã remota eſſentia non eſſet potentia: Sed hanc opinionem iam reiecimus.

2. Reſponſio melior eſt, eũ minùs propriè loquutum in 1 p. primi aſſerti.

Quarè meliùs credendum eſt, non ita ſenſiſſe Doctorẽ Sanct. ſed dixiſſe minùs propriè eſſentiam provt eſt paternitas, hoc eſt, eſſentiam provt eſt in Patre, eſſe generatricem potentiam.

In 2. p. rectè dixiſſe relationem eſſe ratio nem potentię, non in recto, ſed in obliquo Declaratur.

Rectè autem dixit relationem eſſe rationem potentiæ, non in recto, ſed in obliquo; potentia enim generandi non intelligitur nuda eſſentia, ſed eſſentia in Patre; quæ relatio addita eſt ratio potentię in obliquo, pertinens quidèm ad rationem formalem potentiæ, ſed non in recto; quia in recto nomine potentiæ intelligimus formam, qua Pater generat, quæ eſt ſola eſſentia: ſed in obliquo potentia generandi includit in ſua propria intelligentia relationem Patris.

Ad 2. impugn Reſponſio vt ad 1.

Eadem ex cauſa dixit q. 2. de potentia relationẽ eſſe principium ſimùl intellectum, ſcilicèt principium formale quo, loquendo videlicet impropriè, vt id quod pertinet ad rationem principij dicatur principium. Et ita rectè dicit eſſe principium cointellectum; quia eſſentia non poteſt intelligi, vt potẽtia generãdi, niſi relatione adiecta.

Vt relatio in conceptu potentię generãtis, ſic ſcibile clauditur in cõceptu ſcientiæ, & tamen non eſt ſcientia.

Hoc autẽ quod dicim', in obliquo indicari relationẽ, ſic exponitur, quòd relatio non eſt potentia generandi, ſed clauditur in conceptu potentiæ; ſicut ſcibile claudit in conceptu ſcientiam, & tamen ſcibile non eſt ſcientia.

7.
1. Conſectar. *S. Thom.* Potentia generatrix eſt quid medium inter eſſentialia, & perſonalia.
Non eſt quid perſonale.
Nõ eſſentiale.

Quãobrẽ ſcitè dixit S. Th. in 1. d. 7. q. 2. potentiã generatricẽ eſſe quid mediũ inter eſſẽtialia, & perſonalia; nam etſi ſimpliciter ſit perſonæ illius propria, cui tribuitur; nihilominùs nõ eſt quid perſonale, ſi (vt moris eſt) relatiua dicamus perſonalia: nam potentia generatrix nõ eſt relatio, ſed eſſentia & abſolutum; neque verò inter eſſentialia numeratur, cum non ſit nuda eſſentia, ſed eſſentia addita relatione, neque ſit cõmune, ſed proprium; eſſentialia autem ſunt communia.

8.
2. Conſectar. Relatio addita eſſentię vt ſit potentia generandi, eſt forma hypoſtatica.

Aduertendum etiam eſt, relationem additam eſſentiæ, vt ſit potentia generandi, eſſe formã hypoſtaticam, de qua lib. 4. diſputabimus:

Oſtenditur. Potentia generandi præintelligitur addita relatione, ante generationem.

ordo enim cognitionis ibidem explicatus, hic eſt; primò intelligimus perſonam; deinde potentiã generandi; tertio loco generationem. Cum ergo potentia generandi antecedat generationem, & in illa antecedentia habeat id quod pertinet ad rationẽ potentiæ; iam præintelligitur addita relatione

latione perſonæ illius, cui eſt propria, A queę relatio eſt forma hypoſthatica. Et

Confirmatur.

confirmatur; quia in illa antecedentia potentia generãdi iam intelligitur propria illius perſonę; ergo iam intelligitur addita proprietate, quę eſt forma hypoſthatica, & ipſa eſt relatio, quam dicimus additam eſſentiæ pertinere ad rationẽ formalem potentiæ generatricis. Cum

Idem.

ergo S. Thom. 1. p. q. 41. art. 1. ad 3. ait potentiam generandi ſignificare eſſentiam in recto, & generationem in obliquo,

Explicatur.

conſiderauit potentiam in ordine ad actum, qui eſt generatio: ſed aliàs ſępius inueſtigans propriam rationem potentiæ iſtius ait eſſe eſſentiam addita relatione; non, inquam, addita origine, ſed addita relatione, quæ eſt forma hypoſthatica. De potentia verò paſsiua generationis poſteà dicemus. B

9.
3. conſectar. Eſſentia ſecundum ſe nõ eſt potentia generandi.
Hæc potentia ſumitur, 1. actiuè, 2. paſsiuè 3. impſonalitèr

Conſequitur etiam non eſſe dicendũ, quòd eſſentia ſecũdũ ſe ſit potẽtia generãdi. Quã quæſtionẽ vt enodemus, ſciendum eſt potentiam generandi dici tribus modis; Primò vt gerundium illud, generandi, accipiatur actiuè, ſcilicèt potentia, qua quis generat; ſecundo paſſiuè, potentia generandi, hoc eſt, qua quis generatur. C Tertiò imperſonalitèr, potentia generandi, hoc eſt, qua generatur, non indicando quis generet, aut quis generetur: ſicut dicimus, cænatur, non indicando quis cænet, aut quid cænet. Et hæc tradit S. Thom. d. 7. q. 2. art. 1. & q. 2. de Potentia art. 4. ad. 15.

S. Thom.

Quorundã opinio aſſerit 1. potentiam generãdi imperſonalitèr eſſe communẽ tribus perſonis

Aiunt ergo potentiam generandi actiuè, eſſe propriam Patris; paſsiuè, eſſe propriam Filij; imperſonalitèr, eſſe cõmunem vtrique: & hoc modò eſſentiã ſecundum ſe eſſe potentiam generandi. Hæc opinio duo continet, ſcilicèt potentiam generandi imperſonalitèr eſſe communem tribus perſonis; D & item eſſe eſſentiam ſecundum ſe.

Aſſerit 2. eſſe eſſentiam ſecundum ſe
Cõtra 1. aſſert. 1. Concluſio. Potentia generãdi nullo modò cõuenit Spiritui Sancto propriè loquẽdo. Probatur.

Illud primum videtur S. Thom. innuere eo loco. Sed ſi loquendum ſit propriè, potentia generandi imperſonalitèr non conuenit Spiritui Sancto; probatur, quia potentia generandi actiuè non conuenit niſi ei, qui poteſt gignere, & idcircò eſt propria Patris, vt aiunt; ſicut potentia generandi paſsiuè, non tribuitur niſi Filio qui poteſt gigni; potẽtia enim eſt qua quis poteſt aliquid: ſed Spiritui Sancto non cõuenit potentia, qua poſsit gignere, vel gigni; ergo nulla potentia generandi conuenit illi etiam imperſonalitèr. Neque enim eſt potentia in eo cui non conuenit actus potentiæ; omnis enim potẽtia refertur ad actum, vt docet Ariſtoteles 9. Metaphyſ. Et confirmatur, quia potentia generandi eſt eſſentia addita relatione gignentis, aut geniti; ſed neutra relatio eſt in Spiritu Sãcto; ergo neque potentia generandi.

Omnis potẽtia refertur ad actum.
Ariſtotel.
Confirmatur.

10.
Obiectioni occurritur.
Potentia generandi imperſonalitèr eſt cõmunis Patri & Filio, æquiuocatione vocis, non re ſignificata.

Verum eſt quòd potentia generandi imperſonalitèr eſt communis Patri, & Filio, æquiuocatione vocis; quia gerũdium illud, generandi, commune eſt voce tenus generanti, & genito. Vnde nõ colligitur eandem potentiam generandi, quæ eſt in Patre, eſſe in Filio; eſt enim eadem voce tenus æquiuocã, ſed in re ſignificata non eſt eadem potentia, ſed eſt in Patre potentia vt generet, in Filio vt generetur, qui ſunt duo actus potentiæ diuerſæ. Et idcircò S. Thom. 1. p. longè doctiùs dixit eam eſſentiam, quæ eſt in Patre potentia actiua, eſſe in Filio potentiam non paſsiuam, ſed ſignificatam voce paſsiua, vt generetur, quod poſteà exponemus. At verò in Spiritu Sancto nullo modo eſt generandi potentia, cum Spiritus Sanctus per eã potentiam nihil poſsit.

S. Thom.

11.
Cõtra 2. aſſert: 2. Concluſio. Eſſentia diuina non eſt ſecundum ſe potentia generãdi, etiam impſonalitèr. Probatur.
Fœcunditas nõ indicat aliquid proprium.
Confirmatur.

Id etiam alterum aſſertum eſt falſum, quòd eſſentia ſecundum ſe ſit potentia generandi etiam imperſonalitèr: nam eſſentia ſecundum ſe nihil indicat proprium: ſed generatio eſt quid proprium ſiue actiuè, ſiue paſsiuè; ergo non continetur nomine eſſentiæ ſecundum ſe. Illud autem attributũ, quod dicimꝰ fœcunditatem, non indicat aliquid proprium; & omnibus perſonis conuenit ſub eadem ratione, vt poſteà declarabimus; quare eſſentiale eſt, & eſſentiæ ſecundum ſe conuenit. Et confirmatur, quia potentia generandi eſt quid medium inter eſſentialia, & perſonalia, vt diximus ex S. Thomæ mente; ergo non conuenit eſsentiæ ſecundum ſe.

12.
4. conſectariũ

Eodem modo philoſophandum eſt de potentia ſpirandi, nam actiuè eſt propria Patris, & Filij additis duabus relationibus Patris, & Filij, vt in ſequentibus diſputabimus; paſsiuè autẽ eſt propria Spiritus Sancti.

Confirmatio.

13.

QVòd natura diuina addita relatione ſit potentia notionalis, ita vt natura

S. Thom. *Scotus.* *Ægidius.* *Richard.* *Marcil.* *Alb. magn.* *Altiſiodor.* *Ferrar.*

natura in recto, relatio in obliquo ſignificetur, vt aiunt Theologi, docet S. Thom. 1. p. & de Potentia q. 2. artic. 2. Ioannes Scotus d. 7. q. vnica, Ægidius q. 2. Richar. q. 1. Marcil. q. 11. Albert. Mag. d. 7. art. 2. Altiſiodorenſis lib. 1. cap. 6. q. 4. ad vltimum, & Franciſ. Ferrar. 4. contra gentes, cap. 13. & alij plurimi.

CAPVT XXVII.

Argumenta refelluntur.

1. Obiectio ex *S. Auguſt.*

VIdetur tamen poſſe nobis opponi contra id quod conſtituimus, potentiam, ſcilicèt, notionalem eſſe diuinā naturam, S. Auguſtinus 5. de Trinitate cap. 6. & 7. *Filius eo Filius, quo genitus*: ergo ſimilitèr Pater eo Pater, quo generat; ergo paternitate generat; ergo paternitas eſt potentia generandi.

2. 1. Argum.

Deinde arguitur non ſpernendis argumentis. Primò, quod eſt proprium rei cuiuſpiam conuenit ei per id, quo ea res à cæteris eſt diſtincta; ſed potentia generandi eſt propria Patris; ergo per paternitatem ei conuenit: ergo vel paternitas eſt potentia, vel ſaltem pars potentiæ.

3. 2. argum.

Secundò, eo modo ſe habet operatio perſonalis ad perſonam, quo eſſentialis ad eſſētiam; ergo ſicut ad operationem eſſentialem potentia eſt eſſentialis, ita ad perſonalem operationem perſonalis potentia, ſcilicèt ipſa proprietas perſonæ. Et confirmatur, quoniam potentia extra ipſum operans conſiderata, adhùc manet operatiua, vt calor extra ignē eſt virtus calefactiua; ſed eſſētia diuina præciſa à Patre non eſt generatiua; ergo neque in Patre generatiua eſt. Confirmat.

4. 3. argum.

Tertiò, id quod dat eſſe, dat quoque operari; forma enim quæ eſt principium formale vt res ſit, eſt quoque formale vt operetur; ſed paternitas eſt quaſi forma conſtituens Patrem, & dat illi eſſe: ergo eadem eſt illi operandi principium.

5. 4. argum.

Quartò, operationes diſtinguuntur ſaltē rationibus formalibus penes principia & terminos; ſed in geneneratione Filij, & proceſsione Spiritus Sancti non poſſumus oſtendere principia, & terminos diſtinctos, niſi relationes ſiue proprietates: ergo ex proprietates ſunt principia, & termini operationum.

6. 5. argum.

Quintò, potentia realis neceſſe eſt vt diſtincta ſit à re producta, ſed in Patre, verbi gratia, ſola proprietas, quæ eſt paternitas diſtinguitur à re producta, ſcilicèt à Filio: ergo ſola proprietas in Patre eſt realis potentia.

7. 6. argum.

Sextò, relationes diuinæ ſicut ſubſiſtūt, ita etiā ſūt ipſæ res operātes & operationis principia; cū ergo ſint productiuę, eædemque diſtinctę à re producta, in eis ſanè perfectè inuenitur tota ratio realis potentiæ; non autem in eſſentia, quæ non eſt diſtincta à re producta.

8. 7. argum. Difficile, & tritiſsimum.

Septimum argumentum difficile eſt, idque tritiſsimum. Potentia generandi ſi dicatur eſſe virtus ipſa diuina, aut vt aliqui credunt, omnipotentia ipſa; haud dubium, eſt quædam perfectio, eaque maxima: & non eſt in Filio; eſt ergo potentior Pater, Filiusq; minùs potens & perfectione aliqua priuatus.

9. 8. argument.

Octauò arguitur contra id, quo noſtra ſententia explicatur, quòd ſcilicèt eſſentia provt eſt in Patre ſit generatiua potētia. Nam dictio illa, provt, ſi ſit ſpecificatiua, exprimit rationem formalem potētiæ: eſt ergo ipſa proprietas cōpleta ratio generatiuæ potentiæ, quod aduerſarij conantur. Si verò ſit reduplicatiua indicās cauſā (reduplicatiua enim dictio cauſam ſignificat) ſanè proprietas erit ipſa cauſa, vel principium operandi: ſiquidèm in ſenſu reduplicatiuo eſſentia provt cōiungitur cū proprietate, eſt operandi principium; ergo modis omnibus omnique via dandum hoc eſt, quòd proprietas ſit potentia, aut pars ſaltem potentiæ.

10. 9 argum. Proſecūda explicatione *Gotfredi.*

Nonò, probatur quòd eſſentia, & proprietas ſint duo principia; nam in diuina proceſsione eſſentia cōmunicatur, & nō producitur; perſona autē producitur, & nō cōmunicatur; ergo nō poteſt vtrūq; præſtari operatione eadē, ſed diſtincta, ita vt alterius operationis principiū ſit eſſentia, alterius verò proprietas; eſſentiaque erit principium cōmunicationis, proprietas principium productionis.

11. Vltimum pro 1. ſententia.

Vltimò probatur, quòd ſola eſſentia præciſa proprietate ſit potentia rationalis. Quoniam ſola eſſentia eſt terminus formalis operationis notionalis; ergo ſola eſſentia eſt principiū formale illius; cū operatio ęquè reſpiciat principiū formale, & terminū. Et confirmatur ex verbis S. Auguſt. *Filius nō generat, nō quia nō potuit, ſed quia non oportuit*, ergo potētia generādi eſt in Filio, & eſt ipſa eſſētia Confirm. ex *S. Auguſt.*

tia cõmunis, etſi Filius non generet per illam.

Aduertenda.

12. 1. Aduertitur multiplex reſponſ.ad 7. arg.

1. Reſponſio.

Aliqui Doctores admittunt perfectionem in Patre, quæ non ſit in Filio.

Refellitur.

Loquũtur de perfectione relatiua.

Potentia generandi eſt perfectio abſoluta.

ANtequam ad argmenta reſpõdeamus,opus eſt præmittere quorundam opinionem, qui facilè permittunt aliquam perfectionem eſſe in Patre,quæ non ſit in Filio: quare apud eos infirmũ argumentum eſt potentiam generandi actiuam eſſe perfectionem,& idcircò eſſe quoque in Filio concedendam; negãt enim illam conſequentiam;rati eſſe aliquam perfectionem in Patre,quam non oporteat eſſe in Filio. Sed iſti Doctores loquũtur de perfectione relatiua, vt lib. 3. diſputabimus; Cum igitur potentia generandi indicet perfectionem eſſentialem & abſolutam, quæ eſt diuinũ attributum,vt diximus; & nefas ſit perfectionem eſſentialem,ſiue attributum eſſentiæ aliquod denegare Filio; magis anxiè inquirunt Doctores reſponſum ad quęſtionem propoſitam, quomodo ſit potentia in Patre, quæ non ſit in Filio?

13. 2.Reſponſ. concedens potentiã ad generandũ actiuam eſſe ſimpliciter in Filio.

Improbatur 1.

S. Auguſt. ſolũ dixit Filium non ideo non generare, quia non poteſt,id eſt,non ex defectu potentiæ.

Refellitur 2. ex Ariſtotel.

In Sp. Sancto eàdem ratione eſſet potentia generatiua.

Sunt qui reſpondeant potentiam ad generandum actiuam eſſe abſolutè, ac ſimplicitèr in Filio: Filium verò nõ generare;eò quòd alius Filius ſit impoſſibilis ;ſicut dixit. S. Aug.Filiũ non generare nõ quia non poteſt,ſed quia non oportet.Iſta tamen ſententia cauẽda eſt, neque vllus Patrum conceſsit Filiũ generare poſſe,cum tamen argumento vrgerentur; neque S. Auguſt.dixit Filium generare poſſe,ſed dixit Filium nõ ideo non generare, quia non poteſt, hoc eſt, non defectu potentiæ quæ infinita eſt in Filio. Obſiſtit etiam huic ſententiæ Ariſtotel.pronunciatum lib. de ſomno & vigilia,eius eſſe potentiam cuius eſt actus: quare ſi Filij non eſt generare,neque potentia generandi in Filio eſt.Neque verò hac via ijdem euadunt; niſi etiam dicant in Spiritu Sancto eſſe quoque potentiam generatiuam, quod eſt abſurdum, & inauditum, cum tamen vtriuſque æqua ſit ratio.

3. Reſponſio.

Eam tradit *Fr.à Chriſto*

Alij reſpondent potentiam quidèm generandi non eſſe in Filio, eò quòd ipſe habeat totam rationem adæquatam filiationis, ideoque filius alius non ſit poſſibilis; non verò eam potentiam in Filio deſiderari ex imbecillitate aliqua,aut imperfectione. Ita Franciſcus à Chriſto;& vera quidèm ait : ſed argumento non facit ſatis; nam ſi ea potentia eſt perfectio, nulla poteſt perfectio denegari Filio,aut Spiritui S.

Non ſatisfacit argumento.

4. Reſponſio *Caietan.*

Explicatur cõſentaneè ad *S. Thom.*

Thomas Caietan.ait eſſe potentiam generatiuam non ſimplicitèr potentiam, ſed ex parte, & ſecundum quid : hoc autem videtur ita explicandum,non quòd ſit imperfecta potentia, imò eſt in ratione potentiæ infinita;ſed quòd eſt potẽtia nõ ſimplicitèr alicui attributa,niſi addita proprietate,iuxta doctrinam S.Thomæ in 1.d.7.q.1.art.2. ad 3. alijs verbis explicatam,quam & 1. p.quæſt. 41.art.5.perſequitur.

Reijcitur: *Caietan.* falſè quoad modum loquendi

Potentia generatiua ſimplicitèr eſt pfectio, & potentia,ſed quæ nõ explicatur,nec ſimplicitèr alicui attribuitur,niſi addita proprietate.

Vera reſpõſio.

Eadem potẽtia eſt in ſingulis pſonis,ſed additis proprietatibus diſtinctis, quæ quidẽ nihil perfectionis adijciunt.

S. Thom.

Exemplum.

S.Ambroſ.

Dicendum igitur eſt potentiam generatiuam ſimplicitèr, & abſolutè eſſe perfectionẽ & potentiam, vt antea docuimus ; neceſſe eſt enim ſaltem verbis à Caietano hac in re diſſẽtire: ſed non eſt potentia quæ poſsit explicari,niſi addita proprietate, qua redditur propria generantis. Eadẽ ergo potentia eſt in Patre,& in Filio, & Spiritu Sancto, ſed additis proprietatibus diſtinctis,nam in Patre eſt vt generet,in Filio vt generetur,in Sp. Sãcto vt procedat;proprietates verò nihil perfectionis adijciunt. Proponit S. Thom. in 1.Sentent.& 1. p.quæſt.41.art. 6. ad ad primum, & quæſt. 42. artic. 6. ad 3. exemplum; nam eſſe Patrem,& eſſe Filium,idem eſſe diuinum eſt; Pater tamẽ & Filius diſtinguuntur: ita potentia vt generet,& potentia vt generetur eſt potentia eadem ; gignere autem & gigni proprietates diſtinctæ. Cui reſponſioni arridet S.Ambroſ.lib.4.de Fide,cap.1. *Cur*, inquit, *non iſte generauit? quia neque ille generatus eſt.* innuens hoc pertinere ad proprietates perſonarum, nõ ad potentiam, quæ eſt æqua in omnibus.

14. In exemplo diſcrimen.

Eſſe Patrem,& eſſe Filium ſignificant in recto relationem: nõ ſic potentia vt generet, & potentia vt generetur.

S.Thom.

Potentia generãdi actiua vt ſic, eſt propria Patris, ſolùm quoad id,quod additur in obliquo,& ſic eſt incomunicabilis

Eſt autẽ in exemplo diſcrimen, quia eſſe Patrem ſignificat in recto relationem, ſicut eſſe album ſignificat in recto accidens; & idcircò eſſe Patrem eſt omninò incommunicabile : potentia verò generandi actiua in recto ſignificat aliquid abſolutum & communicabile. Vnde S. Thom. ad primum,ait eandem potentiam eſſe in Patre & Filio, vtpotè communicabilem ; ſed non cum eadem relatione.Quare potẽtia generandi actiua vt ſic,eſt Propria Patris,nõ quoad id quod ſignificat in recto, ſed quoad id quod additur in obliquo: Et in eodẽ ſẽſu eſt incõmunicabilis potẽtia generãdi actiua,

Digitized by Google

Pater cõmunicat Filio potẽtiã, qua ipſe generat: non, qua Filius poſsit generare.

actiua, non quoad id quod in recto A significat, ſed in obliquo. Itaque cautè loquendum, vel diſtinguendum eſt; Pater enim communicat Filio potentiam, qua ipſe generat: ſed non communicat, potentiam, qua Filius poſsit generare. Nec ſequitur quòd aliqua perfectio eſſentialis ſit in Patre quæ non ſit in Filio: ſed quòd aliqua perfectio eſſentialis in Patre ſit coniuncta cum aliqua proprietate, ſiue relatione, cum qua non coniũgitur in Filio, quod eſt veriſsimum, & apud omnes Doctores compertum. Ergo eadẽmet perfectio, imò & potentia B eadem eſt cõmunis tribus perſonis, qua vna perſona generat, altera gignitur; duæ ſpirant, tertia ſpiratur. Qua etiam in re aduertendum eſt, quòd potentia actiua generandi non idcircò eſt perfectio eſſentialis quia actiua; nam eſſe actiuam pertinet ad proprietatem Patris, & non eſt perfectio eſſentialis: ſed quia eſt principium infinitæ communicationis, eſt infinita perfectio; quæ ratio perfectionis etiam in perſona procedente inuenitur, vt diximus.

Potẽtia actiua generandi nõ idcircò eſt perfectio eſſentialis, quia actiua: ſed quia eſt principiũ infinitæ cõmunicationis; quæ ratio perfectionis etiam in perſona procedente inuenitur.

16. 2. aduertendũ.

Deinde aduertendum eſt circa notas C quas reduplicatiuas vocant; quòd illa nota ſpecificatiua ſignificat rationẽ formalem, reduplicatiua verò indicat cauſam. Et quidẽm in ſpecificatiuis eſt regula, quòd ſi nota ſpecificans ſit in ſolo antecedente, conſequentia non eſt formalis; quia illa nota facit appellationem; verbi gratia, Deus odit hominem quatenùs impium, ergo odit hominem. Et hanc vocant conſequentiam ab ſpecificante ad ſimplicem; quia conſequens in quo non eſt illa nota ſpecificans, dicitur ſimplex propoſitio: tamen eſt bona conſequentia; ſi in conſequente terminus propoſitionis ille aſſumatur, qui erat ſpe D cificante nota deſignatus in antecedente, vebi gratia, Odit Deus hominẽ quatenus impium; ergo odit impium. In reduplicatiuis verò eſt regula, quòd ab illis ad ſimplices eſt formalis conſequẽtia, quocũque termino antecedentis in cõſequente vtaris, ſiue illo qui reduplicante dictione fuerat notat', ſiue altero qui illa nota nõ deſignabatur: verbi gratia, ignis quatenus calidus calefacit; ergo ignis calefacit; ergo calidũ calefacit: vtrũque enim ſequitur. Et hæc docet Ioannes Scotus d. 1. q. 2. & d. 2. q. 7. Dominicus Soto, & Auguſtinus Nymphus 1. Priorum cap. 48. & cum illis Thomas Caietanus 1. p. Fonſ. in inſtitut.

A ſpecificãte ad ſimplicem cõſequentia non eſt formalis. Ratio. Exemplum.

Eſt formalis, ſi terminus notã ſpecificante deſignatus in antecedente, aſſumatur in cõſequente.

Exemplum.

A reduplicãte ad ſimplicem eſt conſeq ẽtia formalis, quocunq; antecedẽris termino aſſumpto in cõſequente. Exemplum.

Scotus. *Sotus.* *Aug.* *Niph.* *Caiet.* *Fonſeca.*

17. Hæc propoſitio, Potentia generandi eſt eſſẽtia quatenus eſt in Patre, In ſenſu ſpecificatiuo ſeu formali, vera eſt. Oſtenditur.

Cum ergo dicimus potentiam generandi eſſe eſſentiam, quatenùs eſt in Patre; nota illa, quatenùs, vtroq; modo poteſt accipi: in ſenſu ſpecificatiuo eſt vera propoſitio; quia eſſe in Patre, etſi non ſit ipſa potentia in recto, tamen in obliquo pertinet ad rationem formalem potentiæ generatricis, vt diximus; quam rationem formalem indicat nota ſpicificatiua. At verò ſi nota eadẽ vt reduplicatiua ſumatur, etiã eſt vera propoſitio, quaſi in ſenſu cauſali: aduertendũ eſt enim quòd relatio facit, vt eſſẽtia quæ eſt cõmunis ſit propria iſtius, aut illius perſonæ; & ita quaſi in ſenſu cauſali relatio eſt cauſa, ſiue potius ratio, vt eſſentia ſit propria iſtius perſonæ. Cũ ergo potentia generãdi actiua in hoc ſita ſit, quòd ſit propria iſtius perſonæ, relatio quæ eſt proprietas iſtius perſonæ, quaſi in ſenſu cauſali eſt ratio à priori, vt eſſentia in Patre ſit potentia actiua. Quare etiam in ſenſũ reduplicatiuo quaſi cauſali, eſſentia provt in Patre eſt potẽtia actiua, & provt cum natiuitate coniũgitur eſt potentia paſsiua, vt explicauimus.

In ſenſu reduplicatiuo ſeu quaſi cauſali, vera eſt. Declaratur. Relatio eſt ratio, vt eſſentia in Patre ſit potentia actiua.

Reſponſio.

18. Ad obiectionẽ ex S. Auguſt. Reſpond. 1.

Reſpondendo ad argumenta negamus nos cum S. Auguſtino pugnare; Imò eſt S. Auguſtinus procul dubio in noſtra ſententia, vt cap. præcedente probatum eſt. At verò hoc loco recitato non legitur apud S. Auguſtinum, *eo Filius, quo genitus;* ſed *ideo Filius, quia genitus.* Quòd ſi legendũ probes id quod argumento proponitur; duntaxàt aſſerit, quod veriſsimũ eſt, Filium proprietate, non eſſentia eſse genitum, & Filium: eodem (inquam) genitum & Filium; eodẽ, hoc eſt, proprietate; ſtudioſus enim eſt S. Auguſt. vt proprietatem ab eſſentia diſcernat, cum hæc cõmunis ſit, illa verò prorſus diſtinguat.

Apud S. Aug. legitur ſic: ideo Filius, quia genitus. Reſpond. 2. Etſi legeretur, eo Filius, quo genitus: explicandum eſſet, eo, id eſt, eadẽ proprietate.

19. Ad 1. argum. Potentia generatiua eſt propria Patris per ipſius proprietatem.

Ad primum argumentum reſpondetur concedendo vtramque propoſitionẽ antecedentem; nam potentia generatiua eſt propria Patris, & ideo conuenit ei per proprietatem perſonalem qua diſtinguitur à Filio, vt argumentum probat: ea enim proprietas reddit potentiam generatiuam propriam Patris, vt diximus; non tamen ſequitur quòd

Digitized by Google

ea proprietas ſit potentia, aut pars potentiæ.

20. Ad 2. argum. Operationis eſſentialis principium quod operatur, eſt ipſa eſſentia: ſic perſonalis principium quod, eſt perſona, at principium formale quo, oportet eſſe cõmunicabile.

Ad ſecundum reſpondetur diſtiguendo antecedens, operatio enim eſſentialis comparatur cum eſſentia, ſicut perſonalis cum perſona ſecundum aliquid, & ſecundum aliquid non eſt ſimile. In hoc eſt ſimile exemplum, quòd operationis eſſẽtialis principium quod operatur, eſt ipſa eſſentia; & eodẽ modo operationis perſonalis principiũ quod operatur, eſt perſona: nõ tamen inde efficitur, vt operationis perſonalis principium formale quo, ſit proprietas perſonæ. Nam principium formale quo, oportet eſſe cõmunicabile, vt diximus: proprietas verò eſt potiùs incommunicationis principium; & in hoc non eſt exemplum ſimile. Ad confirmationem reſpondetur cõcedendo antecedẽs, quòd cæteræ potẽtiæ extra agens conſideratæ adhùc intelliguntur actiuæ, quia ab ipſis vt à principijs formalibus procedit aliqua res diſtincta: ſed negatur conſequentia, quòd ita intelligi oporteat notionalem potẽtiam; nam cum hæc potentia indicet ordinem realem ad perſonam procedentem, quę non procedit à potentia, ſed à perſona in qua eſt potentia; neceſſariò includitur in ipſa notione potentiæ illa perſona in qua eſt potentia, vt cap. antecedente notauimus; verbi gratia, potentia actiua generandi dicit ordinem ad Filium generandum, qui nõ gignitur ab ipſa potentia, quæ eſt eſſentia, ſed gignitur à Patre, in quo eſt iſta potentia, ideo in ipſa intelligentia generatricis potentię clauditur perſona Patris.

Ad confirm. Diſcrimen inter cæteras potentias, & notionalem.

Hæc dicit ordinem realem ad perſonam procedentem non ab ipſa potẽtia, ſed à perſona in qua eſt.

Exemplum.

21. Ad 3. arg. Reſpond. 1. Nõ omnis forma, quæ dat eſſe, eſt principium operandi. Reſpond. 2. Paternitas diuina non dat èſſe Patri, ſed eſſentia.

Ad tertium reſpondetur negãdo maiorem propoſitionem, ſi vniuerſim intelligatur, quòd omnis forma quæ dat eſſe, ſit principium operandi: ſunt enim multæ formę non operatrices vt liquet, quæ tamen dant eſſe. Negatur etiam minor propoſitio, quòd Paternitas diuina det eſſe Patri; eſſentia enim eſt quæ dat eſſe, non verò proprietas.

22. Ad 4. arg. In proceſsionibus diuinis ſunt principia formalia ratione diſtincta, ſcil. eſſentia, & intellectus ſimul, eſſẽtia, & volũtas ſimul.

Ad quartũ reſpondetur negando minorem propoſitionem; ſunt enim in proceſsionibus diuinis principia formalia ratione diſtincta: vnde etiam proceſsiones rationibus formalibus diſtinguũtur. Nam generationis principium formale nõ eſt ſola eſſentia, ſed intellectus ſimul; ſpirationis verò principium formale eſt eſſentia, & voluntas ſimul; intellectus autem & voluntas ratione diſtinguuntur. In terminis quoque formalibus ſua eſt diſtinctio rationis, quam ad finem libri explicabimus, & ſupra attigimus; Verbum enim quà Verbum, & Spiritus Sãctus quà amor, diuerſis rationibus explicant diuinam eſſentiam, ſcilicèt alter vt intelligibilis forma eſt, & alter vt diligibilis.

Sũt etiam termini ratione diſtincti.

23. Ad 5. argum. ex cap. 6. p. 1.

Ad quintũ reſpondetur negando maiorem propoſitionem, ſcilicèt pertinere hoc ad rationem potentiæ, vt ſit res diſtincta à re producta, quod capite antecedente ſatis diſputatum eſt.

24. Ad 6. argum.

Ad ſextum reſpondetur quædam cõtineri in illo antecedente neganda, quędam etiam permittenda; concedimus relationem diuinam eſſe ſubſiſtentem, & operantem: eſt enim relatio diuina ipſamet diuina perſona in ſenſu identico, quia non eſt res diſtincta. Ex quibus ſolummodò colligitur in ſenſu identico, quòd relatio diuina ſit principium quod operatur, non verò principio quo formale operationis; ſicut & perſona non eſt principium quo formale, ſed principium quod operatur. In ſenſu verò formali relatio vt relatio, non eſt productiua, ſed eſt forma hypoſtatica perſonæ producentis, & nullo modo eſt formale principium operationis. Itaque relatio vt ſic, non eſt vis actiua, ſed tota vis actiua, quæ eſt in perſona diuina eſt eſſentia diuina, & illa ſola eſt principium formale operationis.

Sicut perſona diuina eſt principium quod operatur, ita relatio in ſenſu identico.

In ſenſu formali relatio vt ſic, non eſt vis productiua, ſed forma hypoſtatica perſonæ producentis.

25. Ad 7. argum. ex aduert. Ad 8. argum.

Ad ſeptimum in notationibus reſpõdemus. Ad octauum reſpondetur, quòd illa dictio, prout eſt in Patre, explicat proprietatem, cum qua potentia generãdi eſt coniuncta; eſtque tàm in ſenſu ſpecificatiuo, quàm reduplicatiuo verũ illud aſſertũ. Potentia generatiua eſt eſſentia ipſa in Patre prout in Patre eſt; nam in ſenſu ſpecificatiuo explicatur ipſa proprietas cum qua potentia eſt coniuncta, quæ pertinet ad rationem formalem potẽtię in obliquo, vt explicauimus; non quòd eſſentia in Patre accipiat vim ipſam generatiuam; ſed quia in ſolo Patre ipſa eſſentia eſt vis generatiua, ſicut in Filio eſt potentia vt generetur, & in Spiritu Sancto vt procedat. Neque inde ſequitur, quòd proprietas ſit potentia generatiua, aut pars potentię. Imò nullo modo proprietas eſt potentia; ſed eſt neceſſariò cũ potẽtia coniuncta, & ideo neque

Proprietas pertinet ad rationem formalẽ potẽtiæ in obliquo.

Non eſt potẽtia, ſed neceſſariò cũ potentiã coniũcta.

Exemplum ſimitatis.

neque ratione poteſt ſeparari; ſicut ſimitas non ſeparatur à naſo, quæ eſt naſi curuitas, licèt ſit res diſtincta, & vnũ extra rationem alterius. Ita potentia generatiua eſt generantis potentia, & ideo non poteſt intelligi abſque proprietate generantis. De ſenſu verò reduplicatiuo iam diximus.

27. Ad 9. argum. Vna & eadem actione homo ab homine producitur, & nõ cõmunicatur: anima communicatur, & nõ producitur. Sic in Deo perſona producitur, non cõmunicatur: eſſentia cõmunicatur, nõ producitur.

Ad nonum reſpondetur non eſſe neceſſe vt actiones diſtinctæ ſint, quando aliud cõmunicatur, & aliud producitur: nam per hoc ipſum, quòd vna res producitur, alia communicatur etiam non producta; vnde generans hominem non producit animã, & tamen cõmunicat eã corpori. Eſt ergo vna, & eadem actio, ſcilicèt generatio hominis, qua producitur homo, & non cõmunicatur; anima autẽ cõmunicatur, & nõ producitur. Quid ergo mirum ſi affirmemus eadẽ diuina operatione communicari eſſentiam, & non produci; perſonam verò produci, & non communicari?

28. Ad vltimum Eſſentia nõ ſola, ſed coniũcta cum proprietate pſonę procedẽtis eſt terminus proceſſionis.

Ad vltimũ reſpõdetur negãdo, quòd eſſentia ſecundum ſe ſit terminus formalis proceſſionis; ſed eſſentia coniuncta cum proprietate perſonali perſonæ procedentis eſt terminus proceſſionis: ſicut enim eſſentia ſecundum ſe non eſt potentia notionalis, aut principium originis, vt docuimus; ita neque ſecundum ſe eſt terminus proceſſionis: vtriuſque enim eſt eadem ratio, vt argumentum commonſtrat. Ad confirmationem videtur poſſe explicari S. Auguſt. facillimo cõmentario; ea enim oportent quæ neceſſaria ſunt: ait ergo Filium non generare, quia non oportet, hoc eſt, quoniã id neceſſarium non eſt, cum vnigenitus infinita quadam natiuitate editus, totã ſubſtantiam habet genitoris. Non verò quòd non potuerit, ſcilicèt ex imbecillitate, vt ab Hæreticis obijciebatur.

Ad confirm. *S. Auguſt.*

Explicatur.

CAPVT XXVIII.

In perſona Diuina procedente eſt etiam realis potentia notionalis de qua procedit.

1. 1. quæſt. noua An ſit in perſona procedente realis potẽtia notionalis, vt procedat?

NOua adhùc quęſtio eſt de potentia paſſiua, Vtrũ in perſona diuina procedente ſit etiã potentia notionalis? verbi gratia, Vtrùm in Filio ſit potentia vera & realis vt generetur, & in Spiritu Sãcto ſit potẽtia vera, & realis vt ſpiretur?

2. Reſolutio affirmat. *S. Thom.* Declaratur. In Patre, & Filio potẽtia eſt eadem vnitate reali, ſed diſtincta ratione formali. *Idem.* Ratio efficaciſſima. Perſona procedẽs imperfecta eſſet abſque excellentia infinita diuinæ fœcunditatis, ſeu abſque notionali potẽtia vt procedat.

Dicendum igitur eſt in perſona procedente eſſe veram, & realem potẽtiam, vt procedat. Quod docet S. Thom. 1. p. q. 41. art. 6. ad 1. eandem ſcilicèt potẽtiam eſſe in Patre vt generet, & in Filio vt generetur; eandem, inquam, vnitate reali; quia aliàs ratione formali diſtincta eſt, & duplex potentia, alia quaſi actiua, alia quaſi paſſiua. Et q. 42. art. 6. ad 3. idem docet planiſſimè, ponit enim in Filio potentiam vt generetur, ſicut in Patre vt generet. Et hoc ipſum perſuademus efficaciſſimo argumẽto: nam potentia notionalis indicat in Deo infinitam quandam excellentiam, quæ eſt diuina fœcunditas; quod ſanè Patres indicant ſuperiùs enumerati, dum Deum infirmum confitentur, niſi poſſet gignere, & ſimilitèr infirmus eſſet, niſi poſſet ſpirare; ergo perſona procedẽs infirma eſt & imperfecta, niſi in illa ſit potentia vt gignatur, vel ſpiretur; decet enim perſonam procedentem iſta excellentia diuinæ fœcunditatis. Explicatur argumentãdi ratio; fœcũditas enim diuinę naturę ſumma eſt eius perfectio, & inter attributa numeratur, vt facilè Theologi cõſentiunt; ſed fœcunditas non eſt in perſona procedente, niſi in illa ſit realis potẽtia, qua procedat: ergo vel deeſt attributũ eſſentiale in perſona procedẽte, quod fingi non poteſt, nec licet ſuſpicari; vel omninò iſta potentia dignoſcẽda eſt in perſona procedente. Minor propoſitio cõmonſtratur; ſicut enim probamus potentiã actiuam generandi non eſſe in Filio; quia non poteſt gignere: ita confitẽdum eſt fœcunditatem naturæ non eſſe in ea perſona, quę nulla ratione eſt fœcũda: argumentum enim eſt à genere cauſæ formalis, quod eſt apertiſſimum; niſi enim Deus ſit bonus, bonitas in eo non eſt; ergo niſi Spiritus Sanctus ſit fœcundus, fœcunditas in eo non eſt. Ergo neceſſariò ponenda eſt in Spiritu Sancto vera, & realis potẽtia qua procedat; qua etiam fęcundus ſit procedendo, nõ minùs quàm Pater, & Filius ſpirãdo ſũt fœcundi.

Explicatur. Fœcũditas naturę diuinę eſt ſumma eius pfectio & attributũ eſſentiale.

Niſi Spiritus Sãctus ſit fœcũdus procedendo, fœcunditas in eo non eſt.

3. 2. quæſtio, Quid ſit iſta potentia realis in perſona procedente?

Sed iam explicãdum eſt, Quid ſit iſta potentia realis in perſona procedente? Et non erit difficile hoc indicare, quod quæritur. Primò ſtatim aduertere congruit, non eſſe in Deo potentiam paſſiuam phyſicam, quæ pertinet ad genus cauſæ materialis, vt libr. 1. docuimus: quare

Digitized by Google

1. Prænot. Potentia notionalis paſsiua dicitur grāmaticaliter tātū, & more loquēdi vulgari.

quare potentia notionalis paſsiua dicitur ſolo vſu grāmatico, & more loquendi vulgari; quia eſt potentia vt generetur; quæ vox dicitur à grāmaticis paſsiua. Deinde non minùs eſt ſcitum, quòd in cauſis phyſicis proprium eſt potentię actiuæ dare, & potentiæ paſsiuæ accipere, & in hoc dūtaxat potentia notionalis actiua, & paſsiua conuenit propriè cum phyſicis cauſis, quòd potentia actiua eſt principium dandi, & paſsiua eſt principiū accipiēdi; gignere enim eſt dare eſſentiam, & gigni eſt accipere; gignere eſt à potentia actiua, gigni verò à paſsiua. Attendamus igitur vtroque modo naturam eſſe communicabilem; nam ſicut communicabilis eſt, ea ratione qua poteſt dari; ita etiam eſt communicabilis, ea ratione qua poteſt accipi. Itaque ex parte geniti poſſe accipi naturam eſt eſſe communicabilem; ergo communicabilitas, quæ accipitur ex parte potentiæ paſsiuæ, non minùs eſt realis potentia, quā ea quæ accipitur ex parte potētiæ actiuæ: verbi gratia, in generatione rerum communicabilitas naturæ ex parte potentiæ actiuæ eſt, quòd ipſa natura poſsit dari, & quòd ſit principium præcipuum actionis, per quam datur, & quòd ſint in dante inſtrumenta operandi; ex parte verò potentiæ paſsiuæ, cōmunicabilitas eſt ipſa natura poſsibilis, ſecundum quam forma ſubſtantialis eſt in potentia materiæ, à qua poteſt educi per diſpoſitiones medias. Cū ergo in Deo Optimo concedendum ſit naturam diuinam non ſolùm poſſe dari à Patre, ſed poſſe accipi à Filio, vt fides docet, & ad finē libri diſputabimus; hoc ipſum poſſe accipi eſt quædam cōmunicabilitas diuinæ naturæ in perſona procedente, & eſt vera & realis potentia notionalis in Filio, vt gignatur, & in Spiritu Sancto vt ſpiretur.

2. prænotat. Eadem quatenus actiua, eſt principiū dādi: quaten' paſsiua, eſt principium accipiendi: Et in hoc duntaxat cōuenit propriè cū cauſis phyſicis.

Reſolutio. Ipſum poſſe accipi eſt cōmunicabilitas naturæ, & realis potentia paſsiua. Exemplum.

In generatione rerū cōmunicabilitas naturæ ex parte potentiæ paſsiuæ eſt ipſa natura poſsibilis, quatenus forma de potentia materiæ poteſt educi per diſpoſitiones medias.

4. 1. obiectio.

Sed ſunt duo quæ faciunt in re propoſita plurimum negotium. Primò, potētia paſsiua eſt aliquid imperfectum; & diuina eſſentia etiam ex parte geniti nō habet ſe per modum principij paſsiui, ſed formalis, vt poſteà docebimus: quare etſi in Patre meditemur potentiam quaſi actiuam generandi, non conſequitur, vt in Filio cogitemus potentiā quaſi paſsiuam; ſed ſatis erit vt dicamus illam communicabilitatem, de qua modò commentabamur, eſſe potentiam logi-

A cam, qua aliquid dicitur poſsibile. Præterea potētia paſsiua antecedit paſsionem, & omnis potentia antecedit actū, quia priùs intelligitur poſſe eſſe, quàm eſſe; eſſentia autem diuina ex parte rei genitæ antequam intelligatur natiuitàs, nihil habet, quod ſit propriū Filij: quare non poteſt intelligi, vt potentia paſsiua, qua Filius gignitur; ergo hæc potentia non antecedit ſuum actum, quod eſt impoſsibile.

2. obiectio difficilior.

5\. Pro reſponſ. ad 1. obiect. expenditur hoc axioma: Omni potētiæ actiuę ſubijcitur paſsiua.

Ad explicandum dubium primū pręmittamus aſſertum hoc valdè ſcitum, ſcilicèt B cuicunque potentiæ actiuæ ſubeſſe paſsiuam potentiam. Quod pronunciatum quidā ita moderantur, vt nō intelligatur de potentia creatrice, cui nō ſubeſt aliqua potentia paſsiua adęquatè. Et hoc quidèm verum eſt, non eſſe aliquod receptaculum adæquati effectus creatricis potentiæ: nam ipſum receptaculum, quod eſt materia prima, aut forma ſubſiſtens, non antecedit effectum, ſed eſt effectus ipſius potentiæ per creationem; quare primus ille effectus, ſcilicèt materia prima, & forma ſubſiſtēs nō recipitur in aliqua potentia paſsiua.

Suar. in met. d. 43 ſect. 2. limitat vt nō intelligatur de potētia actiua creatrice quoad effectū adęquatum. Ratio.

6\. Aſſertio. Omni omninò potētiæ actiuæ correſpondet paſsiua, ita vt hęc per illam accipiat eſſe. Fūdamentum. Aduert. Potētię actiuę creatæ ſubijcitur paſsiua antecedens actionem.

C Nihilominùs axioma illud perpetuò eſt verum, quòd potentiæ actiuæ ſubijciatur paſsiua, ita vt ipſa potentia paſsiua per actiuam accipiat eſſe. Cuius veriſsimi proloquij illa eſt ratio, quòd potentiæ actiuæ eſt dare, & paſsiuę recipere; dari autem & accipi neceſſariò ſunt connexa. In rebus verò creatis potentię actiuæ ſubijcitur paſsiua alio modo, ſcilicèt ita vt antecedat actionem; quia agēs finitum, neceſſariò operatur circa aliquod ſubiectū, & nō ex nihilo vt De⁹.

7\.

D Ex quibus colligimus recta philoſophandi ratione, ex eo quòd ſit in Deo quaſi actiua potētia notionalis, eſſe quoque quaſi paſsiuam potentiam.

8\. Ad 1. obiect. Potentia notionalis quaſi paſsiua cōcurrit ſolū p modum cauſę formalis, nō verò materialis. Probatur.

Ad obiectionē autē occurrimus dicendo, quòd ſicut in diuina proceſsione nihil ponimus actiuæ potentiæ, niſi hoc quod eſt dare; ita neque paſsiuæ potentię aliquid meditamur, niſi hoc quod eſt accipere; & ita ſicut illa potētia eſt quaſi actiua, ita & iſta quaſi paſsiua. Sed non concedimus, quòd iſta potentia quaſi paſsiua cōcurrat per modum cauſæ materialis, ſed ſolū formalis cauſæ, vt probè arguendo proponitur; quia cōcurrit, vt forma ſubſiſtēs, & nullo modo vt materia. Nec verò ſatis eſt ex parte perſonę proce-

Ex parte per-

ſonæ procedētis eſt realis potētia poſitiua. 1. ratio.

procedētis ponere potentiā logicā, quæ eſt non repugnatia; ſed neceſſe eſt ponere realem potentiam poſitiuā: tū quia potētia paſsiua in rebus creatis indicat non ſolùm potentiam logicam paſsiuā, ſed phyſicam, qua id quod datur ab agēte, recipiatur in paſſo. Quare & in Deo ex potentia quaſi actiua petimus potentiam quaſi paſsiuam, vt illa ſit principiū dandi, iſta accipiendi: tum etiam quia

2. ratio.

potentia actiua, vt omnes Doctores cōcordant, eſt fœcunditas & realis perfectio; quare neceſſe eſt, vt ea ſit in perſona procedente, & non ſolùm logica potentia, quæ eſt non repugnantia, & ſola veritas propoſitionis modalis, qua dicimus eſſe aliquid poſsibile. Et confirmatur auctoritate S. Thom. quæ maxima eſt, aſſerentis eandem potentiam, quæ eſt in Patre vt generet, eſſe in Filio vt generetur: ſicut ergo in Patre eſt realis potentia, vt ſententijs Patrum firmauimus, ita & in Filio agnoſcenda eſt.

Confirm. ex *S. Thoma.* Eadem potentia quæ eſt in Patre vt generet, eſt in Filio vt generetur.

9\.

Pro reſpōſione ad 2. obiect. aduert. Potentia notionalis paſsiua non antecedit generationem paſsiuam.

Secundum dubium longè eſt difficilius; neque enim à potētia paſsiua creata, quæ eſt cauſa materialis, poſſumus ſimilitudinem vllam indagare potentiæ paſsiuæ notionalis, quæ eſt quaſi formale principium ex parte rei genitę. Illud ergo quod eſt clarius, ſtatuamus priùs, Potentiam paſsiuam phyſicam, & creatam, antecedere paſsionem; quia paſsio eſt accidens in ſubiecto; & neceſſe eſt vt ſubiectum, quod eſt ipſa potentia paſsiua, antecedat paſsionem in genere cauſæ materialis. Quare cum potentia notionalis paſsiua non ſit ſubiectum generationis paſsiuæ, neque concurrat in genere cauſæ materialis; non eſt neceſſe quòd antecedat generationem paſsiuā.

Probatur 1. Potentia paſsiua non antecedit paſsionem, niſi ob eā cauſam ſolùm quia eſt eius ſubiectū.

Aduertendum enim eſt paſsionem non oriri à potentia paſsiua, ſed ab actiua in rebus creatis, cum actio & paſsio ſit idē motus, qui ab agente dimanat; vnde cōſequitur vt potentia paſsiua non antecedat paſsionem, niſi ob eam cauſam ſolùm, quia eſt eius ſubiectum; quæ cauſa cum non inueniatur in rebus diuinis, nō eſt neceſſe vt potentia notionalis paſsiua antecedat generationem paſsiuam. Et hoc identidèm argumento illo manifeſtè comprobatur, quòd ante generationem paſsiuam nihil intelligatur proprium, coniunctum cum eſſentia, quod ſit proprium geniti; & cum potentia generandi paſsiua ſit propria geniti; conſequitur, vt ante generationem paſsiuā non poſsit intelligi iſta potētia paſsiua.

Paſsio nō oritur à potentia paſsiua, ſed ab actiua.

Probatur. 2. Ante generationem paſsiuam nihil proprium geniti intelligitur cō iunctum cum eſſentia.

10\.

Ex dictis conſectaria reſolutio 1. quæſtionis.

Eſt in Filio potentia notionalis paſsiua, ſcil. eſſentia coniuncta cum generatione paſsiua.

Sed ex eadem notatione colligimus, ponendam eſſe in Filio potentiam notionalem paſsiuam; quia antequam intelligamus perſonam Filij conſtitutam, intelligimus natiuitatem, ſiue generationem paſsiuam cōiunctam cum eſſentia diuina; quæ coniunctio cum non ſit per accidens (nihil enim in Deo per accidens cogitandum eſt) neceſſe eſt vt eſſentia diuina cōſideretur vt principium formale perſonæ gignendæ, quæ eſt perfecta ratio paſsiuæ potentiæ: ſicut enim in rebus creatis paſsiua potētia eſt principium materiale rei gignēdæ; ita in Deo paſsiua potentia eſt principium formale perſonæ gignendæ. Et vt hoc clariùs intelligatur, præoccupandum eſt ex lib. 4. eſſentiam diuinam cum relatione hypoſtatica coniunctam eſſe principium formale cōſtituens perſonam: igitur ante perſonam Filij conſtitutam, cum cogitamus generationē paſsiuam quæ antecedit, & meditamur illam coniunctam cum eſſentia diuina, eſſentia adhùc non conſideratur coniuncta cum relatione filiationis, quæ eſt forma hypoſtatica: quare nō intelligitur vt principium formale conſtituens perſonam; ſed intelligitur vt principium formale cōiunctum cum generatione paſsiua; ergo intelligitur vt paſsiua potentia, cuius actus eſt Filium gigni, vt ſtatim dicemus.

Paſsiua potētia in creatis eſt principiū materiale rei gignendæ; in Deo eſt principium formale perſonę gignendæ. Declaratur.

Eſſentia coniūcta cum generatione paſsiua priùs intelligitur, quā eſſentia coniūcta cum relatione hypoſtatica intelligatur vt principium formale conſtituens perſonam.

11\.

Exemplum.

Nam vt rē obſcuram illuſtremus exemplo, ſicut generatio actiua in Patre eſt à potētia actiua, non reali proceſsione, ſed ordine intelligendi duntaxàt; ita ab eſſentia quaſi à potentia paſsiua, non tamen vt à principio materiali, ſed formali (ab eſſentia, inquam, cum generatione paſsiua coniuncta) eſt Filius quaſi à paſsiua potentia, non tamē reali emanatione, ſed ordine intelligendi duntaxàt.

Ab eſſentia cō iuncta cū generatione paſſiua eſt Filius ordine duntaxat intelligēdi, non emanatione reali.

12\.

Aduert.

Ad hæc elucidanda opus eſt aduertere duplicem eſſe actum potentiæ, alterū à quo nominatur, alterum à quo perficitur; actus à quo nominatur potētia actiua eſt actio; actus à quo paſsiuā potentia dicitur, eſt paſsio: actus verò à quo perficitur vtraque potētia, eſt actu eſſe quæ erāt in potentia, ſiue hoc ſit vera perfectio, ſiue non ſit perfectio. Ea enim de re eſt controuerſia inter Doctores, vtrùm agens creatum accipiat perfectionē realem,

Actus denominātes potētiam actiuam & paſsiuā ſūt actio & paſsio. Actus vtraq; potentiā perficiens eſt potētiam eſſe in actu.

Actio & paſſio ſunt ab agente; non autem à paſſo.

Actus perficiens eſt in paſſo realis effectus ipſius paſſi, in agẽte autem nihil eſt.

In Deo à potẽtia actiua generatio actiua ducitur, ordine cognitiõis: Itẽ generatio paſsiua aliqualitèr; non autem à potẽtia paſsiua.

Eſſe actu generans, & eſſe actu genitum ſunt quaſi effectus formales generationis actiuæ, & paſsiuæ, & actus perficiẽtes vtramque potentiam.

Ad potẽtiã paſſiuã & generationẽ paſsiuã præter eſſe actu genitũ conſequitur eſſe pſonam, & hypoſthaſim, vt terminus proceſsionis, & actus potentiæ paſſiuæ.

ſe, hoc ipſo quòd eſt actu agens. In vtroque actu eſt diſcrimen inter iſtas potentias: nam actus à quo potentia nominatur, oritur quidèm à potentia actiua; ſed à paſsiua non oritur, quia paſsio non eſt à paſſo, ſed ab agente: actus verò quo potentia perficitur, in agente forſan nihil eſt; in paſſo verò eſt realis effectus ipſius paſsi, quod paſſum concurrit in genere cauſæ materialis. Ad eundem ergo modum philoſophando, generatio actiua, quæ eſt actus potentiæ actiuæ ipſam nominans, ducitur ab eadem potentia ordine cognitionis; generatio verò paſſiua non ducitur à potentia paſsiua, ſed potiùs aliqualitèr ducitur à potentia ipſa actiua, ſicut diximus actionem & paſſionem eſſe ab agẽte. Quare cum paſsio non ducatur à potẽtia paſsiua; & in Deo potentia paſsiua non ſit cauſa materialis antecedens paſsionem; conſequitur vt potentia paſsiua notionalis nullo modo antecedat generationem paſsiuam. At verò quoad alterum actum potentię, quod eſt potentiam eſſe in actu; ſimilitèr dicendum, quòd ex parte potentiæ actiuæ eſſe actu generans, eſt quaſi effectus formalis generationis actiuæ, & hic eſt actus potentiæ actiuæ quaſi perficiens: ex parte verò potentiæ paſsiuæ eſſe actu genitum, eſt quaſi effectus formalis generationis paſsiuæ, & eſt actus perficiẽs potentiam paſsiuam; & ita potentia paſſiua comparatur ad hunc actum, vt principium formale antecedens.

13. Et adhùc meditandum eſt, quòd eſſe actu generans nihil addit generationi actiuæ, ſed differunt vt abſtractum, & cõcretum, generatio & generans; ſed ad generationem paſsiuam, & potentiam paſſiuam, non ſolùm conſequitur eſſe actu genitum, quod eſt nomen concretũ paſſiuæ generationis, ſed cõſequitur etiam eſſe perſonam, & hypoſthaſim. Itaque perſona, & hypoſthaſis Filij eſt à potentia, & generatione paſsiua, quaſi terminus realis & verus proceſsionis, & realis actus potentiæ paſsiuæ. Et ita eadem eſſentia coniuncta cum generatione paſſiua eſt potentia quaſi paſsiua; coniuncta verò cum proprietate perſonali Filij geniti, eſt terminus potentiæ, & generationis paſsiuæ: neque enim idem eſt, potentia paſſiua notionalis, & terminus proceſsionis; ſed ſunt hæc ſuis rationibus diſtincta, vt liquet.

Vnde iam facilè reſpondetur ad argumentum, negando quòd potẽtia quaſi paſsiua, quæ non eſt cauſa materialis, antecedat operationem; & concedendo quòd ipſa potẽtia antecedit actum ſuũ, non à quo nominatur paſsiua; ſed alium actum perficientem potentiam: & quòd omnis potentia antecedit actum, ordine cognitionis; ſicut & potentia notionalis paſsiua antecedit Filium genitum, qui eſt quaſi actus illius potentiæ. Et ita omnia videntur admirabili myſterio, & ineffabili eſſe coaptata, non extra veram philoſophandi rationem. Hæc autem nõ obſcurè indicat S.Thom. 1.p. q.41. art. 3. ad 2. dum ait Filium gigni de ſubſtantia Patris, ſiue ſubſtantiam accipias ex parte gignentis, quaſi principium actiuũ, ſiue ex parte geniti, quaſi formale principium: indicauit enim ſapientiſsimè ex parte geniti ſubſtantiam, de qua eſt genitus Filius, habere rationem potentiæ, de qua eſt Filius; non quòd de illa potẽtia ſit generatio paſsiua, ſed quòd de illa ſit genitus, vt explicauimus.

Ex quibus tandem colligimus potentiam notionalem paſsiuam eſſe eſſentiã addita relatione, hoc eſt, addita proceſſione paſsiua; potentia enim notionalis actiua aduenit perſonis conſtitutis: & idcircò relatio, quæ conſtituit perſonam, intelligitur coniuncta cum potentia notionali. At verò potentia paſsiua notionalis antecedit perſonam procedẽtem ordine cognitionis; in qua antecedentia intelligitur coniuncta cum ſola proceſſione, ſcilicèt, generatione paſsiua, aut ſpiratione paſsiua; omnia enim ſimilia ſunt de potentia generandi paſsiua, & de potentia ſpirandi paſsiua.

Ex his tandem colligitur falſum eſſe, quod quidam exiſtimant in perſona generante fœcunditatem eſſe vltimum attributum: nam in Patre non ſolùm fœcunditas naturæ, quæ eſt quid eſſentiale & commune, ſed etiam intellectus fœcundus qui eſt potentia propria Patris, vt modò diſputabamus, antecedit operationem eſſẽtialem, quæ eſt intellectio: quia ipſa intellectio, per quam ſcilicèt Pater generat, ducitur ab intellectu fœcundo; aliàs per ſe non gigneret. Aduertendum igitur eſt intellectionem eſſentialem cũ omnibus ſimul attributis ordine rationis antecedere in conſtitutione perſonæ Patris; quia omnia attributa ſunt

14. Ad 2. obiect. Potentia paſſiua antecedit ordine cognitionis actum ſuum: non illum à quo nominatur, ſcil. generationem paſsiuam: Sed illũ à quo perficitur, ſcil. eſſe genitũ, & perſonam.

Hæc indicat *S. Thom.*

15. Ex dictis conſectaria reſolutio 2. quæſt. Potentia notionalis paſsiua eſt eſſentia, addita relatione, id eſt, addita proceſsione paſsiua.

Potentia notionalis actiua pſonę procedenti conſtitutæ aduenit. Paſsiua procedentẽ conſtitutam antecedit ordine cognitionis.

16. Aliud cõſect. In Patre iam cõſtituto cõſideratur 1. natura fęcũda, quę eſt prima potentia. 2. intellectus fœcundus, qui eſt potẽtia proxima. 3. intellectio eſſentialis fœcunda. Videatur *Bañes q. 27. art. 5.*

Digitized by Google

ſunt vna eſſentia ex qua ſimul cum relatione perſonali conſtituitur perſona: ſed conſtitutâ iam perſonâ in ordine ad operationem notionalem, primò conſideratur in Patre natura fœcũda quæ eſt prima potentia, eaque in Patre iam eſt potentia generandi actiua; deinde conſideratur in Patre intellectus fœcundus, qui eſt potentia proxima generãdi: poſt hęc conſideratur intellectio Patris, quæ eſt operatio fœcunda potentiæ. Et ita fœcunditas etiam in illa potẽtia proxima, quæ eſt iam propria Patris, antecedit intellectionem eſſentialem Patris: nam in Patre omnia iam ſunt propria; & intelligenda ſunt eo ordine, quem poſtulat ratio propriorum. Et ita oportet vt Pater per intellectum fœcundum intelligat.

17. 3. quæſtio. Vtrum intellectus fœcundus idem qui eſt in Patre potẽtia notionalis actiua proxima, ſit in Filio paſsiua proxima?

Ad finem iſtius capitis maior adhùc quæſtio obuerſatur animo: Vtrùm potẽtia notionalis paſsiua proxima, ſit illud ipſum attributum, quod eſt actiua? de potentia enim principali, quæ eſt natura fœcunda, iam diximus eandem eſſe in Patre vt generet, in Filio vt generetur. Sed de potentia proxima noua quæſtio mẽte excitatur, Vtrùm idem intellectus qui eſt in Patre potentia actiua generãdi, ſit in Filio potentia paſsiua vt generetur?

18. Reſolutio negat. Probatur ex dictis cap. antecedente.

Pars negans nobis placet; nam vt obſeruauimus parte capitis antecedente, potentia paſsiua in perſona diuina procedente coniungitur cum ipſa proceſsione; & proceſsio non ducitur ab iſta potentia paſsiua, ſed potiùs aliquo modo ab actiua: Filius ergo gignitur quidẽ de intellectu Patris, vt de potentia actiua, à qua ducitur eius paſsiua proceſsio; ſed non gignitur de intellectu quaſi de paſsiua potentia. Et cõfirmatur, quia intellectus in Deo ſolùm conſideratur vt potentia actiua, & nullo modo paſsiua.

Filius gignitur de intellectu Patris, vt de actiua, non quaſi de paſsiua potentia. Confirm.

19. Aduertendũ.

Dicendum ergo eſt, in Deo potẽtiam paſsiuam conſiderari vt principium formale, quod idem eſt terminus proceſsionis, quatenùs eſt terminus, & actus ipſius potentiæ, vt docuimus. Conſiderandum ergo eſt, diuinas proceſsiones duci à potentijs proximis, quæ reſpiciũt obiectũ, & habent terminos operationum, ſcilicèt ab intellectu, cuius operationis terminus eſt Verbum, & à voluntate à qua procedit Amor. Et idcircò ſi qua eſt potẽtia paſsiua proxima in diuina proceſſione, ea meditanda eſt in termino operationis. Quòd ſi illa ſententia ſuperiùs confirmata placet, quòd in Deo ex parte rei cognitæ eſſe illud intelligibile, quod eſt per ſe primò intelligibile, ſit quoque reale attributum eſſentiæ; illud quoque eſſe intelligibile quod pertinet ad propriam rationem termini, quod eſt Verbum diuinum, erit potẽtia proxima notionalis paſsiua, quia illud eſſe intelligibile cum proceſsione cõiunctum, eſt formale principium Verbi, vt Verbum eſt; ergo vt coniungitur cum natiuitate, induit rationem paſsiuæ potentiæ, ſicut anteà philoſophati ſumus de prima potentia generandi paſsiua, quæ eſt natura fœcunda cum natiuitate coniuncta. Et idem dicendum eſt de potentia ſpirandi paſsiua, & proxima, ſcilicèt quòd ſit illud eſſe diligibile per ſe primò, quod eſt reale attributum eſſentiæ coniunctæ cum ſpiratione paſsiua. Itaque in generatione potentia actiua eſt intellectus: potentia verò paſsiua eſt eſſe intelligibile reale: & in ſpiratione potentia actiua eſt voluntas: potentia verò paſsiua eſt eſſe quoddam diligibile reale.

In poſteriori opinione tradita cap. 14. p. 2. num. 4. eſſe primò per ſe intelligibile reale pertinẽs ad propriã rationem termini formalis, vt coniũgitur cũ natiuitate, eſt potentia notionalis proxima paſsiua; & formale principium Verbi, vt Verbũ eſt.

20. In priori ibidẽ num. 5. nulla eſt potentia notionalis proxima paſsiua in proceſsione diuina, quia in ea non eſt terminus formalis diſtinctus ab eſſentia diuina.

Quòd ſi hæc opinio non placet, & eſſe hoc intelligibile, & diligibile non credũtur eſſe eſſentialia attributa, dicendum eſt in diuina proceſsione non eſſe potẽtiam paſsiuam notionalem proximam; ſicut etiã non eſt terminus formalis diſtinctus: ſicut igitur proceſsio diuina, vt eſt communis opinio, ex principio proximo diſtinguitur, quia alia eſt ab intellectu, alia à voluntate: non tamen à termino formali, quia vtriuſque terminus eſt ſola natura diuina, vt ad finem libri dicemus, & anteà expoſuimus: ita dicẽdum erit in diuina proceſsione eſſe potentiam notionalem primam & præcipuam tàm actiuam, quàm paſsiuam, vt docuimus, ſcilicèt naturam fœcundam; potentiam verò notionalem proximam tantùm eſſe actiuam, & nullam paſsiuã.

21. In vtraque opinione, potẽtia notionalis proxima non eſt aliquod attributum cõmune, idemq; in ſingulis perſonis.

Et iuxta vtramque opinionem colligimus, potentiam notionalem proximã non eſſe aliquod attributum commune, idemque in ſingulis: nam vel ſolùm in perſona quæ eſt principiũ proceſsionis, potentia proxima eſt fęcunda, vt in Patre intellectus, in Patre verò, & Filio voluntas, cũ in perſona procedente non ſit potẽtia paſsiua proxima: vel iuxta priorem ſententiam in Patre potentia proxima

xima actiua eſt intellectus; in Filio paſſiua non eſt intellectus, ſed eſſe quoddã intelligibile: Et ſimiliter in Patre, & Filio proxima potentia actiua eſt voluntas; at verò in Spiritu Sancto paſsiua nõ eſt voluntas, ſed eſſe illud primò per ſe diligibile, vt enarrauimus.

CAPVT XXIX.

Potentia notionalis à potentia creandi ratione diſtincta eſt.

1. Dubium non eſt potentiam notionalẽ eſſe ratione formali diſtinctã à potentia creandi. *S.Thom.* Probatur.

QVòd potentia notionalis ſit ratione formali diſtincta à potẽtia creãdi, nõ eſt dubiũ: De qua re S.Tho.in 1.d.7.q.1.art.2.& de Potẽtia q.2.ar.5.& 1.p.q.41.art.4. Potentia enim notionalis non intelligitur, niſi cum relatione perſonali coniuncta; potentia verò creandi eſt duntaxat eſſentialis præciſa omni relatione perſonali; ergo alia eſt ratio formalis illius, alia iſtius; cum vnius potentiæ notitia haberi poſsit, reiecta relatione, alterius verò non poſsit. Et confirmatur, quia potentia notionalis eſt media ordine cognitionis inter eſſentialia, & perſonalia; potentia autem creandi eſt eſſentiale attributum: imò potentia actiua notionalis non intelligitur, niſi prius conſtitutâ perſonâ, cuius eſt potẽtia: potentia verò creandi ordine cognitionis antecedit perſonam.

Confirmatur primò. Secundò.

2. Quæſtio eſt difficilis: Vtrũ diſtinguatur conſiderata ſecũdum id, qđ eſt eſſe eſſentiale. *S.Tho.in* 1. affirmat: In tract.de Potent.negat.

Eſt verò quæſtio admodùm difficilis, Vtrumnè ipſa potentia notionalis conſiderata ſecundum id quod eſt eſſe eſſentiale, ſit ipſa potentia creatrix, an verò potentia alia, formalique ratione diſtincta? S.Thom. hac in re videtur à ſe ipſo diſſentire; nam in 1.ſentent.d.7.q.1.art.2.diſtinctas eſſe affirmat: at verò de Potentia q.2.artic.5. vnam & eandem ait eſſe potentiam, vel potiùs omnipotentiam; & argumenta oppoſita refellit.

3. Prenotãdum de ſignificatione potentiæ.

Eſt igitur primò enarrandum quid eſſentiale complectatur notionalis potẽtia. In rebus etenim creatis forma ſubſtantialis eſt primum operationis principium, ita tamen imperfectum, vt per ſe non poſsit attingere operationem; ſed indiget virtute ſuperaddita, quæ eſt forma inhærens, & operationi propinqua: iſta autẽ forma ſuperaddita formæ ſubſtantiali eſt accidens. Quare operationis principium formale in rebus creatis eſt duplex, alìud ſubſtantiale, & præci-

A puum; aliud accidentarium minùs præcipuum, quod in genere qualitatis collocatur, & nominatur potentia; quamobrẽ dixit S. Dionyſ.c.11.de cœleſt. Hyerc. inter ſubſtantiam, & operationem, mediam eſſe virtutem operandi, quam potentiam nos appellamus. Sed hoc nomẽ potentiæ æquiuocum eſt, vel potiùs analogum in ſua ampla ſignificatione; ſignificat enim nonnunquam omne principium operationis, etſi non ſit operationi proximum: qua ſignificatione complectitur formam ſubſtantialem, tanquam principium actiuum, & ſimùl accidentia B quæ ſunt principia operationis, tam potentias, quàm habitus potentiarum: & dicitur à S.Thom. iſta potentia ampliori ſignificatione potentia tranſcendens opuſc.48.cap.3. quia vagatur per diuerſa genera rerũ in quibus inuenitur: Idẽ de Potent. q.2.art.1.ad 5. docet omne quo agens agit, eſſe potentiam; quo nomine comprehendit etiam formam ſubſtãtialem. Sed reſtricta ſignificatione potẽtia eſt ſpecies qualitatis diſtincta etiã ab habitu, per hoc quod potentia eſt à naturâ indita ad operandum vt primum præcipuumq; inſtrumentum operantis. C Eſt verò potentia, ſiue tranſcendens, ſiue prædicamẽtalis alia actiua, alia paſsiua, vel ſimul vtrumque, vt docet Ariſtot.5. Metaph.cap.12. Nos de potentia actiua nunc loquimur.

S. Dionyſ. ait inter ſubſtantiam, & operationẽ, mediam eſſe virtutem operandi.

Potentia in ampla ſignificatione eſt omne principium operationis.

à S.Thoma dicitur potentia trãſcedens.

In ſtricta ſignificatione eſt ſpecies nota de prędicamento qualitatis.

Ariſt.

4. Eſſentia diuina propriiſsimè dicitur potentia extra genus, non ſolũ quia in ſuo cõceptu formali confuſo continet omnia attributa: ſed etiam quia quatenùs concipitur diſtincta ratione formali ab attributis ipſa eſt vis actiua, & actus purus. Inter illam ſic diſtinctam & operationem rectè contemplamur virtutem mediam. *S.Thom.* In Deo virtus eſt media, nõ

Itaque forma ſubſtãtialis dicitur potentia tranſcendens: ſed non prædicamentalis, quæ eſt potentia operationi proxima: cum ergo eſſentia diuina intra ſe contineat omnem virtutem, & operationem, neque indigeat virtute ſuperaddita ad operandum, rectiſsimè, propriiſsimèque ipſa eſſentia dicitur potẽ- D tia extra genus: quin etiam eò quòd eſſentia in ſuo conceptu formali confuſo continet virtutem operatricem, & attributa omnia, non in ſenſu duntaxat idẽtico, ſed formali; verè aſſerimus quòd Deus per eſſentiam intelligit, diligit, & operatur: ſi verò rurſùm meditemur diuinam eſſentiam quaſi naturam, cui affectiones tribuimus, rectè quidèm inter operationem, & naturam cõtemplamur virtutem operatiuam quaſi mediã, quod docet S. Thom. in Sentent. loco recitato, & art.1.ad 2. dummodò etiam obſeruemus, quòd in Deo virtus eſt media inter naturã, & operationẽ ſolùm propter ordi-

Digitized by Google

propter ordinem cauſarū, vt in creatis; ſed ſolùm propter ordinem rationis.

Declaratur ordo rationis.

Declaratur ordo cauſarum.

ordinem rationis; quia natura eſt quaſi A commune principium ad plures operationes, intellectus autem eſt ſolùm intellectionis principium. Quare natura diuina medio intellectu ordine quodam rationis profert intellectionē, dilectionemque elicit media voluntate. In rebus autem creatis virtus actiua ponitur media, non ſolùm propter eum ordinem rationis, ſed propter ordinem cauſarū; eò quòd natura non ſit ſe ipſa ſatis actiua, ſed indigeat virtute actiua ſuperaddita. Itaque etſi in rebus creatis forma B ſubſtantialis minùs propriè dicatur potentia; quia non eſt ipſa vis actiua, ſed eſt remotum principium agendi indigens vi actiua ſuperaddita; tamen diuina natura proprijſsimè eſt potentia, non ſolùm quia in ſuo conceptu confuſo continet principium operandi proximū, ſcilicèt intellectum, & volūtatem: ſed etiā vt conſideratur diſtincta ab intellectu, & voluntate, ipſa eſt vis actiua, vtpotè purus actus, & primum agendi principium infinitè actiuum; ſed propter ordinem rationis operatur medio intellectu, & voluntate: non quòd natura accipiat efficaciam ab intellectu, & voluntate, ſed C quia operatur intelligendo, & volendo, ad quas operationes intellectus, & voluntas ordine rationis media ſunt. Quarè meritò quidèm ipſa eſſentia, ſiue natura ſępiùs à S.Thom. dicitur diuina potentia, quæ ſcilicèt ſe ipſa eſt quàm maximè actiua.

In rebus creatis forma ſubſtantialis minùs propriè, & lato modo dicitur potētia.

Natura diuina non accipit efficaciam ab intellectu, & voluntate. Tamē illis medijs dicitur operari, quatenùs non operatur, vt principium commune, ſed vt ſpeciale intelligendo, & volendo.

5\. Ordo rationis declaratur 1. in operationibus ad extra.

In his ratio huius ordinis, quia natura diuina res conditas non operatur vt cæca, ſed vt artifex ſecundum artem, exēplar, & ad placitum ſuum.

S. Auguſt.

Ex quibus colligimus, quòd in operatione diuina, quæ ad creaturas emanat, intellectus & voluntas habent rationem virtutis mediæ, non quòd credamus in ipſa natura, vt natura eſt, & vt ratione diſtinguitur ab attributis, deeſſe actiuam virtutem: ſed ſolùm propter ordinem rationis; quia natura diuina non opera- D tur vt cæca, ſed res conditas efficit, vt artifex ſecundum artem, exemplar, & ad placitum ſuum. Vnde S.Auguſt. in Enchirid.cap.96. ait Deum ideò eſſe omnipotentē, quia operatur omnia quæ vult.

7\. Declaratur. 2. in proceſsionibus diuinis.

In his ratio ordinis, quia

At verò in diuinis proceſsionibus intellectum, & voluntatem ponimus, quaſi medias virtutes ordine etiam cognitionis; ſed aliam ob rationem; eò quòd ipſę proceſsiones ex ſua ratione formali pertinent ad has potentias; generatio ad intellectum, & ſpiratio ad voluntatem: quia res genita eſt Verbum, & res ſpirata Amor. Et ideò ad alteram ſolus intellectus eſt virtus media, & operationis principium, ad alterā ſola voluntas; neque intellectus diuinus concurrit ad ſpirandum, neque voluntas ad generandū: cum enim ſint proceſsiones internæ, petimus earum diſtinctionem formalem à principijs diſtinctis, ſcilicèt ab intellectu, & voluntate. Ideòq; hæ duæ potentiæ quaſi complent potentiam notionalem; cum enim proceſsiones ſint diſtinctæ ſuis rationibus formalibus, oportet principia eſſe diſtincta: quare eſſentia non eſt abſolutè potētia generatiua, niſi intelligas eſſentiam vt intelligētem, eſſentiamq; vt diligentem, eſſe ſpiratiuam potentiam. Clauditur ergo in conceptu generatiuæ potentiæ, ſi explicetur eſſētia, & intellectus ſimul; & in conceptu ſpiratiuæ potentiæ eſſentia, & voluntas ſimul. Neque Deus generat, aut ſpirat quia vult, quod eſt potentiæ creatricis poſitæ in voluntate Dei libera, ſed ſuapte natura generat, & ſpirat.

ex proceſsiones ex ſua ratione formali pertinēt ad intellectum, & voluntatem.

Hę duæ potētiæ quaſi complent potentiam notionalem.

Deus generat & ſpirat ſuapte naturá, non quia vult.

8\. Potentia notionalis proxima, alia eſt natura, & intellectus ſolus, alia eſt natura, & volūtas ſola vt naturalis.

Eſt igitur oculatiùs inſpiciendū, quòd cum in Deo proceſsiones duæ pertineāt ad perſonas diſtinctas, alterā enim procedit Filius, alterā Spiritus Sanctus, potentia notionalis quoad principiū proximum operationis non eſt vna, ſed duplex; alia enim eſt natura & intellectus, alia natura & voluntas. Imò potentia notionalis paſsiua proxima adhùc eſt ab iſtis diſtincta, vt anteà docuimus, & paulòpoſt dicemus; potentia verò creandi ſemper eſt eadem, cum omnes res creatæ ab eodem principio dimanent.

Potentia creādi eſt vna, & eadem.

9\. Confirm. ex *S. Thom.*

Confirmatur hoc auctoritate S. Tho. 1.p.q.41.art.4. & libr.4. contra gentes cap.9.11. & 12. quibus locis docet intellectum diuinum eſſe potentiam generandi; cum quo conſentiunt Henricus in ſumma, artic.58. q.vltima, & alij cum ſectatoribus S. Thomæ. Et illum verſiculum, *Ex vtero ante Luciferum genui te*, & Patres & Doctores commentantur, *ex vtero*, hoc eſt, ex diuino intellectu à quo proles diuina oritur. Ita S.Greg. lib.12.Moral.cap.28.& 40.& in eum locum S.Thom. Henric. Gandau. Dionyſ. Carthuſ. & Auctor incognitus. Eſt ergo intellectus potentia generādi proxima, voluntas verò ſpirandi.

Henric.

Pſal. 109.

S.Gregor.

S. Thom.

Gandau.

Carthuſ.

Auct. incog.

Ex his verò omnibus duo aſſerta certiſsima videntur colligi, alterū eſt, quòd ſi nomine potentiæ notionalis intelligamus

10\. 1. conſect. Potentia notionalis proxi

ma diſtinguitur à potentia creatrice vt alia attributa inter ſe.
S. Thom.

mus eam virtutem mediam, quæ eſt inter operationem, & eſſentiam; diſtinguitur ſanè potentia notionalis à potentia creandi, vt alia attributa inter ſe: quod S. Thom. docet in 1. Sentent. d. 7. q. 1. art. 1. & 1. p. q. 27. art. 5. ad 1. vbi docet potentiam eſſe principium agẽdi in aliud cum actione ad extra, & proceſsionẽ diuinam non accipi ſecundum attributum potentiæ. Idem ſentit Durãd. d. 10. q. 1. Scotus d. 20. Thom. Caiet. q. 25. art. 3. Greg. & Gabr. d. 20. q. 1. & 2. Probatur, quoniam potentia creandi eſt intellectus, & voluntas ſimùl, aut ſola voluntas ex intellectus præmeditatione determinabilis, aut virtus etiam diſtincta, vt aliàs diſputabimus: potẽtia verò notionalis in altera proceſsione eſt ſolus intellectus, in altera verò eſt ſola voluntas vt naturalis; ergo diſtincta eſt hæc potẽtia ab illa. Deinde potentia creandi eſt duntaxàt actiua, potentia autem notionalis eſt actiua, & paſsiua. Ac demùm potentia media inter operationem, eſſentiamque, habet ſpeciem ab operatione; ſed operatio potentiæ notionalis eſt relatio quædam perſonalis; operatio verò potentiæ creandi eſt eſſentialis; quia eſt actio in Deo exiſtens, vt S. Thom. docet; ergo ſunt potentiæ diſtinctæ.

Durand. *Scotus.* *Caiet.* *Gabr.* *Gregor.*
Probatur. 1. Potentia creãdi eſt intellectus, & voluntas ſimul, aut ſola voluntas vt libera, aut virtus diſtincta.
Probatur. 2.
Probatur. 3.

11. Obiectio.

Sed occurrit argumentum, Ex dictis enim ſequitur intellectum in Spiritu Sãcto non eſſe fœcundum, vt nos concedimus: fœcunditas autem eſt quid eſſentiale; ergo aliquid deeſt in Spiritu Sancto eſſentiale. Reſpondendum eſt fœcũditatem in Deo eſſe vnum & idem attributum, & perfectionem maximã; quòd autem intellectus ſit fœcundus non eſſe perfectionem additam, ſed ipſam & eãdem. Quòd ergo intellectus in Patre ſit fœcundus, & ipſe intellectus in Spiritu Sancto non ſit fœcũdus; hoc totum pertinet ad diſtinctionem proceſsionum, & non eſt aliqua diſtincta perfectio.

Reſponſio. Quòd intellectus ſit fœcũdus, nõ eſt perfectio addita fœcũditati naturæ.

12. 2 conſect. Potentia notionalis prima vna eademq; eſt potentia, quæ eſt etiam creatiua.

Secundum aſſertum ex ijſdem deducimus, quòd ſi nomine potentiæ interpretemur ipſam diuinam eſſentiam, quatenùs eſt fœcunditas quædam à qua omnis proceſsio realis petitur, vna & eadẽ eſt ad quam pertinent proceſsiones internæ, & emanationes ad res creatas. Probatur, nam ea quę meditamur in Deo ſunt coniuncta; ponimus enim in Deo vnam ſcientiam, vnam iuſtitiam; ergo & potentiam vnam, ſi potentia ſignificet

Probatur 1. Ea quæ meditamur in Deo ſunt coniuncta.

A ipſam eſſentiam infinitè communicabilem. Vnde S. Ioan. Damaſc. Deum appellauit infiniti potentem; pertinet autẽ maximè ad diuinam potentiam, vt per eam procedat infinitum, ſcilicèt Deus de Deo. Potentia autem hoc modo accepta non eſt principium operatiuum, ſed communicabile duntaxàt, vt in ea comprehendatur etiam potentia notionalis paſsiua. Egregiè autẽ philoſophamur dum potentiam proximam operationi diſtinguimus; remotam autẽ quaſi fontem omnium proceſsionum non diuidimus: nam & in rebus creatis ab vno B principio formali præcipuo ducimus actiones diuerſarum potentiarum.

Damaſc.
Potẽtia ſic accepta non eſt principiũ operatiuum, ſed communicabile dũtaxat.
Probatur. 2. exemplo oſtẽdente vtrũque cõſectarium.

Ea autẽ eſt ſententia S. Thom. de Potentia q. 2. artic. 5. apertè pronunciata, ſcilicèt quòd potentia notionalis ſit ipſa diuina Omnipotentia, non ſimplicitèr, hoc eſt, non præciſa, ſed addita proprietate. Vtramque verò aſſertionem videtur complexus eſſe in 1. Sent. d. 7. q. 1. art. 3. vbi docet potentiam notionalem, & creatricem diſtinctas eſſe, ſi conſiderẽtur vt operationi cõiunguntur: idem verò eſſe, ſi in ſua radice inſpiciãtur; in ſua C (inquam) radice, hoc eſt, in diuinæ eſſẽtiæ fœcunditate, & infinita communicabilitate; quæ etiam potentia dicitur, vt ſuprà docuimus: & q. illa 2. de Potent. art. 6. ad 3. non diſsimilia diſputat. Et atteſtatur nobis S. Auguſt. lib. 3. contra Maxim. cap. 7. & 14. qui ait Patrem non futurum fuiſse omnipotentem, ſi Filium gignere non potuiſset; ergo generationẽ cenſuit eſse opus diuinæ potentiæ, imò & omnipotentiæ. Reſpondet Ioan. Scot. d. 20. q. 1. S. Auguſtinum probaſse Filiũ æqualem gigni: quia ſi inæqualem gigneret non eſset infinita eſsentia, in qua eſ- D ſet maior & minor: quòd ſi non eſset infinita eſsentia, neque omnipotens eſset. Gregorius verò q. 2. art. 2. reſpondet S. Auguſtinum diſserentem cum Maximino, qui dicebat Filium Dei eſse creaturam, illum coarguere, Quare Pater non genuerit ſibi æqualẽ, ſiquidẽ omnipotẽs eſt? Inepta ſanè eſt hæc ſecunda reſponſio Gregorij. Quid enim quæreret S. Auguſt. cur creatura nõ ſit genita æqualis Patri, cum Pater ſit omnipotens? notum enim eſt potentiã Dei infinitã non poſse produci creaturam ęqualem Deo. Scotus verò quantumuis detorqueat argumentum, non euadit; quia ſaltem ex infini-

13. Probatur. 3. *ex S. Thom.* 1. locus.
2. locus docẽs vtrumque cõſectarium.
Probatur. 4. *ex S. Aug.*
1. reſponſio *Scoti.*
Secunda *Gregor.*
Refellitur 1. reſponſio vt inepta.
Refellitur ſecunda vt inſufficiens.

Digitized by Google

Ex infinitate Dei conſequitur potētia infinita in Patre ad generandū æquale Filiū.

infinitate Dei conſequitur potētia, quæ non eſſet in Patre, ſi Filiū non generaret æqualem; nam vt cum Scoto conſentimus, ſi non generaret æqualem, non generaret infinitum; ergo neque Pater infinitus eſſet, neque omnipotens: ergo generationis opus poſtulat infinitum Patrem, & omnipotentem.

14. Dubitatio appendix. Ratio dubitādi.

Per hæc eadem illa controuerſia dirimitur, Vtrùm potentia ad actus notionales ſit prior potentia creatrice? nam actus notionales ſunt naturales, creationis autem opera libera; ergo potentia ad actus notionales prior eſt, ſicut & actus ipſe eſt prior; naturale enim antecedit liberum.

1. aſſertio. Potentia notionalis proxima eſt ordine rationis, ſimpliciter poſterior poten.iā creatricē proxima.

Dicendum tamen eſt potētiam creatricem ſimpliciter eſſe priorem, ſi loquamur de potentia proxima: ſi enim loquendum ſit de potentia notionali, vt includit relationem, certum eſt hanc potentiam ordine rationis conſequi cætera attributa, cum ſit media inter perſonalia, & eſſentialia, vt diximus.

Probatur. 1. de notionali vt includit relationem.

Quòd ſi conſideretur ſecundum id eſſētiale quod indicat, adhuc potentia notionalis, quæ proxima eſt, poſterior eſt potentia creatrice: quia potentia notionalis proxima, per hoc ipſum quod dicitur proxima, pertinet ad proceſsionem vt principium diſtinctionis, & ita ad generandum potentia eſt intellectus; ad ſpirandum voluntas: quare ipſum eſſentiale intelligitur cum ordine ad hanc, vel illam proceſsionem. Quare etiam quoad eſſentiale indicatum in iſta potentia in ordine ad proceſsionem cuius eſt principium, non eſt potētia communis tribus perſonis, ſed propria iſtius vel illius; quia intellectus in Spiritu Sācto non eſt potentia notionalis, aut actiua, aut paſsiua, cuius proceſsio pertinet ad voluntatem; in Patre tamen eſt potentia notionalis.

Probatur. 2. de eadem ſecūdum id eſſentiale quod indicat, cum etiā vt ſic intelligatur cum ordine ad hanc vel illā proceſsionem, vt principium diſtinctionis.

Natura fœcunda eſt attributum eſſentiæ commune tribus perſonis. Intellectus fœcundus nō ſic, ſed eſt proprius Patris.

Itaque natura fœcunda eſt attributum eſſentiæ; quia eſt communis tribus perſonis; ſed intellectus fœcundus non eſt aliquid cōmune, quia non eſt in Spiritu Sancto fœcundus; eſt ergo aliquid proprium; & de voluntate idem dicimus. Cum ergo potentia proxima notionalis non ſit cōmunis tribus perſonis, ſed propria iſtius vel illius, vt ſtatim luculentiùs explicabimus; ſimplicitèr eſt poſterior omnibus attributis, propria enim ſunt poſteriora communibus, quod indicat S. Thom. in 1. d. 29. q. 1. art. 2. ait enim ibi principiū operatio-

Propria ſunt poſteriora cōmunibus. *S. Thom.*

A nis externæ eſſe prius quā principiū internæ operationis; hoc enim intelligendum eſt de potentia notionali proxima.

15. 2. aſſertio. Potentia notionalis prima non eſt prior, nec poſterior creatrice, cum ſit ipſa creatrix, ſcil. prima ratio communicabilis quomodocūq;

Potentia verò notionalis prima, quæ eſt ipſa fœcunditas naturę, non eſt potētia diſtincta à creatrice omnipotentia, vt modò docuimus: quare neque prior eſt, neque poſterior, ſed eadem. Quæ tamen potentia communis eſt tribus perſonis, vt eſt prima ratio communicabilis, quomodocunque; & ordine rationis prius reſpicit actus naturales, quàm liberos, vt argumentum conuincit.

16. Corollarium. Fœcūditas naturæ vt eſt prima potētia, antecedit potentiam creatricē vt hæc eſt potētia proxima. *S. Thom.* *Caiet.* *Capreol.* *Alb. Mag* *Richard.* *Argent.*

Hinc porrò diſcendū eſt in eſſentialibus B fœcunditatem naturę vt eſt prima potētia, antecedere potētiam creatricem vt eſt potentia proxima, vt docet S. Thom. Thomas Caiet. Ioan. Capreol. Albertus Magn. Richard. & Thom. Argent. Et hanc potentiam creatricem proximam antecedere potentiam notionalem proximam, etiam quoad id quod indicat eſſentiale; in ordine tamen ad proceſsionem diſtinctam, vt comprobatum eſt.

17. In ea fœcunditate etſi contineātur diuinæ proceſsiones, non intelligūtur vt proximè conſequētes. Exemplum.

Non ergo fœcunditas naturæ eſt vltimum attributū, ſed inter priora enumerandum: nam etſi in ea fœcunditate cō- C tineantur diuinæ proceſsiones, quæ ſunt poſteriores omnibus attributis, nō intelliguntur vt proximè conſequentes; ſicut etiā in potentia creatrice continentur res omnes poſsibiles, & tamē potētia creatrix non eſt vltimum attributum: ſed illā ſequuntur miſericordia, iuſtitia, liberalitas, & cætera quæ ſunt in nobis habitus conſequentes potētiam: fœcunditas ergo naturæ, vt eſt prima potentia, neceſſariò antecedit intellectum, & voluntatem, quæ pertinent ad potentiam proximam. In quo falluntur viri aliàs docti, exiſtimantes fœcunditatem diuinæ naturæ eſſe vltimum attributum.

Videatur *Bañes q. 27. art. 5.*

D Verum eſt eſſe vltimum inuentione, vel potiùs illuſtratione diuina, quia cætera ſunt nota naturâ, fœcunditas autem diuina per fidem poſteà innotuit.

Fœcūditas naturæ eſt attributū vltimū, veluti inuentione.

CAPVT XXX.

Argumenta refelluntur.

1. 1. argum.

VT autē hęc firmiùs animis hęreant, ſunt etiam argumentorum pondera expendenda: probatur ergo quòd potentia notionalis & creatrix idem omninò ſint. Potentia reſpicit omne poſsibile; ſed inter poſsibilia numerantur diuinæ proceſsiones; ergo vna eſt diuina

Digitized by Google

potentia etiam ad proceſsiones diuinas dilatanda; aliàs non erit omnipotentia.

2.
2. argum.

Secundò, Potentia creatrix eſt infinita; ergo extra eam non eſt alia potentia; ratio enim formalis infinita continet ſuo ambitu omnia pertinentia ad illam rationem in genere, vt ſcientia infinita omne ſcibile; aliàs ſi in Deo poneremus duas ſcientias, nulla illarum perfecta eſſet; quia deſideraretur in vna, quod eſſet in altera: ergo neque duas potentias licitum eſt Deo attribuere.

3.
3. argum.

Tertiò, Eadem voluntas eſt potentia ad operationem neceſſariam & contingentem, liberamque & naturalem; ergo & eadem potentia diuina ad proceſsiones diuinas, creataſq; emanationes poteſt pertinere.

4.
4. argum.
S. Thom.

Quartò, Eadem potentia, quæ eſt in Patre vt generet, eſt in Filio vt generetur, vt S. Thom. docet; ergo falſum eſt quod aſſeritur, potentiam generatiuam in Patre eſſe intellectum, in Filio verò ipſum intelligibile.

5.
5. argum.

Quintò, Potentia actiua & paſsiua lõgè ampliùs diſtincta ſunt, quàm quæuis actiuæ potentiæ inter ſe; ſed nos concedimus potentiam generatiuam actiuam in Patre, & paſsiuam in Filio eſſe eandem; ergo potentia generatiua actiua & creatrix, cum vtraque ſit actiua, vna eademque eſt.

6.
6. argum.

Sextò, Eſſentia vt eſt in Patre, & vt eſt in Filio, non diſtinguitur à ſe ipſa ratione aliqua formali, ſicut attributa diſtinguuntur; ſed ſolùm diſtinctione rationis ratiocinantis, vt aiunt, ſicut idem à ſe ipſo: potentia autem actiua & paſsiua diſtinguuntur ratione formali; ergo non poteſt intelligi quòd eſſentia prout eſt in Patre ſit potentia actiua, & prout eſt in Filio ſit paſsiua.

7.
7. argum.

Septimò contra hæc à partibus oppoſitis probatur potentiam notionalem diſtingui à potentia creatrice, etiam vt nomine potentiæ eſſentiam indicamus. Quoniam ſi proceſsiones diuinæ quoquo modo pertinerent ad omnipotentiam, Filius non eſſet omnipotens, quod eſt hereticum. Sequela verò hæc oſtenditur, Pater enim habet potentiam ad generandum, Filius verò non habet; Pater igitur omnia poteſt, Filius verò non omnia poteſt, cum generare non poſsit; ergo generare non pertinet ad omnipotentiam.

Confirm.

Et confirmatur, quoniam id

A

quod in Filio non eſt impotentia, non eſt quoque impotentia in Patre, cum ſint eiuſdem potentiæ; ſed in Filio non generare non eſt impotẽtia; ergo neque in Patre, quod tamen S. Auguſtinus affirmat. *S. Auguſt.*

8.
Vltimum arg.

Vltimò, Omnipotentia eſt communis tribus perſonis; ſed potentia notionalis non eſt communis; ergo ſaltem ratione formali diſtincta eſt.

Aduertenda.

9.
1. aduert.
1. ſententia aſſerens potentiam notionalem duntaxàt actiuam, eãq; eſſe ipſam omnipotentiam, ſed ad hãc pro vt eſt in Filio generationẽ Filij non ptinere vtpotè ĩa potentiã Filij nõ poſſibilem.

B

QVidam ſunt qui ponunt potentiam notionalem duntaxàt actiuã, eamque eſſe ipſam omnipotentiam contendunt: aiuntque eam potentiam reſpicere omne poſsibile, quaſi proprium obiectum; & propterea ſi diuina omnipotentia in Patre conſideretur, poſsibilem eſſe aiunt natiuitatem Filij, ideòq; eam ad omnipotentiam pertinere. Si verò eadem omnipotentia conſideretur in Filio, poſsibilem non eſſe natiuitatem alterius filij; ideòque alteram generationem ad omnipotentiam prout eſt in Filio, non pertinere. Itaque etiam concedunt omnipotentiam in Patre reſpicere

C

plura poſsibilia, quàm in Filio, ſiquidem in Patre eſt potentia ad generandum, non verò in Filio, cum tamen in vtroque ſit potentia ad omnia poſsibilia, quæ eſt ratio omnipotentiæ. Ea eſt opinio Ægidij, & Thomæ Argent. de qua diſputandum capite ſequenti. *Ægid. Argentin.*

10.
Hæc ſententia nihil habet abſurdi, aut erroris.

Hæc opinio nihil habet abſurdi, aut erroris; idem enim eſt concedere, quòd Filius non habeat potentiam ad generandum, & quòd generare non ſit poſsibile, vt comparatur cum potentia in Filio; potentia enim & poſsibile relatiua ſunt, quæ ſeparari etiam cogitatione nõ poſſunt.

D

11.
In 2 & vera S. Tho. ſentẽtia ponẽte potẽtiam notionalem paſsiuã 1. a Tertum. Potentia reſpicit poſsibile ſecundum eſſe.

Sed tamen quia oportet ponere potentiam generatiuam paſsiuam, vt ſuprà expoſuimus cum S. Thoma ſentientes; aliter hac in re philoſophandum eſt. Videtur igitur dicendum, quòd potentia reſpicit poſsibile ſecũdum eſſe; id enim poſsibile eſt quod poteſt eſſe. Et quemadmodum vnumquodque eſt potẽs quatenùs eſt, ita & poſsibile eſt quod poteſt habere eſſe: in diuinis ergo proceſsionibus inueniuntur res plures poſsibiles, quæ poſſunt procedere, ſed eſſe eſt vnũ. Nullum enim eſſe ponimus in diuinis perſonis, niſi eſſentiale, & vnum; perfe-

ctio

Digitized by Google

ctio autem potentiæ attenditur penes eſſe quod communicatur. Vnde colligimus, quòd licèt duplex potentia notionalis actiuâ terminetur ad duas proceſsiones reales, & ad duo poſsibilia, ſcilicèt ad Filium, & Spiritum Sanctum: eſt tamen vna & eadem perfectio potentiæ; quia vtriuſque proceſsionis, ſiue vtriuſque perſonæ procedentis, quæ ſunt duæ res poſsibiles, vnum eſt eſſe: & ita duæ iſtæ res poſsibiles, quæ poſſunt eſſe, non poſſunt eſſe niſi vnum. Quare potentia notionalis reſpicit plura poſſibilia diſtincta pluribus proprietatibus, ſed reſpicit duntaxàt vnum eſſe poſſibile.

2. aſſertum. In Deo duplicis potētiæ notionalis actiuæ vna eſt perfectio: ſicut duarum rerū poſſibilium vnū eſt eſſe.

12\. 3. aſſertum. Potentia notionalis prima eſt in ſingulis perſonis actiua, vel paſsiua reſpiciens idē eſſe poſſibile, etiā ad intra.

Igitur ſi loquamur de potentia notionali primâ, quæ eſt natura fœcunda, ea eſt maxima, ſummaque perfectio reſpiciens omne poſſibile; & extra Deitatem quidèm quidquid eſt poſsibile, eſt æqualiter à tribus perſonis: in ipſa verò ſubſtantia Deitatis, poſsibile ſecundum eſſe idem eſt; ſed res poſsibiles, ſcilicèt perſonæ, ſunt proprietatibus diſtinctæ. Et ad hunc ſenſum potentia in ſingulis reſpicit idem eſſe poſſibile, etiam in diuinis proceſsionibus: quia ſicut eſt in Patre potentia vt det eſſe, ita eſt in Filio potentia vt accipiat ipſum idem eſſe: quare quoad eſſe quod in potentia attenditur, eadē eſt potentia, & idem poſſunt Pater & Filius; ſed proprietatibus diſtinguitur & potentia, & res poſsibilis; nam in Patre eſt potentia actiua, in Filio eſt paſsiua, & Filius eſt res poſsibilis, quæ poteſt procedere à potentia reali: qua nominis ſignificatione Pater non eſt res poſſibilis. Item Filius eſt vna res poſſibilis, Spiritus Sanctus alia res poſſibilis, quæ etiam poteſt procedere à reali potētia. Et ita modo accommodato & potentia & res poſsibilis diſtinguitur proprietatibus; non autem perfectione aut ſecundum eſſe.

13\. Hoc aſſertum probatur. 1.

Quæ vt perſpicaciùs intelligātur animaduertendum eſt, quòd ſi in Patre poneremus potētiā ad eſſe poſſibile, quod eſſe non pertineret ad potentiam Filij, Filius ſanè ſuperaretur potētiā à Patre: eſſe enim eſt rei perfectio; aliqua ergo perfectio contineretur in obiecto potētiæ Paternæ, quod in potentia Filij deeſſet. Neque ſatis eſſet ad leuandam, aut excuſandam impotētiam Filij, quòd diceremus ideò Filium nō poſſe illud idē quod Pater, quia illud nō eſſet poſſibile comparatum cum potētia Filij; nam vel ex eo potentia Paterna eſſet perfectior, quia per eā aliquid eſſet poſsibile, quod per potentiam Filij poſſibile non eſſet; in puero enim impotentia eſt quod non generet, quāuis generare per ſuos facultatem naturalē impoſſibile ſit: quicquid ergo abſolutè poſsibile eſt, poſsibile eſt per potentiam Filij, & Spiritus Sancti. Quod explicandū eſt quoad eſſe rei poſſibilis. Vtrāque enim potētiā, qua Pater poteſt generare, & Filius generari poteſt: intelligitur vtrūque poſſe ſecundū eſſe diuinum, quod eſt idem. Potentia ergo notionalis in ſingulis perſonis reſpicit idem eſſe poſsibile, ſcilicèt eſſe diuinum communicabile, diuerſas tamen proprietates: quia altera perſona poteſt generare, altera generari; ſed vtriuſque rei poſsibilis eſſe eſt idem, ſcilicèt eſſe diuinum eſſentiale idem; ſicut & potentia quoad eſſentiale eſt eadem.

Reſponſio.

Refellitur prior ſententia.

Exemplum.

Quicquid abſolutè poſsibile eſt, poſsibile eſt per potentiam Filij, & Spiritus Sācti, quoad eſſe rei poſsibilis.

14\. Probatur. 2.

Eſt etiam aduertēdum, quòd in rebus creatis per potentiam actiuam, & paſsiuam, eadem res eſt poſsibilis, vt actus vltimus ad quem ordinatur vtraque potentia; verbi gratia, per potentiam actiuam generandi homo generādus, eſt res poſsibilis, & idem homo eſt res poſsibilis per paſsiuam potentiam. Quare & in Deo vtriuſque potentiæ actiuæ, & paſsiuæ eadem res eſt poſsibilis, ſcilicèt perſona procedens; actus enim ad quem refertur potentia Patris eſt Filius generandus, & ad eundem refertur potentia paſsiua, quæ eſt in Filio & antecedit illū, vt diximus. Et de ſpirandi potētia ſimilitèr dicendum, quòd ſcilicèt per actiuā, & paſsiuam potētiam ſit poſsibilis Spiritus Sāctus. Quare ſcitè dixit S. Thom. 1. p. q. 42. art. 6. ad 3. Patrem, & Filiū per potentiam actiuam & paſsiuam idē poſſe; quia vtriuſque potētiæ res poſsibilis eſt vna & eadem. Nihilominùs per eam potentiam generandi ſiue actiuam, ſiue paſsiuam non poteſt produci Spiritus Sanctus, ſed per potentiam ſpirandi.

In creatis per potentiā actiuam & paſsiuam, eadē res eſt poſsibilis, vt actus vltimus.

Exemplum.

Sic in Deo per potentiam generandi actiuam & paſsiuam poſsibilis eſt Filius.

S. Thom.

Item per potētiam ſpirandi Spir. Sanctus.

15\. 2. aduert.

Eſt igitur potentia notionalis in Deo diſtincta ſuis proprietatibus, ſicut & res poſsibilis ſuis proprietatibus diſtinguitur: at verò ſicut eſſe rei poſsibilis in Deo eſt vnum & idem eſſe diuinum, ita & potentia notionalis prima eſt vna & eadem in tribus perſonis, ſcilicèt fœcunda natura, ſuis tamen proprietatibus

In tribus perſonis vt eſſe rei poſsibilis, ita potētia notionalis prima eſt vna & eadem, ſuis tamē proprietatibus diſtinguitur.

Potentia notionalis proxima non eſt communis.

Ne in Filio quidē intellectus eſt fœcūdus: quia hic in Filio nō eſt potētia paſſiua.

Sic nec in Sp. Sanct. volūtas.

Potentia notionalis proxima diſtinguit proceſsiones.

bus diſtincta, prout eſt in Patre, aut Filio, aut Spiritu Sancto. Potentia verò notionalis propinqua nō eſt tribus perſonis communis, vt capite antecedente diximus; quia intellectus in Spiritu Sancto non eſt fœcundus, vt liquet. Imò neque in Filio intellectus eſt fœcundus, quia intellectus non eſt potentia paſsiua in Filio, neque in Spiritu Sancto voluntas, vt docuimus; potentia enim notionalis proxima diſtinguit ipſas operationes, & idcircò eſt propria vnicuique perſonæ, ita vt illud attributum, quod in vna perſona eſt potentia proxima, non ſit potentia proxima in alia perſona, licèt aliàs omnia attributa, remota ratione potentiæ notionalis, ſint communia diuinis perſonis. Prima autem potentia quæ eſt natura fœcunda vna & eadem, eſt potentia notionalis in ſingulis, aut actiua, aut paſsiua. & de iſta diſputauimus in iſtis notationibus conferentes illam cum potentia creandi prima; de qua aſſerimus eſſe vnam & eandem cum potentia notionali prima, vt capite præcedente decretum eſt.

Potentia creādi prima eſt vna & eadem cum potentia notionali prima.

16. 3. aduert. Etiam potētia notionalis proxima, vt generādi actiua, & paſsiua, eſt vna & eadem; eo pacto quo dicimus intellectum in actu eſſe ipſam rem intelligibilem.

Colligimus tandem hoc etiam pertinere ad vnitatem, & perfectionem potentiæ notionalis in Deo: quoniam ſi loquamur de potentia proxima, verbi gratia generandi, quæ actiua eſt intellectus, paſsiua verò eſt eſſe intelligibile, vt diximus; eſt tamen etiam quoad hoc potentia generatiua eadem, eo pacto quo dicimus intellectum in actu eſſe ipſam rem intelligibilem; quia propter perfectionem diuinæ intellectionis intellectus, & intelligibile ſunt res eadem. Quod etiam extollit dignitatem proceſsionis, cuius virtute potentia operans cum termino operationis coniungitur. Eodemque modo diuina voluntas per proceſsionem diuinam terminatur ad eſſe diligibile, ita vt ſit reali vnitate vnum principium formale quo actiuum, quod eſt voluntas; & principium quo formale paſsiuum, quod eſt eſſe diligibile. Itaque hæc vnitas realis potentiæ actiuæ, & paſsiuæ ex propria ratione proceſsionis indicat infinitam excellentiam potentiæ, & proceſsionis.

Hæc realis vnitas ex propria ratione proceſsionis indicat infinitam excellentiam potētiæ, & proceſsiōis, cuius virtute potentia operans cum termino operationis coniungitur.

17. Vltim. aduert. Sēſus quæſtionis, vt cap. 29. n. 1. & 2.

Vltimò aduertendum eſt non vocari in quæſtionem, Vtrùm potentia notionalis, & creatrix ſit eadem ratione formali? certum enim eſt potentiam notionalem addere relationem ad eſſentiam, quæ eſt potentia creandi; qua addita diſtinguitur ratione formali ab illa. Sed quærimus de illo attributo eſſentiali quod indicat potentia notionalis: conſtituimuſque potentiam notionalem primam, quæ eſt natura fœcunda, ſiue communicabilis, non diſtingui à potentia prima creandi, quæ eſt ipſa natura infinitè communicabilis; potentiam verò notionalem proximam à potentia creandi proxima eſſe ratione formali diſtinctam, etiam quoad id quod indicat eſſentiale.

Reſolutio, vt cap. 29. n. 10. & 12.

Reſponſio.

18. Ad 1. argum.

AD primum reſpondetur, quòd natura, vt diximus capite præcedente, eſt quaſi commune principium ad operationem, per virtutes autem medias determinatur ad aliquod genus, ſiue ſpeciem operationis. Ideòque ſi agēdum ſit de potentia media inter operationem, & naturam, omnipotentia eſt potentia, quæ reſpicit omne poſsibile extra Deum, cuius omnipotentię omnia ſubiecta ſunt. Potentia verò notionalis eſt alia potentia non minor, imò maior & excellentior quoad operationis terminum, quantò maius eſt Deum generare, quàm infinitos mundos moliri, & condere; ſed vtraque potentia diſtincta eſt, ſicut & vtriuſque potentiæ poſsibilia diſtinguuntur; alia enim reſpicit poſſibilia creata, alia verò increatas perſonas, vt diximus.

Loquendo de potentia proxima, & media inter naturam & operationem, omnipotentia reſpicit poſsibilia creata: potentia verò notionalis increatas perſonas.

19. Ad 2. arg. Potentia creatiua ad extra, & potentia notionalis diſtinguuntur propter operationes longè diuerſas.

Ad ſecundum, reſpondetur ſimilitèr quòd potentia creatrix in illa ratione formali qua eſt principium operādi extra ſe, continet quicquid ad potentiam pertinere poteſt: potentia autem notionalis aliam longè diuerſam habet operationem, ideòque eſt ab illa diſtincta.

20. Ad 3. argum. Operatio naturalis & libera, &c. ſpectāt ad eandem rationem formalem boni. Procedere intra Deum, & procedere extra illum non ſic conueniūt.

Ad tertium, reſpondetur operationē neceſſariam, & contingentem, naturalemque, & liberam ſpectare ad eandem rationem formalem obiecti, quod eſt bonum, ideòque eſſe eiuſdem potentiæ, ſcilicèt voluntatis: procedere autem intra ſubſtantiam diuinam & procedere extra illam, ſunt adeò diuerſæ emanationes, vt diſtinctas potentias proximas exigant. De potentia verò prima hæc tria argumenta conuincunt eſſe eandem, quod libentèr damus.

Digitized by Google

21.
Ad 4. Potentia notionalis proxima eſt actiua & paſſiua diſtincta ratione formali vna ab alia.

Ad quartum reſpondetur, quòd potentia notionalis operationi proxima, eſt diſtincta, & non vna: diſtincta (inquã) ratione formali vna ab alia, cum generandi virtus ſit intellectus, ſpirandi verò voluntas; ergo ratione eãdem nihil prohibet potentiam generandi actiuam eſſe intellectum, paſsiuam verò eſſe intelligibile. Cum autem dicit S. Thom. eandem potentiam generatiuam eſſe in Patre, & Filio, loquitur de potentia prima, quæ eſt eſſentia fœcunda. Rurſumq; poteſt intelligi, quòd re ipſa ſit eadem, ratione tamen diſtincta. Præter hæc autem, intellectus & intelligibile quæ eſt potentia generãdi actiua & paſſiua, idẽ ſunt coniunctione perfectiſsima potentiæ cum obiecto, vt diximus.

S. Thomas explicatur. 1. Secundò. Tertiò.

22.
Ad 5. Potentia notionalis nõ eſt propriè actiua, aut paſſiua, creatrix eſt propriè actiua.

Ad quintum reſpondetur actiuum & paſsiuum propriè maiori interuallo diſtare, quàm actiuum ab actiuo: ſed in potentia notionali actiuum & paſsiuum non dicuntur propriè; potentia verò creatrix eſt propriè actiua. Quo potiùs argumento firmatur eſſe potẽtias diſtinctas.

23.
Ad 6.

Ad ſextum, reſpondetur concedendo maiorem propoſitionem, quòd eſſentia prout eſt in Patre ſola ratione ratiocinante diſtinguitur à ſe ipſa prout eſt in Filio, ſi diſtinctionem meditemur ex parte eſſentiæ: nihil enim habet eſſentia ad ſe ipſam pertinens in Patre, quod idem non habeat in Filio; ſed addita proprietate eſſentia, prout eſt in Patre, per ipſam paternitatem diſtinguitur ab eſſentia, prout eſt in Filio. Potentia enim notionalis ex parte proprietatis adiectæ abſque dubio diſtinguitur ratione formali, definitioneque vna ab alia, vt initio capitis præcedentis conſtitutum eſſe diximus. Et hoc pacto concedimus potẽntiam notionalem actiuam diſtingui à paſsiua potentia, non verò quoad eſſentiam: ſicut etiam dicimus de puncto, vt eſt principium vnius lineæ, & terminus alterius.

Eſſentia prout eſt in Patre nõniſi per paternitatem diſtinguitur à ſe ipſa prout eſt in Filio.

Exemplum puncti.

24.
Ad 7. argum. Reſpond. ex aduert. Potentia realis reſpicit illud poſſibile, quod ſequitur potẽtiam paſſiuam.

Ad ſeptimum, reſpondetur ea quæ notauimus coaptando. Primò concedimus Patrem generare poſſe, Filium non poſſe generare; ſed negamus conſequentiam, aliquid poſſe Patrem per realem potentiam, quod non poſsit Filius: potentia enim realis reſpicit illud poſſibile, quod ſequitur potentiam paſſiuam. Quæ nominis ſignificatione in Deo

A Patre generare non eſt res poſsibilis, ſicut intelligere in Deo non eſt res poſſibilis per realem potentiam, ſed eſt poſſibile, vt indicat veritatem propoſitionis, ſiue modum intelligendi, ſicut Deũ eſſe iuſtum eſt poſsibile. Quòd ergo Pater poſsit generare, Filius non poſsit, non arguit impotentiam in Filio; ſicut hanc perſonam non poſſe eſſe illam, non arguit impotentiam. Res ergo poſsibilis per potentiam generandi actiuam eſt Filius; & eadem res eſt poſsibilis per potentiam paſſiuam. Quòd ſi inſtes,

Hoc modo in Deo Patre generare non eſt poſsibile prealem potentiã, ſed vt poſsibile ſignificat modum intelligendi: Sicut Deum intelligere, eſſe iuſtũ &c. eſt poſsibile.

B In Spiritu Sancto non eſt potẽtia aut actiua, aut paſsiua ad hoc poſsibile, ſcilicèt vt Filius gignatur. Tunc reſpondendum eſt ad argumẽtũ ex notatione alia, quòd in Spiritu Sancto eſt potentia notionalis realis, nõ ad hoc poſsibile ſecundũ proprietatẽ, ſed ſecundũ eſſe rei poſsibilis; quia potentia paſsiua ſpirãdi, quæ eſt in Spiritu Sancto, reſpicit ipſum eſſe rei poſsibilis, quæ eſt Filius. Nam Spiritus Sanctus proprietate relatiua eſt alia res poſsibilis diſtincta à Filio, ſed ſecũdum eſſe eſt idem; potentiæ autem perfectio attenditur ſecundum eſſe rei poſsibilis:

Replica.

Refutatur.

Potentia paſſiua ſpirandi, quæ eſt in Spiritu Sancto reſpicit ipſum eſſe rei poſſibilis, quæ eſt Filius.

C & idcircò eadem eſt potentia in ſingulis perſonis diuinis; diſtinctis tamẽ proprietatibus, huic vel illi propria. Ad confirmationẽ reſpondetur, quòd in Filio proprietas eſt generari, in Patre verò generare: quòd ergo Filius non poſsit generare, eſt in diſcrimine proprietas, quia eius non eſt vt generet; at verò in Patre, cuius eſt vt generet, ſi non generaret non obſtaret proprietas, ſed impotẽtia. Ideòque rectè ait S. Auguſtinus impotẽtem futurum fuiſſe Patrẽ, niſi generaret.

Potentiæ perfectio attenditur ſecundum eſſe rei poſsibilis.

Ad confirm.

In Patre cui⁹ eſt proprietas generare, ſi nõ generaret, nõ obſtaret proprietas, ſed impotentia.

S. Auguſt.

25.
Ad vltimum. Potentia notionalis in genere, communis eſt tribus perſonis, ſicut & omnipotẽtia.

Ad vltimum reſpõdetur, quòd potẽtia notionalis in genere, cõmunis eſt tribus perſonis, ſicut & omnipotẽtia: naturæ enim fœcunditas, quæ eſt eſſentiale id
D quod potentia notionalis ſignificat, cõmunis eſt tribus perſonis: eſt enim ipſa ratio naturæ diuinæ, vt ſit in perſonis per fœcunditatem naturæ: quòd autem potentia notionalis ſit generatiua, aut ſpiratiua, actiua aut paſſiua, ad proprietates perſonales pertinet. Illa ergo fœcunditas naturæ quæ eſſentialis eſt, eſt ipſa omnipotentia in radice, vt S. Thomas ait, quia vna & eadem fœcunditas eſſentiæ eſt prima ratio, vnaque & eadem, à qua omnis emanatio realis ducitur.

Fœcũditas naturæ eſt ipſa omnipotẽtia in radice, vt ait *S. Thom.* Declaratur.

Digitized by Google

CAPVT XXXI.

Spiritus Sanctus non ſolùm à Patre, ſed à Filio quoque procedit.

1. CVm tractatum ſit de principio diuinæ proceſsionis, deque potentia notionali in genere, ventum eſt iam ad perſonas, quæ ſunt proceſsionis principia. Ergo de Spiritu Sancto quærimus, an à Patre, & Filio procedat? Quòd Spiritus Sanctus procedat à Patre, adeò eſt certum, atque compertum, vt nullus qui diuinam eius proceſsionem fateatur, de ea re poſsit meritò dubitare: eſt enim Pater principium primum diuinæ proceſsionis; primo autem omnia aſcribuntur. Ita vt per hoc ipſum, quòd Spiritus Sanctus procedat à Filio, neceſſe ſit à Patre etiam eum procedere, cum Filius à Patre ſit. Imò etiam quòd proximè à Patre procedat opus eſt: ibi enim eſt principium medium, vbi eſt operandi virtus diſtincta: eſt autem Patris, & Filij eadem omninò virtus, & potentia; ergo Spiritus Sanctus à Patre proximè, & abſque medio procedit. Quamobrem Hugo Eterianus Patrem dicit eſſe ipſum primum principium rerum omnium, cùm non ſolùm res creatæ, ſed perſonæ etiam diuinæ à Patre ſint. Sed tamen circa id pronunciatum oportet attendere, quòd principium rerum externarum ſignificat actiuam vim quæ eſt Filio, & Spritui Sancto communis; principium verò diuinæ proceſsionis, quod ſcilicèt perſonam producit, ſignificat relationem. Principium ergo primum vt eſt vis actiua, eſt ipſa Deitas; principium verò primum proceſsionis diuinæ, quod eſt quid relatiuum, eſt Pater. Quòd ſi ex vtroque ſignificato vnum nomen concreſcat, quo principium vtroque modo primum indicemus, id etiam nomen proprium eſt Patris propter relationem primi adiunctam. Et hoc Eterianus voluit ſignificare.

Spir. Sanctus procedit à Patre. — *Probatur.* — *Procedit à Patre proximè.* — *Probatur.* — *Hugo Eter.* — *Primũ principium virtutẽ diuinam actiuã, & relationem originãtem complectens vt vnũ nomẽ, eſt proprium Patris.*

2. Eſt ergo controuerſia præcipua cum Græcis, Vtrùmne Spiritus Sanctus procedat non ſolùm à Patre, ſed etiam à Filio? Et quoniam ſunt aliqui qui conantur oſtendere Spiritum Sanctum eſſe à Filio, ex eo quia amor quoque creatus procedat à verbo; ordoque diſciplinæ A à rebus creatis ad diuina ducit: ea nobis quæſtio priùs eſt diſſerenda, An amor creatus procedat à verbo?

Contra Græcos concluſio. Spirit. Sanct. procedit etiã à Filio. — *Aliquorũ ratio ex analogia cum amore creato.*

3. Pendet autem quæſitum hoc à quæſtione alia, alio loco impenſiùs tractanda, Vtrùm intellectus moueat per efficaciam, ſiue efficienter volũtatem? Hoc enim ſi daremus, concedere neceſſe eſſet quòd verbum ipſum, quod eſt in intellectu, moueret etiam voluntatem efficientèr; forma enim mouentis eſt etiam mouens. Loquimur autem de motione reali, & phyſica, quæ ſcilicèt eſt à principio actiuo; cum enim principium in diuina proceſsione ſit quaſi actiuum, vt deducatur B aliqua ſimilitudinis ratio à verbo, & amore creato ad Verbum & Amorem increatum, de emanatione à principio actiuo agendum eſt.

Quæſtio ad eã præuia. — *Forma mouẽtis eſt etiã mouens.*

4. Videtur autem creatum verbum nõ eſſe actiuum principium dilectionis, aut amoris, eò vel maximè quòd intellectus non moueat efficientèr volũtatem. Primò probatur, quia motus eſt appetentis: quare appetitus ipſe eſt per ſe mouens; ergo non mouetur ab intellectu efficientèr. Conſequentia probatur, quoniam intellectus operatione antecedit C voluntatem: ergo ſi intellectus efficientèr mouet, eſt abſolutè primum mouẽs; ſed primum mouens eſt per ſe mouens; ergo ſi intellectus mouet voluntatem, ſunt duo per ſe mouentia, quorum vtrũque alterum per ſe moueat, quod eſt impoſsibile.

Pro parte negante voluntatem ad ſuos actus moueri effectiuè ab intellectu. — *1. argum.*

5. Deindè motio tranſiens neceſsariò eſt ab appetitu; eſt enim propter finem quod eſt obiectum appetitus: ergo ante ipſam operationem appetitus nulla eſt motio tranſiens; ſed quòd vna potentia moueat aliam eſt motio tranſiens; ergo D intellectus non mouet voluntatem, ſaltem ante primam operationem voluntatis.

2. argum.

6. Dicendum tamen eſt, intellectum mouere poſse voluntatem ad actionem naturalem: ſicut enim in creatione animæ ordine quodam realis emanationis voluntas ab intellectu emanat; ita & actus naturalis voluntatis, qui conſequitur naturam ipſam, videtur ab intellectus operatione profluere: hoc autem neceſsariũ eſt, vt voluntas quæ eſt in potẽtia reducatur in actũ, quod ſuprà admonuimus. Neque argumenta propoſita obſtant; ibi enim aſſumitur propoſitio, quòd appetitus

1. dictum affirmat quoad voluntatis operationes naturales. — *Fundament.* — *Ad 1. argum.*

petitus

Digitized by Google

Appetitus eſt primũ mouēs motione ſui ad finē, ſeu libera non naturali.

petitus ſit primum mouens; & id quidē verum eſt, cum quidpiam ſe mouet ad finem; finis enim eſt obiectum appetitus: ſed actus voluntatis naturalis non eſt ad finem, quia adhùc non eſt liber. Quod autem opponitur de actione tranſeunte quæ eſt propter finem, facile confutatur: nam operationes naturales, ante finem per actum liberum expetitum, referũtur in finē ab auctore naturæ, qui liberè operatur. Et ita intellectus actione tranſeunte mouet voluntatem propter finem expetitum ab auctore naturæ, vt poſsit deinde volũtas mouere ſe motu libero: niſi enim priùs moueatur motu naturali, non poterit ſe motu libero mouere.

Ad 2. argum.

Motio trãſiēs intellectus eſt propter finem expetitũ liberè ab autore naturæ.

7\. 2. dictum. negat quoad voluntatis operatiões liberas. Probatur. 1. vt ſupra.

Quare & illud ſecundo loco eſt aſſerendum, non poſſe voluntatem moueri ab intellectu vt à principio actiuo, quãdo illa operatur liberè: & hoc comprobant argumenta iſta. Deinde etiam probatur, Liberum enim eſt quod eſt cauſa ſui, vt S. Thom. docet 1. cõtra gent. cap. 88. ex Ariſtotel. in princ. Metaphyſ. ſcilicèt cauſa ſuæ primæ operationis; dicitur enim cauſa ſui, quod cauſam non habet, ſicut S. Auguſt. ait Patrem eſſe ſibi cauſam vt ſit, quia non eſt ab alia cauſa; ergo in prima operatione libera voluntas eſt prima forma operandi, & non intellectus. Quomodo enim voluntas eſt cauſa ſui, ſi intellectus voluntatis eſt cauſa? Neque expedit argumentum illa reſpõſio, quòd liberum eſt cauſa ſui, vt liberum comprehēdit ipſum arbitriũ quod voluntatem mouet. Nam arbitriũ non eſt formalitèr liberum, ſed volũtas; abſurdũ ergo eſt definitionē liberi, ſcilicèt quòd ſit cauſa ſui, attribuere arbitrio, & negare voluntati, quæ eſt formaliter libera. Hoc ipſum confirmo, Prima enim cauſa efficax operationis liberæ & illius contingentiæ quę à libertate pendet, eſt voluntas; ad voluntatē enim referimus contingentiam vt ad cauſam efficacem, ideoque nos liberos eſſe natura ipſa duce exiſtimamus; quia ſcimus facturos nos id eſſe quod voluerimus, vel nõ facturos quod noluerimus. Quòd ſi intellectus moueret efficacitèr, ſiue efficientèr voluntatem, ipſe eſſet cauſa efficax liberę operationis, & contingentię illius quæ à libertate pendet; actumque eſſet de libertate, neque enim velle, & non velle eſſet in voluntate poſitum, ſed

Probatur 2. Liberum definitur id, quod eſt cauſa ſui. *S. Thom.* *Ariſtotel.* *S. Auguſt.*

Reſponſio.

Refellitur.

Confirm. Prima cauſa efficax operationis liberæ & cõtingētis, eſt voluntas, nõ intellectus. Declaratur.

A intellectu inſtigante neceſſe eſſet id velle ad quod intellectus impelleret. Neq; eſt de hac re nobis dubium vllum, etſi oculis intueamur viros doctiſsimos præ ingenij dexteritate aduerſas partes tuitos. Et quidem contra S. Thomam ſatis apertè, vt alio loco diſputabim⁹. Quare cum S. Thom. 1. p. q. 27. art. 3. ad 3. ait amorem procedere à verbo, ſiue à conceptione mentis, nõ intelligit quòd procedat à verbo vt à principio actiuo, ſed finali. Nam S. Thom. vult ibi ordinem eſſe proceſsionis inter verbum, & amorem, vt ordine naturæ proceſsio verbi

Notandum.

S. Thom. Explicatur 1° Amor à verbo, ſeu ab intellectione procedit ex parte finis præcogniti.

B antecedat proceſsionē amoris. Ad quē ordinem ſatis eſt vt amor procedat à conceptione mentis in quocunque genere principij, vel cauſę: eſt autem genus cauſę finalis, quia amor ſequitur apprehenſionem intellectus ex parte finis, quem ipſe intellectus proponit. Aut ſanè loquitur de operatione naturali voluntatis: quod tamen non credimus exiſtimantes per actionem naturalem non procedere amorem. Quare cũ S. Th. loco citato, ait de ratione amoris eſſe vt non procedat niſi à conceptione intellectus, intelligendus eſt non de proceſsione à principio actiuo, ſed finali.

2\. Explicatio.

Reijcitur.

C

Vt autem veniamus ad quæſtionem de rebus diuinis, videtur quoque hoc pertinere ad analogiam diuinæ proceſſionis cum rebus creatis; quòd ſicut in operatione voluntatis ſaltem naturali amor procedit à verbo: ita & in Deo per dilectionem naturalem procedat Spiritus Sanctus à Filio, vt verus Amor à diuino Verbo. Nihilominùs non credimus eſſe hìc eam analogiam; quia, vt diximus, per dilectionem naturalē, quæ ſola eſt ab intellectu vt à principio actiuo, nõ procedit in nobis amor; dilectio verò libera, per quam procedit amor, non eſt ab intellectu, vt à principio actiuo. Præterea quòd actus volũtatis naturalis profluat ab intellectus operatione, accidit ex imperfectione voluntatis creatæ, quæ eſt potētia diſtincta ab actu, & neceſſe eſt quòd ab alio agente reducatur in actum, vt antea docuimus: aliàs intellectus nullum ordinem habet actiui principij ad operationem voluntatis, cuius non eſt forma. Igitur in diuina voluntate, quæ eſt potentia cum ſuo actu coniuncta, non ideo neceſſe eſt deriuari Amorē à Verbo, quia & in nobis

8\. Supereſt ratio ex analogia cũ dilectione creata naturali.

D

Improbatur 1. Non eſſe hic eam analogiã. Oſtenditur ex dictis.

Improbatur 2.

Diuina voluntas eſt potētia cum ſuo actu coniuncta.

id accidit. Sed aliunde petenda eſt ratio iſtius veritatis. Quamobrem vt oſtẽdamus Spiritum Sanctum procedere à Verbo diuino, minimè opus fuit recurrere ad analogiæ rationem, quòd amor quoque creatus à verbo procedat: verbum enim habet rationem termini operationis, & non principij: Verbum ergo diuinum eſt principium Spiritus Sancti, non quatenus Verbum eſt, ſed quatenùs diligens eſt; nam & Pater principium eſt Spiritus Sancti quatenùs diligẽs eſt, non quatenùs intelligens: ergo in Verbo diuino vt per hoc nomẽ ſignificatur, non indicatur ratio principij, à quo Spiritus Sanctus procedit; ſicut neque Pater ſub ratione loquẽtis, principium eſt Spiritus Sancti; ſed ſub ratione diligentis. Ergo potiùs conducit ad analogiam inter res creatas & diuinas, quòd ab intellectu, & Verbo non procedat amor, vt à principio actiuo: Verbum ergo diuinum eſt principium Spiritus Sãcti, non quà Verbum, hoc eſt, non quatenùs operationis terminus; ſed quatenùs perſona ſubſiſtens per primam proceſsionem, quæ eſt principium ſecundæ proceſsionis.

Verbum vt ſic eſt terminus, vt diligens, eſt principiũ proceſsionis.

Conducit ad analogiam inter res creatas & diuinas quòd ab intellectu & verbo non procedat amor vt à principio actiuo.

9. *S.Thom.* Explicatur vt ſupra.

Cum ergo S.Thom. 1.p.q. 36. art.2. probat Spiritum Sanctum procedere à Filio, quia amor etiam in nobis procedit à verbo; non affirmat amorem in nobis à verbo procedere in genere cauſæ efficientis; ſed agit duntaxàt de ordine proceſsionis: ordo enim eſt naturę, vt prius procedat verbum, at verò ab intelligẽte, & verbo procedit amor, quoquomodo procedat: ergo Spiritus Sanctus cum ſit terminus ſecundæ proceſsionis procedit à Patre, & Verbo, quæ ſunt perſonæ primæ proceſsionis: quo etiam pacto intelligẽdum eſt, quod docet S. Ioannes Damaſcen. lib.7. fid. Ortod. cap.7. *Oportet autem & Verbũ ipſum, ſpiritum habere.* Hoc autem confirmatur, quoniam etſi intellectus creatus voluntatem moueret; hoc ideo ponẽdũ eſſet, eo quòd volũtas creata ſit in potentia ad actum, & indigeat motore; non quòd intellectus ex propria ratione ſit principium dilectionis, cum eã non eliciat. Quare intellectum diuinum nullo modo ponimus vt principium ſpirationis, quæ eſt per voluntatem.

Solũ vult ordine naturæ proceſsionẽ verbi eſſe priorẽ proceſsione amoris.

S.Damaſc. explicatur.

10. *Cõcluſio poſita cõtra græcos*

Igitur contra græcos Spiritum Sanctum procedere etiam à Filio, oſtendẽ- A dum eſt cum S.Thom. 1.p.q. 36.art. 2. & in 1.d.11. art.1.& de pot.q. 10.art.4. & Opuſc.1.cap.49.50.51. & Opuſc. 2. cap. 49. & 4.cont.gent. capit.24.& 25. probaturque illud efficaciſsimo argumẽto, quo S. Thom. vtitur; quia ſi Spiritus Sanctus non procederet à Filio, non diſtingueretur ab illo: quod aſſertum infra iuſta quæſtione propugnabimus. Ideoque Græci à ſe ipſis inſcij diſſẽtiebant; B eò quòd Spiritum Sanctum à Filio diſtinguerent, & negarent eſſe inter vtrumque proceſsionem, quæ eſt prima ratio diſtinctionis inter perſonas diuinas.

S.Thom.

Probatur.1. efficaciſsimo arg. S. Th.

11. *Probatur.2.ex ordine proceſsionum.* *Filius in prima, accipit virtutẽ ſpiratiuã.*

Deinde probatur ex ordine ipſo proceſsionum. Nam proceſsio quæ eſt per intellectum, antecedit eam quæ eſt per voluntatem; cum ergo Filius procedat per primam proceſsionem, neceſſe eſt vt accipiat à Patre omnem Patris potẽtiam, & virtutem; ergo ab eodem habet ſpiratiuam potentiam, qua Spiritum Sãctum ſpiret. Et confirmatur, quia nunquam deeſt ordo in proceſsione multitudinis, niſi in ijs quæ differunt C materia; quod eſt argumentum S. Thom. 1. p. cum ergo in rebus diuinis non ſit materia, neceſſe eſt ſingulas res procedentes habere inter ſe ordinem proceſsionis: ergo Spiritus Sanctus cum Filio ordinem habet proceſsionis; ſed Filius nõ procedit ab Spiritu Sãcto, vt perſpicuũ eſt; ergo Spiritus Sanctus procedit à Filio. Explicatur hoc etiam in proceſsione verbi, & amoris in rebus creatis: nam ſicut cognitio antecedit dilectionẽ, ita & verbum per cognitionem procedẽs antecedit amorem per dilectionem D procedentem. Et quoad hoc valet argumentum, quòd amor in nobis procedat à verbo quocunque genere proceſsionis, vt declaratum eſt: ergo & Amor diuinus à Verbo procedit.

Confirm. Nunquã deeſt ordo in proceſſione multitudinis, niſi in ijs, quæ differũt materia. S.Thom.

Explicatur in proceſsione creata verbi, & amoris.

12. *Probatur 3. Filius communicat naturam omni modo poſsibili, atque adeo ſpirando.*

Tertiò confirmatur, quoniam Filius habet naturam communicabilem omni modo poſsibili; hæc enim communicabilitas eſt argumentum diuinæ infinitatis: ſed Filium communicare ſe ſpirãdo, eſt quid poſsibile, cum nulla ſit repugnantia; ergo ita certè ſe ſe communicat: in æternis enim eadem quæ poſſunt eſſe, neceſſariò ſunt: & hoc eſt euidentiſsimum argumentum, cum enim in Filio ſit diuina omnipotẽtia, vt ſupra declarauimus, neque obſtet proprietas

Filij

Digitized by Google

Filij quominùs poſsit ſpirare, niſi ſpiraret, non eſſet omnipotens; quod S. Auguſtin. de Patre dixit, niſi generaret non eſſet omnipotens.

S. Auguſt. ſic arguit de Patre.

13. Probatur. 4. ex vnitate Deitatis.

Denique probatur ex vnitate diuinæ naturæ, in qua nihil eſt diuiſum, niſi media intercedẽte origine; ſed ſpirare Spiritum Sanctum eſt in Patre, & non ſpirat gignendo, cum ſint origines diſtinctæ: ergo ipſummet ſpirare eſt in Filio.

14. Obiectio.

Quòd ſi obijcias generationem, & ſpirationem actiuam eſſe rem eandem, & ideo ſpirationem non communicari Filio, ſicut neque generationem.

Reſponſio.

Reſpondẽdum eſt hoc quidèm verum eſſe, quòd ſint res eadem, ſed tamen eas eſſe duas origines rationibus formalibus diſtinctas. Quamobrem ſicut natura diuina, quæ ſola ratione formali diſtinguitur à Paternitate, communicatur Filio, & non communicatur Paternitas: ita & ſpiratio actiua eſt Patri cum Filio communis, etſi ſola ratione formali à generatione diſtinguatur: quia adhoc vt vnum ſit cõmunicabile non aliud, ſatis eſt quod vnũ non includatur in ratione formali alterius. Cum igitur ſpiratio non includatur in generatione, etſi generatio ſit ſoli' Patris qua diſtinguitur à genito, quia ab eo procedit; ſpiratio qua genitũ nõ procedit, neque illos diſtinguit, etiam in genito agnoſcenda eſt. Et idcircò Concil. Florent. ſect. vltima decreuit, omnia Patrem dediſſe Filio præter eſſe Patrem.

Spiratio actiua vt ſit Patri cũ Filio cõmunis ſatis eſt illam diſtingui ſola ratione forma li à generatione.

Cõc. Florẽt.

CAPVT XXXII.

Idem probatur ex ſacris literis, & Patribus, & concilijs.

1. Quòd Sp. Sanctus procedat à Patre. *Ioan. 15. n. 26.*

QVòd Spiritus Sanctus à Patre procedat verbis ijſdem declaratum eſt Ioan. 16. *Spiritus veritatis qui à Patre procedit.* Non ijſdem autem verbis de Spiritu Sancto hoc dictum eſſe legimus in ſacris literis: per ea tamen ſignificatum eſt quæ veniunt in ſenſum eundem.

Quòd à Filio probatur 1. *Ioan. 16. n. 14.*

Cum enim de Spiritu Sancto Chriſtus Dominus loqueretur Ioan. cap. eod. *Ille*, inquit, *me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.* Diuinus quippe Spiritus cum ſit verus Deus nihil poteſt à Filio accipere niſi diuinum; accipit ergo diuinam naturam à Filio, ab eodemq; procedit; accipere enim naturam procedere eſt. Ibidemque, ex ſerie dictorum, Spiritus dicitur à Filio accipere ſcientiam, vt exponunt S. Ioannes Chryſoſt. S. Cyrillus, Theophylactus, Euthymius, & alij. Quod autem quaſi in tempus futurum dicitur (*accipiet*) moris eſt apud Hæbræos vt ea quæ ſunt æterna quouis tempore ſignificent præterito, præſenti, aut futuro: quare S. Auguſt. in hunc locum ait, *erit, fuit, eſt; erit, quia nunquàm deerit: fuit, quia nunquam defuit: eſt, quia ſemper eſt.* Theophylact. quia fuit in partibus Græcorum explicat hunc locum; *de meo accipiet*, id eſt, de meo theſauro, qui eſt Pater: quaſi verò non accipiat etiam à Filio, cuius eſſe quoque theſauros ſapientiæ Paulus affirmat ad Coloſſẽ. 2. quòd ſi à theſauro Filij accipit, profectò à Filio accipit.

Chryſoſt. *S. Cyrill.* *Theophyl.* *Euthym.* Hebraiſmus. *S. Auguſt.* *Theophyl.* interpretatio pro Græcis. Refutatur. *Ad Coloſſenſ.*

2. Confirmatur Refutatio *Ioan. 16. n. 15.* à Patre habet Filius potentiã ſpirandi.

Hoc idem confirmatur ex ijs quę ſequuntur apud Ioan. *Omnia quæcunque habet Pater, mea ſunt. Propterea dixi vobis quia de meo accipiet, & ennunc abit vobis.* Vbi Chriſtus Dominus idem exponebat argumentum; ſi ea (inquit) mea ſunt quę ſunt etiam Patris, qui accipit ea quæ Patris ſunt, quæ mea quoq; ſunt neceſſe eſt accipiat & à me, ſicut à Patre: nam qui mea accipit, à me accipit. Qua cõſequentia Theophylact. planè coarguitur, eodemque argumento S. Auguſtin. vſus eſt 2. de Trinitate. cap. 3. & hac maximè ratione cap. præcedẽte Spiritum Sanctum procedere à Filio probamus: quia ipſam potẽtiam ſpirandi accipit Filius à Patre. Conciliũ Florent. ſect. vltima de proceſsione Spiritus Sancti. *Quoniam* (inquit) *omnia quæ Patris ſunt ipſe Pater vnigenito ſuo gignendo dedit præter eſſe Patrem, hoc ipſum quòd Spiritus Sanctus procedit ex Filio, ipſe Filius à Patre æternalitèr habet.* Quod præcipuè interpretãdum eſt de potentia ſpirandi. Itaque niſi eam etiam haberet à Patre, falsò teſtatus eſſet', *Omnia quæcunque habet Pater, mea ſunt.*

S. Auguſt. *Cõc. Florẽt.*

3. Probatur 2. *Ioan. 16. n. 13.*

Adhùc probatur ex loco eodem, *Nõ enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunque audiet, loquetur.* Per hoc quippe quod dicitur, *non loquetur à ſemetipſo*, indicatur Spiritum Sanctum non eſſe improceſsibilẽ vt Pater eſt, ſed ab alio accipere ſcientiam, qua præditus loquatur: ergo cum ſubijcitur, *quæcunque audiet, loquetur*, ſignificatur diuina eius proceſsio,

Digitized by Google

proceſsio qua ſcientiā accipit; hoc enim eſt audire quæ dicenda ſunt: procedit ergo à Filio à quo ſcientiam dicitur haurire, & accipere.

4. *Probatur 3. Ioan. 15. n. 26.*

Idem teſtantur verba cap. iſtius: *Cùm venerit Paracletus, quē ego mittam vobis à Patre.* Filius enim non mittit Spiritum Sanctum quaſi ſeruum: ſed ideo dicitur mittere, quia Spiritus Sāctus per diuinam proceſsionem accipit à Filio ea quæ ad nos affert; neque alius mittēdi modus excogitari poteſt, qui quadret diuinis perſonis.

5. *Probatur 4. Rom. 8. Ad Galat. 4.*

Denique probatur ex eo, quòd Spiritus Sāctus dicitur Spiritus Chriſti, & Spiritus Filij Dei; Rom. 8. *Si quis ſpiritum Chriſti non habet, &c.* Et ad Galat. 4. *Miſit Deus ſpiritum filÿ ſui.* Perſona enim quęuis nō dicitur eſſe alterius, niſi propter ſeruitutem, aut proceſsionem, vt Filius genitus dicitur eſſe Patris; ſed Spiritus Sanctus non eſt ſeruus Filij; ergo eſt à Filio procedēs. Et in eodē ſenſu, quòd dicitur Spiritus Patris, dicitur etiam Spiritus Filij; id eſt, à Filio procedens, ſicut & à Patre. Prætereà cum dicitur Spiritus Filij, relatio indicatur perſonæ ad perſonam; ſed relatio perſonæ diuinæ habet fundamentum in proceſsione: ergo relatio qua Spiritus Sanctus dicitur Spiritus Filij, eius proceſsionem à Filio oſtendit. Quo ſenſu accipiuntur verba illa, *Spiritus veritatis*: id eſt, Spiritus Filij, qui eſt veritas.

Origen. Probatur 5. S. Auguſt. S. Cyrill. ex Act. 20.

Origen. quoq; Roman. 8. ex illo loco recitato videtur colligere proceſsionem Spiritus Sancti à Filio. S. Auguſtin. lib. 3. in Maxim. cap. 14. & S. Cyrill. lib. 12. in Ioan. cap. 56. non infirmum argumentum afferūt ex re geſta à Chriſto Domino, qui Actor. 20. fertur inſufflaſſe, id eſt, afflaſſe diſcipulos, & dixiſſe, *Accipite Spiritum Sanctum.* Quòd ſignificaret Spiritum Sanctū à ſe procedere, ſicut afflatum ab eius ſacro ore emiſſum excipiebant.

S. Anſelm. S. Thom. Eſt argument. S. Athanaſ. Adrianus.

Vide S. Anſelmum lib. de proceſsione Spiritus Sancti; & S. Thom. in Opuſc. de erroribus Græcorum. Quod tamen argumētum videtur fuiſſe à S. Athanaſ. acceptum, vt refert Adrianus Papa primus in ſcripto ad Carolum Magnum, actione 5. tomo 3. concil. pag. 606.

6. *Pro hac veritate Patres Latini.*

Eadem ſententia Patrum conſenſu firmatur, nihil enim concordius & Græci, & Latini Patres teſtatum eſſe voluerunt, vno aut altero de Græcis Patribus

A à communi ſententia diſcedentibus, vt dicemus. Ex Latinis Tertullianus lib. contra Praxeam, Spiritum Sanctum inquit à Patre per Filium deduci. S. Cyprianus ſerm. de aduentu Spiritus Sancti, *Spiritus Sanctus procedens à Patre & Filio, quaternario ſuperfertur, &c.* S. Hilar. 2. de Trinit. Patrē, & Filiū vocat Sp. Sācti auctores; auctor autem idē eſt quod principium, vt diximus ſupra. S. Ambroſ. lib. 2. de Spiritu Sācto cap. 12. affirmat Spiritum Sanctum omnia accipere à Filio. S Hieron. ad Hedib.

Tertull. S. Cyprian. S. Hilar. S. Ambroſ.

B q. 9. Spiritum Sanctum à Patre & Filio mitti, & Patris Filijque Spiritum dicit. Ruffinus in explicatione Symboli, Spiritum Sāctum à Patre & Filio procedere. S. Auguſtin. tract. 99. in Ioan. *Cur (inquit) non credamus, quòd de Filio quoque procedat Spiritus Sanctus, cum & Filÿ ipſe quoque ſit Spiritus?* Et idem repetit lib. 15. de Trinitate cap. 17. 26. & 27. S. Proſper. de vita contemplatiua lib. 1. cap. 18. & iiſdem S. Auguſtini, & S. Ambroſ. temporibus Prudentius vir clariſsimus de Spiritus Sācti proceſſione à Filio non ſiluit, libro quem inſcribit

S. Hieron. Ruffinus. S. Auguſt. S. Proſper. Prudent.

C Hamartigenia ad finem, vbi Chriſtum colloquens ſic ait.

O Dei Chriſte
Cui' ab ore Deus ſubſiſtit Spiritus vnus.

Quibus verbis ſincerè confitetur Spiritum Deum ab ore Chriſti, qui eſt Filius Dei ſubſiſtere, ſcilicèt per diuinam proceſsionem, & S. Gregor. lib. 2. Dialog. cap. vltimo eandem confeſsionem exprimit; quòd faciunt non diſsimilitèr Magnus Leo in Epiſtola 91. ad Turbiū, & S. Fulgent. de fide ad Petrum cap. 2. Boetius lib. 1. de Trinit. cap. 12. Beda lib. de elementis Philoſophiæ; Hormiſda Papa Epiſtola ad Iuſtin. Imperatorem

S. Gregor. Mag. Leo. S. Fulgent. Boetius. Beda. Hormiſda.

D cap. 2. S. etiam Martialis initio primi Tomi Bibliothecæ Patrum, Epiſtola 10. idem teſtatur, alijque paſsim Latini patres: quorum innumera teſtimonia refert Genadius, ſicut & plurima ex Græcis.

S. Martial.

7. *Patres Græci. S. Athanaſ.*

Quia verò quæſtio nobis eſt cum Græcis, ſtudioſiùs Græcorum quoque placita in hanc ſententiam commemorātur. S. Athanaſ. non ſolùm in ſuo Symbolo, ſed etiam ſerm. 4. contra Arium, Spiritum Sanctum à Filio procedere aſſeuerat: & Epiſtola ad Serapionem oppugnat Macedonium quòd Spiritū Sāctum

Deum

Digitized by Google

Deum negabat; probatque Spiritum Sãctũ Deum eſſe, eò quòd à Filio procedat, ſicut Filius à Patre: & S. Anaſt. Antioch. lib. 1. de rectis fid. dogmat. ait dici ſpiritum oris, quia os Patris eſt vnigenitus. *Ipſe* (inquit) *ſpiritus & ab ipſo procedit & nititur; non à ſolo Patre, ſed & à Filio.* At Magnus Baſilius, dum Eunomium arguit qui Spiritum Sanctum negabat procedere à Patre, ſed à ſolo Filio procedere aſſerebat, *Nulla* (inquit) *Filij operatio à Patre diſſecta eſt, nec eſt aliquid in rerum natura quod Filio adſit, & à Patre alienum ſit, omnia enim* (inquit) *mea tua ſunt, & tua mea ſunt.* Eſt ergo inter Patrem & Filium ita cõmunis proceſsio, ſicut & natura; ita vt ab altero ſeorſum Spiritus Sanctus nequeat procedere, ſed ab vtroque. Et lib. 3. ait Spiritum Sanctum à Filio habere eſſe, & Filium eſſe cauſam illius, id eſt, principium. Et lib. 5. vt ſe habet Filius ad Patrem, ita ſe habere Spiritum Sanctum ad Filium. Quibus omnibus verbis proceſsio Spiritus Sancti à Filio apertè indicatur. S. Gregor. Nyſſenus in lib. ad Alabium. *Credimus* (inquit) *aliud quidem cauſam eſſe, aliud autem ex cauſa, & ex eo quod ex cauſa eſt.* Quibus verbis tres diuinas perſonas ſignificat; non quòd eæ ſint aliud, & aliud ſecundũ ſubſtantiam: ſed ratione illius quod eſt principiũ, & quod eſt à principio. Aliud ergo eſt principium, hoc eſt Pater, qui duntaxat principium eſt; aliud verò à principio, ſcilicèt prima proceſsione emanãs, qui eſt Fili⁹; aliud verò eſt ex eo quod eſt ex principio, ſcilicèt ex Filio qui eſt à Patre, & hoc eſt Spiritus Sanctus. Igitur haud dubiè affirmauit Spiritum Sãctum eſſe à Filio, vt à principio; quod tamen principium, ſcilicèt Filius, ſit quoque à principio, ſcilicèt à Patre: nomine autem cauſæ principium intelligit more Græcorum. S. Gregor. Nazianz. oratione 5. Theolog. tres diuinas perſonas Adæ, Euæ, & Seth, comparat; eò quod Eua ex Adam ortũ ducat, Seth verò progenitus ſit ab vtroque: ſicut & à Patre Filius, Spiritus verò Sanctus ab vtroq; procedat. S. Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi 17. negat Spiritum Sãctum eſſe flatum ore emiſſum Patris, & Filij: ſed eſſe ſubſtantialem ſpiritum loquentem & operantem. Vbi videtur non obſcurè in eo conſentire, quòd Spiritus Sanctus ab vtroque procedat, ſed non vt flatus in aera diffuſus. S. Ioan. Chryſoſt. in Symbol. homil. 1. *Iſte eſt* (inquit) *Spiritus Sanctus de Patre, & Filio procedens.* Et eadem affirmat homil. 2. Sanctus Epiphan. de Hæreſibus hereſi 69. iterum atque iterum ait Spiritum Sanctum procedere, & à Patre, & à Filio accipere, Ioannis vſus verbis. Sed pag. 351. ſignificantiùs dixit Spiritum Sanctum ab vtriſque, id eſt, ab vtroque procedere. Et in Anchorato affirmat Spiritum ex Patre, & Filio ſpirare, quod nos dicimus ſpirari: fortè loquitur S. Epiphanius ducta ſimilitudine ab odore ſpirante, id eſt, emiſſo à floribus; quo in loco communem proceſsionem Spiritus Sancti à Patre, & Filio manifeſtè expreſsit, & eodem lib. Spiritum ait eſſe à Chriſto, & eſſe lumen tertium à Patre, & Filio: & ibidem iterùm quod ex Patre, & Filio eſt; & quod ex Patris, & Filij ſubſtantia. Legitur in Concil. Florẽt. Ioannes diſputans pro Latinis argumẽtum huiuſmodi propoſuiſſe Marco Epiſcopo Epheſino Græcas partes propugnanti; Spiritus Sanctus eſt à Filio; ergo procedit ab eo: negaſſeque Marcus antecedens, quòd Spiritus Sanctus, ſcilicèt à Filio eſſet, cum conſequentiam firmã eſſe intueretur. Tũc verò Ioannes protuliſſe ſententiam S. Epiphanij quòd Spiritus Sanctus ſit à Filio; apertè conuincens aduerſarium propter ſummam S. Epiphanij apud Græcos reuerentiã. At verò S. Antoninus 3. p. tit. 22. capit. 11. narrat interfuiſſe ſe actioni Concil. Florent. in qua ſimilitèr Græci auctoritate S. Baſilij deuicti ſunt, Græcoſque cauſatos eſſe, codicem eſſe corruptum; allatiſque pluribus codicibus Græcorũ locum integrum inuentũ eſſe: fuit enim momẽti maximi apud Græcos S. Athanaſij, S. Baſilij, & S. Epiphanij ſententia.

At verò Didymus libr. 2. de Spiritu Sancto inducit Chriſtum Dominum de Spiritu Sancto loquentem, *Nõ loquetur* (inquit) *de ſemetipſo, quia non à ſe eſt, ſed ex Patre & me eſt.* Eſſe autem à Filio, procedere eſt. S. Cyrillus Alexandr. lib. 11. in Ioan. cap. 1. de Spiritu Sãcto diſputans, *Cum* (inquit) *per Filium naturalitèr procedat vt proprius eius, cum omnibus quæ abſolutè habet, accipere dicitur quæ ipſius ſunt.* Elegantèr quidem

ſcribit

S. Anaſt. Antioch. — *S. Baſil.* — 1. locus. — 2. locus. — 3. locus. — *S. Greg. Ny.* — Explicatur. — Nomine cauſæ principiũ intelligere, mos Græcorum. — *Nazianz.* — *S. Cyrill.* — *S. Chryſoſt.* — *S. Epiphanij* 1. locus. — Secundus. — Tertius explicatur. — quartus. — *Ioan. in Cõcil. Flor.* arguens ex *S. Epiphan.* — *S. Anton.* de S. Baſil. auctoritate quadam. — 8. *Didymus.* — *S. Cyrill.*

Digitized by Google

ſcribit Spiritus Sancti proceſsionem à Filio; tum quòd accipiat abſoluta & eſſentialia, non verò proprietatem Filij; tùm verò quòd per eandem proceſsionem Spiritus Sanctus ſit proprius Filij, id eſt, Spiritus Filij, ſicut & Filius Patris proprius eſt: modus enim hic dicẽdi proceſsionem ſignificat, vt diximus. Nec eſt ſpernenda auctoritas Simeonis Metaphraſtis, qui in referenda vita Dionyſij Christum ait miſiſſe ſpiritum ab ipſo procedentem. Eandem fidem profitetur Tharaſius in Epiſtola quadam, quæ legitur in Synodo 7. actione 3. Eandem S. Maximus Zachariæ 4. vbi ait Spiritum Sanctum à Patre per Filium procedere, eſſeque Spiritum Filij, ſicut & Patris ſecundum eſſentiam: vbi proceſsio ſecundum eſſentiam, & naturam facilè perſpicitur.

Metaphraſt. *Tharaſius.* *S. Maxim.*

9. Eidem veritati fidem faciunt plurimæ aliæ Patrum Græcorum ſententiæ, qui vno ore atque animo prædicant Spiritum Sanctum procedere à Patre per Filium, vt ſignificent Patrem quidèm eſſe principium ſine principio; Filium verò eſſe principium à principio, ita vt Pater operetur per Filium, quod poſteà explicandum eſt. Sed tamen in eo quod aiunt Spiritum Sãctum per Filium procedere, ipſum quoque Filium principiũ ponunt; id enim per quod aliquid procedit rationem habet cauſę, ſiue principij: meritòque huius ſententiæ fuiſſe credẽdus eſt S. Ioan. Damaſcen. qui etſi doceat non à Filio, ſed per Filium procedere, intelligit tamen proceſsionem eius à Filio ſignificari meliùs cũ dicitur, per Filium, ne Filius credatur primum principium proceſsionis quod eſt Pater, vt ipſe declarat 1. lib. fid. Orthod. cap. 11. Cùm aliàs in hiſtoria duorum Chriſti militum non longè à medio, haud dubiè pronunciet: *Vnum ſcias Spiritum ex Patre Filioque procedentem Deum perfectum.* Quod adnotauit Sixtus Senẽſis lib. 6. Bibliothecę ãnotatione 387. Quare Eugenius etiam Papa in literis ſanctæ vnionis declarat Græcos Patres dicentes Spiritum Sanctum procedere per Filium, non re ipſa, ſed verbo tenus à Latinis diſcrepare; vt obſeruat etiam Magiſter in 1. Sed tamen Græci Schiſmatici longè alio ſenſu ea verba accipiebant, vt declinarent veritatem proceſsionis à Filio, dicebantque Spiritum

Patres Græci vniuerſim aſſerẽtes, Sp. Sanctum procedere à Patre per Filium. *S. Damaſc.* explicatur. *Sixtus Sen.* *Eugenius* declarat Græcos Patres à Latinis verbo tenus diſcrepare. *Magiſter.* Græcorũ Schiſmaticorum in‑

A Sãctum procedere per Filium, id eſt, per Filij merita nobis communicari; quæ interpretatio noua fuit, ſicut & hæreſis noua negantium proceſsionem à Filio: quod eſſe Hæreticorum inuentum teſtatur Hugo Etherianus libr. 1. de Spiritu Sancto, neque vſquam id apud antiquos Patres auditum fuiſſe. Præter Hugonẽ Genadius etiam Patriarcha Cõſtant. in expoſitione Concil. Florentin. multa affert ex Patribus: & propoſitionẽ, per, ſignificare cauſam, ſiue principium diſerte comprobat ſect. 2. & 3.

terpretatio noua, & hæretica. *Hugo Ether.* *Genadius.*

10. Ergo iuxta literarum ſacrarũ ſenſum,
B communemque Patrum ſententiam, ab Eccleſia ſancitum, definitúq; eſt Spiritũ Sanctum non ſolùm à Patre, ſed à Filio etiam procedere, ſcilicèt Cæleſtino Papa 1. in Concil. Epheſ. tom. 1. cap. 14. quod celebratum eſt in Alexandria, in quo concilio Epiſtola Cyrilli ad Neſtorium Concilij Præſidentis refertur; eademque nomine concilij ad Neſtorium mittitur: ſunt autem hæc verba Cyrilli, *Spiritus veritatis appellatus eſt, & veritas Chriſtus eſt, vnde & ab iſto ſimiliter ſicut ex Patre procedit.* Eademque Epiſtola approbatur à 4. Synodo gene-
C rali actione 5. & à Synodo 5. actione vltima, & à 6. Synodo actione 17. & itẽ à Synodo 7. actione 7. In quatuor ergo concilijs hęc veritas tanquam catholica habita eſt, & recepta. Item probatur ex additamento Symboli, quod abſque dubio Eccleſiæ auctoritate adiectũ eſt, vt cap. ſequenti enarrabimus, cùm enim antea in Symbolo legeretur, *& in Spiritum Sanctum, qui ex Patre procedit*, additum eſt, *qui ex Patre Filioque procedit.* Cum qua adiectione legitur Symbolum in Cõcilio generali: quãuis Græ-
D ci in Concil. Florent. ſeſſ. 5. & 7. negarent ita legi in ſuis exemplaribus: erant enim corrupta à Recentioribus. Sed Latini protulerunt codicem antiquiſsimũ illius concilij in quo illa particula, *Filioque*, adiecta legebatur. Pronunciatur eadẽ fides in Symbolo S. Athanaſij quod temporibus S. Gregor. Nazianz. in toto Oriente, Occidenteque celebratum erat ac veneratũ, vt teſtis eſt Nazianz. in oratione de laudibus S. Athanaſij; cuius quoque Symboli ſententijs, vt catholicis dogmatibus, vtitur S. Auguſtin lib. 5. de Trinitat. cap. 8. & Enchirid. cap. 36. & Pſalm. 120. ait illud eſſe Sancti

Athanaſ.

Cæleſt. Papa *Cõcil. Epheſ.* *4. Synodus Generalis.* *5. 6. 7. Synod.* *Additamẽtũ Symbol. in 7. Conc. gener.* Græcorum reſponſio in Cõc. Florent. Refellitur. *Symbolũ S. Athanaſ.* *Nazianz.* *S. Auguſt.*

Digitized by Google

Athanaſ. Symbolum. Eadem quoque
doctrina propoſita eſt,& firmata in plu-
ribus Cõcilijs Latinis,in quibus & Grę-
ci aderant,& Latini. Nam apud Barum
S. Anſelmus in quodã Cõc. S.Anſelm.in quodam Concilio diſertiſ-
ſimè Græcos coarguit, vt ipſe teſtatur
lib. de proceſsione Spiritus Sancti cap.
Cõcil. Later. 4.In Concilio etiam Lateran.ſub Inno-
centio 3.accedente Græcorum conſen-
ſu,capit. 4. & adhùc ſub Gregorio 10.
vbi Græci pariter,& Latini Symbolum
cum illa adiectione, *Filioque*, tertiò e-
tiam decantarunt. Idemque pronuntia-
tum eſt in pluribus Concilijs Toletanis,
Conc. Tolet. 1.3.4.8.11. in 1. cap. 21. approbato à Leone 1.
Item in 3.4. 8. & 11.primis quibuſque
capitulis. Quæ definitiones anteceſſere
annum Domini 900. ante celebre illud
diſsidium agitatum de quæſtione hac in
ter Latinos,& Græcos. Definitaque eſt
hęc catholica veritas contra Gręcos in
Conc. Later. Concil. Lateran.2.& in Concil. Lugdu-
C. Firmitèr. nenſ.& legũtur definitiones cap. Firmi-
Conc. Lug. tèr, & cap. Fidelitèr de ſumma Trinit.
C. Fidelitèr. quòd ſcilicèt Spiritus Sanctus non à ſo-
lo Patre,ſed à Patre Filioque procedat.
Conc. Flor. Et nouiſsimè in Cõcilio Florentino.

CAPVT XXXIII.

Refelluntur argumenta Græcorum ab auctoritate Patrum,aut Eccleſiæ petita.

1\. QVoniam hęc controuerſia ingẽtes
habet difficultates,quæ per capita
ſequentia ſuperandæ ſunt; ea ſola argu-
menta, quæ occurrunt circa ſententias
aliquas Patrum, & definitiones Conci-
liorum,quorum auctoritatem nobis vẽ-
dicauimus cap. ſuperiori, viſa ſunt hoc
ſequenti cap.eſſe refellenda.

2\. Primò igitur arguitur. Apud Ioannẽ
1 argum. ex Euangel. Ioannis. traditur proceſsio Spiritus Sancti de Pa-
tre,non verò de Filio; ergo credendum
non eſt id fuiſſe omiſſum à Chriſto Do-
mino, cum Spiritus Sancti proceſsionẽ
palàm doceret.

3\. *2. arg. ex Patr.* Deinde S. Dionyſ. cap. 2. de diuinis
S. Dionyſ. nomin. *Solus* (inquit) *fons ſuperſubſtã
S. Baſilij 1. locus. tialis Deitatis eſt Pater.* Et S. Baſil.
Epiſtola 43. *Nullam* (inquit) *ſecundũ
propriam notionem, communionem ha-
bet Filius cum Patre*: ſanè cum ſpi-
ratio actiua ſit quędam notio, vt dice-
mus libr. 4. videtur S. Baſilius negare

A cam eſſe communem Patri, & Filio. Et
ibidem aſſerit Spiritum Sanctum ex Pa-
tre quidèm habere ſubſiſtentiam,per Fi- *Secundus.*
lium verò innoteſcere; innoteſcere au-
tẽ nõ eſt procedere. S. quoque Gregor.
Nazianzen. in oratione ad Epiſcopos *Nazianz.*
Ægypti: *Omnia* (inquit) *quæ habet Pa-
ter, habet etiam Filius, excepta cauſali-
tate.* Ergo Filius non eſt cauſa,ſiue prin
cipium Spiritus Sancti. Iam verò S. Io-
B annes Damaſcen. lib. 1. fid. Orthod. cap. *S. Damaſc.*
11. *Spiritum* (inquit) *per Filium eſſe
dicimus, de Filio non dicimus.* Theophy- *Theophyl.*
lactus verò clariùs in cap. 3. Ioannis ait
Latinos malè exponentes ſacrum Euã-
gelium, & minùs rectè intelligentes di-
cere Spiritum Sãctum à Filio procede-
re. Quod idem ſentit Euthymius in il- *Euthym.*
lud Ioan. 14. *Ego rogabo Patrem.* Cõ-
ſtantèr verò tuetur partes Græcorum
Theodoretus lib. contra Anathematiſ- *Theodoret.*
mos Cyrilli. Ergo iuxta horum Patrum
ſententiam Spiritus Sanctus non pro-
cedit à Filio. Et quod maius eſt Mar. *Mar. Victor.*
C Vict. lib. 1. contra Arium,ait Spiritum *Locus notãdus*
Sanctum eſſe matrem Ieſu ſuprà & de-
orsùm,id eſt,diuinitùs & humanitùs; er-
go Ieſus qui eſt Filius Dei, potiùs pro-
cedit de Spiritu Sancto, quàm Spiritus
Sanctus de illo.

Tertiò. In præcipuis Concilijs Nice- 4.
no,Epheſino,Calcedonenſi,& Conſtan- *3. argum. ex Concilijs.*
tinopolitano definitum eſt Spiritum Sã-
ctum procedere à Patre; de Filio verò ſi-
letur.

Quarto. Leo 3.condidit Romæ Sym- 5.
bolum Nicenum in tabula argentea ex- *4. argum. ex*
D culptum, quod poſt altare Beati Pauli *ſymb. Nic.*
perpetuò conſeruandum collocauit,in *Romæ ſeruato.*
quo præcipitur ne quis,aut alitèr doce-
re,aut addere auſus ſit; ergo contra ſta-
tutum Cõcilij facta eſt adiectio illa, *ex
Patre Filioque.*

Vltimò. Illa adiectio facta eſt abſq; 6.
authoritate Eccleſiæ, cum autor addẽ- *Vltimum arg.*
dæ particulæ non extet; ergo nullo mo-
do fuit addenda.

Aduertenda.

HOc loco aduertendum eſt, Eccle- 7.
ſiam pro ratione temporum ad no *1. Aduertend.*
uas hæreſes refellendas conuerti, vt no-
tat S. Thom. 1. p. quæſt. 36. art. 2. ad 2. &
affert id quod dicitur in Concilio Cal- *S. Thom.*
cedonẽſi. *Quòd illi qui fuerũt cõgregati
in Concilio Conſtantinopolitano doctri-*

 nam

Digitized by Google

uam de Spiritu Sancto tradiderunt: non quod minus eſſet in præcedentibus, qui apud Nicæam congregati ſunt, inferentes: ſed intellectum eorum aduerſus hæreticos declarantes. Quia ſcilicèt noua concilia non inferunt noua, quaſi minùs ſit in præcedentibus, hoc eſt, quaſi præcedentia concilia diminuta ſint: ſed declarant intellectum præcedentium conciliorum, quia definiunt eadem quæ implicitè continebantur in præcedentibus Concilijs, contra nouos hæreticos, qui à veritate ibi contenta diſcordant; & idcircò neceſſe eſt verbis clarioribus eos retundi. Quare contra Eunomium, & Sectatores, qui Spiritum Sanctum dicebant procedere à ſolo Filio, eſſeque eius creaturam, definitum à Concilijs fuerat Spiritum Sāctum à Patre etiam procedere, vt & Filius procedit; ſcilicèt quo Spiritus Sancti Deitatem, diuinamque proceſsionem firmarent. Exorta autem noua hæreſi quòd Spiritus Sanctus non procedat à Filio, Eccleſia iam pridèm occurrit, catholicam ſententiam (vt retulimus) proponēs, quòd a Filio quoque procedat.

Concilia priora non ſunt diminuta, tamē à ſequentibus declarantur.

Hæreſis Eunomij.

Hæreſis Neſtorij oppoſita.

8\. Huius ergo hæreſis auctor credendus eſt, vel Neſtorius vt S. Thom. opinatur ſolutione ad 1. vel ex Neſtorianis aliquis: Nam & Theodoretus, qui creditur author hæreſis, Neſtorianus aliquando fuit. Certè à Neſtorianis ea hæreſis aſſerebatur: quod conſtat ex Symbolo Neſtorianorum in operibus Cyrilli inſerto, & ex Concilio Florent. ſect. 7. vocatur ſecta Neſtoriana: ea quæ negat Spiritum Sanctum procedere à Filio. Sed videtur hæc hæreſis in ſilentio fuiſſe vſque ad annum 767. quo quidèm anno refert Ado Viennenſis in Chronico celebratum Cōcilium, & in eo fuiſſe de Trinitate diſputatū inter Græcos, & Latinos; inter quos nulla alia controuerſia legitur de Trinitate acta, niſi ea quam modò tractamus. Redintegratus eſt morbus tempore Nicolai primi anno Domini 860. cū Theophylactus Ioannem commentatus Latinos arguit, quòd crederent Spiritum Sanctum à Filio procedere. Sed tamen anno 1504. cæpit maximè hæc hæreſis vigere auctore Michaele Cōſtantinopolitano Patriarcha, qui per eam impietatem Summum Pontificatum petebat, Imperator Conſtantinus 10. ad eandem inſaniam homines concitabat, vt ſtarēt

Hæreſis Græcorū habuit autores Neſtoriū, vel Neſtorianū aliquem.

Capitan. 767. Ado Vienn.

redintegrata p Theophylac. anno 860.

Viguit per Michaelem Patr. Conſtantinop. & Imp. Cōſtantinum. 10.

A contra confeſsionem Romanæ Eccleſiæ, & ſuam hæreſim ſcriptis proderent, vt conſtat ex Epiſtolis Leonis 9. ad Patriarcham & Imperatorem; & ex libro S. Anſelmi de proceſsione Spiritus Sancti contra Græcos. Legendus eſt Petrus Maturus in ſuis annotationibus ad S. Antonin. p. 3. tit. 22. cap. 13. §. 3. & S. Antoninus ibidem. Si quis ergo ſtudioſè conferat tempora iſtius hæreſis cùm definitionibus conciliorū planè comperiet, initiò ſtatim fuiſſe ab Eccleſia damnatam, ac deinde perpetuò reprobatā.

Leo 9.

S. Anſelm.

Maturus.

S. Antonin.

B Præterea aduertendum eſt hoc loco, quòd illa particula Symbolo addita, quam S. Thom. ad 2. videtur innuere à quodam Romano Pontifice fuiſſe expreſſam, dicitur à S. Damaſo Romano Pontifice fuiſſe adiecta in Concilio Romano anno Domini 383. contra eos, qui prædicabant Spiritum Sanctum eſſe Filium Filij, & nepotem Patris. Et ita ſentit Gilbert. Genebrar. lib. 3. Chron. pag 56. quem ſequitur Petrus Maturus loco recitato. Iam verò fuiſſe Romæ celebratum Concilium illud narrat Sāct. Hieronym. in Chronico, S. Iſidorus in Damaſum, & hiſtoria tripartita libr. 9.

9. 2. Aduert. S. Thom. Particula, Filioque, addita à S. Damaſo. in Cōc. Rom.

Genebrar.

Maturus.

S. Hieron.

S. Iſidor.

Hiſt. tripart

C cap. 5. 12. & 13. ſcribitque Genebrardus legiſſe ſe in libello Græco, quem ipſe fecit Latinum in eo Concilio Romano hanc fuiſſe additam particulam: & optimè conſentit cum ijs quæ ſcripſit Hugo Etherian. doctiſsimus lib. 3. de Spiritu Sancto cap. 19. Et inter opera S. Hieronym. extat Symbolum Damaſi cum ea adiectione, *ex Patre Filioque* Scilicèt tom. 9. Epiſtola 16. Quare admodùm veriſimile eſt à Damaſo factam eſſe iſtam adiectionem. Confirmatur hoc etiam ex eo quòd S. Thomas ait in

Genebrar.

Hugo Ether.

S. Hieron.

Confirm.

D Concilio quodam occidentali factā fuiſſe, & idem affirmat Andreas Epiſcopus in Concil. Florent. ſeſſ. 2. quod tamen Concilium occidentale cum ea definitione in tomo Conciliorum nullum extat. Cum autem conſtet Concilium celebratum fuiſſe Romæ à Damaſo, aliqua coniectura eſt in eodem Concilio particulam fuiſſe adiectā. Aliquid tamen obſtat huic opinioni, quòd Concilium Toletan. 3. poſt Damaſum recitauit Symbolum ſine additione: ſed fortè id quoque ideò Cōciliū fecit, vt priſca Symbola abſq; additione legeret, quouſq; cōſuetudo legēdi cū additione percbeſceret;

S. Thom.

Andreas in Cōc. Florēt.

1. Obiectio ex Cōcil. Tolet.

Reſponſ. ex eodem.

Nam

Nam in canone eiuſdem Concilij tertio anathema dicitur ei qui negauerit Spiritũ Sanctum à Filio procedere. Quãuis autem res geſta incerta ſit & dubia, certiſſimum tamen eſt nihil Symbolo potuiſſe addi, quod ab Eccleſia cum tanta conſenſione reciperetur, quod eiuſdem Eccleſiæ autoritate non fuiſſet adiectũ; maximè cum ita legatur in ſeptima Synodo Generali, & in pluribus poſteà Concilijs.

7. Synod. General.

10. 2. Obiectio. *De Theodor. & Theoph.*

Sed tamen videmur hæreſis arguere Theophylactum, & Theodoretum, & alios ex Græcis Patribus, qui videntur non potuiſſe ignorare ea concilia, ab eis autem diſcedere non niſi deſerendo fidem potuerunt. Cui obiectioni nulla reſpõſio alia ſuppetit, niſi vt credamus eos ignoraſſe Concilia: & Theodoretus quidem dicitur in Concil. Calced. operâ Leonis Papæ ad ſenſum Eccleſiæ reductus eſſe; nec attigit tempora Michaelis, qui Eccleſiam hęreſi hac infeſtauit. Theophylactus autem qui vixit tẽpore ſchyſmatis cum Eccleſia demùm fortaſſis conſenſerit; ſicut & alij ex Græcis Epiſcopis, ſuadente Concilio conſenſerunt.

Reſponſ. Fortè ignorarant Concil. Prior reſipuit. Et fortè alter.

Reſponſio.

11. Ad 1. arg. à ſola negatione conſequentia nulla.

Ad primum argumentum reſpõdetur à ſola negatione nullam deduci cõſequentiã; oportet enim omninò vt altera pars ſaltem antecedentis ſit affirmans. Quare ex hoc quòd in Euangelio non ſit declaratum Spiritum Sanctũ procedere à Filio, non efficitur vt non procedat. Quod verò dicitur Chriſtũ Dominum non debuiſſe id omittere cum faceret verbum de proceſsione Spiritus Sancti, verum eſt; apertè enim ſignificauit Spiritum Sanctum à ſe procedere, cũ illum à ſe accipere, & à ſe mitti aſſeruerit: dixit autem procedere illum à Patre, & non dixit à ſe ipſo, tum vt genitori deferret, & illum potiùs quàm ſe palàm honoraret; tum etiam vt proceſsionem deduceret ad principium ſine principio quod eſt Pater. Sibi autem etiam aſcribit Spiritus Sancti proceſsionem, ſed verbis min⁹ planis modeſtiæ cauſa: imò etſi diceret Spiritum Sanctum à ſolo Patre procedere, non excluderetur Filius, vt ait S. Thom. 1. p. quæſt. 36. art. 2. ad 1. & S. Anſelm. de proceſsione Spiritus Sancti, iuxta eas præſcriptiones,

Replica. Reſponſ. Etſi Sp. Sanctus diceretur à ſolo Patre procedere nõ excluderetur Filius. *S. Thom. S. Anſelm.*

A quæ de propoſitionibus excluſiuis tradendæ ſunt lib. 5.

12. Ad 2. Patres explicãtur.

Ad ſecundum quod eſt ab auctoritate Patrum reſpõdetur eos qui in argumẽto commemorantur teſtes adhibitos à nobis eſſe, doctrinam catholicam verbis planiſsimis aſſerentes; neque potuerũt eidem contraria dicere, aut ſentire. Igitur S. Dionyſ. vocauit Patrem fontem Deitatis, eò quòd fontem dicimus à quo primò aqua emanat; ſolus ergo Pater eſt fons, ſicut & primus. Similitèr dixit S. Auguſtin. Patrem eſſe principium totius Deitatis, quia nihil eſt in Deitate procedẽs, quod non procedat à Patre; & in hoc ſenſu ſũt hæc Patris propria. S. verò Baſilius duntaxàt affirmat propriam B notionem Filij, ſcilicèt filiationem, non eſſe illi communem cum Patre: at verò ſpiratio actiua non eſt notio propria Filij. Quod verò ait Spiritum Sanctum per Filium innoteſcere, videtur quoque referendum eſſe ad proceſsionem, ſcilicèt quòd Spiritus Sanctus innoteſcat per Filium; quia dum creditur non ſolũ à Patre, ſed etiam à Filio procedere, tota ratio proceſsionis eius explicatur. Minimè verò crediderо S. Baſilium dixiſſe Spiritum Sanctum innoteſcere per Filium, quia Filius de Spiritu Sancto notionem tradiderit; nam eo loco diſputabat de proprietatibus perſonarum: maximè quia Spiritus Sanctus non plenè innotuit in doctrina Chriſti, quin po C tiùs Filius innotuit per Spiritum Sanctum iuxta illud. *Ipſe teſtimonium perhibebit de me*. Sed etſi voluiſſet Sanct⁹ Baſilius id ſignificare, haud tamen negat Spiritum Sanctum procedere à Filio. S Gregorius Nazianzen. facilè explicatur, loquitur enim de cauſalitate prima, ſiue de primo principio, quæ eſt Patris proprietas; vel loquitur accommodatè de cauſa, ſiue principio generationis, de quâ illi erat ſermo: & vtraque D acceptione principium non conuenit Filio. Sanctum verò Ioan. Damaſcen. ſuſpicatur S. Thomas ſequutum fuiſſe partes Neſtorij 1. p. loco recitato, & de Potentia q. 10. art. 4. quod potuit Damaſcen. per inconſiderantiam facere, ante definitiones Eccleſię planiores: ſed tamẽ alij, vt ibidẽ refert S. Th. ad 3. iure optimo Damaſcenum vendicant ab hac ignoratione; legenduſque eſt Beſſarion, Gennadius, & alij pro tuẽdo Damaſc. Gẽnadius

S. Dionyſ. *S. Auguſt.* *S. Baſilius.* 1. locus. Secundus. Sp. Sanctus innoteſcit per Filium, ſeu proceſsionẽ ab eo. Alia explic. Refellitur 1. Secundò. *S. Nazianz.* De *S. Dam.* ſuſpicio *S. Thomæ.* Illum ab ignoratione vendicant *Beſſarion. Gennadius.*

Digitized by Google

S. Hilarius duos autores dicit.
Cenſetur erronea.
Ratio.

non ita apertè conuincitur, in proprijſſimo ſenſu dici duas perſonas vnū principium Spiritus Sancti, ſicut tres perſonas vnum Deum, maximè cum S. Hilarius duos auctores dicat, & ferè eadem ratio ſit de auctore, ſiue ſpiratore, & de principio Spiritus Sācti. Sed nō abeſt opinio iſta ab errore; eò quòd verbis ſaltē diſſidet à Cōcilijs, quę modò referemus.

7. Aduertendum.

Vltimò obſeruandum eſt diſcrimen inter hæc nomina, principium Spiritus Sancti, & ſpirator. Primum, non ſignificat actionem, ſed principium actionis. Secundum verò, ſcilicèt ſpirator, eſt nomen verbale ab ſpirando ductum; quare ſignificat actionem; nomen enim ſpirator & nomen ſpirans eandem actionem ſignificat, ſpirator tamen ſignificat ſine tempore, ſpirans verò cum tempore vtporè participium. Verba autem & participia ſunt adiectiua; quare nomen ſpirator maximè accedit adiectiuum: principium autem Spiritus Sancti, cum non ſignificet actionem, omninò inter nomina ſubſtantiua cenſetur. Meritò ergo ij reprehenduntur, qui Patrem, & Filium negant eſſe vnum principium Spritus Sancti. At verò qui dixerit duos ſpiratores non ita arguendus eſt; Et in eodē ſenſu dixit S. Hilar. à Patre, & Filio auctoribus Spiritum Sanctum procedere; de qua re lib. 5. tractabimus. S. Thom. in 1. d. 11. q. vltima art. 4. & d. 29. q. vnica art. 4 cum alijs quos refert, & ſequitur Durand. d. eadem q. 2. in Dialectico rigore negat Patrē & Filium eſſe ſpiratorem vnum; ſentit enim eſſe duos ſpiratores dicēdos; Cui ſentētiæ conſequēs eſt vt nō ſint dicēdi ſpirator vn⁹: ſed lōgè meliùs iuxta dialecticā diſciplinā vn⁹ ſpirator, & vnus auctor dicitur; quia hæc nomina ſubſtantiua ſunt: duo verò ſpirātes; quia participia ſunt adiectiua. Et hæc eſt ſētētia D. Thom. 1. p. q. 3. art. 4. ad 7. vbi oppoſitam quam in lib. 1. ſent. tenuerat, retractauit.

Nomen ſpirator, verbale eſt actionéq; ſignificat.
Ideò maximè accedit ad adiectiuum.
Principium non ſic.
Pater & Filius auctores, & ſpiratores duo dicuntur minore cenſura. S. Hilar. S. Thom. 1. ſentent. Durand.
Meliùs vnus ſpirator & vn⁹ auctor dicitur.
S. Thom.

Confirmatio.

8. Confirmant S. Auguſt. S. Hilar. S. Anſelm. S. Thom. S. Auguſt. locus alius, explicatur.

QVòd Pater & Filius ſint vnū principium Spiritus Sancti affirmat S. Auguſtin. 5. de Trinitat. cap. 14. S. Hilarius lib. 4. de Trinitat. S. Anſelm. de proceſsione Spiritus Sancti capit. 11. S. Thom. 1. p. & in 1. d. 11. & 29. & eſt conſtans Theologorum opinio. Eſt tamen locus apud S. Auguſtin. contra Maxim. lib. 3. cap. 17. vbi Patrem eſſe dicit principium ſine principio, Filium verò principium de principio, at Spiritum Sanctum principium quoque de vtroque principio. Spiritum Sanctum dicit principium, ſcilicèt creaturarum; neque enim eſt principium diuinæ proceſsionis vllius: Sed quod ait eſſe de vtroque principio explicandū eſt; vtrūq; enim eſt vnū & alterum ſimul, & conuenit duobus; ſunt ergo duo principia. Reſpondendum eſt poſſe intelligi per copulam implicantem (vt aiunt dialectici) vel more Rhetorū per appoſitionem hoc modo, Spiritus Sanctus eſt de vtroque principio, ſcilicèt de vtroque qui vterque principium eſt: nam & ibi ſubijcitur, *Qui tamen vnum ſimul ſint principium, non duo principia.*

Ex eodem obijcitur.
Reſponſio notanda.

9. Definiunt *Concil. Lud. cap. fidelitèr*

Definita eſt hęc veritas ab Eccleſia in Concilio Lugdunenſi cap. fidelitèr de ſumma Trinitate in hæc verba, *Spiritus Sanctus ex Patre & Filio, non tanquā ex duobus principijs, ſed vno principio, &c.* Et infrà. *Damnamus omnes qui temerario auſu præſūpſerint aſſerere, quòd Spiritus Sanctus ex Patre, & Filio tā quam ex duobus principijs, & non tanquam ex vno procedat.* Et in Concilio Florentin. in literis ſanctæ vnionis his verbis, *Spiritus Sanctus ſuum eſſe ſubſiſtens habet ex Patre & Filio, & ab vtroque æternalitèr, tanquā ex vno principio, & vnica ſpiratione procedit.* Et confirmatur ex ſimili decreto Concil. Lateranenſ. ſub Innocentio 3. capit. 1. vbi conſtitutum eſt tres perſonas eſſe creaturarum principium vnum; quia ſcilicèt in ijs, quæ attinent ad rationē principij, non diſtinguntur. Et ſimile eſt de Patre, & Filio, vt ſunt Spiritus Sancti principium. Quo decreto Eccleſiæ ſiluit Græcorum obmurmuratio: nam Græci propter hoc præcipuè diffitebantur Spiritum Sanctum procedere à Filio, ne Patrem, & Filium ponerent duo principia Spiritus Sancti; & à Latinis teſtatum eſt Patrem & Filium eſſe nō duo principia, ſed vnum principium Spiritus Sancti: de qua re ad finem cap. 36. in confirmatione.

Cōc. Florēt.
Cōcil. Lat.

CAPVT XXXV.

Argumenta Refelluntur.

1. Arguit 1. *Methones*

PRimum argumentum contra vnitatem principij opponit Methones Epiſco-

apud Hugonem Ether. Epiſcopus apud Hugon. Ethereanū lib. 1. de Spiritu Sācto cap. 14. Pater eſt perfectus Deus, qui habeat perfectam potētiam ad producendum Spiritum Sanctū; nihil ergo ad hoc confert Filius, ſed ſolus Pater producit; non ergo Pater, & Filius ſunt principium vnum, ſed ſolus Pater eſt principium.

2. Secundò *Nicetas apud eūdem:* Secundum argumentum contra hanc vnitatem principij accipimus ex Niceta quodam apud eundem Hugonem c. 13. Pater, & Filius dicūtur principium vnū, aut ſpecie, aut numero; ſed neutrum verum eſt; ergo non ſunt vnum principiū. Quòd non ſint principium ſola ſpecie vnum, probat; quia Spiritus Sanctus nō eſſet numero vnus, ſed ſola ſpecie vnus; ſiquidèm ſuum principium ſola ſpecie vnum eſſet. Quòd verò non ſit vnum numero principium, probat; quia ſunt perſonæ duæ; principium autem proceſsionis non natura eſt, ſed perſona; ergo perſonæ duæ numero ſunt principia numero duo.

3. Tertiò *Methon. apud eūdem.* Tertiò arguit idem Methones, & refert argumentum Hugo lib. 2. cap. 3. ſi Pater & Filius ſunt vnum principiū Spiritus Sancti, illud principium vel non eſt ab alio principio, eſtque ſolus Pater; vel eſt principium à principio, & eſt ſolus Filius, non Pater; vel eſt ſimul ſine principio, & à principio, quod eſt impoſsibile: ergo nullo modo Pater, & Filius ſunt principium vnum. Et idem argumentum *Nicet. apud eundem.* refert ex Niceta lib. 1. cap. 3. Et eadem eſt difficultas argumenti apud S. Thom. Confirm. *S. Thom.* ordine quarti 1. p. q. 36. art. 4. Pater, & Filius ſunt vnum principium; ergo vel ſunt vnum principium quod eſt Pater, vel vnum principiū quod non eſt Pater; ergo vel Filius eſt Pater, ſiquidē eſt principium, quod eſt Pater, vel Pater non eſt Pater ſiquidèm Pater eſt principiū, quod non eſt Pater.

4. Quartò *Methones apud eundē.* Quartò arguit idem Methones apud Hugonem Ethereanum lib. 1. cap. 10. ad finem; quia principiū perfectum eſt vnitas, vnitas enim perfectio eſt; ſed principium Spiritus Sācti debet eſſe perfectū; quod autem eſt ex duobus, minùs vnum eſt; ergo principium Spiritus Sancti non duobus tribuitur, ſcilicèt Patri, & Filio. Confirm. Et confirmatur ex eodē Methone c. 12. ſequenti: quia id quod ex duobus eſt, minùs perfectum eſt, quàm quod ex vno ſolo; ergo Filius perfectior eſt Spiritu A Sancto, ſiquidèm ſolus Pater eſt principium Filij: at verò principium Spiritus Sancti dicitur eſſe Pater & Filius ſimùl.

5. Quintò *Methones apud eundē.* Quintò arguit idem Methones lib. 1. Hugonis cap. 18. ſi ideò Pater, & Filius ſunt vnum principium Spiritus Sancti, quia eiuſdem ſunt naturæ: ergo Pater & Spiritus Sanctus ſunt vnum principium Filij; quia eiuſdem ſunt naturæ; eadem enim videtur eſſe ratio. Et confirmatur, Confirm. quia idem Filius, & Spiritus Sanctus cōueniunt in hoc quod eſt procedere à Patre, ſicut Filius & Pater in hoc quod eſt ſpirare; ſed non ponimus aliquam proprietatem B communem Filio, & Spiritui Sancto, quæ ſit proceſsio; ergo neque ponenda eſt communis ſpiratio, quæ Patri, & Filio conueniat.

6. Sextò *Nicetas apud eūdem.* Sextò arguit idem Nicetas cap. 12. initio ſtatim. In Deitate, quæ ad naturā pertinent, communia ſunt tribus perſonis; quæ autem ad originem, ſunt ſingularum perſonarum propria, quia perſonalia ſunt: cum ergo ſpirare ſit operatio non naturæ, ſed perſonæ, erit profectò vnius perſonæ, non duarum. Et confir- Confirm. 1. matur, quoniam vnitas eſt fundamentū ſimilitudinis; ſi ergo eſt aliqua vnitas C proprietatis inter duas perſonas duntaxat, eæ erūt inter ſe magis ſimiles, quàm tertia perſona, quæ ab illa vnitate excluditur. Saltèm ſequitur quòd Pater & Confirm. 2. Filius ſint magis vnum inter ſe, quàm cū Spiritu Sancto: nam cum Spiritu Sancto eſt illis ſola vnitas naturæ, inter ſe autē ſunt etiam proprietate ſpirandi vnum.

7. Vltimò *Methone apud eund.* Vltimò arguit Methones lib. 2. Hugonis Etherean. c. 3. Pater eſt principiū Spiritus Sancti non ratione naturæ, ſed perſonæ; non enim natura, ſed perſona ſpirat; diſtinguitur autem perſonā à Fi- D lio: ergo ſpiratione diſtinguitur etiam ab eodem.

8. Hæc ſunt ferè Græcorum inſignium argumēta eorum, quæ Hugo Ethereanus diligentiſsimè colligit in hoc caput quæſtionis intenta, quòd Filius non ſit ſimul cum Patre vnum Spiritus Sancti principium.

Aduertenda.

9. 1. aduert. QVoniam de vnitate principij Spiritus Sancti duæ ſunt ſententiæ, vt poſteà enarrabimus, breuitèr modò pro argumentorum confutatione dicendum eſt conſtantèr atque indubiè, vnitatem principij, quod ſpiratorem dicimus, eſſe dunta-

Spirator ſine principiū Sp. Sancti nō eſt

Digitized by Google

CAPVT XXXI.

Spiritus Sanctus non ſolùm à Patre, ſed à Filio quoque procedit.

1\. CVm tractatum ſit de principio diuinæ proceſsionis, deque potentia notionali in genere, ventum eſt iam ad perſonas, quæ ſunt proceſsionis principia. Ergo de Spiritu Sancto quærimus, an à Patre, & Filio procedat? Quòd Spiritus Sanctus procedat à Patre, adeò eſt certum, atque compertum, vt nullus qui diuinam eius proceſsionem fateatur, de ea re poſsit meritò dubitare: eſt enim Pater principium primum diuinæ proceſsionis; primo autem omnia aſcribuntur. Ita vt per hoc ipſum, quòd Spiritus Sanctus procedat à Filio, neceſſe ſit à Patre etiam eum procedere, cum Filius à Patre ſit. Imò etiam quòd proximè à Patre procedat opus eſt: ibi enim eſt principium medium, vbi eſt operandi virtus diſtincta: eſt autem Patris, & Filij eadem omninò virtus, & potentia; ergo Spiritus Sanctus à Patre proximè, & abſque medio procedit. Quamobrem Hugo Eterianus Patrem dicit eſſe ipſum primum principium rerum omnium, cùm non ſolùm res creatæ, ſed perſonæ etiam diuinæ à Patre ſint. Sed tamen circa id pronunciatum oportet attendere, quòd principium rerum externarum ſignificat actiuam vim quæ eſt Filio, & Spritui Sancto communis; principium verò diuinæ proceſsionis, quod ſcilicèt perſonam producit, ſignificat relationem. Principium ergo primum vt eſt vis actiua, eſt ipſa Deitas; principium verò primum proceſſionis diuinæ, quod eſt quid relatiuum, eſt Pater. Quòd ſi ex vtroque ſignificato vnum nomen concreſcat, quo principium vtroque modo primum indicemus, id etiam nomen proprium eſt Patris propter relationem primi adiunctam. Et hoc Eterianus voluit ſignificare.

Spir. Sanctus procedit à Patre.

Probatur.

Procedit à Patre proximè.

Probatur.

Hugo Eter.

Primũ principium virtutẽ diuinam actiuã, & relationem originãtem complectens vt vnũ nomẽ, eſt proprium Patris.

2\. Eſt ergo controuerſia præcipua cum Græcis, Vtrùmnè Spiritus Sanctus procedat non ſolùm à Patre, ſed etiam à Filio? Et quoniam ſunt aliqui qui conantur oſtendere Spiritum Sanctum eſſe à Filio, ex eo quia amor quoque creatus procedat à verbo; ordoque diſciplinæ à rebus creatis ad diuina ducit: ea nobis quæſtio priùs eſt diſſerenda, An amor creatus procedat à verbo?

Contra Græcos concluſio. Spirit. Sanct. procedit etiã à Filio.

Aliquorũ ratio ex analogia cum amore creato.

3\. Pendet autem quæſitum hoc à quæſtione alia, alio loco impenſiùs tractanda, Vtrùm intellectus moueat per efficaciam, ſiue efficienter volũtatem? Hoc enim ſi daremus, concedere neceſſe eſſet quòd verbum ipſum, quod eſt in intellectu, moueret etiam voluntatem efficientèr: forma enim mouentis eſt etiam mouens. Loquimur autem de motione reali, & phyſica, quæ ſcilicèt eſt à principio actiuo; cum enim principium in diuina proceſsione ſit quaſi actiuum, vt deducatur aliqua ſimilitudinis ratio à verbo, & amore creato ad Verbum & Amorem increatum, de emanatione à principio actiuo agendum eſt.

Quæſtio ad eã præuia.

Forma mouẽtis eſt etiã mouens.

4\. Videtur autem creatum verbum nõ eſſe actiuum principium dilectionis, aut amoris, eò vel maximè quòd intellectus non moueat efficientèr volũtatem. Primò probatur, quia motus eſt appetentis: quare appetitus ipſe eſt per ſe mouens; ergo non mouetur ab intellectu efficientèr. Conſequentia probatur, quoniam intellectus operatione antecedit voluntatem: ergo ſi intellectus efficientèr mouet, eſt abſolutè primum mouẽs; ſed primum mouens eſt per ſe mouens; ergo ſi intellectus mouet voluntatem, ſunt duo per ſe mouentia, quorum vtrũque alterum per ſe moueat, quod eſt impoſsibile.

Pro parte negante voluntatem ad ſuos actus moueri effectiuè ab intellectu.

1. argum.

5\. Deindè motio tranſiens neceſsariò eſt ab appetitu; eſt enim propter finem quod eſt obiectum appetitus: ergo ante ipſam operationem appetitus nulla eſt motio tranſiens; ſed quòd vna potentia moueat aliam eſt motio tranſiens; ergo intellectus non mouet voluntatem, ſaltem ante primam operationem voluntatis.

2. argum.

6\. Dicendum tamen eſt, intellectum mouere poſse voluntatem ad actionem naturalem: ſicut enim in creatione animæ ordine quodam realis emanationis voluntas ab intellectu emanat; ita & actus naturalis voluntatis, qui conſequitur naturam ipſam, videtur ab intellectus operatione profluere: hoc autem neceſsariũ eſt, vt voluntas quæ eſt in potẽtia reducatur in actũ, quod ſuprà admonuimus. Neque argumenta propoſita obſtant; ibi enim aſſumitur propoſitio, quòd appetitus

1. dictum affirmat quoad voluntatis operationes naturales.

Fundament.

Ad 1. argum.

Digitized by Google

Appetitus eſt primũ mouẽs motione ſui ad finẽ, ſeu libera non naturali.

petitus ſit primum mouens; & id quidẽ verum eſt, cum quidpiam ſe mouet ad finem; finis enim eſt obiectum appetitus: ſed actus voluntatis naturalis non eſt ad finem, quia adhùc non eſt liber. Quod autem opponitur de actione tranſeunte quæ eſt propter finem, facile confutatur: nam operationes naturales, ante finem per actum liberum expetitum, referũtur in finẽ ab auctore naturæ, qui liberè operatur. Et ita intellectus actione tranſeunte mouet voluntatem propter finem expetitum ab auctore naturæ, vt poſſit deinde volũtas mouere ſe motu libero: niſi enim priùs moueatur motu naturali, non poterit ſe motu libero mouere.

Ad 2. argum.

Motio tráſiẽs intellectus eſt propter finem expetitũ liberè ab autore naturæ.

7.

2. dictum. negat quod voluntas operationes liberas. Probatur. 1. vt ſupra.

Quare & illud ſecundo loco eſt aſſerendum, non poſſe voluntatem moueri ab intellectu vt à principio actiuo, quãdo illa operatur liberè: & hoc comprobant argumenta iſta. Deinde etiam probatur, Liberum enim eſt quod eſt cauſa ſui, vt S. Thom. docet 1. cõtra gent. cap. 88. ex Ariſtotel. in princ. Metaphyſ. ſcilicèt cauſa ſuæ primæ operationis; dicitur enim cauſa ſui, quod cauſam non habet, ſicut S. Auguſt. ait Patrem eſſe ſibi cauſam vt ſit, quia non eſt ab alia cauſa; ergo in prima operatione libera voluntas eſt prima forma operandi, & non intellectus. Quomodo enim voluntas eſt cauſa ſui, ſi intellectus voluntatis eſt cauſa? Neque expedit argumentum illa reſpõſio, quòd liberum eſt cauſa ſui, vt liberum comprehẽdit ipſum arbitriũ quod voluntatem mouet. Nam arbitriũ non eſt formalitèr liberum, ſed volũtas; abſurdũ ergo eſt definitionẽ liberi, ſcilicèt quòd ſit cauſa ſui, attribuere arbitrio, & negare voluntati, quæ eſt formaliter libera. Hoc ipſum confirmo, Prima enim cauſa efficax operationis liberæ & illius contingentiæ quę à libertate pendet, eſt voluntas; ad voluntatẽ enim referimus contingentiam vt ad cauſam efficacem, ideoque nos liberos eſſe natura ipſa duce exiſtimamus; quia ſcimus facturos nos id eſſe quod voluerimus, vel nõ facturos quod noluerimus. Quòd ſi intellectus moueret efficacitèr, ſiue efficientèr voluntatem, ipſe eſſet cauſa efficax liberę operationis, & contingentię illius quæ à libertate pendet; actumque eſſet de libertate, neque enim velle, & non velle eſſet in voluntate poſitum, ſed

Probatur 2. Liberum definitur id, quod eſt cauſa ſui.

S. Thom.
Ariſtotel.
S. Auguſt.

Reſponſio.

Refellitur.

Confirm. Prima cauſa efficax operationis liberæ & cõtingẽtis, eſt voluntas, nõ intellectus.

Declaratur.

A intellectu inſtigante neceſſe eſſet id velle ad quod intellectus impelleret. Neq; eſt de hac re nobis dubium vllum, etſi oculis intueamur viros doctiſsimos præ ingenij dexteritate aduerſas partes tuitos. Et quidem contra S. Thomam ſatis apertè, vt alio loco diſputabim⁹. Quare cum S. Thom. 1. p. q. 27. art. 3. ad 3. ait amorem procedere à verbo, ſiue à conceptione mentis, nõ intelligit quòd procedat à verbo vt à principio actiuo, ſed finali. Nam S. Thom. vult ibi ordinem eſſe proceſsionis inter verbum, & amorem, vt ordine naturæ proceſsio verbi antecedat proceſsionẽ amoris. Ad quẽ ordinem ſatis eſt vt amor procedat à conceptione mentis in quocunque genere principij, vel cauſę: eſt autem genus cauſę finalis, quia amor ſequitur apprehenſionem intellectus ex parte finis, quem ipſe intellectus proponit. Aut ſanè loquitur de operatione naturali voluntatis: quod tamen non credimus exiſtimantes per actionem naturalem non procedere amorem. Quare cũ S. Th. loco citato, ait de ratione amoris eſſe vt non procedat niſi à conceptione intellectus, intelligendus eſt non de proceſsione à principio actiuo, ſed finali.

Notandum.

S. Thom. Explicatur 1. Amor à verbo, ſeu ab intellectione procedit ex parte finis præcogniti.

B

2. Explicatio.

Reijcitur.

C

8.

Vt autem veniamus ad quæſtionem de rebus diuinis, videtur quoque hoc pertinere ad analogiam diuinæ proceſſionis cum rebus creatis; quòd ſicut in operatione voluntatis ſaltem naturali amor procedit à verbo: ita & in Deo per dilectionem naturalem procedat Spiritus Sanctus à Filio, vt verus Amor à diuino Verbo. Nihilominùs non credimus eſſe hìc eam analogiam; quia, vt diximus, per dilectionem naturalẽ, quæ ſola eſt ab intellectu vt à principio actiuo, nõ procedit in nobis amor; dilectio verò libera, per quam procedit amor, non eſt ab intellectu, vt à principio actiuo. Prætereà quòd actus volũtatis naturalis profluat ab intellectus operatione, accidit ex imperfectione voluntatis creatæ, quæ eſt potẽtia diſtincta ab actu, & neceſſe eſt quòd ab alio agente reducatur in actum, vt antea docuimus: aliàs intellectus nullum ordinem habet actiui principij ad operationem voluntatis, cuius non eſt forma. Igitur in diuina voluntate, quæ eſt potentia cum ſuo actu coniuncta, non ideo neceſſe eſt deriuari Amorẽ à Verbo, quia & in nobis

Supereſt ratio ex analogia cũ dilectione creata naturali.

Improbatur 1. Non eſſe hic eam analogiã. Oſtenditur ex dictis.

D

Improbatur 2.

Diuina voluntas eſt potẽtia cum ſuo actu coniuncta.

Verbum vt ſic eſt terminus, vt diligens, eſt principiũ proceſsionis.

id accidit. Sed aliunde petenda eſt ratio iſtius veritatis. Quamobrem vt oſtẽdamus Spiritum Sanctum procedere à Verbo diuino, minimè opus fuit recurrere ad analogiæ rationem, quòd amor quoque creatus à verbo procedat: verbum enim habet rationem termini operationis, & non principij: Verbum ergo diuinum eſt principium Spiritus Sancti, non quatenus Verbum eſt, ſed quatenùs diligens eſt; nam & Pater principium eſt Spiritus Sancti quatenùs diligẽs eſt, non quatenùs intelligens: ergo in Verbo diuino vt per hoc nomẽ ſignificatur, non indicatur ratio principij, à quo Spiritus Sanctus procedit; ſicut neque Pater ſub ratione loquẽtis, principium eſt Spiritus Sancti; ſed ſub ratione diligentis. Ergo potiùs conducit ad analogiam inter res creatas & diuinas, quòd ab intellectu, & Verbo non procedat amor, vt à principio actiuo: Verbum ergo diuinum eſt principium Spiritus Sãcti, non quà Verbum, hoc eſt, non quatenùs operationis terminus; ſed quatenùs perſona ſubſiſtens per primam proceſsionem, quæ eſt principium ſecundæ proceſsionis.

Conducit ad analogiam inter res creatas & diuinas quòd ab intellectu & verbo non procedat amor vt à principio actiuo.

9\.
S. Thom.
Explicatur vt ſupra.

Cum ergo S. Thom. 1.p.q. 36. art. 2. probat Spiritum Sanctum procedere à Filio, quia amor etiam in nobis procedit à verbo; non affirmat amorem in nobis à verbo procedere in genere cauſæ efficientis; ſed agit duntaxàt de ordine proceſsionis: ordo enim eſt naturæ, vt prius procedat verbum, at verò ab intelligẽte, & verbo procedit amor, quoquomodo procedat: ergo Spiritus Sanctus cum ſit terminus ſecundæ proceſsionis procedit à Patre, & Verbo, quæ ſunt perſonæ primæ proceſsionis: quo etiam pacto intelligẽdum eſt, quod docet S. Ioannes Damaſcen. lib. 7. fid. Ortod. cap. 7. *Oportet autem & Verbũ ipſum, ſpiritum habere.* Hoc autem confirmatur, quoniam etſi intellectus creatus voluntatem moueret; hoc ideo ponẽdũ eſſet, eo quòd volũtas creata ſit in potentia ad actum, & indigeat motore; non quòd intellectus ex propria ratione ſit principium dilectionis, cum eã non eliciat. Quare intellectum diuinum nullo modo ponimus vt principium ſpirationis, quæ eſt per voluntatem.

Solũ vult ordine naturæ proceſsionẽ verbi eſſe priorẽ proceſsione amoris.

S. Damaſc. explicatur.

10\.
Cõcluſio poſita cõtra græcos

Igitur contra græcos Spiritum Sanctum procedere etiam à Filio, oſtendẽ-

A dum eſt cum S. Thom. 1.p.q. 36. art. 2. & in 1.d. 11. art. 1. & de pot. q. 10. art. 4. & Opuſc. 1. cap. 49. 50. 51. & Opuſc. 2. cap. 49. & 4. cont. gent. capit. 24. & 25. probaturque illud efficaciſsimo argumẽto, quo S. Thom. vtitur; quia ſi Spiritus Sanctus non procederet à Filio, non diſtingueretur ab illo: quod aſſertum infra iuſta quæſtione propugnabimus. Ideoque Græci à ſe ipſis inſcij diſſẽtie- B bant; eò quòd Spiritum Sanctum à Filio diſtinguerent, & negarent eſſe inter vtrumque proceſsionem, quæ eſt prima ratio diſtinctionis inter perſonas diuinas.

S. Thom.

Probatur. 1. efficaciſsimo arg. *S. Th.*

11\.
Probatur. 2. ex ordine proceſsionum.
Filius in prima accipit virtutẽ ſpiratiuã.

Deinde probatur ex ordine ipſo proceſsionum. Nam proceſsio quæ eſt per intellectum, antecedit eam quæ eſt per voluntatem; cum ergo Filius procedat per primam proceſsionem, neceſſe eſt vt accipiat à Patre omnem Patris potẽtiam, & virtutem; ergo ab eodem habet ſpiratiuam potentiam, qua Spiritum Sãctum ſpiret. Et confirmatur, quia nunquam deeſt ordo in proceſsione multi- C tudinis, niſi in ijs quæ differunt materia; quod eſt argumentum S. Thom. 1. p. cum ergo in rebus diuinis non ſit materia, neceſſe eſt ſingulas res procedentes habere inter ſe ordinem proceſsionis: ergo Spiritus Sanctus cum Filio ordinem habet proceſsionis; ſed Filius nõ procedit ab Spiritu Sãcto, vt perſpicuũ eſt; ergo Spiritus Sanctus procedit à Filio. Explicatur hoc etiam in proceſsione verbi, & amoris in rebus creatis: nam ſicut cognitio antecedit dilectionẽ, ita & verbum per cognitionem proce- D dẽs antecedit amorem per dilectionem procedentem. Et quoad hoc valet argumentum, quòd amor in nobis procedat à verbo quocunque genere proceſſionis, vt declaratum eſt: ergo & Amor diuinus à Verbo procedit.

Confirm. Nunquã deeſt ordo in proceſſione multitudinis, niſi in ijs, quæ differũt materia. *S. Thom.*

Explicatur in proceſsione creata verbi, & amoris.

12\.
Probatur 3. Filius communicat naturam omni modo poſsibili, atque adeo ſpirando.

Tertiò confirmatur, quoniam Filius habet naturam communicabilem omni modo poſsibili; hæc enim communicabilitas eſt argumentum diuinæ infinitatis: ſed Filium communicare ſe ſpirãdo, eſt quid poſsibile, cum nulla ſit repugnantia; ergo ita certè ſe ſe communicat: in æternis enim eadem quæ poſſunt eſſe, neceſſariò ſunt: & hoc eſt euidentiſsimum argumentum, cum enim in Filio ſit diuina omnipotẽtia, vt ſupra declarauimus, neque obſtet proprietas

Filij

Digitized by Google

Filij quominùs poſſit ſpirare, niſi ſpiraret, non eſſet omnipotens; quod S. Auguſtin. de Patre dixit, niſi generaret non eſſet omnipotens. A

S. Auguſt. ſic arguit de Patre.

13. Probatur. 4. ex vnitate Deitatis.

Denique probatur ex vnitate diuinæ naturæ, in qua nihil eſt diuiſum, niſi media intercedẽte origine; ſed ſpirare Spiritum Sanctum eſt in Patre, & non ſpirat gignendo, cum ſint origines diſtinctæ: ergo ipſummet ſpirare eſt in Filio.

14. Obiectio.

Quòd ſi obijcias generationem, & ſpirationem actiuam eſſe rem eandem, & ideo ſpirationem non communicari Filio, ſicut neque generationem.

Reſponſio.

Reſpondẽdum eſt hoc quidèm verum eſſe, quòd ſint res eadem, ſed tamen eas eſſe duas origines rationibus formalibus diſtinctas. Quamobrem ſicut natura diuina, quæ ſola ratione formali diſtinguitur à Paternitate, communicatur Filio; & non communicatur Paternitas: ita & ſpiratio actiua eſt Patri cum Filio communis, etſi ſola ratione formali à generatione diſtinguatur: quia adhoc vt vnum ſit cõmunicabile non aliud, ſatis eſt quod vnũ non includatur in ratione formali alterius. Cum igitur ſpiratio non includatur in generatione, etſi generatio ſit ſoli' Patris qua diſtinguitur à genito, quia ab eo procedit: ſpiratio qua genitũ nõ procedit, neque illos diſtinguit, etiam in genito agnoſcenda eſt. Et idcircò Concil. Florent. ſect. vltima decreuit, omnia Patrem dediſſe Filio præter eſſe Patrem.

Spiratio actiua vt ſit Patri cũ Filio cõmunis ſatis eſt illam diſtingui ſola ratione formali à generatione.

Cõc. Florẽt.

CAPVT XXXII.

Idem probatur ex ſacris literis, & Patribus, & concilijs.

1. Quòd Sp. Sanctus procedat à Patre. *Ioan. 15. n. 26.*

QVòd Spiritus Sanctus à Patre procedat verbis ijſdem declaratum eſt Ioan. 16. *Spiritus veritatis qui à Patre procedit.* Non ijſdem autem verbis de Spiritu Sancto hoc dictum eſſe legimus in ſacris literis: per ea tamen ſignificatum eſt quæ veniunt in ſenſum eundem.

Quòd à Filio probatur 1. *Ioan. 16. n. 14.*

Cum enim de Spiritu Sancto Chriſtus Dominus loqueretur Ioan. cap. eod. *Ille*, inquit, *me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.* Diuinus quippe Spiritus cum ſit verus Deus nihil poteſt à Filio accipere niſi diuinum; accipit ergo diuinam naturam à Filio, ab eodemq; procedit; accipere enim naturam procedere eſt. Ibidemque, ex ſerie dictorum, Spiritus dicitur à Filio accipere ſcientiam, vt exponunt S. Ioannes Chryſoſt. S. Cyrillus, Theophylactus, Euthymius, & alij. Quod autem quaſi in tempus futurum dicitur (*accipiet*) moris eſt apud Hebræos vt ea quæ ſunt æterna quouis tempore ſignificent præterito, præſenti, aut futuro: quare S. Auguſt. in hunc locum ait, *erit, fuit, eſt; erit, quia nunquàm deerit: fuit, quia nunquam defuit: eſt, quia ſemper eſt.* Theophylact. quia fuit in partibus Græcorum explicat hunc locum, *de meo accipiet*, id eſt, de meo theſauro, qui eſt Pater: quaſi verò non accipiat etiam à Filio, cuius eſſe quoque theſauros ſapientiæ Paulus affirmat ad Coloſſẽ. 2. quòd ſi à theſauro Filij accipit, profectò à Filio accipit. B

Chryſoſt. *S. Cyrill.* *Theophyl.* *Euthym.* Hebraiſmus. *S. Auguſt.* *Theophyl.* interpretatio pro Græcis. Refutatur. *Ad Coloſſenſ.*

2. Confirmatur Refutatio *Ioan. 16. n. 15.* à Patre habet Filius potentiã ſpirandi.

Hoc idem confirmatur ex ijs quę ſequuntur apud Ioan. *Omnia quæcunque habet Pater, mea ſunt. Propterea dixi vobis quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.* Vbi Chriſtus Dominus idem exponebat argumentum; ſi ea (inquit) mea ſunt quę ſunt etiam Patris, qui accipit ea quæ Patris ſunt, quæ mea quoq; ſunt neceſſe eſt accipiat & à me, ſicut à Patre: nam qui mea accipit, à me accipit. C Qua cõſequentia Theophylact. planè coarguitur, eodemque argumento S. Auguſtin. vſus eſt 2. de Trinitate. cap. 3. & hac maximè ratione cap. pręcedẽte Spiritum Sanctum procedere à Filio probamus: quia ipſam potẽtiam ſpirandi accipit Filius à Patre. Conciliũ Florent. ſect. vltima de proceſsione Spiritus Sancti. *Quoniam* (inquit) *omnia quæ Patris ſunt ipſe Pater vnigenito ſuo gignendo dedit præter eſſe Patrem, hoc ipſum quòd Spiritus Sanctus procedit ex Filio, ipſe Filius à Patre æternalitèr habet.* D Quod præcipuè interpretãdum eſt de potentia ſpirandi. Itaque niſi eam etiam haberet à Patre, falsò reſtatus eſſet, *Omnia quæcunque habet Pater, mea ſunt.*

S. Auguſt. *Cõc. Florẽt.*

3. Probatur 2. *Ioan. 16. n. 13.*

Adhùc probatur ex loco eodem, *Nõ enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunque audiet, loquetur.* Per hoc quippe quod dicitur, *non loquetur à ſemetipſo*, indicatur Spiritum Sanctum non eſſe improceſsibilẽ vt Pater eſt, ſed ab alio accipere ſcientiam, qua præditus loquatur: ergo cum ſubijcitur, *quæcunque audiet, loquetur*, ſignificatur diuina eius proceſsio,

proceſsio qua ſcientiã accipit; hoc enim eſt audire quæ dicenda ſunt: procedit ergo à Filio à quo ſcientiam dicitur haurire, & accipere.

4. Probatur 3. Ioan. 15. n. 26.

Idem teſtantur verba cap. iſtius: *Cùm venerit Paracletus, quē ego mittam vobis à Patre.* Filius enim non mittit Spiritum Sanctum quaſi ſeruum: ſed ideo dicitur mittere, quia Spiritus Sãctus per diuinam proceſsionem accipit à Filio ea quæ ad nos affert; neque alius mittēdi modus excogitari poteſt, qui quadret diuinis perſonis.

5. Probatur 4. Rom. 8. Ad Galat. 4.

Denique probatur ex eo, quòd Spiritus Sãctus dicitur Spiritus Chriſti, & Spiritus Filij Dei, Rom. 8. *Si quis ſpiritum Chriſti non habet, &c.* Et ad Galat. 4. *Miſit Deus ſpiritum filij ſui.* Perſona enim quæuis nō dicitur eſſe alterius, niſi propter ſeruitutem, aut proceſsionem, vt Filius genitus dicitur eſſe Patris; ſed Spiritus Sanctus non eſt ſeruus Filij; ergo eſt à Filio procedēs. Et in eodē ſenſu, quòd dicitur Spiritus Patris, dicitur etiam Spiritus Filij; id eſt, à Filio procedens, ſicut & à Patre. Præterea cum dicitur Spiritus Filij, relatio indicatur perſonæ ad perſonam; ſed relatio perſonæ diuinæ habet fundamentum in proceſſione: ergo relatio qua Spiritus Sanctus dicitur Spiritus Filij, eius proceſsionem à Filio oſtendit. Quo ſenſu accipiuntur verba illa, *Spiritus veritatis*: id eſt, Spiritus Filij, qui eſt veritas. Origen. quoq; Roman. 8. ex illo loco recitato videtur colligere proceſsionem Spiritus Sancti à Filio. S. Auguſtin. lib. 3. in Maxim, cap. 14. & S. Cyrill. lib. 12. in Ioan. cap. 56. non infirmum argumentum afferūt ex re geſta à Chriſto Domino, qui Actor. 20. fertur inſufflaſſe, id eſt, afflaſſe diſcipulos, & dixiſſe, *Accipite Spiritum Sanctum.* Quòd ſignificaret Spiritum Sanctū à ſe procedere, ſicut afflatum ab eius ſacro ore emiſſum excipiebant. Vide S. Anſelmum lib. de proceſsione Spiritus Sancti; & S. Thom. in Opuſc. de erroribus Græcorum. Quod tamen argumētum videtur fuiſſe à S. Athanaſ. acceptum, vt refert Adrianus Papa primus in ſcripto ad Carolum Magnum, actione 5. tomo 3. concil. pag. 606.

Origen. Probatur 5. *S. Auguſt.* *S. Cyrill.* *ex Act. 20.* *S. Anſelm.* *S. Thom.* Eſt argument. *S. Athanaſ.* *Adrianus.*

6. Pro hac veritate Patres Latini.

Eadem ſententia Patrum conſenſu firmatur, nihil enim concordius & Græci, & Latini Patres teſtatum eſſe voluerunt, vno aut altero de Græcis Patribus à communi ſententia diſcedentibus, vt dicemus. Ex Latinis Tertullianus lib. contra Praxeam, Spiritum Sanctum inquit à Patre per Filium deduci. S. Cyprianus ſerm. de aduentu Spiritus Sancti, *Spiritus Sanctus procedens à Patre & Filio, quaternario ſuperfertur, &c.* S. Hilar. 2. de Trinit. Patrē, & Filiū vocat Sp. Sãcti auctores; auctor autem idē eſt quod principium, vt diximus ſupra. S. Ambroſ. lib. 2. de Spiritu Sãcto cap. 12. affirmat Spiritum Sanctum omnia accipere à Filio. S Hieron. ad Hedib. q. 9. Spiritum Sanctum à Patre & Filio mitti, & Patris Filijque Spiritum dicit. Ruffinus in explicatione Symboli, Spiritum Sãctum à Patre & Filio procedere. S. Auguſtin. tract. 99. in Ioan. *Cur (inquit) non credamus, quòd de Filio quoque procedat Spiritus Sanctus, cum & Filij ipſe quoque ſit Spiritus?* Et idem repetit lib. 15. de Trinitate cap. 17. 26. & 27. S. Proſper. de vita contemplatiua lib. 1. cap. 18. & iiſdem S. Auguſtini, & S. Ambroſ. temporibus Prudentius vir clariſsimus de Spiritus Sãcti proceſſione à Filio non ſiluit, libro quem inſcribit Hamartigenia ad finem, vbi Chriſtum colloquens ſic ait.

Tertull. *S. Cyprian.* *S. Hilar.* *S. Ambroſ.* *S. Hieron.* *Ruffinus.* *S. Auguſt.* *S. Proſper.* *Prudent.*

O Dei Chriſte,
Cui ab ore Deus ſubſiſtit Spiritus vnus.

Quibus verbis ſincerè confitetur Spiritum Deum ab ore Chriſti, qui eſt Filius Dei ſubſiſtere, ſcilicèt per diuinam proceſsionem, & S. Gregor. lib. 2. Dialog. cap. vltimo eandem confeſsionem exprimit; quòd faciunt non diſsimilitèr Magnus Leo in Epiſtola 91. ad Turbiū, & S. Fulgent. de fide ad Petrum cap. 2. Boetius lib. 1. de Trinit. cap. 12. Beda lib. de de elementis Philoſophiæ; Hormiſda Papa Epiſtola ad Iuſtin. Imperatorem cap. 2. S. etiam Martialis initio primi Tomi Bibliothecæ Patrum, Epiſtola 10. idem teſtatur, alijque paſsim Latini patres: quorum innumera teſtimonia refert Genadius, ſicut & plurima ex Græcis.

S. Gregor. *Mag. Leo.* *S. Fulgent.* *Boetius.* *Beda.* *Hormiſda.* *S. Martial.*

7. Patres Græci.

Quia verò quæſtio nobis eſt cum Græcis, ſtudioſiùs Græcorum quoque placita in hanc ſententiam commemorātur. S. Athanaſ. non ſolùm in ſuo Symbolo, ſed etiam ſerm. 4. contra Arium, Spiritum Sanctum à Filio procedere aſſeuerat: & Epiſtola ad Serapionem oppugnat Macedonium quòd Spiritū Sãctum Deum

S. Athanaſ.

Deum negabat; probatque Spiritum Sãctũ Deum eſſe, eò quòd à Filio procedat, ſicut Filius à Patre: & S. Anaſt. Antioch. lib. 1. de rectis fid. dogmat. ait dici ſpiritum oris, quia os Patris eſt vnigenitus. *Ipſe* (inquit) *ſpiritus & ab ipſo procedit & nititur; non à ſolo Patre, ſed & à Filio.* At Magnus Baſilius, dum Eunomium arguit qui Spiritum Sanctum negabat procedere à Patre, ſed à ſolo Filio procedere aſſerebat, *Nulla* (inquit) *Filij operatio à Patre diſſecta eſt, nec eſt aliquid in rerum natura quod Filio adſit, & à Patre alienum ſit, omnia enim* (inquit) *mea tua ſunt, & tua mea ſunt*. Eſt ergo inter Patrem & Filium ita cõmunis proceſsio, ſicut & natura; ita vt ab altero ſeorſum Spiritus Sanctus nequeat procedere, ſed ab vtroque. Et lib. 3. ait Spiritum Sanctum à Filio habere eſſe, & Filium eſſe cauſam illius, id eſt, principium. Et lib. 5. vt ſe habet Filius ad Patrem, ita ſe habere Spiritum Sanctum ad Filium. Quibus omnibus verbis proceſsio Spiritus Sancti à Filio apertè indicatur. S. Gregor. Nyſſenus in lib. ad Alabium. *Credimus* (inquit) *aliud quidem cauſam eſſe, aliud autem ex cauſa, & ex eo quod ex cauſa eſt.* Quibus verbis tres diuinas perſonas ſignificat; non quòd ex ſint aliud, & aliud ſecundũ ſubſtantiam: ſed ratione illius quod eſt principiũ, & quod eſt à principio. Aliud ergo eſt principium, hoc eſt Pater, qui duntaxat principium eſt; aliud verò à principio, ſcilicèt prima proceſsione emanãs, qui eſt Fili⁹; aliud verò eſt ex eo quod eſt ex principio, ſcilicèt ex Filio qui eſt à Patre, & hoc eſt Spiritus Sanctus. Igitur haud dubiè affirmauit Spiritum Sãctum eſſe à Filio, vt à principio; quod tamen principium, ſcilicèt Filius, ſit quoque à principio, ſcilicèt à Patre: nomine autem cauſæ principium intelligit more Græcorum. S. Gregor. Nazianz. oratione 5. Theolog. tres diuinas perſonas Adæ, Euæ, & Seth, comparat; eò quod Eua ex Adam ortũ ducat, Seth verò progenitus ſit ab vtroque: ſicut & à Patre Filius, Spiritus verò Sanctus ab vtroq; procedat. S. Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi 17. negat Spiritum Sãctum eſſe flatum ore emiſſum Patris, & Filij: ſed eſſe ſubſtantialem ſpiritum loquentem & operantem. Vbi videtur non obſcurè in eo conſentire, quòd Spiritus Sanctus ab vtroque procedat, ſed non vt flatus in aera diffuſus. S. Ioan. Chryſoſt. in Symbol. homil. 1. *Iſte eſt* (inquit) *Spiritus Sanctus de Patre, & Filio procedens.* Et eadem affirmat homil. 2. Sanctus Epiphan. de Hæreſibus hereſi 69. iterum atque iterum ait Spiritum Sanctum procedere, & à Patre, & à Filio accipere, Ioannis vſus verbis. Sed pag. 351. ſignificantiùs dixit Spiritum Sanctum ab vtriſque, id eſt, ab vtroque procedere. Et in Anchorato affirmat Spiritum ex Patre, & Filio ſpirare, quod nos dicimus ſpirari: fortè loquitur S. Epiphanius ducta ſimilitudine ab odore ſpirante, id eſt, emiſſo à floribus; quo in loco communem proceſsionem Spiritus Sancti à Patre, & Filio manifeſtè expreſsit, & eodem lib. Spiritum ait eſſe à Chriſto, & eſſe lumen tertium à Patre, & Filio: & ibidem iterùm quod ex Patre, & Filio eſt; & quod ex Patris, & Filij ſubſtantia. Legitur in Concil. Florẽt. Ioannes diſputans pro Latinis argumẽtum huiuſmodi propoſuiſſe Marco Epiſcopo Epheſino Græcas partes propugnanti; Spiritus Sanctus eſt à Filio; ergo procedit ab eo: negaſſeque Marcus antecedens, quòd Spiritus Sanctus, ſcilicèt à Filio eſſet, cum conſequentiam firmã eſſe intueretur. Tũc verò Ioannes protuliſſe ſententiam S. Epiphanij quòd Spiritus Sanctus ſit à Filio, apertè conuincens aduerſarium propter ſummam S. Epiphanij apud Græcos reuerentiã. At verò S. Antoninus 3. p. tit. 22. capit. 11. narrat interfuiſſe ſe actioni Concil. Florent. in qua ſimilitèr Græci auctoritate S. Baſilij deuicti ſunt, Græcoſque cauſatos eſſe, codicem eſſe corruptum; allatiſque pluribus codicibus Græcorũ locum integrum inuentũ eſſe: fuit enim momẽti maximi apud Græcos S. Athanaſij, S. Baſilij, & S. Epiphanij ſententia.

At verò Didymus libr. 2. de Spiritu Sancto inducit Chriſtum Dominum de Spiritu Sancto loquentem, *Nõ loquetur* (inquit) *de ſemetipſo, quia non à ſe eſt, ſed ex Patre & me eſt.* Eſſe autem à Filio, procedere eſt. S. Cyrillus Alexandr. lib. 11. in Ioan. cap. 1. de Spiritu Sãcto diſputans, *Cum* (inquit) *per Filium naturalitèr procedat vt proprius eius, cum omnibus quæ abſolutè habet, accipere dicitur quæ ipſius ſunt.* Elegantèr quidèm ſcribit

[Left margin notes: S. Anaſt. Antioch. — S. Baſil. — 1. locus. — 2. locus. — 3. locus. — S. Greg. Ny. — Explicatur. — Nomine cauſę principiũ intelligere, mos Græcorum. — Nazianz. — S. Cyrill.]

[Right margin notes: S. Chryſoſt. — S. Epiphanij 1. locus. — Secundus. — Tertius explicatur. — quartus. — Ioan. in Cõcil. Flor. argue..s ex S. Epiphan. — S. Anton. de S. Baſil. auctoritate qua dam. — 8. Didymus. — S. Cyrill.]

Digitized by Google

ſcribit Spiritus Sancti proceſsionem à Filio; tum quòd accipiat abſoluta & eſſentialia, non verò proprietatem Filij; tùm verò quòd per eandem proceſsionem Spiritus Sanctus ſit proprius Filij, id eſt, Spiritus Filij, ſicut & Filius Patris proprius eſt: modus enim hic dicẽdi proceſsionem ſignificat, vt diximus. Nec

Metaphraſt. eſt ſpernenda auctoritas Simeonis Metaphraſtis, qui in referenda vita Dionyſij Chriſtum ait miſiſſe ſpiritum ab ipſo procedentem. Eandem fidem profitetur Tharaſius in Epiſtola quadam, quæ

Tharaſius. legitur in Synodo 7. actione 3. Eandem

S. Maxim⁹. S. Maximus Zachariæ 4. vbi ait Spiritum Sanctum à Patre per Filium procedere, eſſeque Spiritum Filij, ſicut & Patris ſecundum eſſentiam; vbi proceſsio ſecundum eſſentiam, & naturam facilè perſpicitur.

9. *Patres Græci vniuerſim aſſerẽtes, Sp. Sanctum procedere à Patre per Filium.*

Eidem veritati fidem faciunt plurimæ aliæ Patrum Græcorum ſententiæ, qui vno ore atque animo prædicant Spiritum Sanctum procedere à Patre per Filium, vt ſignificent Patrem quidèm eſſe principium ſine principio; Filium verò eſſe principium à principio, ita vt Pater operetur per Filium, quod poſteà explicandum eſt. Sed tamen in eo quod aiunt Spiritum Sãctum per Filium procedere, ipſum quoque Filium principiũ ponunt; id enim per quod aliquid procedit rationem habet cauſę, ſiue principij: meritòque huius ſententiæ fuiſſe eredẽdus eſt S. Ioan. Damaſcen. qui etſi doceat non à Filio, ſed per Filium procedere, intelligit tamen proceſsionem eius à Filio ſignificari meliùs cũ dicitur, per Filium, ne Filius credatur primum principium proceſsionis quod eſt Pater, vt ipſe declarat 1. lib. fid. Orthod. cap. 11. Cùm aliàs in hiſtoria duorum Chriſti militum non longè à medio, haud dubiè pronunciet: *Vnum ſcias Spiritum ex Patre Filioque procedentem Deum perfectum.* Quod adnotauit Sixtus Senẽſis lib. 6. Bibliothecę ãnotatione 587. Quare Eugenius etiam Papa in literis ſanctæ vnionis declarat Græcos Patres dicentes Spiritum Sanctum procedere per Filium, non re ipſa, ſed verbo tenus à Latinis diſcrepare; vt obſeruat etiam Magiſter in 1. Sed tamen Græci Schiſmatici longè alio ſenſu ea verba accipiebant, vt declinarent veritatem proceſsionis à Filio, dicebantque Spiritum

S. Damaſc. explicatur.

Sixtus Sen.

Eugenius declarat Græcos Patres à Latinis verbo tenus diſcrepare.

Magiſter.

Græcorũ Schiſmaticorum in-

A Sãctum procedere per Filium, id eſt, per Filij merita nobis communicari; quæ interpretatio noua fuit, ſicut & hæreſis noua negantium proceſsionem à Filio: quod eſſe Hęreticorum inuentum teſtatur Hugo Etherianus lib. 1. de Spiritu Sancto, neque vſquam id apud antiquos Patres auditum fuiſſe. Præter Hugonẽ Genadius etiam Patriarcha Cõſtant. in expoſitione Concil. Florentin. multa affert ex Patribus: & propoſitionẽ, per, ſignificare cauſam, ſiue principium diſertè comprobat ſect. 2. & 3.

terpretatio noua, & hæretica.

Hugo Ether.

Genadius.

10. Ergo iuxta literarum ſacrarũ ſenſum, B communemque Patrum ſententiam, ab Eccleſia ſancitum, definitũq; eſt Spiritũ Sanctum non ſolùm à Patre, ſed à Filio etiam procedere, ſcilicèt Cæleſtino Papa 1. in Concil. Epheſ. tom. 1. cap. 14. quod celebratum eſt in Alexandria, in quo concilio Epiſtola Cyrilli ad Neſtorium Concilij Præſidentis refertur; eademque nomine concilij ad Neſtorium mittitur: ſunt autem hæc verba Cyrilli, *Spiritus veritatis appellatus eſt, & veritas Chriſtus eſt, vnde & ab iſto ſimiliter ſicut ex Patre procedit.* Eademque Epiſtola approbatur à 4. Synodo generali

Cæleſt. Papa Cõcil. Epheſ.

C actione 5. & à Synodo 5. actione vltima, & à 6. Synodo actione 17. & itẽ à Synodo 7. actione 7. In quatuor ergo concilijs hęc veritas tanquam catholica habita eſt, & recepta. Item probatur ex additamento Symboli, quod abſque dubio Eccleſiæ auctoritate adiectũ eſt, vt cap. ſequenti enarrabimus, cùm enim anteà in Symbolo legeretur, *& in Spiritum Sanctum, qui ex Patre procedit,* additum eſt, *qui ex Patre Filioque procedit.* Cum qua adiectione legitur Symbolum in Cõcilio generali: quãuis Gręci in Concil. Florent. ſeſſ. 5. & 7. nega-

4. Synodus Generalis. 5. 6. 7. Synod.

Additamẽtũ Symbol. in 7. Conc. gener.

D rent ita legi in ſuis exemplaribus: erant enim corrupta à Recentioribus. Sed Latini protulerunt codicem antiquiſsimũ illius concilij in quo illa particula, *Filioque,* adiecta legebatur. Pronunciatur eadẽ fides in Symbolo S. Athanaſij quod temporibus S. Gregor. Nazianz. in toto Oriente, Occidenteque celebratum erat ac veneratũ, vt teſtis eſt Nazianz. in oratione de laudibus S. Athanaſij; cuius quoque Symboli ſententijs, vt catholicis dogmatibus, vtitur S. Auguſtin lib. 5. de Trinitat. cap. 8. & Enchirid. cap. 36. & Pſalm. 120. ait illud eſſe Sancti Athanaſ.

Græcorum reſponſio in Cõc. Florent.

Refellitur.

Symbolũ S. Athanaſ. Nazianz.

S. Auguſt.

Digitized by Google

Athanaſ. Symbolum. Eadem quoque
doctrina propoſita eſt, & firmata in plu-
ribus Cōcilijs Latinis, in quibus & Græ-
ci aderant, & Latini. Nam apud Barum
S. Anſelmus in quodā Cōc. S. Anſelm. in quodam Concilio diſertiſ-
ſimè Græcos coarguit, vt ipſe teſtatur
lib. de proceſsione Spiritus Sancti cap.
Cōcil. Later. 4. In Concilio etiam Lateran. ſub Inno-
centio 3. accedente Græcorum conſen-
ſu, capit. 4. & adhùc ſub Gregorio 10.
vbi Græci pariter, & Latini Symbolum
cum illa adiectione, *Filioque*, tertiò e-
tiam decantarunt. Idemque pronuntia-
tum eſt in pluribus Concilijs Toletanis,
Conc. Tolet. in 1. cap. 21. approbato à Leone 1.
1. 3. 4. 8. 11. Item in 3. 4. 8. & 11. primis quibuſque
capitulis. Quæ definitiones anteceſſere
annum Domini 900. ante celebre illud
diſsidium agitatum de quæſtione hac in
ter Latinos, & Græcos. Definitaque eſt
hęc catholica veritas contra Gręcos in
Conc. Later. Concil. Lateran. 2. & in Concil. Lugdu-
C. Firmitèr. nenſ. & leguntur definitiones cap. Firmi-
Conc. Lug. tèr, & cap. Fidelitèr de ſumma Trinit.
C. Fidelitèr. quòd ſcilicèt Spiritus Sanctus non à ſo-
lo Patre, ſed à Patre Filioque procedat.
Conc. Flor. Et nouiſsimè in Cōcilio Florentino.

CAPVT XXXIII.

Refelluntur argumenta Græcorum ab auctoritate Patrum, aut Eccleſiæ petita.

1. QVoniam hęc controuerſia ingētes
habet difficultates, quæ per capita
ſequentia ſuperandæ ſunt; ea ſola argu-
menta, quæ occurrunt circa ſententias
aliquas Patrum, & definitiones Conci-
liorum, quorum auctoritatem nobis vē-
dicauimus cap. ſuperiori, viſa ſunt hoc
ſequenti cap. eſſe refellenda.

2. *1. argum. ex Euangel. Ioannis.* Primò igitur arguitur. Apud Ioannē
traditur proceſsio Spiritus Sancti de Pa
tre, non verò de Filio; ergo credendum
non eſt id fuiſſe omiſſum à Chriſto Do-
mino, cum Spiritus Sancti proceſsionē
palàm doceret.

3. *2. arg. ex Patr. S. Dionyſ. S. Baſilij 1. locus.* Deinde S. Dionyſ. cap. 2. de diuinis
nomin. *Solus* (inquit) *fons ſuperſubſtā
tialis Deitatis eſt Pater.* Et S. Baſil.
Epiſtola 43. *Nullam* (inquit) *ſecundū
propriam notionem, communionem ha-
bet Filius cum Patre*: ſanè cum ſpi-
ratio actiua ſit quędam notio, vt dice-
mus libr. 4. videtur S. Baſilius negare

eam eſſe communem Patri, & Filio. Et
ibidem aſſerit Spiritum Sanctum ex Pa-
tre quidèm habere ſubſiſtentiam, per Fi- *Secundus.*
lium verò innoteſcere; innoteſcere au-
tē nō eſt procedere. S. quoque Gregor.
Nazianzen. in oratione ad Epiſcopos *Nazianz.*
Ægypti: *Omnia* (inquit) *quæ habet Pa-
ter, habet etiam Filius, excepta cauſali-
tate.* Ergo Filius non eſt cauſa, ſiue prin
cipium Spiritus Sancti. Iam verò S. Io-
annes Damaſcen. lib. 1. fid. Orthod. cap. *S. Damaſc.*
11. *Spiritum* (inquit) *per Filium eſſe
dicimus, de Filio non dicimus.* Theophy- *Theophyl.*
lactus verò clariùs in cap. 3. Ioannis ait
Latinos malè exponentes ſacrum Euā-
gelium, & minùs rectè intelligentes di-
cere Spiritum Sāctum à Filio procede-
re. Quod idem ſentit Euthymius in il- *Euthym.*
lud Ioan. 14. *Ego rogabo Patrem.* Cō-
ſtantèr verò tuetur partes Græcorum
Theodoretus lib. contra Anathematiſ- *Theodoret.*
mos Cyrilli. Ergo iuxta horum Patrum
ſententiam Spiritus Sanctus non pro-
cedit à Filio. Et quod maius eſt Mar. *Mar. Victor.*
Vict. lib. 1. contra Arium, ait Spiritum *Locus notādus*
Sanctum eſſe matrem Ieſu ſuprà & de-
orſùm, id eſt, diuinitùs & humanitùs; er-
go Ieſus qui eſt Filius Dei, potiùs pro-
cedit de Spiritu Sancto, quàm Spiritus
Sanctus de illo.

Tertiò. In præcipuis Concilijs Nicę- 4.
no, Epheſino, Calcedonenſi, & Conſtan- *3. argum. ex Concilijs.*
tinopolitano definitum eſt Spiritum Sā-
ctum procedere à Patre; de Filio verò ſi-
letur.

Quarto. Leo 3. condidit Romæ Sym- 5.
bolum Nicenum in tabula argentea ex- *4. argum. ex symb. Nic. Romæ ſeruato.*
culptum, quod poſt altare Beati Pauli
perpetuò conſeruandum collocauit, in
quo præcipitur ne quis, aut alitèr doce-
re, aut addere auſus ſit; ergo contra ſta-
tutum Cōcilij facta eſt adiectio illa, *ex
Patre Filioque.*

Vltimò. Illa adiectio facta eſt abſq; 6.
authoritate Eccleſiæ, cum autor addē- *Vltimum arg.*
dæ particulæ non extet; ergo nullo mo-
do fuit addenda.

Aduertenda.

HOc loco aduertendum eſt, Eccle- 7.
ſiam pro ratione temporum ad no *1. Aduertend.*
uas hæreſes refellendas conuerti, vt no-
tat S. Thom. 1. p. quæſt. 36. art. 2. ad 2. &
affert id quod dicitur in Concilio Cal- *S. Thom.*
cedonēſi. *Quòd illi qui fuerūt cōgregati
in Concilio Conſtantinopolitano doctri-*

nam

Digitized by Google

uam de Spiritu Sancto tradiderunt: non quod minus eſſet in præcedentibus, qui apud Nicæam congregati ſunt, inferentes: ſed intellectum eorum aduerſus hæreticos declarantes. Quia ſcilicèt noua

Concilia priora non ſunt diminuta, tamẽ à ſequentibus declarantur.

concilia non inferunt noua, quaſi minùs ſit in præcedentibus, hoc eſt, quaſi præcedentia concilia diminuta ſint: ſed declarant intellectum præcedentium conciliorum; quia definiunt eadem quæ implicitè continebantur in præcedentibus Concilijs, contra nouos hæreticos, qui à veritate ibi contenta diſcordant; & idcircò neceſſe eſt verbis clarioribus eos retundi. Quare contra Eunomium, &

Hæreſis Eunomij.

Sectatores, qui Spiritum Sanctum dicebant procedere à ſolo Filio, eſſeque eius creaturam, definitum à Concilijs fuerat Spiritum Sãctum à Patre etiam procedere, vt & Filius procedit; ſcilicèt quo Spiritus Sancti Deitatem, diuinamque proceſsionem firmarent. Exorta autem

Hæreſis Neſtorij oppoſita.

noua hæreſi quòd Spiritus Sanctus non procedat à Filio, Eccleſia iam pridèm occurrit, catholicam ſententiam (vt retulimus) proponẽs, quòd à Filio quoque procedat.

8\. Hæreſis Græcorũ habuit auctores Neſtoriũ, vel Neſtorianũ aliquem.

Huius ergo hęreſis auctor credendus eſt, vel Neſtorius vt S. Thom. opinatur ſolutione ad 1. vel ex Neſtorianis aliquis. Nam & Theodoretus, qui creditur author hæreſis, Neſtorianus aliquando fuit. Certè à Neſtorianis ea hæreſis aſſerebatur: quod conſtat ex Symbolo Neſtorianorum in operibus Cyrilli inſerto, & ex Concilio Florent. ſeſſ. 7. vocatur ſecta Neſtoriana: ea quæ negat Spiritum Sanctum procedere à Filio. Sed videtur hæc hæreſis in ſilentio fuiſſe vſque ad annum 767. quo quidèm anno refert Ado

Cæpit an. 767. *Ado Vienn.*

Vienenſis in Chronico celebratum Cõcilium, & in eo fuiſſe de Trinitate diſputatũ inter Gręcos, & Latinos; inter quos nulla alia controuerſia legitur de Trinitate acta, niſi ea quam modò tractamus. Redintegratus eſt morbus tempore Nicolai primi anno Domini 860. cũ Theophylactus Ioannem commentatus Latinos arguit, quòd crederent Spiritum Sanctum à Filio procedere. Sed tamen

redintegrata p *Theophylac.* anno 860.

anno 1504. cępit maximè hæc hæreſis vigere auctore Michaele Cõſtantinopolitano Patriarcha, qui per eam impietatem Summum Pontificatum petebat, Imperator Conſtantinus 10. ad eandem inſaniam homines concitabat, vt ſtarẽt

Viguit per Michaelem Patr. Conſtantinop. & Imp. Cõſtãtinum. 10.

A contra confeſsionem Romanę Eccleſię, & ſuam hæreſim ſcriptis proderent, vt conſtat ex Epiſtolis Leonis 9. ad Patriarcham & Imperatorem; & ex libro S. Anſelmi de proceſsione Spiritus Sancti contra Græcos. Legendus eſt Petrus Maturus in ſuis annotationibus ad S. Antonin. p. 3. tit. 22. cap. 13. §. 3. & S. Antoninus ibidem. Si quis ergo ſtudioſè conferat tempora iſtius hæreſis cùm definitionibus conciliorũ planè comperiet, initiò ſtatim fuiſſe ab Eccleſia damnatam, ac deinde perpetuò reprobatã.

Leo 9. *S. Anſelm.* *Maturus.* *S. Antonin.*

B Præterea aduertendum eſt hoc loco, quòd illa particula Symbolo addita, quam S. Thom. ad 2. videtur innuere à quodam Romano Pontifice fuiſſe expreſſam, dicitur à S. Damaſo Romano Pontifice fuiſſe adiecta in Concilio Romano anno Domini 383. contra eos, qui prædicabant Spiritum Sanctum eſſe Filium Filij, & nepotem Patris. Et ita ſentit Gilbert. Genebrar. lib. 3. Chron. pag 56. quem ſequitur Petrus Maturus loco recitato. Iam verò fuiſſe Romæ celebratum Concilium illud narrat Sãct. Hieronym. in Chronico, S. Iſidorus in Damaſum, & hiſtoria tripartita libr. 9.

9\. 2. Aduert. *S. Thom.* Particula, Filioque, addita à *S. Damaſo. in Cõc. Rom.*

Genebrar. *Maturus.* *S. Hieron.* *S. Iſidor.* *Hiſt. tripart.*

C cap. 5. 12. & 13. ſcribitque Genebrardus legiſſe ſe in libello Græco, quem ipſe fecit Latinum in eo Concilio Romano hanc fuiſſe additam particulam: & optimè conſentit cum ijs quæ ſcripſit Hugo Etherian. doctiſsimus lib. 3. de Spiritu Sancto cap. 19. Et inter opera S. Hieronym. extat Symbolum Damaſi cum ea adictione, *ex Patre Filioque* Scilicèt tom. 9. Epiſtola 16. Quare admodùm veriſimile eſt à Damaſo factam eſſe iſtam adictionem. Confirmatur hoc etiam ex eo quòd S. Thomas ait in

Genebrar. *Hugo Ether.* *S. Hieron.*

D Concilio quodam occidentali factã fuiſſe, & idem affirmat Andreas Epiſcopus in Concil. Florent. ſeſſ. 2. quod tamen Concilium occidentale cum ea definitione in tomo Conciliorum nullum extat. Cum autem conſtet Concilium celebratum fuiſſe Romæ à Damaſo, aliqua coniectura eſt in eodem Concilio particulam fuiſſe adiectã. Aliquid tamen obſtat huic opinioni, quòd Concilium Toletan. 3. poſt Damaſum recitauit Symbolum ſine additione: ſed fortè id quoque ideò Cõciliũ fecit, vt priſca Symbola abſq; additione legeret, quouſq; cõſuetudo legẽdi cũ additione percrebeſceret;

Confirm. *S. Thom.* *Andreas in Cõc. Florẽt.*

1\. Obiectio ex *Cõcil. Tolet.* Reſponſ. ex eodem.

Nam

Nam in canone eiuſdem Concilij tertio anathema dicitur ei qui negauerit Spiritũ Sanctum à Filio procedere. Quãuis autem res geſta incerta ſit & dubia, certiſſimum tamen eſt nihil Symbolo potuiſſe addi, quod ab Eccleſia cum tanta conſenſione reciperetur, quod eiuſdem Eccleſiæ autoritate non fuiſſet adiectũ; maximè cum ita legatur in ſeptima Synodo Generali, & in pluribus poſteà Concilijs.

7. Synod. General.

10.
2. Obiectio.
De *Theodor. & Theoph.*

Sed tamen videmur hæreſis arguere Theophylactum, & Theodoretum, & alios ex Græcis Patribus, qui videntur non potuiſſe ignorare ea concilia, ab eis autem diſcedere non niſi deſerendo fidem potuerunt. Cui obiectioni nulla reſpõſio alia ſuppetit, niſi vt credamus eos ignoraſſe Concilia: & Theodoretus quidem dicitur in Concil. Calced. operâ Leonis Papæ ad ſenſum Eccleſiæ reductus eſſe; nec attigit tempora Michaelis, qui Eccleſiam hęreſi hac infeſtauit. Theophylactus autem qui vixit tẽpore ſchyſmatis cum Eccleſia demùm fortaſſis conſenſerit; ſicut & alij ex Græcis Epiſcopis, ſuadente Concilio conſenſerunt.

Reſponſ.
Fortè ignorarant Concil. Prior reſipuit.
Et fortè alter.

Reſponſio.

11.
Ad 1. arg. à ſola negatione conſequentia nulla.

Ad primum argumentum reſpõdetur à ſola negatione nullam deduci cõſequentiã; oportet enim omninò vt altera pars ſaltem antecedentis ſit affirmans. Quare ex hoc quòd in Euangelio non ſit declaratum Spiritum Sanctũ procedere à Filio, non efficitur vt non procedat. Quod verò dicitur Chriſtũ Dominum non debuiſſe id omittere cum faceret verbum de proceſſione Spiritus Sancti, verum eſt; apertè enim ſignificauit Spiritum Sanctum à ſe procedere, cũ illum à ſe accipere, & à ſe mitti aſſeruerit: dixit autem procedere illum à Patre, & non dixit à ſe ipſo, tum vt genitori deferret, & illum potiùs quàm ſe palàm honoraret; tum etiam vt proceſſionem deduceret ad principium ſine principio quod eſt Pater. Sibi autem etiam aſcribit Spiritus Sancti proceſſionem, ſed verbis min* planis modeſtiæ cauſa: imò etſi diceret Spiritum Sanctum à ſolo Patre procedere, non excluderetur Filius, vt ait S. Thom. 1. p. quæſt. 36. art. 2. ad 1. & S. Anſelm. de proceſſione Spiritus Sancti, iuxta eas præſcriptiones,

Replica.
Reſponſ.
Etſi Sp. Sãctus diceretur à ſolo Patre procedere nõ excluderetur Filius.
S. Thom.
S. Anſelm.

A quæ de propoſitionibus excluſiuis tradendæ ſunt lib. 5.

Ad ſecundum quod eſt ab auctoritate Patrum reſpõdetur eos qui in argumẽto commemorantur teſtes adhibitos à nobis eſſe, doctrinam catholicam verbis planiſsimis aſſerentes; neque potuerũt eidem contraria dicere, aut ſentire. Igitur S. Dionyſ. vocauit Patrem fontem Deitatis, eò quòd fontem dicimus à quo primò aqua emanat; ſolus ergo Pater eſt fons, ſicut & primus. Similitèr dixit S. Auguſtin. Patrem eſſe principium totius Deitatis, quia nihil eſt in Deitate procedẽs, quod non procedat à Patre; & in hoc ſenſu ſũt hæc Patris propria. S. verò Baſilius duntaxàt affirmat propriam
B notionem Filij, ſcilicèt filiationem, non eſſe illi communem cum Patre: at verò ſpiratio actiua non eſt notio propria Filij. Quod verò ait Spiritum Sanctum per Filium innoteſcere, videtur quoque referendum eſſe ad proceſsionem, ſcilicèt quòd Spiritus Sanctus innoteſcat per Filium; quia dum creditur non ſolũ à Patre, ſed etiam à Filio procedere, tota ratio proceſsionis eius explicatur. Minimè verò crediderò S. Baſilium dixiſſe Spiritum Sanctum innoteſcere per Filium, quia Filius de Spiritu Sancto notionem tradiderit; nam eo loco diſputabat de proprietatibus perſonarum: maximè quia Spiritus Sanctus non ple-
C nè innotuit in doctrina Chriſti, quin potiùs Filius innotuit per Spiritum Sanctum iuxta illud. *Ipſe teſtimonium perhibebit de me*. Sed etſi voluiſſet Sanct' Baſilius id ſignificare, haud tamen negat Spiritum Sanctum procedere à Filio. S Gregorius Nazianzen. facilè explicatur, loquitur enim de cauſalitate prima, ſiue de primo principio, quæ eſt Patris proprietas; vel loquitur accommodatè de cauſa, ſiue principio generationis, de quã illi erat ſermo: & vtraque
D acceptione principium non conuenit Filio. Sanctum verò Ioan. Damaſcen. ſuſpicatur S. Thomas ſequutum fuiſſe partes Neſtorij 1. p. loco recitato, & de Potentia q. 10. art. 4. quod potuit Damaſcen. per inconſiderantiam facere, ante definitiones Eccleſię planiores: ſed tamẽ alij, vt ibidẽ refert S. Th. ad 3. iure optimo Damaſcenum vendicant ab hac ignoratione; legenduſque eſt Beſſarion, Gennadius, & alij pro tuẽdo Damaſc. Gẽnadius

12.
Ad 2. Patres explicãtur.
S. Dionyſ.
S. Auguſt.
S. Baſilius. 1. locus.
Secundus. Sp. Sanctus innoteſcit per Filium, ſeu proceſsionẽ ab eo.
Alia explic. Refellitur 1.
Secundò.
S. Nazianz.
De *S. Dam.* ſuſpicio *S. Thomæ.*
Illum ab ignoratione vendicant
Beſſarion. Gennadius.

Digitized by Google

Gennadius egregiè. dius autẽ in expoſitione Concil. Florẽt. A
ſect. 10. egregiè notat Damaſcenũ non
aſſeruiſſe, quòd Spiritus Sanctus non ſit
ex Filio; ſed quòd non dicatur ex Filio,
ne ſcilicèt daret locum hęreſi negãti Spi
ritum Sanctum procedere de Patre, ſed
Exemplum. de ſolo Filio: ſicut idem Damaſcenus
negat Mariam dici Matrẽ Chriſti, non
quia non ſit, ſed propter hæreſim negã-
tem illam eſſe Matrẽ Dei, non dicitur
Mater Chriſti, ſed Mater Dei. Theodo- B
De Theodor. errore, & rebellione. retum verò non dubium eſt ſenſiſſe cum
Græcis, cuius rebellionem contra S. Cy
rillum circa hanc fidei ſanctionem com-
Gennadius. memorat Gẽnadius Patr. Conſtãt. in ex
poſitione Concil. Florẽt. & ibidẽ narrat
de hoc ipſo damnatum Theodoretũ. 6.
Mar. Victor. Synodo cap. 9. Ad verba Marij reſpõ-
demus eam hęreſim non eſſe auditam in
Eccleſia Dei, quòd Spiritus Sanctus ſit
Explicatur. mater Chriſti: Marius autẽ eo loco pla-
niſsimè intelligit nomine Spiritus San-
cti, ipſam Deitatẽ quã dicit matrẽ; quia
de illa procedit Filius, ſicut dicitur in
Pſalmo *Ex vtero ante, &c.* C

13. Ad tertium iam diximus priora Con-
Ad 3. cilia definiſſe ea, quæ errores orientes
euellerent. Cũ enim hęrerici Spiritũ Sã
ctũ à ſolo Filio procedere dicerent, quo
eius proceſsionẽ imminuerent, & crea-
turam vocarent; vterque error damna-
tus eſt definientibus Concilijs Spiritum
Sanctum procedere à Patre.

14. Ad quartum reſpondetur hiſtoriam
Ad 4. Reſpond. 1. illam de Leone Pontifice nõ eſſe authẽ-
ticã; neque enim Platina, aut Onuphrius
geſtũ id eſſe ab eodẽ narrant: neque ve-
Magiſter. rò Magiſt. in 1. ſentent. d. 11. huic rei fidẽ D
facit; ſed narrata à Græcis refert, à qui-
Reſpond. 2. bus forſan ea fabula eſt conficta. Sed etſi
concedamus eſſe authẽticã hiſtoriã, dicẽ
dũ eſt Leonẽ idcircò Symbolũ Cõſtãti-
nopolitanum reuerentèr aſſeruaſſe, ne
quis exſtimaret illud eſſe per adiectam
poſteà particulã reprobatũ. Imò cũ cre
damus veriſsimile eſſe particulam fuiſſe
adiectam à Damaſo, poſt quẽ Leo 3. prę-
fuit, eã ob rẽ maximè potuit Leo id age
re, ne quis ſuſpicaretur Symbola eſſe diſ
Eccleſia Romana conſeruat Symbolũ Apoſtolorũ intactũ & ſic alia ſymbola. ſidẽtia cũ particula adiecta, vel ſine illa.
Nam Eccleſia Romana conſeruat Sym-
bola intacta, vt fertur conſeruaſſe Sym-
bolũ Apoſtolorũ abſq; vlla adiectione;
cui aliqua addita apud aliquas alias Ec-
cleſias inueniuntur; nõ quòd additiones
dãnaret, ſed quòd intactũ Symbolũ per-
A petuę memoriæ proditũ eſſe vellet, vt re *Baronius.*
fert Baronius ex Ruffino 1. tom. Anna-
lium pag. 306.

Ad vltimũ iam fecimus ſatis compro 15. Ad vltimum.
bando, quòd adiectio facta fuerit à S. Da
maſo, vel ab alio ſanè Romano Põtifi-
ce.

CAPVT XXXIIII.

Pater, & Filius ſunt vnum principium Spiritus Sancti.

B

PRima eaq; maxima Gręcorum con- 1.
trouerſia aduerſus Latinos hæc fuit, Gręcorũ exiſtimatio de Latinis, quòd ponant duo principia Sp. Sãcti. Refellitur.
quòd Græci objicerẽt duo principia Sp.
Sãcti nos ponere; dum eum confitemur
nõ à ſolo Patre procedere, ſed etiam à Fi
lio. Vt verò hoc primum illorum argu-
mentum refellamus, negandũ id omni-
no eſt quod objiciunt. Enimvero Eccle-
ſia Romana oppoſitã ſemper tenuit ſen
tẽtiã, vt nõ duo principia Sp. Sancti, ſed
vnũ cõfiteretur, nõ proportione vnũ, ſed 1. Aſſertio. Filius quoque eſt principium Sp. Sancti. Probatur ex dictis.
abſolutè vnũ vnitate reali. Cõſtitutũ au
C tẽ ſit Filiũ quoq; eſſe Sp. Sãcti principiũ,
quod ex antecedẽtibus manifeſtè liquet;
Probatũ quippe eſt Sp. Sanctũ procede-
re à Filio, ſed principium eſt à quo ali-
quid procedit, vt ſuprà docuimus: ergo
Filius eſt Sp. Sancti principium. Quare
cũ S. Cyrillus ait ſe nõ facere Filiũ prin Obiicitur *S. Cyrillus.* Explicatur.
cipiũ Sp. Sãcti, intelligit principiũ primũ,
quod eſt Pater, primò indicans perſonã
primã, vt poſteà declarabim'. Et Gẽnad. *Gennad.*
in expoſitione Cõc. Flor. ſect. 5. declarat
Filiũ nõ eſſe principiũ principale, quod
idem eſt: & S. Cyrillũ ait hoc dixiſſe, vt
D deflecteret ſententiam ab ea hæreſi, quæ
dicebat Filiũ à ſolo Patre, Sp. Sanctum à
ſolo Filio procedere. Recolito quod ante
notauimus, ſcil. principiũ dicere primũ,
ſed non negat ſecundum.

Quòd verò Pater & Filius non ſint 2. 2. Aſſertio Pater & Filius non ſunt duo, ſed vnũ principium Sp. Sãcti Probatur euidentiſsimè ex dictis.
duo, ſed vnum principiũ Spiritus Sancti,
ex ijſdem dictis euidentiſsimè deduci-
tur: Pater enim, & Filius ſunt duo in ijs
quibus diſtincti ſunt; pluralitas enim cũ
diſtinctione cõiũcta eſt: ſunt autẽ diſtin-
cti proprietatibus oppoſitis, ſcil. Pater-
nitate, & Filiatione, vel generatione acti
ua, & paſſiua: ergo in omnibus alijs cõue
niũt, & vnũ ſũt; ſed in eo cõueniũt quòd
Spiritus Sanctus ab vtroque procedat;
ergo in eo vnum ſunt; ſcilicèt principiũ
vnum Spiritus Sancti ſunt. Quod cõfir-
matur ex verbis Chriſti Domini Ioan. Confirm. ex
cap.

Digitized by Google

Ioan. 17.

cap. 17. *Tua omnia mea ſunt, & mea omnia tua ſunt.* Quæ autem Patri, & Filio ſunt communia, nõ habẽt diſtinctionem, ſed vnitatem: ergo eâdem rerũ cõſequentiâ, qua probatum eſt Filium producere Spiritum Sanctum, quia Pater ipſum producit, & potentia, operatioq; Patris communis eſt Filio; non minùs efficacitèr oſtenditur eam potentiam, operationemque eſſe vnum in Patre, & Filio; ergo ſunt vnũ principiũ Sp. Sãcti.

3. Quæſtio de 2. aſſertione quo ad proprietaté loquendi.

His, quæ ſunt certiſsima, firmatis, diſputandum eſt de ipſa loquutionis proprietate: cum enim Pater, & Filius ſint perſonæ duæ, etſi in eis vna ſit potentia, vnaque operatio, quæſtio eſt, Sintne dicendi principiũ vnum propter vnitatem potentiæ, & operationis, an verò principia duo, quia ſint perſonæ duæ? Gregor. Arimin. in 1. d. 12. q. 1. & Altiſiodorẽſis lib. 1. ſuę ſummæ cap. 30. & quidã alij ab eo recitati opinantur, ſi exactè loquendum ſit, falſum eſſe enunciatũ, quòd Pater & Filius ſint principium vnũ: ſed dicendum eſſe ſimplicitèr, quòd ſint duo principia, iuxta pręſcriptiones quaſdam nominum numerum ſignificantiũ, quas lib. 5. diligentèr expendemus.

Pro parte negante *Gregor. Arimin.* *Altiſiodor.*

Durandus.

Durãd. d. 29. quæſt. 2. ait eſſe vnum principium quo formale, ſed duo principia quæ: & adijcit melius dici quòd vnum principium ſit in Patre, & Filio, ſcilicèt vna potentia, quàm quòd ipſi ſint vnum principium; quaſi verò magis propriè dicam' potentiam eſſe in Patre, quàm Patrẽ eſſe ipſam potentiam, ſiue naturã; credit enim perſonam à natura diſtingui. Quæ lib. 1. confutata ſunt.

Fundamentũ *Durandi.*

Alij verò quos refert S. Th. q. 36. art. 4. eandẽ ſententiam tenent ob rationẽ diuerſã; negant enim Patrẽ & Filiũ propriè dici principiũ vnũ; eò quòd principiũ ſit nomen quaſi adiectiuũ; quia non ſignificat ſubſtantiã, ſed proprietatẽ relatiuam. Aiunt ergo duo adiectiua nõ rectè coniungi; quare in eo enuntiato vnũ principiũ ita accipiendũ eſſe, vt vnũ dicatur aduerbialitèr, ſiue ſyncathegorematicè, hoc eſt, vno modo principiũ.

Autores quidam apud *S. Thom.* Fũdamentum iſtorum.

Neque verò ſenſu diſsidet ab his Greg. ideo enim ait Patrẽ, & Filiũ à Patribus, & cõcilijs dici principium vnum; quia ſingulare eſt in diuinis perſonis, vt plures cũ ſint, vno modo, vnaque operatione operentur: idq; voluiſſe Patres ſignificatum eſſe, cum Patrem, & Filium dicunt eſſe vnum principium.

Ab iſtis nõ diſſidet ſenſu *Gregor.*

A Diſputatio hæc vt præ oculis eſt, non de rei veritate, ſed de nominum vſu ſuſcipitur, & per ea quę dicenda ſunt libro 5. erit ſtudioſiùs expẽdẽda. Cõſtat enim apud Catholicos potẽtiam, & operationem eſſe vnam in Patre & Filio; deque nomine ſolo eſt quæſtio, an dicendi ſint vnum principium?

4. Quæſtio hæc nõ eſt de re, ſed de nomine.

Sed periculoſa eſt in fide, & ſuſpecta de hæreſi ea doctrina, quæ cenſet concilia non tenere eã proprietatem loquutionis, quę ad teſtationẽ veritatis neceſſaria eſt. Nam ſi abſolutè, ac ſimplicitèr B verũ eſt dicere Patrem & Filiũ eſſe principia duo, ſi expẽdatur loquutionis proprietas; quare definit Eccleſia vnum principiũ eſſe? ſiquidèm verbis ipſis à vero diſſentir, etſi dicatur ſenſu verborum nõ diſſentire.

5. Refellitur 1. hęc pars vt de hęreſi ſuſpecta quatenus eſſet cõcilia nõ tenere proprietatẽ loquutionis. Declaratur hoc

Vtraq; autẽ expoſitio recitata argumẽto S. Thom. in art. refellitur. Nam ſi Pater & Filius dicũtur vnũ principiũ, eò quòd vno modo operẽtur; Pater erit duo principia, quia operatur duobus modis, ſcilicèt gignẽdo, & ſpirãdo. At verò cõtra Gregorium de regulis nominũ diſputãtẽ lib. 5. diſſeremus. Cõtra alios verò, qui principium aiunt eſſe C quaſi adiectiuũ, opponimus, duo adiectiua ita cõiungi vt faciãt ſenſũ diſiunctũ: Si quis enim dicat Socratẽ muſicum albũ, dicit Socratẽ muſicũ, & dicit albũ: ergo qui adiectiuè dixerit Patrẽ, & Filiũ eſſe vnũ principiũ, dicit eos eſſe nõ duos, ſed vnũ, quod eſt hæreſis; & potiùs dicẽdi eſſent principia vna, quã principium vnũ, & adiectiua in numero plurali cõuenirẽt cũ duobus, ſcilicèt Patre, & Filio, ſicut diceremus perſonas vnas, & non perſonam vnam. Nullo ergo modo credenda eſt Eccleſia definiſſe ſententiam ſuam, verbis non ſolùm improprijs, ſed D implicatis, & ſuſpectis.

Refellitur 2. *à S. Thom.* quatenus exponit: vnum principium, id eſt, vno modo. De *Greg.* inf. Fundamentum aliorum *apud. S. Th.* Conuellitur. Duo adiectiua ita coniunguntur, vt faciant ſẽſũ diſiunctũ

6. Refutatur 3.

Sed aduertendũ eſt, quòd libro priori docuimus, hæreſis arguendum eſſe eũ qui contenderet tres perſonas diuinas eſſe tres Deos. Et profectò eadem omninò eſt ratio, vt S. Thomas obſeruat, ne Pater, & Filius dicantur principia duo; cum natura, & operatio vna ſit. Hanc tamen ſententiã non refutamus vt hæreticam, eò quòd res eſt obſcurior: nam etſi catholicè confitendum ſit in Patre, & Filio eſſe eandem potentiam ſpiratiuam, & eandem ſpirationem, ſicut in tribus perſonis eſt eadem Deitas: ſpiratio tamen pertinet ad perſonas, & ideo non

Non cenſetur hæretica. Probatur Spiratio pertinet ad perſonas

Digitized by Google

non ita apertè conuincitur, in proprijſſimo ſenſu dici duas perſonas vnũ principium Spiritus Sancti, ſicut tres perſonas vnum Deum, maximè cum S. Hilarius duos auctores dicat, & ferè eadem ratio ſit de auctore, ſiue ſpiratore, & de principio Spiritus Sãcti. Sed nõ abeſt opinio iſta ab errore; eò quòd verbis ſaltẽ diſsidet à Cõcilijs, quę modò referemus.

S. Hilarius duos autores dicit. Cenſetur erronea. Ratio.

7\. *Aduertend.*

Vltimò obſeruandum eſt diſcrimen inter hæc nomina, principium Spiritus Sancti, & ſpirator. Primum, non ſignificat actionem, ſed principium actionis. Secundum verò, ſcilicèt ſpirator, eſt nomen verbale ab ſpirando ductum; quare ſignificat actionem; nomen enim ſpirator & nomen ſpirans eandem actionem ſignificat, ſpirator tamen ſignificat ſine tempore, ſpirans verò cum tempore vtpotè participium. Verba autem & participia ſunt adiectiua; quare nomen ſpirator maximè accedit adiectiuum: principium autem Spiritus Sancti, cum non ſignificet actionem, omninò inter nomina ſubſtantiua cenſetur. Meritò ergo ij reprehenduntur, qui Patrem, & Filium negant eſſe vnum principium Spiritus Sancti. At verò qui dixerit duos ſpiratores non ita arguendus eſt; Et in eodẽ ſenſu dixit S. Hilar. à Patre, & Filio auctoribus Spiritum Sanctum procedere; de qua re lib. 5. tractabimus. S. Thom. in 1. d. 11. q. vltima art. 4. & d. 29. q. vnica art. 4 cum alijs quos refert, & ſequitur Durand. d. eadem q. 1. in Dialectico rigore negat Patrẽ & Filium eſſe ſpiratorem vnum; ſentit enim eſſe duos ſpiratores dicẽdos; Cui ſentẽtiæ conſequẽs eſt vt nõ ſint dicẽdi ſpirator vnꝰ: ſed lõgè meliùs iuxta dialecticã diſciplinã vnꝰ ſpirator, & vnus auctor dicitur; quia hæc nomina ſubſtantiua ſunt: duo verò ſpirãtes; quia participia ſunt adiectiua. Et hæc eſt ſẽtẽtia D. Thom. 1. p. q. 3. art. 4. ad 7. vbi oppoſitam quam in lib. 1. ſent. tenuerat, retractauit.

Nomen ſpirator, verbale eſt actionẽq; ſignificat.

Ideò maximè accedit ad adiectiuum. Principium non ſic.

Pater & Filius auctores, & ſpiratores duo dicuntur minore cenſura. S. Hilar. S. Thom. 1. ſent. Durand.

Melius vnus ſpirator & vnꝰ auctor dicitur. S. Thom.

Confirmatio.

8\. *Confirmant S. Auguſt. S. Hilar. S. Anſelm. S. Thom. S. Auguſt. locus alius, explicatur.*

QVòd Pater & Filius ſint vnũ principium Spiritus Sancti affirmat S. Auguſtin. 5. de Trinitat. cap. 14. S. Hilarius lib. 4. de Trinitat. S. Anſelm. de proceſsione Spiritus Sancti capit. 11. S. Thom. 1. p. & in 1. d. 11. & 29. & eſt conſtans Theologorum opinio. Eſt tamen locus apud S. Auguſtin. contra Maxim. lib. 3. cap. 17. vbi Patrem eſſe

A dicit principium ſine principio, Filium verò principium de principio, at Spiritum Sanctum principium quoque de vtroque principio. Spiritum Sanctum dicit principium, ſcilicèt creaturarum; neque enim eſt principium diuinæ proceſsionis vllius: Sed quod ait eſſe de vtroque principio explicandũ eſt; vtrũq; enim eſt vnũ & alterum ſimul, & conuenit duobus; ſunt ergo duo principia. Reſpondendum eſt poſſe intelligi per copulam implicantem (vt aiunt dialectici) vel more Rhetorũ per appoſitionem hoc modo, B Spiritus Sanctus eſt de vtroque principio, ſcilicèt de vtroque qui vterque principium eſt: nam & ibi ſubijcitur, *Qui tamen vnum ſimul ſint principium, non duo principia.*

Ex eodem obijcitur.

Reſponſio notanda.

9\. *Definiunt Concil. Lud. cap. fidelitèr*

Definita eſt hęc veritas ab Eccleſia in Concilio Lugdunenſi cap. fidelitèr de ſumma Trinitate in hæc verba, *Spiritus Sanctus ex Patre & Filio, non tanquã ex duobus principijs, ſed vno principio, &c.* Et infrà. *Damnamus omnes qui temerario auſu præſũpſerint aſſerere, quòd Spiritus Sanctus ex Patre, & Filio tãquam ex duobus principijs, & non tan-* C *quam ex vno procedat.* Et in Concilio Florentin. in literis ſanctæ vnionis his verbis, *Spiritus Sanctus ſuum eſſe ſubſiſtens habet ex Patre & Filio, & ab vtroque æternalitèr, tanquã ex vno principio, & vnica ſpiratione procedit.* Et confirmatur ex ſimili decreto Concil. Lateranenſ. ſub Innocentio 3. capit. 1. vbi conſtitutum eſt tres perſonas eſſe creaturarum principium vnum; quia ſcilicèt in ijs, quæ attinent ad rationẽ principij, non diſtinguntur. Et ſimile eſt de Patre, & Filio, vt ſunt Spiritus Sancti principium. Quo decreto Eccleſiæ ſiluit Græcorum obmurmuratio: nam Græci D propter hoc præcipuè diffitebantur Spiritum Sanctum procedere à Filio, ne Patrem, & Filium ponerent duo principia Spiritus Sancti; & à Latinis teſtatum eſt Patrem & Filium eſſe nõ duo principia, ſed vnum principium Spiritus Sancti: de qua re ad finem cap. 36. in confirmatione.

Cõc. Florẽt.

Cõcil. Lat.

CAPVT XXXV.

Argumenta Refelluntur.

1\. *Arguit 1. Methones*

PRimum argumentum contra vnitatem principij opponit Methones Epiſco-

Digitized by Google

apud Hugonem Ether. Epiſcopus apud Hugon. Ethereanũ lib. 1. de Spiritu Sãcto cap. 14. Pater eſt perfectus Deus, qui habeat perfectam potẽtiam ad producendum Spiritum Sanctũ; nihil ergo ad hoc confert Filius, ſed ſolus Pater producit; non ergo Pater, & Filius ſunt principium vnum, ſed ſolus Pater eſt principium.

2. Secundò *Nicetas apud eũdem:* Secundum argumentum contra hanc vnitatem principij accipimus ex Niceta quodam apud eundem Hugonem c. 13. Pater, & Filius dicũtur principium vnũ, aut ſpecie, aut numero; ſed neutrum verum eſt; ergo non ſunt vnum principiũ. Quòd non ſint principium ſola ſpecie vnum, probat; quia Spiritus Sanctus nõ eſſet numero vnus, ſed ſola ſpecie vnus; ſiquidèm ſuum principium ſola ſpecie vnum eſſet. Quòd verò non ſit vnum numero principium, probat; quia ſunt perſonæ duæ; principium autem proceſsionis non natura eſt, ſed perſona; ergo perſonæ duæ numero ſunt principia numero duo.

3. Tertiò *Methon. apud eũdem.* Tertiò arguit idem Methones, & refert argumentum Hugo lib. 2. cap. 3. ſi Pater & Filius ſunt vnum principiũ Spiritus Sancti, illud principium vel non eſt ab alio principio, eſtque ſolus Pater; vel eſt principium à principio, & eſt ſolus Filius, non Pater; vel eſt ſimul ſine principio, & à principio, quod eſt impoſsibile: ergo nullo modo Pater, & Filius ſunt principium vnum. Et idem argumentum *Nicet. apud eundem.* refert ex Niceta lib. 1. cap. 3. Et eadem eſt difficultas argumenti apud S. Thom. Confirm. *S. Thom.* ordine quarti 1. p. q. 36. art. 4. Pater, & Filius ſunt vnum principium; ergo vel ſunt vnum principium quod eſt Pater, vel vnum principiũ quod non eſt Pater; ergo vel Filius eſt Pater, ſiquidẽ eſt principium, quod eſt Pater, vel Pater non eſt Pater ſiquidèm Pater eſt principiũ, quod non eſt Pater.

4. Quartò *Methones apud eundẽ.* Quartò arguit idem Methones apud Hugonem Ethereanum lib. 1. cap. 10. ad finem; quia principiũ perfectum eſt vnitas, vnitas enim perfectio eſt; ſed principium Spiritus Sãcti debet eſſe perfectũ; quod autem eſt ex duobus, minùs vnum eſt; ergo principium Spiritus Sancti non duobus tribuitur, ſcilicèt Patri, & Filio. Confirm. Et confirmatur ex eodẽ Methone c. 12. ſequenti: quia id quod ex duobus eſt, minùs perfectum eſt, quàm quod ex vno ſolo; ergo Filius perfectior eſt Spiritu Sancto, ſiquidèm ſolus Pater eſt principium Filij: at verò principium Spiritus Sancti dicitur eſſe Pater & Filius ſimùl.

5. Quintò *Methones apud eundẽ.* Quintò arguit idem Methones lib. 1. Hugonis cap. 18. ſi ideò Pater, & Filius ſunt vnum principium Spiritus Sancti, quia eiuſdem ſunt naturæ: ergo Pater & Spiritus Sanctus ſunt vnum principium Filij; quia eiuſdem ſunt naturæ; eadem enim videtur eſſe ratio. Et confirmatur, Confirm. quia idem Filius, & Spiritus Sanctus cõueniunt in hoc quod eſt procedere à Patre, ſicut Filius & Pater in hoc quod eſt ſpirare; ſed non ponimus aliquam proprietatem communem Filio, & Spiritui Sancto, quæ ſit proceſsio; ergo neque ponenda eſt communis ſpiratio, quæ Patri, & Filio conueniat.

6. Sextò *Nicetas apud eũdem.* Sextò arguit idem Nicetas cap. 12. initio ſtatim. In Deitate, quæ ad naturã pertinent, communia ſunt tribus perſonis; quæ autem ad originem, ſunt ſingularum perſonarum propria, quia perſonalia ſunt: cum ergo ſpirare ſit operatio non naturæ, ſed perſonæ, erit profectò vnius perſonæ, non duarum. Et confirmatur, Confirm. 1. quoniam vnitas eſt fundamentũ ſimilitudinis; ſi ergo eſt aliqua vnitas proprietatis inter duas perſonas duntaxat, ex erũt inter ſe magis ſimiles, quàm tertia perſona, quæ ab illa vnitate excluditur. Saltèm ſequitur quòd Pater & Confirm. 2. Filius ſint magis vnum inter ſe, quàm cũ Spiritu Sancto: nam cum Spiritu Sancto eſt illis ſola vnitas naturæ, inter ſe autẽ ſunt etiam proprietate ſpirandi vnum.

7. Vltimò *Methone apud eund.* Vltimò arguit Methones lib. 2. Hugonis Etherean. c. 3. Pater eſt prĩcipiũ Spiritus Sancti non ratione naturæ, ſed perſonæ; non enim natura, ſed perſona ſpirat; diſtinguitur autem perſonã à Filio: ergo ſpiratione diſtinguitur etiam ab eodem.

8 Hæc ſunt ferè Græcorum inſignium argumẽta eorum, quæ Hugo Ethereanus diligentiſsimè colligit in hoc caput quęſtionis intenta, quòd Filius non ſit ſimul cum Patre vnum Spiritus Sancti principium.

Aduertenda.

9. 1. aduert. QVoniam de vnitate principij Spiritus Sancti duæ ſunt ſententiæ, vt poſteà enarrabimus, breuitèr modò pro argumentorum confutatione dicendum Spirator ſiue principiũ Sp. Sancti nõ eſt eſt conſtantèr atque indubiè, vnitatem principij, quod ſpiratorem dicimus, eſſe

Digitized by Google

tertium ſubſiſtens, ſed duo ſubſiſtẽtia, ſc. Pater, & Filius indeterminatè ſub vna potentia, operatione, & relatione ſpirãdi.

duntaxat vnitatem potẽtiæ, & actionis, & relationis, quæ in Patre, & Filio ſubſiſtentibus inuenitur, & non eſſe tertium ſubſiſtens, ſcilicèt ſpiratorem, in quo hęc inueniantur, vt quidam falsò opinantur. Itaque ſiue dicas ſpiratorẽ, ſiue principiũ Spiritus Sancti, mẽte, atq; animo verſa non ſignificari per hoc nomen, vnum ſubſiſtens, pro quo nomen ſupponatur; ſed duo ſubſiſtentia, ſcilicèt Patrem, & Filium, pro quibus ſupponitur nomen ſpirator: ſub vna tamen ratione, & ſub vnitate formæ relatiuæ. Quare hoc nomen, ſpirator, ex propria ſignificatione accipitur pro Patre & Filio indeterminatè, vt poſteà accuratiùs docendũ erit.

10. 2. aduert.

Deindè aduertendum eſt, ex eo quòd docuimus hoc nomen, ſpirator, ſupponi pro duabus perſonis; ſignificare autem vnam relationem in vtraque: conſequẽs eſſe vt dum quæritur de ſpiratore, an ſit à principio nec ne? quæratur ſanè de Patre, & Filio pro quibus nomen hoc accipitur: & eſt ſola captio dialectica in reſponſione fugiẽda, vt explicabimus. Eos verò qui tenent ſpiratorem eſſe vnum ſubſiſtentem, argumentum vehementèr vrget: Vtrùmne ille ſubſiſtens ſit à principio, vel non ſit à principio? vt poſteà expendemus. Quod ergo ad rem ſignificatam attinet, certum eſt formam ſignificatam per hoc nomen, principium Spiritus Sancti, non eſſe à principio, neque produci; forma enim ſignificata eſt relatio ſpiratoris; at relationes diuinæ perſonarum procedentium, ſcilicèt filiatio, & ſpiratio paſsiua, formalitèr loquendo non producuntur, ſed comproducuntur: tum maximè, quia quicquid commune eſt in Deo, non producitur, aut comproducitur, ſed duntaxàt communicatur; cũ ergo forma ſignificata per hoc nomen, ſit communis Patri, & Filio, communicatur quidèm Filio à Patre, ſed minimè producitur; ideòque ipſa relatio à principio non eſt; nam ſi produceretur à Patre, diſtingueretur re ipſa ab illo, & in eo non eſſet. De perſonis verò pro quibus nomẽ accipitur certum eſt alteram, ſcilicèt Patrem eſſe ſine principio, alteram ſcilicèt Filium eſſe à principio.

Captio dialectica notanda.

1. certum. Forma ſignificata illorũ nominũ, quæ eſt relatio ſpiratoris, non eſt à principio, nec producitur. Probatur. 1.

Secundò. Quicquid commune eſt in Deo non producitur, aut cõproducitur.

2. certum de duabus perſonis, pro quibus ſupponuntur.

11. Quæſtio de modo loquendi proprio. Reſolutio.

Erit ergo quæſtio de exacto loquendi modo, & proprio vſu nominum, cum de re ſignificata liqueat quid dicendum ſit. Et ita reſpondeo propoſitionem hanc, principium illud vnum Spiritus Sancti eſt à principio, videri mihi falſam abſolutè; ſicut & iſtam, Deus eſt à principio: quia eſſe à principio eſt cuiuſdam amplę ſignificationis, vt formis etiã poſsit conuenire: at forma ſignificata per nomen ſpiratoris eſt communis, vt diximus, & non eſt à principio, neque producitur: ergo falſum eſt abſolutè, quòd principiũ Spiritus Sancti ſit à principio. Imò etſi hæc ſit abſolutè concedenda, Deus generatur, quia generatio eſt perſonæ; De' verò accipitur etiam pro perſonis: tamẽ iſta propoſitio, principium Spiritus Sancti generatur, non videtur concedenda: quia cum termini ſint notionales, videtur eſſe illorum appoſitio, quam vocant appellationem; ita vt ſignificetur ipſum principium commune eſſe res genita, quod eſt impoſsibile: ſicut etiam abſolutè concedo hominem eſſe ſpeciem. Cũ verò genus eſſe ſpeciem audio, ſenſum propoſitionis diſtribuo; ſi enim ſignificetur intẽtionem generis eſſe intentionem ſpeciei, negandum eſt; ſi verò ſenſus ſit intẽtionem generis ſubeſſe intentioni ſpeciei, ab eaq; denominari ſpeciem, concedendum: ergo ea enunciata, quæ obſcuriora viſa fuerint, erunt potiùs diſtinguendo explicanda, quàm ſimplicitèr permittenda.

Abſolutè loquendo ſpirator, ſeu principium Spiritus Sancti, ſicut & Deus, non eſt à principio. Probatur.

Stat reſolutio, etſi hæc ſit abſolutè concedẽda, Deus generatur. Ratio.

Exemplũ notandum.

Enunciata obſcuriora diſtinguenda.

Reſponſio.

1. Ad 1. argum.

AD primum argumẽtum reſpondetur, quòd Pater eſt perfectus Deus, & habet perfectam potentiam ſpirandi, & non iuuatur à Filio, quaſi eius virtus non ſufficiat, aut valeat ad ſpirandum; ſed hæc omnia quæ in Patre ſunt perfecta, dedit Filio; & ideò communia ſunt: ſicut etiam Pater non creat ſine Filio, nõ deficiente virtute, ſi Filium remoueas, neque quòd iuuetur à Filio; ſed quia ab operatione Patris non poteſt remoueri Filius. Doctè obſeruat Hugo loco recitato in argumento ita perfectionem Patris non imminui per hoc, quòd etiam Filius ſit principium Spiritus Sãcti, ſicut perfectio Filij non læditur per hoc, quòd etiam Spiritus Sanctus procedat à Patre, queadmodum Filius procedit. Gennadius ſect. 10. reſpondet perfectè quidèm creare Patrem; ſed non creare ſine Filio, & Spiritu Sancto.

Omnia quę in Patre ſunt perfecta, dedit Filio.

1. exemplum *Hugonis Ether.*

Secundum *Gennadij.*

2. Ad 2. arg.

Ad ſecundum reſpondetur principiũ Spiritus Sancti non eſſe duntaxàt vnum

ſpecie,

Principium Sp. Sancti eſt vnũ numero.

ſpecie, ſed vnum numero; quia per hoc nomen ſignificatur vna potẽtia, & operatio, & relatio in Patre, & Filio, quod cap. ſequenti docebimus: non tamen ſequitur, quòd ſit perſona vna. Nam relatio diuina, quæ affert vnitatem perſonalem diuinæ perſonæ, ea eſt, quæ perſonã conſtituit, vt Paternitas, filiatio, & ſpiratio paſsiua. At ſpiratio actiua, quia aduenit noſtro modo intelligendi perſonæ Patris conſtitutæ, vt 4. libro dicemus, non affert vnitatem perſonæ, & poteſt eſſe communis duabus perſonis, ſicut & natura communis eſt tribus perſonis. Et ita vna potentia, & relatio, & operatio ſpiratoris eſt in Patre & Filio ſimùl; quia aduenit perſonis cõſtitutis per ſuas proprietates; & ipſa non eſt proprietas perſonalis, ſed communis notio. Quòd ſi obijcias non loquendum nobis eſſe de noſtro modo intelligendi, ſed de re ipſa: Vtrùm vnus ſpirator ſit vna perſona? Reſpondendum eſt non eſſe perſonam vnam, ſed duas: illa autem vnitas realis ſpirationis actiuæ eſt communis duabus perſonis, ſicut vnitas diuinæ naturæ realis, eſt communis tribus perſonis.

Tamen nõ eſt perſona vna. Ratio.

Spiratio actiua eſt communis notio.

Obiectio.

Reſponſ.

Illius vnitas realis eſt communis.

14\. Ad 3. arg.

Ad tertium iam reſpondimus in notationibus concedendo illam partẽ antecedentis, quòd principiũ Spiritus Sãcti non eſt à principio, ſcilicèt ipſa relatio principij non eſt à principio. Si verò loquaris de perſonis pro quibus nomen iſtud ſupponitur, alia eſt à principio ſcilicèt Filius, alia non eſt à principio, ſcilicèt Pater. Itaque ſi quæſtio eſt de ijs pro quibus nomen ſupponitur, principium Spiritus Sãcti eſt ſine principio, quia eſt Pater; & eſt à principio, quia eſt Filius: ſicut Deus eadem ſuppoſitione nominis qua ſupponitur pro perſonis, eſt ſinę principio, quia eſt Pater; & eſt à principio, quia eſt Filius. Si verò quæſtio ſit de forma ſignificata per nomen, principiũ Spiritus Sancti non eſt à principio; quo eodem ſenſu Deus non eſt à principio. Et quia hæ propoſitiones abſolutè vidẽtur facere hunc ſenſum, ſunt abſolutè negandæ. Ad ſimile argumentum ex S. Thom. reſpõdetur cum ipſo S. Doctore, concedendum eſſe quòd Pater & Filius ſunt vnum principium Spiritus Sancti, quod eſt Pater, ita vt explicetur per copulatam enunciationem duabus ſimplicibus connexam, ſcilicèt Pater, & Filius ſunt vnum principium Spiritus Sancti, &

Principium Spirit. Sancti prout ſuppo. nit pro perſonis, eſt ſine principio, & eſt à principio: ſicut Deus &c.

Hæc nomina abſolutè faciũt ſenſũ pro forma ſignificata.

Ad cõfirm. ex *S. Thom.*

Si prædicatum per copulatam explicandum eſt, hæc affirmans eſt vera: Pater, & Filius ſunt vnũ principiũ Spiritus Sãcti quod eſt Pater:

A illud principium Spiritus Sancti eſt Pater, & eſt Filius: negans verò eſt falſa, ſũt vnum principium, quod non eſt Pater; quia explicamus ſic, ſunt vnum principium Spiritus Sancti, & illud principium non eſt Pater: falſa enim eſt copulata, cuius pars eſt falſa; falſum autem eſt, illud principium non eſſe Patrem, aut nõ eſſe Filium, cum ſit Pater & Filius. Si verò prædicatum accipiatur vt ſimplex nomen, ita vt non ſit exponendum per copulatam; vtraque falſa eſt, ſcilicèt Pater & Filius ſunt vnum principium Spiritus Sancti quod eſt Pater, & ſunt vnum principium quod non eſt Pater. Nam vnum B principium quod eſt Pater, ita vt hæc ſimul ſint coniuncta, non dicitur verè de Filio; & vnum principium, quod non eſt Pater, ſimul etiam hæc complectendo, non dicitur verè de Patre, vt liquet. Sed tamen hæ propoſitiones non ſunt contradicẽtes; ſunt enim ſimplices non copulatæ etiam quoad ſenſum, atque ſignificationem, & eſt vtraque affirmans; nam negatio eſt in ſolo prædicato, & nõ eſt totum prædicatũ, ſed pars eius: quarè neque prædicata ſunt contradicẽtia.

Negans verò & falſa, hæc: ſunt vnũ principium quod non eſt Pater.

Si prædicatum accipiatur, vt ſimplex nomẽ vtraque affirmans eſt & falſa. Oſtenditur.

C Ad quartum reſpõdetur cum Hugone argutè differente de Vnitate libr. 1. cap. 11. eam vnitatẽ eſſe perfectam, quæ eſt indiuiſa; diuiſio enim imperfectio eſt, ſcilicèt quæ diuerſitatem inducit naturarum; Pater ergo & Filius ſunt duo, ſed indiuiſi, quia in eadem natura ſubſiſtunt: non enim diuiſi ſunt, ſed diſtincti: & ideò non minuitur perfectio principij Spiritus Sancti per hoc quod duæ perſonę nõ diuiſæ ſint principium Spiritus Sancti. Reſpondetur ſecundò quòd ipſa vnitas relationis, & operationis ſpiratoris in Patre, & Filio eſt ſimplicisſima, ſicut & D Deitas: quare non eſt minor vnitas in principio ſpirationis, quàm in principio generationis; & hanc vnitatem non imminuit perſonarum pluralitas. Ad confirmationem reſpõdetur, quòd ſicut imperfectio non eſt in Filio quòd procedat ab vno, ita neque Spiritus Sancti quòd à duobus procedat, dummodò illi duo vnum ſint; nam ſi vnum omninò non eſſent, minùs perfectum eſſet principium Spiritus Sancti. Cum verò vnitas formæ in principio Spiritus Sancti tam perfecta ſit, quàm eſt vnitas formæ in principio generationis, ęquè perfecta eſt vtraque proceſsio.

15\. Ad 4. argum. 1. reſponſio *Hugonis Ether.*

Pater, & Filius ſunt diſtincti, ſed indiuiſi.

2 reſponſio.

Ad confirm.

In principio generationis, & ſpirationis, vnitas formæ eſt æquè perfecta.

Ad

Digitized by Google

16.
Ad 5.
Reſpond. 1.
Inter Patrem & Filium eſt vnitas realis in ſpiratione, nō oppoſitio.

Ad quintum negamus eatenùs Patrē, & Filium eſſe principiū Spiritus Sancti, quia ſunt eiuſdem naturæ; ſed quia in eo quod eſt ſpirare, non diſtinguuntur relatione oppoſita, aut origine. Cum verò Spiritus Sāctus procedat à Filio, repugnat vt ipſe Spiritus Sanctus qui procedit à Filio, Filium generet. Dicimus ſecundò, Filium procedere per primā proceſsionem, quæ eſt per intellectū; ideòq; neceſſe eſſe, vt ſit principium ſecundæ proceſsionis, quæ eſt per voluntatem; aliàs non eſſet eiuſdem cum Patre potētiæ, vt diximus. Ad confirmationem reſpondetur ſimilitèr, quòd proceſsio Spiritus Sācti habet oppoſitionem ad proceſsionem Filij, quia illa eſt ab iſta ordine quodam, ita vt Spiritus Sanctus procedat à genito, & ita generatio eſt proprietas Filij perſonalis re ipſa diſtincta à proceſsione Spiritus Sancti. Ideoque vnius proceſsionis cum alia non poteſt eſſe vnitas realis, cū ſit realis diſtinctio; ſed eſt vnitas rationis, & analogiæ, quia vtraque dicitur proceſsio.

Reſpond. 2.

Ad confirm. Inter vtrāque proceſsionem eſt ordo, & oppoſitio realis, vnitas verò duntaxàt rationis, & analogiæ.

17.
Ad 6. arg.

Ad ſextum reſpondetur, ea quæ pertinent ad origines non eſſe aſcribenda naturæ, ſed perſonis; non tamen neceſſe eſſe vt ſingulæ origines ſint ſingularum perſonarum: imò neceſſe eſt vt aliqua origo ſit duarum perſonarum, vt inter ſe perſonas coniungamus ipſa origine; niſi enim ſpiratio actiua ſit communis Patri, & Filio, Spiritus Sanctus cum Filio non haberet hoc vinculū originis inter ſe ſe. Quod argumentum diſertè tractat Hugo Etherean. imò non diſtingueretur ab illo, vt S. Thom. notauit. Ad confirmationem cum S. Thom. reſpōdetur quòd ſimilitudo non fundatur in relatione diuina, ſed in natura, vt libr. 3. docebimus. Ad alteram confirmationem reſpondetur cum S. Thom. d. 29. q. 1. art. 3. ad 3. quòd Pater & Filius ſunt quidèm inter ſe vnum pluribus rationibus, ſcilicèt naturâ, & proprietate ſpirādi; ſed non ideò ſunt magis vnum inter ſe, quàm cum Spiritu Sancto.

Neceſſe eſt vt Spiritus Sācti origo ſit duarum perſonarum.

Hugo Etherean.
S. Thom.
Ad confirm.

Ad 2. cōfirm.
Idem.

18.
Ad vltimum.

Ad vltimum reſpondetur, quod Pater eſt perſona quæ ſpirat, ſed ſpirat ratione naturæ, ſiue potentiæ: & ſimilitèr Filius ſpirat ratione naturæ, ſiue potentiæ: hęc enim potentia duabus perſonis conuenit, non vni duntaxàt. Ideòque ipſa ſpiratio actiua nō eſt proprietas Patris, ſed Patri, & Filio communis eſt, ſicut & na- A tura eſt communis: eſt tamen potentia ſpiratiua propria Patri, & Filio; quia nō poteſt eſſe communis Spiritui Sancto, qui non ſpirat, ſed ſpiratur.

Potentia ſpiratiua eſt propria Patri, & Filio.

19.

Quo autem maximè modo explicanda ſit hęc potentia ſpirandi, vt intelligamus, quibus perſonis conueniat, poſteà diſſerendo illuſtrabimus.

CAPVT XXXVI.

Vna eademque numero ſpiratio actiua eſt in Patre & Filio.

1.

B ETiamſi cap. præcedente cōſtitutum ſit formam ſignificatam per hoc nomen, principium Spiritus Sācti, eſſe vnā in Patre, & Filio; eſſeque in vtroque eandem potentiam, & operationem, & relationem ſpirandi: quia tamen difficultas eſt non vulgaris, Vtrùmne operatio ipſa, & relatio ſit vna numero in Patre, & Filio, ſpeciatìm hoc diſputare capite diuiſo ſtatuimus. Quòd ergo operatio, relatioque ſpirandi (quæ vtraque ſpiratio ſolet dici) ſit vna nō ſpecie, ſed numero in Patre & Filio, probatur trito illo argumento, quia omnia in diuinis vnum C ſunt pręter relationes, & origines oppoſitas, vnum (inquam) non ſpecie, ſed numero, ſicut Deitas vna numero eſt.

Spiratio eadem numero eſt in Patre, & Filio.
Probatur. 1.

2.
Probatur. 2. *ex S. Aug.*

Secundò probatur argumento S. Auguſt. lib. 7. de Trinitate, quia arguit Deitatem non eſſe communem tribus perſonis communitate ſpeciei, eò quòd liceret dicere tres Deos, cum tamen vnū Deum Catholicè confiteamur: ergo principium Spiritus Sancti non eſt quid cōmune Patri, & Filio cōmunitate ſpeciei, quia liceret dicere duo principia, cū vnū principium catholicè confiteamur. Sed D quod eſt commune cōmunitate ſpeciei, aut generis, eſt etiam vnitate ſpeciei, aut generis vnum; vnitas enim rationis ſequitur communitatem rationis, ſicut vnitas realis communitatem realem: ergo principium Spiritus Sancti non eſt vnum vnitate ſpeciei, ſiquidèm non eſt commune communitate ſpeciei.

Principiū Sp. Sancti non eſt quid commune Patri, & Filio communitate ſpeciei.

Vnde non eſt vnum vnitate ſpeciei.

3.
Probatur. 3.

Tertiò, ſi relatio principij eſſet vna ſpecie, numero verò diſtincta in Patre & Filio, eſsēt profectò relationes duæ eiuſdem ſpeciei ſolo numero diſtinctæ: ergo eſſent diſtinctæ penes materiam, & non penes formam; diſtinctio enim quę à forma ducitur, eſt ſpecifica; quæ verò eſt dunta-

Digitized by Google

Diſtinctio q̃ eſt; duntaxàt numerica, petitur à materia.

duntaxàt numerica, petitur à materia: ſed in Deo non eſt materia; ergo neque duæ relationes eiuſdem ſpeciei ſolo numero diſtinctæ.

4. Probatur. 4.

Quartò, Spiratio diſtinguitur quaſi ſpecie, ſiue ratione formali, à Paternitate; & tamen non eſt res diſtincta, vt 3. libro dicemus: & idcircò non ſunt res diſtinctæ, quia non opponuntur relatione, etſi ſint relationes ſpecie diſtinctæ: ergo ſpiratio in Patre, & Filio, cum ſit relatio eiuſdem ſpeciei, & non oppoſita, non eſt res in vtroque diſtincta, ſed eadem; ergo neque numero diſtinguitur; diſtinctio enim numerica eſt inter res diſtinctas.

Diſtinctio numerica eſt inter res diſtinctas.

5. Probatur. 5.

Quintò, Operatio conſequitur naturam, & potentiam, ſed in Patre, & Filio eſt vna natura, eademque potentia; ergo operatio qua ſpirant, vna eademque eſt. Et confirmatur, quoniam eſſent principia partialia ſeſe iuuantia, ſi diſtinctis operationibus ſpirarent.

Confirm.

6. Probatur 6. Ea quæ diſtinguuntur non relatiuè, compoſitionem efficiunt.

Sextò, Ea quæ diſtinguuntur non relatiuè, compoſitionem efficiunt; ſi enim non relatiuè diſtinguuntur, diſtinguũtur non prout ad aliud ſunt, ſed prout in ſe ſunt, ſcilicèt ſecundum ſuum eſſe, vt duę relationes creatæ non oppoſitæ: quę autem diſtinguuntur ſecundum eſſe, non habent eſſe idem, ideòq; compoſita ſũt: ſed in Deo non eſt compoſitio; ergo in Deo non ſunt duæ ſpirationes actiuæ, quæ non relatiuè, ſed quaſi contrariè diſtinguerentur ſcilicèt ſecundum eſſe diſtinctum, & compoſitionem efficerẽt.

7. Probatur vltimò.

Vltimò, hæ duæ ſpirationes non eſſẽt proprietates; quia ratio ſpirationis non eſſet propria, ſed communis; ergo communicaretur à Patre; quidquid enim cõmune eſt perſonis diuinis, per originem communicatur: ergo Pater communicaret non eandem formam quam habet, ſed aliam diſtinctam; eademque ratione aliam naturam communicaret, quod eſt impoſſibile. Et confirmatur, quoniam Pater retineret ſibi aliquid præter proprietatem perſonalem, quod non re ipſa communicaret; & illud eſſet communicabile, quia eſſet commune; & tamen ipſum communicabile non cõmunicaretur; quod eſt quoque impoſſibile. Eſt ergo euidentiſsimum non eſſe in Patre, & Filio relationes duas ſpirationis, aut origines duas; & quicquid hoc nomen, principium Spiritus Sancti, ſignificat formalitèr, vnum & idem numero eſt; etſi no-

Aliàs Pater cõmunicaret nõ eãdem formã, quã habet, ſed aliam diſtinctam.

Confirm.

Aliquid communicabile à Patre, non cõmunicaretur.

Principiũ Sp. Sancti eſt cõnotatiuũ nomẽ, quod aliud ſignificat, pro alio verò ſupponitur.

A men ipſum accipiatur pro perſonis duabus: eſt enim connotatiuum nomen, vt Dialectici vocant, quod aliud ſignificat, pro alio verò ſupponitur.

Confirmatio.

8. *S. Thom.*

HÆc eſt doctrina S.Thom. q.36.ar. 4. docentis manifeſtè relationem ſpiratoris eandem eſſe in Patre, & Filio. Et ad 1. admonet mirum non eſſe, quòd ſit Patri, & Filio relatio communis, quibus eſt & natura communis. Sanctus B verò Auguſtin. 15. de Trinitate cap.4. explicat hoc idem, aitque eo planè modo Patrem, & Filium eſſe vnum principium Spiritus Sancti, quo tres perſonæ ſunt principium vnum rerum cõditarum, ſcilicèt quia eſt in tribus natura eadem, & operatio, ſicut in Patre, & Filio eadem potentia, origo, & relatio ſpirandi.

S. Auguſt.

9. *Conc. Lugd.*

Definita eſt hæc ſententia in Concilio Lugdun. cap. *Fidelitèr*, de ſumma Trinitate, *Spiritus Sanctus æternaliter ex Patre, & Filio, non tanquam ex duobus principijs, ſed tanquam ex vno principio; non duabus ſpirationibus, ſed vna* C *ſpiratione procedit*. Quod verò Concilium ait, *tanquam ex vno principio*, non ponitur cauſa moderãdæ ſentẽtiæ, quòd principium hoc non ſit vnum, ſed quaſi vnum; ſed explicat potiùs verè eſſe principium vnum, & tanquàm ab vno Spiritum Sanctum procedere; vt quoque exponitur illud Ioan. 1. *Quaſi Vnigeniti à Patre plenum gratiæ, & veritatis*. Hoc eſt verè Vnigeniti, & vt decebat Vnigenitum. Ita ergo Spiritus Sanctus procedit à Patre, & Filio, tanquàm à principio vno, ſcilicèt ſeruata illa vnitate, & perfectione, quam ſeruant ea, quæ ab vno principio procedunt. Similitèrq; dixit, D *non tãquàm à duobus principijs*, hoc eſt, non ſicut cætera, quæ principia habent plura coniuncta, & partialia, ſubiectaq; alia alijs. Nam hęc erant argumẽta Græcorum contra Latinos; Latini verò palàm conclamauerunt ſe non duo principia, ſed vnum conſtituere.

Ex hoc loco 1. probatio. Particula, tãquam, non eſt hic moderatiua ſententiæ.

Ioan. 1. quaſi, id eſt, verè.

2. probatio.

10. 3. probatio clara ex codẽ loco.

Eſt autẽ & aliud obſeruandum in Cõcilio, quo dubium omne propellatur; definitur enim Spiritum Sanctum procedere non duabus ſpirationibus, ſed vna ſpiratione. Non poteſt ergo Concilium exponi, quòd definiat ſpirationem eſſe vnam ſpecie; quia dum vnã ait, nõ duas, apertè

apertè refutat numerum ſpirationum. A Imò duo homines ſimpliciter duo ſunt,
Simile,
vnus autem homo nõ ſunt, niſi adijcias, ſunt homo ſpecie vnus, vt ſignificetur vnitas in ſpecie. Concilium verò vtrũq; abſolutè definit, & non eſſe duas ſpirationes, & eſſe vnam. Concilium verò
Cõcil. Flor.
Florent. in literis ſanctę vnionis hoc idẽ confirmat verbis non minùs perſpicuis, *Ex vtroq; æternaliter tanquàm ab vno principio, & vnica ſpiratione procedit.* Notandum eſt quòd ſpirationem vnicã vocat; vnicũ enim eſt vbi duo non ſunt;
Vnicum eſt vbi duo non ſunt.
vt Filius vnicus qui eſt vnigenitus: ſpiratio ergo vnica non patitur ſpirationes B numero diſtinctas. Quamobrem dubiũ haudquaquam eſt, fuiſſe hanc ſententiã in ijs Concilijs definitam.

CAPVT XXXVII.

Argumenta refelluntur.

1. 1. argum.
QVòd in Patre, & Filio ſint duæ ſpirationes, aut ſpecie diſtinctæ, aut numero, probatur non ſpernendis argumentis. Primò, potentia ſpirandi ſub ratione eadem non eſt communis Patri, & Filio; ergo non ſpirant ſub ratione eadem. Probatur antecedens, potẽtia ſpirandi antecedit ſpirationem; & eſt quid notionale, vt omnes ferè Doctores fatẽtur: ſed ante ſpirationem nihil notionale eſt commune Patri, & Filio: ergo potentia ſpirandi non eſt communis Patri & Filio; ergo neque ſpiratio communis, ſed alia ſpiratio erit in Patre, alia in Filio.

2. 2. argum.
Secundò, In ijs quę à materia ſeiuncta ſunt quodlibet diſcrimen efficit formalẽ diſtinctionem; ſed Pater ſpirat vt primus ſpirator, Filius verò vt ſecundus ſpirator; D ergo eæ ſpirationes rationibus formalibus diſtinguuntur. Et confirmatur,
Confirm. 1.
quia Pater per ſe eſt primus ſpirator, Filius per ſe ſecundus; in ijs autẽ quæ ſunt per ſe, quodlibet diſcrimẽ eſſentiale eſt; maximè verò in principijs, cum ſecunda per ſe pendeant ex primis. Et ad hoc ar-
Confirm. 2. ex S. Aug.
gumentum pertinet quod S. Auguſt. ait 15. de Trinit. cap. 17. Patrem eſſe principium principale producens Spiritum Sanctum; cum ergo Filius non ſit principium principale, erit ſanè aliud principium.

3. 3. argum.
Tertiò, Filius vna relatione filiationis refertur ad Patrem & matrem: pater tamen & mater duplici relatione, imò ſpecie diſtincta, vt ait S. Thom. referuntur S. Thom.
ad Filium; eò quòd mater eſt principiũ aliqua ratione paſsiuum, pater verò omninò actiuum: ergo eodem modo cum Pater, & Filius referantur ad Spiritum Sanctum ordine quodam; quia Spiritus Sanctus procedit à Patre per Filium; ex illo diuerſo fundamento originis, quia eſt à Patre per Filium, non verò à Filio per Patrem; diſtincta erit relatio in Patre, & in Filio; vnica verò in Spiritu Sãcto, qua ad vtrumque referatur.

Quartò, Primus ſpirator & ſecundus 4. 4. argum.
diſtinguũtur inter ſe etiam origine; quia ſpirare à ſe, & ſpirare ab alio ſignificat vnum ſpiratorem eſſe ab alio per originem: ergo hæ duæ ſpirationes meritò cenſentur in Patre, & Filio eſſe diſtinctę, inter quas etiam origo interſit.

Quintò, Si ſpiratio actiua eſſet res cõ- 5. 5. argum.
munis reali communitate, vt Deitas, oporteret coniungi cum proprietatibus ſingularibus, quibus reddatur incõmunicabilis: ſed hoc eſt impoſsibile. Probatur, quoniam proprietates perſonales, C ac ſingulares Patris, & Filij ſunt quidèm proprietates naturæ diuinæ, non verò ſunt proprietates ſpirationis actiuæ. Et Confirm.
confirmatur, quoniam natura diuina, eò quòd abſoluta eſt, oportet incommunicetur per proprietates relatiuas; ergo ſpiratio actiua eò quòd relatiua eſt, incommunicanda erit proprietatibus abſolutis, quas in Deo eſſe negamus.

Sextò, Id quod eſt commune priùs 6. 6. argum.
natura cognoſcibile eſt, quàm differentiæ contrahentes; quare impoſsibile eſt vt proprietates incommunicantes ordine cognitionis antecedant ipſum commune; ſed Paternitas, & filiatio antecedunt ſpirationem actiuam; ergo non incommunicant illam; ergo ſpiratio nõ eſt re ipſa communis. Quòd ſi reſpondeas, Reſponſio quædam.
ſpirationem actiuam reddi incommunicabilem per relationes conſequentes; Hoc quidèm abſurdum eſt; tum quia eæ Refellitur. 1.
relationes conſequẽtes ſpirationem, inauditæ ſunt; tum quia non eſſet inter eas Secundò.
relationes ordo originis; quare non eſſent diſtinctæ; eademq; de illis difficul- Tertiò.
tas conſtaret, ſi cõcederes eſſe diſtinctas, & incommunicabiles, ſicut ſi concedas duas diſtinctas ſpirationes incommunicabiles. Dicendum ergo potiùs eſt ipſam actiuam

Digitized by Google

actiuam ſpirationem diſtinctam eſſe, aliam in Patre, aliam in Filio. A

7. 7. argum. Septimò, Spiratio actiua non communicatur Filio; ergo non eſt communis Patri, & Filio, ſed alia ſpiratio erit proprietas in Patre, alia verò proprietas in Filio, ſi ſit vtraque incommunicabilis. Probatur antecedens, Quicquid cõmunicatur Filio eſt terminus generationis, omnia enim accepit per generationem; ſed ſpirare non eſt terminus generationis; hoc enim eſſet confundere origines: ergo ſpiratio non communicatur Filio.

8. Vltimũ arg. Vltimò, Si ſpiratio eſſet communis Patri, & Filio, ſequerentur veræ contradicentes, ſcilicèt, Hæc res communis Patri, & Filio non eſt Spiritus Sanctus, indicando ſpirationem actiuam; & Hæc eadem res communis (indicando naturam communem, quæ eſt res eadem quæ ſpiratio) eſt Spiritus Sanctus. B

Aduertenda.

9. 1 aduert. Certũ eſt ſpirationem non eſſe ſpecie diſtinctam. Probatur. 1. Aliàs eſſet diſtincta numero. ILlud vnũ eſt hoc cap. obſeruandũ, ita omninò certum eſſe ſpirationem nõ eſſe ſpecie diſtinctam, ſicut & numero: nam quæ ſpecie diſtinguũtur, etiam ſunt diſtincta numero: Concilia autem definiunt non duas eſſe ſpirationes, ſed vnã, imò vnicam; non ergo ſunt duæ etiã ſpecie diſtinctæ ſpirationes; ſed vna, eadẽq;. Verùm eſt quòd peius erraret circa res diuinas, qui poneret duas ſpirationes ſolo numero diſtinctas, quaſi materiã diſcretas; vbi enim materia non eſt, diſtinctio ſemper eſt formalis, & non ſola numerica. C

Probatur, 2. Prætereà, ſi ſpirationes eſſent ſpecie diſtinctæ, Spiritus Sanctus procederet à minori vnitate, quæ nõ eſſet vnitas realis, ſed rationis; procederet enim ab vno in genere, aut ſpecie, ſed non ab vno indiuiduo: imò eſſet vnitas analogiç; quia in Deo nõ eſt genus, aut ſpecies, vt libr. 5. dicemus. In qua analogia duæ ſpirationes conuenirent, ipſeq; Spiritus Sanctus eſſet minùs vnus; quod fuit argumentum Methonis; cui etiam meritò hoc dedimus, pertinere ſcilicèt ad perfectionem procedentis, vt principium à quo procedit, ſit perfectè vnum; vnitas enim perfecta indicat rei excellentiam, vt diximus lib. 1. ergo Spiritus Sanctus eſt à principio perfectè vno; non vnitate generica, aut ſpecifica, aut analoga, quæ ſunt vnitates rationis; quo pacto homo D

Vnitas perfecta indicat rei excellentiam.

genitus eſt ab vno, quia mas & fœmina ſunt ſpecie vnum: ſed procedit Spiritus Sanctus ab vno principio, quod eſt vnũ vnitate reali, & indiuidua; aliàs non procedit à principio perfecto: ergo relatio principij ſpirantis eſt vna, & indiuidua. Pleraque demùm argumẽta, quibus probauimus nõ eſſe duas ſpirationes numero diſcretas, probant quoque eas non ſpecie diſcerni, ſed vnam eſſe in Patre, & Filio ſpirationem re, & ratione eandẽ. Probatur, 3. ex dictis.

Poſthæc conſiderandũ eſt quòd ordo, etiam cognitionis, in Deo indicat diſtinctionem, ſaltèm rationis formalis, inter ea, quæ ordinata ſunt: quare ex eo quòd intellectio antecedit dilectionem, colligimus eas operationes eſſe diſtinctas, ſaltèm ratione formali. Cum ergo ſpiratio actiua, ſiue relatio ſit vna & eadem quaſi ſpecie in Patre, & Filio, nullus ordo poteſt inueniri in ipſa ſpiratione; cũ tamen inter ipſas perſonas ſit ordo realis; quia Filius reali proceſsione procedit à Patre. 10. 2. aduert. Vnica eſt ratio formalis in ſpiratione actiua Patris, & Filij, cum in ea nullus ſit ordo, etiam cognitionis.

Aduertendum igitur eſt hæc nomina, primum, ſecũdum, tertium, ſignificare numerum: eſt autem Dialecticis regula præſcripta, quòd numerus in adiectiuis numerat ſuppoſita; in ſubſtantiuis verò numerat non ſolùm ſuppoſita, ſed formas, quæ ſunt in ſuppoſitis. Regula Dialecticorum celebris. Ex quibus colligimus Patrem eſſe primum principium Spiritus Sancti: quia in Patre ſuppoſitum eſt primum; & forma ſignificata, ſcilicèt ſpiratio, habet etiam rationem primi; quod enim eſt principiũ, eſt quoque primum. Cõſectarium. Eodem modo Filius eſt primum principium ſpirationis, & nõ eſt ſecundum principium; nam etſi Filius ſit perſona ſecunda, eſt tamen principiũ primum: quia hoc nomen principium eſt ſubſtãtiuum, in quo numeratur non ſuppoſitum ſolum, ſed forma: Filius eſt primus ſpirator, ſeu primũprincipium ſpirationis, & non eſt ſecundum principium. ſicut enim eadem ratione Pater, & Filius nõ ſunt duo principia, ſed vnum; ita propter regulã eandem nominum ſubſtãtiuorum, Filius non eſt ſecundum principium. Simile conſectarium de vno ſpiratore. Eſt ergo Filius primum principium Spiritus Sancti, & primus ſpirator: ſed non eſt primus ſpirans; quia in nomine adiectiuo numeratur ſuppoſitum, Filius autem non eſt primum ſuppoſitum, ſed ſecundum. Filius non eſt primus ſpirãs. Et idcirco Gennadius ſectione decima teſtatur Latinos Patres non dicere duo principia Spiritus Sancti; ſed neque primum, & ſecundum, quia eſſent duo: neque verò vnum miſtum ex primo, & *Gennadius.*

ſecundo: Imò hoc dicentes anathematizari. *Symn. Cyr. explicatur.* Symneſius Cyrenous quarto ſuo hymno Verbum diuinum appellat medium principium, quod ſimilitèr intelligendum eſt perſonalitèr; quia eſt perſona media inter Patrem,& Spiritum Sanctum; à quo tamen vt à principio Spiritus Sanctus procedit.

11. *Difficultas ex S. Auguſt.* Sed occurrit adhùc difficultas circa verba S. Auguſtin. 15. de Trinit. cap. 17. appellantis Patrem principium principale, quod nomen cum ſit proprium Patris, non erit Filius dicendus principium Spiritus Sancti principale; ergo in ipſa ratione principij, eſt aliquod diſcrimen inter Patrem, & Filium, de quo, ſcilicèt principio dicuntur termini contradicẽtes, ſcilicèt principale, & non principale. *Quorundam reſponſio.* Quidam aiunt non eſſe contra Eccleſiæ definitionem, quòd ſint duo principia non diſtincta re ipſa; ſed diſtincta ratione formali. *Improbatur 1. vt hæreſim ſapiens.* Hæc tamen ſententia ſapit hæreſim: nam ratio formalis eſt rei definitio, quare ſi in Patre,& Filio eſſent duæ ſpirationes definitione diuerſæ, illæ eſſent quoque re ipſa diſtinctę, quod diſſonat fidei: Pater enim,& Filius non cõueniunt in genere aliquo; ſed quaſi in ſpecie, & in atomo, ſcilicèt indiuiduo. Aliàs dicamus eſſe in Patre,& Filio duas ſapientias ratione formali diſtinctas, nõ tamen re ipſa: & aperiretur locus infandæ hæreſi. *Secundò.* Præterea ſi Pater & Filius cõuenirent ſolùm in genere quodam ſpirandi, & non in ſpecie, falſò definitum eſſet, quòd Pater & Filius ſpirarent vna ſpiratione. Nam etſi ponas re non diſtingui, eſſent quidèm res vna, ſed ſpiratio duplex; ſicut in Patre eſt duplex origo actiua, quia diſtinguuntur ratione formali; cum tamen vtraque origo ſit res vna. *In Patre duplex eſt origo actiua: licet vtraque ſit res vna.* Et hæc eadem credimus hoc cap. ſatis eſſe confirmata.

12. *Reſolutio.* Reſpondendum eſt ergo principale non ſumi à S. Auguſtino, vt indicet numeri principium; quo pacto dicimus ſecundarium, quod eſt penes principale: nam ſi indicaretur numerus, nõ eſſet dicẽdus ſolus Pater principium principale; ſed dicitur principale, quatenùs eſt principium vtriuſque originis: quo pacto Filius non eſt principium principale. *Solus Pater principiũ principale dicitur primò, quatenùs eſt principium vtriuſq; originis.* Et hoc modo concedimus in ipſa ratione principij eſſe diſcrimen; quia Pater eſt principium generatiuum,& ſpiratiuum, Filius verò eſt principium ſpira-A tiuum duntaxàt. Poteſt etiam explicari principium principale, quod non eſt ab alio principio: & hoc etiam modo Filius non eſt principium principale. *Secundò quatenùs non eſt ab alio principio.* Aduertẽdum enim eſt nomina diuerſimodè accipi in ſubiecto,& prædicato: nam etſi hæc ſit vera propoſitio: Principium Spiritus Sancti non eſt à principio, vt diximus cap. 34. *Obiectioni occurritur.* Hæc tamen eſt falſa; Filius eſt principium non à principio, aut Filius eſt principium, quod non eſt à principio: *Hæc eſt falſa. Filius eſt principium, quod non eſt à principio.* prædicatum enim copulatur cum ſubiecto, accommodando ipſi ſubiecto formam ſignificatam; at non eſſe à principio non poteſt verè coaptari Filio. B Cõcedimus ergo Patrem eſſe principium ſine principio, Filium verò eſſe principium à principio: ſed negatur conſequẽtia, quòd in ipſa ratione principij ſpirãtis ſit diſcrimen. Sed eſt diſcrimen in adiectis, quæ indicant diuerſam originem in perſonis, ſcilicèt in Patre, & Filio. Itaque indubiè tenendum eſt rationem principij formalem, quaſi ſpecificã eſſe in Patre & Filio vnam & eandem.

Reſponſio.

C 13. *Ad 1. arg.* AD primum argumentum reſpondetur potentiam ſpirandi eſſe cõmunem Patri, & Filio, non ratione proprietatis adiectæ, ſed ratione naturæ, quod capite ſequenti explanandum eſt. Cum autem dicitur nihil notionale eſſe commune Patri,& Filio ante ſpirationem, negatur: nam ea potentia eſt notionalis, & præintelligitur ante operationem, vt dicemus. *Potentia ſpirãdi eſt notionalis,& eſt communis Patri, & Filio ante ſpirationem.*

14. *Ad 2. arg.* Ad ſecundum reſpondetur non aliũ modum ſpirandi eſſe in Patre, & Filio, ſed eundem: nam ſpirare vt primum, vel vt ſecundum poteſt duobus modis exponi, D primò ſi vt primum,& vt ſecũdum ſignificet diuerſos modos ſpirãdi, & hoc negamus: *Si per ſpirare vt primum & vt ſecundũ ſignificetur diuerſus modus ſpirandi, negatur.* deindè ſi vt primum, & vt ſecundum ſignificet ordinem perſonarum quæ ſpirant, & hoc verum eſt, & concedendum. *Si ordo perſonarum ſpirantium, conceditur.* Sed tamen non facilè permittimus Patrem eſſe primum ſpiratorem, Filium verò ſecundum; cum enim non ſint duo ſpiratores, non ſunt dicendi primus & ſecundus ſpirator, ſignificatur enim ordo primi, & ſecundi in ſpiratore; ſicut non eſt primus Deus & ſecundus: eſt tamen primus ſpirans,& ſecundus ſpirans; quia in nominibus adiecti-

uis

Digitized by Google

nis per hæc nomina numeramus ſuppoſita, vt in notationibus admonuimus.

15. Ad 3. Ad tertium reſpondetur, quòd relatio Filij ad Patrem, & matrem fundatur in generatione imperfecta, ad quam duo principia diſtincta concurrunt: at verò relatio Spiritus Sancti in perfectiſsima proceſsione fũdatur, quę à duobus principijs non eſt, ſed ab vno & ſimplici. Quòd verò procedat à Patre per Filium, nõ eſt ordo inter duas proceſsiones Spiritus Sancti; ſed inter duas perſonas, ex quibus Spiritus Sanctus procedit, vt poſteà dicemus.

16. Ad 4. Ad quartum concedo, quòd primus B ſpirans & ſecundus habent inter ſe ordinem quoque originis; quia ſecundus eſt à primo: ſed is ordo, vt modò diſſerebamus non eſt inter primam & ſecundã ſpirationem; ſed inter primam & ſecundam perſonam ſpirantem.

Secundus ſpirans eſt à primo: non ſic ſpirator, vel ſpiratio.

17. Ad 5. Ad quintum reſpondetur ſpirationẽ actiuam communẽ per hoc ipſum incõmunicari, quia eſt in perſonis, quæ ſunt incommunicabiles, vt libro quarto explicabimus; ideòque non poſtulat proprietates alias diſtinctas relatiuas, aut abſolutas.

18. Ad 6. Ad ſextum reſpondetur ſpirationem C actiuam aduenire perſonis, quæ iam ſunt incommunicabiles; ideòque communitas eius non antecedit perſonas cognitione: nullo verò modo dicendum eſt iſtam communem ſpirationem per adiectas proprietates incommunicari; vt argumentum probat. Sed hæc lib. 4. diſputanda ſunt.

Communitas ſpirationis actiuæ non antecedit perſonas cognitione.

19. Ad 7. Ad ſeptimum reſpondetur, quòd Pater communicat Filio, prçter Paternitatem, omnia quæ habet, eo modo quo intelligitur ea habere; generat autem Pater, & ſpirat ordine quodam, quia gene- D ratio antecedit ſpirationem. Ita & Filius generatur, & ſpirat, ordine eodem: ſpiratio ergo actiua in Filio eſt res accepta per generationem. Ex eo enim quòd potentiam ſpirandi, quæ eſt ipſa eſſentia, haud dubiè accipit Filius à Patre, operatio potentiæ eſt in Patrem, vt in auctorem referenda; & ita ſpirationem, qua Filius ſpirat, à Patre accipit, accipiendo ab eo ſpirandi potentiam; ita tamen vt Filius priùs intelligatur genitus, quàm ſpirans, ſicut Pater priùs intelligitur generans, quàm ſpirans. Et hoc pacto origines non confunduntur.

Filius per generationẽ accipit à Patre ſpirationẽ, accipiendo ab eo ſpirandi potẽtiam.

Priùs intelligitur genitus, quàm ſpirans.

A. Ad vltimum reſpondetur eas non eſſe contradicentes; quia enuntiationes quæ conſtant ſubiecto ſingulari, adiecto ſyncathegoremate, hic & hic, conſtant profectò ſubiecto æquiuoco, ſi res alia atque alia indicetur; verbi gratia, Hic homo diſputat, oſtenſo Petro, & Hic homo non diſputat, oſtenſo Paulo. Nec diſsimile eſt, quod arguendo proponitur, Hæc res, ſcilicèt ſpirator, non eſt Spiritus Sanctus, Hæc res, ſcilicèt eſſentia eſt Spiritus Sanctus; cum eſſentia & ſpirator diuerſis conceptibus ſubdantur. Eſt ergo nomen æquiuocum, hæc res, quod poteſt ſignificare relatiuum, & abſolutum: cum verò ais, hæc eadem res, æquiuoco nequaquam abſtines; dicitur enim hæc eadem res identicè, non tamen hæc eadem res ſub ratione eadem, & conceptu eodem: ſicut ſi dicas, hæc res ſcilicèt actio, & hæc eadem res ſcilicèt paſsio, quæ tamen formalitèr diſtinguuntur. Simile argumentum eſt de eſſentia & Patre; nam hæc res, ſi Patrem deſignes, non eſt Filius; hæc verò eadem res, ſi eſſentiam deſignes, Filius eſt. Concedendum tamen eſt eſſe rem aliquam communem Patri, & Filio, quæ non ſit Spiritus Sanctus, ſcilicèt ipſam ſpirationem.

20. Ad vltimum.

Eſſentia, & ſpirator eſt hæc eadem res identicè, non ratione formali.

1. ſimile.

2. ſimile.

CAPVT XXXVIII.

Nomen vnius ſpiratoris non ſignificat vnum ſubſiſtens, ſed relationem vnam duorum ſubſiſtentium.

EX definitionibus Conciliorum, quòd Pater, & Filius ſint vnum principiũ Spiritus Sancti, colligunt Guilhelmus Ocham. & Gabriel hoc nomine vnius principij indicari vnum ſubſiſtens, quod vocant ſpiratorem. Subſiſtens autem eſt id quod habet naturam, & cuius eſt potentia, & operatio, vt libro 4. docebimus, & eſt naturæ indiuiduum. Quare aiunt ſpiratorem conſtitui per ſe vnum ex natura, & relatione; ſicut de perſonis diuinis confitemur: hoc tamen diſtare iſtud indiuiduum à perſona; quia perſona eſt incommunicabilis; ſpirator autem eſt indiuiduum commune, quia Pater & Filius ſunt vnus ſpirator. Hac verò tẽpeſtate vir quidam aliàs eruditus, & in Theologicis quæſtionibus ſatis verſatus,

1. Sententiæ affirmantis vnũ ſpiratorem eſſe vnum ſubſiſtens cõmune, Auctores *Ocham. Gabriel.*

Declaratur.

Eam auxit *Molina.*

Digitized by Google

ſatus, opinionem iſtam quàm maximè comprobauit, expoſuit, auxitque. Et quoniam hęc ſententia non videtur probè conſentiens cum fidei dogmatis, libro 4. ſtudioſiùs refellenda erit, hìc verò ea, quæ in locum incidunt de principio, ſiue potentia ſpirandi, duntaxat tractanda.

2. Statuitur, vt do trina fidei, q. d. Spiritus Sanctus procedat à Patre, & Filio.

Primò conſtituendum eſt id quod Conciliorum decretis ſancitum fuerat Spiritum Sanctum procedere à Patre, & Filio: nam in Concilijs præcipuis, Niſſeno, Epheſino, Chalcedonenſi, & Conſtantinopolitano definitum eſt Spiritum Sanctum à Patre procedere: & in Euangelio hoc idem legimus, & in Symbolis decantamus. De Filio autem eadem proceſsio decernitur in pluribus Concilijs Toletanis, & in Lateranenſi, Lugdunenſi, & Florentino, & in Symbolis legitur.

3. Nuper manu ſcripta hæreſis quòd Spiritus Sanctus nō procedat propriè, & formalitèr à Patre, aut Filio: ſed quòd procedat ab eis per accommodationem. Exemplum.

Ex quorum Conciliorum decreto colligimus hæreſim eſſe eam ſententiam, quam in manuſcriptis commẽtarijs dudùm legi, Spiritum Sanctum non procedere propriè loquendo, nec formalitèr à Patre, aut Filio; ſed procedere propriè & formalitèr ab ſpiratore ſubſiſtente vno. Exponunt autem quæ dicta ſunt, quòd non procedat propriè, ſed per accommodationem; vt Pater dicitur creare res per verbum ſuum, quia creantur per ſapientiam, quæ Verbo appropriatur, vt libro quarto dicemus: procedere autem identicè aiunt; quia cum Pater & ſpirator ſubſiſtens ſit res vna, in ſenſu identico, à Patre procedit, qui ab ſpiratore procedit. Hanc ergo ſententiam non ſolùm errorem in fide, ſed planè hęreſim eſſe iudico, cum aſſerat contraria definitionibus Conciliorum.

Itē quòd procedat ab eis ſolùm identicè.

4. Improbatur 1. illud de accōmodatione, vt impertinens. Accommodatio eſt attributi communis pluribus, ſed aliàs propriè, & per ſe cōuenientis ſingulis, vni ſoli appropriatio.

Imprimis quod afferunt de accommodatione attributorum non eſt ad rē; illa enim accommodatio, ſiue appropriatio, vt Theologi aiunt, non facit impropriam loquutionem: ſed ſolùm facit vt id quod eſt commune tribus perſonis, approprietur vni; cum re ipſa non ſit proprium perſonæ vnius, ſed commune tribus. Et illud quidèm commune conuenit ſingulis proprio loquendi modo, ſed non conuenit vni ſoli, cui accommodatur vt proprium: verbi gratia, ſapientia appropriatur (vt aiunt) Filio: quia per intellectum procedit. Ad hunc ergo modum, ſi ſpirare Spiritū Sanctum conuenit Patri per accommodationem, ita ſanè conuenit vt Pater propriè, & per ſe ſpiret Spiritum Sanctum; ſed quia ſpirare eſt commune etiā Filio, dicetur de Patre vt proprium, forſè quia Pater eſt primus qui ſpirat: aut dicitur Pater ſpirare propriè; quia hoc habet à ſe non ab alio, vt loquitur S. Hieronymus in expoſitione Symboli Nyſſeni: quo pacto de Filio non dicetur per accommodationem, vt proprium; ſed duntaxàt vt commune; ita tamen vt de vtroque verè affirmemus, quòd & Pater ſpiret propriè, & per ſe, non per metaphoram, aut per modum loquendi improprium; & Filius ſimilitèr ſpiret propriè, hoc eſt, non improprio loquendi modo: ſicut Petrus propriè generat, licèt generare ſit commune pluribus hominibus; propriè, inquam, generat, hoc eſt, non improprio loquendi modo.

1. ratio appropriandi Patri ſpirationem. 2. ratio.

S. Hieron.

5. Ad exemplū. Hæc, Pater operatur p Verbum, eſt propoſitio vera, proprio loquēdi modo.

Ad exemplum autem quod afferunt, quòd Pater creat per Verbum, hoc eſt, per ſapientiam, quæ Verbo appropriatur à Theologis; dicendum eſt illud aſſertum eſſe verum proprio loquendi modo, ſcilicèt quòd Pater creat per Verbum ſuum, quæcunque creat; ſicut eſt verum quòd Pater ſpirat Spiritum Sanctum per Filium: & eſt etiam verum per accommodationem; quia cum Pater operetur per Filium, & per Spiritum Sanctum, per Filium operatur, quatenùs operatur per intellectum, per quem Filius procedit, ſiue per ſapientiam quod eſt idem. Quarè hoc enunciatum, Pater operatur per Verbum, non indiget explicatione, quaſi verbis ipſis propriè acceptis non ſit verum; neque eſt neceſſe explicare, Pater operatur per Verbum, hoc eſt, per ſapientiam: ſed dicimus Patrem operari per Verbum; quia operatur per ſapientiam, vt Sanctus Thomas docet. Itaque non explicamus propoſitionem quaſi falſam modo loquendi proprio; ſed reddimus rationem aſſerti, ſic dicendo; operatur Pater per Verbum, quia operatur per ſapientiam, per quam procedit Verbum, & ita etiam per Verbum propriè operatur.

Item eſt vera per accommodationem.

Non indiget explicatione ſic, hoc eſt, per ſapiētiam: ſed redditur veritatis, & accōmodationis ratio ſic, quia operatur per ſapientiam.

S. Thom.

6. Improbatur 2. vt falſum. Hæc falſa, Pater eſt ſapiens per Verbū ſuū, non explicatur per accommodationem.

Aliàs verò illa propoſitio, Pater eſt ſapiens per Verbum ſuum, non explicatur per accommodationem; ſed abſolutè & ſimplicitèr negatur, vt hoc libro dicemus. Neque vllus Doctorum illam explicat

plicat, Eſt ſapiens per Verbum, hoc eſt, per ſapientiam, quæ tribuitur Verbo. Et confirmatur hæc doctrina, quoniam hęc propoſitio abſolutè, & ſimplicitèr eſt falſa, Pater eſt ſapiens per ſuum Verbum; quare non vſurpatur à Doctoribus, ſed ſimplicitèr negatur. Ergo ſimilitèr ſi hęc propoſitio, Pater ſpirat Spiritum Sanctum, his eiſdem verbis eſt falſa, & ſolùm eſt concedenda explicando per accommodationem, vt aiunt; ſanè Eccleſiâ ſimplicitèr, & abſolutè proponit credẽdum aliquid falſum, imò & Euangelium nos falſa docet, vbi legitur, *Spiritum veritatis, qui à Patre procedit.*

Confirmatur improbatio.

7. Cum ergo explicatio illa per accommodationem hîc non habeat locum, vt comprobauimus; neque faciat ſenſum improprium, vt oſtendimus: & ſit fides catholica conſtans, quòd Spiritus Sanctus à Patre procedat, & à Filio ſimilitèr, hæreticum eſt aſſerere hanc loquutionem eſſe impropriam; quia loquutio impropria eſt abſolutè, & ſimplicitèr falſa, & ſolummodò cum aliqua explicatione commutatis verbis concedenda: quòd autem Spiritus Sanctus procedat à Patre, & Filio; ipſiſmet verbis eſt catholicè confitendum.

Loquutio impropria eſt ſimplicitèr falſa, & iiſdem verbis immutatis neganda.

8. Similitèr quòd non procedat à Patre & Filio formalitèr, ſed identicè, hæreticum eſſe cenſeo: nam propoſitiones quę conceduntur ſolummodò in ſenſu identico, ſimplicitèr & abſolutè negantur. Vnde Ariſtoteles libro 3. Phyſic. text. 19. docet, quòd agere non eſt pati, etſi nõ ſint res duę agere, & pati. Similitèr Theologi omnes abſolutè negãt has propoſitiones, Paternitas generat, vel Paternitas creat; quia Paternitas ſignificatur per modum proprietatis, non per modũ perſonæ; etſi in Deo Optimo Paternitas & Pater ſit res eadem. Ergo ſimilitèr abſque vlla hæreſi ſimplicitèr & abſolutè liceret nobis concedere Patrem non ſpirare Spiritum Sanctum, ſiquidèm in ſenſu formali non ſpirat; ſed ſolùm in ſenſu identico: quia ſpirator ſpirat, & Pater eſt eadem res quæ eſt ſpirator, vt iſti Doctores explicant. Et confirmatur, quia hæc, Eſſentia diuina generat, eſt hæretica propoſitio; & tamen in ſenſu idẽtico eſt vera, ſi accipiamus eſſentiam pro Patre: ergo ſi Spiritus Sãctus ſolùm in ſenſu identico procedit à Patre, quia Pater & ſpirator eſt res eadem; per infidelitatem dicimus Spiritum Sanctum à Patre procedere; & catholicè confitendum eſt non procedere; quod conſequẽs planè eſt hæreticum.

Improbatur 3. illud dę proceſsione ſolũ identicè, vt hę reticum.
1. ſimile *Ariſt.*
2. ſimile.
Confirmatur improbatio.

9. Dicunt hi Doctores Concilia de opinione iſta nihil decreuiſſe. Congregentur igitur Concilia iterùm vt illa aſſerta quæ indubia ſanxerunt, explicent eſſe decreta in ſenſu formali & proprio. Profectò hæreticum ego cenſeo negare Cõcilia, aſſerendo ſimplicitèr contraria; quia quod ſolùm impropriè & identicè conceditur, negatur abſolutè: abſolutè ergo negandum erit Spiritum Sanctum procedere à Patre, & Filio: Ego verò eum qui negauerit, hæreticum eſſe libenter obſigno; maximè cum hoc ipſum quod prædicant Concilia, teſtentur Patres, & ſacræ literæ conſentiant. Numquid non legimus Chriſtum Dominum dicentem de Spiritu Sancto, *Ille de meo accipiet.* Quod Patres interpretantur de ſubſtantia diuina Filij Dei Spiritum Sãctum accipere? Quid potuit dici magis formalitèr? & eo loco, huius aſſerti coniunxit Dominus rationem dicens, *Tua omnia mea ſunt, & mea omnia tua ſunt, propterea dixi, quia de meo accipiet.* Innuens clariſsimè Patris, & ſuam ſubſtantiam diuinam eſſe eandem; bona eſſe communia, quæ accipit Spiritus Sanctus: propriè ergo & formalitèr procedit à Patre, & Filio, à quibus accipit quæ ſunt eorum. Et confirmatur, quia in Deo procedere eſt accipere naturam; cum ergo non ſolùm dicatur de Spiritu Sancto, quòd procedat de Patre, & Filio; ſed etiam quòd accipiat à Filio, & ſimilitèr à Patre, formalitèr hoc intelligitur: quia cui conuenit rei definitio, conuenit definitum in ſenſu formali; maximè enim definitio facit ſenſum formalem. Omninò igitur confitendum eſt viro Catholico Spiritum Sanctũ procedere à Patre, & Filio propriè & formalitèr.

Reſponſio aduerſariorum. Refutatur.
Quod ſolùm impropriè & identicè conceditur, negatur abſolutè.
Improbatur 4. dicta hæreſis ex *Ioan. 16. n. 14.*
Ibid. n. 15.
Confirmatur improbatio.
Cui conuenit rei definitio, maximè conuenit definitũ in ſenſu formali.

10. Quibus poſitis colligimus Patrem & Filium eſſe principium Spiritus Sancti; principium (inquam) quod (vt aiunt) hoc eſt principiũ quod ſpirat, ſiue quod producit: quia Pater ſpirat propriè & formalitèr, & Filius ſimilitèr. Colligimus etiam potentiam ſpirandi eſſe potentiam Patris, & Filij propriè, & formalitèr; omnis enim operatio eſt ab operante habente potentiam; ergo ſicut

1. conſectariũ.
2. conſectariũ.

Pater, & Filius propriè, & formalitèr ſpirant Spiritum Sanctum, ita propriè & formalitèr conuenit eis potentia ſpirãdi.

11. 3. corollariũ. Vnus ſpirator dictus à ſpiratione actiua ñ eſt vnum ſubſiſtens cõmune. Ratio ex dictis.

Ex quibus tãdem colligimus, id quod hoc cap. tractamus, ſpiratorem non eſſe vnum quid commune ſubſiſtens; ſed eſſe duo ſubſiſtentia Patrem, & Filium: natura enim diuina, quæ eſt communis, nõ ſpirat, ſicut neque generat, vt fides docet; Pater autem, & Filius, propriè & formalitèr ſpirant, vt docuimus ſecundum fidem Catholicam retinendum: ergo nõ eſt aliquod vnum ſubſiſtens commune Patri, & Filio, quod ſpiret. Et confirmatur, quia id quod eſt commune, eſt cognitione prius, quàm ſingularia; ſi igitur ſpirator eſt indiuiduum commune quod ſpirat, priùs intelligitur illud indiuiduũ ſpirare, quàm Pater, & Filius, quod non poteſt intelligi. Confirmatur adhùc, quia ſpirare non eſt operatio naturæ, ſed perſonæ; illud autem indiuiduum non eſt perſona, cum ſit commune: ergo ſpiratio non tribuitur indiuiduo alicui communi, ſed perſonis duabus, ſcilicèt Patri & Filio, quod lib. 4. validiſsimis rationibus firmabimus.

Confirm. 1. Indiuiduum commune ſpirans, ſi datur, prius intelligitur ſpirare, quàm Pater, & Filius.

Confirm. 2. Cum non ſit perſona, non ſpirat.

12. Pro ſententia affirmante ſpiratorem dictũ à potentia ſpirandi eſſe vnũ ſubſiſtens cõmune. Argumẽtum probans duo. Primum.

De potentia verò ſpirandi ſuboritur maius quid inquirendum, nam potentia generandi actiua, vt diximus, eſt natura diuina, addita relatione, de qua relatione inquirentes docuimus eam non eſſe originem conſequentem, quæ eſt operatio ipſius potentiæ; ſed eſſe ipſam relationem, quæ eſt forma hypoſtatica, hoc eſt, proprietas perſonæ, vt libr. 4. declarabimus: cum ergo potentia ſpirandi actiua ſit communis Patri, & Filio, videtur eſſe neceſſarium, vt potentia ſpirandi actiua ſit ipſa natura diuina, addita proprietate cõmuni Patri, & Filio, aliàs non erit potentia communis. Deindè hæc proprietas oportet vt antecedat originem, ſiue operationem iſtius potẽtiæ; potẽtia enim antecedit operationẽ: ſed potentia ſpirandi eſt natura, addita proprietate; ergo ipſa proprietas addita antecedit operationem: relatio autem vt antecedit originem eſt forma hypoſtatica, vt dicemus libro 4: ergo ante operationem ſpirandi intelligimus potentiam ſpirandi ſimùl cum relatione communi; non vt relatio iſta ſit forma hypoſtatica, quia ſpirator non eſt perſona, ſed vt relatio iſta ad modum formæ hypoſtaticæ conſtituat vnum ſubſiſtens, vt iſti Doctores aiunt. Et hoc confirmant auctoritate S. Thom. 1. p. q. 36. artic. 4. ad 1. vbi videtur innuere potentiam ſpirandi ſignificare naturam diuinam cum proprietate coniunctam. Profectò illud coniunctum ex proprietate, & naturâ conſtitutum eſt indiuiduum ſubſiſtens.

Secundum, quòd proprietas, ſeu relatio addita potentiæ antecedat operationem illius.

Confirmatur primum ex *S. Thom.*

13. Sententia in titulo poſita, oſtenditur ratione euidenti.

Nihilominùs per hæc eadem ducendo argumentum oſtendemus perſpicuè ſpiratorem non eſſe indiuiduum ſubſiſtens: aduertendum enim eſt, quòd vt natura diuina ſit communis Patri, & Filio, non eſt neceſſe quòd ſit aliqua proprietas communis addita naturæ, qua proprietate addita ſit illis cõmunis ipſa natura: proprietas enim additur, vt natura ſit propria, non vt ſit cõmunis; quod per ſe euidentèr, ac manifeſtè liquet: quare ante omnem intelligentiam communis ſpirationis, quæ eſt in Patre, & Filio, natura ipſa intelligitur communis in vtroque. Similitèr igitur dicendum eſt de potentia ſpirãdi, non eſſe neceſſe ad hoc, vt illa ſit communis vtrique perſonæ, quòd intelligatur communis per aliquam proprietatem additam: proprietas enim non facit commune, ſed propriũ. Sed quia hæc potẽtia eſt propria Patris, & Filij, & non eſt in Spiritu Sancto, neceſſe eſt addere naturæ diuinæ proprietatem, quæ faciat propriam: & quia eſt propria potentia non vnius perſonę, ſed duarum, neceſſe eſt addere duas proprietates, quibus hæc potentia ſit propria duarum perſonarum. Et hoc ipſo quòd eſt propria duarum perſonarum, eſt cõmunis vtrique; ſicut hoc ipſo quòd diuina natura eſt propria trium perſonarum eſt communis tribus; commune enim dicimus quod inuenitur in pluribus. Et vt potentiam ſpirandi actiuam definiamus, additis duabus proprietatibus: Potentia ſpirandi eſt voluntas diuina, prout eſt in Patre, & Filio fœcunda; ſicut potentia generandi eſt intellectus diuinus prout eſt in Patre ſolo fœcundus.

Proprietas nõ facit commune, ſed proprium.

Potentia ſpirandi intelligitur propria duarum perſonarũ, additis duabus proprietatibus.

Hoc ipſo eſt communis vtrique. Probatur.

Illius definitio.

14. Impugnatur.

Quòd ſi obijcias, vnam rem non definiri per res duas, & ita potentiam ſpirãdi, quæ eſt res vna, non definiri additis duabus proprietatibus. Reſpondendum eſt ea quę continentur formalitèr in definito, non poſſe eſſe duas res; cum definitum non ſit res duæ; nam duæ res nõ poſſunt

Reſponſio.

Digitized by Google

poſſunt pertinere ad rationẽ formalem vnius rei, niſi ſint partes eius: definitum autem eſt vna ratio formalis, vt dixim' libro 1. Sed tamen in obliquo (vt aiunt) duæ res poſſunt pertinere ad definitionem vnius rei; ſcientia enim eſt ſcientis, & eſt de re ſcibili, & vtrumque pertinet ad definitionem ſcientiæ. Similitèr quia potentia ſpirandi ſecundum Fidem catholicam eſt duorum, ſcilicèt Patris & Filij; rectè definitur additis duabus proprietatibus, quòd ſcilicèt ſit ipſa diuina natura, prout eſt in Patre & Filio.

In obliquo duę res poſſunt pertinere ad definitionem vnius rei.

Exemplum ſcientiæ.

15.

Ad argum. ſententiæ affirmãtis.

Quoad ſecũdũ approbatur.

Primum igitur quod proponebatur negandum eſt. Secundũ verò affirmãdũ: Aimus itaque relationẽ additã potẽtiæ neceſſariò antecedere operationem illius, vt arguendo comprobatur, & anteà docueramus; & ita nos quoq; definimus potẽtiam ſpirandi actiuam additis proprietatibus Patris & Filij, quæ antecedunt ſpirationem. Primum autem illud inficiamur, quòd ſit neceſſe proprietatẽ additam iſti potentię eſſe communem; & cauſam negandi ſatis apertè indicauimus. Et hoc ipſum confirmatur, quòd nulla ſit proprietas addita naturæ diuinæ ante operationem ſpirandi, communis Patri & Filio: tum quia nulla eſt proprietas antecedens originem, ſiue operationem notionalem, quæ non ſit forma hypoſthatica; eſt enim figmentum illud indiuiduum naturæ, quod non ſit hypoſthaſis, vt libr. 4. dicemus: Cum ergo ſpirator nõ ſit hypoſthaſis; quia eſt quid commune Patri & Filio, cõſequitur vt non ſit quid conſtitutum ex proprietate antecedente originem, per modum quo hypoſthaſim diuinam conſtituimus: tum maximè, quia illam proprietatem antecedentem originem per modũ formę hypoſthaticæ, omninò otioſè ponũt, quòd libro 4. ipſis oculis ſubijciemus. Nam ante ſpirationem quę eſt operatio iſtius potentiæ, intelligimus Patrem & Filium præditos diuina voluntate fæcunda, & illi ſunt indiuidua naturę quibus maximè conuenit operari. Quid ergo deeſt ad operandum? quid neceſſe eſt addere proprietatem vnius ſubſiſtẽtis communis? Num neceſſe eſt eos eſſe quid commune vt ſpirent? Nõne actiones ſigularium ſunt, vt ait Ariſtot?

Quoad 1. de proprietate cõmuni, negatur

Ratio negãdi, ſupra.

Cõfirmatur 1. Ea proprietas cũ nõ ſit forma hypoſthatica, non antecedit operationẽ notionalẽ.

Confirm. 2.

Non eſt neceſſe Patrem, & Filiũ eſſe quid ſubſiſtens cõmune, vt ſpirent.

Ariſt.

16.

Ea proprietas ad modum formæ hypoſthaticæ conſtituens non hypoſthaſim, ſed indiuiduũ cõmune ſubſiſtens, otioſa eſt.

Illa ergo proprietas communis, quã ponũt per modum formæ hypoſthaticę; quæ non facit hypoſthaſim, ſed indiui- A duum, quid neceſſaria eſt ad operãdum? Nonne ſatis eſt Patrem, & Filium eſſe hypoſthaſes, vt operentur? Dicendum ergo haud dubiè eſt, nullam proprietatem communem inueniri in Patre & Filio ante ſpirationem, vt eſt operatio potentiæ; ſed ipſam potentiam eſſe cõmunem, addita non vna proprietate, ſed duabus, vt iam hoc capit. declarauimus.

17.

Ad confirm ex *S. Thom.*

reſpõd. ex eodẽ

Quòd verò afferunt ex S. Thom. nõ obſiſtit huic ſententię: nam etſi eo loco indicet ſpiratorem quodammodò ſignificare eſſentiam cum proprietate; proprietas tamen ſignificatur ſolummodò in obliquo, ita vt res ſignificata ſit eſſentia, vt S. Thom. q. 41. art. 5. ſcitè do- B cet; quare non conſequitur vt ex proprietate, & eſſentia conſtituatur ſubſiſtens ſpirator: maximè cum ea proprietas communis ſit origo, & relatio conſequens non antecedens potentiam, vt probauimus; origo autem & relatio cõſequẽs non conſtituunt diuina ſubſiſtẽtia, vt libro 4. dicemus. Quod verò in ſpiratore eodem loco ponit S. Thom. vnam proprietatem communem Patri & Filio, intelligit ipſam operationem ſpirandi, quam potẽtia indicat: quæ ſpiratio à potentia ducta, dicitur etiã proprietas à Theologis, licèt ſit communis duabus perſonis. Nam potentia ſpirandi, ſi definiatur per ea quæ antecedunt C operationem, oportet vt definiatur additis relationibus duabus Patris & Filij, vt ſunt formæ hypoſthaticæ; ſicut potentia generandi definitur addita relatione Patris, vt eſt forma hypoſthatica. Si verò definiatur per ſuam operationem, ad eum modum quo potentias alias definimus, rectè explicatur per operationem conſequentem; & ita potentia ſpirandi ſignificat naturam addita vna proprietate cõmuni, ſcilicèt operatione ſpirandi, quæ eſt vna in Patre & Filio. Et D iuxta hæc quæ diximus, idem Doctor Sanctus q. 41. art. 5. in corpore artic. affirmat potentiam generandi eſſe naturam diuinam addita relationẽ; ſanè non vt relatio eſt, ſed vt proprietas, ſiue forma hypoſthatica. Et in reſpõſione ad 3. ait potentiam generandi indicare generationem in obliquo, ſcilicèt vt propriam operationem ipſius potentiæ.

Corroboratur reſponſio ex dictis.

Idem ibidem explicatur. Vna proprietas communis eſt ſpiratio.

Per hanc etiã definitur potẽtia ſpirandi, vt per ſuã operationem conſequentem.

Idem alibi.

Potentia generãdi indicat generationem in obliquo.

18.

Argum. cõtra hæc.

Cõtra hæc vnum opponitur argumẽtum hoc loco refellendum, cætera lib. 4. propone-

Digitized by Google

1. pars.

proponemus. Arguunt in hunc modum:

Secunda.

ſpirator per ſe ſpirat; ergo per ſe habet potentiam ſpirandi: potētia autem ſpirandi eſt eſſentia;& id quod habet eſſentiam eſt ſubſiſtens.

20.
Aduertend. Nomina verbalia aliquando ſignificant potentiam, aliquando operationem.

Pro confutando argumento obſeruandum eſt nomina à verbis ducta aliquando ſignificare potentiam, aliquando operationem; vt moderator, ſignificat eum, qui habet munus Reipublicæ adminiſtrādæ,& eum etiam qui Rempublicam adminiſtrat. Similitèr nomen ſpirator vtraque ſignificatione poteſt vſurpari,ſcilicèt pro eo qui habet ſpirādi potētiam, & ita hoc nomen ſignificat potentiam formalitèr; & pro eo etiam qui ſpirat,& hoc modo ſignificat nomen iſtud non potentiam, ſed operationem.

21.
Ad 1. p. reſpōſ. Spirator eſt p ſe habens potētiam ſpirandi: & eſt per ſe ſpirans.
Ratio.

Ad argumentum igitur reſpondetur cōcedendo, quòd ſpirator eſt per ſe ſpirans, & per ſe habens potentiam ſpirādi; quia cum hæc operatio ſpirandi ſit æterna, ſemper coniuncta per ſe eſt cum potentia; quouis modo dicas, ſiue ſpirātem habere potentiam, ſiue habentem potentiam ſpirare, per ſe enim dicitur vtrunq; & neceſſariò: Sed tamen vtraque ſignificatione ſpirator non eſt vnū indiuiduum, ſed duo, ſcilicèt Pater & Filius.

Vtraque ſignificatione non eſt vnum indiuiduū, ſed duo

Nam ſpirator vt ſignificat potentiam, eſt per ſe habens potentiam, ſicut album eſt per ſe habens albedinem: & vt ſignificat operationem, ſpirator per ſe ſpirat, ſicut omne agens per ſe agit, & ipſa potentia cum actu per ſe coniungitur, vt diximus; ita vt quouis modo dicas ſpiratorem per ſe ſpirare, vel per ſe habere potentiam, cōcedendum ſit. Sed his enunciatis nihil aliud ſignificatur, niſi quòd potentia per ſe coniungatur cum habente potentiam, aut operatio per ſe cum ipſa potentia copuletur; vnde non eſt conſequens vt habens potētiam, ſit vnum quid ſubſiſtens: Sed illi meditantur ſpiratorem vt indiuiduum, cui per ſe conueniat potentia, & operatio ſpirandi, quod nos omnibus modis abnuimus; non enim hoc nomen ſignificat indiuiduum, ſed vel potentiam, vel operationem, aut etiam relationem ſpiratoris.

22.
Ad 2. partem.

At verò ad illam partem argumenti; ſpirator eſt per ſe habens eſſentiam diuinam, ſiquidèm per ſe habet potētiam ſpirandi quæ eſt eſſentia; ergo per ſe eſt

1. Reſponſio.

ſubſiſtens: liceret reſpondere exemplo A quodam, negando conſequentiam; quia aſſumpta humanitate à tribus perſonis, hic homo eſt per ſe habens humanitatē, & tamen non eſt per ſe ſubſiſtēs: ſed tamen in Deo conſequentia hęc eſt bona; nam habens eſſentiam diuinā eſt Deus, Deus autem ex propria ratione eſt quid ſubſiſtens, vt lib. 4. diſputabimus.

Reijcitur.

Vera reſpōſio. Spirator vt habens potentiā, eſt habens eſſētiā additis duabus proprietatibus: vnde eſt duo ſubſiſtētia

Dicendum igitur quòd ſpirator vt ſignificat potentiam, includit eſſentiam diuinam in ratione formali; ſignificat enim ipſam eſſentiam in recto, ſed non ſignificat illam abſolutè, ſed additis duabus B proprietatibus, Patris ſcilicèt, & Filij; ſine quibus non intelligitur ſpirādi potentia, vt diximus; at verò illis additis iam non intelligitur vt vnum ſubſiſtēs, ſed vt duo ſubſiſtentia.

Replica.

Quòd ſi adhùc inſtes: Spirator per ſe eſt habens potētiam ſpirandi: & illa per ſe eſt eſſentia; ergo per ſe eſt habens eſſentiam; ergo ſubſiſtens.

Reſponſio. Spirator formalitèr eſt habens eſſentiam vt principium ſpirādi, ſeu quodā modo vnde ſolū idētice eſt habens eſſentiam abſolutè, ſeu ſubſiſtens.

Reſpondetur quòd per ſe eſt habens eſſentiā in ſenſu identico, ſed non in ſenſu formali; ſpirator enim non intelligitur vt indiuiduum naturæ, ſiue eſſentiæ, ſed vt habens principium ſpirandi, quod eſt eſſentia: quod principiū ſpirandi formale nō intelligitur vt ſub- C ſiſtens, ſed vt forma ſubſiſtentis. Et ita arguitur ab eo, quod dicitur ſecundum quid, ad idquod dicitur ſimplicitèr: nam habere eſſentiam vt principium ſpirandi, eſt habere quodammodò, & non indicat proprium ſubſiſtens, ſiue indiuiduum eſſentiæ; habere autem eſſentiam abſolutè, indicat ſubſiſtens in rebus diuinis.

Declaratur.

Et explanatur hoc, nam Patri & Filio habere eſſentiam vt principium ſpirandi, aduenit hypoſthaſibus noſtro modo intelligendi; primò enim intelligimus hypoſthaſes illas, ſcilicèt Patrem & Filium; deinde contemplamur in hy- D poſthaſibus potentiam ſpirandi, quæ eſt eſſentia vt eſt principium ſpirandi: ergo habere eſſentiam vt principium ſpirandi aduenit hypoſthaſibus; habere autem eſſentiam abſolutè non aduenit hypoſthaſi, ſed pertinet ad rationē formalē hypoſthaſis.

Habere eſſentiam abſolutè nō aduenit hypoſtaſi, ſed pertinet ad rationem eius formalem.

Quamobrem principium eſt quòd etſi hęc ſit vera enuntiatio, ſpirator per ſe eſt habens potentiam ſpirādi, ſiue eſſentiam vt eſt ſpirandi principium; non tamen conſequitur, vt ſit per ſe ſubſiſtens, ſed ſunt duo ſubſiſtentia hoc nomine ſpiratoris contenta, vt docuimus.

CAPVT

CAPVT XXXIX.

Spiritus Sanctus procedit à Patre per Filium.

1\. Alia eſt difficultas inter nouos Græcos & Latinos, aiunt quippe Græci Spiritum Sāctum procedere quidèm per Filium, ſed non ex Filio; Contrà verò Latini aiunt per Filium quidèm, ſed ex Filio quoque Spiritum Sāctum procedere. Sed hæc in ſuperioribus quoque ſtatuta ſunt, vbi plura teſtimonia Græcorum Patrum recitauimus dicentium Spiritum Sanctum à Filio procedere. Quæ ſententia palàm conuincitur; nam præpoſitio, per, non minùs cauſam indicat, quàm aliæ præpoſitiones, à, vel, ex: qui igitur aiunt Spiritum Sanctum procedere per Filium, confitentur Filium eſſe cauſam, ſiue potiùs principium Spiritus Sancti; ergo concedant Spiritum Sanctum procedere non ſolùm per Filium, ſed etiam à Filio. Et confirmatur, quoniam etſi reſpondeant præpoſitionem, per, hoc loco indicare ordinem; ex ipſo ordine conſtat eadem conſequētia. Nam vbi ordine quodā procedunt plura, id quod eſt medium eſt quidam terminus prioris proceſsionis, & principiū poſterioris. Cum ergo Filius, & Spiritus Sanctus procedant à Patre ordine quodam, & Filius ſit medius, per quem Spiritus Sanctus procedit, Filius quidē eſt terminus prioris proceſsionis, ſcilicèt generationis; principium autem cōſequentis ſpirationis, qua Spiritus Sanctus procedit.

Catholica Latinorū ſententia, Sp. Sanctū procedere per Filium, & ex Filio.
Rada cōtrou. 16. art. 2.
Probatur.
Noui Græci, quod aiunt, negant.
Confirmatur ex ordine procedentium.

2\. Explicandum igitur eſt in quo ſenſu dicamus Spiritum Sanctum procedere à Patre per Filium: obſeruat autem S. Thom. 1. p. q. 36. art. 3. id quod in reb' creatis philoſophamur; operari enim per aliquid, eſt operari per operationis principium; præpoſitione, per, cauſam vel principium indicante. Sed tamen hoc accidit duobus modis; principium enim medium, per quod primum agens operatur, ſi ſit coniunctum ipſi agenti, eſt cauſa agenti vt operetur; id quippe per quod agens operatur, eſt forma agentis, quæ dat eſſe ipſi agenti. Si verò ſit ab agente ſeparatum, vt ſunt inſtrumenta extranea, agens dat inſtrumento virtutem operandi: Et ita hoc principium per quod agens agit, non eſt cauſa A ipſi agenti vt agat, ſed potiùs ab agente virtutem agendi obtinet; quo etiam pacto cauſæ vniuerſales per ſubiectas cauſas operantur, tribuendo illis, vel cōſeruando operandi virtutem.

Obſeruatio S. Thom.
In creatis principium primū operatur, vel p medium coniūctum, vt per ſuam formam
Vel per ſeparatum, tribuēdo illi virtutē operandi.

Neutrum tamen exemplum proceſſioni Spiritus Sancti quadrat; non primum, quia Filius non eſt quaſi forma dans eſſe Patri vt operetur, ita enim operari per Filium, imperfectio eſſet Patris. B Quamuis ergo Filius ſit principium coniunctum Patri, non tamen eſt coniunctum vt forma Patris, quæ Patri det eſſe; ſed in eadē forma, qua Pater, ſubſiſtit: Et ita Pater nō operatur per Filium tanquam per principium coniunctum, à quo habeat eſſe & operari. Neque etiam quadrat ſecūdum; Filius enim non eſt principium ſeparatum à Patre, ſed coniunctiſsimum; eſt tamen perſona diſtincta accipiens à Patre virtutem operandi. Et in hoc ſenſu probè dicitur Pater operari per Filium; quia ipſam operationem habet Filius à Patre, C ad modū quo cauſa inſtrumentaria operatur, quę eſt ab agente ſeparata, quoad hoc quòd accipit ab agēte virtutem; & non eſt agentis perfectio. 3.

1. Exemplum proceſsioni Sp. Sācti quadrat, quoad primū, de coniuncto; non quoad ſecūdū de forma
2. exemplum, viceuerſa.

Deinde aduertendum eſt, quòd ea operatio, quæ à duobus ſuppoſitis emanat, poteſt & cum ſuppoſitis comparari, & cum ipſa virtute operandi, quæ eſt in ſuppoſitis, conferri. Et ita poteſt inueniri ordo operandi in ſuppoſitis, & in facultatibus ſuppoſitorum. Si ergo ordinem ſuppoſitorum ſpectes: agentia D ſingularia ſunt proxima paſsis loco cōiuncta, vt ignis adhæret ligno; agentia verò vniuerſalia, vt ſol, & primum mobile, ſunt remotiora. Si autem virtutem operandi perpendas, coniunctior eſt virtus cauſarū vniuerſalium cum effectis, quā cauſarū ſingularium, & particularium; virtus enim ſubiectarū cauſarum pendet à virtute cauſarum ſuperiorum, & illæ ſunt iſtis cauſæ operandi, & quaſi coniungunt cauſas particulares cum effectibus; quod autem extrema coniungit medium eſt vtrique coniunctius, vt S. Thom. docet q. 36. artic. 3. ſolutione ad 4. Et hoc eſt quod aiunt cauſas particulares eſſe immediatas immeditatione ſuppoſiti; quia ſuppoſita agentis, & paſsi loco coniuncta ſunt; vniuerſales autem cauſas eſſe immediatas immedi- 4.

Cauſæ particulares ſunt mediæ, ſeu immediatæ effectis, immediatione ſuppoſiti.
Vniuerſales immediatione virtutis.
S. Thom.

Digitized by Google

immediatione virtutis; quia virtus vniuerſalium coniungit virtutem particularium cauſarum cum effectu.

5. Præpoſitio, per, in cauſis ſemper indicat mediam.

Igitur quia præpoſitio, per, ſignificat ordinem cauſæ mediæ; vtrumque verè dicitur, & quòd cauſæ vniuerſales operātur per particulares, & quòd ipſæ cauſæ particulares operantur per vniuerſales cauſas. Cum ergo dicimus agentia vniuerſalia operari per ſingularia, ordinem ſuppoſitorum indicamus; quia agētia ſingularia ſunt media. Cum verò aſſerimus ſingularia operari per vniuerſalia, ad virtutem operandi attēdimus; eò quòd virtus cauſarum vniuerſalium media ſit inter virtutem cauſarum ſingularium, & effectum illarum. Et ita præpoſitio, per, in cauſis ſemper indicat id, quod eſt medium.

6. 1. Conſectariū. Pater operatur per Filium, ſpectato ordine ſuppoſitorum. Oſtenditur.

Duo ex dictis conſectaria colligimus, alterum quòd Pater operatur per Filiū, ſi ordinem ſuppoſitorum attendas: etenim cum ordine procedendi priùs intelligamus Filium genitum, & deinde ab eo genito Spiritum Sanctum procedentem; Filius abſque dubio medius eſt inter Patrem, & Spiritum Sanctum. Et cōfirmatur, quoniam agentia vniuerſalia operantur per agētia particularia, dum illis tribuunt virtutem operandi, & Rex operatur per Balliuum, vel Proregem, auctoritatem operandi illi delegans; ſed Pater dat Filio virtutem operandi, & auctoritatem ſpirandi; ergo operatur, atque ſpirat per Filium.

Confirm.

7. 2. Conſectariū. Filius nullo modo operatur per Patrē. Oſtenditur.

Alterum conſectarium eſt, quòd Filius nullo modo producit Spiritum Sanctum per Patrem, aut operatur per Patrem: quod euidentèr oſtenditur ex modò dictis. Præpoſitio enim, per, ſignificat ordinē cauſæ mediæ; Pater verò in nullo ſenſu eſt medius inter Filium & Spiritum Sanctum, neque vſquam à Patribus medius dictus eſt; ergo Filius nō operatur per Patrem. Et ratio in expedito eſt; cauſa enim prima, ſola virtute eſt media inter cauſam ſecundam, & effectum; quia coniungit virtutem cauſæ ſecūdæ cum effectu; per hoc ſcilicèt, quia virtus cauſæ ſecundę eſt diſtincta à virtute cauſæ primæ, ab eaque pendens, & per eā cum effectu coniuncta. Cum ergo eadem virtus Patris & Filij ſit, imò eadem operatio; non poteſt intelligi quòd Pater virtutem Filij coniungat cū Spiritu Sancto, eaque ratione ſit medi-

Eadē virtus eſt Patris, & Filij, imò eadem operatio.

A us inter vtrumque. Quod clariùs oſtenditur; ſi enim ordo ſuppoſitorum ſpectetur, Pater non eſt medius: ſi ordo virtutis, nullus eſt; cum virtus ſit vna & eadem: ergo nullo pacto Pater eſt medius; ergo in nullo ſenſu probè dicitur Filius per Patrem ſpirare, aut operari. Deniq; confirmatur, non enim eundemmet ſenſum efficit, quòd Pater operetur per Filium, & Filius per Patrem, cum ſit ordo operandi per alium inuerſus: ſed quòd Pater operetur per Filium, ſignificat ordinem ſuppoſitorum; ergo quòd Filius operetur per Patrem, alium ſanè ordinē ſignificat: alius autem ordo fingi non poteſt, niſi inter virtutem Patris, & Filij, qui tamen nullus eſt, cum eadem virtus ſit; ordo autem eſt inter diſtincta.

Confirmatur.

B Quamobrem hac in re omninò diſcedēdum à ſententia Bartholomæi Torres q. 36. art. 3. ad finem, qui credit concedi rectè poſſe Filium per Patrem operari, nihilque aliud ſignificari his verbis, niſi quòd à Patre habet operādi virtutē.

Reijcitur *Torres.*

8. Aduertēdū cū *S. Thom.*

Aduertendum tamen eſt cū S. Thom. 1. p. q. 36. art. 3. ad. 4. quòd cauſę particulares, quæ dicūtur operari per ſuperiores cauſas, oportet vt ſint principalia agentia; aliàs ſi ſit inſtrumentum, ſicut non dicitur ſimplicitèr operari, ita neq; per aliam cauſam ſuperiorem operari dicitur; verbi gratia, ſerra, quod eſt inſtrumentum duntaxàt, & non eſt prin-

In creatis, agēs inferius nō inſtrumentale, ſed principale operatur per cauſam ſuperiorem.

C cipale agens, ſicut non facit cathedram, ita neque per artificem dicitur facere cathedram. Ignis verò ſicut generat ignem, quia eſt agens principale; ita per cauſas ſuperiores dicitur ignem gignere. S. Thom. ponit exemplum in Balliuo, ſiue Regis miniſtro alio; quia (inquit) eſt Dñs ſui actus (ſcilicèt quia eſt agens principale) dicitur ipſe operari, & operari per Regem, à quo accipit poteſtatem. Sed eadem eſt ratio de alijs agentibus principalibus, etſi non ſint rationalia,

D neque libertate vtantur. In Deo autem in quo non eſt principium, vt inſtrumētum, ſed quaſi principale agens, inueſtigandum eſt, Vtrùm Filius operetur per Patrem, à quo accipit virtutem operandi, ſicut agens principale inferius operatur per cauſam ſuperiorem? Diximus autem ad quæſtionem iſtam iam ſatis, Filium non operari per Patrem; & cauſam aſſerti declarauimus: quia nullo ordine operandi Pater eſt medius.

In Deo nō ſic Filiꝰ operatur per Patrem.

Eſt

9. *S. Ambroſ.* Declaratur. Ordo innoteſcendi eſt à Sp. Sancto per Filium in Patre. Ordo procedendi viceuerſa.

Eſt etiam hoc loco notandum, quod ait S. Ambroſ. libr. 2. de Spiritu Sancto cap. 12. *Ex vno ſpiritu per vnum Filiũ in vnum Patrem cognitio noſtra procedit: Ex vno Patre per vnum Filium in vnum Spiritum Sanctum bonitas, & ſãctificatio, & imperiale ius æterna traditur poteſtatis.* Non enim inuertit, aut commutat ordinem proceſsionum: ſed ordinem quidèm procedendi manifeſtè ait à Patre per Filium eſſe in Spiritum Sanctum, quaſi vltimum & terminũ proceſsionis; ordinem verò innoteſcendi immutat, Filius enim indicauit nobis Patrem, & quidèm non ita apertè; Spiritus verò Sanctus Filium clariſsimè prędicari fecit, vtpotè ab eo miſſus; & ita ordo innoteſcendi ab Spiritu Sancto ad Patrem recurrit: Et hoc S. Ambroſ. iſtis verbis ſignificauit. Eodem ſenſu S. Gregor. Nyſſenus ad Alabium dixit actionẽ Dei deriuari à Patre per Filium, & Spiritum Sanctum ad creaturas; quia ſcilicèt Pater operatur per Filiũ etiã virtute creatrice, & Filius ſimùl cũ Patre per Spiritũ Sanctum operatur; ordine ſcilicèt ſuppoſitorum, non ordine virtutis, quæ eſt vna in tribus, vt declarauimus.

S. Greg Nyſ. Explicatur de ordine ſuppoſitorum, non virtutis, qui nullus eſt, cum ſit eadem.

Confirmatio.

10. *S. Damaſc.* QVòd Spiritus Sanctus procedat à Patre per Filium Græci Patres frequentes ſunt teſtes, iuxta illud S. Ioann. Damaſc. lib. 1. Orthod. cap. 16. *Abyſſus Verbi, Verbi genitor, & per Verbum Spiritus Sancti productor.* Idem ex Latinis confirmat S. Hilar. lib. 12. de Trinitate Patrem alloquens his verbis. *Conſerua hanc oro fidei meæ religionem, vt ſemper obtineam Patrem, ſcilicèt te, & Filium tuum vnà tecum adorem; & Spiritum Sanctum, qui eſt per Vnigenitum tuum, promerear.* Spiritum Sanctum ait eſſe per Filium, hoc eſt, procedere per Filium. Eandem ſentẽtiam legimus apud S. Hieronym. Epiſtola 88. Idem docent Richard. lib. 6. de Trinit. S. Thom. 1. p. q. 36. art. 3. & in 1. d. 12. art. 3. Opuſcul. 6. cap. 27. Et cum eo omnes Doctores conſentiunt. Et definitum eſt hoc idem in Concil. Florent. in literis ſanctæ Vnionis.

S. Hilar. *S. Hieron.* *Richard.* *S. Thom.* *Conc. Flor.*

CAPVT XXXX.

Argumenta refelluntur.

1. 1. Argum. VT ea quę explicata ſunt de propoſita quęſtione, differantur; arguitur primò contra primum aſſertum, quòd Spiritus Sanctus procedat à Patre per Filiũ. Id per quod aliquid ab alio procedit, eſt medium inter vtrumque; quæ autem medium habent, cõiuncta nõ ſunt; ergo ſi Spiritus Sanctus procedat per Filium à Patre, Pater & Spiritus Sãctus non ſunt coniuncti.

Secundò, ſi Spiritus Sanctus procederet per Filium vt per medium, nullatenus à Patre procederet immediatè, quod Patris dignitati derogat: ergo non procedit per Filium. Probatur antecedens, quoniam eadem proceſsio non poteſt eſſe immediata, & mediata ſecũdum rationem eandem; ſed in ordine ſuppoſitorum Spiritus Sanctus eſt à Patre medio Filio; ergo non eſt ab eodem Patre immediatè. 2. 2. Argum.

Tertiò, ſi Spiritus Sanctus procederet à Patre per Filium, magis procederet à Patre. Probatur ex illo ſcitiſsimo Ariſtotelis pronunciato, *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis*; Sed Filius operatur propter Patrem, ſiquidèm Pater per illum operatur; ergo magis operatur Pater: ſed vbi eſt magis & minus, nõ eſt eadem operatio & virtus; ergo in Patre & Filio non eſt eadem virtus, & operatio ſpirandi, quod eſt contra Concilium Florent. Negãdum igitur eſt antecedens, quòd Spiritus Sanctus per Filium procedat, ne ad impoſsibile per conſequentiam deducamur. Et confirmatur ex eodem Ariſtotel. lib. de cauſis, Omnis enim cauſa prima amplius influit in effectum, quàm cauſa ſecunda; ſed Pater eſt principium primum, Filius verò ſecundum per quod ſcilicèt Pater operatur: ergo Pater magis ac principaliùs producit Spiritum Sanctum; vel negandum eſt Spiritum Sanctum procedere à Patre vt à primo, per Filium tanquã per ſecundum. 3. 3. Argum. *Ariſtotel.* *Conc. Flor.* *Ariſtotel.*

Quartò, ſi Pater ſpirat per Filium ordine quodam, conſequens eſt vt priùs ſpiret Pater, quàm Filius: ergo Spiritus Sanctus priùs ſpiratur à Patre; ergo non ſpiratur à Filio: ſicut enim quod priùs intelligitur genitum, iam nõ poteſt gigni iterum à poſteriori gignente; ita neque quod priùs intelligitur ſpiratũ, poteſt iam ſpirari à poſteriori ſpirante, ſcilicèt à Filio: negandum ergo eſt quòd Spiritus Sanctus procedat ordine quodam à Patre per Filium. 4. 4. Argum.

Quintò

5. 5. Argum. Quintò arguitur contra illud ſecundũ aſſertum, quòd Filius non ſpiret per Patrem. Pater eſt principale operans ſiue ſpirans, Filius verò minùs principale; ergo ſicut pleraque agentia minùs principalia per ea quæ ſunt principalia operãtur, ita & Filius per Patrem. S. Auguſt. Antecedens probatur auctoritate S. Auguſtini, id enim haud dubiè aſſerit 15. de Trinitate cap. 7. & 26. ad finem. S. Hieron. S. Hieronymus verò in expoſitione Symboli Nyſſeni tom. 4. *Credimus* (inquit) *in Spiritum Sanctum, qui de Patre procedit propriè, & de Patre propriè eſſe.* Cum ergo propriè, ac principalitèr de Patre procedat SpiritusSanctus; Cõcedendũ erit, quòd Filius Per Patrem producit Spiritum Sanctum: ſicut Prorex qui minùs imperat, per regem dicitur imperare, vtpotè per maiorem. Idem antecedẽs probatur, quoniam Spiritus Sanctus hoc quod eſt à Filio procedere, habet quoque à Patre, vt doctè ait S. S. Auguſt. Auguſtin. 15. de Trinit. cap. 27. de Filio loquutus. *Ac per hoc* (inquit) *Spiritus Sanctus, vt etiam de illo procedat ſicut procedit de Patre, ab ipſo habet Patre.* Sed quòd procedat à Patre, non habet à Filio; quia Filius non dat Patri producere Spiritum Sanctum, ſed hoc Pater dat Filio: ergo Spiritus Sanctus amplius quid habet à Patre, quàm à Filio: procedit ergo per Filium tanquam per minorem, & tanquam per principiũ ſecundum minùs principale.

Vltimò arguitur contra idem, Filius operatur per virtutem Patris; ergo per Patrem.

Aduertenda.

7. 1. aduert. Difficultas de Sp. Sancti à Patre proceſsione mediatè, & immediatè.

Illud primum ad hoc cap. notandum eſt, quòd Spiritus Sanctus procedit à Patre per Filium medium, & ſine medio Filio (cum tamen non procedat bis, ſed ſemel) quod vocant procedere mediatè, & immediatè. Cæterum Latini immediatè, quaſi ſtatim & illicò dicũt; mediatè autem non vſurpant. Licèt tamen ſcholaſticis verba vſu emollire; & quæ apta ad differendum ſunt, licentiùs vſurpare. Quod ad rem eſt, difficultatẽ nobis ingerit vulgatum hoc aſſertũ, quòd Spiritus Sanctus procedat à Patre mediatè, ſcilicèt medio Filio, & immediatè quoque à Patre: nam aduerbia mediatè & immediatè negationem cõtinent, ſcilicèt cum medio, & abſque medio; idem autem affirmare, & negare eſt impoſsibile ſecundum idem. Cum ergo proceſsio ſpiritus Sancti ſit vna & eadem à Patre, eaque ſimpliciſsima, vel mediata, vel immediata dicenda eſt. Solutio S. Thom. S. Thom. q. 36. art. 3. ad 1. difficultatem aperit exemplo Adami, Euæ, & Abelis: Exemplum Adami, Euæ, & Abelis. nam Abel ab Adamo immediatè genitus eſt, vt liquer; ſed & mediatè quoque ab eo proceſsit, dum genitus eſt ab Eua, quæ de Adami coſta cõdita eſt. Idem exemplũ affert S. Gregor. Nazianz. oratione 5. Nazianz. Theolog. vbi etiam adnotat duas ibi fuiſſeproceſsiones nominis diuerſi, eiuſdem tamen ſubſtãtiæ; quia Eua fuit ſegmentum Adami, de eo ſectione coſtæ fabricata; Abel verò genitus & proles. Obiectio. Sed tamẽ adhùc eminet difficultas propoſita; nam Eua, cum facta eſt diuerſæ ſubſtantiæ ab Adamo (quia aliud corpus Euæ, aliud Adami) continebat illa quidèm Abel in lumbis ſuis, & ipſe Abel procreatus eſt ex ſemine Euæ ſegregato à ſemine Adę, duo quippe ſemina erant. Abel procreatus eſt ex ſemine Euæ diuerſo à ſemine Adæ. Qua ergo parte Abel ex ſanguine Euæ emanauit, Adam quoque vt auctorem Euæ attingebat, nõ immediatè, ſed mediatè: qua verò parte ex ſemine Adami proceſsit, immediatè ab ipſo eſt progenitus. Sed proceſsio Spiritus Sancti vna eſt, non duæ partiales; & de ſubſtantia omninò eãdem Patris & Filij ſimpliciſsimâque procedit. Qua ergo ratione per Filium à Patre procedit mediatè, & ab ipſo Patre immediatè?

8. Reſponſ. aſſerendo mediationẽ ordine ſuppoſitorũ, negando eã ordinevirtutis & operationis, quæ eadem eſt in Patre, & Filio.

Dicendum igitur eſt duobus modis quæſtionem poſſe proponi, vel vt quæratur de ordine ſuppoſitorũ, vel vt quæratur de ordinevirtutis agentium, vt ſuperiùs dictum eſt. Si de ordine virtutis eſt ſermo, argumentum firmiſsimum eſt, quòd non ita ſit hæc proceſsio mediata, & immediata, ſicut procreatio Abelis ex Adamo, & Eua: ſi verò ordinem ſuppoſitorum intueamur, abſque dubio Filius eſt medius inter Patrem & Spiritum Sãctum, cum Spiritus Sanctus procedat à procedente Filio. Et adhùc Spiritus Sanctus abſque medio cum Patre coniungitur, quatenus operatio, per quam procedit, propria eſt, intimaque Patri. Itaque operatio Filij, quatenùs eſt filij, cõſtituit Filium medium ordine ſuppoſitorum inter Patrem, & Spiritum Sãctũ: quia hoc quoque, quòd Spiritus Sanctus procedat

Digitized by Google

S. Auguſt. procedat à Filio, à Patre eſt, vt notauit A S. Auguſt. 15. de Trinit. Et eademmet operatio quatenùs eſt etiam Patris, nihil medium habet inter Patrem, & Spiritum Sanctum, quod eſt oculatè conſiderandum.

9. 2. Aduert. Pater non magis aut principaliùs ſpirat, quàm Filius. *S. Thom.* Oſtenditur.

Alterum facilius eſt quod obſeruetur, Patrem non magis aut principaliùs ſpirare, quàm Filium. De qua re S. Thom. in ſent. d. 12. q. 1. art. 2. & 3. quoniã & virtus, & operatio vna eadẽq; eſt in Patre, B & Filio; & per hoc quòd eſt in Patre, nihil additur ad virtutem, & operationẽ, quod hęc adaugeat, aut perficiat; additur enim ſola relatio ad aliud: per hoc autẽ quod eſt ad aliud, Pater nihil habet in ſe amplius, quàm Filius; ergo neque virtute, neque operatione Filio vllatenùs præcellit. Exemplum. Eodẽ enim candore vnũ non poteſt eſſe alio candidius.

10. 3. Aduert. Difficultas, An ordine rationis priùs ſpiret Pater, quã Filius? *Scot⁹* negat.

De ordine tamen ſpirandi eſt maius dubium. Nam Ioan. Scotus in 1. d. 12. q. 1. ne concedat Spiritum Sanctũ priùs ſpirari à Patre, quàm à Filio, ait Patrem non priùs ſpirare, quàm Filium; loquitur autem de ordine cognitionis: de prioritate enim reali, aut naturæ nullũ eſt dubium, quin Pater & Filius ſimul naturâ ſpirent, vt hoc lib. commonſtrabimus. Ipſe autem Scotus facit ſermonem de ſignis rationis, quæ ſunt antecedentia ordine intelligendi. Et quodlib. 8. art. 2. cum dixiſſet Patrem priùs origine operari, quàm Filium, ſe ipſum quaſi corrigit, & exponit hoc quod ait, Patrẽ priùs origine operari, referẽdum eſſe ad virtutem operandi, quam priùs origine habet Pater quàm Filius; & ita eſt ordo in virtute operandi, quæ eſt priùs in Patre, ſed nõ in ipſa operatione. Miror tamen non vidiſſe Scotum virum argutum, id quod erat ante oculos, ſcilicèt operationem communem Patri, & Filio priùs intelligi in Patre, quàm in Filio; aliàs Filius non acciperet illam: quod enim accipitur priùs eſt in dante, quàm in accipiente. Et hæc eſt inſita ratio intelligendi; aliàs neque virtus operandi eſt priùs in Patre, quàm in Filio ordine rationis. Et quidèm de operatione eſſentiali hoc maniſeſtè liquet; ea enim eſt diuinum attributum, & ipſa eſſentia, quæ priùs intelligitur in Patre dãte, quàm in Filio accipiente: ſed de operatione notionali, ſcilicèt de ſpiratione, probatur idẽ. Nam teſte S. Auguſtino loco in 5. argumẽto recitato, ipſum producere Spiritum Sãctum Pater dat Filio, & Concilium Florent. decernit Patrem omnia dediſſe Filio pręter Paternitatem; & ipſam ſpirationem dediſſe Filio inde colligit ipſum Florent. Concilium ſect. vltima. Et omnes Doctores conſentiunt nihil Filium habere præter hypoſthaticam formam, quod à Patre non habeat: ergo ipſa ſpiratio actiua priùs intelligitur in Patre dante, quàm in Filio accipiente. Et hæc quidèm perſpicua ſũt. Imò ipſa relatio ſpiratoris conceptu relatiuo, qua Pater & Filius referuntur ad Spiritum Sanctum, priùs intelligitur in Patre, quàm in Filio: hoc enim conuincit argumentum dantis, & accipientis.

Reſolutio eſt affirmatiua. Oſtenditur. Quod accipitur priùs intelligitur in dãte, quàm in accipiente. Sic ſpiratio actiua. *S. Auguſt.* *Cõc. Florẽt.* Sic relatio ſpiratoris.

11. Dicendum igitur eſt, ordine rationis priùs Patrem ſpirare, quàm Filium, ita tamen vt ipſum ſpirare, abſque vlla omninò differentia, quod intelligitur priùs in Patre, intelligatur deinde in Filio. Et ita in operatione ipſa ſpirandi nullus omninò eſt or- C do, ſed duntaxàt in perſonis ſpirantibus; quod ſæpius in his quæſtionibus admonuimus. Et vt rem magis declaremus; Si per impoſsibile actio, quæ eſt in vno mobili, tranſiret in aliud eandem numero, eundem effectum ſortiretur ex parte actionis, ſi nihilo eſſet variata: Quòd ſi eſſet eadem numero cum aliqua tamen varietate accidente, eſſet quoque varietas in effectu. Non diſsimilitèr, quia ſpiratio actiua eſt vna, & eadem in Patre, & Filio abſque vlla varietate, ſed ſimpliciſsima vnitate conſtans; etſi priùs intelligatur in Patre, quàm in Filio; eodem prorſus modo procedit Spiritus Sanctus ab vtroque. Cætera inter reſ- D pondendum expendemus.

In ſpiratione ipſa nulli⁹ omninò eſt ordo, ſed dũtaxàt in ſpirantibus. Declaratur exemplo.

12. Operæprecium hìc etiam erit commentari illam Sancti Auguſtini ſententiam, quòd Spiritus Sanctus hoc etiam habet à Patre, vt à Filio procedat. Nam ſi exacta loquendi norma à Philoſophicis diſciplinis petenda ſit, perſona diuina non accipit ſuam proceſsionẽ, aut ſuam proprietatem, vt ad finẽ libri huius differemus. Sed ampla quadam loquendi facultate permiſſa, Spiritus Sanctus hoc ipſum accipit, quòd procedit. Cum ergo Spiritus Sanctus procedat à Filio procedente, poſſet videri fortaſſe, quòd, noſtro intelligẽdi modo, dum Filius accipit

S. Auguſtini ſententia recitata in arg. 5. explicatur. Perſona diuina nõ accipit ſuã proceſsionem, aut proprietatem in rigoroſo, ſed in amplo modo loquẽdi. Dubiolum.

Digitized by Google

cipit à Patre auctoritatem & virtutem ſpirandi; iam in hoc Spiritus Sāctus accipiat, quòd Filius id accipit, quod Spiritus Sāctus accepturus à Filio eſt. Hoc tamen falſum eſt; cum enim Spiritus Sāctus nōn ſit in Filio, aut in Patre tanquā in virtute agentis, vt libro 5. docebim'; in proceſsione Filij nihil intelligimus Spiritum Sanctum accipere; non enim accipit aliquid tanquā in virtute, ex qua poſteà proceſſurus ſit; ſed ſola ſua proceſsione accipit. Nam Filius qui eſt in lumbis parentum, iam in illis parentibus dum generātur, accipit vt ex illis poſsit poſteà generari: quod non eſt de Spiritu Sancto dicēdum; cum non ſit in Filio tanquam in virtute actiua. Quod ergo S. Auguſtin. ait Spiritum Sanctum habere à Patre, quòd procedat à Filio, cautè explicādum eſt; ſcilicèt quòd per Filium habet hoc à Patre, vt à Filio procedat. Itaque ſicut ſpirare Spiritum Sāctum habet Filius à Patre, ita ſpirari à Filio habet Spiritus Sāctus à Patre, ſcilicèt per medium Filium; quia ſpiratur à Filio habente ſpirandi operationem à Patre. Nihil ergo amplius omninò habet Spiritus Sanctus à Patre, quod à Filio non habeat: ab vtroque enim habet ſpiratum eſſe. Quòd autem ſpiratus ſit à Filio, habet quidem à Patre: ſed hoc nō eſt Spiritum Sanctum habere amplius à Patre; ſed Filium à Patre aliquid habere, quod Pater à Filio non habeat: Explicatur hoc, nam in Spiritu Sancto ſolùm inuenimus ſpiratum eſſe à Patre & Filio, quod eſt ſimplex quædam proceſſio omninò vna & eadem; Filius autem habet à Patre ſpirare, quod à Filio Pater non habet. Dum ergo dicimus Spiritum Sanctum hoc etiam habere à Patre, vt à Filio ſpiretur, nihil aliud ſignificamus, quā Filium accepiſſe à Patre ſpirationis operationem, quo Filio medio Spiritus Sanctus ſpiratur; ita tamen vt ſpiratus nihil à Patre accipiat amplius, quā à Filio, nihil, inquam, aut eſſentiale, aut notionale: quia & eſſentia & notio, ſiue proprietas, & proceſsio omninò ſunt ſimplicia. Præterea, Pater dedit Filio ipſam ſpirationem, qua Filius ſpirat; ſed vt rectè admonet S. Auguſtin. lib. 15. de Trinitate. *Hoc quod illi Pater dedit, non iam exiſtenti, & nondum habenti: ſed quidquid vnigenito Verbo dedit, gignendo dedit*, quod nō

Reſponſio.

In proceſsione Filij nihil intelligimus Sp. San. tū accipere, ſed ſola ſua proceſsione accipit.

Declaratur.

S. *Auguſt.* ſententia cautè explicanda.

Sp. Sanctus habet à Patre vt procedat à Filio non autem habet à Filio, vt procedat à Patre.

Hinc ſolū colligitur Filium habere à Patre ſpirare, quod à Filio Pater nō habet.

Non verò Sp. Sanctū à Patre habere aliquid amplius quàm à Filio non habeat.

S. Auguſtin. alius locus explicatur.

A eſt ita intelligendum vt generatione acceperit ſpirationem, ſed eſſentiam qua ſpirat, ad quam ſequitur ſpiratio: & ita dedit Filio ipſum ſpirare, vt actum conſequentem eſſentiam in Filio, quod hoc lib. explicamus; & ideo ſubijcit. *Sic eum genuit, vt etiam de illo donum commune procederet*, id eſt, Spiritus Sanctus.

S. Thom. in ſentent. art. 2. ad 4. hoc idem argumentum videtur tractare, docèque obſeruat totam proceſsionem Spiritus Sancti à Patre eſſe, totamque B à Filio: cum autem ſimplex ſit, non poteſt alitèr eſſe à Patre, alitèr à Filio: ait tamen non eſſe eam proceſsionem à Filio ſecundum omnem ſui habitudinem, ſcilicèt quia nō ſiſtit in Filio, ſed ad Patrem tranſit à quo procedit per Filium: id autem non accidere, quatenùs Spiritum Sanctum cum Filio comparamus; quia æquè à Patre & Filio procedit; ſed quatenùs Filium ipſum, à quo Spiritus Sanctus eſt, cum Patre cōferimus. Itaq; ex parte termini operationis, qui eſt Spiritus Sāctus, omninò eſt vnitas; ex parte verò principij eſt ordo, non in ipſa ratione principij, ſed perſonarū, quæ in C vnitate principij conueniunt; quia vna eſt ab alia. In forma autē cum arguitur; Spiritus Sanctus habet aliquid à Patre, quod non habet à Filio: negatur. Et cum indicatur Spiritū Sanctū habere à Patre vt procedat à Filio, non autē habere à Filio vt procedat à Patre: conceditur totum cum Sancto Auguſtino; ſed per ea non ſignificatur Spiritum Sanctum habere aliquid ab vno, & non habere ab altero; ſed alterum ab altero aliquid habere, ſcilicèt Filium à Patre ſpirationis operationem habere, quam non habeat Pater à Filio. Itaque cū S. Thom. D ait quòd proceſsio Spiritus Sācti nō eſt à Filio ſecūdum omnē ſui habitudinem, non debet explicari de habitudine ex parte ipſius Spiritus Sācti; ſed quatenùs relatio Sp. Sācti ad Patrē, & Filiū terminatur, vt ipſe S. Doctor ſtatim inſinuat: neq; etiā de habitudine formali, quæ eſt ſimplex non ſolū in Spiritu Sancto, ſed alia etiā oppoſita in Patre & Filio habitudo, ſiue relatio ſimplex eſt: ſed explanādus eſt in ſēſu materiali (vt aiunt, ſcilicèt de perſonis, quę in habitudine ſpiratoris cōueniunt; in ijs enim eſt ordo; & quatenùs Sp. Sāctus reſpicit Filium, per eundem,

13. *S. Thom.* Aſſertio, proceſsionē Sp. Sancti non eſſe à Filio ſecūdum omnem ſui habitudinē

Argumentum in forma.

Reſponſio.

S. Thom. Aſſertio explicatur de habitudine in ſenſu materiali, & quatenus terminatur ad plures ſpirātes

Digitized by Google

eundem, Patrẽ quoque reſpicit. Et hæc erunt lib. 3. diffuſiùs tractanda.

Reſponſio.

14. Ad 1. argum.

AD primum reſpõdetur quòd medium ſecundum ſubſtantiam, aut eſſentiam, ſeparat extrema ſecundum eſſẽtiam: neque enim poſſunt eſſe idem in eſſentia, ea inter quorum eſſentias eſt aliquid medium, vt obſeruat S. Thom. loco recitato art. 5. Sed ſuppoſitũ quod ſubſiſtit in eadem eſſentia, ſolo ordine procedendi poteſt eſſe mediũ, quod nõ obſtat coniunctioni eſſentiali Patris cũ Spiritu Sancto. Sed neque obſtat aliàs vt Pater quoque & Spiritus Sanctus ſint ſuppoſita immediata, quatenùs per operationẽ Patris Spiritus Sãctus procedit.

S. Thom. Medium ordine procedendi non obſtat cõiunctioni in eſſẽtia, & etiã in ſuppoſito ſub ratione ſpirantis.

15. Ad 2. Arg.

Ad ſecundum reſpondetur negando conſequentiam; nam Spiritus Sanctus eſt à Patre immediatè, & mediatè ſecũdum ordinem ſuppoſitorum, non tamen ſub eadem ratione: nam quatenùs procedit à Filio procedente, eſt mediatè à Patre non ſpirante, ſed generante Filiũ: quatenùs verò eſt à Patre ſpirante, eſt immediatè ab illo. Quòd ſi arguas, Spiritus Sanctus non eſt à Patre niſi ſpiratus, ergo duntaxàt eſt immediatè ab illo. Reſpondetur negando conſequentiam, nam Spiritus Sanctus eſt à Patre ſpiratus per Filium; & hac ratione eſt à Patre generante nõ ſe, ſed Filium: quare liquet mediatè etiam à Patre Spiritũ Sanctum procedere.

Sp. Sanctus eſt mediatè à Patre non ſpirante, ſed generante Filium.

Replica.

Reſponſio.

16 Ad 3. argum. *Idem.* Explicat 1. axioma Ariſtot. de cauſis diuerſis ſubſtãtiâ.

Ad tertium reſpondetur cum S. Th. 1. p. q. 36. ad 2. & in ſentent. d. 12. art. 2. ad 2. quòd theorema illud Ariſtotelis intelligitur in cauſis quarum eſt ſubſtantia diuerſa; nam vbi forma eſt eadẽ non poteſt eſſe magis, & minùs. Iterùm dicitur, idem explicãdum eſſe de cauſis totius ſpeciei; verbi gratia, calor ignis eſt virtus efficiendi omne calidũ; eſt ergo maior omni alio calore extra ignem: aliàs calidum non ſuperatur à calido à quo efficitur; neque nepotes ab auis magis procedunt quàm à parentibus, qui ab eorum auis proceſſerant, quam ſolutionem argumenti S. Thom. ex Auic. depromſit. Ad confirmationem reſpondetur certum eſſe illud axioma ex libro de cauſis, quòd cauſa prima magis influat; ſed intelligitur quidèm de cauſa, ſcilicèt quæ ſecundũ ſubſtantiam differt ab effectu: & ita quoq; cauſa prima, & ſecunda differunt etiam ſecundum ſubſtã-

Secundò ex Auicenna, de cauſis totius ſpeciei.

Ad cõfirm. Aliud axioma, explicatur vt præcedens.

A tiã, quia cauſa ſecunda eſt quaſi effectus primæ. In diuinis autem non eſt cauſa, ſed principium, quod eſt ſecundũ ſubſtantiam idem cum eo quod eſt à principio: quare non conſequitur, vt principium primum magis influat. Prætereà iam docuimus Patrem quidem eſſe primum principium negatiuè, quia non eſt ab alio; ſed non eſſe primum numerando, quaſi Filius ſit principium ſecundũ, ſed ſunt vnum, & idem principium ſpirationis; argumentũ autem depromitur à cauſa prima, quæ eſt diſtincta à ſecunda, ita vt ſint cauſæ duæ, quarum prima magis influit, quã ſecunda. Denique intelligitur de cauſa prima totius ſpeciei, vt modò dicebamus.

Pater eſt principium primũ negatiuè, non verò numerãdo.

17. Ad 4. argum. *Scoti* Reſponſio. Refellitur.

B Ad quartum reſpõdet Ioannes Scotus Patrem non priùs ſpirare, quàm Filium. Hoc tamen falſum eſſe conuicimus. Et quidèm fruſtra ſe vexat Scotus in re hac; nam & in naturalibus ſol priùs naturâ generat hominem, quàm homo hominem: homo enim generat motus à ſole; & tamen non hoc fit vt homo genitus in illa prioritate naturæ, iterùm gignatur; quia generatio eſt vna, & eadem actio hominis & ſolis, licèt priùs naturâ à ſole, quàm ab homine oriatur. Dicendum igitur eſt iſtam prioritatem naturæ C indicare ordinem inter cauſas, nõ inter actiones, aut inter effectus. Itaque hæc enũciatio, Homo priùs naturâ gignitur à ſole quã ab homine, nõ indicat quòd ſit ordo prioritatis inter generationẽ & generationem, aut inter genitũ & genitũ, quod eſt impoſsibile; ſed ſignificat ordinẽ inter cauſã, & cauſam. Et cũ arguis ab actiua ad paſsiuã, Sol priùs generat hominem, ergo homo priùs generatur à ſole; explicandum eſt eadẽ prioritate pertinente ad cauſam: actiua enim & paſsiua vox idem ſignificat, modo intelligẽdi diuerſo: ergo prioritas in vtroq; enũ- D ciato vocis actiuæ, & paſsiuæ eadem prioritas eſt, ſcilicèt inter cauſas, nõ inter actiones, aut effectus. Prætereà in rebus diuinis planior eſt argumenti confutatio, tum quia non eſt prioritas naturæ, ſed ſolus ordo ſuppoſitorum ex parte principij, vt diximus: tum quia ſpiratio paſsiua eſt res diſtincta ab ſpiratione actiua. Quare licèt in ſpiratione actiua reperiatur ordo ſuppoſitorum; in ſpiratione tamen paſsiua, quæ eſt vnius ſuppoſiti, nullus eſt

Generatio hominis priùs natura à ſole, quã ab homine oritur.

Vera reſpõſio. Hic ordo prioritatis eſt inter cauſas, nõ inter actiones, aut inter effectus.

Replica.

Soluitur.

In diuinis eſt planior reſpõſio.

Spiratio paſsiua eſt res diſtincta ab actiua, & eſt vnius ſuppoſiti nõ duorum.

Digitized by Google

ordo: quare non priùs intelligitur Spiritus Sanctus ſpiratus à Patre, quàm ſpirat' à Filio; ſed ex parte ſpirationis paſſiuæ ſimùl ab vtroque procedit, & non priùs, aut poſteriùs, etiam noſtro more intelligendi. Concedendum igitur eſt quòd Pater priùs ſpirat prioritate rationis, & quòd Spiritus Sanctus priùs ſpiratur à Patre; ita tamen vt prioritas intelligatur ex parte principij inter ſuppoſita, & nullo modo ex parte procedẽtis, vt declaratum eſt.

Pater priùs ſpirat prioritate rationis.

18. Ad 5. argum.

Ad quintũ negatur antecedens, quòd Spiritus Sanctus minùs principalitèr procedat à Filio more philoſophico loquendi; principium enim primum, ſiue principale à minùs principali principio differt ſecũdum ſubſtantiam, ſiue eſſentiam, vt diximʼ. At verò S. Auguſt. dixit Spiritum Sanctum procedere à Patre principaliùs; quia Pater dat Filio hoc ipſum, vt Spiritus Sanctus procedat ab illo: & ita principium principale ſignificat quandam dignitatẽ in Patre, de qua lib. 3. diſputabimus. Et ipſe S. Auguſtin. ita ſe explicat cap. 7. recitato in argumẽto. Durãd. in 1. d. 12. q. 2. explicat quòd ſit principale, hoc eſt, à ſe ipſo non ab alio. At verò S. Hieron. ait Spiritũ Sãctum procedere à Patre propriè, non vt Dialectici vſurpant, ſcilicèt in proprietate ſermonis; quaſi à Filio impropria, & inuſitata loquutione procedat, quod eſt cõtra fidẽ; neq; etiam à Patre propriè, quaſi hoc ſit ſoliʼ Patris: ſed quia propriũ hoc eſt Patris in alia ſignificatione, ſcilicèt ab alio non acceptũ: Filius autem à Patre accipit vt Spiritus Sanctus ab ipſo procedat: nec verò S. Hieron. dixit Spiritum Sanctũ nõ procedere à Filio propriè, ſed dixit procedere illũ propriè à Patre; ſed tamen videtur indicaſſe Patrẽ hoc habere à ſe ipſo propriũ, id eſt, non acceptũ. Quo ſenſu Spiritus Sanctus nõ procedit propriè à Filio; quia Filius nõ habet hoc à ſe, ſed à Patre vt ab eo Sp. Sanctus procedat. Sẽtentia verò S. Auguſtin. qua arguebatur Spiritum Sanctum aliquid habere à Patre, quod à Filio non habeat, hoc nempè quòd procedat à Filio, fusè in aduertendis explicatur.

S. Auguſt. Dicens Sp. Sãctum procedere à Patre principalitèr, explicatur vt ſupra cap. 37. n. 12.
Idem.
Durand.
S. Hieron. explicatur dicens Sp. Sanctum procedere à Patre propriè, id eſt, Patrem hoc habere à ſe ipſo propriũ, ſeu nõ acceptum.

19. Ad vltimum. Filius operatur per virtutẽ Patris, id eſt, acceptam à Patre.

Ad vltimum reſpondetur concedendo antecedens, quòd Filius operatur per virtutem Patris; ſed negatur conſequentia, quòd operetur per Patrem: A nam præpoſitio, per, indicat cauſam mediam, vt diximus. Ita Filius operatur per virtutem Patris, ſcilicèt acceptam à Patre; & illa præpoſitio, per, indicat mediam eſſe inter Filium, & operationem, ipſam virtutem operandi, quã à Patre accipit. Cũ verò colligitur, Ergo operatur per Patrem: ſignificatur Patrem eſſe medium inter Filium, & operationem Filij, quod eſt falſum; & ſolùm accidit in cauſis ſecundis, quæ pendent à B primis, vt expoſuimus. Quòd ſi obijcias bonam eſſe conſequẽtiam; Ego operor per virtutem Dei, ergo per Deũ. Reſpondetur conſequentiam eſſe bonã in materia, ſed non formalem: Cum enim cauſa creata dicitur operari per virtutem Dei, intelligitur per virtutem diſtinctam à virtute diuina, pendentemq; ab ea; ex quo conſequitur vt virtus diuina ſit media inter virtutem creatam, & operationem; Vnde illud eſt conſequens, quòd cauſa creata operetur per Deum: Cum verò dicitur; Filius operatur per virtutem Patris, C intelligitur per eandem virtutem quæ eſt in Patre, & Filio. Et ita Pater nullo modo eſt medius inter Filium, & operationem.

Non operatur per Patrem.

Replica.

Reſponſio. Cauſa creata operatur per virtutem Dei, id eſt, à Deo pendentem, & conſequẽtèr per Deum.

CAPVT XLI.

Spiritus Sanctus procedit à Patre, & Filio, vt à duobus.

1. Quæſtio inter Græcos & Latinos.

DE hac etiam quæſtione actum eſt inter Græcos & Latinos; quia Græci ideo quoque proceſsionem à Filio negabant, non modò quòd crederent duo principia poni à Latinis; ſed quòd ipſũ binarium à ratione principij ſpirantis excluderent. Ideoque apud Hugonem D Etherianũ lib. 1. cap. 10. ad finem, probant Spiritum Sanctum non procedere à Filio; quia Spiritus Sanctus eſt vnitas; vnitas autem à dualitate non eſt; ergo Spiritus Sanctus non procedit à Patre & Filio, etiam vt duæ perſonæ ſunt.

Græcorum argum. apud *Hug. Ether.*

2. *Idem* Reſpondet.

Hugo Etherian. negat Spiritum Sanctum eſſe ſimplicitèr vnitatẽ, quatenùs perſona eſt: nam vnitatem refert ad eſſentiam diuinam, quæ eſt ſumma vnitas; vnitates autem perſonarum, ſicut & binarium, & ternarium, ait nõ ſimplicitèr dici aut vnitates, aut binarium; ſed ſolũ dici cum adiectione vnitates perſonarum.

Digitized by Google

Reijcitur. rum. Nihilominùs concedendum eſt eſſe ſimplicitèr vnitates, ſicut & eſſe ſimplicitèr numerum, nō entium, ſed rerū, vt libro 1. docuimus: & omninò concedendum eſt à dualitate vnitatem dimanare, ſcilicèt, à duabus perſonis, quatenùs duæ ſunt, vnam procedere.

In Deo à dualitate vnitas dimanat.

3. 1. Aduert. Vt igitur huic difficultati faciamus ſatis, aduertendum eſt in duplici ſenſu quæſtionē hanc poſſe tractari, quòd ſcilicèt Spiritus Sanctus procedat à Patre & Filio, vt à duobus. Primò, vt ſimplicitèr ſignificetur numerus perſonarum à quibus procedit, & hoc ſecundum fidem Catholicam aſſerendū eſt; ſimùl enim vtrumque verè & catholicè confitemur, Spiritum Sanctum procedere à principio vno, & à perſonis duabus.

1. ſenſus quæſtionis, fidei aſſertio.

4. 2. Aduert. *S. Thom.* Qua in re obſeruandum eſt cum S. Thom. in ſentent. lib. 1. d. 11. q. 1. art. 4. in hoc aſſerto reduplicatiuam dictionem modò indicare operationis principium, modò ipſos operantes: cum enim vna ratio principij, ſcilicèt vna virtus, & vna operatio ſit in duobus operātibus, cum dicimus Spiritum Sanctum procedere à Patre & Filio, vt vnū ſunt; dictio reduplicans indicat vnitatem principij: Cū vero dicimus quòd procedit ab iiſdem, vt plures ſunt; dictio eadem reduplicans ſignificat dualitatem, ſiue binarium operantium. Quare abſque ratione ambigitur, Vtrùm iſtorū abſolutè, propriéque dicatur? vtrumq; enim abſolutè, propriéque, ac ſimplicitèr dicitur. In altero enim aſſerto dicitur Spiritum Sanctum procedere à Patre & Filio, vt ſunt vnum in genere neutro, non vt ſunt vnus: in altero verò eum procedere ab iiſdem, vt duo ſunt, ſcilicèt genere maſculino vnus & vnus: ergo ſenſus diuerſus eſt; nam in priori aſſerto agitur de vnitate principij nomine ſubſtantiuo; in poſteriori de numero perſonarum nomine adiectiuo. Et vtrumque pronunciatum (vtpotè cum alterum alteri nequaquam repugnet) cum omni proprietate loquutionis verū eſt, ac ſimplicitèr cōcedēdū, quod facit S. Thom. 1. p. q. 36. art. 4. ad 1. Et in 1. d. 11. q. 1. art. 2. & 4.

Sp. Sāctus procedit à Patre & Filio, vt ſūt vnū neutralitèr, & ab iiſdē, vt ſunt duo maſculinè.

S. Thom.

6. Ad argument. Græcorum. 1. Reſponſio. Ad argumentum verò Græcorū reſpondemus, quòd ſicut nō imminuit vnitatē Patris, quòd ab eo procedant duæ perſonæ; ita nō deterit vnitatē Spiritus Sācti, quòd à duabus perſonis vnus procedat. Rurſ⁹ perfectio vnitatis perſonalis in Deo penes vnitatē eſſentiæ pēſanda eſt, vt lib. 1. docuimus; cū ergo Spiritus Sāctus procedat à duabus perſonis, quæ ſunt vna eſſentia diuina, procedit à principio maximè vno. Adhùc reſpōdetur in proceſsione non attendi perſonā operātē vt perſona procedēs ab illa accipiat proprietatē, aut vnitatē; perſona enim operans, & eius vnitas eſt incommunicabilis: ſed ſpectatur operantis virtus, & virtutis vnitas quæ cōmunicabilia ſunt: cū ergo virtus ſpirandi ſit vna eſſentia in Patre, & Filio, eadéq; cū ſua vnitate cōmunicetur; Spiritus Sanctus nihil minùs vnus eſt, quàm ſi ab vna perſona procederet. Quod verò attinet ad relationē, etiam in Patre & Filio relatio qua Spiritum Sanctū reſpiciunt, vna eademque eſt, & origo vna, vt diximus.

Secunda.

Tertia.

Non vnitas ꝑſonæ ſed virtutis, eſt communicabilis.

6. Et quoniā quę ſunt diuina neceſſaria ſunt, hanc quoq; quæſtionem Doctores agitant, ſcilicèt, Vtrùm dualitas perſonarū ſit per ſe neceſſaria ad ſpirandum? Sed in verbis iſtis aliqua delitet ęquiuocatio, quaſi vna perſona non poſsit ſpirare, poſſint autem duæ; & ſit defectus potentiæ in vna & altera perſona, & in duabus ſimul potētia non deficiat: quod rectè Ioannes Scotus refellit. Alij aiunt dualitatē perſonarū ad ſpirandū requiri, vt conditionē ſine qua non: Sed conditio etiam ſine qua non, indicat aut potentiæ impedimentū, aut defectū. Dicēdum igitur eſt dualitatem perſonarum eſſe per ſe neceſſariam ad ſpirandū, ex intrinſeca ratione ſpirationis actiuæ, quę reſpicit per ſe neceſſariò perſonas duas. Et ita hęc neceſsitas nō reuocatur ad principium formale, quod eſt potentia ſiue eſſentia, vt Scotus obiicit; ſed ad perſonas ſpirātes, quia per ſe neceſſariò eſt à duobus, ex ipſius originis natura, quā dicim⁹ ſpirationē, vt explicatū eſt.

Quæſtio quoad punctū controuerſum. Æquiuocatio detegitur.

Refellitur à *Scoto*.

Quorūdā opinio. Refutatur vt ad finē huius cap.

Reſolutio.

Obiectio *Scoti*.

Occurritur.

7. 2 Senſus quæſtionis qui eſt punctum controuerſum. Alter ſēſus quæſtionis eſt, de quo Doctores ſcholaſtici diſcordant, Vtrùm procedat Spiritus Sāctus à Patre, & Filio, vt à duobus, ita vt dualitas perſonarum per ſe pertineat ad principium iſtius proceſsionis, ſicut per ſe ad illā neceſſaria eſt vnitas principij? Et quoniam in rebus diuinis nihil eſt per accidens, ſed omnia per ſe inſunt, & confitendum eſt Sp. Sāctū procedere non per acidēs ſed per ſe à Patre, & Filio, non hoc eſt, quod in quæſtionem vocamus; ſed illud difficil-

Vtrùm ad ipſã rationẽ formalẽ proceſsionis Sp. Sãcti neceſſariũ ſit vt à perſonis duab' deriuetur.

difficilius, Vtrùm ad ipſam rationem formalem proceſsionis Spiritus Sancti neceſſarium ſit vt à perſonis duabus deriuetur?

8.

Alia quæſtio præuia.

Ergo vt iſta quæſtio, quæ arguta eſt, declaretur magis, præmittamus breuitèr diſputationẽ aliam: Vtrùm creatio rerum ita ſit à tribus perſonis diuinis, vt Trinitas perſonarum pertineat ad rationem formalem creationis ex parte principij? Conſtitutum enim eſt, & fide Catholica firmatum, operationem Deitatis qua res creatæ conſtant, eſſe communem Trinitati, & per ſe operari ſimul tres perſonas diuinas: & tamen ad rationem formalem creationis (vt opinamur) non pertinet vt operetur Trinitas, ſed Deitas. Nam ſi (quod eſt impoſsibile) nõ eſſet Trinitas, adhùc Deitas operaretur, quod docet S. Thom. in 1. d. 11. quęſt. 1. art. 2. & clariùs art. 4. ad 2. & d. 29. art. vltimo, ad 2. & 1. p. q. 36. art. 4. ad 1. Similitèr igitur videri poteſt, quòd etſi proceſsio Spiritus Sancti per ſe à Patre, & Filio deducatur, hoc tamen non proueniret ex intima ratione proceſsionis; quia ſi, quod eſt impoſsibile, non eſſet Filius, adhùc Pater ſolus produceret Spiritum Sanctum.

Aſſertio. Trinitas non per ſe pertinet ad rationẽ formalem creationis ex parte principij, ſed Deitas.

Probatur ex *S. Thom.*

Colligitur difficultas quęſtionis in 2. ſenſu.

9.

Sentẽtia Scoti quoad hoc aſſimilans ſpirationẽ creationi

Ioan. Scot. in 1. d. 12. q. 1. affirmat dualitatem perſonarum non pertinere hoc modo ad proceſsionem Spiritus Sancti quæ eſt ſpiratio, ſicut neque Trinitas perſonarum ad creationem: Cum eo conſentit Dionyſ. Carthuſ. d. 10. q. 2. art. 4. ad 2. Et hoc probare poſſumus, tum ex parte potentiæ; quia potentia in vna perſona eſt abundè ſufficiens ad ſpirandum; tum ex parte operationis, quia nihil videtur deſiderari in vna perſona habente potentiam quominùs ſpiret, niſi impediatur: Quòd autẽ remoueamus aliam perſonam, nõ eſt impedimentum; ſed eſſet potiùs defectus potẽtiæ in perſona quæ manet, ſi non operaretur, quaſi indigeret iuuamine alterius: Pater autem & Filius non iuuant ſe operando, cum vterque habeat totam virtutẽ ſpirandi.

Carthuſ.

Probatur 1.

Secundò.

10.

Aduert.

Ergo vt huic theſi faciamus ſatis, diſputabimus tùm ex parte potentiæ, tùm ex parte operationis. Et quidèm de ipſa potentia aduertendum eſt, potentiam quamcunq; non accipere ab hypoſthaſi in qua eſt vim vllam operãdi; imò ipſa potentia nihil aliud eſt, niſi operãdi

A vis & facultas. Quare hoc ſolùm habet ab hypoſthaſi vt quia potentia, per ſe nõ operatur, hypoſthaſis operetur per potentiam: quòd ſi potentia per ſe ſubſiſteret, nihil iam indigeret hypoſthaſi ad operandum: vt ſi calor ſubſiſteret per ſe ſine ſubſtantia & hypoſthaſi; ipſe calor operaretur. Ex quibus illud iam colligimus quòd Trinitas perſonarum non ſit neceſſaria ad rationem formalem creationis, quia virtus creatrix, quæ eſt diuina eſſẽtia, per ſe ſubſiſtit, & nihil expectat ab hypoſthaſibus, vt lib. 4. docebimus, quominùs per ſe ipſam operetur.

Potentia ſubſiſtẽs nihil indiget hypoſthaſi ad operandũ.

1. Cõſectariũ. Ratio aſſertionis de creatione.

B Colligitur ſecundò quòd virtus ſpirandi non idcircò pertinet per ſe ad perſonas duas, quia habet à duabus vim aliquam operandi, quam nõ habeat ab vna ſola perſona: imò neque ab vna, neque à duabus ſimul habet vllã omninò vim operandi, vt antea docuimus. Et quoad hoc peraccidẽs eſt quòd ſit in vna, vel in duabus. Tertiò adhùc colligimus quòd virtus ſpirandi, quia non ſpirat neque operatur per ſe, ſed eſt duntaxàt virtus ſpirantis (eſt enim potentia hæc ipſa eſſentia quæ non ſpirat, ſed eſt ſpirationis formale principium) ex intima ratione formali poſtulat eas perſonas, quæ ſunt ad ſpirandum neceſſariæ. Et hoc obſer-

2. Conſect. Reijcitur ratio quædam neceſsitatis duarũ perſonarum ad virtutẽ ſpirandi.

3. Conſect. Vera ratio.

C uat S. Thom. locis cõmemoratis enarrans diſcrimen inter operationem creandi & ſpirãdi, quòd illa eſt operatio naturę, hęc verò eſt operatio perſonæ: quare in ratione formali creationis nõ clauditur Trinitas perſonarũ; in cõceptu verò ſpirationis clauditur binarius Patris & Filij, vt ſtatim dicemus. Quare & potẽtia ſpirãdi, quæ non ſpirat, ſed eſt ſpirãtis virtus, in ſuo cõceptu claudit perſonas neceſſarias ad ſpirationem; quia eſt operatio nõ naturę, ſed perſonæ.

S. Thom.

Naturę eſt creare: Perſonæ ſpirare.

11.

D Sed explicandum eſt quomodò ſpirandi potẽtia claudat in ratione formali perſonas duas: videtur enim cõſequi, quòd pro partibus Ioannis Scoti obijcitur, vt non ſit potentia vnius, & alterius perſonę ſingulatìm, ſed dũtaxàt ſit potentia duarũ perſonarum ſimùl; quod eſt falſum: nam Pater ſingulatìm habet perfectam potentiam ſpirandi, & ſimilitèr Filius. Ad hoc explicandum recolenda ſunt, quę diximus de communitate potentiæ ſpirandi, additis duabus relationibus proprijs Patris & Filij: eſt enim hæc potentia cõmunis vtrique per hoc

1. Concluſio. Spirandi potẽtia claudit in ſua ratione formali perſonas duas.

Obiectio pro *Scoto.*

Reſponſio ex dictis ſupra.

Digitized by Google

hoc quod vtrique eſt propria addita pro prietate perſonali; quare etſi ponamus in vna, & altera perſona ſingulatìm potentiam ſpirandi, non tamen ponimus in vna perſona proprietatem alterius. Claudit duas non confuſè, ſed ſingulatim & diſtributè. Hęc igitur potentia claudit in ſua ratione formali perſonas duas, non confundendo perſonas, ſed ſingulatìm; quia eſt ſingulatìm non ſolùm vnius, ſed etiam alterius: quare non ſequitur vt in Patre neceſſaria ſit dualitas perſonarũ ad ſpirandum, ſed conſequitur vt non ſolus Pater ſpiret, quod eſt veriſsimum. Et explicatur hoc magis; Explicatur. nam iſta potẽtia ſpirandi eſt alicuius hypoſtaſis, cum per ſe non operetur; & hoc ipſo quòd eſt potẽtia Patris, eſt per ſe potentia Filij cum ſint illis omnia communia. Quare non minùs clauditur in ratione formali iſtius potentiæ Filius, quàm Pater; at verò in ratione formali potentiæ creatricis non clauditur Pater, aut Filius, aut Spiritus Sanctus; & idcircò Trinitas non pertinet ad rationem formalẽ creatricis potentiæ.

12\. 2. concluſio. Similitèr ſpiratricis potentiæ actus, qui eſt mutua dilectio. Fundamentũ validum.

Procedamus deindè ad operationem iſtius potentiæ actiuam, quæ eſt duplex, vt poſteà docebimus; ſcilicèt dilectio qua ſe diligunt Pater, & Filius, & ipſa ſpiratio actiua. Eſt enim argumentum Theologorum cõmune, & validiſsimũ; Spiritus Sanctus procedit ex dilectione mutua, qua Pater, & Filius ſe diligunt, vt Patres teſtantur, quos loco ſuo commemorabimus; dilectio autem mutua eſt inter perſonas duas: ergo ipſa operatio potẽtiæ ſpirandi, quæ eſt mutua dilectio, indicat perſonas duas. Reſpõſio quorundam pro Scoto. Reſpondent quidam pro Scoto, Patres loquutos de dilectione mutua, non actuali, ſed virtuali; hoc eſt, non de actu diligendi, ſed de potentia, quæ eſt volũtas; & illam dici mutuam, quia ab illa oritur mutua dilectio. Refellitur. 1. Hæc tamen interpretatio valdè futilis eſt, tum quia dilectio non dicitur potentia, ſed actus diligendi: Secundò. Voluntas ante actum non eſt mutua. tum quia dum dicitur mutua, indicatur ipſe actus; nam volũtas ante actum non eſt mutua: Tertiò. tum denique quia ſi eſſe mutuam voluntatẽ non pertinet ad ſpirationem, fruſtrà inculcant Patres prodire Spiritum Sanctũ de mutua voluntate, ſiue illa ſit potẽtia, ſiue actus potentiæ. Quartò. Quòd ſi mutua voluntas pertinet ad ſpirationem, etiam fatendum eſt perſonas duas inter quas mutua intercedit dilectio, ipſa ſpiratio- A ne comprehendi. Sed etſi Patres perperàm interpretentur, argumentis tamen, quæ commentario non fulciuntur, ſed ratione, ſuo loco confirmabimus, Perſona diuina procedit non ſolùm de potentia, ſed de operatione eſſentiali. perſonam diuinam procedere non ſolùm de potentia, ſed de operatione eſſentiali, ſcilicèt Filium de intellectione, Spiritũ Sanctum de dilectione mutua Patris, & Filij. Scotus perperàm explicat Patrum dictum. Haud ſcitè etiam Ioannes Scotus explicat Patrum proloquium, quòd Spiritus Sanctus ſit nexus Patris, & Filij d. 11. q. 1. ad 1. exiſtimans idcircò dici nexum, quia producitur à duobus: quo etiã pacto ait creaturas poſſe dici nexum, in quo tres perſonę creando nectuntur. Spir. Sanctus cur dicatur nexus Patris, & Filij. B At verò Patres, vt ſuo loco videbimus, non ideò nexum vocant Spiritum Sanctum, quia producitur à duobus: ſed quia ex mutua dilectione duorum procedit; & quia duæ perſonæ diligunt ſe Spiritu Sãcto. Duæ veritates negatæ à *Scoto*. Quæ veriſsima pronunciata Scotus negat.

13\. 3. concluſio. Similitèr alter eiuſdẽ potentiæ actus, qui eſt ſpiratio actiua, ex propria ratione eſt duarum perſonarum.

De ſpiratione verò actiua dicendum eſt, quòd etſi demus Scoto perſonam nõ procedere de dilectione mutua Patris, & Filij, ſed de ſola potentia voluntatis; adhùc ſpiratio actiua eſt duarum perſonarum ex propria ratione ſpirationis. 1. fundament. C Potentia enim ſpirandi eſt voluntas, & eſt ſecundum principium, vtpotè ſecundæ originis, vt ipſe Scotus cõcedit; quarè ſicut intellectio ex propria ratione antecedit voluntatem: ita & productio verbi antecedit productionem amoris. Productione Verbi ex propria ratione productio amoris eſt poſterior. Spiratio igitur actiua, quæ eſt ipſa amoris productio, conſequitur generationẽ Verbi: quare conſequens eſt, vt ipſa ex propria ratione formali ducatur à Verbo. Eſt enim operatio ex propria ratione formali deriuata non à natura operante, quia natura non ſpirat, ſed à per- D ſona. Eadem autem operatio ex propria ratione conſequitur perſonas duas, quæ prima origine conſtant; ergo ex propria ratione eſt à perſonis duabus. Confirm. Et confirmatur, quia hæc operatio eſt per ſe à perſona aliqua primę originis ex intima ratione formali, cum ſit origo ſecunda; Spiratio eſt origo ſecũda. & non eſt magis ab vna perſona quàm ab alia, vt fides docet; ergo eſt per ſe à duabus ex propria ratione formali: Exemplum. Itaque ſicut generatio viuentis ex propria ratione eſt à viuente coniuncto; ita ſpiratio actiua ex propria ratione eſt à Patre, & Filio; ſingulatìm tamen & diſtributè, ita vt ſit à Patre, & ſit à Filio, & ſit ſimùl à duo-

Digitized by Google

Syllogiſmus côditionalis. Si non eſt prima origo, non eſt ſecunda.

à duobus, vt explicatum eſt. Itaque faciamus ſyllogiſmum conditionalem: Si non eſt prima origo, non eſt ſecunda; ſi duæ perſonæ non antecedunt non eſt prima origo, quæ ſcilicèt conſtat duabus perſonis genitore, & genito; ergo ſi duæ perſonæ non antecedunt, non eſt origo ſecunda; ſed origo ſecunda eſt per ſe à perſonis primæ originis, ergo eſt per ſe à duabus perſonis.

14. Reſponſio.

Quòd ſi reſpondeas ſecundam originem eſſe quidem per ſe à perſona primæ originis, ſed non ab vna, vel à duabus; quia vnitas vel dualitas per accidens eſt ad operationem. Occurrendum eſt huic reſponſioni; neque enim nos dicimus dualitatem pertinere per ſe ad ſpirationem, quatenùs dualitas eſt; potiùs enim vnitas pertinet ad operationem, quàm dualitas: ſed aimus res ipſas duas, ſcilicèt Patrem, & Filium per ſe conuenire cũ ratione formali ſpirationis; eò quòd ſpiratio conuenit per ſe cum perſona primæ originis, & non potiùs cum vna quàm cum alia; ergo per ſe cũ vtraque. Itaque ex hoc quòd hæc operatio eſt perſonalis, & eſt origo ſecũda, eſt à duabus perſonis primæ originis ex ſua propria ratione formali.

Refellitur. Non dualitas vt ſic, ſed res duæ pertinent per ſe ad ſpirationem.

15. Aduertendũ.

Quo in loco perſpicaciùs aduertendum eſt quæſtionem iſtam non verſari in ſolo ſenſu conditionali, Si eſſet ſolus Pater, ſpiraretnè ille ſolus? vel ſi Filius non ſpiraret, ſpiraretnè Pater? de quibus capite ſequenti dicemus: ſed quæritur in ſenſu abſoluto; Vtrùm dualitas perſonarum per ſe conueniat ad rationẽ formalem ſpirationis? Nam quæſtio in ſenſu abſoluto, eſt de rebus ipſis vt ſunt: dicimus igitur quòd ſpiratio actiua, quæ modò eſt res diuina, includit in ſui ratione formali, vt ſit à perſonis duabus. Quòd ſi impoſſibilia cogitando fingamus; erit forſan ſpiratio actiua alterius rationis meditanda, de qua diuerſa quoque dicenda erunt.

Præſens quæſtio procedit in ſenſu abſoluto, de rebus ipſis vt ſunt.

16. 2. fundamentum euidens de ſpiratione.

Confirmatur igitur noſtra ſententia argumento ducto ab ſpiratione paſſiua; nam ſpiratio paſſiua eſt res diſtincta à generatione Filij: quòd ſi ipſa ſpiratio non eſſet à Filio deriuata, non diſtingueretur ab illo, vt diſputabimus poſteà; ergo propria ratio ſpirationis paſſiuę, non conſtat, niſi ſit ſimul à Patre, & Filio. Quod argumentum euidens eſt; & eodẽ oſtenditur ſpirationem actiuam eſſe à

A duobus; nam actiua & paſſiua ſpiratio ſunt ab eodem petenda: ſicut ergo ſpiratio paſſiua ex ratione formali propria eſt à perſonis duabus, aliàs non diſtingueretur re ipſa à generatione; ita & ſpiratio actiua, quæ reſpondet paſſiuæ, à duobus eſt.

17. Quorundam reſponſio.

Ad finem iſtius capitis aduertendum eſt, quòd nonnulli aiunt in ſpiratione actiua dualitatem perſonarum eſſe conditionem agentis, ſine qua non conſtat actio. Quod videtur innuere S. Thom. d. 11. art. 2. vbi explicat Theologum pronunciatum, quòd Spiritus Sanctus procedit à Patre, & Filio, vt duo ſunt, dicens notam reduplicantem indicare conditionem agentis; ergo illa dualitas eſt cõditio agendi. Sed hæc opinio minimè placet, tum quia conditio aliquo modo reuocatur ad genus cauſæ; & idcircò refutauimus eorum ſententiã, qui opinantur relationem additam potẽtiæ notionali eſſe conditionem operãdi: tum etiã quia ſi dualitas eſt conditio, aliquo modo Pater, & Filius ſe ſe iuuant ſpirando, quod non eſt dicendum. Igitur S. Thom. non loquitur ibi de conditione, quæ ſit in re ipſa vt cauſa, ſed de modo ipſo loquendi; quia ſpiratio non intelligitur, niſi à duobus, & ſi duo non ſint non eſt ſpiratio. Eſt ergo dualitas conditio poſita in ipſo enunciato; at verò in re ipſa dualitas eſt neceſſaria; non quia dualitas eſt, ſed quia Pater & Filius, in quibus eſt dualitas, conueniunt per ſe ad rationem formalem ſpirationis actiuæ, quæ eſt neceſſariò ab illis.

Probant ex *S. Thom.*

Reijcitur. Dualitas perſonarum non eſt cõditio ſine qua non. Probatur. 1.

Secundò.

S. Thomas loquitur de dualitate vt de cõditione poſita ſolùm in modo intelligendi, & enunciãdi.

Confirmatio.

18.

QVòd Spiritus Sanctus procedat à duobus ex propria ratione formali ſuæ proceſsionis, comprobatur ex eo quòd eſt communis amor Patris, & Filij; vnde & Spiritus idem nuncupatur communicatio 2. Corinth. 13. interprete S. Thoma cum alijs, & à S. Auguſt. 19. de Ciuit. Dei cap. 24. dicitur eſſe Patri, & Filio communis; quod idem ait 6. de Trinit. cap. 5. Familiare etiam eſt Patribus vt Spiritum Sanctum dicant nexum Patris, & Filij, & amborum charitatẽ. Quod confirmat Concilium Tolet. 11. in confeſsione fidei; ergo Spiritus Sanctus, qui eſt Patris, & Filij communicatio, & amborum nexus, & charitas, ex propria ratione

Spir. Sanctus dicitur cõmunicatio. *2. Cor. 13.* *S. Thom.* *S. Auguſt.* Dicitur nexus & charitas. *Conc. Tolet.*

Digitized by Google

Eſt ſententia Richard.

tione formali ab ambobus procedit. Et ea eſt expreſſa ſententia Richard. lib. 3. de Trinit. cap. 16. aſſerentis potentiam generãdi in Patre intelligi perfectè, ſpirandi verò potentiam non niſi in Patre & Filio; quia amore mutuo Pater, & Filius ſpirant: quod idem docet elegantèr lib. 6. cap. 10. *Communio*, inquit, *maieſtatis fuit, vt ſic dicam, cauſa vnius originis, ſcilicèt Filij: communio amoris fuit cauſa originis alterius, ſcilicèt Spiritus Sancti.* Et lib. 15. cap. 14. ait non poſſe duas Deitatis perſonas ab vna ſola procedere, ſed vnam eſſe, nempè Filium, quę ab vna ſola procedit: ergo Spiritus Sanctus non poteſt ab vna ſola perſona procedere. Eadem eſt mens Doctoris Sancti

S. Thom.

1. p. q. 37. art. 1. ad 3. *Ex hoc ipſo* (inquit) *quòd Pater & Filius mutuo ſe amant, oportet quòd mutuus Amor, qui eſt Spiritus Sanctus, ab vtroque procedat:* Idem docet 1. p. q. 36. art. 4. ad 1. & lib. 1. Sentent. d. 11. art. 2. & 4. vbi ponit diſcrimẽ inter ſpirationem, & creationẽ hoc cap. explanatum, quòd creatio ſit operatio naturæ, ſpiratio verò perſonæ. In eadem perſiſtit ſententia d. 29. art. 4. & de Potẽtia q. 10. art. 5. ad 15. Suffragantur Doctores quique præcipui Alexand. Alenſ. q. 43. ar. 4. memb. vltimo, Durand. in 1. d. 29. q. 2. ad 1. Richar. d. 11. q. 1. Heruę' d. eadem, Thomas Argent. q. 2. Henric. Gandau. in ſumma art. 54. q. 6. ad 8. & alij Recentiores cum Thomiſtis, & Thoma Caiet. q. 35. art. 4. ad 1. p.

Ponit diſcrimen ſuprà aſſignatum inter ſpirationẽ, & creationẽ.

Alex. Alen. Durand. Richard. Heruaus. Argent. Gandau. Caiet.

CAPVT XLII.

Argumenta refelluntur.

1. *Pro aduerſarijs aſsimilãtib' creationi ſpirationẽ actiuã auctoritas S. Auguſt.*

QVòd duæ perſonæ non ſint per ſe neceſſariæ ad ſpirationem actiuã, probatur auctoritate S. Auguſtin. 5. de Trinitat. cap. 14. *Fatendum* (inquit) *eſt Patrem, & Filium vnum principiũ eſſe Spiritus Sancti, non duo principia: ſed ſicut Pater, & Filius vnus Deus, & ad creaturã relatiuè vnus creator, & vnus Dominus; ſic relatiuè ad Spiritum Sanctum, vnum principium.* Ergo eo modo ſe habent tres perſonæ relatę ad creaturam, ſicut duæ perſonæ ad Spiritum Sãctum: ſed Trinitas non pertinet ad rationem formalem creationis; ergo neq; ad ſpirationem dualitas perſonarum. Et probatur argumentis non ſpernendis.

2. 1. argum.

Primò, Potentia ſpirandi ita eſt perfecta in ſolo Patre, ſicut in ſolo Filio, & ſicut in vtroque ſimul; aliàs non eſſet ſingulatìm in vno & altero, ſed ſimùl in duobus quaſi ſe iuuantibus; neque eſſet per ſe ſingulatìm in alterutro: cum ergo ſit in Patre ſingulatìm perfecta potentia ſpirandi; etſi Filius non ſpiraret, poſſet Pater ſpirare, vtpotè habens perfectam ſpirandi potentiam, cui nihil deeſt.

3. 2. argum.

Secundò, Pater non ſit potentior genito Filio, quia nihil habet à Filio; ergo tota eius potentia eſt à ſe ipſo; ergo etiã Filio non ſpirante ſpiraret Pater. Probatur conſequentia, quia Filio non ſpirante nihil deeſſet in Patre; aliàs aliquid habet à Filio. Et confirmatur, quia Pater priùs habet potentiam ordine rationis, quàm illam communicet Filio; ergo etſi non communicaret illam Filio, adhùc haberet potentiam ſpirandi: imò & ipſam ſpirationem adhùc haberet; quia priùs illam habet, quàm communicet. Confirm.

4. 3. argum.

Tertiò, Quòd potentia creandi communicetur Filio, & Spiritui Sancto, per accidens eſt ad rationem creationis, etſi hæc potentia per ſe communicetur: ergo etſi potentia ſpirandi per ſe communicetur Filio, hoc eſt, per accidens ad ſpirationem.

5. 4. argum.

Quartò, Potentia ſpirandi eſt voluntas perfecta præſenti obiecto diligibili, & fœcunda; ſed hoc totum eſt perfectum in vna perſona; ergo non eſt neceſſe vt ſit in duabus: aliàs erit perfectior potentia in duabus perſonis, quã in vna, quod eſt impoſsibile, vt lib. 3. dicemus.

6. 5. argum.

Quintò, Dilectio mutua diuinarũ perſonarum nihil addit dilectioni, qua eſsẽtiam diligunt, niſi relationem rationis; ergo etſi Spiritus Sanctus procederet à dilectione non mutua, idem ipſe qui nũc eſt procederet; nam relatio rationis ex parte principij non variat terminũ proceſsionis.

7. 6. argum.

Sextò, Si Spiritus Sanctus procederet à ſolo Patre etſi non diſtingueretur à Filio, vt S. Thom. vult, adhùc tamen eſſet Spiritus Sanctus, vt ipſe Doctor Sanctus permittit; ergo quòd procedat ab vno non variat rationem formalem proceſsionis: adhùc enim procederet per modum amoris; ergo non pertinet ad rationem formalẽ iſtius proceſsionis, vt procedat à duobus.

8. Vltimũ arg.

Vltimò, Actio non ſumit ſpeciem ab hypo-

hypoſtaſi, ſed à virtute actiua; ergo quòd ſpiratio actiua ſit ab vna perſona, vel à duabus, non immutat rationem formalem ſpirationis, ſed eſt hoc per accidens ad ſpirationem.

Aduertenda.

9. 1. aduert. ANtequàm reſpondeamus argumẽtis, examinandum eſt, quonam diſcrimine à Ioanne Scoto diſtemus: imperitia enim eſt verbis diſceptare eos, qui mente cõſentiunt. At verò ſunt qui pro partibus Scoti fateantur potentiam ſpirandi nõ eſſe proximam operationi, niſi in duabus perſonis, eo argumento, quo præcipuo vſi ſumus; quia ordine proceſſionum potentia generandi priùs intelligitur educta in actum, quàm potentia ſpirandi; generatione autẽ conſtant duæ perſonæ. Si ergo ſimul confitentur (quod res ipſa cogit) hunc ordinem per ſe pertinere ad rationem formalem iſtarũ proceſsionum; nihil ſupereſt quo diſsideamus; eſt enim conſequens vt dualitas perſonarum pertineat per ſe ad rationẽ formalem principij ſpirantis: quod S. Thom. docet; neque enim vſquam loci aſſeruit Doctor Sanctus dualitatem eſſe conditionem, aut perfectionem potentiæ ſpiratiuæ quaſi adiuuantem, vt cap. antecedente declaratum eſt. Scotus verò videtur exiſtimaſſe dualitatẽ eſſe per accidens in ratione principij ſpirantis, ſicut Trinitas eſt per accidens in creatione. Quod & eius argumenta indicant; & anxia reſponſio ad illud, quòd Spiritus Sanctus procedat ex dilectione mutua, quo fit vt dualitas in mutua dilectione pertineat ad principium ſpirandi per ſe, quod Scotus negat. Quòd ſi ille concordat, libentèr cum Scoto conſentimus.

Scoti ſectatores quidam conſentientes S. Thomæ ob fundamentum tertiæ cõcluſionis ſup. Rada cõtrouerſ. 16.

Scotus ipſe videtur diſſentire.

Oſtenditur. 1.

Secundò.

10. 2. aduert. Deindè aduertendum eſt, cum Theologi aiunt dualitatem perſonarum eſſe neceſſariam ad ſpirandum, poſſe hoc intelligi dupliciter; vel quòd perſonæ duæ ſint neceſſariæ eò quòd in duabus perſonis ſit vis aliqua ſpirandi, quæ non eſt in vna; ſicut duo homines ſunt neceſſarij ad portandum lapidem: & hoc ſenſu omnino eſt falſum, quòd dualitas ſit neceſſaria, quia non eſt maior vis ſpirãdi; neque vlla conditio quaſi requiſita, in duabus perſonis, quæ non ſit in vna; aliàs vna perſona ſingulatìm non ſpiraret, quod probè nobis obijciunt. Alius ſenſus eſt iſtius propoſitionis, quòd dualitas perſonarum ſit neceſſaria, eò quòd ipſa vis ſpirandi per ſe ſit in duabus perſonis. Et hoc etiam Scotiſtæ non negant: ſed nos adijcimus cum S. Thom. hoc ipſum cõtineri in ratione formali ſpirantis principij, & ita per ſe conuenire dualitatem ſpirationi, cũ Trinitas per accidens cõueniat creationi ſecundum rationẽ formalem creationis, vt explicauimus.

In duabus perſonis non eſt vlla vis ſpirãdi, aut conditio, quæ non ſit in vna.

In duabus, vis ſpirãdi eſt per ſe. *Scotiſta.*

Quid addant *Thomiſta.*

11. Cõſectarium. Ex quibus illud conſequitur vt non ponamus potentiam ſpirantem in vna perſona ſola; nam, quia in æternis potẽtia neceſſariò eſt cõiuncta cum ſuo actu, oportet cõfiteri vnam perſonam ſolam ſpirare, ſi in vna ſola ſit potentia ſpirandi. Quidam enim Doctores potentiam ponentes, negant actum, non ex defectu potentiæ, ſed quia (inquiunt) deeſt ibi conditio operãdi, ſcilicèt vt duo ſpirẽt; planè ſentientes dualitatem eſſe conditionem quaſi cauſalem ſpirandi; ita vt duo ſpirent, vnus non ſpiret; ſicut duo portant lapidem, vnus nõ portat. Quod falſum eſſe oſtendimus, & hoc ipſum refellimus; quia omnis conditio agenti neceſſaria, indicat imperfectionem agentis, & reuocatur ad cauſam; perſonarum autem dualitas nihil addit virtuti ſpirãdi, neque illa eſt imperfecta in qua deſit conditio operandi: neque opinio iſthæc aut ratione connititur, aut auctoritate dicentium; ſed vanè aſſeritur ad effugiẽdum argumentum.

Nõ ponũt potentiam ſpirãtem in vna ſola perſona. Ratio.

Quidam ponentes potentiam, nõ actũ, ex defectu cõditionis.

Improbantur vt ad finẽ cap. 41. n. 17.

12. 3. aduert. Poſthæc obſeruandum eſt, vt cap. antecedente notauimus, quòd hactenùs diſputauimus de proceſsione Spiritus Sancti ea ipſa quæ eſt, ſcilicèt à duabus perſonis emanans. Quòd ſi de impoſsibili poſitione ſit ſermo, verbi gratia, ſi ſolus Pater ſpiraret, ſi ſolus haberet ſpirandi potentiam: dicendum eſt ſpirationem non futuram fuiſſe eandem; & non pertinere ad eam ſpirationem dualitatẽ perſonarum, quia eſſet alterius rationis. Et hæc quidèm ſequũtur data hypotheſi quòd ſolus Pater habeat potentiam ſpirandi, aut ſolus ſpiret. Sed aliàs non data hac hypotheſi, ſemper eſt retinenda ſentẽtia, nullam futuram fuiſſe ſpirationem etiam alterius rationis, niſi à duabus perſonis; verbi gratia, ſi Pater non communicaret potentiam Filio, non eſt conſequens quòd ſolus ſpiraret, ſed eſt conſequens quòd non haberet potentiã ſpiran-

Si ſolus Pater ſpiraret, ſpiratio eſſet alterius rationis.

Si Pater non cõmunicaret ſpirationẽ Filio, aut ſi Filius non ſpiraret Pater non ſpiraret.

Digitized by Google

Simile ex Patribus.

ſpirandi; nam ſi haberet, communicaret illam: hoc enim argumentum eſt Patribus frequens, quòd ſi Filius non eſſet Deus, nec Pater eſſet Deus. Eſt quippè argumentū hoc à negatione conſequentis; nam ſi Pater Deus eſt, Deum generat; quòd ſi genitus non eſt Deus, neque generans Deus eſt. Similitèr, ſi Filius nō ſpirat, Pater non ſpirat; ſi Filius non habet potētiam ſpirandi, Pater non habet potentiam ſpirandi: quia ſi Pater ſpirat, & Filius ſpirat: & iterùm ex negatione conſequentis; Si Filius non ſpirat, neque Pater ſpirat. Et hoc maximè pertinet ad rationem formalem ſpirationis vt ſit à duobus, propter naturalem ordinem ſecundæ originis, vt diximus.

Reſponſio.

13.
Ad auctoritatē *S. Auguſt.*

Eadem eſt vnitas principij in creatione, & ſpiratione.

AD primam obiectionem à S. Auguſtin. deprompt am reſpondemus S. Auguſtinum minimè fuiſſe de quæſtione iſta loquutum; ſed de vnitate principij, quæ eadē ſeruatur in principio creationis, & ſpirationis: nos verò diſputamus, Vtrùm cum iſta vnitate principij, neceſſariò conſentiat dualitas perſonarum.

14.
Ad 1. argum. Perfecta potētia ſpirandi eſt in ſolo Patre, hoc eſt, ſingulatim.

Ad argumentum primum reſpondetur, concedendo antecedens, quòd eſt perfecta potentia in ſolo Patre, hoc eſt, in Patre ſingulatìm, ſicut & in Filio, & in duobus ſimul. Sed negatur conſequentia, quòd etſi Filius non ſpiraret, Pater ſpiraret: ſi enim Filius non ſpiraret, non haberet potentiam ſpirandi; & ita Pater eam non haberet, vt in notationibus admonuimus.

15.
Ad 2. arg.

Ad ſecundum reſpondetur concedēdo id primum, quod eſt conſequens, ſcilicèt Patrem habere potentiam ſpirandi à ſe totam & integram, cui nihil deſit. Sed negatur conſequētia altera, ſcilicèt quòd Filio non ſpirante Pater ſpiraret: imò non ſpiraret, non quidèm deficiente auxilio à Filio accepto, quod eſt falſū, & impoſsibile; ſed maximè deficiente potentia ſpirandi; quia ſi ea non eſſet in Filio, non eſſet in Patre: non quia dualitas perſonarum perficiat potentiam; ſed quia potentia eſt per ſe duarum perſonarum, vt explicauimus. Ad confirmationem reſpondetur concedendo antecedēs, quòd ordine rationis Pater priùs habet potentiam ſpirandi; ſed negatur

Si potētia ſpirandi non eſſet in Filio, nō eſſet in Patre.

Ad confirm.

A conſequentia, quòd etſi eam non communicaret Filio, adhùc haberet; nam ſi non communicaret, non haberet, cum neceſſariò illam communicet. Quòd ſi mediteris Patrem habentem potentiam ſpirandi in illa prioritate, & ponas impoſsibile quòd habens illam non communicet: concedo quòd ſpiraret; actus enim eſt conſequens ad potētiam in rebus diuinis, & non eſt ibi impedimentū, neque deeſt conditio ad operandum neceſſaria, vt diximus: ſed illa ſpiratio impoſsibilis, quam fingis, eſſet alterius rationis.

Si ponatur Pater ſpirans ſolus, ſeu non cōmunicans ſpirare ſpiratione alterius rationis.

B Ad tertium concedo quòd Trinitas perſonarum eſt per accidens ad creationem, & potentiam creatricem, etſi potētia creatrix inter perſonas tres communicetur; ſed negatur conſequentia quòd dualitas perſonarum ſit per accidens ad ſpirationem & ſpirandi potentiam; quia vt cap. præcedente docuimus, creatio eſt opus naturæ non indicans Trinitatē ex propria ratione formali; ſpiratio verò eſt operatio perſonæ, quæ ex ordine ſibi inſito indicat perſonas duas, quibus eſt communis, eò quòd eſt ſecunda operatio perſonalis. Et ita per ſe hoc C conuenit, vt prima proceſsio ſit ab vna perſona, & ſecunda à duabus.

16.
Ad 3 arg.

Diſcrimen inter creationē, & ſpirationē traditum cap. 41.

Ad quartum reſpondetur concedendo antecedens, quòd perfectiſsima potētia eſt in vna & altera perſona, & quòd non eſt perfectior in duabus: ſed negatur conſequentia, quòd dualitas non ſit neceſſaria. Simile argumentum obijcit ſibi S. Thom. 1. p. q. 35. art. 2. & eſt ordine ſextum; Si enim eſt virtus ſufficiens in Patre, ſuperfluè operatur Filius. Reſpōdetur non ſuperfluè, ſed neceſſariò Filiū operari; quia eadem eſt virtus Filij: non quia Filius iuuat Patrem, ſed quia virtus D Patris eſt etiam Filij; quia ergo ſpiratio eſt ſecunda origo ex propria ratione eſt à duabus perſonis, quibus eſt virtus vna. Quòd ſi obijcias, etiam creatio eſt operatio cōſequens originem diuinam: origo enim intra Deum antecedit creationem: ergo ex propria ratione eſt à tribus perſonis antecedentibus. Negatur conſequentia; quia creatio eſt operatio naturæ non includens in ſuo conceptu perſonas diuinas; ſpiratio verò eſt operatio perſonalis, vt ſæpiùs repetimus, & eſt ex propria definitione ſua à duabus perſonis.

17.
Ad 4 arg.

Simile argumētum apud *S. Thom.*

Reſponſ.

Obiectio.

Solutio ex illo diſcrimine tradito c. 41.

Ad

18. Ad 5 arg. Dilectio mutua perſonarũ dilectioni eſſẽtiæ ſolum addit relationem rationis.

Ad quintum reſpondetur concedendo antecedẽs, quòd dilectio mutua perſonarum nihil addit dilectioni, qua eſſentia diligitur, niſi relationem rationis. Sed negatur conſequentia, quòd ſi Spiritus Sanctus non procederet à dilectione mutua, procederet idem: nam ſi perſonæ diuinæ non diligerẽt ſe ſe mutuò; neque dilectio eſſentiæ eſſet eadem, & infinita; neque ex dilectione ea procederet idem amor. Aliud enim eſt quòd dilectionem diuinam diſtinguamus nos cogitatione duntaxàt, vt eſt dilectio eſſentiæ, vel perſonarum, quæ ſunt relationes rationis additæ dilectioni diuinæ. Aliud verò lõgè diuerſum eſt, ſi dicamus per illam dilectionem nõ diligi perſonas; quia eſſet imperfecta dilectio, & non eadem. Et ita aſſeueramus quòd ſi Spiritus Sanctus nõ procederet ex dilectione mutua Patris, & Filij, non eſſet Spiritus Sanctus: eſſet tamen amor, ſi ex dilectione quauis procederet, ſed idem amor non eſſet.

Tamen dilectio eſſẽtiæ nõ eſſet eadẽ, ſed imperfecta, nec eſſet idem Spir. Sanctus, ſi à non mutua dilectione procederet. Declaratur.

19. Ad 6. arg. Si Sp. Sanctus procederet à ſolo Patre, adhuc eſſet amor ſpiratus, ſed nõ idem qui eſt, ſeu non eadem hypoſtaſis.

Ad ſextum reſpondetur concedendo antecedens, quòd ſi Spiritus Sãctus procederet à ſolo Patre, adhùc eſſet amor ſpiratus, ſed non eadem hypoſtaſis, vt cap. ſequenti dicemus. Sed negatur cõſequentia, quòd proceſſio Amoris diuini ex propria ratione non ſit à duobus. Nam etſi data hypotheſi, quòd procederet ab vna ſola perſona, eſſet adhùc amor ſpiratus: abſolutè tamen amor ſpiratus is qui re vera eſt Spiritus Sanctus, cum ſit ſecundæ originis; eſt à duobus. Amor verò ille ſpiratus non eſſet idem data impoſſibili poſitione, quòd procederet ab vno ſolo. Quod ſatis argumenti eſt, vt confirmemus amorem eum ſpiratum, qui eſt verus Spiritus Sanctus, ex propria ratione eſſe à duobus; ſiquidèm ab vno ſi eſſet, non eſſet idem.

20. Ad vltim. arg. Reſpond. 1.

Ad vltimum reſpondetur concedendo antecedens, quòd actio nõ ſumit ſpeciem ab hypoſtaſi, ſed à virtute actiua, vel termino formali: ſed ſi Spiritus Sanctus procederet ab vna ſola hypoſtaſi, non procederet à dilectione mutua, quæ eſt operatio potentiæ ſpiratricis, vt diximus, quæ operatio pertinet ad principium formale, & virtutem actiuam; & idcircò non eſſet eiuſdem rationis ſpiratio, vt modò eſt. Nam in diuinis rebus, cum nulla ſit differentia materialis, omnis varietas eſt in ſpecie, & ratione formali.

Mutua dilectio eſt operatio pertinens ad principium formale ſpirationis.

Reſpond. 2.

Secundò reſpondetur hoc eſſe ſpeciale in operatione notionali, quæ eſt propria diuinæ perſonæ, vt variata vnitate hypoſtaſis varietur operatio; omnis enim varietas in Deo eſt formalis; quia non eſt materialis.

Reſpond. 3.

Adhùc reſpondemus, quòd etſi amor procedens ab vno ſolo retineret rationem formalẽ amoris, eſſet tamen res eadem cum Verbo; quare nec formalitèr eſſet idem qui modò eſt; nam nunc eſt formalitèr diſtinctus Amor à Verbo, quia eſt res diſtincta non materialitèr, ſed formalitèr: data autem hypotheſi quòd à ſolo Patre procederet, vna & eadem res eſſet Verbum, & Amor: & hæc vna res, diſtincta formalitèr eſſet à Verbo vero, quod non eſt Amor ſpiratus; & ab ipſo vero Amore ſpirato, qui nõ eſt Verbum. Quare data hypotheſi res illa, quæ eſſet ſimul Verbum, & Amor diſtingueretur formalitèr à duabus rebus, quæ ſunt Verbum, & Amor. Et ita ſemper colligimus pertinere hoc ad rationẽ formalem veræ ſpirationis actiuæ, qua procedit tantùm Amor & non Verbum, vt à duobus ſit; aliàs non eſſet eadem ſpiratio; quia ſpiratio, & generatio eſſet res eadem.

Si amor à ſolo Patre procederet eſſet ſimul verbum, & amor; & diſtingueretur formalitèr à Verbo qđ nõ eſt amor, & ab amore, quod non eſt Verbum.

CAPVT XLIII.

Si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, non diſtingueretur ab eo.

1. Contra Græcos argumẽtũ *S. Thomæ*.

HÆc vltima controuerſia circa proceſſionem Spiritus Sancti à Filio, plurimùm refert ad Græcos conuincendos. Eo enim maximè argumento S. Thomas probat Spiritum Sanctum procedere à Filio; quia niſi procederet à Filio, non diſtingueretur ab eo. Cum ergo Græci confiterentur diſtingui, compellendi erant, vt eum procedere à Filio confiterentur. Eodem argumento vtitur Gennadius contra Græcos in expoſitione Concilij Florent. ſect. 9. *Si Spiritus Sanctus* (inquit) *non eſt ex Filio, ab eo nunquam perſonalitèr diſtinguitur.*

Gennad. in Cõc. Florẽtinum.

2. De vtilitate queſt. ſentẽtia *Gotfredi*.

Gotfredus quodlib. 2. q. 4. exiſtimat inutiles eſſe quæſtiones de poſitione impoſſibili, eò quòd indè impoſſibilia cõſequãtur; & quod modò ais, cogeris iterùm negare. Gregorius etiam Arimin. d. 10. q. 1. ar. 2. vtramque partem theſis veram eſſe propugnat, data hypotheſi impoſſibili. Cui conſentit Melchior Cano apud Dominicum Bañes, vir non vulgaris ingenij, & doctrinæ.

Gregor.

Cano apud Bañes.

Illud

3. 1. concluſio, Data illa hypotheſi impoſſibili, vtraque pars propoſitionis non eſt vera. Probatur. Altera pars eſt alteri contradictoria. Exemplum.

Illud ergo primùm exiſtimamus, opinionem iſtam Gregorij, & Melchioris Cano non eſſe veroſimilem, ſi rectè expendatur; nam abſque dubio, cum quis aſſerit, Si ſol lucet, dies eſt: alter contradicit dicendo, Non ſi ſol lucet, dies eſt; vel quod idem eſt apud Dialecticos, Etſi ſol luceat, dies non eſt: veritas enim conditionatæ enunciationis, vt aiunt Dialectici, in eo cernitur, vt bona conſequentia iudicetur, ſiue antecedens falſum ſit, ſiue etiam impoſsibile. Si ergo quis dicat bonam eſſe conſequentiam, alter verò non bonam, haud dubium quin ſibi contradicendo repugnent; omninò autem neceſſe eſt contradicentium alteram partem eſſe veram, alteram falſam. Cum ergo S. Thom. & Ioan. Scotus in conditionatis aſſertis ſibi contradicant, alterum falſum, alterum verum eſſe neceſſe eſt.

4. Aduert. Cum ex vna ſimplici enũciatione enthymema conficimus, argumẽtum in prædicato maioris continetur.

Obſeruandũ ergo eſt, cum ex vna ſimplici enunciatione enthymema conficimus, argumentum in prædicato antecedentis contineri; argumẽtum autem dicimus illum terminum in quo eſt vis, ac facultas conſequentiæ inferendæ; v. g. Quod currit conſequens eſt vt moueatur; ſi ergo de Petro prædicamus currere, neceſſe eſt aſſeramus moueri: ſi verò de eo qui currit prędicemus ſedere; conſequens eſt non moueri; quia eſt conſequens ad prædicatum, etſi impoſsibile ſit motũ non moueri. Igitur hæ ſunt veræ conditionatæ, Si ſedens currit, mouetur; Si currens ſedet, non mouetur; ſunt enim hæc conſequentia ad prædicatum. Cum verò colligimus conſequentia ad ſubiectũ, non eſt bona conſequẽtia ſimpliciter, ſed ex parte; & dicitur extranea, eò quòd argumẽtum in ſubiecto conſtituimus: prædicatum enim ſignificat id quod aſſerimus, quod ſcilicèt de alio prędicamus, & affirmamus; ſubiectum autẽ ſupponitur affirmationi. Et hoc pacto conſequentiæ bonæ ſunt, ſed non ſimplicitèr, ſed ex parte, vt ſi dicas, Si ſedens currit, nõ mouetur; eò quòd ſi ſedẽs currit ſedens eſt, vt verò ſedens eſt non mouetur: hoc enim eſt conſequens ad ſedere, quod eſt enunciationis ſubiectum. Quo pacto libentèr concedimus per extraneam conſequẽtiam, quòd ſi Spiritus Sanctus non procederet à Filio, ſed à ſolo Patre, diſtingueretur tamen ab eo: ſi enim loquamur de Spiritus Sancti per-

Conſequentia naturalis, ſeu per prædicatũ eſt bona ſimplicitèr.

Conſequentia extranea, ſeu per ſubiectum non eſt bona ſimplicitèr, ſed ex parte. Ratio.

Per hanc conſequentiam ſequitur, quòd ſi Sp. Sanctus non procederet à Filio, diſtingueretur ab eo.

A ſona diuina, quam ita vt verè eſt, neceſſe eſt eſſe; ad hoc ſubiectum conſequens eſt vt ſit perſona diſtincta à Filio: abſurdum autem eſt & prorſùs inutile, quæſtionem agitare de conſequentia extranea. Sed hoc cum vtilitate quæritur, Vtrùmnè ex hoc quòd Spiritus Sanctus non procedat à Filio, rectè conſequatur, cum à Filio non diſtingui, ita vt ſit conſequens ad prędicatum? Neque ab hac doctrina diſcordat Ioan. Scotus d. 11. q. 2.

Nõ de hac cõſequentia, ſed de naturali eſt quęſtio vtilis.

Scotus.

5. 1 obiectio pro 2. ſentẽtia proponens conditionatã continentem duas conſequentias cõiunctas, ſeu duo prędicata.

Objicitur tamen contra hæc, videtur quippè abſolutè, ac ſimplicitèr vera eſſe hæc enunciatio, Si Spiritus Sanctus eſſet perſona ſubſiſtens, & ſua proprietate cõſtituta, vt modò eſt, & non procederet à Filio, diſtingueretur ab eo, & non diſtingueretur ab eo; ergo ex impoſsibili ſequuntur contradicẽtes abſolutè, ac ſimplicitèr. Facilè tamen occurrimus reſpondẽdo, eſſe in eã cõditionata duas conſequẽtias cõiunctas, vtpotè duo prędicata diſtincta, in quibus argumenta duo ſunt. Et ideò ex altera parte antecedentis ſequitur altera cõtradicentiũ, & altera ex altera: ſed ex vna parte antecedentis in qua ſit prædicatum vnum, non poſsunt conſequi cõtradicentes abſolutè, ac ſimplicitèr; ſcilicèt ex parte prædicati in quo ponendum eſt argumentum.

Solutio: Ex duobus prædicatis poſſunt cõſequi cõtradicentes ſimplicitèr:

Ex vno minimè.

6. 2. obiectio ex *S. Auguſt.*

C Sed videtur S. Auguſt. perperàm diſputaſſe per conſequentiam extraneam ex parte ſubiecti lib. 5. de Trinit. cap. 4. vbi enodans illam quæſtionem, Vtrùm ſi Pater eſset genitus, generaret? ſequitur partem affirmantẽ, quòd generaret. At verò in rebus diuinis, ad illud prædicatum, quod eſt eſſe genitũ, ſequitur non eſſe generantem; licèt ad ſubiectũ, quod eſt Pater conſequatur, quòd ſit generãs: facit ergo conſequentiam extraneam, & inutilem ex parte ſubiecti; quod non eſt credendum. Ad hoc dicimus S. Auguſt. nõ loqui de rebus diuinis, ſed in genere, & ſic genito nõ repugnat generare. Præ-

1. ſolutio.

D tereà dicimus in ſenſu verborum feciſse S. Auguſt. conſequentiam ex parte prædicati hoc modo. Etſi Pater eſset genitus, hoc eſt, quãuis in eo qui eſt Pater inueniretur eſse genitus, generaret tamẽ; quia Patris eſt generare: & ita generare non conſequitur ad prædicatum, genitus; ſed ad prædicatum, Pater. Eſt enim antecedens coniunctum in ſenſu verborum ex duabus propoſitionibus, ſcilicèt ſi eſset Pater, & eſset genitus; nam dictio illa,

2. ſolutio.

Si Pater eſſet genitus, generaret, hoc eſt in ſenſu verborum, ſi eſſet ge

Digitized by Google

nitus, dummodò eſſet Pater, conſequēs eſt vt generaret.

illa, etſi, ponit duas conditiones; hoc eſt, quamuis ſit genitus, dummodò ſit Pater, conſequens eſt vt generet.

7.
2. concluſio. Non eſt inutile data hypotheſi impoſsibili diſputare de conſequentibus ad prædicatum.

Non ergo inutile iudicandum eſt data hypotheſi impoſsibili diſputare de conſequentibus; eo enim modo inueſtigamus penitus naturam prædicati per ea, quæ ad prædicatum conſequuntur, alijs etiā impoſsibilibus permiſsis, quæ ad rationem formalem prædicati non attinent. Hoc fecit S. Auguſt. loco prædicto: & lib. 5. cap. 5. aliam quæſtionem explicat de re impoſsibili, ſcilicèt quòd etſi Pater non generaret, eſſet genitus. Et Richard. libr. 3. de Trinitat. cap. 16. dicit, quòd etſi eſſet vna diuina perſona haberet plenitudinem ſapientiæ. Et alia ſunt apud Patres exempla: & apud S. Thom. quòd ſi Spiritus Sanctus non procederet à Filio, non diſtingueretur ab eo; quo maximè conuincitur Spiritū Sanctum procedere a Filio.

Idem. Richard. S. Thom.

8.
De ipſa quæſt. 1. ſententia affirmans *Scot.* 1. argum. Secundum. *Aureol. Richard. Henric.*

Sed vt veniamus ad quæſtionem tractandam, Ioannes Scotus defendit partem affirmantem, ſcilicèt quòd etſi Spiritus Sanctus non procederet à Filio, diſtingueretur ab eo; quia eſſet ſpiratus, Filius verò genitus; & eſſent perſonæ incommunicabiles, quæ neceſſariò ſunt res diſtinctæ. Eadem opinio placuit Aureolo, & Richardo, diſtinctione 11. & Henrico quodlibet. 5. quæſt. 9. veriſimilis videtur: quam poſteà ſequutus eſt Scotus.

9.
2. ſent. negans *Gregor.* Fundam. Si Spir Sāctus non eſſet à Filio, non eſſet à Patre: Vnde nullus eſſet.

Contra iſtos Doctores Gregor. Arimin. in 1. diſtinct. 11. quæſt. 2. affirmat, quòd ſi Spiritus Sanctus non procederet à Filio, non diſtingueretur ab eo; quia nullus eſſet Spiritus Sanctus. Et verè quidèm affirmat Gregorius; nam vt comprobauimus anteà, proceſsio Spiritus Sancti ex intima ratione eſt a duobus, ſcilicèt à Patre, & Filio: quòd ſi non eſt à Filio, non eſt à Patre; vt ibi docuimus; ergo ex hac negatione, quòd non ſit à Filio, colligitur abſolutè quòd non ſit. Sed tamen quæſtio proponitur in alio ſenſu; cum enim nulla extiterit cōtrouerſia de proceſsione Spiritus Sācti à Patre, hoc dato quòd à Patre procedat, inquiritur, Vtrùm Spiritus Sāctus procedēs à Patre diſtingueretur à Filio, etſi ab illo non procederet.

Quæſtio intelligitur de Sp. Sācto, dato qđ eſſet à ſolo Patre.

10.
Concluſio negat.

Partem autem negātem cum S. Thoma, & plurimis alijs Doctoribus, necnon & Patribus antiquis tuebimur, ſcil. Spir. Sanctum non poſſe diſtingui à Filio, niſi ab ipſo procedat. Eſt autem ratio Sancti Thomæ illuſtriſsima demonſtratio in hunc modum: Sola relatio diſtinguit perſonas diuinas, ſecundum fidem catholicam, vt libro quarto docebimus: diſtinguit autem relatio oppoſita; quòd ſi oppoſita non ſit, non diſtinguit: Paternitas enim & ſpiratio actiua ſunt duæ relationes; & tamen quia non ſunt oppoſitæ, non ſunt perſonæ duæ Pater, & ſpirator; quod etiam eſt catholicè confitendum; B ſola itaque relatio oppoſita diſtinguit perſonas diuinas: ſed ſi Spiritus Sanctus non procederet à Filio, non eſſet Filius ſpirator, neque Spiritus Sanctus eſſet relatiuè oppoſitus Filio; ergo non eſſet ab eo diſtinctus.

1. fundamētū *S. Thomæ* demonſtrans. Sola relatio oppoſita diſtinguit perſonas diuinas.

11.
Declaratur.

Explicatur clariùs argumentum; ſunt enim quatuor oppoſitorū genera, ſcilicèt cōtradictoriè, & priuatiuè oppoſita, quæ eſt oppoſitio inter ens, & non ens; quare iſta oppoſitio non diſtinguit perſonas diuinas. Item cōtrariè, & relatiuè oppoſita; contrariè autem oppoſita, aut quaſi cōtrariè, in Deo non ſunt diſtincta reali diſtinctione; v.g. intellectus, & C voluntas, miſericordia, & iuſtitia, quæ ſolēt dici oppoſita diſparatè. Ea ergo ſola oppoſita faciunt diſtinctionē realē in Deo, quæ ſunt oppoſita relatiuè. Et ratio doctrinæ ſtatim occurrit; ea enim quæ ſunt oppoſita contrariè, aut diſparatè, licèt ſint res diſtinctæ, tamen non continent in ſuo conceptu diſtinctionem, quia non ſunt ad aliud: quamobrem ad Deum reuocata poſſunt intelligi abſque reali diſtinctione, vt intellectio, & dilectio, de qua re lib. 1. diſputauimus. Relata autē ex propria ratione referuntur ad aliud, D ita vt non poſsint vel cogitando conſtare abſque reali diſtinctione eorum ad quæ referuntur; neceſſe eſt enim diſtingui gignentem à genito, & Patrem à Filio; neque alitèr hæc poſſunt intelligi, niſi diſtincta. Eadem ergo ratione, qua tot attributa ſuis rationibus formalibus longiſsimè diſtantia, ſunt tamen res vna; relationes quoque diuinæ, quæ non opponūtur relatiuè, ſed diſparatè, ſunt res vna; vnde Pater & ſpirator eſt perſona vna, vt fides docet. Cum ergo nulla alia ſit diſtinctio realis in Deo, niſi ea, quæ oritur à relatiua oppoſitione; illâ remotâ, nulla manet realis diſtinctio. Et ita Spiritus Sanctus non diſtinguitur à Filio,

Oppoſita diſparatè nō ſunt in Deo diſtincta realitèr.

Non continēt in ſuo conceptu realem diſtinctionē, cū non ſint ad aliud.

Sic relationes quæ ſunt oppoſitæ diſparatè, non relatiuè.

Caiet.

lio, niſi quatenùs ab illo procedit, & illi opponitur relatiuè. Vide Thomam Caiet. ad 1. p. q. 36. art. 2. argutè de re iſta philoſophantem, vbi docet propriũ modum diſtinguẽdi in relationibus eſſe relatiuum.

12. Reſpõſio vnica Scotiſtarũ.

Sectatores tamen Scoti vnam habent reſiſtendi rationem, eámq; vnam ingrediuntur; cum enim confitendum illis ſit relationẽ diſtinguere perſonas diuinas; & relationem non oppoſitam non ſatis eſſe, vt diſtinguat perſonas; cum in vna perſona Patris ſint relationes duæ non oppoſitæ, quod etiam Catholicis confitendum præcipitur: aiunt eas relationes quæ ſunt ex parte principij nõ oppoſitę, non diſtinguere perſonas, vt in exemplo liquet: ſed eas relationes non oppoſitas, quæ ſunt ex parte termini producti, quæ fundãtur in proceſſionibus paſsiuis, benè diſtinguere perſonas; quia ipſæ proceſsiones ſatis ſunt, vt diſtinguant perſonas; quia perſona genita nõ eſt perſona ſpirata. Itaque Filius diſtinguitur ab Spiritu Sãcto duplici cauſa diſtinctionis; tum quia eſt ſpirator, & ſpirator ab ſpirato oppoſitione relatiua diſtinguitur: tum etiam quia Filius eſt natus; at verò Spiritus Sanctus non natus, ſed ſpiratus; & ita diſtinguitur oppoſitione diſparata; qua diſtingueretur, etſi Filius non eſſet ſpirator, neque Spiritus Sanctus ab illo procederet ſpiratus.

13. Ratio reſponſionis.

Aiunt ergo, relationem illam etiã diſparatam, quæ fundatur in proceſsiõne paſsiua diſtincta, diſtinguere diuinas perſonas: cuius aſſerti rationem afferunt, quòd vnam perſonã agere duabus actionibus contingit; quare duplex origo eſt in vna perſona Patris, vnde perſonę duæ procedunt: ſed duabus proceſsionibus produci rem eandem non poteſt intelligi; conſequitur enim, vt res iam producta producatur. Quare natiuitas, & ſpiratio paſsiua, cũ ſint duæ proceſsiones, ſatis diſtinguunt diuinas perſonas; & relationes fundatæ in his proceſsionibus ſimiliter illas diſtinguunt, quatenùs fundantur in duabus proceſsionibus. Ita reſpondet Scotus in 1. d. 2. p. 2. q. 2. & d. 11. q. 2.

Scotus.

14. 1. refellitur reſponſio euidẽtèr.

Hanc tamen reſponſionem, quæ vna illis eſt, euidentiſsimè refellemus; non enim magis diſtinguitur à paſsione paſſio, quàm actio ab actione; ſi enim actiones quæpiam inter ſe collatæ diſtinguãtur cõtrariè, aut diſparatè, aut duntaxat formalitèr, aut ſint res diſtinctę ſimplicitèr; ijſdẽ modis paſsiones diſtinguũtur: ergo cum generatio, & ſpiratio actiua ſit res vna in Patre, nihil prohibet generationẽ, & ſpirationẽ paſsiuam eſſe rẽ vnã, niſi ſpiratio paſsiua à generatione paſsiua deriuaretur. Igitur ſi diſtinctio perſonarũ petatur à proceſsionibus, neceſſe eſt proceſsiones ex propria ratione formali eſſe res diſtinctas; ſed illæ nõ magis diſtinguũtur ex propria ratione, quã origines actiuæ, quæ non ſunt res diſtinctæ; ergo diſtinctio perſonarum non ſumitur primò à proceſsione diuerſa. Itaque ſi Spiritus Sanctus non procederet à Filio, natiuitas & ſpiratio paſsiua non eſſent res duæ, ſicut origines actiuæ nõ ſunt res duæ: nam proceſsiones paſsiuæ idcircò ſunt res dnę, quia vna eſt ab alia, qua oppoſitione ſublata non eſſent res duæ: quare nec perſonæ eſſent duæ.

Quibus modis actiones, ijſdem paſsiones diſtinguuntur, & idẽtificantur.

Proceſsiones paſsiuæ nõ eſſent res duæ, niſi vna eſſet ab alia, & ſic oppoſita alteri relatiuè.

15. 2. refellitur ratio reſponſionis.

Deindè per actiones duas poteſt produci res eadem, idẽ enim homo qui gignitur, poteſt creari; non ergo actio, ſiue paſsio diſtinguit perſonas diuinas. Siquidèm hoc iam habemus, quod poteſt abſolutè res quæpiam produci, vel vna actione, vel alia; ergo actio non diſtinguit rem productam. Quod autem aiunt eundem hominem ſimùl gigni, & creari non poſſe; verum eſt, & hoc eos aliâ viã in errorem inducit: Aduertendum enim eſt rem genitam non poſſe creari, aut rẽ creatam gigni; quia creari, & gigni important nouitatem rei, vt quæ non erat iam exiſtat; quòd ſi creata erat, iã exiſtebat; non poteſt ergo gigni, quaſi non adhùc exiſtens, aut genita creari: Præterea, etſi ſolo ordine naturæ vna actiõ creata antecedat aliam, illa antecedentia eſt realis, vt hoc libro dicemus; & ita eſt impoſſibile, quòd ordine naturæ vna antecedat aliam, ſicut quòd tẽpore antecedat. Denique iſtæ duæ actiones pugnant definitione; quia generatio eſt de materia, creatio verò de nihilo: quare vna res nõ poteſt ſimùl gigni, & creari. At verò in diuina proceſsione nulla eſt nouitas, ſed æternitas; quare poteſt eadem perſona intelligi vt genita, & vt ſpirata, abſque hoc quòd intelligatur de non exiſtente exiſtens: ſed neque eſt prioritas aliqua realis, vt hoc lib. dicemus: quarè non ſequitur quòd priùs perſona Filij ſit genita, quàm ſpirata: ſed ſolũ ſequitur quòd priùs

Per actionem generatiuam, & creatiua poteſt produci idem homo.

Ruaa contr. 14. art. 3.

Euaſio Scotiſtarum præcluditur.

1. ratio cur repugnet per illas duas actiones ſimul produci idem, eſt nouitas rei, quam vtraque importat.

Corroboratur

2. ratio eſt oppoſitio quoad definitiones.

Diuinis proceſſionibus nulla importatur exiſtẽdi nouitas, ſ. æternitas.

Nulla in illis eſt prioritas realis.

Digitized by Google

priùs intelligatur vt genita, quàm vt ſpirata. Et ſicut Pater priùs intelligitur gignens quàm ſpirans; ita ſi Pater ſolus ſpiraret, Filius intelligeretur priùs genitus, quàm ſpiratus; neque per hoc intelligeretur Filius iterùm & iterùm productus, ſed eius productio explicaretur duobus conceptibus, vt cap. ſequenti elucidabimus. Denique creatio, & generatio definitione neceſſariò repugnant, vt cæteræ res creatæ, quæ non ſunt perfectiones ſimpliciter; diuinę verò proceſsiones ſũt inter perfectiones ſimpliciter numerandæ, quę in Deo non diſtinguuntur re ipſa, niſi opponantur relatiuè, vt lib. 3. dicemus. Et ita nihil prohibit vnam perſonã ſimul gigni, & ſpirari, niſi perſona quæ ſpiratur, procedat à genito. Et idcircò perſona genita, quæ ſpirat neceſſariò diſtinguitur à perſona ſpirata: itaque ſicut genitor, & ſpirator eſt perſona eadem ſecũdum fidem catholicam, ita genitus, & ſpiratus eſſet perſona eadẽ, niſi genitus eſſet quoq; ſpirator, quo diſtinguitur ab ſpirato. Nulla ergo oppoſitio contraria, aut diſparata facit in Deo diſtinctionem realẽ, ſed ſola oppoſitio relatiua. Quod Patribus, & Concilijs eſſe conſentaneum oſtendemus.

Nulla oppoſitio quoad definitiones cum ſint perfectiones ſimpliciter.

16\.
2\. fundam. In hypotheſi quæſtiõis Verbum, & Amor eſſent vna res ſolis rationibus formalib' proprijs diſtincta, ſicut intellectio, & dilectio eſt vna res.
Reſponſio.
Vna res non oportet vt producatur duabus productionibus.
Confirm.

Deindè probatur eadẽ ſentẽtia nouo argumẽto à proceſsione deprõpto; Nõ enim magis repugnat quòd Verbum, & Amor ſit res vna, quàm quòd intellectio & dilectio ſit res vna; ſed in Deo eſt res vna intellectio, & dilectio: ergo Verbũ, & Amor eſſet res vna, niſi a Verbo procederet Amor. Nulla alia reſpõſio eſt aduerſarijs, niſi eã, quod etſi Amor nõ procederet à Verbo, tamen Verbũ & Amor producerentur duabus productionibus. Sed hoc idem conuincit argumentũ non eſſe neceſſe; cum enim Verbum, & Amor ex proprijs rationibus formalibus non magis diſtinguantur inter ſe, quàm dilectio, & intellectio, nulla eſt ratio vt procedant duabus proceſsionib' re ipſa diſtinctis, niſi Amor à Verbo procedat. Et cõfirmatur, nam proceſsionis terminus eſt Deitas, vt hoc lib. dicemus; principiũ verò ipſa Deitas cum intellectu, & volũtate ſimùl, quæ ſunt in Deo res eadẽ. At verò res producta eſt Verbum, & Amor, quæ rationibus formalibus nõ magis diſtinguũtur, quàm intellectus, & voluntas; ergo niſi Amor procedat à Verbo, à nulla parte poteſt peti realis diſtinctio inter

A Verbũ, & Amorẽ, aut inter proceſsionẽ vnius, & alterius: quod argumẽtũ maximè nititur auctoritate Cõcilij Florẽt. vt in confirmatione explicabimus; de eadẽ enim ſubſtãtia eadẽ perſona procederet, niſi inter pſonas procedẽtes eſſet origo.

Conc. Flor. infrà.

17\.
3\. fundam. In ea hypotheſi natura in Filio eſſet fœcũda per voluntatem: vnde cũ non ſpiraret, ſpiraretur.

Altero adhùc argumento idem probatur, nam diuina natura eſt fœcunda in perſonis ad omnem actum notionalem poſsibilem: cum ergo natura communicetur per volũtatem, ſi in Filio non eſſet fœcunda, ita vt Filius daret illam Spiritui Sancto, eſſet fœcunda in Filio, vt acciperet illã à Patre. Probatur conſequẽtia; nam Filio idcircò repugnat accipere naturam à Patre per operationem voluntatis, quia ipſe dat naturam per eã B operationẽ; ergo ſi non daret, acciperet. Arguitur clariùs, ſi Filius non ſpiraret, poſſet ſpirari, ergo re ipſa eſſet ſpiratus: conſequentia liquet, quia ea quę in ęternis poſſunt eſſe, perpetuò ſunt. Probatur antecedens; nam accipere naturam per intellectum, & voluntatem, ſiue per iſtarum potentiarum operationes, ſcilicèt per intellectionem, & dilectionem, non poteſt habere maius diſcrimen, quàm ſit inter ipſas potentias, & operationes, quod non eſt reale diſcrimẽ, ſed rationis diſtinctio; ergo eadem perſona poteſt de C vtraque potentia, & operatione emanare, niſi de vna perſona procedente procedat alia, tunc enim duas proceſsiones eſſe neceſſe eſt, vt conſtat. Dicent fortè non repugnare quidpiam, quin eadẽ perſona diuina accipiat de intellectu, & voluntate ſimùl, ſi procederet vna proceſſione; quod tamen negant aſſerẽdo duas neceſsariò intelligi proceſsiones. Sed hanc ipſam reſponſionem argumentum refellit; nã accipere eſt procedere; quòd ſi accipere de intellectu & voluntate ſimùl, non indicat realem diſtinctionem perſonarum procedentium; neque etiam D indicat diſtinctionem realem proceſsionis. Quod verò non indicet diſtinctionẽ realem procedentium, ex eo liquet; quia intellectus, & voluntas ſunt res eadem; ergo accipere de vna, & altera potentia non indicat vllam diſtinctionem realẽ. Sanè hoc vertitur cardinę tota quæſtio, quòd Scotiſtæ animo fingunt proceſsionem Verbi antecedentem, & poſt illam procedere Spiritum Sanctum, vt capite ſequenti elucidabimus: ſed falluntur maximè; nam ſi Spiritus Sanctus non procede-

Proponitur clariùs.

Reſponſio.

Refellitur. Tunc de intellectu, & de voluntate ſimul quæ ſunt vna res, eſſet vnius perſonæ Filij vna acceptio, ſeu proceſsio duobus nominibus explicãda, ſcil. generationis, & ſpirationis.

Cardo in quo tota quæſtio vertitur eſt, Vtrum in hypotheſi quæſtionis proceſsio Verbi antecedat proceſsionem Sp. Sãcti, vt Scotiſtæ affirmant.

Digitized by Google

cederet à Filio, nõ diſtingueretur ab eo; A cum quo conſequente coniunctũ eſt, vt nõ procederet proceſsione diſtincta, ſed eadem; quæ eſſet duobus nominibus explicanda, ſcilicèt generationis, & ſpirationis paſsiuæ. Denique hoc ipſum vehementiùs confirmatur; quia Scotiſtæ videntur diuidere diuinam ſubſtantiam, vt ſtatim auctoritate Concilij Florentini comprobabimus.

Confirmatur hoc fundamẽtum vehemẽ-mentiùs ex Cõcil. Florẽt. ſtatim citando.

Confirmatio.

18. *In diuinis nõ eſt realis diſtinctio, niſi inter quæ eſt proceſsio, & relatiua oppoſitio.*

Haud dubium eſt hanc eſſe Patrum ſententiam, quam eandem Concilia non obſcurè innuunt. Ita ſentit S. Gregor. Nyſſen. libr. ad Alabium, *Eam* (inquit) *quæ circa cauſam, & cauſatum eſt, differentiam non negamus; per quod ſolum diſcerni vnum ab altero deprehẽdimus.* Quibus verbis apertiſsimè affirmat hoc ſolum diſcrimen eſſe inter perſonas diuinas, vt altera ſit cauſa, altera cauſatum: cauſam enim dicunt Græci, quod Latini principium. Suffragatur S. Gregorius Nazianz. oratione 5. Theologa diſſerens de perſonis diuinis in hęc verba, *Mutua relationis differentia diuerſa illis nomina procreauit.* Non dixit perſonas diſtingui relationibus vtcunq;, ſed mutuis, hoc eſt, oppoſitis relationi- C bus. Idem docet *S.* Baſil. libr. 2. contra Eunom. Teſtatur idem S. Auguſt. libr. 7. de Trinit. cap. 6. & vltim. vbi docet perſonas diuinas per hoc diſtingui, quòd vna eſt ab alia. Et ea eſt frequens Patrũ doctrina: igitur ſi Spiritus Sanctus non procederet à Filio non diſtingueretur ab eo; hoc enim diſtinguitur (vt Patres aiũt) quia procedit. Confirmatur ſentẽtia iſthæc ex illo pronunciato S. Anſelmi lib. de proceſsione Spiritus Sãcti cap. 2. quod vſu Theologorum tritũ in axioma iam venit; *In diuinis omnia ſunt vnum, vbi nõ obuiat relationis oppoſitio.* Oppoſitio autẽ relationis quid eſt niſi relatiua D oppoſitio? non diſparata, vt vult Scotus. Et quidèm de ſententia S. Anſelmi, qui de re propoſita videtur eſſe dubius, dicemus cap. ſeq. Sed eius hæc verba omniũ ore Theologorum comprobata, oppoſitionem relatiuam dilucidè ſignificant. Idem indicant ferè verbis iiſdẽ S. Ioan. Damaſc. lib. 1. fidei Orthod. c. 11. Boetius de Trinit. Sophronius Patriarcha in 6. Synodo ſeſſ. 11. Ioãnes Theologus in Concil. Florent. ſeſſ. 19. & refertur idem pronunciatum in Concilio Lateran. 2.

S. Greg. Ny. — Nazianz. — S. Baſil. — S. Auguſt. — S. Anſelmi pronunciatũ. — De ipſius ſententia cap. 44. — S. Damaſc. — Boetius. — Sophron. — Ioan. apud Conc. Flor. — In Conc. Lat. idem pronunciatũ refertur.

quod recitatur cap. *Firmitèr*, de ſumma Trinit. Richard. etiam 2. de Trinit. c. 5. apertiſsimè docet differẽtiam proprietatum conſtare ſolo numero producentium; ergo niſi Filius produceret Spiritũ Sanctum, non diſtingueretur ab eo. Cum Patribus autẽ conſentiunt pleriq; Theologi S. Thom. 1. p. q. 36. ar. 4. & lib. 4. cõtra gent. cap. 24. & 25. & de Potentia q. 10. ar. 5. longa diſputatione. Alex. Alẽſ. 1. p. q. 43. memb. 4. concluſ. 2. Albert. Magn. d. 11. ar. 6. S. Bonauent. q. 1. art. 1. Durand. q. 2. Ægidius q. 1. ar. 3. Heruęus quodlib. 6. q. 7. Marſil. in 1. q. 15. ar. 3. ad 5. & Clem. Cardin. Aræ cœli de Symbolo, cap. 9.

Richard. — S. Thom. — Alenſ. — Alb. Magn. — S. Bonau. — Durand. — Ægid. — Heruæus. — Marſil. — Clem. Card.

19. Comprobatur etiam decretis Conciliorum, quę noſtris partibus nonnihil fauent. Nam in Concilio Tolet. 11. in cõfeſsione fidei fit mentio mutuæ relationis, hoc eſt, oppoſitę, his verbis, *Hoc ergo ſolo numerum inſinuat, quòd ad inuicem ſunt.* Neque poteſt explicari numerum eſſe in perſonis; eò quòd ſunt ad inuicẽ, id eſt, eò quòd ſũt relata, ſaltèm relationibus diſparatis. Nam numerus cõſideratur inter ſingulas perſonas; quæ ad inuicem non ſunt, niſi ſint oppoſitæ relatiuè: non enim quæcunque ſunt ad aliud, ſunt ad inuicem; nam relata omnia ad aliud ſunt, ad inuicem autem non ſunt, niſi relatiuè oppoſita. Cum ergo dicit Concilium in hoc ſolo eſſe numerum, quòd ad inuicem ſunt, regulam præſcribit, qua ponamus numerum. Igitur ſi Spiritus Sanctus nõ procederet à Filio, eſſetnè numerus inter illos? Adhibeatur regula Concilij; illi non eſſent ad inuicẽ, vt verba iſta apertiſsimè indicant, niſi velis eripere illis propriam ſignificationem; ergo non eſſet ibi numerus, ſed res vna. Concilium etiã Florent. ſeſſ. vltima noſtram indicat ſententiam his verbis contra Græcos diſputando, *Credentes Spiritum Sanctum nequaquam à Filio procedere, neceſſe eſt vt intelligant à ſolo Patre procedere, & conſequentèr non eſſe Filium. Nam qui proferunt Spiritũ Sanctum diſtingui à Filio, & cum hoc procedere à ſolo Patre, ſubſtantiã ab hypoſtaſi ſeparant, & partitionẽ imaginãtur diuinæ ſubſtantiæ.* Et quidèm ſi liceret ſuſpicari vitium eſſe in editione Cõcilij, crederem additam fuiſſe negationem per inconſiderantiam, vbi legitur, *& conſequentèr non eſſe Filium*, & legẽ-

Cõc. Tol. 11. — Explicatio Radæ controu. 15. — Refutatur. — Relata omnia ſunt ad aliud: ſed non ſunt ad inuicẽ, niſi relatiuè oppoſita. — Conc. Flor. — Arguitur ex verbis Concilij expungendo particulam, non, iuxta antecedentia, & conſequentia.

Digitized by Google

dum eſse, *conſequentèr eſſe Filium*: nam Filium non eſse, aut Spiritum Sanctum non eſse Filium, non eſt conſequens ad hoc, quòd non procedat à Filio. At verò Spiritum Sanctum eſse Filium eſt conſequens ad hoc, quòd procedat à ſolo Patre, non à Filio; quæ eſt ipſa ſententia S. Thom. Sed conſeruatis verbis Concilij, vt leguntur, intelligendum eſt, conſequi quidem ex errore Græcorum in Deitate non eſse Filium; quia ſi Filius eſset, ab illo procederet Spiritus Sanctus. Verba autem quæ ſequuntur, apertè indicant Græcos diuidere ſubſtantiam diuinam per hoc, quòd aiunt Spiritum Sanctum procedẽtem à Patre diſtingui à Filio; eſset enim in Patre duplex ſubſtantia, altera à qua Filius, altera à qua Spiritus Sanctus procederet; ſi Spiritus Sanctus non procederet à Filio, & adhùc eſset diſtinctus ab illo. Quod nos idem argumentum confecimus ſuperiùs; nam de eadem ſubſtantia eadem perſona procederet, niſi duas perſonas procedentes ipſa proceſsio vnius ab alia diſtingueret. Et ita Græci partiebantur diuinam ſubſtantiam, quod idem faciunt Scotiſtæ; quia de vna ſubſtantia vna perſona eſt, niſi à perſona procedẽte procedat alia; quòd ſi procedant duæ perſonę, ſubſtantia diuiſa eſt: diuidebant etiam ſubſtantiam ab hypoſtaſi; quia dum aſserebant Spiritum Sanctum procedere de ſubſtãtia Patris, quæ eſt eadem Filij, & non de Filio, ſubſtantiã Filij diuidebant ab eius hypoſtaſi, quod & Scotus facit. Nos verò dum aimus Spiritum Sanctũ non diſtingui à Filio, niſi procedat ab illo, dicimus Spiritum Sanctum, niſi procedat à Filio, eſſe Filium; & ita in ea poſitione impoſsibili non procedere illum de ſubſtãtia Filij, quia procederet à ſe ipſo; ſed procedere de ſubſtantia Patris. Quidam refragantur antiquæ lectioni Conciliorum, & recitant nouam editionem Colonienſem perpurgatam, vbi non leguntur illa verba. *Qui proferunt Spiritum Sanctũ diſtingui à Filio, & cum hoc procedere à ſolo Patre.* Sed nouæ editionis verba ſunt, *Qui proferunt Spiritum Sãctum ex ſola Patris perſona procedere.* Cæteris verbis preſsis. Sed certè hæc correctio nouæ editionis non debet fauere Scoto. Nã etſi liceat corrigere mẽdum, aut vitium, vbi in lectione occurrit, ex antecedentibus, & conſequentibus;

Arguitur 2. nihil mutando.

Non de eadẽ ſed de ſubſtantia diuiſa diſtinctæ perſonę procederẽt, niſi ipſa proceſsio vnius ab alia illas diſtingueret.

Cum Græcis Scotiſtæ diuidunt diuinam ſubſtãtiam in ſe ipſa.

Item diuidũt ſubſtantiã Filij ab eius hypoſtaſi.

Iuxta concluſionem Thomiſticã, in hypotheſi quæſtionis Spiritus Sanctus procedit de ſubſtãtia ſolius Patris, non verò de ſubſtantia Filii, aliàs procederet à ſe ipſo.

Noua editio Colonięſis ſine cauſa corrigens antiquã. Improbatur.

auferri tamen verba, quæ nihil habent falſi, aut errati, non debuiſſent, niſi datis alijs codicibus antiquioribus, ex quibus verba iſta oſtenderẽtur eſſe adiecta. Præterea etſi verba non extarent in lectione incorrupta priſcorum, extat tamen ipſa rei conſequentia, quę mutari non poteſt: nam ſi Græci dicerent Spiritum Sanctũ eſſe Filium, neque ſubſtantiam ab hypoſtaſi, neque ſubſtãtiam in ſe ipſa diuiderent. Hæc ergo diuiſio quã faciunt Græci, non oritur ex eo duntaxat, quia Spiritum Sanctum aiunt procedere à ſolo Patre: ſed ex eo quòd aſſerentes eum procedere à ſolo Patre, eundem diſtinguunt à Filio. Ergo eandem diuiſionem faciunt ſectatores Scoti affirmantes Spiritũ Sanctum, etſi procederet a ſolo Patre, adhùc eſſe diſtinctum a Filio; nam in hoc Græci, & Scotiſtę non differunt. Quã ob cauſam haud mirum eſt, quòd eodem argumento contra Græcos, percellantur. At verò pro partibus Latinis facit apud S. Thom. quòd ſi Spiritus Sanctus nõ procederet a Filio, nõ diſtingueretur ab eo, quem tamen Græci eſſe diſtinctum confitebantur. Non immeritò igitur Robertus Bellarmin. vir eruditione clariſsim. libr. 2. de Chriſto cap. 26. exiſtimat opinionem Scoti a doctrina Patrum, & decretis Conciliorum diſcordare.

Etiam ea editione admiſſa arguitur.

Si Græci dicerent Spiritum Sanctum eſſe Filium, neque ſubſtãtiam in ſe ipſa, neque ab hypoſtaſi diuiderent.

Bellarm. ait opinionẽ Scoti à Patribus, & Cõcilijs diſcordare.

CAPVT XLIIII.

Argumenta refelluntur.

EX oppoſito obſtat auctoritas S. Auguſtini 5. de Trinit. cap. 4. vbi illius quæſtionis cauſam inquirens, cur Spiritus Sãctus nõ ſit Filius? cauſam ipſe ſubijcit eam eſse, quòd alter natus, alter ſpiratus ſit; ſed ſi Spiritus Sanctus non procederet à Filio, adhùc eſset natus alter, alter ſpiratus: ergo adhùc Spiritus Sanctus non eſset Filius. Et cõfirmat S. Anſelmus de proceſsione Spiritus Sancti cap. 2. expreſsiùsque cap. 4. vbi inueſtigat, traditque diſcrimen inter Filium, & Spiritum Sanctum etiam ſecluſa origine vnius ab alio, quam ſcilicèt Græci negabãt, & ait hoc adhùc eos diſtingui, quòd alter ſit natus, alter ſpiratus; & eãdem mente omnes Græci intelligebant Filium ab Spiritu Sancto diſtingui, quamuis Spiritus Sanctus non procederet ab illo.

1. Obijciuntur auctoritates *S. Auguſt.*

S. Anſelm.

Proba-

2.
1. Argum. Probatur primò, quia Pater habet perfectã potẽtiã producendi duas perſonas, & cõmunicandi illis naturam : ergo etſi Spiritus Sãctus non procederet à Filio, ſed à ſolo Patre, eſſet perſona ab eo diſtincta.

3.
2. Argum. Secundò, Eadem perſona non poteſt iterùm produci : ſed inter generationẽ & ſpirationem eſt ordo quidam, vt genitum priùs ſpirato præintelligatur; ergo perſona genita non poteſt ſpirari, quod eſt productum produci : ergo genito Filio ſi Spiritus Sãctus à ſolo Patre produceretur, diſtincta eſſet perſona nõ eadem.

4.
3. Argum. Tertiò, Spiratio actiua non diſtinguit Filium ab Spiritu Sancto, cũ non ſit proprietas perſonalis; diſtinctio verò perſonalis formalitèr per proprietatẽ perſonalem, non verò communem indicatur: non enim Petrus à Paulo diſtinguitur numero penes aliquid commune alijs indiuiduis, ſed per id quod ſolius Petri eſt: Ergo etſi Filius non haberet relationem ſpiratoris communem, adhùc diſtingueretur ab Spiritu Sancto.

5.
4. Argum. Quartò, Vt relatio diuina afferat diſtinctionem perſonalem & realem, non eſt neceſſe quòd ſit oppoſita, ſed ſatis eſt quòd ſit proprietas perſonæ: nam Paternitas, & ſpiratio paſsiua diſtinguũtur re ipſa, cum tamen oppoſitæ relationes non ſint; Paternitas enim ſoli filiationi occurrit: ergo falſum eſt id quo S. Thomę ſententia, quaſi fundamento, connititur, quòd ſola relatio oppoſita diſtinguat perſonas. Et confirmatur, quia relationes etiam diſtinguũtur ab alijs relationibus ſibi non oppoſitis. Confirm.

6.
5. Argum. Quintò idem probatur; Id enim perſonam diſtinguit, quod cõſtituit; ſed ſpiratio actiua non conſtituit Filium; ergo non diſtinguit illum ab Spiritu Sancto; ergo ea excepta, adhùc diſtinguitur. Antecedens probatur, quod enim conſtituit perſonam facit incommunicabilem; incommunicabile autem à quouis alio diſtinguitur; ergo per id quod primò conſtituit, etiam primò diſtinguitur.

7.
6. Argum. Sextò, Hypoſtaſis Filij per hoc quòd Spiritus Sanctus non procederet ab eo, non efficeretur minùs vna, quàm verè eſt modò vna; eſt autem vna vnitate incõmunicabili, vt re ipſa ab Spiritu Sancto diſtinguitur; ergo etſi Spiritus Sanctus

A ab ea non procederet, ſuam vnitatem, incommunicabilitatẽque ſeruaret; & Spiritus Sanctus non eſſet Filius, ſed perſona diſtincta.

8.
7. Argum. Septimò, Perſona Filij per filiationẽ cõſtituitur incommunicabilis; ergo per eandẽ diſtinguitur nõ ſolùm à Patre, ſed ab Spiritu Sancto etiam; quod enim eſt incommunicabile, diſtinctum eſt à cæteris. Si igitur per filiationem eſt incommunicabilis, & diſtincta à ſolo Patre, & non etiam ab Spiritu Sancto; non erit perfectè perſona conſtituta : quòd ſi per filiationem perfectè conſtituta eſt perſona incommunibilis, & diſtincta; etiam non adueniente ſpiratiotione actiua, erit diſtincta ab Spiritu B Sancto.

9.
8. Argum. Vltimò, Si Spiritus Sãct' procederet à ſolo Filio, adhùc diſtingueretur à Patre; ergo ſi procederet à ſolo Patre adhùc diſtingueretur à Filio. Quòd ſi dicas Spiritum Sanctum procedentem à Filio, ſaltèm remotè procedere etiam à Patre : Contra hoc arguitur; nam per accidẽs eſt ad generationẽ filij in rebus humanis, quòd Pater ſit genitus ab alio priore parente; ergo etiam ad proceſſionem Spiritus Sancti, qua procederet à Filio, per accidens eſſet, quòd Filius C procederet à Patre : id autem quod eſt per accidens, non diſtinguit perſonas.

Reſponſio.

Impugn.

Aduertenda.

10.
1. Caput argũmentorũ pro *Scoto*. OMnia hæc argumenta ad duo capita reuocantur; Primum illud eſt quòd filiatio quę conſtituit, & diſtinguit perſonalitèr Filium ab Spiritu Sancto, non eſt relatio oppoſita Spiritui Sãcto, ſed diſparata; quare iam videtur aduerſarius obtinere, quòd relatio etiam diſparata diſtinguat perſonas. Vnde etiã illud eſt conſequens, quòd cum filiatio diſtinguat Filium ab Spiritu Sancto, etiam remota ſpiratione actiua à Filio, D erit Filius ab Spiritu Sancto diſtinctus.

11.
Pro reſponſ. aduertend.
1. Sententia. *Caietani.* Thomas Caiet. multis conatur defendere, quòd filiatio non diſtinguat Filium perſonalitèr ab Spiritu Sancto, ſed à ſolo Patre; ſpirationem verò actiuam diſtinguere ait Filium ab Spiritu Sãcto. Sed lib. 4. oſtendendum erit idem eſſe quod conſtituit, & diſtinguit perſonam; eodemque loco docebimus ſpirationem actiuam diſtinguere Filium ab Spiritu Sancto

Reijcitur.
Filiatio diſtinguit Filiũ ab Sp. Sãcto perſonalitèr.

Sancto non perſonaliter; quia perſonæ iam diſtinctæ aduenit, ſed duntaxàt diſtinguere relatiuè. Et eodem modo explicandum eſt, quod S. Thom. docet de Potentia q. 10. art. 5. ad 6. formale diſtinctiuum non diſtinguere rem à quacunque alia, ſed ab ea cum qua in genere conuenit; loquitur enim S. Thom. de ijs quæ maximè opponũtur, ſcilicèt quæ ſunt in genere eodem: ſed oppoſitione diſparata formale diſtinctiuum ſeparat ab omni re, quacunq; ratione alia, etiã extra genus. Et ita filiatio diſtinguit Filium ab Spiritu Sancto perſonalitèr; oppoſitione quidèm diſparata, ſed quæ ad relatiuam reuocatur, vt ſtatim explicabimus. Et idem Doctor Sanctus q. 2. de potent. art. 1. ad 3. ait filiationem habere locum omnium principiorũ indiuiduantium; ergo diſtinguit Filium etiam ab Spiritu Sancto, & à quocunque indiuiduo.

S. Thom. explicatur.

Idem.

12. Secunda ſentẽtia aliorum. Refutatur.

Sunt qui opinentur ſpirationem actiuam pertinere ad conſtitutionem perſonalem Filij. Sed hoc quoque falſum eſt, vt lib. 4. enarrabimus; nam ſpiratio actiua aduenit perſonæ conſtitutæ, vtpotè cum ſit relatio communis duabus perſonis; perſona verò conſtituitur per relationem incommunicabilem.

13. Tertia *Heruæ.* 1. Non differt à precedẽtibus.

Heruæus quodlib. 6. q. 3. affirmat filiationem diſtinguere Filium ab Spiritu Sancto non per ſe, ſed adiecta ſpiratione actiua: quæ opinio à præcedentibus nihil diſtat, & cum illis videtur eſſe refutanda. Dandum igitur eſt Ioanni Scoto id quod eſt verum, ſcilicèt filiationem diſtinguere Filium ab Spiritu Sancto perſonalitèr. Et hoc confirmatur verbis Sophronij in Epiſtola ad 6. Synodum act. 11. docentis proprietatem vni ſoli perſonæ inſitam, conſtituere illam, & diſcernere ab alijs. Et idem docet S. Thom. 1. p. q. 53 art. 2.

4. & vera ſentẽtia in reiectione primæ. *Scot.* *Sophron.* *S. Thom.*

14. 1. Aduert. Hypoſtaſi ſi quidpiã addatur hypoſtaticum, nõ manet eadem. Exemplum.

His autem datis, vt difficultatem enodemus aduertendum eſt, quòd hypoſtaſis ita eſt indiuiſibilis, vt ipſi notioni hypoſtaſis nihil adijci, aut detrahi poſſit. Sicut enim eſſentiæ quicquid addas eſſentiale, iam eadem non eſt, ſed diuerſa eſſentia: ita idem incommunicabile non eſt, ſi addas illi aliquid incommunicabile. Petro enim ſola petritas omninò indiuiſibilis, eſt proprietas: ſi verò quidpiam addatur præter ipſam petritatem, quod ſit etiam hypoſtaticum; iã

A alia hypoſtaſis eſt, & Petrus non eſt. Ex illo ergo impoſsibili antecedente, quòd ſolus Pater ſpiret, conſequens eſt vt hypoſtaſis Patris alia ſit, quàm modò eſt; quia re vera Patris relatiua proprietas ſola eſt Paternitas. Si verò Spiritus Sãctus à ſolo Patre eſſet, ipſa ſpiratio actiua eſſet proprietas Patris, vt Græci credebãt: eſſet ergo alia hypoſtaſis duplici relatione cõſtituta, ſcilicet Paternitate, & ſpiratione actiua. Ergo admodùm cõſentaneum eſt iuxta ſentẽtiam S. Thomæ, quòd Filius & Spiritus Sãctus eſſet B vna perſona ſimilitèr conſtituta duplici relatione, & proprietate; alterâ vt genitus, alterâ vt ſpiratus. Quare neque perſona Filij eadem eſſet, quæ verè eſt, neq; Sp. Sãcti eadẽ, ſed alia diſtincta perſona eſſet; quæ perſona eſſet Filius ſimùl & Sp. Sãctus, Verbũ genitũ & Amor ſpiratus. Græci ergo dũ Filium negabant ſpiratorẽ, veram eius hypoſtaſim euertebant cum Spiritu Sancto confundentes. Hoc quippe figmentum ex illo impoſsibili conſequitur, quòd Spiritus Sãctus procedat à ſolo Patre. Vnde ſolutio argumentorum venanda nobis eſt; concedimus enim libentèr filiationem, C ſcilicèt quæ eſt pura filiatio, diſtinguere Filium perſonalitèr ab Spiritu Sancto: Sed ſi Spiritus Sanctus non procederet à Filio, filiatio eſſet ipſa ſpiratio paſsiua; eſſet enim vna proprietas explicata duobus nominibus, ſicut proprietas Patris eſſet paternitas, & ſpiratio actiua.

Si ſolus Pater ſpiraret, eſſet alia hypoſtaſis conſtituta ſcil. Paternitate, & ſpiratione actiua.

Sic alia hypoſthaſis eſſet ſimul Filius, & Sp. Sanctus.

1. reſponſio vera proponitur. Vtraq; proprietas eſſet vna explicata duobus nominib'

15. Noua quædã reſpõſio, quòd tunc hypoſtaſis mutaretur, non per additionẽ alicuius incõmunicabilis, ſed p detractionẽ alicuius eſſentialis.

Non defuere qui in quæſtionis iſtius indagine, nouam reſponſionis viam cuperent aperire, dicentes potentiam ſpirandi pertinere ad conſtitutionem perſonę Filij; quare ſi Filius non ſpiraret, non haberet potentiam ſpirãdi, quæ neceſſariò eſt cum actu coniuncta. D Quòd ſi non haberet potentiam ſpirandi, non eſſet eadem perſona; ſiquidèm ea potẽtia pertinet ad perſonam, vt ipſi credũt. Hoc tamen eſt falſum, quia potẽtia notionalis ordine rationis aduenit perſonæ conſtitutæ, vt antea docuimus, & lib. 4. explanabim'. Poſſet tamen dici quòd ſicut eſſentia diuina, quatenùs eſt fœcunda, intelligitur quaſi radix proceſsionũ, antequam intelligatur potentia notionalis: ita & perſona Filij vera, vt eſt re ipſa, eſt quaſi radix antecedẽs ipſam potentiam ſpirandi, cui debetur potentia ſpirandi. Sed hæc quoq; reſponſio vana eſt:

Refellitur.

Alia reſponſio ſimilis.

Refutatur ſimilitèr.

Digitized by Google

Tacitę obiect. occurritur. Fęcunditas diuinę naturę includitur In cōceptu perſonæ, potētia notionalis minimè. Vera reſpoſio inculcatur.

Tunc filiatio non explicaret totam rationē proprietatis hypoſtaticæ.

eſt: nam cum potentia ſpirandi ſit extra conceptum perſonæ Filij quaſi adueniens; illâ potentiâ remotâ manet adhùc eadem hypoſtaſis. At verò iam antea oſtendimus fœcunditatem diuinę naturæ, diſtinctam eſſe à potētia notionali:& idcircò fœcunditas includitur in conceptu perſonæ, ſed potentia notionalis non includitur. Dicendum igitur eſt quòd ipſamet proprietas hypoſtatica mutaretur; quia quæ eſt filiatio, eſſet ſimul filiatio,&paſsiua ſpiratio. Itaq; filiatio quæ explicat totam rationē proprietatis, diſtinguit Filium perſonalitèr ab Spiritu Sancto: ſed ſi Spiritus Sãctus nō procederet à Filio, idem eſſet Filius, & Spiritus Sanctus, & filiatio non explicaret totam rationem proprietatis hypoſtaticæ, quæ proprietas eſſet filiatio ſimùl, & paſsiua ſpiratio. Et hæc adhùc luculentiùs explicabuntur in his notationibus.

16\. Pro 1. reſponſ. 3. Aduert. ex *Capreol.* Filius filiatione diſtinguitur negatiuè ab Sp. Sancto ſcil. āte productionem Sp. Sācti, & vt ſecundum propriā rationē eſt perſona incōmunicabilis, & nō diſtinguibilis poſitiuè ab alia, niſi per originem:

Aduertendum etiam eſt non inſcitè Ioan. Capreol. dixiſſe in 1. d. 11. q. 1. art.2.ad 1. Filium filiatione diſtingui negatiuè ab Spiritu Sancto; dummodò hoc aſſeratur in ipſa conſtitutione perſonæ Filij, antequam intelligatur Spiritus Sãctus procedens. Nam ante proceſsionē Spiritus Sancti, non eſt neceſſe intelligere Filium diſtingui ab illo oppoſitione relatiua; ſed ſatis eſt intelligi Filium, vt perſonam incommunicabilē diſtinctā à quacumque re alia, ſiue diuina, ſiuę creata: Et quòd in Deo non poſsit intelligi noua proceſsio, quę non ſit à Filio, quia non poteſt perſona procedere diſtincta, niſi ab eo procedat. Cum autē intelligitur Spiritus Sanctus procedens iam intelligitur diſtinctus poſitiuè, vt aiunt, & oppoſitus relatiuè. Et iſta oppoſitio relatiua Spiritui Sancto eſt intrinſeca, quia eſt eius proprietas perſonalis paſsiua ſpiratio: Patri verò & Filio eſt adueniens oppoſitio relatiua cum Spiritu Sãcto per ſpirationem actiuam; quia priùs intelliguntur iſtę duæ perſonæ cōſtitutæ, quàm ſpiratio actiua, qua opponuntur Spiritu Sancto. Et ita diſtingui poſitiuè aduenit Patri, & Filio per ſpirationem actiuam; diſtingui autem negatiuè, & incommunicabilitèr conuenit eiſdem per duas proprietates perſonales Paternitatem, & Filiationem.

Spiratione ab eo diſtinguitur poſitiuè, & opponitur quaſi relatiuè. Hæc oppoſitio eſt intrinſeca Sp. Sancto.

Patri, & Filio concipitur adueniens.

17\. Verùm eſt tamen quòd id quod diſtinguit negatiuè, exiſtētibus rebus aliis diſtinguit etiam poſitiuè ab iiſdem: quare Paternitas, ſiue filiatio, antequem intelligatur Spiritus Sanctus procedens, non diſtinguunt ab illo poſitiuè, ſed producto Spiritu Sancto, poſitiuè diſtinguūt ab illo: imò hæ proprietates diſtinguunt perſonalitèr; vt initio notationū diximus; ſpiratio autem actiua diſtinguit ſolùm relatiuè. Explicanda igitur iam eſt difficultas quomodo filiatio diſtinguat ab Spiritu Sancto; cum non ſit relatio illi oppoſita. Dicendumque eſt relationem creatam non ſolùm ſe ipſā diſtinguere à relatione oppoſita, ſed ipſum ſubiectum diuidere à ſubiecto alterius relationis oppoſitæ; quare ipſa ſubiecta ſunt oppoſita non per ſe, ſed per relationem. Quare ſimilitèr in relationibus diuinis, ex eò quòd Filius eſt ſpirator, ſpiratio actiua diſtinguit non ſolùm ſpiratorem, quod eſt relatum iſtius relationis, ſed Filiū, quod eſt quaſi ſubiectum relationis. Et ita Filius, & Spiritus Sãctus diſtinguuntur vt Ionas, & filius Ionæ, vt lib. 4. docebimus. Ionas enim non eſt nomen relatiuum, eſt tamen ſubiectum relationis aternitatis, & ita opponitur Filio non omninò diſparatè; ſed quodammodò relatiuè, licèt relatio non explicetur in vtroque extremo. Ad hunc modum Filius, & Spiritus Sanctus non opponuntur diſparatè, ſed quodammodò relatiuè: quia dum Spiritus Sanctus intelligitur productus, neceſſariò intelligitur productus à Filio.

Producto Sp. Sancto Filius filiatione ab illo diſtinguitur, etiam poſitiuè.

2\. Reſponſio vera.

Vt in creatis, ſic in Deo relatio v.c. ſpiratio actiua diſtinguit & opponit relatiuè relatū, ſcil. ſpiratorē. & inſuper nō diſparatę, ſed quodā modo relatiuè quaſi ſubiectū relationis, ſcil. Filium. Exemplum.

Dum Sp. Sancti intelligitur productus, neceſſariò intelligitur productus à Filio.

18\. Diſcrimē quoad hoc inter res creatas, & diuinas.

Aduertamus igitur diſcrimen eſſe in re iſta inter res creatas & diuinas; nam hoc nomen filius in rebus creatis non indicat cuius ſit filius, niſi dicas filiū Ionæ Cepham; qua adiectione filius Ionæ, & Ionas opponuntur quodammodò relatiuè; at verò in rebus diuinis, Filius eſt proprietas vnius perſonæ, & indicat cuius ſit Filius; ſcilicèt alterius perſonæ, cuius proprietas eſt Pater. Similitèr Spiritus Sanctus eſt nomen relatiuum vni perſonæ, cuius proprietas eſt ſpiratio paſsiua, & ea ex propria ratione, vt diximus, eſt ad Patrem & Filium: quare Pater, & Filius opponuntur relatiuè Spiritui Sancto, quaſi ſubiectum relationis oppoſitę, ſicut Ionas opponitur filio Ionæ. Et hæc oppoſitio licèt non indicetur nomine Patris aut Filij, indicatur tamen nomine Spiritus Sãcti; & ita Pater, &

In diuinis Filius eſt proprietas vnius perſonæ, & indicat cuius ſit Filius, ſcil. Patris: ſimilitèr Sp. Sãctus.

Pater & Filius ſunt per ſe ſubiectū ſpirationis actiuæ.

Digitized by Google

ter,& Filius opponuntur; quaſi relatiuè Spiritui Sancto, vt per ſe ſubiectum ſpirationis actiuæ; quod ſatis eſt, vt ex proprijs rationibus intelligantur diſtincti, ſicut Ionas à filio Ionę.

Itaq; Filius ex propria ratione eſt perſona diuina incommunicabilis,& adhùc ex propria definitione diuinę perſonæ conuenit illi, vt non diſtinguatur ab alia perſona diuina niſi per originem; ſed in iſto conceptu non includitur origo ſpirationis actiuæ: ſed quia ſpirationis origo includitur in cõceptu Spiritus Sãcti, qui neceſſariò & ex intrinſeca ratione procedit de Patre & Filio, id ſatis eſt, vt Filius & Spiritus Sanctus ex ſuis proprijs rationibus intelligantur vt diſtincti quodammodò relatiuè, vt explicatũ eſt. Et hoc ex 4. libro probauimus, vt faceremus dilucidiorem quæſtionem.

Vt Filius & Sp. Sãctus ex propriis rationib. opponãturquodãmodò relatiuè, ſatis eſt quòd origo ſpirationis; & oppoſitio includatur in conceptu Sp. Sancti.

Quòd ſi Spiritus Sanctus non procederet à Filio, nõ diſtingueretur ab eo; quia non includeret Spiritus Sanctus oppoſitionem cum Filio, quam includit: quare recurrendo ad antecedentia, Filius & Spiritus Sanctus eſſet perſona vna, vt in notationibus declarauimus.

In hypotheſi quæſtionis, Sp. Sãctus non includeret oppoſitionẽ cũ Filio quã includit.

20. Secundùm igitur caput argumentorum pro Scoto illud eſt, quòd vna perſona non poteſt procedere duabus proceſsionibus; at verò cap. antecedẽti docuimus, quòd ſi Spiritus Sanctus non procederet à Filio, non eſſent duæ proceſsiones, & in hoc falli Scotum, vt verè fallitur. Attendendum igitur eſt, data hypotheſi impoſsibili non ſolùm colligi per bonam conſequentiam ea quæ ſunt quaſi effectus conſequentes; ſed conſequi etiam cauſas neceſſariò coniunctas cum illa poſitione impoſsibili: dicimus enim hominem habere alas, ſi volat; alę enim ſunt inſtrumenta volandi; & ita à volatu hominis, qui eſt effectus alarum, inferimus hominẽ habere alas. Meditandum igitur eſt, ſi Spiritus Sanctus procederet à ſolo Patre, quæ eſſet Patris hypoſtaſis? quæ potentia? Hypoſtaſis enim eſſet conſtituta duplici relatione Paternitatis, & ſpirationis actiuę: potentia verò eſſet generandi & ſpirandi; ſed non eſſet potentia producendi duas perſonas; quia non poſſunt procedere duæ, niſi vna earũ ab altera procedat; potentia etiam ſpirandi non eſſet communicabilis. Ex his autem antecedentibus cõſequens eſt, vt perſona pro-

2. Cap. argumẽtorũ pro Scoto eſt reſpõſio Scotiſtarũ, de qua cap. 43. nu. 12. cum ſua ratione ibi refutata num. 14. 15. &c.

1. Aduert.

In hypotheſi quæſtionis hypoſtaſis Patris eſſet alia cõſtituta duplici relatione, ſcil. Paternitate, & ſpiratione actiua. Item potentia illius eſſet generãdi, & ſpirãdi nõ duas, ſed vnã perſonã tñ; & eſſet incommunicabilis, etiam vt ſpiratrix.

Vnde nõ duæ,

A cedẽs procederet vna proceſsione, quæ ſimùl eſſet generatio, & ſpiratio paſsiua; & conſtitueretur perſona duplici relatione, & non eſſet Filius qui modo eſt. Hæc autem omnia colligimus ex data hypotheſi impoſsibili recurrendo ad ea quę antecedunt. Et videtur hæc opinio muniri authoritate S. Ambroſ. lib. 1. de Spiritu Sancto, cap. 3. vbi ait eum qui Spiritum Sanctum negat, ſimùl negare Patrem & Filium: ſanè quia non eſſent eædem perſonæ, ſed Filius eſſet conſtitutus duplici proprietate geniti, & ſpirati; & Pater duplici etiam gignẽtis & ſpirantis: vel fortè arguit à poſteriori, quia ſi non eſſet ſpiratio, neque generatio eſſet: cum ſit eadẽ ratio de vtraque. Qua

ſed vna eſſet proceſsio, quæ ſimùl diceretur generatio, & ſpiratio paſsiua: Similitèrq; vna perſona procedens ſimùl Filius, & Sp. Sanctus.

S. Ambroſ. Sic arguens à priori.

Fortè arguit à poſteriori.

B in diſputatione Doctores ſcholaſtici per horum incogitantiam finxerunt portẽta opinionum, rati dicere ſibi omnia licere, vna data hypotheſi impoſsibili; cũ dicenda non ſint niſi ea, quę ſunt cum illa impoſsibili poſitione neceſſariò coniuncta.

Notandum.

21. Quòd ſi hæc antecedẽtia alitèr animo fingas, ſcilicèt Filium procedere eũ qui modò eſt, & eo producto, produci Spiritum Sanctum: conſequens eſt vt Spiritus Sanctus ſit res diſtincta à Filio, ſed hoc eſt conſequens ad ſubiectũ, vt cap.

C præcedente docuimus: quia Filium vt Filium, & Spiritum Sanctum vt eſt Spiritus Sanctus, meditaris ex parte ſubiecti, non attendens ad prædicatum, quod eſt non procedere à Filio: nam ad hoc prædicatum ſequitur non diſtingui à Filio; at verò ad ſubiectum reſpiciẽtibus, ſi Filius vt eſt, & Spiritus Sanctus eodẽ modo vt eſt, cogitentur, conſequitur vt ſint perſonæ diſtinctæ; quia ſũt duæ perſonæ incommunicabiles productæ duabus productionibus. Quod explicatur propoſita quæſtione; nam ſi Filius eſſet genitus vt modò eſt, ante ſpirationem, & ſola filiatione conſtitutus; & illo ſic genito & conſtituto, Spiritus Sanctus pro-

2. Aduert. In ea hypotheſi ſi pſonę immutatæ & proceſsiones duæ fingantur, prior Filij, poſterior Sp. Sãcti, cõſequẽs eſt ad ſubiectũ, quòd Sp. Sanctus diſtinguatur à Filio, ad prędicatũ, quòd nõ diſtinguatur.

D cederet à ſolo Patre; non diſtingueretur à Filio, & diſtingueretur à Filio; quia antecedẽs habet duas propoſitiones, à quibus ſequuntur duæ contradicentes; ab eo quòd eſſet perſona quæ nunc eſt ſola filiatione conſtituta, ſequitur quòd Spiritus Sanctus eſſet perſona diſtincta; ab eo verò, quòd non procederet à Filio, ſequitur quòd non eſſet diſtincta: abſolutè tamen genito Filio, & conſtituto filiatione;

Declaratur.

Antecedens habens duas propoſitiones, ſeu duo prædicata, ex quo ſequuntur duæ cõtradicẽtes.

Digitized by Google

liatione; conſequitur vt nulla perſona poſsit adhùc procedere, à Filio diſtincta, quæ non procedat ab eo. Quòd ſi ponas procedere aliam perſonã: ad hoc quidèm cõſequitur eſſe diſtinctam, quia eſt alia perſona: ſed ad hoc quòd non procedat à Filio, perpetuò cõſequitur, vt non ſit diſtincta ab illo. Et ita reſpõdet S. Thom. q. 10. de potentia, art. 5. ad 4. & 5. cõfitendo duas fore perſonas procedẽtes, ſi proceſsiones eſſent duæ.

S. Thom.

22.

3. Aduert.
Sp. Sãctus diſtingueretur à Patre, etſi ab illo nõ procederet immediatè, ſed duntaxàt p Filium mediũ.

Denique conſtituendum eſt Spiritum Sanctum diſtingui à Patre, etſi ab illo nõ procederet immediatè, vt verè procedit, ſed duntaxàt per Filium medium procederet. Nam & in rebus creatis quibus generationes ſunt per accidens, nepos neceſſariò diſtinguitur ab auo à quo non procedit immediatè, ſed duntaxàt per Patrem. Et hæc eſt ſententia Durandi d. 11. quamuis Franciſcus Ferrarienſ. aliquantulùm repugnet 4. cõtra gentes, cap. 4. ſed nihil efficit repugnando. Et hæc ipſa eſt communis ſcholarum ſententia.

Durand.
Ferrar.

Reſponſio.

23.

Ad auctoritatẽ *S. Auguſtin.*
Reſpond. 1.
Per eſſe natum & eſſe ſpiratũ non trãdit diſtinctionẽ realẽ Filij, & Sp. Sancti, ſed diſtinctionẽ rationũ formaliũ vtriuſque.
Reſpond. 2.

QVæ ex S. Auguſtino verba afferũtur, minimè refragantur noſtræ ſẽtentiæ; nam S. Auguſt. volens oſtendere Spiritum Sanctum non eſſe Filium, id collegit rectè ex eò, quòd Filij eſt naſci; Spiritus Sanctus verò non naſcitur, ſed datur: quod diſcrimen commemorauimus inter proceſsionem Spiritus Sancti, & natiuitatem Filij. Et ea quęſtio eſt non de diſtinctione reali proceſsionum, ſed de rationibus, ſiue definitionibus, quibus diſtinguuntur. Quòd ſi contẽdas S. Auguſtinũ loqui de diſtinctione reali: Reſpondemus, hoc ipſo quòd Spiritus Sanctus procedit vt datus, procedere à Filio, quia eſt Amor mutuus; & ita diſtingui ab eo. At S. Anſelmus magis videtur accedere ad partes Ioãnis Scoti; ipſe enim contra Græcos, vt oſtenderet Spiritum Sanctum à Filio procedere, ex vnitate diuina arguebat Patrem & Filium in vnitate ſpiratoris conuenire. Obijcit verò ſibi, quoniam eodem argumento Pater, & Spiritus Sanctus conuenient in vnitate genitoris; aut Filius, & Spiritus Sanctus conuenient in vnitate geniti, vt vterque ſit genitus. Reſpondet verò conſequentiam nullam eſſe, ait enim Spiritum Sanctum naſci non poſſe cum Filio; cum ideò diſtinguatur à Filio, quia non naſcitur, ſed procedit: ſubdit verò. *Nam etſi per aliud non eſſent plures Filius, & Sp. Sãctus, per hoc ſolùm eſſent diuerſi*, ſcilicètquia alter natus, alter ſpiratus: igitur etſi Pater & Filius non diſtinguerentur media origine inter vtrumque, & Spiritus Sanctus à Filio non procederet, plures tamen eſſent adhùc, vt ait Scotus. S. Thom. q. 10. de potent. art. 5. ad 2. reſpõdet S. Anſelũm ex ijs quæ Græci concedebant, arguere; concedebant enim proceſsiones eſſe diſtinctas: quòd ſi ſũt proceſsiones diſtinctæ, ſunt quoque diſtinctæ perſonæ. Poteſt igitur rectiſsimè S. Anſelmus hac ratione declarari; volebat enim argumentum refellere oſtẽdendo, quòd vnitas diuina non copulat Filium cum Spiritu Sancto natiuitate; ſed potiùs natiuitas, & proceſsio ad diſtinctas perſonas pertinent; ita vt etſi nullo alio diſcrimine diſcernẽdi eſſent, ipſis proceſsionibus diſtinguerentur: ſi enim proceſsiones eſſent diſtinctæ, vt ſunt, hoc ipſo perſonæ procedentes diſtinctæ eſſent; hoc enim eſt conſequens ad proceſsiones diſtinctas, vt in notationibus docuimus. Scotus verò ad hoc quòd Spiritus Sanctus procederet à ſolo Patre, ait conſequens eſſe vt proceſſiones eſſent adhùc diſtinctæ, quod S. Anſelmus non dixit: imò cap. 3. ſæpiùs repetit S. Anſelmus relationis oppoſitionem perſonas diſtinguere. Poteſt igitur reſpõderi S. Auguſt. & S. Anſelmũ loqui de veris proceſsionibus diuinis vt ſunt; quibus neceſſe eſt procedere perſonas diſtinctas, cum illæ ſint diſtinctæ: ſed ſi Spiritus Sanctus non procederet à Filio, proceſsiones non eſſent vt ſunt, neque diſtinctæ; neque contrarium dixit vſquam S. Anſelmus. Græcos verò confitemur falsò intellexiſſe cũ Scoto, poſſe Spiritum Sanctum diſtingui à Filio, etſi ab illo non procederet; & eſſe tũc ponendas proceſsiones diſtinctas.

Ad auctoritatẽ *S. Anſelm.*
Hęc expeditur
Cõtra Græcos ex diuina vnitate infert in Patre, & Filio vnitatẽ ſpiratoris.
Obijcit.
Reſpondet.
Non infertur in duabus per-

ſonis vnitas genitoris, vel geniti, ſupponendo cũ Græcis dari duas proceſsiones.

S. Thom.

S. Anſelmus non dixit dari duas proceſsiones, ſi Sp. Sanctus procederet à ſolo Patre, vt dicit *Scotus*.

24.
Ad 1. arg.

Ad primum reſpondetur, quòd ſi Spiritus Sanctus procederet à ſolo Patre, eſſet in Patre potentia generandi & ſpirandi; ſiquidèm & generaret, & ſpiraret, vt ponitur: ſed non eſſet potentia ad producendas duas perſonas, quia genitus & ſpiratus non eſſent perſonæ duæ, ſed vna.

25.
Ad 2. arg.

Ad ſecundum reſpondetur concedendo antecedens, quòd vna perſona

non

Digitized by Google

non poteſt produci duabus productionibus: quòd ſi genito priùs Filio intelligamus Spiritum Sanctum à ſolo Patre procedere, conſequens eſt vt ſint duæ proceſsiones re ipſa diſtinctę, vt docuimus in aduertendis; abſolutè tamen eò quòd Spiritus Sanctus non procederet à Filio, conſequens eſt vt ipſe eſſet Filius, & eſſet perſona vna producta productione vnâ, quæ duobus nominibus, ſcilicèt generationis, & ſpirationis explicaretur. Quòd ſi hæc abſurda ſunt, ſũt ſanè conſequentia ad illud impoſsibile, quòd à ſolo Patre Spiritus Sanctus procedat.

26. Ad 3. arg. 1. Reſponſ. Spiratio actiua non diſtinguit Filium ab Sp. Sãcto perſonalitèr abſolutè, eſt tamen relatio perſonæ diſtinctæ.

Ad tertium concedo, quòd ſpiratio actiua non diſtinguit Filium ab Spiritu Sancto diſtinctione perſonali abſolutè, ac ſimplicitèr, eſt tamen relatio perſonæ diſtinctæ. At verò Filius non eſſet perſona diſtincta ab Spiritu Sancto, ſi Sp. Sanctus ab eo non procederet; eò quòd filiatio non eſſet proprietas iſtius perſonæ, ſed eſſet perſona alia, cuius proprietas eſſet filiatio, & ſpiratio paſsiua ſimùl, vt diximus. Alitèr reſpondet S. Thom. q. 10. de potent: art. 5. ad 13. quòd licèt proceſsio non opponatur filiationi, tamen Spiritus Sãctus procedẽs opponitur relatiuè Filio, à quo procedit, iuxta ea quæ in notationibus elucidauimus.

2. Reſponſio *S. Thom.*

27. Ad 4. argum. Relatio perſonã diſtinguẽs perſonalitèr, ſolum exigit, vt perſona diſtincta habeat relationẽ oppoſitã relationi alterius perſonæ diſtinctæ.

Ad quartum concedo, quòd relatio quę diſtinguit hypoſtatica ac perſonali diſtinctione, nõ eſt neceſſe, quòd ſit propriè oppoſita ſingulis relationibus perſonalibus, vt argumẽtũ probat: eſt tamẽ neceſſe quòd ſit quodammodò oppoſita vt Ionas, & filius Ionæ, ita vt perſona diſtincta habeat relationem oppoſitam relationi alterius perſonæ diſtinctæ. Et ideo rectè S. Thom. colligit ex eo quòd relatio non eſſet oppoſita inter Patrem & Filium, perſonas non diſtingui: colligit autem hoc quaſi à conſequente; nam ſi non eſſet ſpiratio actiua in Filio, ſpiratio paſsiua in Spiritu Sancto non opponeretur Filio; & ita non diſtincti eſſet Filius, & Spiritus Sanctus. Et idem colligitur ex antecedentibus: nam ſi Filius non ſpiraret, filiatio non eſſet tota proprietas perſonæ, vt docuimus; ſed filiatio, & ſpiratio paſsiua ſimùl eſſet proprietas perſonæ vnius procedentis.

In hypotheſi quæſtionis perſonãs nõ diſtingui colligitur à conſequẽte.

Itẽ colligitur ex antecedentibus.

28. Ad 5. arg.

Ad quintum per eadem reſpondetur, concedendo totum id, quod argumento

A probatur; ſcilicèt filiationem eſſe quæ primò, & per ſe diſtinguit hanc perſonã à cæteris, vt diximus. Sed tamen ſi Spiritus Sanctus non procederet à Filio, filiatio non eſſet tota proprietas Filij, ſed alia quæ eſſet filiatio, & ſpiratio ſimùl.

29. Ad 6. arg. In hypotheſi quæſtionis eſſet alia perſonæ incõmunicabilitas, & alia vnitas perſonalis.

Ad ſextum reſpondetur, quòd permiſſa hypotheſi quę ponitur, perſona Filij non eſſet eadem; quare non ſeruaret B eandem incommunicabilitatem, ſed aliam, quia eſſet Filius, & Spiritus Sãctus ſimùl: non tamen eſſet minùs vna, quia eſſet perſona diuina ſimpliciſsima: eſſet tamen vna vnitate alia perſonali, cuius eſſet duplex proprietas, ſcilicèt filiatio, & paſsiua ſpiratio, ſeu potiùs vna proprietas duobus nominibus explicata.

30. Ad 7. arg. Reſpõd. ex aduert. n. 13. & 14.

Ad ſeptimum reſpondetur Filium perfectè conſtitui filiatione, ita vt eâdẽ diſtinguatur perſonalitèr non ſolùm à Patre, ſed etiam ab Spiritu Sancto: ſed ſi Spiritus Sanctus non procederet à Fi- C lio, non conſtitueretur hæc perſona filiatione, vt ſæpiùs repetimus. Quòd ſi inſtes, id quod eſt prius poſſe intelligi remoto poſteriori, & ita poſſe intelligi Filium conſtitutum ſola filiatione; & quòd ab illo non procedat Spiritus Sanctus.

1. Replica.

Reſpondetur duas poſitiones tunc eſſe attendendas, ſcilicèt quòd Filius ſit cõſtitutus vt modò eſt, & quòd Spiritus Sanctus non procedat ab illo: illa autẽ poſitio quòd Filius ſola filiatione ſit cõſtitutus, etſi re ipſa vera ſit; eſt tamen cũ altera coniuncta impoſsibilis, ſcilicèt quòd Spiritus Sanctus non procedat ab eo; hoc enim pertinet intrinſecè ad diuinam perſonam, vt non diſtinguatur ab alia niſi per originem. Cum igitur poni- D tur perſona Filij conſtituta vt eſt, atque adeò diſtincta ab Spiritu Sãcto; & quòd Spiritus Sanctus non procedat ab illa; vtrumque eſt impoſsibile, & quòd Spiritus Sanctus non procedat à perſona Filij, & quòd ea perſona à qua non procedit Spiritus Sanctus, ſit ab illo diſtincta. Ex hoc impoſsibili quòd Filius tũc conſtitueretur ſola filiatione, ſequitur eſſe diſtinctum ab Spiritu Sancto, abſq; media origine: ſed ex altero impoſsibili, quòd Spiritus Sanctus non procederet à Filio, ſequitur non eſſe diſtinctum. Iam enim cap. antecedenti, & inter aduertenda hoc eodem cap. docuimus, ex antece-

Occurritur.

Pertinet intrinſecè ad diuinã pſonã vt nõ diſtinguatur ab alia niſi per originem.

Cum ponitur quòd Filius ſit conſtitutus vt modò eſt, & quòd Sp. Sanctus ab illo nõ procedat vtraque propoſitio ſimul eſt impoſsibilis.

Digitized by Google

Ex antecedẽte copulato duarũ propoſitionũ repugnãtiũ ſequuntur cõtradicentes, 2. replica.

ante cedente copulato duarum propoſitionũ repugnantiũ, poſſe colligi cõtradicentes. Quòd ſi obijcias Filium non opponi, quaſi relatiuè Spiritui Sancto, niſi per hoc quòd Spiritus Sanctus refertur ad illũ, vt expoſuimus; Filiũ autẽ eſſe priorẽ origine, & id quod eſt prius poſſe cõſiderari ſine poſteriori. Hoc totũ cõcedimus, & cõcedimus etiã quòd ſi ita mediteris Filium, erit adhuc diſtinctus ab Spiritu Sãcto: ſed abſolutè ex hoc quòd Spiritus Sanctus non procedit à Filio, recurrendo ad antecedentia, colligitur quòd Filius non conſtitueretur ſola filiatione; & ita nõ diſtingueretur ab Spiritu Sancto: re ipſa verò diſtingui, quia opponitur illi relatiuè, ſiue per originẽ, vt declarauimus.

Occurritur. Filius cũ ſit prior origine, poteſt cõſiderari diſtinctus ante Sp. Sãctũ, atq; adeò ante oppoſitionẽ quaſi relatiuã cũ illo, vt in aduert. num. 16.

30. Ad vltimum. Si Sp. Sanctus nec proximè, nec remotè à Patre procederet, nõ diſtingueretur ab illo.

30. Ad vltimum reſpondetur, quòd ſi Spiritus Sanctus nullo modo procederet à Patre, non diſtingueretur ab illo; hoc enim eſt cõſequens ad hoc quòd nõ procedat, quòd ſcilicèt non diſtinguatur: ſed tamen ſi à ſolo Filio proximè procederet, per hoc remotè à Patre procederet, ab eodemque diſtingueretur; ſatis enim eſſet quòd Pater eſſet principium Filij, & Filius principium Spiritus Sancti, vt Spiritus Sãctus à Patre diſtinguatur, ſiquidèm ab eo procederet Filius.

Ad confirm.

Ad confirmationem reſpondetur, quòd in diuinis nihil eſt per accidens; ſed etſi Spiritus Sanctus per accidens procederet à Patre, adhùc tamen diſtingueretur ab eo; quia proceſsio in ſui intima notione affert diſtinctionem; ſicut nepos ab auo diſtinguitur, à quo eſt per accidẽs. Neq; poteſt intelligi quòd auus ſit nepos ſuus, neque quòd Pater ſit Filius ſuus.

Proceſsio etiã per accidẽs, ex ſui intima notione affert diſtinctionem.

CAPVT XLV.

Nomina actuum notionalium ſignificant originem cum operatione eſſentiali coniunctam.

DE principijs diuinæ proceſsionis cùm diſputatum ſit, deque potẽtia notionali, & de Spiritus Sancti proceſſione à Patre & Filio; ſuccedit vt de ipſa natura proceſsionis, & potentiæ notionalis operatione diſſeramus. Et quoniam in diuinis eſſentialia antecedunt relatiua, priùs tractabim' de diuina proceſsione, vt eſt cũ operatione eſſentiali coniuncta, qua de re nonnullas faciemus quæſtiones. Poſthæc de ipſa nuda proceſsione cõmentandum erit. Caput hoc diuidimus in partes duas.

Prima Pars: *Potẽtia notionalis habet operationẽ eſſẽtialẽ cũ origine cõiũctã.*

Secunda Pars: *Operatio eſſentialis non eſt origo.*

PARS PRIOR.

Potentia notionalis habet operationem eſſentialem cum origine coniunctam.

1. NOmen iſtud actus notionalis probè congruit rebus diuinis: nam actio eſt propriè vbi eſt mutatio; qua de cauſa S. Gregor. Nazianz. orat. Theologa. 3. nomen iſtud à Deo reijcit. *Abſurditate* (inquit) *non caret huiuſmodi actionis opinio.* Actus verò non indicat mutationẽ, ſed eſt Deo acõmodatũ, qui eſt actus purus. Eſt etiam cõgruus actus potentiæ. Et S. Thom. q. 41. art. 3. & 4. ſæpiùs vocat actus notionales, rarò autẽ actiones. Dicuntur etiam actus iſti operationes, quod nomen etſi ab opere, quod eſt externũ deductum ſit; vnde & Marius Vict. lib. 1. contra Arium. *Cum foris* (inquit) *operatur, operari dicitur.* Vſu tamen loquẽdi ita factũ eſt amplũ, vt tribuatur diuinis actibus: & ipſe Marius eo lib. pro operatione interna hoc nomen vſurpat: imò & actiones appellat S. Thom. loco recitato ad 3. vbi ponit potentiam realem in Deo ad actiones, ſcilicèt notionales; nam ad eſſẽtiales potentia in Deo non eſt realis, vt ibidem docet Sanctus Doctor. Neque his nominibus abſtinendum quibus aſſueſacti ſumus: itaque & operationes, & actiones licebit dicere; ſed meliùs actus notionales: Pulchrè autem idem Marius poſt diſputationem contra Arium commendans dignitatem iſtorum actuum hymno primo, ſic dicit.

Actio eſt propriè, vbi eſt mutatio.
Nazianz.
Actus nomen accommodatũ diuinis.
S. Thom.
Operatio vt actio.
Mar. Vict.
Diuinos actus licet dicere operationes.
Idem.
Item actiones.
S. Thom.

Sed quia Dei motus eſt, habet in ſe motus Deum.
Rurſuſque iſto ipſo quia Dei motus eſt, habet in ſe motum Deus.

Itaque etiam motus hic deitati cõgruit, & deitas motui. Nam actionem diuinã dicit motum Dei, quadam loquendi licentia.

Marius diuinum actũ dicit motũ Dei.

2. Primò igitur loquẽdum nobis eſt de potẽtia notionali actiua, cuius actus no-

Digitized by Google

tus ac ſcitus eſt ipſa origo; vt potentiæ generatricis actus eſt actiua generatio, & ſpiratricis potẽtię actiua ſpiratio. Sed cũ potentia generatrix ſit eſſentia ſimul cũ intellectu, cuius ſcilicèt intellectus operatio eſſentialis, eſt intellectio; quæritur, Vtrũ ipſa intellectio ſit quoq; actus generatricis potentię? Ioan. Scotus in 1. d.27.q.2.& in quodlib. q.1. affirmat diuinã intellectionem nõ eſſe principium formale generationis; ſed intellectũ fœcundũ, ſiue memoriã. Et hoc quidẽ rectè: nam operatio potentiæ nõ eſt principiũ quo ſequentis operationis, ſed ordine quodã cũ illa coniungitur. Sed quodlib. eodẽ ait intellectionẽ nõ eſſe actũ productiuũ, quo ſcilicèt producatur Verbũ diuinũ, ſiue generetur Filius. Et hoc quidẽ cõſentaneè opinatur; credidit enim etiã in rebus creatis Verbũ nõ produci per intellectionẽ, ſed per actionẽ dicendi: quod idẽ affirmat de Verbo diuino. Affirmat autem idem Scotus intelligẽdi actum antecedere actum dicendi, ſiue generandi; quia eſſentialia antecedunt relatiua: ſed quãuis antecedat actus ipſe intelligendi, ait eum nõ pertinere ad rationẽ originis, & idcircò nõ eſſe productiuum. Ponit autẽ Scotus in Deo intellectiones duas; quia in rebus creatis exiſtimat verbũ eſſe intellectionẽ productã per actum dicendi, vt antea enarrauimus: in Deo autẽ intellectionem genitã ait eſſe verbũ, & eã produci, ſiue gigni per actũ dicendi; intellectionẽ autem nõ genitã, eſſe operationem eſſẽtialẽ, & eã eſſe priorem actu dicendi. Cõtra hæc docuimus Verbũ, & intellectionem definitione diſtare: & in Deo Verbum eſſe duntaxàt perſonale, intellectionem verò eſſe duntaxàt eſſentiale; aliàs perſonã cum natura ſiue eſſentia confundimus.

Quæſtio vtrũ intellectio eſſentialis ſit actus generatricis potentiæ.
Scoti
1. aſſertũ verũ. Diuina intellectio nõ eſt principium formale generationis
Probatur.
2. aſſertũ falſũ.
3. aſſertũ falſũ.
Declaratur vtrũq; aſſertũ.
Vtrũq; cap. 1. p.12. n.4. & 9. Refutatur 1.
Secundò.

Nobis igitur illud hoc loco incũbit vt oſtendamus intellectionẽ antecedẽtem actũ dicendi, ſiue generationẽ, eſſe operationẽ notionalis potentiæ, & eſſe productiuum actũ. Remoueamus tamẽ nominis ęquiuoci ambiguitatẽ; nam ſi act⁹ productiuus intelligatur ipſa productio, intellectio Patris nõ eſt actus productiuus, vt parte 2. cap. cõprobauimus; ſed ſi actus productiuus dicatur, eo modo quo potentia notionalis dicitur productiua, quia de illa procedit perſona genita; oſtendemus planẽ hoc ſenſu intellectionẽ Patris eſſe actũ productiuum, ita vt non

3.
1. Concluſio. Eſſentialis intellectio Patris antecedẽs actũ dicendi, ſeu generationẽ, eſt etiã actus notionalis, & productiuus Verbi, id eſt, de quo procedit Verbũ
Declaratur,

A ſolũ de intellectu Patris, ſed de ipſa intellectione procedat Verbũ, quod Scotus negat. Probatur primò ducendo argumentũ à rebus creatis; nam in nobis intellectio eſt ipſa verbi productio, vt docuimus; ergo in Deo intellectiò eſt ſaltèm productiua eo ſenſu, vt de intellectione procedat Verbũ. Deinde intellectus vt eſt in actu intelligendi eſt perfectiùs, aut ſanè cognoſcitur perfectiori modo; ſed omnis perfectio eſt tribuenda diuinæ proceſsioni: ergo Verbũ procedit de intellectu, vt eſt in actu intelligendi. Tertiò probatur, quoniã operatio potentiæ magis accedit ad terminũ

Probatur 1. ex intellectione creata,
Probatur 2. Verbũ procedit de intellectu, vt eſt in actu intelligendi.

B producendũ; niſi ea operatio non pertineat ad terminũ, ſed habeat ſe ad illum per accidẽs: Cum ergo intellectio ſit operatio maximè propria potentiæ generatricis, quæ eſt intellectus, & nõ habeat ſe per accidẽs ad terminũ producendũ, quod eſt Verbũ, magis accedit ad producendum Verbũ, quã ipſe intellectus. Quòd autẽ non habeat ſe per accidens intellectio ad Verbũ, ſatis liquet: nam in verbo intelligimus, vnde antea confecimus argumẽtũ, quòd ſicut verbũ eſt terminus in quo intelligimus, ſit quoq; terminus intelligendo productus. De-

Probatur 3.
Non habet ſe per accidens intellectio ad verbũ, nam in verbo intelligim⁹

C nique actus intelligendi, vt ipſe Scotus confitetur antecedit actum dicendi; & nihil prohibet, vt ſtatim videbimus, quin ille actus intelligendi concurrat, ſiue pertineat ad generandũ; ergo nulla ratione hoc poteſt negari. Nam ea quæ antecedunt, niſi ſint per accidẽs, neceſſariò cõcurrunt ad cõſequẽtia: eſt enim ordo naturæ, vt id quod antecedit, ſit cauſa cõſequentis; niſi ſit per accidens cõiunctum cũ cõſequẽte, vt volũtas antecedit in Patre, ſed ad generãdũ nõ pertinet. Explicatur hoc, nam actus intelligẽdi antecedit generationẽ; quid ergo prohibet actũ

Probatur 4.
Ea quæ antecedunt, niſi ſint per accidens, neceſſariò cõcurrunt ad conſequentia,
Declaratur

D intelligẽdi eſſe fœcũdũ, ſicut & intellect⁹ fœcundus eſt? Et hoc fortè indicat S. Hilar. lib.7. de Trinit. de Patre. *Quod* (inquit) *cũ Sacramẽto ſcĩẽtia ſua ex ionãſcitur*, quia Sacramẽtũ Paternę ſcĩẽtiæ ad natiuitatẽ Filij pertineat. Cõfirmatur apertiſsimè, ſolũ enim Pater quę intelligit dicit, vt p.2. cap. declarabimus; dicere autem ſignificat intelligere, vt eſt Patri proprium: ergo hoc intelligere in Patre eſt actus notionalis, ſiquidẽ eſt proprius Illi. Et idcircò Doctores diſtinguũt, quòd intelligere aliud eſt notionale, quòd indicat

Nihil prohibet actũ intelligendi eſſe fœcundũ
S. Hilarius.
Confirm. 1. apertiſsimè.
Intelligere aliud notionale, aliud non notionale.

Digitized by Google

dicat originē, & eſt propriū Patris; aliud nō notionale, quod non indicat originē. Ita Alex. Alenſ. 1. p. q. 67. art. 1. cū alijs.

Alenſ.

Confirm. 2. Confirmatur adhùc, quia Pater & Filius diligunt ſe Spiritu Sācto, vt docebimus; quod nō poteſt intelligi, niſi diligere accipiatur notionalitèr, vt aiunt.

4.

1. obiectio. Obijciunt tamen contra hæc nōnulla, quæ ſunt nullius momēti; aiunt enim conſequi vt actus intelligendi, quē productiuum dicimus, antecedat actū eſſentialē diligendi: & quia actus productiuus ſimul intelligitur cū termino producto; non ſolū ille actus intelligēdi productiuus; ſed ipſum Verbū productū antecedent actū voluntatis eſſentialē; cum tamen eſſentialia ſint priora perſonalibus. Præterea ob eandē antecedentiā actus intelligendi, colligunt Patrē cōmunicare Filio naturā intelligētē, ſed non diligētē, neque beatā, quod eſt impoſsibile.

Actus productiuus ſimul intelligitur cum termino producto.

2. obiectio.

5.

Ad 1. obiect. Quibus reſpondemus, in cōſtitutione perſonæ Patris cōprehendi intellectum, & voluntatē cū operationibus eſſentialibus. Deinde conſiderari in Patre intellectū, vt potētiam generatricem, & actū intelligendi vt operationē iſtius potentiæ; & iſta intellectio dicitur actus notionalis, & non antecedit dilectionē eſſentialē, quę præintelligitur in conſtitutione perſonæ, vt diximus; ſed actus notionalis intelligendi antecedit actū notionalē diligendi. Nam ſi quid valeret illud argumētū, etiam intellectus diuinus, qui eſt potentia productiua, ſimul cū productione, & Verbo, antecederet volūtatē; & ita Verbū, quod eſt perſonale, antecederet volūtatē, quę eſt eſſentiale: itaq; eſſētialia antecedūt in conſtitutione perſonę; & iterū accipiūtur vt notionalia, ſcilicèt intellectus vt potentia notionalis, & actus intelligendi vt actus potentiæ.

Intellectio notionalis nō antecedit dilectionē eſſentialē vt ſic, ſed notionalem.

Eſſentialia antecedūt in cōſtitutione perſonæ: & iterū accipiūtur, vt notionalia.

Ad 2. obiect. Quo etiā reſpondetur alteri obiectioni, conſequēs enim eſt, vt perſona generās omnia ſua communicet; quia omnia attributa præintelliguntur in conſtitutione eius, licèt in actu notionali non concurrāt omnia; quia ad producendū Verbum non concurrit voluntas.

6.

Intellectio vt eſt primus actus potētiæ notionalis, ſeu primus quo Pater generat, eſt eſſentialis operatio. Intellectio igitur vt eſt primus actus notionalis potētiæ ſi definiatur, eſt quidē eſſentialis operatio addita relatione; igitur in recto, & principalitèr eſt quid abſolutū & eſſentiale; & in hoc diſtinguitur à potentia notionali, quòd illa eſt eſſentia & virtus, ſiue potentia & eſſentia

A ſimul; actus verò notionalis non intelligitur vt eſſentia, neq; vt virtus eſſentiæ, ſed vt operatio. In obliquo verò habet eandē relationē adiectā, ſicut notionalis potentia; nam eiuſdē eſt operari, cuius eſt potentia operandi: quare ſicut intellectus prout eſt in Patre eſt potentia generandi, ita intellectio prout eſt in Patre eſt actus primus, quo Pater generat. Si verò comparetur cum ipſa generatione, etiā in hoc diſtinguitur à potentia, quòd illa eſt principiū generationis formale; iſte verò eſt actus potentiæ primus cum generatione coniūctus, quæ eſt actus ſecūdus; Et hoc intelligere notionale proprio nomine vocatur dicere, vt parte 2. cap. explicabimus.

Potētia notionalis eſt principiū formale generationis, quæ eſt actus ſecundus; non ſic actus ille primus.

7.

B Noua quædā hic occurrit opinio noſtrā ſentētiā ratione alia conuellens: negant enim Patrē intelligentē producere Verbū; eò quòd exiſtimant perſonā Patris conſtitui per ipſam productionē; & idcircò ante productionē, qua perſona conſtituitur, nequeunt intelligere perſonā operantē; cui rei eſt conſequēs vt nō priùs cogitetur Pater intelligēs, quā generās, ſiue producens Verbū: actū ergo intelligendi in Patre ſentiunt non antecedere generationē, neq; eſſe actū primū generatricis potentiæ; quod cōſequens noſtræ ſentētiæ contradicit. Iſthæc opinio lib. 4. refutabitur; ſed pro loco ſi res expēdatur, videntur hi Doctores vocem propriā ignorare: nam cū producere verbū ſit dicere, & ipſum dicere ſit intelligēdo producere, vt antea docuimus; nō poteſt cogitari quòd Pater producat Verbum, niſi intelligendo. Et Patres atteſtantur hanc veritatem, vt in cōfirmatione videre licet, quòd Pater intelligēdo generet: neque Ioannes Scotus hoc negat, & Doctores omnes cōſētiūt. Iſti vero vt rei abſurdæ cōſulāt, aliquid non minùs abſurdū, & ridiculū meditātes interpretātur iſtud pronūciatū, Pater intelligēdo generat, hoc eſt, Deo intelligente Pater generat, vt nō intelligamus Patrē priùs intelligētē, quā generātē, ſed Deū priùs intelligētē; Deo autē priùs intelligēte cogitemus Patrē generātē. Cōmētarius ſanè nō ſolùm ſine conſtructione grammatica; ſed irridendus, inquam, commentarius. Quid enim confert Deū intelligere ad hoc vt Pater generet? niſi fortè quemadmodū dicimus Cicerone conſule rē quampiam geſtam, ita velint dici

3. obiectio in opinione quorundā Scotiſtarū, perſonā Patris conſtitui per ipſā productionem.

C Hæc opinio Refutatur 1.

Producere Verbū, id eſt, dicere, eſt intelligēdo, ſeu intelligentem producere Verbum.

Patres Scot. & Scotiſtæ cōmuniter.

Reſponſio.

D 1. Improbatio reſponſionis. Hęc propoſitio, Pater intelligēdo generat, impertinētèr explicatur ſic: Deo intelligente Pater generat.

Digitized by Google

dici Deo intelligente Patrem gignere: Sanè ſi intellectio pertinet ad generationem, is idem generat qui intelligit, & intelligendo generat, hoc eſt, ipſe intelligens dum intelligit, generat:

2. Improbatio ex cōſtructione grāmatica.

Grāmatica etiam conſtructione gerundium illud copulatur cum Verbo, & conuenit perſonæ de qua Verbum prædicatur.

Refutatur 2. dicta opinio.

Sed quæſo explicent nobis id quod eſt in ore omnium, quòd Pater & Filius diligendo ſe ſe producant Spiritum Sanctum: quibus verbis ſatis exprimitur perſonas ipſas diligentes producere. Et eodem ſenſu, vt liquet, ſolemus dicere Patrem intelligendo producere Verbū, ſcilicèt Patrem ipſum intelligentē producere.

Refutatur 3.

Denique dum ſic commentantur, Patrem intelligendo gignere, vt nō concedant Patrem intelligētem, quemnam faciunt Patrem? Num cogitant Patrem mentis impotem, & ante actum intelligendi gignentem: ſcilicèt vt priùs neceſſe ſit Patrem gignere, quàm intelligere; quaſi verò à generatione hoc habeat, vt poſsit intelligere, & quaſi antea aut fuerit ſine intellectu, aut actu intelligendi interdictus, aut prohibitus. Quæ etiam noſtro modo intelligendi impia ſunt, & abſurdiſsima. Conſtat igitur actum intelligēdi antecedere in ipſo Patre generationem; imò eſſe actum potentiæ generatricis primum, cum generatione connexum, vt diximus.

8.

4. Obiectio in opinione *Ferrar.* actum generādi eſſe priorem actu intelligendi.

Ex iſtis colligitur falſam eſſe ſententiam Franciſci Ferrarienſ. 4. contra gent. cap. 13. aſſerentis priùs ordine rationis dicendi actum in Patre terminari ad Verbum, quàm actus intelligendi ad obiectum; quod eſt dicere, actum generandi eſſe priorem actu intelligendi:

Hæc opinio Refutatur 1. vt cap. 1. p. 5. & 6. & cap. 4. p. 3 num. 3.

quē errorem ex alio priori errore deriuauit; credidit enim in nobis verbū priùs produci, quā obiectū intelligatur; ſed hoc iā refutatū eſt.

Refutatur. 2.

Sed et ſi permitendū eſſet in nobis, perperam tamen de Deo hoc modo philoſophatur; nam in nobis eſt neceſſarium verbum ad intelligendū, quare poſſet videri veroſimile produci verbū antequam intelligamus:

Deo nō eſt neceſſariū Verbū ad intelligendū iuxta fidē: nec Pater accipit à Filio Sapiētiā.

ſed Deo non eſt neceſſariū Verbū ad intelligendū iuxta fidei cōſtituta, aliàs Pater eſſet ſapiens per Verbū ſuum, & acciperet à Filio ſapientiā, quod etiā ſuperiùs admonuim⁹: nullo ergo modo Verbū antecedit intellectionē Patris.

Pater nō intelligit, quia generat: Sed generat, quia intelligit.

Itaq; Pater nō intelligit quia generat, ſed generat quia intelligit, & intellectio eſt act⁹ prior.

9.

2. Concluſio. Potentia notionalis paſsiua vnicū actū habet, ſcil. terminū proceſsionis Paſsiuæ. Probatur c. 28. n. 10. 11. 12. &c

De potētia verò notionali paſsiua, nō eſt op⁹ multa dicere, ſed ea, quæ ſūt tradita, animo euoluere. Diximus enim potētiā paſsiuā vnicū actū habere, quē ipſa potētia antecedit, qui act⁹ eſt ipſe terminus proceſsionis paſsiuæ: quare neq; ipſa proceſsio paſsiua eſt actus iſtius potētię. Diximus etiā potētiā paſsiuā notionalē nō eſſe intellectū, aut volūtatē;

Potentiæ notionalis paſsiuæ nulla eſt operatio.

quare cū in Deo nulla ſit operatio eſſentialis niſi aut ab intellectu, aut à voluntate ducta, nulla operatio eſſentialis inuenitur in potentia paſsiua notionali. Imò nulla operatio in illa potētia inuenitur, quia operatio eſt à potentia actiua; ſed inuenitur ſolus actus potentiæ, qui eſt terminus operationis, eo modo quo declarauimus. Cōſule quæ diximus, ne dictum dicamus.

Confirmatio.

10.

1. Cōfirmatio 1. Cōcluſionis.

QVòd operatio eſſentialis intelligēdi, & diligēdi ducta à potētia notionali, ſcilicèt intellectus, & volūtatis fæcūdæ, ſit actus quoque notionalis, ex eo poteſt probari, quod Patres affirmant Patrem per intellectum generare, & intelligendo generare; conſequens enim eſt vt ipſe actus intelligendi ad generationem pertineat.

2. & præcipua.

Confirmationem etiam præcipuè ex eo quòd Patres intelligunt Deum loquentem, hoc eſt, generantem; loqui enim ſine actu intelligendi non poteſt cogitari, aut percipi: igitur ſi Patrem loqui eſt Patrem gignere, in ipſa ratione generandi clauditur actus intelligendi, ſine quo loquutio non poteſt cogitatione fingi.

Iob 33. n. 14. *S. Gregor.* *Pſ. 61. n. 12.* *S. Auguſt.* *Ruffinus.* *S. Bernard.* *Gloſſ. interl.* *Magiſt.* *Hugo Card.* *Alex. Alēſ.*

Ita commentantur in illud Iob, *Semel loquitur Deus.* S. Greg. 23. Moral. cap. 19. Et in Pſal. 61. ad illa verba. *Semel loquutus eſt Deus.* S. Auguſtin. & Ruffinus ibidem, & S. Bernard. ſermone 36. & Gloſſa interlinialis. Et de ſcholaſticis Magiſt. & Hugo Cardin. & Alex. Alenſ. 1. p. q. 62. mēb. 2. Quòd etſi is ſenſus ſit myſticus, tamen auctoritate Patrū firmatus nō parum habet ponderis; & ipſæ Patrum ſententiæ ſuum patrocinium ferunt, dum ita enarrando locum, quid ſentiant manifeſtè aperiunt.

Caiet. *Titelman.* *Incognitus.* *Pſal. 2. n. 7.*

At verò Thomas Caietan. Frāciſcus Titelmanus, & Incognitus verſiculū illū. *Dixit Dn̄s ad me, Filius meus es tu,* pulchrè exponūt de diuina generatione, quia dū dicēdo vocauit Filiū, Filiū genuit; dicere enim ipſum, quid

S.Thom. quid eſt niſi gignere? Hæc ſanè eadē ſētētia eſt S.Thomę haud dubia, qui frequētèr docet generationem eſſe ſecundum operationem intelligibilem, indicās intelligibilem operationem, quæ eſt ipſa intellectio, ad generationem pertinere; & clariùs 1.p.q.34.art.3. affirmat Verbum procedere de cognitione creaturarum; ergo cognitio eſt actus, de quo procedit Verbum; pertinet ergo ad originē, & eſt actus notionalis. Thomiſtæ ferè omnes concordant, vt liquidū erit parte capitis ſecunda. Suffragium quoque ferunt Alex. Alenſ. 1.p. q. 62. memb. 2. ad 3. Albert. Magn. d. 27. art. 5. & Henr. Gandau. in ſumma, art.8.q. 2. & eſt communior Doctorum opinio. *Alenſ. Alb. Magn. Gandau.*

PARS POSTERIOR.

Operatio eſſentialis non eſt origo.

1\. DE ſecundo, præcipuoque actu notionalis potentiæ, qui eſt origo diuina, parte hac ſecunda capitis diſputādum eſt; ſunt enim Thomiſtæ quibus placet intellectionem in Patre eſſe ipſā productionem Verbi, quæ eſt origo & actiua generatio. Neque dubiū eſt quin diuina intellectio, & origo re, vna ſit; ſicut eſſentia, & perſona eſt res vna: ſed quoniam cogitando diuidimus res diuinas rationibus formalibus, ſiue definitionibus, de ea diſtinctione quæſtio verſatur, An intellectio vt eſt actus notionalis ductus ab intellectu fœcundo, & proprius Patris, ſit ipſa origo ſiue generatio: an verò definitione, ſiue ratione, formali, ſit actus diſtinctus? Nam cum in rebus creatis intellectio ſit ipſa verbi productio, videtur quòd idem dicendū ſit de intellectione Patris, quæ de intellectu fœcundo educitur, ſcilicèt, quòd ipſa ſit productio Verbi, eiuſque origo, & generatio actiua. Ita ſentit Caiet. 1. p. q. 27. art. 5. Quæ opinio placuit Bartholomæo Torres ibidem 2. & 3. p. diſputationis, & multis conatur in eādem pertrahere S. Doctorem. Nec ab ea diſſentiunt, qui aiunt intellectionem addita relatione eſſe productionem Verbi: ſed vtraque exiſtimatio falſa eſt, vt ſtatim dicemus.

Quæſtio, an ratione formali intellectio propria Patris ſit generatio?

Ratio dubitādi

Affirmant. *Caietan. Torres. Alij.*

2\. Ergo aduertendus eſt animus, quòd generatio diuina, ſiue origo eſt quædam relatio: ita vt ſicut relatio non clauditur in tota ratione formali diuinæ eſſentiæ; ita neque origo, aut perſonalitas. Hæc enim relatiua ſunt; eſſentia verò abſoluta: licèt hæc etiam relatiua, ſuis rationibus formalibus inter ſe diſtinguātur, vt hoc libro dicemus; ſed tamen cum eſſentiâ comparata, quæ eſt res abſoluta, iſta dicūtur relatiua, & ſunt res relatiuæ. Qua ſola notatione animo excepta, apertiſsimè oſtendimus intellectionem non eſſe originem: nam intellectio etiā notionalis, vt docuimus parte priori cap. in recto eſt quid eſſentiale, ſicut potentia notionalis in recto eſt eſſentia: igitur etſi intellectio addita relatione ſit propria Patris, ſicut & intellectus fœcundus eſt Patri proprius; tamen intellectio non eſt ipſa productio, quæ eſt relatio, ſed eſt actus antecedens productionem Verbi; eſtque intellectio Patris, vt diximus, actus productiuus eo ſenſu, quo ipſe intellectus eſt potentia productiua, ſed non eſt ipſa productio: potentia enim, & actus productiuus eſt eſſētia in recto addita relatione in obliquo; productio verò ſiue generatio eſt in recto relatio, vt declaratum eſt.

Concluſio negat. Aduert.

Origo eſt in recto quædam relatio.

Intellectio etiam notionalis eſt in recto quid eſſentiale, & abſolutum.

3\. Licebit autem aduertere, intellectionem noſtram eſſe productionem verbi ex propria ratione formali: ſed hoc in Deo alitèr eſſe accipiendum, nam intellectio eſt quid commune tribus perſonis, productio autem Verbi eſt propria Patris; ergo non eſt idem. Quòd etſi reſpondeas, intellectionem notionalem eſſe propriam Patri: Non euadis difficultatem; nam intellectio propria Patri eſt eſſentialis operatio addita relatione, quæ propria eſt Patri: igitur ſi ipſa intellectio diuina, quæ eſt eſſentialis operatio, eſſet ex propria ratione productio Verbi, ipſa eſſentia eſſet in Patre diuerſa, quod eſt hæreticum. Et clariùs dicitur quòd ipſa intellectio notionalis in recto eſt eſſentia; ergo non eſt productio, quę eſt relatio. Prætereà hoc ipſū ratio perſuadet; nam in nobis intellectio eſt actio deriuata à potentia reali, ſcilicèt ab intellectu à quo diſtinguitur: quare per ipſam actionem poteſt produci aliud, & non eſt neceſſe addere aliam actionem, ſed ipſa intellectio eſt actio & productio. At verò diuina intellectio non eſt actio emanans à reali potentia, ſed à potentia rationis, vt S.Thom. docet; quia nō diſtinguitur ab ipſo intellectu niſi ſola ratione,

1\. Fūd. & reſp. ad rationē dub. In Deo intellectio eſt communis tribus perſonis; generatio eſt relatio propria Patris. Replica.

Occurritur. Si intellectio notionalis eſſet ex propria ratione productio Verbi, ipſa eſſentia eſſet in Patre diuerſa.

2\. Fund. & reſponſ. ad rationē dubit.

In Deo intellectio eſt actio emanans duntaxat à potētia rationis.

qua cogitatur vt actus potentiæ, ſed nõ emanans reali emanatione ab illa, ſicut in nobis emanat: quare ex propria ratione non eſt productio. Denique productio actiua in Patre eſt res diſtincta à re producta; eſt enim proprietas Patris, quæ non inuenitur in Filio producto: intellectio autem Patris non diſtinguitur à re producta, ſicut & potentia notionalis quæ eſt intellectus, vt antea docuimus. Nam & intellectum, & intellectionem Pater communicat Filio; generationem autem actiuam, ſiue productionem non communicat; ergo intellectio Patris non eſt productio Verbi, ſiue generatio.

3. Fundam.

Intellectum & intellectionẽ Pater communicat Filio: generationẽ actiuã, minimè.

4. Aſſert.

Primus actus, & 2. ſeu præcipuus potentiæ notionalis, ſunt inter ſe connexi ex modo intelligẽdi, ac pro inde definitione.

Igitur actus primus potentiæ notionalis eſt operatio eſsentialis cum origine cõiuncta; actus verò ſecundus, & præcipuus eſt ipſa origo, ſiue productio cõiuncta cum operatione eſſentiali; quia hi duo actus ſunt inter ſe connexi. Cõſiderandum enim eſt originem diuinam pluribus nominibus ſignificari: dicitur enim in genere origo, in qua adhùc non ſignificatur principiũ, aut termin' operationis: dicitur nominibus ſpecialibus generatio, & ſpiratio actiua; quarũ operationum diſcrimen nõ poteſt explicari, niſi prout generatio eſt coniuncta cum intellectione; vnde habet vt ſit productio Verbi & generatio Filij: ſpiratio verò vt cõiũgitur cũ dilectione, de qua eſt proceſsio amoris. Et ita in definitione actuum notionaliũ in ſpecie, actus ſecundus cõnectitur cũ primo. Et hoc differũt, quòd actus notionalis primus eſt operatio eſſentialis in recto, coniũcta cũ origine in obliquo: actus verò ſecundus eſt ipſa origo in recto, copulata cum operatione eſſentiali in obliquo. Adhùc tamẽ origo ſignificatur nomine alio expreſſiori, indicante potentiã, & operationẽ eſſẽtialem, cuius eſt actus: verbi gratia, dictio, eſt nomen originis diuinę, ſignificãs productionem Verbi, dicere enim ſignificat intelligẽdo producere; producere autem eſt relatio in recto: ſed intelligẽdo producere, indicat in obliquo operationẽ eſſentialẽ. Et hoc nomen originis indicat operationẽ eſſentialem cũ qua ipſa origo cõiungitur; ita vt ex modo intelligendi ſint coniuncta, etiã ante diſtinctam, & explicatam rei definitionẽ. Et hoc eſt quod in inſcriptione iſtius capitis propoſuimus, nomina actuum notionalium ſignificare originem cũ operatione eſſentiali coniunctam. Verũ eſt quòd origo Spiritus Sancti non habet nomen ſpeciale indicans dilectionẽ, ſicut dicere indicat intellectionẽ. De qua re poſteà agemus.

Origo eſt nomẽ genericũ.

Generatio, & ſpiratio actiua, ſunt nomina ſpecialia, quarũ diſcrimẽ abſq; actibus eſſentialibus nõ explicatur.

Actus notionalis primus eſt operatio eſſentialis in recto coniuncta cũ origine in obliquo.

Actus notionalis ſecũdus vicecerſa.

Generatio dicitur etiam dictio; quod nomen indicat intellectionẽ.

Origo Sp. Sãcti non habet ſpeciale nomẽ ſic indicãs dilectionem.

5\. *Gennadius explicatur.*

Gennadius in expoſitione Concilij Florent. ſect. 9. productionem actiuam appellat eſſentialem, quæ tamen non eſt eſſentialis operatio, ſed notionalis, & perſonalis: ſed dicitur à Gennadio eſſẽtialis, quia de eſſentia producentis, perſona producitur, & ſic vna de conceptu alterius eſſe dicitur.

6\. 1. Confectariũ

Dicere ſignificat æquiuocè actum intelligendi producẽdo Verbum, & actum producẽdi Verbũ intelligendo.

Ex his colligitur id quod eſt ſũmoperè aduertendum, quòd verbum hoc dicere eſt æquiuocæ ſignificationis, vt docuimus; ſignificat enim vel intelligere producto verbo, vel etiam producere Verbum: ita in Patre Æterno ſunt duo actus, alter intelligendi, alter producẽdi Verbum. Itaque ſolius eſt Patris dicere quæcunque intelligit; nam dicere eſt intelligere producendo verbum, quo pacto ſolius eſt Patris dicere: ipſi quoque eſt proprium dicere Verbum. Sed priori modo dicere eſt intelligere notionale; poſteriori autem modo dicere eſt producere.

Solius eſt Patris dicere quæcunque intelligit. Oſtenditur.

7\. 2. Confect.

Proceſsio paſſiua nõ coniũgitur cũ operatione eſſentiali. Oſtenditur in hoc cap. p. 1. & cap. 28. Indicat tamen illam. Exemplum:

Secundum conſectariũ eſt, quòd proceſsio paſsiua non coniungitur cũ operatione eſſentiali; quia neque ipſa proceſsio eſt operatio potentiæ notionalis paſsiuæ, neque in potentia paſsiua eſt operatio eſſentialis, vt docuimus parte capitis priori. Poterit tamen proceſsio paſsiua indicare operationem eſſentialẽ, ſed non cum qua ſit coniuncta; verbi gratia, natiuitas indicat quòd de intellectione ducatur; ſed ducitur de intellectione Patris, cuius non eſt natiuitas; natiuitas enim eſt Filij proprietas; & nõ eſt Patris natiuitas, cum Pater nõ ſit natus; neque natiuitas eſt actus alicuius potẽtiæ eſſentialis, cum cuius operatione copuletur, vt ex dictis liquet.

8\. Obiectio. 1. Reſponſio.

Inter Doctores dubium, an ſit in nobis actio immanens intellectus quę nõ ſit intellectio. Auctor negat.

In Deo ea actio neceſſaria eſt.

Sed contra hanc opinionem quidam obijciũt, nullã actionem intellectus poſſe cogitari quæ nõ ſit intellectio. Et quidèm etſi ea res in dubio ſit apud Doctores; nos tamẽ credimus ab intellectu poſsibili nullã oriri actionẽ immanentę præter ipſã intellectionẽ, cũ ea ſit ſatis ad ea producẽda, quę de intellectu oriũtur. At verò in Deo operatio intelligendi eſt ipſa eſſẽtia, & nõ eſt actio deriuata à poten-

Origo, ſeu productio eſt relatio, & vt actus eſt, ducitur à potentia reali, vtpotè cum ſit res diſtincta à procedēte: nō ſic intellectio in Deo.

A à potentia, quam realem dicimus: Quare neceſſe eſt vt ſit actus diſtinctus ab origine, quæ eſt relatio, & vt actus eſt ducitur à potentia reali, vtpotè cum ſit res diſtincta à procedente, vt anteà admonuimus. Præterea intellectio eſt perfectio potentiæ, & quia noſter intellectus eſt imperfectus, ipſa eius actio perficiēs eſt quoque productio alterius perfectionis: ſed in Deo omnis perfectio continetur in ratione formali eſſentiæ; & idcircò generatio, ſiue productio Verbi & ipſum Verbum, non ſunt perfectiones additæ: intellectio autē diuina noſtro modo intelligēdi eſt perfectio addita; quarè neceſſe eſt generationem Verbi eſſe actionem ab intellectione diſtinctam.

2. reſponſ. Perfectio intellectus imperfecti poteſt eſſe productio alterius perfectionis.

B Denique in nobis productio Verbi eſt propter imperfectionem intelligendi, & ita nihil prohibet, quin ipſa intellectio imperfecta ſit productio: at verò diuina intellectio eſt perfectiſſima; & de eo quòd perfecta eſt, & infinita ſumitur ratio originis; quarè neceſſe eſt vt intellectio antecedat originem, & non ſit ipſa origo.

3. reſponſ. In nobis productio Verbi eſt propter imperfectionem intellectionis. In Deo propter perfectionem infinitā.

9. Per ea quæ diſputata ſunt poſſumus expiſcari commētarium difficillimæ aſſertionis, quæ eſt apud S. Thom. 1. p. q. 34. art. 1. ad 3. vbi id quod docebamus C affirmat, ſcilicèt quòd dicere ſit producere Verbum; & ſubijcit, *ſed mediante verbo importat habitudinem ad rem intellectam.* Docuimus enim anteà intellectum diuinum non coniungi cum re intellecta per medium verbum; cum res intellecta quæ eſt diuina eſſentia ſit per ſe intelligibilis. Et hoc etiam capite cōprobauimus actum intelligendi antecedere actum dicendi; intellectio autē per ſe coniungitur cum re intellecta; ergo actus dicendi, ſiue dicere non importat habitudinem ad rem intellectam.

S. Thomæ aſſertio difficillima, & argutiſſima.

Impugnatur ex hoc cap. & cap. 14.

10. Ad hoc reſpondendum eſt verum il- D lud eſſe quod ſuperiùs tradidimus, ſcilicèt intellectum diuinum non coniungi cum re intellecta medio verbo: neque huic ſententiæ contrait S. Thom. loco nunc commemorato. Aduertendum igitur eſt quòd dicere Verbum eſt actus ſecundus notionalis, & eſt ipſa origo ſiue productio, & non refertur per ſe ad obiectū intellectus, ſed ad terminum productum, ſcilicèt ad Verbum; ſed in obliquo indicat intellectionem reſpicientē obiectum: non tamen eſt conſequens, vt A ipſe actus dicendi per id quod indicat in obliquo reſpiciat obiectum. Quamobrē dicere hoc, quod eſt producere, non refertur ad obiectum per actum intelligēdi cum quo coniungitur; ſed per Verbū, quod eſt terminus productionis: ratio eſt quia dicere refertur ad Verbum, vt ad terminum, & Verbum ex propria ratione formali habet, vt referatur ad rem intellectam; ergo & dicere ad rem intellectam refertur medio Verbo, non autē media intellectione; quia dicere non refertur ad intellectionem, ſed illam indicat in obliquo. Quare non eſt conſequēs quòd intellectio coniungatur cum re intellecta medio Verbo. Eſt tamen conſequens vt actus dicēdi non coniungatur B cum re intellecta quaſi cum obiecto, cū actus dicēdi non ſit intellectio, ſed origo: refertur tamen actus dicendi ad rem intellectam, vt ad relatū ſui relati; quia per hoc, quod refertur ad Verbum, refertur ad rem intellectam ad quam Verbum refertur, ipſo Verbo medio ducente relationem; ſicut nepos per Patrem refertur ad auum. Et hoc S. Thom. argutiſſimè docuit conſiderans actum dicēdi non vt intellectio, quia non coniun- C geretur cum re intellecta medio Verbo; ſed vt actus dicendi eſt productio Verbi, quòd ad rem intellectam refertur. Ex quibus clariùs liquet S. Thomam actum dicendi in Deo ab intellectione diſtinguere.

Explicatur. Dicere diuinū vt eſt intellectio, non refertur, nec iungitur media productione ad rē intellectam. Similitèr vt eſt productio non refertur, nec iungitur ad illā media intellectione, vt ad obiectū.

Vt eſt productio refertur ad illā medio Verbo, vt ad ipſū Verbi termini ſui, ac relati relatum.

S. Thomæ aſſertio explicata oſtendit eum ab intellectione diſtinguere actum dicendi.

Confirmatio.

11. QVòd actus dicendi non ſit intellectio in Deo, ſentētia eſt S. Thomæ loco iam recitato. Et ibidē docet quòd dicere eſt perſonale, ſcilicèt proprietas Patris, & relatio. Qua in re corrigit S. Anſelm. Monolog. cap. 28. vbi diſputā- D do aſſerit tres perſonas diuinas dicere intelligendo, & hoc eſſe dicere cogitando intueri. S. Thomas contra hoc ait, S. Anſelm. impropriè fuiſſe loquutum, & vſū ſignificationis ſimilitudine, quia quæ intelligimus dicimus, dicere pro intelligere vſurpaſſe. Idem confirmat de Veritate q. 4. ar. 2. ad 5. Idē ſentit Richard. lib. 6. de Trinit. cap. 11. vbi docet quòd ſolus Pater dicit: eſt ergo dicere diuinū non eſſentialis operatio, ſed proprietas perſonalis. Eadem opinione concordat Alex. Alenſ. 1. p. q. 62. memb. 2. ad 3. Albert. Magn. d. 27. ar. 5. & Henr. Gandau. in

Idem.

S. Anſelmū corrigit, dicere pro intelligere vſurpantē.

S. Thom.

Richard.

Alenſ.

Alb. Magn.

Gandau.

Scot.

in ſumma art. 8. q. 2. conſentit Ioannes Scotus, qui non ſolùm negat actum dicendi eſſe intellectionem: ſed repugnat quòd actus intelligendi ad originẽ pertineat, vt prima capitis parte diſputatũ eſt. Et hęc eſt communis Doctorum ſententia.

CAPVT XLVI.

Pater, & Filius diligunt ſe Spiritu Sancto.

1. Hanc quęſtionem dubiam reliquere. *Magiſt. Alenſ. Durand. S. Bonau. Torres.* Eiuocat altitudinem nimiæ profunditatis. *Magiſt. S. Thom.*

EXplicata natura operationis notionalis, obijcitur ingens quęſtio, quam videntur dubiam, ancipitemq; relinquere nõ ſolus Magiſter in 1.d.32. ſed Alex. Alenſ. 1.p.q.67. membro 3. art. 3. & Durand. d.32.q.1. & S. Bonauent. q. eadẽ, ac Bartholomæus Torres 1.p. Magiſter verò iſtam quæſtionem vocat altitudinẽ nimiæ profunditatis. De ea S. Thomas 1.p.q.37.art.2.& in 1.d.14.q.1.art.2.& d.32.q.1.ar.1. & 4.contra gent.cap.23. & de Potentia q.2.art.9.

2. Ratio dub. Nulla perſona diuina eſt perfectio alterius. Oſtenditur. 1.

Eſt autem apertiſsima cauſa controuerſiæ; eò quòd nulla perſona diuina ſit perfectio alterius: perſona enim eſt, cuius eſt perfectio, & ipſa nullius eſt, vt lib. 4. dicemus: neque vlli perſonæ diuinæ deeſt aliquid perfectionis in ſe ipſa, vt per alteram perſonam perficiatur. (Secundò. *S. Auguſt.*) Quod S. Auguſtinus decernit 15. de Trinitate cap. 7. affirmans quamuis perſonam diuinam ſibi ipſi intelligere, hoc eſt, habere in ſe intellectionem, & non intelligere vnam perſonam per aliam. Quòd ſi Filius non intelligit per Patrem, quaſi Pater ſit forma qua Filius intelligit; multò minùs Pater intelligit per Filium, quẽ gignit, cum Filius neque ſit forma Patris, ſed neque principium eius à quo Pater accipiat. (Pater non eſt ſapiens Verbo ſuo, vel ſapientiâ genitâ. *Idem.*) Vndè colligit S. Auguſt. ibidem abſurditate eſſe pleniſsimum dicere, Patrem ſapientem ſapientiâ, quam genuit. Et lib. 1. retract. cap. 26. retractat ſententiam, quam aliàs protulerat, quòd Pater ſit ſapiens ſapientiâ genitâ. Videtur autem ſimile pronunciatũ, quòd Pater, & Filius diligant ſe Spiritu Sancto: (*Guitmund.* Pater non habet à Filio ſapientiam, nec à Spir. Sancto dilectionem.) non minùs enim abſurdum eſt, vt obſeruat Guitmundus Epiſcopus Auerſ. libro de Trinitate, quòd Spiritus Sanctus ſit dilectió qua Pater diligit, ita vt ab Spiritu Sancto habeat Pater dilectionẽ, quàm quòd Filius ſit ſapientia Patris, ita vt à Filio habeat Pater ſapientiam: nam & A dilectio eſt eſſentia, ſicut & ſapientia; & ſi Pater haberet aut ſapiẽtiam à Filio, aut ab Spiritu Sancto dilectionem, ab ijſdẽ haberet eſſentiam, vt argumentatur S. Auguſtinus 15. de Trinit. *S. Auguſt.*

3. Ratio dubitãdi inculcatur.

Quoniam igitur aſſertum hoc, quòd Pater & Filius diligant ſe Spiritu Sancto, non ſemel inuenitur apud Patres; vt verum à Doctoribus accipitur, ſed quòd ſit difficile explicatu: Pater enim non eſt ſapiens ſapientiâ genitâ, quare neque videtur Filium diligere Spiritu Sancto; B idem enim intereſt, an à Filio ſapientiã, an verò ab Spiritu Sancto dilectionem accipiat; à neutro enim Pater accipit. Videtur verò eſſe ſenſus idem vtriuſque propoſitionis, aut quòd Spiritu Sancto diligat, aut quòd Verbo ſuo ſapiens ſit; ſiue quòd ſit ſapiens ſapientiâ genitâ, quod idem eſt. De qua re Ioan. Scot. in 1.d.32. plures aliorum opiniones recenſet; (*Scotus.*) Gotfredus ibi affirmat iſtam propoſitionem eſſe falſam, & retractatã à S. Auguſt. in illa ſimili, quòd Pater non ſit ſapiens ſapientiâ genitâ. (Pars negans *Gotfredi.*) Sed in confirmatione capitis liquidum erit, quòd S. Auguſt. non retractauit iſtam ſententiam, quæ ab alijs quoque Patribus comprobatur. (Refellitur in confirm.)

C

4. Partis affirm. 1. explicatio.

Aliqui Doctores propter auctoritatẽ Patrum aiunt, enunciatum illud verum eſſe, ſed impropriæ loquutionis: qua in re parùm Patribus deferunt, dùm eos impropriè loquutos aiunt. (Improbatur.) Quidam autẽ explicant cum Durando, quòd diligunt ſe Spiritu Sancto per quandam accommodationem; (2 explicatio *Durand.*) quia diligunt quidèm ſe eſſentiali dilectione, quę Spiritui Sancto tribuitur: ſed tamen eo pacto concedẽdum eſſet, quòd Pater eſt ſapiens Verbo ſuo, quia eſt ſapiens ſapientiâ, quæ Verbo tribuitur. (Refellitur.)

D

5. 3. explicatio.

Alij alitèr exponunt, quòd diligunt ſe Spiritu Sancto, ſcilicèt ipſo Spiritu Sancto à ſe procedente ſignificant ſe ſe diligere, vt illo ablatiuo caſu indicetur non cauſa dilectionis, ſed ſignum. Hoc quoque refellit S. Thom. quoniã amor creatus eſt ſignũ, ſiue imago amoris increati; (Refellitur. 1. à *S. Thom.* Amor creatus eſt ſignum, ſiue imago Amoris increati.) cum tamen dicendum non ſit Patrem, & Filium diligere ſe ſe amore creato, quaſi ſigno dilectionis ſuæ. Prætereà dilectionis ſigna nobis præbentur, qui occultam dilectionem ignoramus; nobis autẽ dilectio Patris, & Filij non indicatur per proceſsionẽ Spiritus Sancti, quę obſcura eſt (Refellitur. 2. Proceſsio Sp. Sancti eſt nobis obſcura.)

Digitized by Google

eſt cognitu; ſignum autem apertum eſt clarum. Neque verò Patres quos referemus in eò ſenſu illud aſſertum ſcriptum reliquerunt, vt legenti promptum eſt intueri.

6. 4. explicatio, Præpoſitiui.

Deteriorem verò commentarium afferunt, qui aiunt Patrem, & Filium diligere ſe Spiritu Sancto, quia dant hoc illi, vt ſe ipſos diligat: Ita Præpoſitiuus. Sed quis non videat durum eſſe ſenſum, & quem minimè voluerũt Patres, cum ſermonem faciant de ipſa dilectione Patris erga Filium, & Filij erga Patrem? Nam & eodem modo Pater diligeret Spiritũ Sanctum Filio; ſcilicèt, quatenùs dat Filio dilectionem Spiritus Sancti: & diceret ſe, & omnia Spiritu Sancto, quatenùs Spiritui Sancto cõmunicat, vt ſe, & omnia intelligat. Pręterea etſi in rebus creatis Rex operetur per Vicarium, cui tribuit auctoritatem moderandi Rempublicam, ita vt operatio Vicarij, ſiue Proregis non ſit operatio Regis, ſed illi attribuatur, eò quòd dedit Vicario auctoritatem operandi; tamen in rebus diuinis, & virtus operandi, & ipſa operatio communicatur, eſtque indiuidua operatio communis perſonis diuinis. Quarè dum dicimus Patrem operari per Filiũ, intelligimus eadẽ operatione Filij, quã Pater ei dedit, Patrem etiam formalitèr operari. Cum ergo dicimus Patrem, & Filium diligere ſe ipſos Spiritu Sancto, non ſolùm ſignificamus dilectionem illorum communicari Spiritui Sancto, ſi ita placet; ſed neceſſe eſt etiã ſignificari Patrem ipſum & Filium ſe ſe formalitèr diligere, diligere autem ſe Spiritu Sancto. Et ita redit quæſtio redintegrata, quomodò hoc enunciatum accipiẽdum ſit. Nec verò hic commentarius Præpoſitiui conſentaneus eſt dictis Patrum, vt in confirmatione oſtendemus.

Improbatur 1. vt diſſona Patribus.

Pater dat dilectionem Filio, & intellectionem Spiritui Sancto.

Refutatur. 2. Pater, & Filius ſe ſe formalitèr diligũt Sp. Sancto: non verò ſolum vt Rex dicitur operari per vicariũ operantem accepta ab rege authoritate.

7. 5. explic. ſimilis pręced. eſt. *Rad. cit.* 17.

Iſthęc ſentẽtia Præpoſitiui placet quibuſdam Ioãnis Scoti ſectatoribus. Nam Scotus arbitratur actum intelligẽdi, aut diligendi non pertinere ad originẽ: quarè cum dicimus Patrẽ, & Filium diligere ſe Spiritu Sancto, exponunt non diligere ſe formalitèr; ſed principiatiuè, hoc eſt, non indicari ibi dilectionem qua Pater, & Filius ſe diligunt, ſed illam dilectionem qua Spiritus Sanctus illos diligit: quæ dilectio Spiritus Sancti, quia à Patre, & Filio accipitur, ipſi principiatiuè dicuntur ſe diligere, quia ſunt principium Spiritus Sancti diligentis. Quarè ſicut ſimilitudo in pariete aſsimilat illũ formalitèr alteri ſimili; qui verò facit parietem candidum facit ſimilem effectiuè, non formalitèr: ita, inquiunt, Pater, & Filius diligunt ſe Spiritu Sancto non formalitèr diligentes ſe; ſed ſolùm principiatiuè, hoc eſt, communicãtes dilectionem ſui Spiritui Sancto. Quæ opinio cõſentanea eſt Scoto; ſed longiùs diſtat à veritate. Et quidèm qua parte conſentit cum Præpoſitiuo ſatis eſt refutata; qua verò parte illo nititur fundamẽto, quòd actus diligendi formalitèr in Patre, & Filio exiſtens non pertineat ad originẽ, cap. antecedẽtis parte priori labefactata eſt diruto fundamento. Præterea exemplum aſsimilandi quod afferunt, nullũ eſt: nam etſi in operatione intellgibili inueniatur quòd Verbũ declarat, ſiue repręſentat rem formalitèr, & producẽs Verbum declarat effectiuè producendo illud repræſentatiuum; tamen in operatione volũtatis non accommodatur exemplum; nam ipſa dilectio non diligit: ergo is qui producit dilectionem nõ per hoc diligit principiatiuè (vt aiunt) quia producat dilectionem diligentem; ſicut qui producit Verbũ declarat, quia producit declaratiuum. Dices nomen non eſſe inuentum quod ſignificet illam relationẽ dilectionis ad res dilectas, ſicut repręſentare, ſiue declarare ſignificat relationẽ intellectionis ad res intellectas; ipſa tamen dilectio habet hanc relationem ad res dilectas, vt Scotus obſeruat. Huic rei equidèm conſentio: ſed illud eſt conſequens, vt Pater, & Filius non diligant ſe Spiritu Sancto. Nam nomen hoc diligendi non ſignificat illam relationem, qua dilectio refertur ad res dilectas; ſicut repræſentare ſignificat relationem ad res intellectas, qua Verbũ refertur ad illas; ergo non facit propoſitio eum ſenſum, quem Scotus vult: ex eo enim quòd dilectio non vocatur diligẽs, conſequens eſt, vt is qui producit dilectionẽ non idcircò dicatur diligens, quia producit diligentem: quo pacto qui producit verbum repræſentatiuum, dicitur quoque repræſentare. Et quidèm in errato eodem ſimpliciùs opinatur Præpoſitiuus, qui explicat Patrem, & Filium diligere ſe Spiritu Sancto, quia dilectio qua Spiritus Sanctus illos diligit, ab iiſdem eſt.

Conſentanea eſt doctrinæ Scoti de qua c. 45. p. 1. n. 2. Aſſerit Patrẽ, & Filium diligere ſe Spir. Sãcto nõ formalitèr diligẽtes ſe, ſed principiatiuè, quia ſunt principium, Sp. Sancti diligentis.

Exemplũ aſsimilandi.

Refellitur hęc explicatio, vt hic & cap. 45.

Exemplũ improbatur. Verbum dicitur declarãs, ſeu repræſentans formalitèr.

Dilectio non dicitur diligẽs.

Reſponſio. Iuxta tradita cap. 14. præſertim p. 3. n. 15. & cap. 15. vt in verbo eſt relatio ad res intellectas, ſic in dilectione ad dilectas.

Admiſſa reſpõſione improbatio vrgetur.

Producens dilectionem nõ poteſt ex eo dici diligens, qd producat dilectionem diligentẽ, cum dilectio nõ ſit diligẽs, & nomẽ hoc, diligẽs, nõ ſignificet relationem, vt nomẽ repręſẽtãs.

Propoſitio in titulo poſitã non facit ſenſum quẽ Scotus vult.

In

8. Aſſertum Scotiſtarum Verbum diligendi in theſi controuerſa ſignificare mixtum ex eſſentiali, & notionali.

In eo etiam maximè errant cum ſuo Præceptore, quòd exiſtimant Verbum diligēdi in theſi propoſita non ſumi, aut eſſentialitèr, aut notionalitèr, ſed mixtè. Nam mixtum eſt quod ex duobus eſt cōflatum. Quòd ſi illi credunt ibi non ſignificari dilectionem eſſentialem, aut ipſam relationem dilectionis formalitèr; ſed tantùm principiatiuè; verbum diligendi non eſt mixtum, ſed duntaxat ſignificat productionem dilectionis; ſicut aſsimilare parietem, duntaxat ſignificat actionem aſsimilantis. Nec verò in verbo diligēdi duplex ſignificatio ſimùl ineſſe putanda eſt, quâ vtrâque ſimul in ea propoſitione vtamur, quod eſſet portētum Dialecticum: Neque eſt dicendum verbum illud eſſe notionale, & eſſentiale ſimul; ſed eſſe ſimplicitèr notionale; eò quòd licèt ſignificet operationem eſſentialem, tamen notionem ſimùl ſiue proprietatem ſignificat, & ita non eſt ſimplicitèr eſſentiale: quo pacto potentia generatiua dicitur notionalis, cum tamen principalitèr ſit ipſa eſſentia.

Impugnatur 1 de diligere etiam, vt ſumūt, principiatiuè.

Impugnatur 2 Verbum illud eſt ſimplicitèr notionale. Ratio.

9. Si verò Ioannes Scotus credidit verbum diligēdi in eo aſſerto principalitèr, & in recto ſignificare operationem eſsētialem, & perſonalem ſimùl; longè à vero abeſt. Nam præterquàm quòd abſque dubio æquiuocum eſſet nomen duplicis ſignificationis: aſſertum illud falſiſsimū eſſet, quòd Pater & Filius diligāt ſe Spiritu Sancto; nam & perſona per dilectionem procedens ſignificaretur dilecta, & ipſæ perſonæ dilectæ ſignificarētur productæ; ſiquidèm diligere æquè vtrumq; ſignificaret, & producere, & diligere: neque eſſet vlla ratio, quòd perſona producta poneretur in caſu ablatiuo, & dilecta in accuſatiuo; ſed hæc eſſent commiſta, & confuſa. Neceſſe eſt ergo, vt dicamus alteram operationem in recto, alteram in obliquo (vt aiunt) indicari, & vt omninò euitemus illud aſſerere, quòd verbum diligendi ſignificet quid mixtū ex eſſentiali, & perſonali.

Impugnatur 3.

Quartò efficaciter. Sequitur perſonam dilectā poſſe æquè poni in caſu ablatiuo vt productam.

10. 6. explic. *Altiſiodor.* Ablatiuo caſu indicari quaſi formalē cauſā. Reijcitur. Spir. Sanctus non eſt cauſa, aut principiū aliarum perſonarum.

Altiſiodorēſis impingit in eum errorem, quem cæteri euitare contendimus; ait enim ablatiuo caſu indicari quaſi cauſam formalem. Ideò verò Doctores laborant in explicanda ſententia, ne concedant Spiritum Sanctū vllo modo eſſe cauſam, ſiue principium Patri, aut Filio, vt diligant: haberent enim eſſe ab Spiritu Sancto, ſi eis eſſet dilectionis principium formale; nam & ipſa dilectio eſt eſſe diuinum.

11. 7. explic. *Hug. de S.V.* indicari quaſi formalem eſſe ctum. Reijcitur. In Deo nō eſt effectus.

Eſt igitur Hugo de Sancto Vict. qui proximus ad veritatem accedens ait indicari illo ablatiuo caſu, quaſi formalem effectum: cum tamen in Deo non ſit effectus. Dicturus eſſet optimè, ſi explicaret ſignificari terminum per operationē productum. Imò docet Patrem, & Filiū diligere Spiritu Sancto ſe ſe ipſos, vt homo hominem, amore à ſe ipſis procedēte, de qua re diſſerit lib. 7. de Trinit. cap. 23. & epiſtola ad S. Bernardum.

12. Obſeru.

Primò igitur obſeruandum eſt, quòd intelligere diuinum aliquando meditamur vt eſſentiale duntaxat, quod eſt cōmune tribus perſonis; aliquandò verò vt notionale, quę eſt operatio prima notionalis potentiæ cum origine coniuncta, vt cap. antecedente docuimus: & hoc vocamus nomine proprio dicere, hoc eſt, intelligere proferendo verbum. Diligere quoque modò eſſentiale conſideramus; modò verò notionale, quod eſt diligere emittendo amorem: ſed hoc diligere nullo nomine proprio vocamus, ſed dicimus notionalem dilectionem, & notionale diligere. Si ergo ſermo ſit de dilectione eſſentiali, nullum ſenſum habet verum, quòd Pater, & Filius diligant ſe Spiritu Sancto. Nam dilectione eſsētiali non emittitur amor; Spiritus Sanctus verò eſt amor emiſſus. Quare non poteſt ſignificari ablatiuo caſu, quòd ſit amor emiſſus per dilectionem eſſentialem, quatenùs talis eſt, niſi ablatiuus caſus ponatur tanquam abſolutus, aut cōiunctus, & non pertinens ad operationē diligendi, videlicèt in hoc ſenſu, Pater & Filius diligunt ſe eſſentiali dilectione, ſimul emiſſo Spiritu Sancto. Sed tamen propoſitio non poteſt ſic declarari, Diligunt ſe Spiritu Sancto, id eſt, Spiritu Sācto emiſſo, dum enim dicimus, Spiritu Sancto emiſſo, additur id quod ſenſum orationis immutat, ſcilicèt emiſſo Spiritu Sancto: nam, emiſſo Spiritu Sancto, indicat ablatiuum abſolutum, vt aiunt grammatici; at verò, diligunt ſe Spiritu Sancto, indicat Spiritum Sanctum pertinere ad dilectionem Patris, & Filij, vel vt principium operandi, vel vt terminū. Et hoc quidèm aſſertum, quòd Pater (de intellectione, & dilectione eſſentiali diſputando) non intelligat Verbo, neque diligat Spiritu Sancto, frequens eſt Doctorum

Intelligere proferendo verbū eſt notionale, & vocatur dicere.

Sic diligere emittēdo amorem, ſed caret nomine proprio.

I. concluſio. Theſis controuerſa ſi intelligatur de diligere eſſentiali, falſa eſt. Fundam.

In illa theſi non ſignificatur ablatiuus abſolutus, ſcil. Spiritu Sācto emiſſo: ſed Sp. Sanctum pertinere ad dilectionē Patris, & Filij, aut vt principiū, aut vt terminum.

Digitized by Google

S. Thom. S. Auguſt. ctorum opinio cum S. Thom. 1. p. Imò cum S. Auguſt. lib. 15. de Trinit. cap. 7. his verbis, *Quis audet dicere Patrem nec ſe, nec Filium, nec Spiritum Sanctum diligere, niſi per Spiritum Sanctum?* Vbi S. Auguſt. de dilectione eſſentiali faciebat ſermonem. Accipiebat etiam præpoſitionem, per, vt indicaret cauſam formalem dilectionis Paternæ, cuius dilectionis minimè eſt cauſa Spiritus Sanctus, cum ipſe potiùs de dilectione Patris procedat. Et idem ſenſus eſt de dilectione eſſentiali, ſi dicamus Patrem ſe diligere Spiritu Sancto, vt iam explicauimus.

13. 2. concluſio. Si ea theſis intelligatur de diligere notionali, vera eſt, & propria. Si verò diligere notionale ſit, optimè atque propriè dicuntur Pater, & Filius diligere ſe Spiritu Sancto; & hoc diligere notionale eſt ipſa dilectio eſſentialis addita relatione, quæ ſic eſt prima operatio notionalis potentiæ, vt anteà docuimus. Aſſertio autem probatur, quoniam Pater dicit ſe, & omnia Verbo, vt auctor eſt S. Auguſtinus, & omnes Doctores conſentiunt; dicere autem ſe eſt ſe intelligere, quod eſt eſſentiale, Verbũ producendo quod eſt perſonale: ſed diligere notionale eſt ſimilitèr diligere eſſentiale emittendo amorẽ, quod eſt notionale; ergo omninò eſt eadem ratio de vtroque, ſcilicèt vt Pater Verbo dicat, & Spiritu Sancto diligat; quo argumento vel contumaces videntur poſſe conuinci.

Fundam. Hæc certa eſt, Pater dicit ſe & omnia Verbo. S. Auguſt.

14. Pro 3. concl. 1. obſeruand. Aſsignanda eſt ergo ratio aſſerti huius, quòd diligant ſe Spiritu Sancto; ſatis enim credimus veritatem aſſerti, ſic rebus explicatis, conſtare. Eſtque animus aduertendus, quòd forma eſt quæ dat nomen rebus, dat enim eſſe illis; nominamus autem res ab eo, quod ſunt; forma eſt ergo quæ dat nomen ſicut & dat eſſe. Cęterùm non omninò neceſſe eſt, vt forma quæ dat nomen, inſit in re ipſa, cui dat nomen, vt S. Thom. 1. p. q. 27. art. 2. obſeruat: actio enim non eſt in agente, à qua tamẽ agens habet nomen; dicitur enim actione agens: & ſunt formæ ſpecificantes (vt aiunt) quæ externæ ſunt, & dant ſpeciem nomenque rebus, vt obiecta ſcientiarum.

Poteſt res denominari à forma extrinſeca. S. Thom. 1. exemplum. Secundum.

15. 2. obſeru. Cauſa vel medium operationis ponitur in caſu ablatiuo, Deindè aduertendum eſt, quòd terminus productus per operationem intellectus, & voluntatis, eſt medius inter potentiam, & obiectum; medium autem per quod operamur dat nomen operanti: verbo enim cognoſcimus; non quia ſit principium cognitionis, vt diximus, ſed quia eſt medium: cauſa autem vel mediũ ponitur in ablatiuo caſu. Intelligimus ergo verbo non tanquam cauſa operationis, ſed quia medio verbo intelligimus. Et eodẽ pacto aiunt quidam, quòd Pater intelligit Verbo; ſeu potiùs dicit Verbo. Et ita videtur quòd Pater, & Filius diligant ſe Spiritu Sancto, eò quòd ſit medius inter vtrumque, quatenùs eſt terminus per dilectionẽ productus, mediusq; inter diligentem, & rem dilectã, quod ſtatim tractabimus. & in eo denominat operantem.

3. concluſio. Pater, & Filius diligunt ſe Sp. Sancto vt termino per dilectionẽ producto, medioque inter diligentem, & rem dilectam.

16. Declaratur. In rebus creatis terminus operationis, qui non eſt vltimus, eſt medius, & quaſi via denominans operantem. Atquî non indoctè dixerunt aliqui, in rebus creatis illum terminum operationis, qui non eſt vltimus terminus, in caſu ablatiuo denominare neceſſariò operãtem; quia cum non ſit terminus vltimus, conſequens eſt vt ſit medius; terminus enim non vltimus eſt quaſi via, quare oportet vt ſit quid medium: ædificator ergo ædificat, nõ ædificio quod eſt vltimũ, ſed fundamento, & parietibus ædificat ædificium: & qui dealbat parietem, non dealbat albo, ſed albore dealbat; album enim eſt terminus vltimus, albor verò quaſi medius. Eodem ergo pacto aiunt, quia terminus intellectionis eſt terminus quidèm, ſed medius inter potentiã, & obiectum, dicimur intelligere non ſolùm intellectione, ſed etiam verbo, qui eſt terminus productus per intellectionem. Rectè hęc quidèm: neque enim terminus vltimus in ablatiuo caſu neceſsariò ponitur; non enim dicimus aliquem ædificare ædificio, ſed ædificium ædificare; & verè etiam dicimus nos intelligere verbo, quaſi medio; non autem obiecto intelligere. Et hoc idem videtur ſentire Thomas Caiet. q. 37. art. 1. in reſponſione ad tertium argumentum Scoti, licèt anteà obſcuram, & non ſatis conſtantem expoſitionem tradiderit.

1. exemplum. Secundum. Tertium. Dicimur intelligere non ſolùm intellectione, ſed etiã Verbo. Terminus vltimus non ponitur neceſſariò in ablatiuo caſu. Exempla eadẽ. Caiet.

17. 1. obiectio, vt c. 45. p. 2. n. 9. Sed contra hanc doctrinam obſtat illud quod docuimus, & ſæpiùs inculcamus, inter intellectionem diuinam, & rẽ intellectam Verbum non eſse medium; & ſimilitèr inter dilectionem, & rem dilectam Amor procedens qui eſt Spiritus Sanctus, non eſt medium: ergo neque Pater dicit Verbo vt medio, neque diligit Spiritu Sancto vt medio.

18. Reſponſ. ibid. n. 10. Nihilominùs hęc ratio explicandi nobis placet; vnde ad argumentum reſpondetur, primam operationem notionalẽ, quæ

quæ eſt eſſentialis coniuncta cum origine, copulari cũ ſuo obiecto dupliciter; verbi gratia, intellectio diuina, vt eſt eſſentialis operatio, coniungitur rei intellectæ ſine medio; quatenùs verò eſt actus de quo Verbum procedit, coniungitur cum obiecto medio Verbo. Et ratio eſt, quoniam ipſum Verbum eſt quidam actus ad intellectum pertinens, & cum obiecto coniunctus: vnde S. Thom. probat Verbum diuinum ex propria ratione eſſe Deum, quoniam eſt ipſa res intellecta; hæc enim vnitas Verbi cum obiecto quod eſt eſſentia, comprobat Verbum eſſe Deum: igitur intellectio quatenùs de illa procedit Verbum, per ipſum Verbum medium cum obiecto coniungitur. Quòd autem per Verbum medium coniungatur cum obiecto, eſt ex fœcunditate intellectionis, & nõ euenit ex imperfectione eius; quia Verbum Deo non eſt neceſſarium ad intelligendum: & ita intellectio diuina, vt intellectio eſt, ſine Verbo medio attingit obiectum; ſed vt eſt dictio, propter fœcunditatem, attingit idem obiectum medio Verbo. Quod non imminuit, ſed amplificat perfectionem intellectionis; neque indicat Verbum eſſe Patri cauſam intelligendi, ſed eſſe productum de infinita intellectione Patris. Et idem eſt de dilectione dicendum: at verò nos intelligimus verbo, quia etſi verbum non ſit intellectionis principium; eſt tamẽ forma intelligentis, in nobis neceſſaria ex parte termini; & ita eſt medium inter intellectionem noſtram, & rem intellectam, vt anteà enarrauimus: & hoc ipſum eſt quod de Deo Optimo negamus.

Verbum eſt actus ad intellectum pertinens, & cũ obiecto cõiũctus

S. Thomæ arg. probans Verbũ ex propria ratione eſſe Deum, vt ſupra cap. 13. n. 5. & 6. & c. 14. p. 2. n. 6. & p. 3. n. 10.

Intellectio diuina, vt intellectio eſt, ſine Verbo medio attingit obiectum at vt dictio eſt, propter fœcunditatẽ attingit illud medio Verbo, vt cap. 45. p. 2. n. 10.

Nos intelligim' medio verbo ex indigẽtia.

19. 2. obiectio.

Occurritur.

Cum verò dicimus Spiritum Sanctum origine eſſe medium inter dilectionem, & rem dilectam; non intelligimus eſſe perſonam mediã inter Patrem, & Filiũ, quod eſt impoſsibile; ſed ratione eſſentiæ, quatenùs eſt amor, & medius amor ſiue nexus Patris, & Filij, vt poſteà explicabimus. Itaque iſta perſona procedens eſt media ordine actuum cum obiecto, ſed non eſt media ordine perſonarum.

3. perſona eſt media ordine actuum cum obiecto.

20. Cõſectarium. Pater non intelligit Verbo: ſed dicit Verbo.

Ex quibus vtrumque aſſertum verum eſſe commonſtratur, & quòd Pater non intelligat Verbo, quia Verbum non eſt medium inter intellectionem, & obiectum; & quòd Pater Verbo dicat, quia inter dicere quod eſt intelligendo producere, & rem intellectam, ordine originis medium eſt Verbum.

21. 4. concluſio ex *S. Thom.* Pater, & Filius diligunt ſe nõ ſolùm dilectione, ſed Spiritu Sancto, vt termino manente in ipſis.

At verò S. Thom. longè eminentiori ſenſu hanc propoſitionẽ declarauit, ſcilicèt Spiritum Sanctum poni ibi in caſu ablatiuo, vt terminum productum, qui ſit de intellectu ipſius operationis, ad hunc ſenſum; quòd non ſolùm operatio, ſed res operata ſit operãtis: omnis enim terminus eſt quidèm de intellectu operationis; ſed non ea ratione qua operatio eſt operantis, ita vt & terminus operantis ſit; hoc enim accidit in ſolis terminis operationum immanentium, de quibus S. Thom. loquebatur; ideòque excogitauit exemplum in naturalibus, in quo hypoſtaſis, ſcilicèt arbor, nominatur ab alijs à ſe productis, ſcilicèt à floribus, quæ tamen manent in ipſa; tamdiù enim floret arbor floribus, quamdiù ſunt flores in arbore: arbor enim dicitur florere floribus, eò quòd non ſolùm floritio eſt arboris operatio, ſed flores ſunt etiam arboris florentis. Similitèr intellectio, & verbum vtrumque eſt intelligentis, & dilectio, & amor diligentis; intelligens ergo intelligit verbo non ſolùm vt medio intelligendi, ſed vt termino operationis, qui eſt in ipſo operante: maximè quia intelligere, vt eſt quid perfectum, & completum, in ſui ratione integra ipſum verbum, quod eſt terminus operationis, complectitur; & diligere ipſum amorem, vt anteà docuimus. Pater ergo & Filius non ſolùm diligunt dilectione, quam ſcilicèt habent, ſed etiam diligunt Spiritu Sancto, quem habent; non vt ſignificetur Spiritus Sanctus, tanquàm medium dilectionis, ſed tanquàm terminus; & ad eũ modum quo arbor floret floribus, quia flores ipſos habet; & hoc eſt florere, ſcilicèt ita flores emittere, vt floribus ornata ſit; ita Pater, & Filius ita diligunt dilectione notionali, vt Spiritum Sanctum habeant communem, quo ſe diligunt; nõ vt medio diligendi, aut formali principio, ſed vt termino dilectionis, ſicut arbor floret floribus.

S. Thomæ exemplum.

Arbor dicitur florere florib. eò quòd non ſolùm floritio ſed flores etiã ſũt arboris florentis.

Sic Pater, & Filius diligũt ſe Spiritu Sãcto, non vt medio diligendi, aut formali principio, ſed vt termino dilectionis immanente.

22. *Idem* cõtra 2. concluſionẽ

Verum eſt quòd S. Thom. reſponſione ad 2. dixit hoc idem obſcurius. Cum enim obijceret ſibi quòd Pater, & Filius ſpirant Spiritu Sãcto, ſicut diligunt Spiritu Sancto. Reſpondet agens non nominari ab effectu producto, niſi in intellectu actionis importetur determinatus effectus; at verò ipſa actione ſpirandi maxi-

Eius reſponſ.

maximè indicatur determinatus terminus, ſcilicèt Spiritus Sanctus, & actione generandi importatur Filius. Non igitur intellexit S. Thom. hoc modo effectum determinatum contineri in conceptu actionis; ſed tunc cum ipſe effectus pertinet ad agens, vt & actio pertinet, ita vt effectus ſit agentis, ſicut & actio. Hoc autem aliquandò accidit propter modum ſignificandi duntaxàt, vt florere non eſt agere, aut producere, ſed eſt habere flores productos: & ita ſignificatur productio, vt flores qui ſunt effectus, pertineant ad ipſum agens: arbor enim floret floribus. At verò in operatione intellectus, & voluntatis ſignificatur ipſa actio intelligendi ſimul cum termino, ita vt terminus ipſe ſit operantis. Et in nobis quidèm terminus productus eſt forma; in Deo autem etſi terminus productus, ſcilicèt Verbum, & Amor non ſit forma operantis, eſt tamē fœtus, aut quaſi fructus operantis, in ipſo manens; quia Filius Patris eſt, & in Patre; & Spiritus Sanctus eſt Patris, & Filij, & in vtroque. Et cum omni obſeruantia loquutionis Pater habet Verbū; habet, inquam, origine. Et hoc ipſum verbis iiſdem docet S. Hieronym. de Spiritu Sancto Pſalm. 17. quòd ſcilicèt Spiritus Sanctus eſt dilectio, quàm habet Pater in Filium; quod in confirmatione explicabitur de Amore procedente, quem S. Hieron. vocat dilectionem: Pater ergo habet Amorem à ſe procedentem. Et ad hæc eſt exemplum arboris florentis accommodatum; nam etſi flores re ipſa diſtinguantur ab arbore, & ſint diuerſæ forſan hypoſtaſes, vt fœtus, nihilominùs arbor floret floribus productis.

Explicanda eſt iuxta 4. concluſionem, & exemplum.

Florere nō eſt agere, aut producere, ſed eſt habere flores à ſe emiſſos.

Filius Patris eſt, & in Patre; Spir. Sanctus eſt vtriuſque, & in vtroque. Item Pater habet Verbū, ſcilicèt origine. Sic Pater, & Verbū habent Spir. Sanctū.

S. Hieron.

Confirmatio.

23. QVòd Pater & Filius diligant ſe Spiritu Sancto comprobatur ſimili enunciato, quod facilè omnes concedūt; Pater enim dicit ſe & omnia Verbo. Hoc affirmat S. Auguſt. lib. 7. de Trinitate, cap. 1. & 2. & 15. de Trinit. cap. 14. Et quidèm cap. 1. libri 7. ſatis planè his verbis, *Verbo enim, quod genuit, dicens eſt; non Verbo quod profertur, & ſonat.* Dicit ergo Pater ſe & omnia Verbo genito. Et idem docet S. Anſelm. Monolog. cap. 30. neque vllus refragatur: ſed eodem ſenſu aimus Patrem, & Filium

Pater dicit ſe & omnia Verbo.

S. Auguſt.

S. Anſelm.

A diligere ſe Spiritu Sancto; ergo & hoc concedendum eſt. Quod ipſum confirmamus auctoritate S. Auguſtini, qui noſtræ ſententiæ auctor eſt 6. de Trinit. cap. 5. *Manifeſtum eſt* (inquit) *quòd non aliquis duorum eſt, quo vterque coniungitur, quo genitus à gignente diligatur, genitoremq́ ſuum diligat.* Quæ verba minimè conſentiunt cum explicatione Scotiſtarum. Per eum verò qui duos cōiungit, & neuter eſt duorum, Spiritum
B Sanctum intelligit, quo genitus diligitur à gignente, & genitorem diligit. Et libr. 15. cap. 17. ait, *Spiritus Sanctus ſecundum ſcripturas nec Patris Filius eſt, nec Filij Filius, ſed amborum; & ideò communem, qua inuicem ſe diligunt Pater, & Filius; nobis inſinuat charitatem.* Charitatem autem eo loco ipſum Spiritum Sanctum vocat; quod autem ait inuicem, indicat Patrem, & Filium ſe ſe formalitèr diligentes, contra Scotum. Et clariùs cap. 19. *Si charitas* (inquit) *qua Pater diligit Filium, & Patrem di-*
C *ligit Filius, ineffabiliter communionem demonſtrat amborū; quid conuenientiùs, quàm vt ille dicatur propriè charitas, qui ſpiritus eſt communis amborum?* Vocat ergo Spiritum Sanctum charitatem procedentem qua Pater, & Filius ſe diligant. Id verò veroſimile non eſt quod aliqui dicunt S. Auguſtinum retractaſſe hanc ſententiam in alia ſimili, eò quòd 1. libr. retract. cap. 26. retractauit quod dixit lib 83. quæſtionum q. 23. Pater eſt ſapiens ſapientiâ genitâ; tum quia vna alteri ſententia valdè diſsimilis eſt, vt notat S. Thomas 1. ſentent. d. 32. q. 1. art. 1. ad 1. nomen quippè ſapientis ſolam diuinam eſſentiam ſignificat, & non actum notionalem; ideòque quòd Pater
D ſit ſapiens ſapientiâ genitâ, non facit ſenſum, quòd ſapientia ſit terminus operationis, ſed quòd ſit forma, & perfectio ſapientis, dans eſſe illi: tum etiam quia Sanctus Auguſtinus ſolet retractare dicta ſua verbis admodùm expreſsis: tum vel maximè, quia in eiſdem libris de Trinitate libro ſcilicèt 1. initio ſtatim, doctiſsimè diſputat quòd Pater non ſit ſapiens ſapientiâ genitâ; quod idem facit libro decimo quinto, capite 17. ergo cum poſteà affirmet Patrem Filium diligere Spiritu Sancto, abſque dubio alium ſenſum propoſitionis eſſe exiſtimauit.

Sic diligunt ſe Spiritu Sancto formalitèr.

S. Auguſt. 1. locus.

Secundus.

Tertius.

Aſſertū contra Gotfredum. S. Auguſt. non retractauit eā theſim.

Probatur. 1. ex S. Thom. Nomen ſapiētis, non ſignificat actū notionalem, vt diligentis.

Probatur 2.

Probatur 3. ex S. Aug.

Digitized by Google

24. *S.Hieron.*

Præter S. Auguſtinum teſtis nobis eſt S.Hieronymus Pſalm.17. *Spiritus Sanctus, nec Pater eſt, nec Filius, ſed dilectio quam habet Pater in Filium, & Filius in Patrem.* Neque poteſt loqui S. Hieronymus de dilectione eſſentiali; vult quippè diſtinguere Spiritum Sanctum à Patre, & Filio; per hæc ergo diſtinguit, quia eſt dilectio procedens; nomina enim hæc à Verbo ducta pro termino operationis accipiuntur, ſcilicèt pro ipſo Amore procedente.

25. *S.Bernard.*

Sanctus quòque Bernard. ſermon. 8. in Cantic.&de Amore Dei cap.7. *Amat te(inquit) amabilis Domine, cum à Patre, & Filio procedit Spiritus Sanctus Amor Patris ad Filium, & Filij ad Patrem.* Quòd autem Spiritus Sanctus ſit Amor Patris in Filium explicat S.Thomas in 1.diſt.10. q.1.artic.2. non quòd ſit principium diligendi Patri, aut Filio, ſed dilectionis terminus. Quare idem eſt ſenſus cum dicitur, Amor Patris in Filium, ac ſi dicas, Amor quo Pater Filium diligit. Eodem loquendi modo Guitmundus Epiſcopus Auerſ. libr. de Trinitate, *à Patre (inquit) procedit Amor ad Filium, & à Filio procedit ad Patrem ſuum.* Idem docet Richard. à S. Victore in libr. quòd Pater, & Filius ſunt principium Spiritus Sancti. Et Hugo quoque à S.Victore opuſculo 21.prima parte operis; & epiſtola ad Sanctum Bernardũ de proceſsione Spiritus Sancti, ſic ait, *Si tu diceris amare te amore cordis tui, cur non etiam rectè dicantur Pater, & Filius amare ſe amore cordis ſui, qui eſt Spiritus Sanctus?* Arquì dum Patres Spiritum Sanctum appellant nexum Patris, & Filij; & S. Auguſt. 1. de Trinit.cap.5. ſuauitatem Patris,& Filij, & ſimilibus nominibus, quæ ſunt amoris attributa, non obſcurè indicant Spiritum Sanctum eſſe Amorem Patris, & Filij,quo ſe ſe diligunt. Eandemque opinionem S. Thom. ſtudioſè explicat; ac tenet 3.contra gent. & 1.p.& in ſententijs. Cum quo etiam concordant S.Bonauent. diſt.32.q.1. Richardus, & Thomas Argent.quæſt.eadem, Michael Palatius diſput. 1. & Henric.Gandau. in ſumma art.6.q.7.Dionyſ.Carthuſ.d.32. q. 1. plurimos recitat Doctores: neque etiam Ioannes Scotus diſſentit,licèt improbet rationem explicãdi, qua S.Thomas nititur, vt dicemus cap. ſequenti,

Amor Patris in Filium, id eſt, quo Pater Filiũ diligit. *S.Thom.* *Guitmund.* *Richard.* *Hug.de S.V.*

A Patribus Spir. Sanctus dicitur nexus Patris, & Filij. *à S.Auguſt.* dicitur ſuauitas Patris, & Filij.

S.Thom. *S.Bonauẽt.* *Richard.* *Argent.* *Palatius.* *Gandau.* *Carthuſ.* *Scot.* ſola explicatione diſſentit.

A Et cum pleriſque Bartholom. Torres idẽ ſequitur; cuius animi moderationem, ac ſapientiam hoc loco iure eſſe commendatam volumus, qui cũ fateatur ſe vinci argumentorum difficultate; tamen à S. Auguſt. & à S. Thoma diſsidere crimen exiſtimat: quod egit quoque longè antiquiùs ipſe Magiſter ſentent. ea in re, quam ſibi ipſe videtur non explicare, Sancti Auguſtini ſententiam ſequutus.

Torres laudatus. *Magiſt.* ſimiliter.

CAPVT XLVII.

B *Argumenta refelluntur.*

1. 1.argum.

Contrà, vt moris eſt, arguimus. Idẽ eſt diligere per Spiritum Sanctum, & diligere Spiritu Sancto; ſed Pater non diligit per Spiritum Sanctum; ait enim Sanctus Auguſtinus 15. de Trinitate, cap. 7. *Quis audeat dicere Patrem neque ſe, neque Filium, neque Spiritum Sanctum intelligere, niſi per Filium; vel diligere, niſi per Spiritum Sanctum:* ergo neque Spiritu Sancto diligit; ſiquidèm per Spiritum Sanctum non diligit. *S.Auguſt.*

2. 2.arguit *Durand.*

C Secundò arguit Durandus: Actus notionalis, cum ſignificet originem, fertur in perſonam productam per originem: impoſsibile autem eſt, quòd Filius diligendo Patrem, ipſum producat; aut Pater ſe diligens, ſe ipſum producat: ergo intelligi non poteſt, quòd actu notionali Filius diligat Patrem.

3. 3.arguit *Scotus.*

Tertiò arguit Ioannes Scotus diſt. 32. quæſtione 2. contra rationem Sancti Thomæ: Ædificator non ædificat ædificio; ſed ædificium eſt terminus operationis ipſi tribuens nomen; ergo terminus operationis non debet poni in ablatiuo caſu, vt Sanctus Thomas ait. D Et confirmatur, quia ſpirare indicat Spiritum Sanctum, vt terminum productũ; & tamen Pater non ſpirat Spiritu Sancto: ergo terminus, qui clauditur in conceptu actionis, non ponitur in caſu ablatiuo. Confirm.

4. 4.argum.

Quartò: Quando verbum actiuum tranſit in rem productam, res producta ponitur in caſu accuſatiuo; verbi gratia, equus generat equum, non generat equo: ſed verbum diligendi eſt actiuum, & ex ſententia Sancti Thomæ tranſit in terminum productum: ergo Pater in hoc ſenſu non diligit Spiritu Sancto, ſed

Digitized by Google

ſed diligit Spiritum Sanctum, hoc eſt, A producit illum: Et confirmatur, quia Doctor Sanctus ait hanc propoſitionem eſſe veram; quia diligere ſignificat ſpirare amorem; igitur cum diligere, & ſpirare idem ſignificent, eodem modo dicendum eſt Patrem diligere Spiritum Sanctum: ſicut & ſpirare Spiritum Sanctum.

Confirm.

5. Quintò arguit Aureolus; Florere eſt habere flores, ſicut calere eſt habere calorem; florere igitur floribus non indicat terminum productum, vt S. Thomas docet. Et confirmatur; quia florere eſt verbum neutrum, quod non poteſt ſignificare actionem.

5. arguit *Aureol.*

Confirm.

6. Sextò objicit Bartholomeus Torres. Diligere ex prima inſtitutione non ſig- B nificat originem, ſed actum eſſentialem, qua quidem ſignificatione Pater, & Filius dicuntur ſe diligere; ergo cum dicuntur ſe diligere Spiritu Sancto, oportet maneat ſignificatio eadem; vel ſanè æquiuocum nomen eſt ex ſecunda inſtitutione aliud ſignificans; quæ tamen inſtitutio auctoritate, aut vſu non conſtat.

6. arguit *Torres.*

Aduertenda.

7. EXplicanda nobis ſunt verba S. Thomæ 1. p. q. 37. artic. 2. ad 2. quibus ipſi Doctori quidam faciunt calumniam. C *Diligere* (inquit) *prout notionalitèr ſumitur, eſt producere amorem. Et ideò poteſt dici quòd Pater diligit Filium Spiritu Sancto, tanquam perſonâ procedente.* Eodem loco ait, quòd, *dicere ſit producere verbum.* Sed commemorandũ eſt quod ſuperiùs docuimus duos eſſe actus potentiæ notionalis, primum eſſe operationem eſſentialem cum origine coniunctam; ſecundum eſſe ipſam originem cum operatione eſſentiali antecedente copulatam: & vterque actus D ſignificatur verbo dicendi. Nam cum verbum dicere comparatur cũ obiecto, ſignificat intelligere in recto, & in obliquo producere verbum. Cum verò comparatur cum verbo producto, ſignificat productionem in recto, & intellectionẽ in obliquo. Itaque vel intelligimus producendo verbum, & hoc eſt dicere rem; vel intelligendo producimus verbum; & hoc eſt dicere verbum: & licèt in rebus creatis, dicere, eodem conceptu poſſit

S. Thomæ locus explicatur.

Dicere comparatum cũ obiecto, ſignificat actum primũ notionalẽ in recto: actũ ſecundum in obliquo.

Comparatum cũ verbo producto, viceuerſa.

Dicere creatũ eſt nomẽ vniuocum.

referri vel ad res cognitas, vel ad verbũ productum, vt ſit nomen vniuocum, quia intelligere ipſum eſt producere verbum, quod anteà docuimus: tamen in Deo ſignificat aliquandò intellectionẽ, aliquandò verò originem, certè non eodem conceptu, & eſt nomen æquiuocũ. At verò hoc loco accipitur in priori ſignificatione, vt in recto indicat intellectionem eſſentialem, addita origine in obliquo. Quod comprobatur verbis S. Thomæ, eadem reſponſione ad 2. vbi docet quòd Pater non ſpirat Spiritu Sãcto; quia ſpirare indicat ſolam originẽ, inſinuans haud dubiè tunc Spiritũ Sanctum poni in caſu ablatiuo, quando indicatur dilectio eſſentialis in recto, & non ſola origo. Et confirmatur, quia diligere etiam notionalitèr non ſignificat ſpirare; ſed ſignificat actum diligendi ſimùl ſpirando in obliquo. Eodem igitur modo in hac enunciatione, Pater dicit Verbo, dicere ſignificat actum intelligendi producendo Verbum. Et cum ait diligere eſſe notionale, ſicut dicere, aut generare; duorum exemplorum accipiamus alterum, ſcilicèt, quòd diligere eſt notionale, vt dicere; vt dicere, inquã, priori vſurpatione, quod ſignificat intelligere producendo Verbum.

Dicere diuinũ eſt æquiuocũ.

Hic ſumitur comparatũ cũ obiecto.

Probatur ex *S. Thom.*

Confirm.

8. Eodem modo Sanctus Thomas aſſerit verbum florendi, indicare actionem, quia eam indicat in obliquo: nam florere in recto eſt habere flores; neque enim florere eſt producere, quicquid velit Thomas Caiet. non quòd verbum neutrum non poſſit ſignificare actionem, vt vult Ioannes Scotus, & Aureolus, nam verba neutra ſunt paſſiuæ ſignificationis, vt vapulat, venit; ergo & actiuæ ſignificationis poſſunt eſſe verba neutra, hoc enim pendet ab hominum inſtituto: ſed ex ipſa conſuetudine explicandi, florere eſt floridum eſſe, quod non ſignificat actionem, indicat tamen illam in obliquo; quia ea quæ ornantur floribus non florent; ſed quæ flores emiſere, dicuntur florere, quod rectè Caietanus teſtatur. Et ita hoc verbo florendi, indicatur actio, & terminus actionis, ita vt rectè ponatur in caſu ablatiuo terminus productus: verbis autem dicendi, & diligendi indicatur ipſa actio in recto, ita tamen vt res producta ponatur in caſu ablatiuo, vt capite antecedente diximus.

S. Thomæ exemplum expenditur.

Cõtra *Caiet.* Florere ſignificat in recto flores habere.

Scot. et Aur. ratio nulla.

Vera ratio.

Indicat in obliquo actionem emittendi flores.

At dicere, & diligere eo loco ſignificant actionem in recto.

PP2 *Reſpon-*

Digitized by Google

Reſponſio.

9.
Ad 1. arg. Reſpo. d. 1. negando hão, Pater diligit. Filiũ per Spir. Sanctum. Ratio. Reſpond. 2. eam concedẽdo in ſenſu in dicãte cauſam denominationis tantùm.

AD primum ergo reſpondetur, Patrem non diligere Filium per Spiritum Sanctum; quia præpoſitio, per, ſignificat cauſam, vel principium, & ita ſignificatur quòd Spiritus Sanctus ſit principium vel cauſa Patri, vt diligat. Poteſt tamẽ concedi ad hunc ſenſum, quòd Spiritus Sanctus ſit cauſa denominationis duntaxàt: & ita Pater diligit Filium per Spiritum Sanctum, hoc eſt, per Spiritum Sanctum, tanquàm per terminum dilectionis nominatur diligens; is enim qui amorem habet amans eſt. Pater igitur per amorem ſuum productum nominatur amans; & ita concedit hoc S. Thom. in 1. d. 32. q. 1. art. 1. ad 1. Abſolutè verò dicitur diligere Spiritu Sancto, quia non ſemper ablatiuo caſu ſignificatur cauſa, ſed quandoque terminus operationis, vt diximus. Negamus ergo quòd idem ſit diligere per Spiritum Sanctum, & diligere Spiritu Sancto. At verò S. Auguſtinus, vt notauit Magiſter in 1. d. 10. non negauit abſolutè quòd Pater per Spiritum Sanctum diligeret Filium, ſed negauit quòd Pater tantummodò per Spiritum Sanctum diligeret, quaſi ipſe Pater non habeat dilectionem eſſentialem qua diligat, ſed formalitèr diligat per perſonam Spiritus Sancti, & non per ſe ipſum, & eſſentiam ſuam.

S. Thom.

S. Auguſt. eã nõ negauit.
Magiſter.

10.
Ad 2. arg. Actus notionalis ſecũdus fertur in perſonam productã in accuſatiuo: primus in obiectum, & ſic reflectitur in principium.

Ad ſecundum reſpondetur, quòd actus notionalis, qui in recto, & principalitèr ſignificat originem, fertur in perſonam productam: actus verò notionalis, qui ſignificat operationem eſſentialem pertinentem ad obiectum, & ſimul originem ad terminum productum, quaſi in obliquo, fertur in obiectum quod ponitur in caſu accuſandi, & terminus productus ponitur in caſu ablatiuo: ideòque dicimur intelligere verbo, & Pater diuinus omnia quæ intelligit dicit Verbo ſuo, vt omnes concedunt, dicere autem actus notionalis eſt Patris ſolius.

11.
Ad 3. arg.

Ad tertium reſpondetur, quòd S. Thom. non affirmat omnem terminum productum poni in caſu ablatiuo, ſed eum qui eſt de intellectu operationis, quique nominat ipſum operantem, quod anteà explicatum eſt. Ad confirmationem ſimilitèr reſpondetur cum S. Thoma ad 2. quòd ſpirare, quia ſignificat ſolam originem, poſtulat terminum productum in caſu accuſatiuo; diligere verò vt eſt notionale ſignificat ipſam dilectionem in recto; quæ fertur in rem dilectam, & in obliquo indicat terminum productum in caſu ablatiuo: neque fuit tam craſſæ mentis S. Doctor, vt non aduerteret hoc argumentum quod ſibi ipſe proponit; quo aduerſarij triumphant.

Ad confirm.
S. Thom.

Notandum.

12.
Ad 4. arg. Verbum actiuum aliquãdò tranſit ſignificatione in obiectum, etſi hoc actione non ſit productum.

Ad quartum reſpondetur, verbum actiuum ſignificatione tranſire in obiectum, etſi actione non producat obiectum; verbi gratia, actu dicendi producitur non res intellecta, ſed verbum; & tamen actus dicendi tranſit ſignificatione ſua in obiectum, & illud ponitur in accuſandi caſu; ſic enim dicimus res intellectas verbo producto: & modo eodem, Pater diligit Filium, vel ſe Spiritu Sancto, tanquàm amore producto. Negamus ergo antecedens, quòd verbum actiuum ſemper tranſeat in rem productam; nam ex modo ſignificandi tranſit aliquando in obiectum, vt in exemplis liquet. Ad confirmationem reſpondetur, quòd Doctor Sanctus nõ vult, quòd diligere notionale ſit producere, ita vt hoc indicet principalitèr, & in recto; ſed explicandus eſt, quòd ſignificet producere, indicando hoc in obliquo, vt in aduertendis comprobauimus.

Ad confirm.

13.
Ad 5. arg.

Ad quintum reſpondetur, quòd florere non eſt habere flores vtcunque, ſed habere flores emiſſos ab ipſo habente flores, & ita ſignificatur terminus operationis, vt res quę habetur ab ipſo operante. Et ad ſenſum eundem Pater, & Filius diligunt ſe Spiritu Sancto, quem habent per dilectionem à ſe ipſis productum; ſignificatur enim non ſolùm quòd habeant dilectionem, ſed quòd habeant etiam amorem à ſe productum per ipſam dilectionem. Ad confirmationem reſpondetur, nullam eſſe conſequẽtiam, quia eſt verbum neutrum, vt non ſignificet actionem. Diximus etiam in notatis hoc verbum non ſignificare actionem in recto.

Ad confirm. Reſpond. 1.

Secundò.

14.
Ad vltimum. In ea theſi cõtrouerſa per, diligere, origo non ſignificatur, ſed indicatur ex adiunctis.

Ad vltimum reſpondetur concedendo quòd diligere nõ ſignificat originem, ſed ſolam dilectionem eſſentialem: attamen ex adiunctis indicatur etiam origo: cum enim dicimus, Pater, & Filius diligunt ſe Spiritu Sancto, quia dilectio in Patre, & Filio eſt operatio notionalis potentiæ, ſcilicèt voluntatis, quæ in Patre, &

Digitized by Google

tre, & Filio eſt ſpiratiua; adiuncto termino operationis in caſu ablatiuo, planè ſignificatur origo, qua Spiritus Sanctus vtriuſque diligentis eſt terminus productus; & ita non eſt neceſſe quòd ſignificatio verbi, diligere, mutetur: ſicut cum dicitur, Spiritus Sanctus eſt amor Patris in Filium, ſignificatur etiam origo qua Spiritus Sanctus à Patre procedit, nominibus nihil ſignificatione mutatis. At verò S. Thom. non ait verbum diligendi eſſe æquiuocum, ſed aſſerit modò notionale, modò eſſentiale eſſe: ſignificatione quidèm eſſentiale, ſed vſurpatione etiā notionale. Quòd ſi mauis reſpondere eſſe ęquiuocum, ita vt ſignificet dilectionem in recto, & originem in obliquo, ſicùt dicere ſignificat intellectionem in recto, & productionem verbi in obliquo; poterit quoque reſponderi adiectam eſſe huic verbo illam ſignificationem auctoritate S. Auguſtini, & Patrum, ac Doctorum.

Verbum diligere eſt ſignificatione eſſentiale, ſed vſurpatione notionale.

CAPVT XLVIII.

Pater diligit ſe, & omnia Spiritu Sancto, & in Spiritu Sancto.

CAput habet partes duas.

Prior pars. *Pater, & Filius diligunt ſe in Spiritu Sancto.*

Poſterior pars. *Pater, & Filius diligunt res creatas Spiritu Sancto, ſiue in Spiritu Sancto.*

PRIOR PARS.

Pater, & Filius diligunt ſe in Spiritu Sancto.

1. CIrca propoſitionem antecedēti capite definitam, quòd Pater, & Filius diligant ſe Spiritu Sancto, quatenùs nomen diligendi importat originem, Durandus, & Ioannes Scotus coarguunt S. Thomam eò quòd actus originis nō reflectatur ad principium: neque enim poteſt intelligi quòd Pater producat ſe Spiritu Sancto; ergo ſi diligere importat originem, ſiue productionem, Pater non diligit ſe Spiritu Sancto. Atqui iam declaratum eſt, quòd verbum hoc in recto ſignificat dilectionem eſſentialem, quæ in principium reflectitur; ipſe enim qui intelligit, ſe ipſum probè intelligit. Neque his opus eſt aliquid amplius adijcere, vt intelligamus id quod eſt facilè intellectu, non ſolùm Patrem diligere Filium Spiritu Sancto, ſed ſe ipſum diligere Spiritu Sancto, nec non & Spiritum Sanctum Spiritu Sancto diligere.

Dur. & Sco. refutati proximè.

Sed alia nunc quæſtio agitanda eſt, verùm Pater ſe & alias diuinas perſonas diligat in Spiritu Sancto: nam diligere in Spiritu Sancto non eſt diligere Spiritu Sancto producto; præpoſitio enim, in, alium ſenſum indicat. Videtur autem ſignificare quòd Spiritus Sanctus ſit ratio diligendi, vel quaſi medium formale in quo Pater, & Filius diligant, ſicut & in rebus creatis dicimus: & eſt conſequens, quòd Spiritus Sanctus ſit principium formale Patris, aut Filij. Quod modis omnibus viro Catholico eſt recuſandum. 2.

Quæſt. de themate. Ratio dubit.

Quidam ſunt, qui hanc partem negantem ſequuntur: & idcircò illud dictum S. Auguſt. 15. de Trinitate cap. 14. quòd Pater nouit omnia in Filio, interpretantur, Patrem ſcilicèt intelligere omnia in Verbo ad hunc ſenſum; non quòd Verbum ſit ratio intelligendi in illa intellectione qua Pater intelligit, conſequens enim eſſet, vt Verbum eſſet forma, & perfectio paternæ intellectionis; ſed ideò duntaxàt Patrem intelligere omnia in Verbo, quia intelligit in ipſo Verbo eſſe omnia intelligibilia, & hoc ſignificari iſto enunciato. Et hic commentarius non videtur eſſe alienus à mente Sancti Auguſtini eo loco, ait enim Patrem intelligere in Filio, tanquàm Verbum ſuum; ergo intelligere in Verbo, eſt intelligere ipſum Verbum. 3.

Pars neg. Huius interpretat. ad illud S. Auguſt. Pater nouit omnia in Filio. Id eſt, inquit, intelligit omnia intelligibilia eſſe in Filio.

Sed tamen hanc expoſitionem quòd Pater intelligat in Verbo, hoc eſt, quòd intelligat omnia eſſe in Verbo, certum eſt non quadrare in alteram enunciationem, quòd Pater diligat in Spiritu Sancto. Neque enim eſt ſenſus, quòd Pater intelligat omnia eſſe in Spiritu Sancto; diligere enim in Spiritu Sancto, non eſt intelligere, quæ ſunt in illo; neq; diligere in Spiritu Sancto eſt diligere omnia eſſe in illo; hæc enim abſurda ſunt, & inepta. Nec verò intelligere in Verbo eſt intelligere Verbum, quod videntur ſonare verba ipſa S. Auguſtini, quæ poſteà explicabimus. Alius ergo ſenſus propoſitionis inueſtigandus eſt, de eoque iudicandum. 4.

Improbatur vt impertinēs ad theſim tituli. Ratio. Diligere in Spiritu Sancto non eſt intelligere, aut diligere omnia eſſe in illo.

5. Pro aſſert. recolẽda doctrina cap.14.p.1.n.9.

Pro huius rei notione, & intelligentia oportet animo repetere, quæ ſuprà docuimus de formali ratione Verbi diuini, quòd ſcilicèt eſſe intelligibile ſit quid eſſentiale, quod Verbo diuino formalitèr cognito conueniat. Docuimus etiã hoc eſſe intelligibile eſse formalem terminum generationis Verbi. Prætereà oſtendimus Spiritum Sanctum continere eſse quoddam diligibile in ſuo formali conceptu, quatenùs eſt terminus operationis diligendi. Prætereà obſeruauimus rem dilectam eſse in amore ad eum modum, quo res intellecta eſt in verbo.

Item ibidem p.2.& 3.& c.15

Itẽ c.15. n.24.

Item cap.7.

6. 1.aſſertum cõſectarium. Vt Pater dicitur operari õnia in Verbo, Verbo, & per Verbũ: ita in Spiritu Sãcto, Spirit.Sancto, & per Sp.Sanctum. Probatur.

Ex his ergo illud primum eſt conſequens, quòd ad eum modum quo Pater omnia intelligit in Verbo, ita & in Spiritu Sancto omnia diligat. Et eo modo quo dicitur Verbo, ſiue per Verbũ operari, ita & Spiritu Sancto, & per Spiritũ Sanctum operetur. Probatur; nam ſicut Verbum ratione diuinæ eſſentiæ ſecundum eſſe intelligibile, quod eſt eſſentiale, habet relationem ad omnia intelligibilia, & non ratione proprietatis; ita & Spiritus Sanctus ratione diuinæ eſſentię ſecundum eſſe diligibile habet relationem ad omnia diligibilia, & non ratione proprietatis. Eodemque pacto ſunt intelligibilia in Verbo, & diligibilia in Spiritu Sancto. Cum ergo ordo cognitionis ſit idem, æquaque ratio, non debet eſſe diſsimilis eloquutio. Et confirmatur authoritate ſacrarum literarum, & Patrum: eodem enim modo dicitur Pater operari Verbo, & in Verbo, & per Verbum; ſicut dicitur operari Spiritu Sancto, & in Spiritu Sancto, & per Spiritum Sanctum.

Omnia ſunt diligibilia in Spirit.Sancto, ſicut intelligibilia in Verbo. Confirm.

7. 2.aſſert.conſectarium. 1. improbatur dicta interpretatio, vt falſa. Ratio.

Secundum conſectarium eſt, quòd cũ Pater dicitur intelligere omnia in Verbo, non probè explicatur quòd intelligat omnia eſſe in Verbo: cum enim dicitur intelligere in Verbo, non ſignificatur res intellecta, ſcilicèt, quòd omnia in Verbo ſint, ſed ſignificatur modus intelligendi; ſicut cum dicimus intelligere Verbo. Senſus ergo eſt quòd intelligit in Verbo, tanquàm in ratione formali intelligibilium; negari enim non poteſt Verbum eſſe rationem formalem intelligibilium ex propria ſua ratione: & ipſi concedunt omnia eſſe in Verbo intelligibilia; Deus autem intelligit res vt ſunt; ergo Pater intelligit omnia in Verbo, vt in Verbo intelligibilia ſunt. Eodem modo diligit omnia in Spiritu Sancto, quatenùs omnia in Spiritu Sancto diligibilia ſunt. Quamobrem Sãctus Thom.1.ſentent.diſt.32.quæſt.1.art.3. diuinum Verbum ait eſſe rationem omnium intelligibilium, & Spiritum Sanctum rationem omnium diligibilium. Igitur cum dicimus Patrem omnia intelligere in Verbo, non eſt explicandum, quòd intelligat hoc enunciabile, ſcilicèt, omnia eſſe in Verbo; ſed quòd intelligat omnia in Verbo, prout in Verbo ſunt; quia intelligit ea, modo quo ſunt. Qui modus intelligendi eſt in re cognita, vt poſteà explicabimus.

2. ponitur vera interpret. Pater intelligit in Verbo vt in ratione formali intelligibilium. Oſtenditur ex conceſsis.

S. Thom.

8. 1. aduert. Aliud eſt Patrem intelligere in Verbo, aliud Verbo aliud per Verbũ. Oſtenditur.

Eſt igitur diſcrimen inter hæc, ſi dicas intelligere verbo, intelligere in verbo, & per verbum: namque intelligere verbo indicat verbum eſſe medium quo intelligimus; & eſt falſa, vt docuimus, niſi intelligere ſumatur notionalitèr. At verò intelligere in verbo ſignificat rationem intelligẽdi eſſe in verbo, vt in termino operationis; omnia enim in verbo intelligibilia ſunt tam in nobis, quàm in Deo. Quare Scotus diſtinct.31. quæſt.2. concedit Patrem intelligere in Verbo, ſed non intelligere Verbo. Intelligere autem per Verbum indicat cauſam intelligendi, & ideò eſt neganda. Idemque omninò diſcrimen eſt, ſi dicas diligere Spiritu Sancto, in Spiritu Sancto, & per Spiritum Sanctum. Marius Victor. libr. 4. contra Arium, *Cum (inquit) intelligit ſe Deus per formam ſuam ſe intelligit*. Formam autem illis libris appellat Verbum. Sed cum ipſe ponat in Deo verbum eſſentiale, nihil prohibet dicere, quòd intelligat Deus per verbum, vt eſt eſſentia, non prout eſt perſona.

Scotus concedit primum, negat ſecundũ

Tertium negãdum eſt, vt cap.47. n.8.

Mar.Vict. explicatur q̃d ponat in Deo verbum eſſẽtiale.

9. 2. aduert. Alitèr atque alitèr Pater intelligit in ſe, & in Verbo, & in Spiritu Sãcto, ob aliam, & aliam proprietatem.

Pater ergo intelligit in ſe tanquàm in principio intelligendi; in quo eſt ratio intelligibilium, non vt terminus operationis, ſed vt principium, ſcilicèt, vt ſpecies intelligibilis: in Filio verò, vt in Verbo in quo eſt ratio intelligibilium, vt in ſpecie, & ſimilitudine expreſſa, quæ eſt operationis terminus: in Spiritu Sãcto verò intelligit, vt in quo eſt ratio intelligibilium, non vt in principio, aut termino operationis, ſed per eſſentiam; quia quatenùs eſt perſona diuina, eſt ipſum

Hæc loquutio de Sp. Sancto eſt minùs propria nihil indicans in eo proprium.

ſum eſſe intelligibile; Et hoc eſt minùs propria loquutio nihil indicans in Spiritu Sancto proprium, quod ſit vel principium, vel terminus intellectionis notionalis. Cum ergo alitèr atque alitèr intelligit Pater in ſe, & in Verbo, & in Spiritu Sancto: non ſignificatur alia ratio intelligibilis, quæ eſt eſſentialis, vna, & communis, ſed alia atque alia proprietas: quia in Patre eſt vt principium, in Filio vt in termino, in Spiritu Sancto neutro modo, ſed duntaxat eſſentialis. Non ergo concedimus quòd Pater intelligat in Verbo, quaſi rationem intelligibilium ab eo accipiat, vt aliqui exiſtimant; ſed quaſi in eo in quo hæc ratio intelligibilium eſt, vt in termino intellectionis. Quod maximè quadrat in Verbi diuini proceſsionem. Et idcircò S. Auguſt. lib. 83. quæſtionum q. 63. & S. Anſelm. Monolog. cap. 32. & 33. docent Verbum diuinum indicare relationem ad creaturas, quod Doctores ſcholaſtici commentantur d. 27. Intelligit ergo Pater in Verbo, prout ipſa intelligibilia in Verbo ſunt.

Eadē ratio intelligibilis eſt in Patre vt in principio: in Filio, vt in termino: in Sp. Sācto neutro modo, ſed duntaxat per eſſentiam.

S. Auguſt.
S. Anſelm.

10.
3. aduert.
Dum Pater dicitur intelligere in verbo prò vt intelligibilia ſunt in verbo, non ſignificatur modus intelligētis, ſed rei intellectæ.

Quo in loco aduertēdum eſt, dum dicimus in Verbo Patrem intelligere, pro vt ea quæ intelligit ſunt in Verbo; non ſignificari modum intelligentis, ſed modum rei intellectæ: nam ſi modus intelligentis eſt, vt in Verbo intelligat; eſt Verbum neceſſarium ad intelligendum, vt in nobis accidit: ſed quòd modus rei intellectæ ſit intelligi in Verbo, indicat ipſam rem intellectam eſſe in Verbo, quod eſt veriſsimum; Verbum enim diuinum ex propria ratione formali indicat eſſe intelligibile. Eodem modo Pater diligit omnia in Spiritu Sancto: & quidèm in ſe ipſo, & in Filio, vt in principio dilectionis notionalis; at verò in Spiritu Sancto vt in termino producto, qui ex propria ratione formali eſt amor & ratio diligibilium, vt explicatum eſt.

11.
Ex dictis intelligitur aſſertū *S. Thomæ.*
Sp. Sanctus diligit ſe ipſo, id eſt, per eſſentiā ſuam.
Vel ſe ipſo, id eſt, in ſe ipſo.

Ex quibus intelligere licet, id quod S. Thom. ait d. 32. art. 2. ad 4. quòd Spiritus Sanctus diligit ſe Spiritu Sancto, ſiue ſe ipſo, duobus modis: tum quia ipſe eſt dilectio per eſſentiam; & ità ſicut ſe ipſo eſt Deus, ita ſe ipſo diligit ſe: tum etiam quia eſt perſona per dilectionem procedens, in qua eſt tota ratio diligibilium; ergo in ſe ipſo ſe diligit, & Verbum in ſe ipſo ſe intelligit: Sicut enim rectiſſimè ait S. Anſelmus Spiritum Sanctum

S. Anſelmus ait Sp. Sanctū

A intelligere in Verbo, à quo tamen Verbum non procedit; ideo ſanè quia ratio intelligibilium pertinet ad ipſum conceptum Verbi, etſi aliàs ſit communis tribus perſonis; ita & Verbum ſe in ſe intelligit etſi à ſe non procedat. & Spiritus Sanctus ſe ipſum in ſe amat. Quòd autem Verbum intelligat ſe Verbo non videtur propriè dicendum eſſe; quia ſignificatur verbum, vt terminus productus, & non vt ratio intelligendi. Et idem eſt quòd Spiritus Sanctus nō diligat ſe Spiritu Sancto; ſed benè in Spiritu Sancto, ſiue in ſe ipſo; cum in ſe agnoſcat ſub proprio conceptu procedentis amoris, totam rationem diligibilis. Concedit autem S. Thom. quòd Spiritus Sāctus
B ſe ipſo ſe diligit, vel quia per eſſentiam ſe diligit; vel ſe ipſo, hoc eſt, in ſe ipſo.

intelligere in Verbo: ratio enim intelligibiliū pertinet ad ipſum conceptum Verbi.

Non dicitur propriè Sp Sāctus ſe diligere ſe ipſo. Ratio.

S. Thomas. explicatur vt proximè.

12.
4 aduert.

Eſt verò ſtudioſiſs attendendū, quòd ſapientia quidèm eſt quid eſſentiale ita commune, vt ſola accommodatione ſit propria Filij: eſſe verò intelligibile, quoniā eſt ipſa eſſētia in ratiōne obiecti, pertinet ad rationem formalem verbi; non quòd non ſit etiam eſſentiale, ſed quia eſt principium formale conſtituens verbum quatenus eſt terminus operationis. Itaque eſſe intelligibile pertinet ad Verbum non ſolùm per acommodatio-
C nem, ſed vt quid eſſentiale, quod exprimitur ipſo nomine Verbi. Et ideo cum dicimus Patrem intelligere in Verbo; non ſignificamus illum intelligere in ſapientia, potius enim dicendum eſſet per ſapientiam intelligere; ſed declaramus Patrem intelligere in verbo, quatenus in eo eſt ratio omnium intelligibilium: quæ ratio formalitèr clauditur conceptu Verbi, non vt proprietas, ſed vt eſſentia addita proprietate; ſicut enim non voluntas, ſed intellectus conſtituit Patrem principium generationis; ita eſſe intelligibile conſtituit Verbum terminum formalem generationis; & hoc in-
D dicatur cum dicitur Patrem intelligere in verbo; imò Beatos omnes in verbo videre diuinam eſſentiam, tanquam in eo in quo eſt, ſub iſto conceptu verbi, formalis ratio intelligibilis diuinæ eſſentiæ.

Eſſe intelligibile, ſeu declaratiuū, pertinet ad Verbū, nō ſolū per acōmodatione, vt ſapiētia, ſed vt attributū eſſentiale addita proprietate, clauſū in ratione formali Verbi.

Sic Beati vidēt in Verbo.

13.
5. aduert.
Intelligere in Verbo non eſt notionale, ſed eſſentiale. Probatur 1.

Ad finem huius partis conſtituēdum eſt Patrem non intelligere in Verbo intellectione, vt notionalis eſt, ſed vt eſt eſſentialis operatio: nam intellectio vt notionalis importat terminū productū;

Digitized by Google

Probatur 2.

at verò præpoſitio, in, nõ indicat termi- A num productum. Præterea intelligere in Verbo eſt commune toti Trinitati, vt declaratum eſt; ergo hoc intelligere non indicat originem qua eſſet propriũ Patris, & non commune. Vnde oritur dilucida reſponſio ad dubium propoſitum initio quæſtionis; vtrumque enim negamus, & quòd Pater intelligat in Verbo tanquam in forma intelligentis, & quòd intelligat in Verbo intellectione notionali: ſed intelligit in Verbo quatenùs Verbum eſt ratio ipſa intelligibilium ex propria ratione formali, in quo ſunt omnia intelligibilia, vt in termino B producto, non tamen vt in termino ipſius intelligentis: nam hoc modo non intelligeret in ſe ipſo; ſed ſatis eſt quòd Verbum ſit terminus intellectionis Paternæ, vt ipſum Verbum, & Spiritus Sãctus, imò & nos intelligamus in Verbo prout omnia in ipſo ſunt.

Colligitur reſponſ. ad ratio- nẽ dubit. initio propoſitam.

Sp. Sãctus intelligit in ſe ipſo, vt in termino, non ipſius intelligentis, ſed intellectionis Paternæ.

Confirmatio.

14\. *S. Auguſt.*

HÆc opinio confirmatur verbis S. Auguſtini 15. de Trinitat. cap. 14. quæ nonnullis videntur obſcuriora eſſe, *Nouit* (inquit) *Deus Pater omnia in* C *ſe, nouit in Filio; ſed in ſe ipſo tanquã ſe ipſum, in Filio tanquam Verbum ſuum quod eſt de omnibus quæ ſunt in ſe ipſo.* Non ait S. Auguſtin. quòd noſſe in ſe ſit noſſe ſe: ſed ait Patrem Æternum ſe noſſe in ſe, tanquam ſe ipſum; quia noſcit in ſe tanquam in principio notionis, quod eſt ipſe Pater; & iterùm ait Patrem noſſe in Filio tanquam Verbum ſuum, quia nouit in Filio tanquam in Verbo, quod eſt ipſe Filius, & tanquam in termino intellectionis. Vnde ſubijcit de Verbo, *quod eſt de omnibus quæ in ipſo ſunt*, ſcilicèt produ- D ctum de forma intelligibilium, quæ eſt in Patre vt principium operationis, in Filio verò vt terminus, ſicut eſt à nobis iamdudùm enarratum. Quo eodem modo ſunt declaranda verba illa D. Theodori Abucaræ diſput. 1. *Deus enim Filium ſuum ſibi per omnia ſimilẽ videns, ſe ipſum in illo videt*, ſcilicèt eo modo, quo omnia ſunt in illo, vt in imagine. Marius autem Vict. libr. 1. contra Arium philoſophatur, Deum in ſe ipſo inuiſibilem, videri in Filio, vtpotè in imagine: & affert illud Ioan. 1. n.

Non ait quòd noſſe in ſe ſit noſſe ſe.

Explicatur ex dictis, præſertim num. 9.

Verbũ eſt productũ de forma intelligibiliũ, quæ eſt in Patre, vt principiũ operationis, in Filio vt terminus, vt cap. 24.

D. Theodor. Abuc.

Mari. Vict.

Ioan. 1. n. 18.

18\. *Deum nemo vidit vnquam.* Sed non eſt intelligendum Deum in imagine ſua, quæ eſt Filius, fieri viſibilem, quaſi non ſit per eſſentiam viſibilis. Sed Marius tribuit Verbo declaratiuũ Deitatis, non proprietate perſonę, ſed per appropriationem, maximè quia iſtud attributum eſſentiale clauditur conceptu Verbi. Confirmatur etiam auctoritate S. Thom. quæ maxima eſt, loco commemorato in 1. diſt. 32. artic. 2. ad 4. vbi docet, quòd Spiritus Sanctus diligit ſe in ſe ipſo. Non eſt ergo recuſandum dicere cum S. Auguſtino, & S. Thoma quòd Pater intelligit in Verbo à ſe genito, vt præpoſitio, in, non indicet modum intelligentis, ſed modum rei intellectæ, vti declaratum eſt.

Verbo tribuitur declaratiuũ Deitatis, vt n. 12.

S. Thom.

PARS POSTERIOR.

Pater, & Filius diligunt res creatas Spiritu Sancto, ſiue in Spiritu Sancto.

15\.

VT autem intelligamus quomodò Pater diligat nos Spiritu Sancto, priùs eſt id quod eſt facilius declarandum, qua ratione Pater operetur Spiritu Sancto. In his enim ſignificatur Spiritus Sanctus, vt principium operationis; non quòd Spiritus Sanctus ſit principium formale in Patre, quo Pater operetur; ſed potiùs quia accipit à Patre virtutem operandi, vt ſignificetur ordo ſuppoſitorum, non ordo virtutis: quo pacto ſuprà docuimus Patrem producere Spiritum Sanctum per Filium. At verò licèt Pater operetur per Filiũ, & Spiritum Sanctum, quia vtraque perſona ab eo procedit, per Filium tamen operatur quaſi per Verbum, in quo eſt tota ratio rerum agendarum: eadem enim ratio eſt intelligendi, & agendi per intellectum. At verò operatur per Spiritum Sanctum, quatenùs in eo eſt tota ratio diligibilium, tàm eſſentiæ & perſonarum, quæ naturali dilectione diliguntur, quàm etiam rerum creatarum, quæ diliguntur liberè. Igitur quæſtio verſatur de dilectione creaturarum; Vtrùm ſicut Pater Spiritu Sancto ſuo creat, ita quoque diligat nos Spiritu Sancto. Eſt autem vacillandi locus, eò quòd omnis operatio Dei erga creaturas eſt eſſentialis; dilectio igitur qua Pater

Præmittendũ iuxta dicta cap. 39. num. 6.

Pater operatur per Sp. Sanctũ quatenùs in eo eſt tota ratio diligibilium per dilectionẽ naturalem, id eſt, Deitatis ac perſonarũ, & liberã, id eſt, creaturarum.

Quæſtio eſt de libera.

Ratio dubit.

Digitized by Google

Pater diligit res creatas eſſentialis eſt, & non notionalis; non ergo Pater diligit creaturas Spiritu Sancto, vt Spiritus Sanctus ponatur in caſu ablatiuo, quaſi terminus per operationem productus.

2.
1. ſententia *Scoti*.
Affirmat de diuinis perſonis, ſcil. eas diligi Sp. Sancto.
Obiectioni. Reſpondet.

Ioannes Scotus in 1. diſt. 32. quæſt. 2. concedit quidem Patrem, & Filium diligere Spiritu Sancto ipſam Trinitatem perſonarum, ſcilicèt ſe ipſos, & Spiritum Sanctum; quia etſi ipſe opinetur dilectionem perſonarum non antecedere proceſsionem Spiritus Sancti, tamen quia dilectio perſonarum cõſequitur neceſſariò dilectionem eſſentiæ, permittẽdum arbitratur, quòd perſonæ diuinæ Spiritu Sancto diligantur. Sed quòd res creatæ diligantur Spiritu Sancto, quantum poteſt repugnat; quia hæc dilectio creaturarum eſt libera, & non neceſſariò coniuncta cum dilectione eſſentię. Et quidèm Scotus in eo quòd concedit perſonas diuinas diligi Spiritu Sancto, non ſtat ſuis placitis: nam ſi hoc quod eſt Patrem diligere, explicatur principiatiuè, vt ille vult, ſcilicèt, quòd Pater communicet Spiritui Sancto dilectionem; non poteſt intelligi, quòd communicet, niſi id quod in Patre antecedit generationem; ſed ſola dilectio eſſentię ſecundum Scotum antecedit, non verò dilectio perſonarum; ergo ſola dilectio eſſentiæ communicatur: ergo verbo diligendi, quod indicat ſolam iſtam communicationem (quia Pater non diligit Spiritu Sancto formaliter, ſed ſolùm principiatiuè ſecundum Scotum) non diliguntur perſonæ diuinæ, ſed ſola eſſentia.

Negat de creaturis.
Fund. & ratio maior de his, quam de perſonis.
Quoad 1. aſſertũ de dilectione pſonarũ, repugnat ſuis placitis.
Per *Scotum* Pater diligit Sp. Sancto ſolũ principiatiuè.
Itẽ in Patre ſola dilectio eſſẽtię antecedit generationem.

3.
2. ſententia.
Pater diligit nos Spiritu Sãcto tàm dilectione eſſẽtiali, quã notionali.
S. Thom.

Nos verò contrà aſſerimus, & perſonas diuinas, & ipſas creaturas diligi Spiritu Sancto; diuerſa tamen ratione, quam diſputando aperiemus. Imò dicendum eſt cum S. Thom. in ſententijs libr. 1. diſt. 32. art. 3. Patrem nos diligere Spiritu Sancto, ſiue dilectionẽ eſſentialem, ſiue notionalem accipias. Aduertendum enim eſt quòd diuina dilectio eſt, qua nobis vult bonum; bonum autem non eſt à nobis, ſed à Deo: quòd ergo Deus nos diligat, nihil aliud eſt, quàm vt bonum nobis velit, ipſa dilectione bonum efficiente quod vult. Si igitur in Patre conſideres dilectionẽ eſſentialem, diligere nos Spiritu Sancto dicitur, quia Spiritus Sanctus eſt principium eorum bonorum, quæ nobis Pater vult diligendo nos. Idcoque Sanctus Thomas ibi ad primum docet, quòd cum dicimus Patrẽ diligere creaturas Spiritu Sancto, nomen, Spiritu Sancto, in caſu ablatiuo indicat principium dilectorum, ſcilicèt creaturarum, non verò diligentium: idcòque Pater dilectione eſſentiali non dicitur diligere ſe Spiritu Sancto; quoniam Spiritus Sanctus non eſt principium illius, neque vt diligentis, neque vt dilecti; quia non eſt cauſa bonorum Patris, ſicut eſt cauſa bonorum noſtrorum. Itaque ſi de dilectione eſſentiali ſermo inſtituatur Pater diligit nos Spiritu Sancto, ita vt caſus ablatiuus indicet principium rerum dilectarum, quæ ſcilicèt ab Spiritu Sancto procedunt, & hæc obſcuriùs dixerat S. Thom. in corpore art.

Aduert.
1. probatio de dilectione eſſentiali.
De hac loquẽdo, caſus ablatiuus indicat principium rerum dilectarum.
Idem.
Hinc elucidatur 1. cõcl. tradita capit. 46. num. 12.

4.
2. Probatio de dilectione notionali.
De hac loquẽdo, caſus ablat. ſignificat terminum dilectionis productum anteriorẽ, ſcil. ſpiratũ, accuſatiuus cõſequentẽ, ſcil. creatum.

Si verò diligere notionale ſit, Pater diligit nos Spiritu Sancto, ita vt caſus ablatiuus ſignificet terminum operationis, ſic tamen vt ſit ordo inter terminũ hunc productũ, & res creatas per eandẽ dilectionẽ productas. Cum enim Pater & Filius dicuntur ſe diligere, ipſi non ſunt terminus operationis, ſed ſolùm obiectum: Cum verò dicuntur diligere creaturas Spiritu Sancto, tàm Spiritus Sanctus, quàm creaturæ ſunt termini producti illius dilectionis; ſed Spiritus Sanctus terminus eſt operationis perſonalis ſiue originis, creaturæ autem ſunt terminus creationis productus; & vterque terminus eſt à dilectione notionali deriuatus; eadem enim eſt dilectio qua Pater ſe & nos diligit, cuius dilectionis duplex eſt terminus, ſcilicèt Spiritus Sanctus ſpiratus, & nos creati: & per iſta videtur elucidari articulus ille S. Doctoris.

5.
Obiectio.

Adhùc eſt aduertendum, quòd etſi Spiritus Sanctus non procedat ex dilectione creaturarum, vt dicemus; benè tamen eſt amor quo Pater diligit creaturas etiam dilectione notionali: quę quidem res vehementem incuſſit dubitationem Bartholomæo Torres, & alijs. Dicendum ergo eſt ex eo quòd Spiritus Sanctus non procedat ex dilectione creaturarum, cõſequẽs eſſe, vt eas propoſitiones negemus in quibus ſignificatur aliqua antecedẽtia, quaſi prius creaturæ ſint dilectæ, quàm Spiritus Sanctus procedat, quod eſt apertè falſum. Et hæc

Torres.
Reſponſ. Creaturæ non ſũt dilectæ ante proceſsionẽ Sp. Sancti.

Digitized by Google

Iſta negata prioritas indicatur in hac, Sp. Sanctus procedit ex dilectione creaturarũ. Nõ indicatur in theſi tituli.

A hæc prioritas indicatur, cum dicimus Spiritum Sanctum procedere ex dilectione creaturarum, quaſi prius intelligantur creaturæ dilectæ: non verò ſignificatur prioritas eadem, cum dicitur Pater diligere nos Spiritu Sancto; ſed ſolum indicatur, vel quòd Spiritus Sanctus ſit principium creaturarum, ſi diligere ſit eſſentiale; vel ſignificatur, ſi notionale ſit, Spiritum Sanctum eſſe terminum illius dilectionis, qua Pater nos diligit; ita tamen vt & ipſe, & nos termini ſimus; ille autem anterior, vt explicabimus.

6\.

Declaratur 1. aduertendo quòd ex parte obiecti eſſẽtia dilecta eſt Deo ratio diligendi nos, licèt dilectio vna ſit. 2. recolẽdo doctrinam c. 45. p. 2. n. 10. & c. 46. n. 18.

Cogitandum quippe eſt vnam, & eandem eſſe operationem eſſentialem, qua Deus nos diligit & ſe ipſum; nihilominùs ex parte obiecti ipſa eſſentia dilecta eſt ratio diligendi nos. Præterea eſt recolendum, id quod diximus antea, dilectionem notionalem coniungi cum obiecto medio verbo propter ordinem originis.

B Cum igitur dicimus Patrem diligere ſe, & nos Spiritu Sancto; ordo rationis eſt, vt Pater diligat ſpirando amorem, quo copulatur cũ re dilecta: primò quidẽ cũ diuina eſſẽtia, deinde cũ perſonis, vltimò cũ ſuis creaturis. Ex quibus nõ ſequitur vt dilectio creaturarũ antecedat Spiritus Sancti proceſsionem; cũ certè hoc ordine intelligẽdi vltimo loco intelligamus creaturas dilectas.

Conſectarium. Ordine rationis, Pater ſpirãdo Amorẽ, diligit illo rẽ dilectã, ſcil. primò Deitatem, 2. perſonas, 3. creaturas.

C Alio ordine intelligendi, ipſa dilectio vt dilectio eſt, coniungitur per ſe cum diuina eſſentia, immediatè & ſimùl cum diuinis perſonis: ſed non cum rebus creatis; quia res creatæ non intelliguntur, niſi poſt proceſsiones diuinarum perſonarum. Et idcircò Spiritus Sãctus procedit de dilectione eſſentiæ, & diuinarum perſonarum; ſed non de dilectione creaturarum, vt poſteà docebimus.

Alio ordine intelligẽdi, dilectio vt dilectio eſt, cõiungitur per ſe cũ Deitate, immediatè, & ſimùl cũ perſonis: ſed non cũ reb⁹ creatis.

D Aliud ergo eſt creaturas diligi Spiritu Sãcto; quatenùs dilectio Dei per Spiritum Sanctum productum coniungitur cum rebus creatis, quod eſt verum; & ita Spiritus Sanctus intelligitur priùs productus, quàm res creatæ dilectæ ſint. Aliud verò eſt Spiritum Sanctum procedere de dilectione creaturarum; quaſi dilectio creaturarum antecedat proceſſionem Spiritus Sancti, quod eſt falſum.

7\.

Ad fundam. *Scoti*

Haud verò difficile eſt ad obiectum Scoti reſpondere: nam per hoc quòd creaturæ dicantur diligi Spiritu Sancto,

A non ſignificatur diligi neceſſariò; ſed ſignificatur dilectionem Patris, & Filij cõiungi cum rebus creatis media origine Spiritus Sancti, quod eſt veriſsimum. Imò accidit res hæc in tempore; nam dilectione beneuolentiæ, qua Deus diligit iuſtos, diligit illos in tempore; & ita dilectio diuina quæ per ſe, & neceſſariò eſt coniuncta cum eſſentia diuina & perſonis, in tempore coniungitur cum viris iuſtis. Quamobrem eadem dilectio prout eſt in Patre & Filio, media origine & Spiritu Sancto coniungitur per ſe neceſſariò cum eſſentia & perſonis; in tempore verò & contingentèr cum viris iuſtis.

Eadẽ dilectio Patris & Filij media origine & Sp. Sancto cõiungitur p ſe & neceſſariò cũ eſſentia, & perſonis: in tẽpore verò & contingentèr cum viris iuſtis.

B Et ita cum dicitur Pater diligere nos Spiritu Sancto, ex parte rei dilectæ nihil ſignificatur neceſſarium.

8\.

Corollarium. Scientiâ practicâ Pater nouit Verbo ſuo omnes creaturas ſiue notitia ſumatur eſſentialiter, ſiue notionalitèr. Probatur ex dictis n. 3. & 4. Vide cap. 14. p. 3. num. 3.

De ſcientia autẽ Dei eodẽ modo philoſophandũ. Nam ſcientiâ practicâ Pater nouit Verbo ſuo res omnes creãdas; ſiue notitia ſumatur eſſentialiter, ſiue notionalitèr; nam eſſentialitèr, indicatur Verbum eſſe principium rerum creandarũ, quod eſt verum; ſi verò ſumatur notionalitèr, ablatiuus caſus indicat terminum productum, ſcilicet Verbum, & accuſatiuus caſus terminum etiam productum, ſed cõſequentem, ſcilicet creaturas.

C Nec ſequitur quòd Verbũ procedat de notitia practica creaturarum, ſicut nec Spiritus Sanctus de dilectione earum procedit, vt declarauimus. De ſcientia autem ſimplicis intelligentiæ, dicendum eſt Patrem non intelligere Verbo res creatas, ſicut neque diligit Spiritu Sancto eaſdem: niſi eadem ſcientia ſimplicis intelligentiæ accipiatur notionalitèr, quo pacto intelligere eſt dicere; tunc etenim concedendũ, quòd Pater dicit omnia Verbo ſuo; omnia, inquam, quæ nouit ea ſcientia ſimplicis intelligentiæ, dicit Verbo ſuo, & intelligit Verbo, ſi intelligere ſumatur notionalitèr.

Scientiâ ſimplicis intelligẽtiæ Pater nõ intelligit Verbo ſuo creaturas: Sicut neque diligit correſpõdentèr Sp. Sãcto eaſdẽ: niſi intelligere ſumatur notionalitèr, vt eſt dicere.

9\.

D Quòd autẽ diuinæ perſonæ diligãt nos in Spiritu Sancto, intelligendũ eſt dilectione eſſẽtiali. Imò & nos diligim⁹ nos metipſos in Spiritu Sãcto. Sicut pꝛiori diſputauimus omnia intelligi in Verbo.

Confirmatio.

10\.

HÆc ſententia ſatis connixa eſt S. Thomæ atteſtatione 1. p. q. 37. ar. 2. ad 3. & in 1. d. 32. art. 3.

CAP.

CAPVT XLIX.

Verbum Diuinum ex rerum creatarum contemplatione procedit.

1. Pars. *Verbum procedit de contemplatione creaturarum.*
2. Pars. *Verbum procedit de ipſo intuitu diuinarum perſonarum.*

PRIMA PARS.

Verbum procedit de contemplatione creaturarum.

1. DIſputaturus de quæſtione illa, vtrũ Spiritus Sãctus de dilectione creaturarum procedat? præmitto alteram diſputationem, vtrùm Verbum procedat de earum cognitione?

2. 1. Sententia *Ferrar.* Primo autem loco tractanda eſt opinio Franciſci Ferrar. lib. 4. contra gentes, cap. 13. vbi ait productionem verbi antecedere intellectionem: quare ſimilitèr Verbum diuinum priùs produci prioritate rationis, quàm Pater intelligat, aut ſuam eſſentiam, aut alia in eſſentia. Fallitur autem vir ingenio prę̃ſtãtiſſimus in vno & altero; nam neque productio verbi in rebus creatis antecedit intelligendi actum, vt hoc lib. docuimus; neque generatio Verbi vllo modo antecedit Patris intelligentiam, quod adhùc eſt clarius. Nam Pater conſtituitur ex tota eſſentia, vt libro 4. docebimus, in qua omnia attributa continentur, & antequàm intelligatur generans, intelligitur perfectus Deus, nõ ſemideus: maximè verò intellectu præditus eſt, & intelligendi actu; & ita omnia hæc in perſona Patris iam conſtituta, antecedunt generationem. Quare iſta opinio & falſa eſt, & incredibilis; tum quoniam non debemus credere Patrem generare per ignorationem, quia ignoratio in operãte eſt quædam coactio, vt dicemus; generare autem eſt producere Verbum; producit ergo Verbum intelligens quid producat. Tum quia Verbum per intellectionem producitur, vt S. Thom. docet: quare eam ſubſequitur: & hæc eſt omnium Doctorum conſenſio; nam & Ioannes Scotus hoc quidem in nobis negat, in Deo autem concedit: ſed intellectio Patris propter excellentiam ſuã eſt ſimùl directa & reflexa; quia ſimùl

Indicatur falſa vt c. 2. p. 5. & 6. & c. 4. p. 3. n. 3. & c. 45. num. 8.

Impugnatur 1 Pater antequã intelligatur generãs, non intelligitur ſemideus, ſed perfectus Deus, & intelligens.

Confirmatur refutatio.

Ignoratio in operãte eſt quędam coactio.

Impugnatur 2. S. Thom.

Scotus citat⁹ c. 1. p. 2. n. 10. Obiectioni occurritur.

A intelligit, & intelligit ſe intelligere; ergo ſimul intelligit alia in Verbo, & Verbũ ipsũ. Tũ denique quia hęc opinio innititur illo aſſerto iam ſupra refutato, quòd in nobis intellectio eadem vt dictio antecedat verbum, vt intellectio conſequatur: quod in Deo maximè falſum eſt; eò quòd dictio contineat operationes duas, alteram eſſentialem, quæ eſt intellectio, alteram relatiuã, quæ eſt generatio; & oportet omninò operationem eſſentialem antecedere, vt docuimus.

Impugnatur 3. eius fund vt c. 2. & 4. citatis & c. 45 citato. p. 1. n. 17 & 8. iuncta 2. p. per totam.

3. Sed aliud adhùc eſt quare hæc ſentẽtia longè ſit abſurdior; ait enim Ferrarienſis idcircò priùs diuinum Verbum produci, quàm intelligi; quia Verbum B diuinum cõtinet rationem omnium intelligibilium, quæ neceſſe eſt antecedat intellectionem. Nam præterquàm quòd oſtenſum eſt rationem intelligibilis in verbo creato, non antecedere operationem cuius eſt terminus; admonuim⁹ quoque Verbum diuinum non eſſe neceſſarium ad intellectionem diuinam, etiam vt terminum, in quo ſit ratio intelligibilis. Aliàs Pater intellectionem à verbo aliquo modo acciperet; & eſſet ſapiens ſapientiã genitã, quod eſt hæreticum: nulla ergo ratio intelligibilis eſt C in Verbo, quę non ſit in Patre, quod eſt haud dubiè tenendum. Ideoque S. Th. q. 34. art. 3. ait Verbum diuinum ratione eſſentiæ habere reſpectũ ad creaturas, quia ratio intelligibilis eſt eſſentialis. Probè tamen dicitur quòd ratio intelligibilis contineatur in conceptu Verbi expreſſo, & in conceptu Spiritus Sancti ratio diligibilis, vt iam declaratum eſt.

Impugnatur 4. aliud fũ d ex iiſdem locis citatis.

Ratio intelligibilis eſſentialis eſt. S. Thom.

Tamen continetur in cõceptu Verbi expreſſo.

4. Ioannes Scotus rectiùs quidèm opinatur intellectionem diuinam antecedere productionem Verbi, quod eſt modis omnibus perſuadendum: ſed cætera D diſsidet à ſententia S. Thomæ; non ſolùm enim negat Verbum diuinum procedere de cognitione creaturarum, ſed etiam negat illud procedere de cognitione diuinæ eſſentiæ: quia arbitratur, vt ſuprà docuimus, cognitionem diuinã etſi antecedat productionem Verbi, per accidens ſe habere ad illam, ita vt productio Verbi non deriuetur de intellectione: & hoc iam refutatum eſt. Præterea addit cognitionem diuinam, quæ antecedit Verbum, eſſe cognitionẽ diuinæ

2. ſententia Scoti.

1. illius aſſertũ, Verbũ nõ procedere de cognitione, etiã diuinæ eſſentiæ.

Refutatum eſt cap 45 p 2.

2. aſſertum, cognitionẽ eſ-

Digitized by Google

ſétire eſſe priorē Verbo, nō ſic cognitionem creaturarum.

uinę eſſentiæ, ſed non creaturarum, ita A vt neceſſe ſit priùs ordine rationis, imò & ordine originis produci Verbum, & Spiritum Sanctum, quàm creaturæ intelligantur à Deo. Ex quo ſecūdo aſſerto omninò eſt cōſequēs, vt Verbū nō procedat de cognitione creaturarum; cum ante productionem Verbi nulla ſit creaturarum cognitio iuxta Scotum, de qua Verbum procedat. Ita opinatur in 1. d. 18. & in 2. d. 1. q. 1. & in quodlibetis q. 8. & 14. & aliàs ſæpiùs. Picus Mirand. diſput. habita ſub Innocentio 8. cap. conſentit cum Scoto, quòd Filius non procedat de cognitione creaturarum. B

Conſectarium oppoſitū inſcriptioni huius partis.

Scotus.

Picus Mirād.

5\. Scoti principiū de productione creaturarum.

At verò Scotus adhùc vt iſtam aſſertionem petat ab altiori principio, credit Deum ab æterno produxiſſe creaturas ſecundum eſſe cognitum; deinde ſecundum eſſe poſsibile, quod fundatur in cognito. Ita ſentit in 1. d. 43. & d. 36. Queruntur autem Scotiſtæ, quòd Thomas Caietan. cum alijs impoſuerit Scoto addendo, ipſum ſentire quòd hoc eſſe cognitum ſit medium inter ens reale, & rationis; perindeque propendere illum in errorem Vuicleph de rerum productione æterna. Nam Scotum minimè hoc dixiſſe, ſed potiùs hoc eſſe cognitum ens eſſe rationis affirmaſſe d. 36. q. vnica. Et certè dubium non eſt Scotum eo loco dixiſſe res productas ſecundum eſſe cognitum, nihil eſſe: quare eſſe cognitum apud Scotum non eſt eſſe reale. Libētèr ergo hoc damus, quòd eſſe cognitum iuxta opinionem Scoti ſit ens rationis; neque enim cupimus illum erraſſe. Credit autem hoc eſſe cognitum à Deo productum non eſſe ſolam relationem rationis rei intellectæ ad intellgētem, ſed eſſe rem abſolutam: quo maximè Scotus errat, vt tomo 2. comprobauimus diſput. de Ideis. Ex quibus D tandem colligit priùs produci diuinas perſonas, quàm producantur creaturæ ſecundum eſſe cognitum: nam perſonæ diuinæ ab ipſa natura diuina habēt vt ſint neceſſariæ, eadem neceſsitate diuinæ naturæ. At verò creaturę, quæ non ſunt entia neceſſaria, non ſunt neceſſariò intellectæ; ſed producuntur (iuquit) ſecundum eſſe cognitum; quia illud non habent à ſe. Ergo ordine cognitionis propter neceſsitatem entis, priùs producuntur diuinę perſonæ, quàm creaturæ cognoſcantur; quæ per ſe non cognoſcuntur, niſi per hoc quod producuntur ſecundum eſſe cognitum.

Radæ controuerſia 11. querimonia de *Caietano.*

Verū eſt Scotū dixiſſe res productas ſecūdū eſſe cognitū, nihil eſſe. Vnde iudicauit hoc eſſe cognitū eſſe ens rationis.

Errauit dicendo eſſe rem abſolutam.

Ex dicto principio illatio Scoti contra inſcriptionem huius partis. Declaratur.

6\. Cōtra *Scoti* principiū, ſeu portentum.

Hæc opinio Scoti iure optimo à Doctoribus reprehenditur, & eſt certè inter eas numeranda, quas ait Cicero de natura Deorum, miracula eſſe, portentaque opinionum. Nam in eo quod ait produci ab æterno res creatas ſecundū eſſe abſolutum, & addit ſecundum illud eſſe abſolutum eſſe diſtinctas à potētia, & intellectu diuino, maximè innuit res eſſe extra ſuas cauſas: nam prout ſunt in cauſis, non ſunt à cauſis diſtinctæ; at verò eſſe extra cauſam eſt eſſe creatum, B res verò eſſe creatas ab æterno, hæreticum. Iſthuc argumentum miſſum facimus, quod diſputando de Ideis tractabimus. Quod ad rem eſt, quærimus nū producere res ſecundum eſſe cognitum indicet actionem aliam præter actum intelligendi? ſi aliam, eſt igitur realis productio, qua res ab æterno producuntur, quod eſt hæreticum: Si autem hoc producere, non aliam actionem importat niſi actū intelligendi, nihil eſt aliud produci niſi intelligi. Et confirmatur; quia ens vel eſt extra animam, & habet eſſe reale; vel eſt ſolùm in anima, hoc eſt, in C intellectu obiectū, & eſt ens cognitum. Similitèr igitur per actus intellectus diuini, vel res producitur extra animam & creatur ab æterno, quod eſt hęreſis; vel producitur in anima, hoc eſt, in intellectu obiectū, quod eſt intelligi: Nullum ergo argumentum conficit Scotus quòd res creatæ non cognoſcantur ante proceſsiones diuinas; quia adhùc non ſunt productæ: ſiquidèm eſſe productas nō eſt eſſe aliud, niſi eſſe intellectas. Hoc ergo probādū erat, quòd non ſint intellectę res creatæ ante proceſsiones; dicimus enim, vt loquamur cum Scoto, res D creatas eſſe productas ante proceſsiones diuinas ſecundum eſſe cognitum, ſiquidèm hoc eſse non eſt aliud præter eſse cognitum. Quod ſi (vt certum eſt credere) exiſtimauit Scotus productionem ſecundum eſse cognitum non eſse realem productionem: quid argumenti inde voluit depromere, vt productio realis perſonarum antecedat productionem non realem creaturarum, quæ productio non eſt, ſed ipſa earum rerum intellectio?

1\. concluſio. Res non ſunt productæ ab æterno ſecūdū eſſe cognitum, & abſolutū diſtinctū à potētia, & intellectu diuino.

Probatur 1.

Probatur 2.

Produci ſecūdū eſſe cognitū nihil aliud eſt, quàm cognoſci.

Confirmatur.

Illationis Scoti futilitas oſtēditur.

Hoc probādū erat, quòd productio creaturarū nō realis, ſcil. ſecūdū eſſe cognitū tātū, ſiue eas intelligi, nō antecedat diuinas proceſsiones.

7\. Probatur 3.

Prætereà quæro an diuinus intellectus producat res creatas ſecūdum eſse cogni-

Productio realis ante proceſsiones, nec poteſt eſſe libera, nec naturalis.

A cognitum, naturalitèr, an liberè? ſi liberè, effecit ergo Deus pro ſua voluntate libera, vt quædam res eſſent intellectæ vt vera entia & poſsibilia; alia vt falſa & impoſsibilia: & ita fuit diuinę electionis, vt homo eſſet res ficta, & impoſsibilis; chimęra autem res poſsibilis, & vera. Quòd ſi hoc ſtultum eſt & incredibile; nō ergo liberè, ſed naturalitèr Deus producit res ſecūdum eſſe cognitum: quòd ſi naturaliter, & iſta productio pertinet ad intellectionem naturalem, quæ antecedit origines; quare non erunt res intellectæ ante originem? Et confirmatur, quoniam vel Deus produxit res ſecundum eſſe cognitum pręintelligens illas, vel non præintelligens: ſi nō præintellexit, produxit inuit?, vellet nollet; ſi præintellexit antequam produceret, quid neceſſe fuit producere illas ſecundum eſſe cognitum, cum iam eſſēt cognitæ? fictum ergo eſt quòd produci ſecundum eſſe cognitum, quidpiam aliud ſit, quàm cognoſci. Idem iterum comprobatur, nam res creatæ ſunt intelligibiles in ipſa eſſentia diuina, & non in proprietatibus perſonarū; eſſentia enim diuina eſt cauſa adæquata rerum, in qua C cognoſcuntur. Ad hoc ergo vt cognoſcantur, non eſt neceſſe produci prius diuinas perſonas. Et confirmatur, quoniam relatio rationis conſequitur aliquid reale deſignatum quo fundatur; quare cum productio rerum ſecundum eſſe cognitum, non ſit realis productio, ſed ſola relatio rationis; ipſum eſſe cognitum, conſequitur intellectionem diuinam producentem res ſecundum eſſe cognitum; & nullo modo conſequitur proprietates perſonales, vt dictum eſt: ergò iſthæc productio non eſt poſterior perſonis, ſed per ſe conſequitur naturalem, & eſſentialem intellectionem ante proceſsiones perſonarum;

Confirm. Si creaturę fuerunt cognitæ à Deo antequā producerentur ſecūdū eſſe cognitū, ad quid neceſſaria eſt hæc productio

Probatur 4. Res creatę ſūt intelligibiles in eſſentia diuina nō in proprietatibus perſonarum.

Confirm. 2. Productio ſecundū eſſe cognitū eſt relatio rationis fūdata in intellectione producē te res ſecundū eſſe cognitū, nō in perſonis.

8\. Adhùc confirmatur, quia aliàs Pater acciperet à perſonis productis notitiam creaturarū, quod eſt hæreticū. Cōmonſtratur hoc, quia ante perſonas productas nō habet iſtam notitiā. Explicatur hoc; nam etſi Pater non producat Spiritū Sanctū ante productionem Filij, non tamē habet à Filio hoc vt producat Sp. Sanctum; quia propter ordinem originis Filius antecedit Spiritum Sanctum, & vna origo aliam: ſed ſi Pater non haberet ſapientiam niſi producto Filio, cum

Probatur 5. Si Pater nō haberet notitiā creaturarū niſi productis perſonis, ab his illā acciperet, cū illa ſit quid eſſentiale. Explicatur.

A ſapientia ſit eſſentiale, & non conueniat Patri niſi genito Filio, à Filio genito haberet Pater ſapientiam; ergo ſi Pater non cognoſcit res creatas niſi productis perſonis; cum cognoſcere res creatas proculdubio ſit quid eſſentiale, & perfectio diuini intellectus; hoc haberet Pater à perſonis productis. Comprobatur idem; quia haberet hoc ordine originis; quod autem ordine originis eſt poſterius, ab alio procedit, vel accipitur; ergo haberet Pater notitiam creaturarum procedentem, vel acceptam à creaturis. De actionibus B enim liberis, quæ cōſequuntur perſonas productas alia eſt ratio, vt poſtea oſtendemus.

Confirmatur.

Quod ordine originis eſt poſterius, ab alio procedit, vel accipitur.

De actionibus liberis eſt alia ratio.

9\. Et vt finem faciamus arguendi in re perſpicua; eſſentialia ſunt priora perſonis: pertinet autem ad ipſum conceptum Deitatis, vt in eſſentia ſua intelligat res omnes poſsibiles, quæ in ſua eſſentia continentur, aliàs Deus non eſſet eſſentialitèr beatus, ſi ſuam potentiam non comprehenderet diſtinctim cognoſcendo quicquid poteſt facere. Et hoc eſt euidentiſsimum; imò C ſecundum fidem Catholicam concedēdum, quòd Deus eſſentialitèr ſit præditus notione rerum omnium poſsibilium. Cum ergo ſcientia naturalis rerum ſit eſſentialis Deo, extremæ dementiæ eſt negare illam antecedere perſonas diuinas ordine rationis, & ipſum Patrem. Quòd ſi antecedit Patrem, ergo intelligitur in perſona Patris, quæ eſt habens eſſentiam, ante generationem Verbi.

Probatur 6. Eſſentialia ſūt ordine rationis priora perſonis.

Secundū fidē certū quòd Deus eſſētialitèr ſit præditus notione rerū omniū poſsibiliū.

10\. Quod autem obijcit Scotus diuinas perſonas pertinere ad primam neceſsitatem entis, quæ eſt ipſa diuina eſſen- D tia, nihil valet ad arguendum; res enim creatæ ſicut ſe ipſis ſunt nihil, ita ſe ipſis non ſunt intelligibiles; ſed ſicut potentia Dei poſſunt eſſe, ita & intellectu Dei poſſunt intelligi: & ita ſunt neceſſariò intelligibiles & poſsibiles; non neceſsitate ſua, ſed ipſa neceſsitate diuinæ potentiæ, & diuini intellectus. Nam cum res creatæ ſint poſsibiles, & intelligibiles, non contingenter, quia non libera productione factæ ſunt poſsibiles, aut intelligibiles; ſed ſint tales neceſſariò; hęc neceſsitas non eſt ſecunda neceſsitas; vnum enim eſt neceſſarium ens, & vnum neceſſarium intelligibile,

Obiectio.

Reſponſ. Res creatæ ſūt poſsibiles & intelligibiles nō liberè, ſed neceſſariò neceſsitate diuinæ potentiæ & intellectus, atque adeò neceſsitate prima.

quod eſt Deus; ergo hæc neceſsitas eſt ipſius diuinæ naturæ, vt probatum eſt. Ex quibus non ſequitur vt priùs procedant diuinæ perſonæ, quàm res creatæ ſincintelligibiles, cũ ipſæ res ſint intelligibiles eadem neceſsitate diuinę naturæ; de qua procedunt perſonę; & pertineant ad naturalem ſcientiam antecedentem perſonas: ſed ſolùm ſequitur vt priùs diuinæ perſonæ ſint poſsibiles & intelligibiles, quã res creatæ, quia prima emanatione intrinſeca emanant: quare pri' intelligũtur perſonę diuinæ, quã res creatę, ſed non ſequitur quod prius producantur diuinæ perſonæ, quã res creatæ intelligantur, vt hoc cap. & ſequenti commonſtrabimus.

Prius diuinæ perſonæ ſunt poſsibiles, & intelligibiles quã creaturę nõ tamẽ prius producũtur pſonę, quã intelligantur creaturæ.

11. Cõtra idẽ principium.

2. Concluſio. Rerũ poſsibilitas non fundatur in illo eſſe cognito.

Quod verò ait rerum poſsibilitatem fundari in illo eſſe cognito producto, ridiculum eſt: nam poſsibile vel ſignificat modum intelligẽdi, quo dicimus hominem poſsibiliter eſſe animal, quod tamẽ poſsibile nõ producitur, neque eſt aliud quàm homo ſic cognitus; vel eſt poſsibile, quod poteſt eſſe per potentiam realem. Et hoc etiam pacto poſsibile antecedit productionem; quod enim poſsibile non eſt, non producitur: neque poſsibile hoc, eſt aliquid diſtinctum à potentia, per quam eſt poſsibile. Ergo non poteſt intelligi, quòd ipſum eſſe poſsibile producatur, ſiquidem eſſe poſsibile antecedit productionem; ergo neque pendet ab antecedenti productione, vt eſſe poſsibile fũdetur in eſſe cognito producto. Et idem eſt argumentum de productione intelligibili conficta ab Scoto, quæ non ſit realis productio: nam quicquid eſt poſsibile per intellectum ſecũdum eſſe cognitum, præexiſtit in ſpecie intelligibili, de qua oritur tota intellectio; niſi fingas poſt proceſsionẽ perſonarum aduenire Deo nouam ſpeciem impreſsã, qua intelligat creaturas. Quòd ſi ipſa eſſentia eſt quaſi ſpecies, per quã creaturæ intelligũtur tãquã per cauſam, iam ibi præexiſtũt ſecũdũ eſſe intelligibile, atq; adeò poſsibile. Quod ſi creaturæ prçexiſtunt in ſpecie intelligibili, eo quoq; modo iã præxiſtũt vt poſsibiles: aliter enim præexiſtũt entia ficta vt chimæra, quæ nõ poſſunt participare diuinum eſſe; alitèr verò entia quę cum eſſe diuino habent ſimilitudinem; & idcircò præexiſtũt in illo eſſe intelligibili vt entia vera poſsibilia; ergo antequam actu

Probatur. Poſsibile alterũ nihil eſt niſi homo v e. ſic cognitus, ſcil. vt poſsibiliter animal.

Alterũ nil niſi potẽtia per quã eſt poſsibile: vnde antecedit productionẽ; ac proinde ipſum eſſe poſſibile non producitur.

Idem argum. de rerũ intelligibilitate.

Ipſa eſſentia diuina eſt quaſi ſpecies in qua creaturę præexiſtũt, vt intelligibiles tãquam in cauſa atque adeò vt verè poſsibiles

A intellectus producantur poſsibiles, prçexiſtunt poſsibiles in ſpecie impreſſa, ſiue in memoria, vt Scotus ait; fruſtra ergo producũtur ad id quod ſunt. Poſtremò Scotus dum modis omnibus nititur hoc negare, quòd cognitio creaturarum antecedat generationem, nullam rationem excogitatam habet.

12.

ſ. Concluſio eſt inſcriptio huius partis.

Reſectis ergo figmentis iſtis, conſtat ſcitiſsima opinio S. Th. quòd Verbũ diuinũ procedat de cognitione creaturarũ: nam hęc cognitio antecedit, & proceſsio Verbi eſt de cognitione antecedenti, vt docuimus; ergo eſt de cognitione creaturarum. Explicatur hoc; procedit enim Verbum ex ea Patris cognitione, qua ille eſsentiam ſuam comprehendit, vt omnes B conſentiunt; ipſa autẽ eſsẽtia diuina eſt ratio intelligibilis omnium creaturarũ poſsibilium (de creaturis enim exiſtentibus poſtea diſseremus) ergo abſq; vllo dubio ex cognitione earũ procedit Verbũ. Prçtereà eſſentia diuina nõ ſolũ eſt ratio intelligẽdi omnia, ſed ipſa eſt adæquatũ obiectũ diuinæ cognitionis, vt Ariſtot. argutiſsimè demonſtrat 12. Metaph. textu. 51. ita vt nihil Deus extra ſe intelligat; benè tamen ea quæ ſunt extra ſe, in ſe ipſo cognoſcat, vt exponit S. Thom. ibi, & docet hoc ipſũ 1.p.q.14. ergo dũ Pater intue- C tur eſſentiã ſuam, ſimul omnia poſsibilia in ea contẽplatur, vel nuſquam aliás ea cognoſcit, quod eſt hæreticũ. Et confirmatur, quoniam ſi Pater quadã intellectione eſſentiã ſuam intuetur; alia verò intellectione conſequẽte perſonas, cognoſcit creaturas; in iſta altera cognitione creaturę cognoſcuntur in ſe ſe ipſis, quaſi ſecũdũ obiectũ intellectus diuini, cuius oppoſitũ Ariſtot. demõſtrat. Imò accipit profectus diuina cognitio attingẽs res creatas poſt productas perſonas, quas ante productas perſonas nõ attingebat, quod nefas eſt dicerę. Deniq; pro- D batur, quoniã Pater cõprehẽdit ſuã potẽtiam, quæ eſt eadem eſſentia, & comprehendit illam cognitione antecedente originem, de hac enim loquimur; ſed non poteſt comprehendere potentiam niſi omnia poſsibilia ad quæ potentia valet, nouerit; ergo omnia poſsibilia nouit ea etiam cognitione, quæ originẽ prçcedit ordine rationis. Hæc autem ſententia cõfirmabitur parte 2. capitis.

Probatur 1. ex dictis.

Verbũ procedit ex cõprehẽſione eſſentiæ, quæ eſſẽtia eſt ratio intelligẽdi omnia poſsibilia

Probatur 2. Eſſentia eſt adæquatum obiectum diuinę cognitionis; ita vt õnia in illa Deus intelligat.

Ex *Ariſtot.*

S. Thom.

Confirm. 1 Nõ eſt in Deo vna intellectio eſſentiæ antecedẽs perſonas alia creaturarũ conſequẽs perſonas.

Confirm. 2.

Probatur 3. Comprehẽſio diuinæ potentiæ neceſſariò complectitur omnia poſsibilia.

SECVN-

SECVNDA PARS.

Verbum procedit de ipſo intuitu diuinarum perſonarum.

1.

1. Concluſio. Verbũ procedit de cognitione diuinarũ perſonarũ. Probatur. In ipſa eſſẽtia perſonę præintelliguntur vt poſsibiles ante notionẽ creaturarum.

ILlud ſecundum eſt quod abſque omni dubio affirmemus, Verbum diuinũ procedere de cognitione diuinarũ perſonarum: nam hæ in ipſa eſſentia præintelliguntur vt poſsibiles ante notionem rerum creaturarum; quæ ſcilicèt diuinę perſonæ procedunt prima proceſsione, & neceſſariò, vt ex dictis liquet; creaturæ autem procedunt ſecunda proceſsione contingenti: ergò eodem ordine præintelliguntur diuinæ perſonę vt poſsibiles, priuſquam res creatæ. Et hoc idem comprobatur rationibus, quas cõfecimus de cognitione creaturarum: perſona enim diuina non eſt ſecundum eſſe intelligibile diſtincta ab eſſentia, vt intelligatur diſtincta cognitione ab ea, qua Deus eſſentiam ſuam cognoſcit: Vnum enim eſt primũ intelligibile, ſcilicèt diuina eſſentia, in qua intelligũtur omnia ſimul; aliàs tres diuinæ perſonæ eſſent tria intelligibilia; primum autem intelligibile & primus intellectus idem omninò eſt, vt demonſtrat Ariſtot. 12. Metaph. ergo non minùs repugnant eſſe in Deo tria intelligibilia, quæ ſe ipſis ſint intelligibilia; & non in eſſentia ſimul, quàm eſſe tres intellectus diuinos; ergo omninò neceſſe eſt perſonas ſimul cum eſſentia intelligi à Patre, dum generat: aliàs creſceret ei' cognitio; ſiquidèm ante generationem intelligeret eſſentiam, poſtea perſonas. Aliqui hoc idem probant, quia Pater eſt relatiuum Filij; ergo intelligẽdo ſe intelligit Filiũ: Sed ad hoc poſſet reſponſum dari, quòd intelligit ſe vt hypoſtaſim non vt relatiuũ; & vt hypoſtaſis, antecedit hæc perſona illam prioritate rationis.

Probatur 2. ex dictis p. 1. prę ſertim n. 8.

Primũ intelligibile, & primus intellectus idem omninò eſt Ex *Ariſtot.* Vnde vnũ & idẽ eſt eſſe intelligibile triũ perſonarũ, vt eſt vnus intellectus.

Quorundam probatio.

Eneruatur.

2.

Reſponſio ad noſtrã probationẽ ſumptã ex p. 1. num. 8.

Nonnulli ſunt qui haud timent concedere Patrem accipere à Filio producto cognitionem ipſius Filij, ſicut ab obiecto nos accipimus notionem; eò quòd filiatio ſit quædam perfectio relatiua à Patre diſtincta, quæ hoc etiam habeat perfectionis, vt Patri in ratione obiecti tribuat notionem. Hoc profectò temerarium eſt, & periculoſum; nihil enim omninò poteſt cogitari, quod Pater habeat à Filio. Et declaratur facilè res

Iudicatur temeraria, & periculoſa.

A hæc: Nam intelligere relationem eſt quid eſſentiale; quamuis ergo obiectum ſit relatio; ſi tamen Deus Pater ab obiecto accipit notionem, & intelligentiam, profectò aliquid eſſentiale accipit Pater à Filio, quod eſt hæreticum, & incredibile. Sed neque notionale quid, neque eſſentiale poteſt accipere Pater à Filio: neque etiam relationes diuinæ ſunt perfectiones diſtinctæ vt lib. 3. dicemus.

Pater nõ habet à Filio cognitionem ipſius Filij, cũ ea ſit quid eſſẽtiale.

Imò nec habet à Filio quidquã notionale

3.

Quæſtio difficilior, Vtrùm Verbũ procedat de viſione perſonarum. Difficultas proponitur.

Longè autem difficilior eſt quæſtio, Vtrùm Verbum procedat de viſione ipſa, ſiue intuitu diuinarum perſonarum; intuitus enim eſt rei exiſtentis, videtur autem impoſsibile vt ante productionem rei ſit viſio rei: nam etſi ipſa viſio poſsit eſſe productio rei viſæ, vt antea docuimus de intellectione, qua producitur Verbum; nam forſan & Angeli verbum producendo intuentur illud; tamen quòd viſio antecedat productionem, videtur omninò impoſsibile; viſio enim, & res viſa ſimul ſunt, viſa autem res & exiſtens ſimul: ergo ſi viſio antecedit productionem, ipſa res exiſtens antecedit productionẽ qua producitur, quod omninò non poteſt intelligi. Quo argumento victi nõnulli cum Thoma Caietano, prima parte, quæſtione 34. articulo tertio, & Paludano diſtinctione 27. quæſtione ſecũda, opinantur Verbum procedere de cognitione perſonarum diuinarum, non intuitiua, ſed abſtractiua.

Negant *Caiet.* *Paludan.*

4.

Concluſio affirmat.

Nihilominus dicendum eſt Verbum produci de ipſa viſione perſonarum, & de viſione ſui ipſius. Ad quam aſſertionem firmandam, illud eſt vehementiſſimum argumentum, quòd Pater producit Verbum intuendo eſſentiam ſuam; eſſentia autem eſt vna, & eadem res cum ſingulis perſonis; ergo non poteſt vel cogitando fingi, quòd intueatur eſſentiam, & non perſonas: intellectus enim abſens poteſt diſtinguere inter ea, quæ ſunt vnum omninò, ſcilicèt inter eſſentiam & perſonas; ſed intuitus, qui fertur ad rem prout eſt in ſe, non diſtinguit niſi quæ ſunt re ipſa diſtincta; ergo vel Pater ante generationem nõ intuetur eſſentiam ſuam, quod eſt falſum, vel ſimul intuetur perſonas. Quod argumentum firmum eſt; in ipſo namque intuitu non eſt prioritas rationis, aut diſtinctio: ergo vel Pa-

Probatur efficaciter. Pater producit Verbũ intuendo eſſentiam ſuam vt in ſe eſt.

Digitized by Google

Aliàs Verbũ nõ erit expreſſiuũ eſſentiæ, atq; adeò nec Verbum.

ter nõ intuetur eſſentiam ſuã generãdo Verbum, Verbumque non erit Verbum; quia non erit expreſsiuum eſſentiæ, quia niſi ſit de intuitu diuinæ eſſentiæ, non exprimit quod quid eſt eſſentia: vel Pater intuendo eſſentiam, ſimul inſpicit in illa ſubſiſtentes perſonas.

5.

Reſponſio aduerſ.

Quod autem aiunt Verbum procedere de cognitione diuinarum perſonarum, ita tamen vt non intelligãtur perſonæ in ſe notione intuitiua; ſed ipſa eſſentia intuitiuã quidem notione cognoſcatur, perſonæ verò in illa tanquam in radice, & fundamento cognitionis: non ſatisfacit quęſito. Obſeruandum enim eſt aliam eſſe rationem cogniti, & aliam rationem cognoſcendi; dum enim Deus intelligit hominem, homo eſt ratio cognita; ratio autem cognoſcendi eſt Deitas. Si igitur ſit ſermo de ratione cognoſcendi non eſt dubium, quin Deus perſonas cognoſcat in eſſentia, vt in ratione cognoſcendi, quæ eſt adæquatum obiectum diuinæ cognitionis. Si verò loquendum nobis ſit de ratione cognita videtur, quòd in cognitione comprehenſiua Patris cognoſcantur perſonæ procedentes non ſolùm in eſſentia, ſed etiam in ſe ipſis. Licèt enim cognoſcantur, vt poſsibiles, quia poſſunt produci, ſimul tamen cognoſcuntur vt productæ, & vt exiſtentes, cum vtrumque ſit de conceptu perſonæ procedentis: cognoſcuntur enim & poſsibiles produci, dum comparantur cum potẽtia producendi; & verè productæ, cum comparantur cum proceſsione, & intellectio Patris quę perfecta eſt, hæc omnia comprehendit. Si verò aliquid eſt ab intellectione Patris diſiunctum, quòd Pater in illa prioritate nõ intelligit, quid prohibet ab eadem cognitione creaturas remouere cum Scoto? Si, inquam, in illa cognitione Patris non intelligitur tota ratio Verbi, ſcilicèt quòd ſit exiſtens & genitum, eodem modo poſſumus cũ Ioanne Scoto dicere non intelligi Verbum: maximè quia Verbum diuinum remota, vel etiã cogitando, exiſtentia, nõ eſt Verbũ, quia illud Verbum eſt eſſentialiter exiſtens; eſt ergo cognitio Verbi in ſe exiſtentis, vel cognitio Verbi non eſt. Præterea ea notio Patris eſt perfectus intuitus perſonarum. Inſcitè autem reſpondetur ad hoc ſatis

1. Refutatio.

Pater videt perſonas procedẽtes in ſua eſſẽtia, vt in ratione cognoſcẽdi & obiecto adęquato.

Itẽ cognitione cõprehenſiua videt eas in ſe ipſis, vt in ratione cognita.

Pro difficultatis explicatione not.

De conceptu perſonæ procedẽtis eſt quòd ſit poſsibilis produci, & qđ ſit producta & exiſtens.

Pater hæc omnia cõprehẽdit

Probatur ad hominẽ cõtra *Caiet.*

Si aliquid à Patre in illa prioritate nõ videtur, nõ intelliguntur in ea creaturæ, nec Verbũ, quod tenet *Scot⁹.*

2. Refutatio.

Reſponſio ad refutationem.

A eſſe quòd perſona ſit præſens, etſi non intelligatur vt preſens: notio enim intuitiua eſt rei præſentis formalitèr, vt preſens eſt; aliàs liceret intueri hominem præſentem mihi, quem neſcirem eſſe præſentem. Mitto etiam quòd Pater dum generat intuetur ſe in ſe ipſo; ergo & alias perſonas: neque enim poteſt videri Pater ſine Filio, aut ſine Patre Filius, vt ipſe Filius ait Ioannis 14. *Qui videt me, videt & Patrem meum,* quem locum lib. 5. tractabimus.

Eneruatur Notitia intuitiua eſt rei prẽſẽtis formalitèr vt præſẽs eſt.

3. Refutatio. Pater non poteſt videre ſe quin videat Filium.

Ioannis 14.

6.

Aperiunt autem ſe ſe tres viæ ſuperandæ difficultatis antea propoſitæ. B Prima ducit ad eam ſolutionem ſimilis argumenti; quòd in nobis dicere antecedit verbum in genere cauſæ efficientis, conſequitur autem in genere cauſæ denominantis, ſiue extrinſecæ ſpecificantis; quæ prioritas non eſt in proceſsione vnius ab alio, ſed in acceptione intellectus; eò quòd obiectum priùs cogitamus, quàm operationem. Ad hunc modum poteſt dici, quòd Verbum ipſum productum & exiſtens eſt obiectum cognitionis in Patre, qua Pater intuetur Verbum, & vt obiectum antecedit. C Itaque Verbum non ſolùm vt poſsibile produci, ſed vt actu productum & exiſtens, eſt obiectum cognitionis in Patre: Et idem eſt terminus per cognitionem productus: & quidem vt obiectum, antecedit non ordine aliquo originis, ſed ratione noſtra duntaxàt priùs apprehendente obiectum, quàm operationem in obiectum. Verbum autem idem vt terminus, ordine quodam pertinente ad originem, conſequitur cognitionem ſui; prius enim in Patre meditamur cognitionem, deinde originem, & ex origine Verbũ ordine reali naturæ.

Propoſitæ difficultatis 1. explicatio ex cap. 5. n. 16. & 17.

Verbũ vt poſſibile, itẽ vt productũ & exiſtẽs, eſt obiectũ cognitionis Paternæ intuitiuæ, & eã antecedit prioritate dũtaxàt rationis: Verbũ vt poſsibile, eſt terminus per eã, & origine productus, & conſequẽs ordine reali naturę.

7.

D Et recolendum eſt quod diximus, actum intelligendi in Patre vt eſt intellectio ſine medio coniungi cum re intellecta; ſed vt eſt actus notionalis cum eadem re intellecta coniungi per originem, & Verbum productum, quæ vt ſic ſunt media inter ipſam intellectionem & rem intellectam. Nihil ergo obſtat quin eadem intellectio Patris, vt intellectio eſt, ſit quoque viſio ipſius Verbi, quod eſt etiam res intellecta; & vt ſic, eſt viſio rei exiſtentis: ſed vt eſt actus notionalis coniungitur cum ipſo Verbo intellecto media origine: & ita comparatur

Aduert. ex c. 45. p. 2. nu. 10. Inter actũ intelligendi vt notionalis eſt & rẽ intellectã, mediatori go & Verbũ.

Intellectio Patris vt intellectio eſt viſio Verbi exiſtẽtis

At vt act⁹ notionalis, cõparatur cũ Ver-

Digitized by Google

bo intellecto vt cũ re poſsibili, & producenda media origine.

8.

2. explicatio.

Nos notitiã abſtractiuã vtẽtes intelligim⁹ vt diſtincta, & priora, quę in notitia intuitiua diuina talia nõ ſũt etiã noſtro modo intelligendi.

paratur cum illo non vt cum exiſtente, & producto, ſed vt cũ re poſsibili & producenda.

Eſt alia via ſolutionem incũdi, ſi aduertamus, quòd nos vſi notitia abſtractiua diſtinguimus ea, quæ in notitia diuina intuente non ſunt diſtincta; intuitus enim eſt rei exiſtentis eo modo quo exiſtit: & eodem modo præintelligimus notitiã abſtractiuã cum quadam prioritate ea, quæ in notione intuitiua non ſunt priora. Et idcircò intellectionem qua Pater intelligit Verbum, & de qua producit ipſum Verbum, rectè iudicamus eſſe intuitiuam, vtpote rei ſimul exiſtentis: Sed nos vſi notitia abſtractiua in illa prioritate, qua cogitamus Patrem intelligentem, & intuentem eſſentiam ſuam & ſe, non intelligimus Filium vt exiſtentem, ſi cum noſtra intelligentia comparetur. Quare non eſt conſequens quòd Pater in illa prioritate rationis ante generationem non habeat notitiam intuitiuam perſonarum etiam noſtro modo intelligendi; ſed eſt conſequens, quòd in noſtra notitia abſtractiua non intelligãtur perſonæ procedentes vt exiſtentes. Itaque etiam noſtro modo intelligendi, perſonæ quæ procedunt comparatæ cum notitia Patris, intelliguntur vt viſæ, & exiſtentes; comparatæ verò cum notitia noſtra, intelliguntur vt producendæ, non vt productæ & exiſtentes. Exemplum eſt in cognitione Dei qua intelligit res futuras in æternitate præſentes: nam Deus intelligit res vt futuras; & præſentes; ſed ſibi præſentes, nobis futuras: nos verò etiam intelligimus res eaſdem vt futuras, & præſentes; ſed cõtrario modo, vt futuras nobis, præſentes autem Deo. Quare aiunt res comparatas cum ſcientia Dei eſſe præſentes in actu exercito, quia præſentia ibi exercetur; & futuras in actu ſignato, quia Deus cognoſcit illas futuras nobis. Nõ diſsimilitèr Pater in illa prioritate ante generationem, cogitatur à nobis intuens diuinas perſonas; quo certè intuitu intelligit illas, vt exiſtentes & vt producibiles, vt exiſtentes, ſi comparentur cum illius diuino intuitu; vt poſsibiles, ſi conferantur cum noſtra notitia abſtractiua. Nos vero modo contrario cogitamus Patrem in illo priori intuentem perſonas procedentes, quas in eo-

Sic Pater ante originẽ videt perſonas vt exiſtẽtes & productas, & eaſdẽ vt producibiles à nobis intelligi.

Exemplum.

Deus res futuras cognoſcit vt præſẽtes ſibi in æternitate ſeu in actu exercito, & vt futuras nobis, ſeu in actu ſignato.

A dem priori, ſi conferamus cum noſtra notitia, non intelligimus vt exiſtentes, ſed vt producibiles; ſed ſi comparemus cum intuitu Patris, cogitamus illas vt exiſtentes: Itaque nos cogitamus vt exiſtentes in actu ſignato, & vt producibiles in actu exercito; quia collatione cum noſtro intellectu non exercetur perſonarum præſentia & exiſtentia; ſed quòd ſint poſsibiles & producibiles. Hoc autem comprobamus, quia non poteſt fieri vt verè intelligamus rem diuinam cum aliqua imperfectione, etiam in aliqua prioritate intelligendi; quare ante generationem actiuam neceſſe eſt meditari Patrem non ſolùm vt cognoſcentem, ſed vt intuentem eſſentiam & B ſe ipſum, quod non poteſt percipi, niſi ſimul intueatur & Filium.

Nos ante originẽ meditamur perſonas vt exiſtentes in actu ſignato, & vt producibiles in actu exercito.

Probatur.

Poteſt etiam non improbabiliter fortè dici, quòd in illa prioritate nos meditamur intellectionem Patris neque vt intuitiuam, neque vt abſtractiuam; non vt abſtractiuam, quia re ipſa non eſt abſtractiua, & eſſet falſa cognitio noſtra, qua intelligeremus abſtractiuam; ſed neque intuitiuam, quia obiectum illius intuitus, quod eſt perſona exiſtens, in illa prioritate rationis nõ coaptatur noſtræ cognitioni.

9.

Alius modus dicendi fortè non improbabilis, quòd in illa prioritate nos meditamur intellectionem Patris neq; vt abſtractiuã, neq; vt intuitiuam.

C Poſtrema reſpõſio clariſsima eſt, qua etiam elucidantur antecedentia; argumentatio enim progreditur ab ijs, quæ ſunt ſimul viſa ad ea, quæ ſunt ſimul origine; ſiue à ſimultate viſorum ad ſimultatem originis: ſimultatem enim dicimus cum ſcholaſticis eorum, quæ ſunt ſimul, coniunctionem. Ea autem conſequentia nulla eſt; verbi gratiâ, video eũ qui deambulat, & ſimul deambulationem; ergo is qui deambulat, eſtque deambulationis cauſa, ſimul natura exiſtit cum deambulatione: non valet conſequentia. Haud diſsimilitèr, videt Pater D ſuam propriam viſionem, & generationem conſequentem, & Verbum adhùc conſequens; hæc inquam omnia ſimul videt: ergo hæc omnia ſimul ſunt ordine originis: Negamus conſequentiam; nam etſi vt viſa ſunt, ſint ſimul viſa; habent tamen inter ſe ordinem originis. Itaque viſio ipſa antecedit generationem, & generatio Verbum; ſed tamen viſio, generatio, & verbum ſimul videntur. Quam ob cauſam argumentum illud eſt etiam ab eo quod eſt ſecundum

10.

3. Explicatio clariſsima difficultatis.

In ea fit conſequentia nulla, ſcil. à ſimultate viſorum ad ſimultatem originis.

Exemplum.

Viſio antecedit generationẽ, & hæc Verbũ Omnia autẽ hæc ſimul videntur.

Infertur eam cõſequẽtiã eſſe à ſecundum quid ad ſimpliciter.

Digitized by Google

Oſtenditur. In illa prioritate antecedit viſio, ſeu verbũ vt viſũ, ſeu Verbũ viſũ vt exiſtes: ſed no Verbũ vt exiſtens.

quid, ad id quod eſt ſimpliciter; in hunc modum. In illa prioritate, qua viſio antecedit generationem, Verbum videtur; ergo videtur vt exiſtens eſt: totum concedimus: ergo exiſtentia Verbi antecedit generationem; nulla eſt cõſequutio: nam cum dicimus quòd in illa prioritate Verbum videtur vt exiſtens, ſignificamus viſionem antecedere, ſiue Verbũ vt viſum antecedere: tum verò colligitur Verbum vt exiſtens antecedere, ponimus nõ prioritatem viſionis, ſed Verbi; rectè autem colligimus Verbum eſſe viſum vt exiſtens, ſed non rectè colligimus Verbum eſſe exiſtens. Et hæc reſponſio firma eſt, etſi generatio Verbi actiua prioritate naturæ antecederet Verbum, quod tamen eſt falſum. Satis enim eſt quòd ſimul ſiat tempore, vt ſimul videatur generatio & Verbũ. Nulla ergo ratione negandum eſt, quin Verbum procedat de viſione ſui, & Spiritus Sancti, quæ ſunt coæterna & ſimul viſa.

Sufficit ſimultas tẽporis, ne dicã naturæ vt ſimul videantur generatio, & Verbum.

11. Coronis capitis.

Eſto igitur huius cap. coronis, & caput, Verbum procedere de cognitione omnium intelligibilium etiam non entium; omnium, inquam, quæ naturali Dei ſcientia percipiuntur; nam de ſcientia libera poſtea diſputandum eſt.

Confirmatio.

12. 1. cõfirmatio. *Ad Coloſſ. 2. num. 3.*

IN hanc ſentẽtiam licitum nobis erat Paulum vocare teſtem de Filio Dei, quod eſt Verbum Dei, aſſerentem ad Coloſſ. 2. num. 3. *In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei.* Quòd ſi in Verbo ſunt rationes omnium intelligibilium, profectò ex omnium cognitione procedat neceſſe eſt. Ea enim Verbum refert, aut repræſẽtat, ex quorum cognitione ducitur. In eum ſenſum S. Thomas interpretatur verba alia Pauli ad Coloſſ. 1. *Primogenitus omnis creaturæ*: eò quòd Verbum ex omnium cognitione creaturarum prima origine emanat. Verborũ Pauli habemus egregium commentarium in verbis S. Auguſtini lib. 15. de Trinit. cap. 14. *Nõ (inquit) aliquid minus in Verbo Dei, quàm in ſcientia Dei.* In quo loco S. Auguſt. vult probare tunc eſſe Verbum perfectum, cum adæquatur cognitioni, de qua procedit. Ergo cum ſcientia Dei omnium ſit intelligibilium ſcientia, nihil horum deeſt in Verbo vt Verbũ eſt; Sed verbum non repræſentat niſi ea de quorum cognitione ducitur; ergo Verbum procedit de omnium intelligibilium cognitione. Dicent Scotiſtæ Verbum non procedere de cognitione, ſed de memoria, ſiue de eſſentia diuina vt eſt quaſi ſpecies intelligibilis. Adhùc argumentum cõcludit auctoritate Pauli & S. Auguſtini Verbum procedere de memoria omnium intelligibilium, ſcilicèt perſonarum diuinarum, & creaturarum; aliàs vel non eſt de ſcientia, ſiue memoria perfecta, vel non adæquatur ſcientiæ, ſiue memoriæ de qua eſt. Quòd ſi Verbum procedit de memoria omnium intelligibilium, etiam perſonarum, & creaturarum; procedit etiam de eorum cognitione; aliàs ipſa cognitio non adæquatur memoriæ. Eadem autem ratio vrget, vt Verbum & cognitio memoriæ coæquentur. Præterquam quòd iſtam opinionem Ioannis Scoti iam confutauimus, oſtendentes Verbum non ſolùm de memoria, ſed de cognitione procedere. Confirmatur adhùc verbis Pauli, quòd Verbum procedat de cognitione perſonarum, quia eſt *figura ſubſtantiæ*, hoc eſt, hypoſtaſis Patris, vt peritiſsimi interpretantur; ergo ex ipſa origine ſua, qua procedit de cognitione ſiue ſcientia hypoſtaſis Patris, ipſam hypoſtaſim repræſentat, & non ſolam eſſentiam. Et confirmatur illã ſententiã S. Auguſtini 11. confeſsion. cap. 7. aſſerentis Patrem dicere omnia Verbo ſuo; quod reperit de cognitione veræ vitæ cap. 14. & libr. 15 de Trinitate cap. 13. & 14. & ibi apertiùs ait: *Non enim Pater ſe ipſum integrè, perfectèque dixiſſet, ſi aliquid minus aut amplius eſſet in Verbo eius, quàm in ipſo.* Omnia igitur Pater dicit Verbo ſuo; dicere autem res eſt intelligere ipſas res producendo Verbum, vt antea declarauimus: ergo omnia intelligit, dum Verbũ gignit. Iterum Pater dicit omnia, quæ ſunt in ipſo; ſed in Patre ſunt omnia intelligibilia; ergo omnia intelligendo, Verbum producit. Adhùc, in Patre non eſt minus quàm in Verbo, vt S. Auguſtin. ait; ſed Verbum diuinum omnia repræſentat etiam res creatas, vt ipſe S. Auguſt. teſtatur lib. 83. quæſtionũ q. 36. ergo omnia intelligibilia in Patre ſunt; quæ omnia

Ea Verbũ refert & repræſẽtat ex quorum cognitione ducitur.

S. Thom. Ad coloſſ. 1. num. 15.

Verbũ ex omniũ cognitione creaturarũ prima origine emanat.

S. Auguſt. Verbum diuinum tũ perfectũ ſit, ad æquatur ſciẽtiæ diuinæ, quæ p.

feſta eſt, ſcil. omniũ intelligibilium, etiã non entium.

Reſpõſio Scotiſtarum.

Refellitur 1.

Cognitio & Verbum Dei adæquãtur memoriæ diuinæ perfectiſsimæ.

Refellitur 2. ex c. 45 p. 2. n. 5

2. cõfirmatio. *Ad Hæbr. 1. num. 3.*

Verbũ dicitur figura ſubſtãtiæ, id eſt, hypoſtaſis Patris quia hanc repræſentat.

3. Confirm. ex *S. Auguſt.* loco explicato ſupra c. 46. n. 13. & c. 48. p. 1. n. 8. & p. 2. n. 8.

4. confirm. In Patre ſunt omnia intelligibilia.

Probatur. Verbum diuinũ omnia etiam creata repræſentat. *Idem.*

Digitized by Google

nia dicit Verbo genito; eſt ergo Verbũ de ſcientia omnium intelligibilium, etiã diuinarum perſonarum & creaturarum. Quare abſque dubio habemus S. Auguſtinum iſtius ſententiæ auctorem, & patronum. Et hoc ipſum indicat S. Hilar. lib. 8. de Trinit. contemplatus naturam ſigilli, quod refert tantundem quantum impreſſum eſt: & ſubijcit; *Quod ſignatum in Dei forma eſt, hoc neceſſe eſt totum in ſe imaginatum habere, quod Dei eſt.* Ergo Verbum tantundem refert, quantum ſignatum eſt ſua proceſsione de illa forma, de qua proceſsit.

S. Hilarij exemplum de ſigillo, idem oſtendens.

13. Idem argum. *S. Anſelm.*

Idem argumentum innuit S. Anſelm. Monolog. 32. Pater enim intelligit creaturas, & dicit illas: vel ergo dicit verbo earum, vel Verbo ſuo; nihil autem Pater dicit, niſi Verbo ſuo; ergo omnia eodem Verbo dicit: quod repetit cap. 33. Declaremus hæc: Verbum enim eſt eius, à cuius cognitione procedit; refert autẽ ea, quæ dicuntur: ſi ergo Verbum eſt Patris, à Patris cognitione procedit. Et idẽ docere credimus S. Clementem primũ huius nominis, in Epiſtola 1. ad Iacobũ fratrem Domini, vbi Verbum appellat ſpeculum omnium quæ Pater intelligit. Quod idẽ docet S. Auguſt. lib. 6. de Trinit. cap. 10. *Verbum plenum eſt omnium rationum viuentium.*

Declaratur. Verbum Patris ab ipſius Patris cognitione procedit.

S. Clemens.

S. Auguſt.

14. *Rad. cõt.* 11 quid concedere audeat.

Ad hæc neceſſe eſt vt audeant concedere, quòd Verbum diuinum non repræſentat omnia, ſcilicèt creaturas, & perſonas ex vi proceſsionis: quaſi procedat imperfectum verbum, quod ex proprijs accreſcat.

Refutatur.

15. Vltimò confirmant *S. Thom. Alex. Al. S. Bonau. Richard. Ægid. Palatius. Capreol.*

Accedit auctoritas S. Thomæ 1. p. q. 34. art. 1. ad 3. & art. 3. & libro 4. contra gent. cap. 13. & de veritate q. 14. vel 4. art. 4. Quæ eſt Doctorum ſcholaſticorũ communis ſententia, Alex. Alenſ. 1. p. q. 61. membr. 6. art. 4. vel memb. 1. ar. 4. S. Bonauent. in 1. d. 27. in 2. parte diſtinctionis, Richard. in 2. principali q. 3. Ægid. art. vltimo q. 4. Michael Palatij quæſt. 2. Ioan. Capreol. d. 27. quæſt. 2. art. 1. concluſ. 2. cum plerìſque Thomiſtis.

CAPVT L.

Argumenta refelluntur.

1. Contra priorem part. c. 49. 1. argum.

COntra partem priorẽ capitis probatur, quòd Verbum non procedat ex cognitione creaturarum. Cognitio

A diuinæ eſſentiæ vt ſic, eſt infinita, & comprehenſiua, & adæquata intellectui diuino; ergo ex ea vt ſic, procedit Verbum, antequàm res creatæ intelligantur; aliàs ea cognitio non eſt ſufficiens ad Verbi productionem, niſi cognitio creaturarũ, & perſonarum accedat. Et confirmatur, quia vt colligitur ex S. Auguſt. 5. Confeſsion. cap. 4. cognitio Deitatis ſolius eſt æquè perfecta, ac ſi ſimul cum Deitate cognoſcantur creaturæ.

Confirm. ex *S. Auguſt.* Notandum.

2. 2. argum.

Secundò: Eſsentia diuina eſt primum obiectum primę operationis intellectus B diuini, quę eſt diuina intellectio; ergo ipſa eſt primum cognitum, cum adhùc non cognoſcantur creaturæ: ſed ſecũda operatio naturalis diuini intellectus eſt generatio Verbi, ergo generatio Verbi antecedit cognitionem creaturarum. Et confirmatur, quia iuxta opinionem S. Thomæ intellectio noſtra priùs terminatur ad verbum productum, quàm ad rem cognitam; ergo & intellectio diuina priùs terminatur ad Verbum diuinum genitum, quàm ad creaturas cognitas.

Confirm.

3. 3. argum.

Tertiò: Verbum refertur relatione reali ad id cuius eſt verbũ, ſc. ad id quod verbo intelligimus; ſed Verbũ diuinũ nõ C refertur relatione reali ad creaturas: ergo eæ non ſunt res intellectæ per Verbũ, neque Verbum ex earum intellectione procedit. Et confirmatur, quia verbum procedit vt ſimile rei cognitæ reali ſimilitudine.

Confirm.

4. 4 argum. Hæc quatuor argumẽta ſũt etiam contra poſteriorẽ partem. Item alia quatuor.

Quartò: Cognitio creaturarum habet relationem rationis ad creaturas; relatio autem rationis non antecedit Verbum: Verbum enim ſubſiſtit, & eſt primũ ens; reſpectus autem rationis eſt in ſolo intellectu. Et iiſdem argumentis probatur quòd Verbum non procedat de cog- D nitione diuinarum perſonarum; contra ſecundam partem capitis.

5. 5 argum.

Quintò: Quòd Verbum non procedat ex cognitione ſui, arguitur. In Patre intelligente conſideramus memoriã fœcundam, ſiue intellectum ipſum prædictũ ſpecie intelligibili; igitur ſi in illa ſpecie non præexiſtit Verbum, non præexiſtit etiam in cognitione, quod Ioannes Scotus vult: nihil enim cognoſcimus quod in ſpecie intelligibili non præexiſtat. Si verò in ſpecie intelligibili præexiſtit Verbum; ergo verbũ procedit ex Verbo; ſanè ſi procedit ex cognitione ſui, ex ſe ipſo cognito procedit. Et confirmatur,

Confirm.

Digitized by Google

tur, quia iuxta opinionem S. Thom. dicentis Verbum produci de cognitione, etſi eſſentia diuina non eſſet ſpecies intelligibilis, ſed ſolùm obiectum intellectionis, adhuc Verbum procederet de illa; ergo ſi Verbum procedit de re cognita, procedit de ſe ipſo, & de creaturis. Quo eodem argumento probatur Verbum non procedere de cognitione Spiritus Sancti; quia procederet de Spiritu Sancto cognito: tum etiam quia eſſet imago Spiritus Sancti, ſi de cognitione illius procederet.

6. 6. argum. Sextò: Verbum diuinum non poteſt intelligi, niſi vt exiſtens, imò neque intelligi poteſt niſi vt genitum; quia alterũ habet à natura, alterum à proprietate perſonali: ergo ſi procedit ex cognitione ſui, procedit ex cognitione, qua cognoſcitur exiſtens & genitum, quod eſt impoſſibile, cum cognitio illa antecedat generationem; aliàs falsò intelligitur genitum ante generationem; ergo Verbũ non procedit ex cognitione ſui.

7. 7. argum. Septimò: Ea cognitio eſt intuitiua, quæ eſt rei præſentis, & exiſtentis, vt eſt præſens, & exiſtens, & eſt intuitus rei prout eſt in ſe ipſa: ſed ante generationem non cognoſcitur Verbum, prout in ſe eſt, cum generatio antecedat perſonã Verbi; ergo non procedit ex cognitione ſui ſaltem intuitiua: niſi dicas Patrem habere notionem Verbi, quam aiunt abſtractiuam.

8. 8. argum. Vltimò probatur, quoniam eâdem ratione Spiritus Sanctus procederet ex dilectione creaturarum, & ſui ipſius.

Aduertenda.

9. 1. aduert. Eſſentia diuina vt ſpecies intelligibilis eſt, ſe ipſam adæquatè repræſentat. Perſonæ diuinæ habent intimam identitatem cum eſſentia diuina.

VT ad argumẽta reſpõdeamus vberiùs, aduertendum eſt, eſſentiam diuinam prout intelligitur fungi munere ſpeciei intelligibilis, ſe ipſam adæquatè repræſentare, ita vt nihil repræſentetur, niſi eſſentia, & nihil ſit in eſſentia quod non repræſentetur. Perſonę autem diuinæ repræſentantur per intimã identitatem; quia ſunt ipſa eſſentia abſque vlla diſtinctione reali; ita vt ſola rationis diſtinctione eſſentia repræſentans, & repræſentata diſcernatur à perſonis: ſed ea diſtinctione eſſentia eſt ratio repræſentans, perſonę verò ſunt res repræſentatæ, ſicut libr. 3. docebimus relationem & eſſentiam eſſe intimè eandem perfectionem: ita tamen vt ſi noſtro intelligẽdi more diſcernantur, eſſentia ſit perfectio relationis, non relatio eſſentiæ. Ex quibus colligitur diuinas perſonas non eſſe ſecundum repræſentatum per ſpeciem intelligibilem diuinam; ſed eſſe ipſum primum repræſentatum, quod eſt eſſentia per intimam identitatem.

1. conſectariũ. Perſonæ diuinæ ſunt ipſũ primũ repræſentatum per ſpeciem intelligibilem diuinam.

10. 2. conſect. Creaturæ non ſunt ſecundũ repræſentatũ, quaſi ſeparatum, ſed in primo repræſentato continentur vt in cauſa non tanquam in ſimilitudine ipſarum. *S. Thom.* Similitèr in primo repræſentante continentur, vt in cauſa.

Conſequitur etiam vt creaturæ non ſint ſecunda repræſentata, quia eſſentia diuina non eſt ſimilitudo creaturarum; nec ſint primum repræſentatũ, quia non ſunt diuina eſſentia; ſed ſint duntaxàt in primo repræſentato, vt in continente, ſcilicèt in eſſentia diuina, non tanquam in ſimili, ſed tanquam in cauſa, vt docet S. Thom. 1. p. q. 14. art. 5. Et eodem modo ſunt in primo repræſentante, ſcilicèt in ſpecie intelligibili diuina: ita enim continentur in ſpecie intelligibili ſicut in eſſentia cognita, ſcilicèt vt in cauſa. Vnde etiam clariùs liquet in cognitione Patris qua cognoſcit ſuam eſſentiam ante generationem contineri creaturas cognitas; cum non cognoſcantur vt ſecunda cognita, ſed vt in primo cognito, ſcilicèt in eſſentia.

11. 3. conſect. Si noſtro modo intelligendi cognitio pſonarũ, & creaturarum eſſet ſecũda nõ prima, vel procederet per ſpeciem intelligibilem alia ab eſſentia. Vel prima cognitio eſſet inadæquata ſuæ ſpeciei, ac proindè imperfecta.

Colligitur etiam, quòd ſi Pater illa cognitione qua cognoſcit eſſentiam, nõ cognoſceret perſonas, & res creatas; nõ cognoſceret hæc per ipſam eſſentiam, ſed per aliud, quod impoſſibile eſt: nam ſi per eſſentiam cognoſcit, non poteſt non ſimul hæc omnia cognoſcere; quod ſi non ſimul cognoſcit noſtro etiam modo intelligendi, iam ſunt ſecunda cognita, ſiue ſecunda obiecta, vt Scotus videtur ſentire; quæ neceſſe eſt ab alia ſpecie intelligibili deriuari. Vel dicendum prima illa cognitione, qua adhùc iſta nõ cognoſcebantur, non depromi de ſpecie intelligibili totum id quod eſt in ſpecie; ſiquidèm in ſpecie ipſa ſunt creaturæ, quæ ſecundum Scotum non cognoſcũtur illa cognitione, & ita erit cognitio imperfecta; de imperfecta autem cognitione non procedit perfectum Verbum, vt teſtatur S. Auguſt. Prætereà ſi cognitio creaturarum non hauritur de ſpecie intelligibili, vt eſt ſimilitudo eſſentiæ; fit vt vel de alia ſpecie oriatur, vt modò arguebamus; vel ſaltem vt ipſa ſpecies ſit ſimilitudo creaturarum, quod eſt abſurdum: diuina enim eſſentia nulli rei eſt ſimilis. Cum ergo cognitio creaturarum in Deo, nõ depromatur de propria ſpecie

Item ipſa ſpecies diuina eſſet ſimilitudo creaturarum, ſi ab illa vt eſt ſimilitudo eſſentiæ, nõ procederet creaturarum cognitio.

cie intelligibili; ſed de ipſa quæ eſt ſimilitudo eſſentiæ, non creaturarum; neceſſariò colligitur vt creaturæ, etiam noſtro modo intelligendi, non ſint ſecundum obiectum, quaſi ſeparatũ & ſecunda cognitione cognitum; ſed in ipſo primo obiecto contenta ſint.

12. 2. aduert.

Status quæſtionis de re ipſa vt eſt.

Alia quæſtio de hypotheſi impoſsibili.

1. aſſertum. Si Deus creaturas nõ cognoſceret, diuina cognitio eſſet imperfecta

Poſthæc aduertendum eſt nos nõ agitare quæſtionem de hypotheſi impoſsibili, ſcilicèt, ſi Deus non intelligeret res creatas; ſed de re ipſa, vt eſt, diſputamus; ſcilicèt, an Verbum procedat de cognitione creaturarum? Quòd ſi hac etiã noua quæſtione de impoſsibili poſitione, velimus primæ theſis veritatem indagare; aduertẽdum eſt cognitionem diuinam non futuram perfectam, ſi Deus creaturas non intelligeret; vnde & hoc impium eſſe de Deo Optimo cogitatũ, Theologia tota cõſentit: non quòd cognitio creaturæ adijciat perfectionẽ cognitioni eſſẽtiæ, hoc enim falſum eſt; nam tota perfectio cognitionis diuinæ ſumitur à primo obiecto, quod eſt eſſentia: ſed idcircò eſſet imperfecta cognitio diuina, ſi res creatæ laterent Deum; quia nec ſe ipſum Deus intelligeret comprehenſiua cognitione, ſi creaturas quæ in eius eſſentia continentur non cognoſceret: & ita Deus neceſsitate quadam intrinſeca cognoſcit creaturas in ſe ipſo; non quòd cognoſcere creaturas ſit perfectio adiecta aut nouum attributũ præter cognitionem ſui; ſed quia vna eſt cognitio ſui, & creaturarum intima neceſsitate connexa. Ex quibus deducimus, quòd non ſolùm confitendum eſt Verbum procedere de cognitione creaturarum; ſed etiam, quòd niſi procederet de ea cognitione, non eſſet perfectũ Verbum, quia cognitio non eſſet perfecta, vt explicatũ eſt. Si verò ponas Deũ comprehendere ſuam eſſentiam eo ipſo modo quo comprehẽdit, & non cognoſcere creaturas: Dicendum eſt, de illa hypotheſi impoſsibili, quòd non cognoſcẽdo creaturas Pater comprehendat ſe, vt modò comprehendit, conſequi, vt generet Verbum de illa cognitione. Sed hoc dato nihil efficitur, cum hypotheſis ſit impoſsibilis, & cognitio diuina quæ non ſit creaturarum ſit imperfecta, vt declarauimus.

Ratio: Non eſſet cognitio comprehenſiua ipſius diuinæ eſſentiæ.

In Deo vna eſt cognitio ſui, & creaturarum intima neceſsitate cõnexa.

2. aſſertum. Si ponatur etiam non cognitis creaturis diuina cognitio eſſe adhuc comprehenſiua, vt modò eſt, tunc conſequens eſt generari Verbũ.

13. *Confect. cõtra Scotum.*

Ex quibus intelliges falſũ eſſe id, quod docet Ioannes Scot. in 1. diſt. 18. quòd quicquid intrinſecum eſt diuinæ eſſen- A tiæ non habet relationem ad creaturas; intrinſeca enim ſunt diuinæ eſſentiæ, cognitio creaturarũ, omnipotentia, miſericordia, iuſtitia, quæ tamen non poſſunt intelligi, niſi cum relatione ad res creatas, & præintelliguntur ante diuinas proceſsiones. Sed potiùs dicendum eſt quod ait S. Tho. relationes Dei ad creaturas, quæ conſequuntur actionem trãſeuntem, vel ſunt coniunctæ cum illa, eſſe conſequentes etiam ad proceſsiones perſonarum; ſed relationes Dei ad creaturas, quæ conſequuntur puram actionẽ manentem in Deo, antecedere ordine B rationis proceſsiones diuinas. Ita docet S. Doctor 1. p. q. 34. art. 3. ad 2. & q. 33. art. 3. Quarè cognitio creaturarum cum ſit actio manens in cognoſcente, etſi reſpiciat creaturas, antecedit tamen proceſsionem Verbi, quia numeratur inter eſſentialia, & abſoluta, quæ antecedunt perſonalia.

Aliquid intrinſecum diuinæ eſſentiæ habet relationem ad creaturas. Oſtenditur.

Relationes Dei ad creaturas quæ conſequuntur puram actionem immanentẽ, antecedunt proceſsiones diuinas S. Thom.

Adhùc notandum eſt id, quod libro 1. docuimus, relationes rationis oriri de noſtro intellectu, & ab æterno fuiſſe cognitas à Deo cognoſcente noſtrum intellectum. At verò in tempore nos qui vtimur cognitione cum his relationibus C coniuncta, priùs intelligimus in Deo relationem rationis ad res creatas, quàm generationem Verbi; non propter ipſas relationes, ſed quia cognitio Dei cognoſcẽtis creaturas, quæ ordine rationis antecedit generationem Verbi, non poteſt à nobis cogitari, niſi cum relatione ad creaturas cognitas à Deo.

14. *Vlt. aduert. ex lib. 1. c. 36.*

Nos in Deo, ante generationem Verbi, intelligimus relationes rationis, nõ per ſe, ſed per accidens.

Reſponſio.

A D argumenta circa proceſsionem diuini Verbi reſpondetur. Et primò ad primum concedendo, quòd tota D perfectio diuinæ cognitionis pẽditur ex eſſentia cognita, quæ eſt obiectum adæquatum; ideòque Verbum procedẽs eſt infinitum, quia ex cognitione adæquata infiniti obiecti procedit, ſcilicèt eſſẽtiæ diuinæ; neque ad perfectionẽ iſtius cognitionis, aut Verbi diuini neceſſe eſt quòd accedat pfectio cognitionis creaturarum, aut perſonarum, vt in argumẽto proponitur. Sed tamen quia in eo obiecto adæquato neceſſe eſt ſimul cognoſci creaturas & perſonas; ideò horum quoq; cognitio antecedit generationẽ. Quòd ſi hæc non eſſent cognita in eſſẽtia

15. *Ad 1. argum.*

Perſonæ diuinæ & res creatæ nõ adijciũt perfectionem primo intelligibili, ſcilicèt eſſentiæ diuinæ. Tamen hæc non eſſet pri-

Digitized by Google

mũ intelligibile, niſi in illa omnia cognoſcerentur.

tia diuina, cognitio eſſentiæ non eſſet perfecta; non quòd hæc adijciant perfectionem primo intelligibili; ſed quia eſſentia diuina non eſſet primum intelligibile, niſi in illa omnia cognoſcerentur.

Ad confirm.

Reſpond. 1.

Reſpond. 2. Nos non ideò beatiores ſumus, quia cognoſcimus creaturas in eſſentia.

Ad confirmationem ex S. Auguſt. reſpondemus eodem modo, cognitionem creaturarum non adijcere perfectionem cognitioni eſſentiæ. Reſpondetur ſecundò S. Auguſtinum loqui de noſtra felicitate; qui cum non neceſſariò cognoſcamus creaturas in eſſentia diuina, non ideò beatiores ſumus, quia illas cognoſcimus: ſed Deus niſi cognoſceret creaturas in eſſentia ſua eſſet imperfectus, quia non cognoſceret perfectè eſſentiã, vt expoſuimus.

16. Ad 2. argum. Reſpond. ex 1. aduert.

Ad ſecundum reſpondetur concedẽdo maiorem propoſitionem, quòd eſſẽtiã diuina eſt primum cognitum primæ operationis intellectus; ſed in ipſo primo cognito cognoſcuntur perſonæ, & creaturæ ante ſecundam operationẽ intellectus Dei Patris, quæ eſt generatio.

Ad confirm. Reſpond. 1. iuxta dicta capit. 4. p. 3. n. 7. & 11. & cap. 5. n. 16. & 17.

Ad confirmationem reſpondetur quòd ſecundum ſententiam S. Thomæ intellectio noſtra priùs terminatur ad Verbum, quàm ad rem intellectam; nõ priùs producendo Verbum, vt argumentum innuit; ſed priùs attingendo ipſa cognitione Verbum, quàm rẽ in Verbo; quia verbum eſt medium, vt anteà declarauimus.

Reſpond. 2. ex cap. 45. p. 1. n. 8.

Secundò reſpondetur, in nobis ipſam intellectionem eſſe productionem Verbi, ſed in Patre intellectio antecedit generationem Verbi; neque enim Verbum genitũ eſt neceſſarium ad intelligendum: & idcircò non eſt neceſſe priùs produci Verbum, quàm res intelligantur in eſſentia.

17. Ad 3. argum. Reſpond. 1. cũ S. Tho. ex cap. 18. p. 2. n. 3. 5. 6. 14. &c.

Ad tertium reſpondetur cum S. Tho. 1. p. q. 34. art. 3. quòd principalis relatio Verbi eſt ad dicentem, eaq; relatio realis eſt: relatio verò quam Verbum diuinum habet ad intelligibilia, eſt ratione eſſentiæ, eaque eſt relatio rationis, & nõ realis, vt arguendo falſò obijcitur.

Reſpond. 2. cum eodem.

Reſpondetur etiam cum S. Thoma eod. art. ad 3. Verbũ in nobis oriri à rebus cognitis per ſpecies impreſſas; & ideò referri quoque ad res cognitas relatione reali: ſed Verbum diuinum non oriri à rebus cognitis, ſcilicèt à creaturis: ſicut neque Verbum in angelis à rebus cognitis depromitur.

Exemplum.

Ad confirm. Reſpõſio ſimilis præcedẽti.

Ad confirmationem reſpondetur, quòd Verbum procedit vt A ſimile rei cognitæ, quatenùs res cognita eſt in cognoſcente per ſpeciem impreſſam, quod eſt procedere vt ſimile cognoſcenti: at verò ad rem cognitam in ſe ipſa non refertur Verbũ relatione reali, ſed rationis.

Verbum procedit vt ſimile rei cognitæ, quatenus hæc eſt in cognoſcente per ſpeciem impreſſam, quod eſt procedere vt ſimile cognoſcenti.

Atquì Verbum diuinum nõ procedit vt ſimile creaturis etiã vt ſunt in eſſentia; quia eſſentia non eſt ſpecies impreſſa, ſiue ſimilitudo illarum, vt diximus; neque Verbum Dei eſt ſimile rebus creatis, ſed procedit vt ſimile ſuo principio, quod eſt Pater, ſimilitudine quæ eſt relatio realis; ad Spiritum Sanctum autem Verbum diuinum refertur B ſimilitudine repræſentantis, quæ eſt relatio rationis, vt ex dictis liquet.

Verbum diuinum non procedit vt ſimile creaturis etiã vt ſunt in eſſentia.

18. Ad 4. arg.

Ad quartum reſpondetur, quòd relatio rationis, quæ eſt in cognitione diuina ad obiectum, antecedit relationem Verbi noſtro modo intelligẽdi: nõ quòd habeat maiorem rationem entis relatio rationis, quàm relatio diuina: ſed quia ea cognitio diuina, quæ eſt ipſa eſſentia, non intelligitur à nobis abſque relatione rationis ad obiectum.

19. Ad 5. arg.

Ad quintum iam diximus in notationibus, perſonas diuinas & ipſas res creatas in memoria Patris, ſiue in eius ſpecie intelligibili comprehẽdi; C diuerſo tamen modo, ſcilicèt perſonas diuinas per identitatem, creaturas verò vt in cauſa contineri. Et hoc ſatis eſt, vt indè depromatur cognitio perſonarum, & creaturarum ante proceſsiones perſonarum; aliàs non intelligit Deus ipſas perſonas, & creaturas per eſſẽtiam ſuam, quod eſt falſum, vt admonuimus. Sed quia res diuinæ ſunt verbis tractandæ ſtudioſè, & perpolitè, cum quæritur vtrùm Verbum præexiſtat in memoria Patris? reſpõdetur non præexiſtere, ſed exiſtere in Patre;

Verbum non præexiſtit, ſed exiſtit in memoria Patris, ſiue in Patre.

Ratio.

D ea enim præexiſtunt in alijs, quæ priùs in alijs ſunt, quàm in ſe tanquàm in virtute effectrice: Filius autem nõ prius eſt in Patre, aut in memoria Patris, ſiue in ſpecie intelligibili, quàm in ſe ipſo. Noſtro verò modo intelligendi nihil prohibet quòd priùs intelligamus Filiũ in memoria Patris tanquam in principio cognitionis; non tamen ſequitur vt Filius ſit prior ſe ipſo, ſed vt memoria Filij in Patre ſit prior, quàm generatio & genitum, ordine duntaxat rationis.

Tamen intelligimus Filiũ in memoria Patris, ſiue memoriam Filij in Patre, priùs quàm generationem.

Ad confirm.

Ad confirmationem negatur S. Thomã dixiſſe vſpiã quòd Verbum procedat de obiecto cognito; neque hoc poteſt intelligi; obiectũ enim

Verbum non procedit ab obiecto cognito.

nisi quãdo, & quatenus mouet intellectũ ad cognitionẽ ſui per ſpeciẽ à ſe emiſſam.

enim cognitum non antecedit: ſed quãdo res quæ eſt cognita mittit ſpeciẽ ſui in intellectum, tunc verbum de ſpecie productum, de ipſa re cognita procedit; non quia eſt res cognita, ſed quia mouet intellectum ad cognitionem ſui. Quarè cũ ſola eſſentia diuina ſit ſpecies intelligibilis, de illa duntaxàt, vt de principio formali intelligibili procedit Verbum; non de Verbo, aut de creaturis cognitis.

Procedit tamen de cognitione.

Neque idem eſt procedere de cognitione, & de re cognita, quando ipſa cognitio non oritur à re cognita, vt ex dictis liquet.

20.
Ad 6. argum.

Ad ſextum concedimus, quòd Verbum vt exiſtens, & vt genitum, cognoſcitur à Patre ea cognitione, quam nos ante generationem Verbi contemplamur; neque tamen indè ſequitur quòd Verbum antecedat cognitionẽ Patris; ſed quòd cognitio Verbi antecedat Verbum, noſtro modo intelligẽdi: neque ſequitur quòd illa cognitio ſit falſa; nam verum eſt Verbum eſſe genitum ita vt Pater intelligit, etſi nos in illa prioritate adhùc non intelligamus genitum, quod perſpicuum fecimus cap. antecedenti.

21.
Ad 7 arg.

Verbum à Patre videtur vt eſt: eſt autem ſimul cum viſione, & generatione.
At noſtro modo intelligẽdi viſio ãtecedit generationẽ.

Ad ſeptimum concedimus, eam cognitionem eſſe intuitiuam, & rei exiſtentis, & præſentis; in quo tamen intuitu Verbum cognitum ſiue viſum non antecedit viſionem, aut generationem: videtur enim vt eſt, eſt autem ſimul cum viſione, & generatione: noſtro tñ modo intelligẽdi, ipſe intuitus Verbi in Patre, antecedit generationem Verbi, vt declarauimus.

22.
Ad vltimum.

Etiam Spirit⁹ Sanctus procedit ex dilectione ſui.

Ad vltimum reſpondetur, non occurrere eandem rationem, vt dicamus Spiritum Sanctum procedere ex dilectione creaturarum, aut naturali, aut libera, vt poſtmodùm explanabimus. Procedit autem Spiritus Sanctus etiã ex dilectione ſui; nam quoad hoc ſimilis eſt conſequẽtia, quòd Verbum ex cognitione Verbi, & Spiritus Sanctus ex dilectione Spiritus Sancti procedat.

CAPVT LI.

Spiritus Sanctus non procedit ex dilectione creaturarum.

1
1. ſententia Ferrarienſ.

QVoad proceſſionem Spiritus Sancti, Franciſcus Ferrar. cõcedit Spiritum Sanctum per dilectionem creatu-

A

rarum procedere; ideò quia dilectio eſſentialis, per quam procedit, eſt eademmet libera, per quam creaturæ efficiuntur: & ita in ſenſu identico exponit Spiritum Sanctum ex dilectione etiam libera procedere; ſicut & Verbum ex cognitione creaturarum: ita tamen vt neque cognitio creaturarum antecedat Verbũ productum; neque dilectio illarum Spiritum Sanctum.

Affirmat in ſẽſu identico de dilectione etiam libera; ſcil. Spir. Sanctum ex ea procedere.

Refutatur.

Sed tamen quæ de Verbo dicit improbata iam ſunt. Modus autem interpretandi abhorret à recta explicandi ratione; aliàs dicẽdum erit Patrem creare per Paternitatem in ſenſu

B

identico, hoc eſt, per eſſentiam quæ eſt Paternitas; & omnia erunt confuſa in Deo, ſi ad identitatem referantur, cum omnia idem ſint.

Omnia erunt cõfuſa in Deo ſi ad identitatem referãtur, cũ omnia idẽ ſint.

In ſẽſu formali, ac diſtincto veritas indaganda.

Loquendũ ergo eſt formalitèr, & diſtinctè: An ſcilicèt ex cognitione creaturarum procedat Verbum, ita vt cognitio creaturarum actualis, ac formalis antecedat Verbum? Et modo eodem, An Spiritus Sanctus ex dilectione creaturarum procedat, ita vt antecedat earum dilectio Spiritus Sancti proceſſionem?

C

2.
2. ſententia in ſenſu formali affirmat de dilectione libera.

Quidam ſunt qui affirmant etiam ex dilectione libera craturarum Spiritum Sanctum procedere; creduntque idem eſſe quòd Pater & Filius diligant creaturas Spiritu Sãcto, quod anteà docuimus, & quòd ex dilectione creaturarum Spiritus Sanctus procedat.

Explicat theſim de qua capite 45. p. 2. vt idem velit.

Fundam.

Perſuadent autẽ hoc ſibi, quoniam dilectio diuina libera, eſt ipſa eſſentia, & idcirco eſt neceſſaria: id enim rei quod eſt dilectio libera in Deo, eſt ens neceſſarium, ſcilicèt Deitas ipſa & eſſentia; ergo ex dilectione libera poteſt procedere Spiritus Sanctus, tanquàm ex neceſſaria operatione. Itaque concedunt, dilectionem liberam hoc mo

D

do explicato antecedere Spiritus Sancti proceſſionem.

3.
Reijcitur.

1. impugnatur eius fundam.

In potentia liberum eſt neceſſarium, maximè in Deo.

Operatio libera poteſt eſſe, & non eſſe abſolutè.

Hanc tamẽ in Deo non eſſe contingentẽ.

Probatur 1.

Secundò.

Hæc quoque opinio non videtur veroſimilis; liberum enim alitèr inuenitur in potentia, & alitèr in operatione. In potentia liberum eſt neceſſarium; maximè verò in Deo, quia libertas diuina eſt ipſa eſſẽtia, qua poteſt liberè velle quicquid placuerit velle: libera verò operatio poteſt eſſe, & nõ eſſe abſolutè loquẽdo, hoc eſt, poteſt Deus velle creare mũdum & nolle, vt liquet. Verum eſt quòd hæc volitio in Deo non eſt contingens; tum quoniam hæc volitio eſt cauſa rerum; eſt autẽ cauſa neceſſaria: tum quoniam

Digitized by Google

niam hæc volitio id quod rei eſt, eſt ipſa eſſentia diuina: ſed vt eſt volitio huius, vel illius rei, poteſt eſſe, & non eſſe, quod tomo 2. diſputandū eſt: Cum ergo quærimus, an Spiritus Sanctus procedat ex dilectione libera creaturarum? ſenſus eſt an ex voluntate creandi mūdum, & prædeſtinandi Petrum, procedat Spiritus Sanctus, ita quòd velle creare mundum antecedat proceſsionem Spiritus Sancti? qua quidèm explanatione propoſita, nullus ſanæ mentis hoc permittet. Et probatur pars negans, Proceſsio Spiritus Sancti eſt naturalis, vt dicemus, ſcilicèt à voluntate vt natura eſt; ergo antecedit operationem liberam, quæ fundatur in naturali. Deindè libera electio quarumcunque rerum poteſt eſſe & non eſſe; & eſt ex hac parte non neceſſaria, ſed libera; à nō neceſſario autem neceſſarium non emanat. Denique dilectio libera eſt cum deliberatione, & electione eorum quæ ſunt ad finem; proceſsio autem Spiritus Sancti non eſt ad finem; ſed ipſe Spiritus Sanctus eſt finis agendorum, cum ſit ratio diligibilium: ergo non procedit ex electione eorum quæ ſunt ad finem.

2. impugnatio

Tertia conſo: na primæ.

Quarta.

4. Reijcitur dicta expilicatio theſis.

Neque verò idem dicimus cum aſſeritmus, Patrem, & Filium diligere nos Spiritu Sancto; in his enim verbis non ſignificatur quòd dilectio noſtri antecedat Spiritum Sanctum; ſed quòd Spiritus Sanctus ſit principiū dilectionis noſtræ, vt anteà declarauimus; aut quòd ſit terminus dilectionis, qua nos Pater diligit, ita tamen vt ſit terminus illius dilectionis, quatenùs eſt Patris, & principiū diligendi nos: eſt enim terminus quaſi medius, qui eſt principium operationis conſequentis; quæ priùs iam explicata ſunt. Quod verò Spiritus Sanctus procedat ex dilectione creaturarum, indicat eam dilectionē antecedere proceſſionem eius, & agere partes principij proceſsionis; cum potiùs ea proceſsio Spiritus Sancti ſit origo liberæ dilectionis, qua à Deo diligimur. Negandum ergo omninò eſt, quòd Spiritus Sanctus procedat ex dilectione libera.

Vera explic. vt loco cit. n. 3. 4 &c.

Proceſsio Sp. Sancti eſt origo dilectionis liberæ diuinę, non viceuerſa.

5. 3. ſententia *Caietan.* affirmat de dilectione naturali rerum poſſibiliū, prout ſunt in Deo.

Alia eſt ſententia Thomæ Caiet. quòd Spiritus Sanctus procedat ex dilectione creaturarum non libera, ſed naturali; ait enim creaturas exiſtentes diligi liberè, creaturas autem poſsibiles prout ſunt in Deo, diligi dilectione naturali; vt, ſicut

A creaturæ prout ſunt in Deo intelliguntur ſciētia naturali; ita prout ſunt in eo, dilectione naturali diligantur. Hæc Caietani exiſtimatio, ſi res penitùs inſpiciatur, probabilis non eſt. Primò autem illud ſtatuimus: Deum ita diligere res in ſe, ſicut & in ſe intelligit; ita vt ſicut eius eſſentia eſt tota ratio intelligibilis; & adæquatum obiectum diuini intellectus, ita eius bonitas ſit tota ratio diligibilis, & iuſtum obiectūm diuinæ voluntatis. Hæc tamen ita dicuntur, vt ea quæ ſunt extra Deum, Deus in ſe intelligat; & ea quæ ſunt extra ipſum in ſe diligat: videt

Fundam.

Reijcitur vt improbabilis.

1. impugnatur eius fundam.

Deus res quæ ſunt extra ipſum ita diligit in ſe, ſicut in ſe intelligit, vt cap. 49. p. 1. n. 12.

B enim ſcientiā viſionis in ſe ipſo ea quæ extra ipſum exiſtunt, & diligit dilectione libera in ſe, ea quę extra ſe ipſum ſūt: non tamen eſt in Deo dilectio naturalis creaturarum, ſicut & naturalis ſcientia; intellectus enim intelligit res prout ſūt in intellectu, & ideò non exiſtentia poſſumus intelligere: voluntas verò fertur ad res prout in ſe ipſis ſunt, hoc eſt prout exiſtunt, & ipſa exiſtentia eſt ratio finis, appetūtur enim vel quia ſunt, vel vt ſint. Et ideò non entium dilectio non eſt, niſi in eo qui credit eſſe entia; appetimus

Non tamē eſt in Deo dilectio naturalis creaturarū, ſicut eſt ſcientia naturalis illarum, Oſtenditur.

Ipſa exiſtentia eſt ratio finis: appetuntur enim res, q̄ ſūt, vel vt ſint.

C enim ens apparēs quod ens non eſt, per ignorationē quæ Deo non accidit: nulla eſt ergo dilectio naturalis in Deo, qua diligat res poſsibiles, non exiſtentes. Et confirmatur, quia vt S. Thom. docet diligere eſt velle bonum, ſi verò Deus rebus creatis vult bonum, voluntas eius efficiens eſt, & efficit quod vult, ſcilicèt voluntate libera non naturali. Et explicatur hoc, ſi enim Deus vult rebus bonum, an bonum diuinum, anne creatū? ſi diuinum, ſanè non creaturis hoc bonū vult, ſed ſibi; ſi verò bonum creatū, profectò voluntas eſt libera; Deus enim nō vult bonum creatum volūtate naturali, ſed libera, & efficienti.

Vnde non entiū non eſt dilectio in Deo: Confirmatur impugn. ex *S. Thom.*

Diligere res creatas eſt velle illis bonum creatū, ac proinde velle liberè:

Declaratur:

D Quod verò dicitur Deus velle illis bonum in ſe ipſo prout creaturæ ſunt in Deo, diſtinguendum eſt; ſi enim ſignificetur ratio diligendi, verum eſt omnia Deum in ſe ipſo diligere, vt dicebamus. Si verò modus exiſtendi oſtēdatur, creatura prout eſt in Deo non eſt creatura, ſed Deus: creatura enim non exiſtens, in ſe nihil eſt; in potentia autem efficiente eſt ipſa potentia. Quod ergo Deus diligat creaturas prout ſunt in ipſo Deo, eſt diligere potentiam ſuam, de qua re nullus hominum quæſtionem verſauit: benè enim

6. 2. impugnatio.

Creatura non exiſtens, in ſe nihil eſt, in potentia autem efficiente eſt ipſa potentia.

Digitized by Google

enim nouimus ex dilectione diuinæ potentiæ Spiritum Sãctum procedere : ſed ex dilectione creaturarum meritò negamus : ſiue ex libera, quia ea conſequitur proceſsionem; ſiue ex naturali, quæ nulla eſt.

7. 4. ſententia *Scoti.*

Ioannes Scotus quodlibet. q. 16. affirmat Deum diligere res creatas productas ſecundum eſſe cognitum voluntate complacentiæ, & neceſsitate ineuitabili. Et id quidèm in quo cum Thoma Caietano conſentit, ſcilicèt creaturas poſsibiles diligi à Deo dilectione naturali, confutatum iam eſt. Deterius verò errat dum ait, res productas ſecundum eſſe cognitum diligi à Deo; nam conſequens eſt entia rationis diligi, & eſſe participia diuinæ bonitatis: & illa etiam neceſsitas ineuitabilis diuinæ naturæ repugnat, vt tomo 2. diſputabimus; euitamus enim maximè malum, & quod ab alio inducitur nobis inuitis. Quarè Deus nihil euitat, cum ſit omniũ cauſa.

Primò conuenit cum *Caiet.* Refutatur n. 5. 2. Conuenit cũ principio ipſius Scoti refutato cap. 49. p. 1. n. 6. Impugnatur denuò. 3. addit à Deo diligi creaturas neceſsitate ineuitabili. Probatur hãc repugnare Deo.

8. 1. corollariũ. Verbum non procedit ex ſcientia viſionis. Oſtenditur.

Ex his autem ducimus corollarium, quòd Verbum diuinum non procedat ex ſcientia viſionis: ea enim ſcientia cõſequitur liberam voluntatem diuinam, quæ eſt poſt proceſsionem Spiritus Sancti intelligenda: ergo ſcientia viſionis poſterior eſt diuinis proceſsionibꝰ, & ex ea non procedit Verbum.

9. 2. corollar. In Deo aliqua prædicata cõmunia ſũt poſteriora proprijs perſonarum. Oſtenditur. *S. Thom.* *Capreol.* *Ferrarienſ.*

Secundum corollarium eſt, non omnia communia prædicata Deitatis eſſe priora proprijs, ſcilicèt, perſonis: nam diligere creaturas, & creare illas, eſt quid commune; & tamen eſt poſterius proceſsionibus perſonarum: & ita docet S. Thom. de potentia, quæſt. 2. art. 3. ad 2. Ioannes Capreol. in 1. d. 6. q. 1. ad argumenta contra ſextam concluſionem, & Franciſcus Ferrarienſis lib. 4. cap. 11. quod intelligitur de prędicatis communibus, quæ non ſunt attributa, neque perfectiones ſimplicitèr: imò accidunt Deitati, vt prædeſtinare, diligere, creare; nam cætera eſſentialia omninò priora ſunt, vt libro 4. dicemus. Sed & hæc quæ accidentaria ſunt, dicuntur aliquãdò eſſentialia, quia conueniunt eſsẽtiæ.

Intellige de prædicatis cõmunibus, quæ non ſunt attributa: imò accidũnt Deitati.

10. Obiectio pro 3. ſententiã, fundata in opinione ponẽte in Deo ſcientiam mediã inter naturalem, & liberã, ita vt ſit naturalis de voluntate libera.

Habemus tamen præ oculis nouam quæſtionem, ortam ſcilicèt ab opinione noua in hanc ætatem inuecta: ponunt enim in Deo ſcientiam non quidèm liberam, ſed quæ voluntatem liberam ita penetret, vt antequam eligatur, quid eligendum ſit determinatè ſciatur à Deo; A & appellant ſcientiam mediam inter naturalem, & liberam, vt ſit ſcientia naturalis de voluntate libera. Auctores huius opinionis ſunt in partes duas: Alij dicunt Deum per eam ſcientiam comprehendere voluntatem liberam creatam, non verò voluntatem ſuam liberã. Et hi quidèm conſultò cauẽt ſibi ab imminentibus difficultatibus: ſed abſque vlla ratione ad libitum loquuntur: fieri enim non poteſt, vt Deus melius intelligat, aut penetret (vt aiunt) voluntatem meam liberam, quàm ſuam. B Alij verò magis concorditèr à petitis principijs deducunt per hanc ſcientiam Deũ quoque liberam voluntatem ſuam comprehendere: ita vt noſtro modo intelligendi, Deus intuitus voluntatem ſuam, & penetrans libertatem eius per hanc ſcientiam, antequàm eligat hoc, vel illud, intelligat hoc potiùs quàm illud eſſe à ſe eligendum. Conſequens ergo eſt, vt antequàm Deus de rebus agendis deliberaret, & haberet propoſitum, aut electionem, nouerit determinatè res futuras: quòd ſi nouit futuras naturali ſcientia, C naturali quoque dilectione eas dilexit; voluntas enim diuina eſt in actu circa omne bonum exiſtens; ſed futura proponuntur, vt exiſtentia tempore futuro: ergo vt ſic diliguntur naturali dilectione; ſicut Deus modò diligit hominem futurum iuſtum, qui modò temporis iuſtus non eſt. Ex quo tandèm colligitur quòd iuxta iſtam opinionẽ procedat Spiritus Sanctus ex dilectione creaturarum naturali. Superſedemus tamen hac quæſtione vt inutili; id enim inuentum de ſcientia media falſum eſt, & incredibile, vt tom. 2. multis perquàm eui- D dentèr demonſtrabimus. Eſt autem ea baſis, qua noua quædam concordia de liberò arbitrio cum gratia Dei, multis falſis implicata, creditur firmari.

Huius opin. 1. via dicit per eam ſcientiam comprehendi ſolam voluntatem liberam creatã. 2. via id concedit etiam de diuina. Declaratur. Obiectio in hac via procedit. Reſponſio. Iuxta eam viã 3. ſẽtẽtia vera eſt. Oſtenditur. Ea opinio inutilis eſt & falſa, vt alibi oſtendetur.

11. Alia quæſt. An Sp. Sãctus procedat ex dilectione Trinitatis, & ſui ipſius? Affirmatiuè ſatisfit, vt de Verbo cap. 49. p. 2.

Ad finem capitis dicẽdum eſt Spiritũ Sanctum procedere ex dilectione Trinitatis, & ſui ipſius: ſicut Verbum ex cognitione ſui. Eadem enim eſt ratio aſſerẽdi, & contraria refutandi.

CAPVT LII.

Argumenta refelluntur.

Contra hæc probatur, quòd Spiritus Sanctus procedat ex dilectione creatu- 1.

1. argum. creaturarum aut naturali, aut libera. Primò: Pater & Filius diligunt nos Spiritu Sancto, vt S. Thomas ait; ergo ex ea dilectione qua nos diligunt, Spiritus Sanctus procedit.

2. 2. argum. Secundò: Deus diligit omnia prout in ſe ſunt, dilectione naturali; ergo ex ea dilectione quæ naturalis eſt, Spiritus Sãctus procedit.

3. 3. argum. Tertiò: Dilectio creaturarum libera, eſſentialis eſt in Deo; ex dilectione autẽ eſſentiali procedit Spiritus Sanctus; ergo ex libera etiam procedit. Et confirmatur, quia dilectio libera communicatur Filio à Patre; ergo intelligitur ante perſonam genitam, & antecedit ſpirationem, quæ conſequitur perſonam genitam; ergo ſpiratio ducitur à dilectione libera antecedenti. Et hoc identidem confirmatur, quia Spiritus Sanctus quicquid habet, habet à Patre; ergo dilectionem liberam qua nos diligit, habet à Patre; id autem quod habet à Patre antecedit in Patre ipſam proceſsionem Spiritus Sancti; ergo dilectio libera antecedit; atque adeò ex ea Spiritus Sanctus procedit, ſicut ex ſubſtantia Patris procedit.

Confirm. 1.

Confirm. 2.

4. 4. argum. Quartò: Nihil conſequitur perſonas conſtitutas, niſi relatio; cætera enim antecedunt. Et probatur, quoniam perſonæ ſunt relationes conſequentes naturam, & ſubſiſtentes; ad relationes autem ſolæ relationes conſequuntur; ſed dilectio libera non eſt relatio, ſed eſſentia; ergo non conſequitur, ſed antecedit perſonam Spiritus Sancti; ergo per illam ipſa perſona Spiritus Sancti procedit.

5. 5. argum. Quintò: In Patre eſt vna operatio voluntatis, non ſolùm re, ſed etiam ratione, & intellectu vna; ſicut enim eſt vnum obiectum adæquatum, ita & vna operatio: ſed ex dilectione qua Pater ſe diligit, procedit Spiritus Sanctus; ergo ex eadem qua nos diligit etiam procedit; formalitèr, inquam, quatenùs per eandem nos diligit, cum dilectio ea ſit re, & ratione formali vna, etiam noſtro modo intelligendi.

6. 6. argum. Sextò: Eadem actio voluntatis poteſt eſſe naturalis, & libera; ergo ex eo quòd Spiritus Sanctus procedat per dilectionem naturalem, non conſequitur, vt non ſimul procedat per liberam.

A Vltimò: Pater generat Verbum ex ſcientia viſionis, quæ eſt libera; ergo producit Spiritum Sanctum ex dilectione libera; cum æqua ſit, parque ratio. Probatur antecedens; ſi Deus non intueretur creaturas per ſcientiam liberam, ſcientia eius non eſſet perfecta, & comprehenſiua; ergo ipſa ſcientia libera pertinet ad comprehenſiuam, & perfectam ſcientiam: ſed Verbum procedit ex perfecta ſcientia; ergo ex ſcientia libera. Idemq; argumentum eſt de Spiritu Sãcto; ſi enim Deus non diligeret liberè res creatas exiſtentes, dilectio eius non eſſet perfecta; ſed Spiritus Sanctus procedit ex perfecta dilectione; ergo etiam ex libera. 7. 7. argum.

B

Reſponſio.

IN his argumentis nihil occurrit prænotandum. Ad primum circa proceſſionem Spiritus Sancti iam ſuprà redditum eſt reſponſum. Reſpondetur autem breuitèr, quòd cum dicimus Patrem diligere nos Spiritu Sancto, ſemper Spiritus Sanctus ſignificatur vt principium dilectionis liberæ. Cum verò dicimus ex dilectione noſtri Spiritum Sanctum procedere, dilectio libera ſignificatur vt principium ex quo Spiritus Sanctus procedat, ſicut procedit ex dilectione Patris; & hoc eſt falſum. 8. Ad 1. argum.

C

Ad ſecundum negamus Deum diligere omnia dilectione naturali prout in Deo ſunt, niſi ſignificetur Deum ſe ipſum diligere; quod ad rem non eſt. Ea verò quæ ſunt in Deo eminentèr, non diligit dilectione naturali, vt cap. antecedenti docuimus. 9. Ad 2. arg. Deus ea quæ ſunt in ipſo eminentèr nõ diligit dilectione naturali.

D Ad tertium reſpondetur, quòd dilectio libera eſt eſsentialis, quatenùs eſt ipſa eſſentia; non tamen eſt eſſentialis quatenùs libera; cum ſit non neceſſaria, quia poteſt Deus non velle quæ vult; & ideò non antecedit proceſsiones perſonarum, quæ neceſariæ ſunt; liberum ergo ibi ſignificat non eſsentiam, ſed cauſam: dilectio verò libera eſt ipſa eſſentia, quę vt dilectio eſt, eſsentialis eſt; at vt libera operatio, eſt efficiens cauſa. Ratio autẽ cauſæ conſequitur diuinas proceſsiones quę ſunt ſine cauſa, & ſunt rationes cauſandi per intellectum, & volũtatem. Ad confirmationem reſpondetur ſimilitèr, quòd dilectio libera quoad id quod eſt eſsẽtiale, cõmunicatur per generationẽ; id 10. Ad 3. arg. Dilectio libera vt dilectio, eſſentialis eſt, vt libera operatio, non ſic, ſed eſt efficiẽs cauſa. Ad 1. cõfirm. Itẽ eſt dilectio, communicatur per generationem.

Digitized by Google

Vt libera,communicatur per conſequentiã. Sic ſpiratio actiua communicatur Filio, quamuis non antecedat generationem. Ad 2. cõfirm.

id verò quod eſt liberum & non neceſſarium,communicatur per conſequẽtiã; quia communicatur eſſentia,quæ eſt dilectio ipſa libera, cui nihil additur, niſi relatio rationis: confitendum eſt tamen dilectionem liberam communicari,ſicut ſpiratio actiua communicatur Filio quãuis non antecedat generationem. Ad alteram confirmationẽ reſpõdetur, quòd Spiritus Sanctus habet à Patre, & Filio quicquid habet; eodem tamẽ modo, quo illi habent: quia ergo habet dilectionem naturalem quam illi, habet etiam liberam; quam tamen non habet ex naturali proceſsione quaſi terminum proceſsionis;quia is eſt natura, & quicquid in natura diuina comprehẽditur. At dilectio libera non eſt natura, ſed conſequens naturam. Habet ergo Spiritus Sanctus dilectionem liberam à Patre vt conſequentem naturam;non tamen vt terminum proceſsionis, qui eſt ipſa natura: imò neque Pater ante proceſsiones diuinas habet liberam dilectionem.

Dilectio libera vt libera,nõ eſt natura, ſed conſequens ad naturam.

11.
Ad 4. argum.

Ad quartum reſpondetur, quòd nihil eſſentiale cõſequitur perſonas; ratio autem cauſę conſequitur:ad illam ergo dilectionem eſſentialẽ,quæ antecedit perſonas,dilectio libera non addit aliã operationem, ſed relationem rationis eiuſdem dilectionis ad creaturas; & ea dilectio libera nihil eſt aliud,quàm voluntas efficax operandi extra ſe. Et ideò dilectio libera quatenùs libera eſt, poſterior eſt diuinis perſonis.

Ad dilectionẽ eſſentialem dilectio libera ſolùm addit relationẽ rationis ad creaturas.

12.
Ad 5 arg. In Deo eadem eſt dilectio ad vnum obiectũ adæquatũ,ſcil. qua Deus ſe diligit,& nos in ſe.

Ad quintũ reſpondetur, quòd in Deo ponimus vnam operationem vtpotè ad vnum obiectum adæquatum; ſed tamen eandem operationẽ modis diuerſis cõſideramus, prout comparatur cum rebus, quæ ſunt in obiecto adæquato. Et ita dilectionem naturalẽ qua ſe diligit, dicimus etiam liberam quatenùs diligit nos in ſe, non vi aut impetu naturæ, ſed libera voluntate. Et ita negamus Spiritum Sanctum procedere ex dilectione Dei, quatenùs eſt libera, etſi eademmet libera ſit naturalis: imò vt naturalis & vt libera, differunt definitione, etſi eadem ſit operatio.

13.
Ad 6.arg. Sp.Sãctus nõ ideò per dilectionem liberam non procedit,quia procedit per naturalem,cũ vtraque eadem ſit; ſed quia libera,eſt cauſa, & non omninò neceſſaria.

Ad ſextum reſpondetur, quòd non dicimus ideò Spiritũ Sanctum non procedere per dilectionẽ liberam,quia procedit per naturalem; cum enim vna & eadem ſit operatio, nihil hac ex parte obſtat, quin ex ea operatione modo vtroque Spiritus Sanctus procedat. Sed ideò negamus procedere per liberam dilectionem, quia eſt cauſa rerum efficiẽs, & non omninò neceſſaria: neceſſaria autem proceſsio,& ſine cauſa,antecedit id quod neceſſarium non eſt,& quod habet rationem cauſæ effectricis.

14.
Ad 7.arg.

Ad vltimum reſpondetur negando, quòd Verbum procedat ex ſcientia viſionis. Ad probationem dicimus imperfectam fore diuinam ſcientiam,ſi exiſtẽtes res non intueretur;non tamen notió intuitiua pertinet ad comprehenſionem diuinæ eſſentiæ. Nam ſi Deus ſtatuiſſet nihil creare, comprehenderet ſe & nihil extra ſe exiſtens intueretur. Dicendum ergo eſt quòd ſicut cognitio creaturarũ non addit perfectionem cognitioni eſſentiæ, ita neque viſio creaturarum ſiue ſcientia viſionis. Eſt tamen de vtraque diuerſa ratio, quia cognitio creaturarũ coniungitur neceſſariò cum cognitione eſſentiæ: viſio verò creaturarum nõ neceſſariò coniungitur cum eſſentiæ cognitione: benè tamen creaturæ exiſtentes coniunguntur neceſsariò cum viſione ipſarum, quia impoſsibile eſt eſſe exiſtentes, & non videri à Deo; aliàs eſſet imperfecta ſcientia Dei, ſi exiſtentia Deus non videret, quia defectu aliquo intellectiuæ viſionis non videret exiſtẽtia. Simili modo dilectio libera non eſt coniuncta neceſsariò cũ dilectione Dei naturali:creaturę tamen exiſtentes ſunt neceſsariò connexæ cum dilectione libera; & eſſet dilectio Dei imperfecta ſi res exiſtentes Deus non diligeret; cum eius dilectio ſit cauſa omnium creaturarum. Cum his tamen omnibus illud conſtat, quòd nec ſcientia viſionis, nec dilectio libera ſunt neceſſariò coniuncta cum ſcientia, & dilectione Dei naturali: perſonæ autem diuinæ procedunt de neceſſaria,& naturali operatione,ſcilicèt de ſcientia naturali creaturarum poſsibilium,& de dilectione naturali eſſentiæ, & perſonarum.

In Deo cognitio creaturarũ naturalis neceſſariò coniũgitur cum cõprehẽſione eſſentiæ:non ſic earũ viſio,nec dilectio libera cum dilectione naturali.

Perſonæ diuinæ procedunt de ſcientia naturali creaturarum poſsibilium, & de dilectione naturali eſſentiæ, & perſonarum.

CAPVT LIII.

Proceſsio diuina diſtinguitur à relatione ratione formali.

1.
DIſputãtes de actibus notionalibus primum actum,qui eſt operatio eſſentialis addita origine hactenùs contẽ-

Digitized by Google

plati ſumus; reſiduum eſt, vt de actu ſecundo diſputemus, qui eſt ipſa origo, ſiue proceſsio, cum operatione notionali coniuncta.

2. Et quidèm quo modo ſe habeat origo cum operatione eſſentiali, ſuperiùs declarauimus. Nunc ergo conſiderandum eſt quid ſit ipſa origo, ſiue proceſsio: Principium autem eſt à Philoſophia petendum, aſſerente actionem & paſsionem ſemper in motu inueniri; vel ſaltèm cum aliqua mutatione, eas etiam actiones, quæ ſunt agentium perfectiones: coniunctum eſt autem cum omni mutatione prius & poſterius eſſe: Præter hæc verò in actione nihil aliud ſupereſt, niſi relatio ad agens, & in paſſione relatio ad paſſum. Quòd ſi ab actione diuina remoueas mutationem, priuſque & poſterius, quæ imperfecta ſunt; ſolam relationem cogitatione apprehendes. Et ita origines diuinæ, ſiue proceſsiones nihil ſunt, niſi quædam relationes, vt Sanctus Thomas docet: & rectè quidèm Ioannes Capreolus diſtinctione 27. quæſtione 2. ſentit diuinas origines, ſiue proceſsiones magis accedere ad relationes, quàm ad actiones; ſiquidèm re ipſa relationes ſunt, actiones non ſunt: actio enim propriè mutatio eſt.

1. aduert.

In actione, & paſsione eſt mot', vel mutatio. Itē prius & poſterius. Item relatio.

Origines diuinæ, ſiue proceſſiones, nihil ſunt niſi relationes.

S. Thom.

Capreol.

Actio propriè eſt mutatio.

3. Conſequitur autem illud, vt actiua generatio ſolùm grammaticalitèr dicatur actiua, eò quòd ea generatione Pater generat; natiuitas verò Filij dicatur paſsiua, eò quòd Filius generatur: generare autem eſt verbum actiuum apud grammaticos, & generari paſsiuum. Quod etiàm Sanctus Thomas obſeruat. Dicitur autem generare is qui naturam communicat, vel dat; generari verò is qui accipit. Quæ verba ſunt etiam diuinæ proceſsioni communia, in qua vna perſona dat, altera accipit. Et hoc quoque notatum eſt à Patribus ſimilem eſſe noſtram generationē diuinæ in eo quòd à parentibus accipimus naturam; dare autem & accipere per origines diuinis perſonis conuenit, vt Chriſtus Dominus nos docuit. Denique vt accuratam loquutionem rectè pendamus; in perſona dante, originem ponimus; in accipiente, proceſsionem: origo enim ad principium pertinet, proceſsio verò ad rem illam, quæ eſt à principio. Sed hæc quoque nomina incuria loquendi commiſ-

A

cuit, & origines actiuas, & paſsiuas dicunt, ſicut etiam proceſsiones: cunctandum autem non eſt, vt vſu loquamur aliorum.

Generatio, & natiuitas ſolū grammaticalitèr dicuntur actio, & paſsio.

S. Thom.

Origo eſt in perſona dante, proceſsio in accipiente.

Vſu loquendi origines actiuas, & paſsiuas dicimus, ſicut etiam proceſſiones.

4. Illud autem præcipuè attendendum eſt, quòd actio quæ eſt mutatio eademmet eſt paſsio, egreditur enim ab agente ſecundum eſſentiam diſtincta: at verò in diuinis rebus quia eſſentia, eſſeque omninò eſt idem, ſolæ autem perſonæ diſtinctæ; à perſona producente non egreditur aliqua operatio ſeparata à perſona, ſed origo actiua eſt in ipſa perſona: & in perſona producta eſt ipſa proceſsio per quam procedit.

B

Conſequens autem eſt vt origo in dante, & proceſsio in accipiente ſint operationes duæ reali diſtinctione diſcretæ: ſi enim generatio actiua, qua Pater generat, eſſet in Filio, eſſet operatio diſtincta ab operāte quaſi egreſſa ab eo, & ſecundum eſſe diſtincta; aliàs etiam non eſſet operatio immanens; cum enim ſit operatio perſonalis non eſsentialis, ſi operatio generantis eſset in genito, non eſset operatio manens, ſed tranſiens. Quod clariùs confirmatur ex eo quòd docuimus, originē ſiue proceſsionem eſse ipſam relationē,

C

ſcilicèt generationem actiuam eſse ipſam paternitatem, & natiuitatem paſſiuam eſse ipſam filiationem; conſequēs enim eſt vt ſicut ex præſcripto fidei Catholicæ Paternitas, & Filiatio ſunt res duæ, ita generatio actiua & paſsiua ſint res duæ. Et adhùc firmatur hæc veritas altero fidei documento, credimus enim generationem actiuam eſse Patris proprietatem; proprietas autem perſonæ à perſona non poteſt eſse diſtincta, ſed in ipſa perſona eſt; & ſimilitèr generatio paſsiua eſt proprietas Filij. Et eodem

D

omninò modo de ſpiratione actiua, & paſsiua philoſophādum eſt, præterquàm quòd actiua ſpiratio eſt vna in duabus perſonis, actiua generatio in ſolo Patre. Et hoc confirmatur auctoritate Academiæ Pariſienſis qua condemnatum eſt inter errores Ioānis Guidonis illud etiā hæreticum dogma quòd generatio actiua ſit in Filio; nō enim eſt in Filio; ſiquidèm eſt proprietas Patris, vt Sancti Doctores teſtantur. Et ibidèm ſingulatìm damnantur dicentes, idem eſse generare, & generari, aut Patrem non generare alia generatione, quàm ea, qua Filius eſt formalitèr genitus.

2. aduert.

In creatis actio & paſsio ſunt eadē res.

In Deo origo in perſona dāte, & proceſsio in accipiente ſunt res diſtinctæ realitèr.

Oſtenditur. Generatio cū ſit operatio perſonalis, ſi eſſet in genito, non eſſet immanēs.

Cōfirmatur 1. ex 1. aduertēd. num. 1. & 2.

Confirm. 2. Generatio actiua eſt Patris proprietas. Natiuitas Filij.

Confirm. 3. auctoritate Pariſienſium damnantium oppoſitum.

Origo

Digitized by Google

5.
Origo eſt nomen cõmune analogum ad generationem & ſpirationẽ.
Sic proceſsio ad natiuitatẽ, & ſpirationẽ paſsiuam.

Origo igitur nomen eſt cõmune analogum duas origines diuinas complexũ, ſcilicèt generationem actiuam, & ſpirationem actiuam. Proceſsio quoque duas complectitur proceſsiones, natiuitatem ſcilicèt, & paſsiuam ſpirationẽ, quæ ſpiratio paſsiua vt plurimùm dicitur proceſsio vſurpato nomine communi, quia proprium nomen non habet in ſacris literis. Et hi omninò dicuntur actus notionales, quibus innoteſcunt perſonæ. Præter hos autem, operationes intelligendi & amandi, vt cum iſtis coniungãtur ſignificatæ, notionales etiam actus dicuntur, de quibus iam diſputatum eſt.

6.
Origo & relatio ſunt realitèr, imò & formalitèr idem.

Poſthæc illud etiam certum eſt, originem & relationem diuinam, verbi gratia generationem actiuam, & paternitatem, non ſolùm eſſe rem eandẽ, ſed eſſe quoque formalitèr idem; cum ſæpiùs diſputatum ſit de re iſta, atque ſancitum, in perſona diuina nullam diſtinctionem rerum inueniri, ſed ſolùm ratione eſſe diſtincta quæcunque ſunt in perſona vna.

Diſſentit *Aureol. apud Capreol.*

Quamobrem non cõſentit cum ſana doctrina opinio Aureoli apud Ioannem Capreol. d. 27. q. 2. quòd origo & relatio ſint res diſtinctæ; hoc enim derogat diuinæ ſimplicitati, & vnitati.

7.
Punctum cõtrouerſum, vtrùm diſtinguantur virtualitèr, ſeu rationibus formalibus.
1. ſententia Nominalium negat.

Eſt autem controuerſia inter Doctores, Vtrumnè proceſsiones diuinæ à relationibus diſtinguantur ſaltèm rationibus formalibus, aut virtuali diſtinctione, quod idem eſt, vt vnum attributum ab alio diſtinguitur? Quidam opinãtur hæc diſtingui ſolo nomine, non verò ratione formali; quam ſententiam falsò attribuunt Ioanni Scoto, & Durando; cum non ſit niſi Nominalium, vt in confirmatione oſtendemus.

8.
2. ſententia cõmunis & vera affirmat.

Contraria eſt communis opinio, quòd origo diuina diſtinguatur à relatione ratione formali, ſiue imperfecta definitione: Aduertendum igitur eſt, quòd quicquid in Deo eſt abſolutum, eſt eſſentiale, vt lib. 4. docebimus; origo autem ſiue proceſsio pertinet ad perſonas, & ideò non eſt quid abſolutum, ſed prorſus relatiuum: Eſt ergo origo, ſiue proceſsio ipſa diuina relatio, vt dicebamus. Sed tamen ſicut in eſſentia continentur omnia attributa, quæ ſunt ipſa eſſentia, ſub diuerſis conceptibus attributorum; ita in diuina relatione continetur origo, & forma hypoſtatica, quæ ſunt ipſa relatio ſub conceptibus diuerſis. Et eodem pacto quo ſuprà diximus eſſentiam diuinã cognitam ſub conceptu præciſo eſſentiæ, diſtingui ratione formali ab attributis; ita quoque dicendum eſt relationem diuinam ſub conceptu præciſo relationis, ab origine, proceſsioneq; diſtingui. Et hoc eſt quod modò probamus, ac ſtatuimus.

Declaratur exemplo, ex lib. 1. cap. 30. p. 1. n. 9.
Item cap. 33. p. 1. n. 5. & 15. & p. 2. n. 2.

9.
1. fũd. ex natura originis.
In Deo generatio eſt operatio viuentis, imò & vitalis: Relatio minimè.
Ratio.
In creatis generatio nõ eſt operatio vitalis.

Sed confirmatur hæc ipſa ſentẽtia firmiſsimis argumentis: Generatio enim in Deo eſt operatio viuentis, vtpotè deriuata à principio vitali, vt anteà docuimus; relatio autem non eſt operatio viuentis: imò generatio diuina eſt operatio vitalis, ſiquidèm eſt à principio viuẽte, & in ipſo manens: nam in rebus creatis generatio non eſt operatio vitalis, quia non eſt in generante, ſed in re genita; in Deo autem generatio qua Pater generat in eo manet, & eſt vitalis operatio. Ecquis ergo neget, operationem vitalem diſtingui definitione à relatione?

10.
Opponitur *Scoti* aſſert. in Deo generationem eſſe vitalẽ productionem, & relationem, non operationem.
Refutatur.
Vita in operatione ſita eſt.
S. Thom.
Vitalis productio eſt vitalis operatio.
Refutatio cõfirmatur. 1.
Generatio eſt actus potẽtiæ, atque adeò operatio.
Confirm. 2. clarè.
Filius eſt terminus productus per potẽtiã Patris quaſi actiuam, atque adeò medio actu, ſeu operatione.

Ioannes Scot. in 1. d. 2. q. 7. opinatur, generationem diuinam non eſſe operationem vitalem, ſed eſſe vitalem productionem; quæ eſt ipſa relatio. Sed hoc aſſertum apertè conuincitur falſitatis, relationes enim non dicũtur vitales; nam vita in operatione ſita eſt, vt docet S. Thom. 1. p. q. 18. art. 2. ſunt ergo operationes quæ non ſunt vitales; ſed nihil eſt vitale, niſi operatio, aut operationis principium; ergo vitalis productio abſque dubio vitalis operatio eſt, maximè cum ſit actus de principio vitali, & vitali potentia ductus. Confirmatur, quia nihil eſt operatio, niſi actus potentiæ; ſed generatio in Deo, vt anteà eſt definitum, eſt actus generatricis potẽtiæ; ergo eſt operatio, eaque vitalis, diſtincta à relatione ſua ratione formali, vt liquet. Idem luculentiſsimè demonſtratur, quia Filius eſt terminus productus, ſiue res genita per potentiam Patris, quaſi actiuam; ſed non poteſt intelligi terminus productus per potentiam actiuam, quin ſit operatio media inter potentiam & rem productam; ergo neceſſe eſt confiteri generationem eſſe operationem mediam: vbi enim eſt potentia vlla actiua, cuius non ſit aliqua operatio, per quam terminus producatur? Neque enim terminus immediatè profluit à potẽtia actiua, ſed media actione; aliàs potẽtia nõ eſt potẽtia, cuius nullus eſt actus. Cũ ergo diuina

Relatio vt relatio eſt conceptu relationis cóſequitur operationem.

A generatio ſit propriè operatio, eaq; vitalis, neceſſe eſt ſecernamus illam ratione formali à relatione; quia relatio vt relatio, non eſt operatio, ſed operationẽ conſequitur, vt Paternitas generationẽ.

11. 2. fũd. ex natura relationis.

Opponitur quorũdam aſſertum, Paternitatem, v. c. & Filiationẽ eſſe ipſam originẽ, & fundari in actu intelligẽdi.

Deindè ab ipſa natura relationis proferimus argumentum euidens; nam hi qui originem à relatione non diſtinguũt, abſurdiſsimè aiunt relationem diuinam non fundari in origine, cum ipſa ſit origo, ſed fundari aiunt in eſſentia diuina, verbi gratia, Paternitas, & Filiatio fundatur in actu intelligendi, vt iſti opinantur.

12. Confutatur. In illo actu nihil indicitur, vt Filius ſit à Patre.

B Sed contra hoc arguitur, nam in eo fundamento nihil indicatur vt Filius ſit à Patre, nam & in Patre, & in Filio eſt fundamẽtum idem, ſcilicèt eſſentia, ſiue actus intelligendi; & vtraque relatio modo eodem ſumitur à fundamento; nihil ergo ibi indicatur vt Filius ſit à Patre, quod tamẽ eſt fide catholica atteſtandũ.

Reſponſio.

Reſpondent actum intelligẽdi prout in Patre præintelligitur, eſſe fundamentũ Filiationis, ita vt idcircò Filius ſit à Patre.

1. refutatio. Fundamentũ vnius relati nó eſt in altero relato. Exemplum.

Sed in hoc reſponſo duo videntur corrigenda eſſe, primum quòd fundamẽtum vnius relati ſit in altero relato: ſicut enim Petrus nõ poteſt eſſe ſimilis propter alborem adhærentem Paulo, ita neq; C relatio diuina Filiationis fundatur in actu intelligẽdi Paterno, ſiue in Patre præintellecto, vt illi aiunt; ſed neceſſe eſt fũdetur relatio Filij in ijs, quæ ſunt in Filio. Et certè fabulam narrant; ſi fundamentum Filiationis in Patre collocant.

Solutio refutationis.

Quòd ſi dicant Filiationem fundari in ipſo actu intelligendi exiſtente in Filio, ſed poſteriùs cognito; quia priùs intelligitur in Patre, quàm in Filio.

Refellitur. 1.

Hoc ipſum quærimus, quare priùs intelligatur in Patre quàm in Filio? niſi quia Pater generat; & ita generatio eſt fundamentũ paternitatis, ab eaque diſtincta.

Secundò.

D Præterea hoc duntaxàt, quòd priùs intelligatur actus intelligẽdi in Patre, quàm in Filio, non indicat Filium eſse à Patre; nam illa prioritas rationis poteſt accidere abſq; reali proceſsione, vt in attributis prior eſt ordine rationis intellectus, quàm voluntas; ergo ad hoc vt intelligamus Filium eſse à Patre, neceſse eſt cogitare originem vt operationem veràm & realem; nam ea quæ operatione aliqua procedunt, ab alijs ſunt: & in ijs eſt prius & poſterius ſaltem ordine rationis.

Prioritas rationis non ſufficit ad proceſſionẽ realẽ, vt patet in attributis.

13. 2. refutatio.

Illud eſt ſecundum in iſta reſponſione quod explodi oporteat, quòd videntur innuere (etſi id minimè velint) proceſſionem Filij non eſse realem, quod eſt Sabellianũ: probatur conſequentia, nam relatio à fundamento oritur, non reali proceſsione, ſed ſolo modo intelligendi; igitur ſi Filius eo tantùm modo eſt à Patre, quia Filiatio fundatur in actu intelligendi præexiſtente in Pàtre; ſicut Filiatio à fundamento oritur ſola cogitatione, non reali ortu; ita etiam dicet quis Filium Dei à Patre ſola cogitatione oriri, quod eſt Sabellianum: aut profectò aliquid aliud neceſsariò eſt cogitandũ, quo verè dicamus Filium eſse à Patre, ſcilicèt per verã & realem generationẽ.

Relatio à fundamento oritur non reali proceſsione, ſed ſolo modo intelligendi.

14. 3. fund. ex diſtinctione definitionum.

Perſpicuum adhùc habemus argumẽtum ad comprobandam noſtram ſentẽtiam; nam ex dictis liquet generationem diuinam, & paternitatem diſtingui ſuis definitionibus: generationem enim definimus per potẽtiam, & terminum formalem, vt cæteras operationes; paternitatem verò non ſic, ſed per ſuum correlatiuum definimus.

Confirm.

Et confirmatur, quoniam relatum vt relatum non eſt ad aliud, vt lib. 3. docebimus; genitum verò vt genitum ab alio eſt ex propria definitione; ergo non eadem eſt ratio formalis geniti, & relati.

15. 4. fund. ex proprio modo intelligẽdi, quia Paternitas, & generatio nõ ſunt ſynonima.

Denique arguimus ex proprio modo intelligendi, quoniam hæc nomina paternitas, & generatio nõ ſunt ſynonima, quod licet aduertere cuilibet rationis compoti; non enim idem animo concipimus, dum audimus Patrem, & dum audimus generantem: aliàs ſignificatio nominũ mutata eſt in rebus diuinis, & coiuit duplex ſignificatio nominum in vnã. Quòd ſi omonima ſunt & ſignificationis diuerſæ, diuerſæ etiam ſunt nominũ notiones cóceptæ, quod eſt euidentiſsimũ.

Confirm.

Adhùc probatur idem, quoniã contradicentes in terminis ſynonimis nõ poſſũt eſse veræ: impoſsibile enim eſt, quòd Tullius loquatur, & Cicero nõ loquatur; ſed generatio diuina eſt opus naturæ, vt ait S. Ioannes Damaſc. paternitas verò non eſt opus naturæ; ergo generatio, & paternitas ſynonima non ſunt, ſed rationibus formalibus diſtincta.

S. Damaſc. Generatio eſt opus naturæ: Paternitas nõ eſt.

16. 5. fundam. ex libr. 1. cap. 29. p. 2. n. 1 & cap 31. p. 1. n. 10.

Claudimus quæſtionem validiſsimo argumento quo commonſtrauimus libr. 1. attributa eſſe diſtincta rationibus formalibus; Paternitas enim creata, & increata

Digitized by Google

creata conueniunt in vno cōceptu analogo, aliàs nulla diſputatio nobis eſſet certa de diuina Paternitate. Item generatio creata, & increata conueniunt in vno conceptu analogo ob eandem rationem: igitur ſicut Paternitas,& generatio creata diſtinguuntur rationibus formalibus, ita Paternitas & generatio increata. Sed reſpondebunt non valere argumentum à commutata proportione; eſſet enim conſequēs vt ſicut generatio,&Paternitas creata diſtinguuntur re ipſa ex natura rei, diſtinguerētur eodem modo Paternitas,& generatio increata, quod eſt falſum. Facimus igitur argumentum magis perſpicuum ab vnitate conceptus in hunc modum; accipiendo conceptum communem Paternitatis in quo Paternitas increata, & creata conueniunt, qui conceptus eſt adæquatus huic nomini,Paternitas;& accipiendo poſteà conceptum communē generationis in quo generatio creata, & increata conueniunt, qui eſt conceptus coæquatus huic nomini, generatio: Vel ergo vtriuſque nominis communis, ſcilicèt Paternitatis & generationis,eſt conceptus adæquatus,non vnus, ſed duplex,quod volumus; conſequens enim eſt hæc eſſe rationibus formalibus diſtincta; duo enim conceptus adæquati diſtincti, duabus definitionibus explicantur: quòd ſi Paternitas & generatio communis diſtinguuntur definitione, Paternitas,& generatio increata etiam definitione diſtinguuntur;impoſsibile enim eſt communia eſſe diſtincta, & particularia non diſtingui: Vel dandum eſt alterum membrum,ſcilicèt quòd vtriuſque nominis eſt conceptus adæquatus vnus, quod eſt impoſsibile; nam ſi Paternitas & generatio communis eſt vna,& eadem ratio formalis,etiā in rebus creatis vna eſt ratio vtriuſque; quod falſum eſſe conſtat, cum generatio creata à Paternitate ſit definitione diſtincta. Itaque vt particularia cum communibus cohæreant,neceſſe eſt Paternitatem & relationem, vel non eſſe diſtincta in rebus creatis, quod eſt falſum; vel eſſe diſtincta etiam in Deo, nō re ipſa,ſed rationibus formalibus:communia enim ſunt in particularibus, & particularia communibus cohærent quoad diſtinctionem,& vnitatem rationis formalis. Et ita nō poſſunt eſſe duæ naturæ genericæ diſtinctæ in vna natura ſpecifica, ſcilicèt vt generatio & Paternitas,quæ in analogo quaſi in genere ſunt duæ rationes formales, in ſpecie, ſcilicèt vtDeo attribuuntur, ſint vna ratio formalis. Aliud argumentum eſt, ſi velimus probare ex diſtinctione reali Paternitatis, & generationis creatæ, eandem diſtinctionem in Deo. Quod argumentum libr. 1.refutauimus.

Paternitas & generatio creata diſtinguūtur rationibus formalibus.

Reſponſ.

Refellitur.

Duo cōceptus adæquati diſtincti,duabus definitionibus explicātur.

Si Paternitas&generatio communis diſtinguūtur definitione, etiā & particularia vt generatio& Paternitas increata.

Similitèr ſi nō diſtinguūtur, nec etiam particularia,vt generatio,& paternitas creata.

17\. *Obiectio difficilis ex S. Thom. 1. locus.*

Sed contrà veniunt argumento à Sancto Thoma accepto 1. p. q.41. art 1.ad 2.nam in generatione creata nihil aliud eſt niſi mutatio & relatio; ſublata ergo mutatione,quæ in Deo non inuenitur, ſola relatio manet; ergo generatio in Deo eſt ſola relatio: quo eodem argumento 1.p.q.25. art.1. docet S.Thom. opus creationis non eſſe veram actionem, ſed eſſe ſolam relationem conſequentem rem ipſam creatam; quoniam nulla actio creandi egreſſa à Deo poteſt excogitari ante rem ipſam creatā: quia illa actio in nullo ſubiecto eſt; ergo nulla eſt. Si igitur creatio ex parte rei creatę eſt pura relatio, & ſignificatur per modum actionis,ita tamen vt fateamur non eſſe actionem,ſed relationem;quid prohibet generationem diuinam dicere relationem ſignificatam per modum operationis? ita tamen vt confiteamur non eſſe veram operationē, neque verum actum potentiæ? Quod quidem argumentum magnum eſt.

2. locus.

18\. *Reſpond. ad 1. locum.*

Ad hæc tamen ſuo ordine reſpondebimus; & primum dicimus probiſsimè phiſophatum eſſe Angelicum Doctorem; nam ex eo quòd generatio diuina non eſt mutatio,aut relatio eſt,aut nihil eſt; & nos confitemur eam eſſe relationem; ſed ſimul affirmamus diſtingui ratione formali à relatione vt relatio eſt. Aliàs niſi generatio diuina diſtingueretur à relatione vt relatio eſt,non conueniret in conceptu analogo generationis communi generationi creatæ & increatæ,& non eſſet vera generatio, quod eſt hæreticum; ſicut etiam perſona diuina eſt relatio,ſed tamen niſi diſtingueretur difinitione à relatione vt relatio eſt,non conueniret in conceptu analogo perſonæ,& non eſſet verè perſona, quod etiā eſt hæreticum. Et hoc ipſum exemplo creationis comprobatur, nam iuxta ſententiam S. Thom. quam opinamur veriſsimam,creatio ſolùm ſignificatur per modum

Generatio diuina eſt relatio; & ſimul à relatione vt ſic eam diſtingui ratione formali,probatur.

Aliàs non eſſet verè & propriè ac formalitèr generatio quod eſt hęreticum.

Idē dicendum de perſona.

Declaratur exemplo creationis.

In opinione *S. Thom.* creatio non eſt vera actio, ſed tãtum ſignificatur per modũ actionis.

modum actionis, & non eſt actio re ipſa, neque conuenit in conceptu analogo actionis; imò excluditur ab ipſo, & verè dicimus quòd non eſt actio, ſed ſolummodò ſignificatur per modũ actionis: ergo ſimilitèr, ſi diuina generatio ſolùm ſignificatur per modũ operationis, & conceptu proprio non diſtinguitur à conceptu relationis vt relatio eſt; ſanè excluditur à conceptu analogo generationis, à quo conceptus relationis diſtinctus eſt; & ita verum erit negare eſſe in Deo generationem, ſed ſignificari duntaxàt per modum generationis dicendum erit, quod eſt contra fidem; & ſimilitèr dicendum erit non eſſe verum actum potentię, & veram operationem, quod iſti Autores cõcedunt, neſcio quo iure. Sèd certè quod attinet ad generationem, ſi quis diceret nõ eſſe in Deo veram generationem, hæreſis damnandus eſſet.

19. Reſpond. ad 2. locum de creatione. 1. diſcrimen inter hãc & originẽ, ex n. 18

Ad exemplum de creatione ex dictis datum eſt reſponſum, cum illud ſit notũ diſcrimen, in creatione ſolùm eſſe modũ ſignificandi, in generatione verò diuina eſſe rem ipſam ſignificatam. Pręterea obſeruandum eſt quòd licèt in creatione nulla ſit actio media inter Deum, & rem creatam, res tamen ipſa eſt realis effectus diuinæ potentię, & eſt res extra diuinam potentiam ſecundum eſſentiã & exiſtentiam diſtincta; & idcircò iure optimò ſignificatur creatio per modum actionis, quia ibi eſt creans & creatum; quare & creatio dicitur per modum actionis, & ſignificat nouitatem exiſtentiæ in effectu, vt S. Thom. docet. At verò in generatione diuina Filius non eſt effect⁹ diuinæ virtutis, neq; ibi eſt aliqua nouitas, quæ ſignificetur per modũ actionis: neq; eſt res extra diuinã potentiã ab ea diſtincta, quæ fuerit in potentia actiua, & poſteà ſit extra illam: quare nullo modo intelligitur generans & genitus, niſi quia eſt in Patre vera generatio, & in Filio vera natiuitas. Et idcircò generatio nõ ſolùm ſignificatur per modum operationis, ſed eſt vera operatio ducta à Patris eſſentia, qua ſola Pater eſt genitor, & Filius natiuitate natus; aliàs nullo modo poteſt intelligi Filius verè productus & genitus.

2. diſcrimen.

Creatio ſignificatur vt actio quia in ea eſt effectus diſtinctus quoad eſſentiam, & exiſtentiã à creante, & eſt nouitas exiſtẽtię.

Diuina generatio nõ ſic, ſed eſt vera operatio, & actus potentiæ.

20. 2. ſentẽtiã nõ ponit octo relationes.

Nec verò ponimus octo relationes, vt quidam ineptè obijciunt: nam vel origines comprehendimus in conceptu

A confuſo relationum, & ita in ipſis quatuor relationibus numeramus origines; vel origines diſtinguimus à relatione vt relatio eſt, & ita ponimus quatuor relationes, origines duas, proceſsiones duas.

Confirmatio.

21. Confirmant Sacrę literę ac Patres propriã, ac formalẽ rationẽ generationis tribuentes diuinæ.

HÆc autem ſententia confirmatur ex ſacris literis, in quibus multa legimus, quæ ſunt propria generationis, ita vt vterum ſibi Pater attribuat ad indicandam veritatem generationis, Pſal. 109. *Ex vtero ante luciferum genui te*, quod multi Patres de generatione diuinã explicant. Generare etiam ex pro- *Pſal. 109.*

B pria ratione eſt communicare naturam; Pater autem omnia dedit Filio, & Filius omnia accepit à Patre, ſacro eloquio teſtante; eſſeque hæreticum negare generationem diuinam eſſe propriè, ac formalitèr generationem. Vrgeamus igitur aduerſarios, audeantne concedere, quòd ſola ratio cõmunis relationis inueniatur in Patre, non verò ratio, notioque communis generationis? Sanè ego teneo ſincera fide quòd Pater non ſolùm Pater eſt, ſed & generat & Pater eſt: Verùmenimverò affirmat ſacrum eloquium ex vtero Patrem generare, &

Oppoſitũ hæreticũ eſſe oſtenditur.

C omnia Filio Patrem dare, Filiumque accipere, & naſci, & procedere. Et in idem Patres conſpirant, & conſentiunt. Magnus Athanaſius lib. 5. de vnita ſubſtantia Trinitatis, docet verè eſſe Patrem, quia verè generat: non nugatoria, aut inanis probatio eſt idem per idem demonſtrantis, quaſi dicat, Pater eſt quia Pater eſt: ſed à veritate generationis argumentum duxit veræ Paternitatis. Et S. Cyrillus 1. libr. Theſauri cap. 5. *Pater igitur eſt, quia generat: Filius, quia generatur.* S. Ambroſ. in Prolog. lib. 2. de Fide. *Itaque* (inquit) *princi-*

Arguit à veritate generationis ad verã Paternitatem *S. Athan.*

S. Cyrill.

A natiuitate ad filiationẽ *S. Ambroſ.*

D *pium fidei noſtra eſt ſcire, quòd genitus eſt Dei Filius; ſi genitus non eſt, nec Filius eſt.* Principium fidei poſuit generationem, eò quòd illa ſit firmum argumentum filiationis; ſi enim genitus nõ eſt, non eſt Filius. Hoc nobis liceat dicere cum S. Ambroſ. Accipiamus in animo veram ac propriam rationem generationis à filiatione diſtinctam; audactèr affirmamus, ſi verè genitus nõ eſt, Filius verè non eſt. Quòd verò per coniunctio-

Declaratur 1.

Secundò.

Digitized by Google

iunctionis notam ait, *ſi genitus non eſt, nec Filius eſt*, rationem vtriuſque nominis diſcreuit: quod & Patres factitāt frequentiùs, qui affirmant & Filium verè eſſe, & genitum verè eſſe. Et idem Ambroſ. lib. 4. de Fide cap. 4. in illud; *Ex vtero ante luciferum genui te. Non* (inquit) *vt corporalem aluum declararet, ſed vt proprietatem veræ generationis oſtenderet.* Vide generationē nō ſolū verā, ſed propriè dictā, quæ abſq; dubio à relatione diſtinguitur ratione formali. At verò S. Aug. prōnūtiato illo celebri, *Quia generat eſt Pater, quia Pater eſt generat*, eādem veritatē declarauit. Nam & Patris eſt generare, & generantis eſt Paternitas. Quę verba alio loco explicanda ſunt.

Idem in illud Pſal. citati.

S. Auguſtini celebre argumētū à generatione ad Paternitatem, & viceuerſa.

22. S. Anſelmus etiam Monolog. cap. 39. efficaciſsimè arguit verè eſſe Filium Dei dicendum, quia perfectiſsima generatione eſt natus. Et cap. 40. incipit. *Ad hoc conſtare non poterit niſi pariter ille veriſsimè gignat, & iſtud veriſsimè gignatur.* Tollunt ergo nobis atque eripiunt firmiſsimum fidei argumentum, ſine quo Patris & Filij nomina non conſtār, qui generationem à Paternitate, aut Filiationē à natiuitate ſuis rationibus formalibus non diſtinguunt. Iam enim argumentum nullum eſt Patrem eſſe quia generat, ſi idem dicis dum ais generare, & dum affirmas eſſe Patrem. Legantur quæ lib. 1. retulimus ex S. Baſilio contra Eunomium, qui verborum ſignificationes confundebat. Et creditur hæc ſententia non ſolùm à veritate abhorrens, ſed parùm conſentanea placitis Sanctorum Patrum, & fidei dogmatis. Cum ergo Patres ponunt originem loco relationis, non pro eodem vſurpant; ſed cum re ipſa ſint idem, vtraque aiūt eſſe perſonarum proprietates, vt 4 libro exponemus. Siue enim genitorem, ſiue Patrem dicas, perſonam diſtinctam nominas, etiam ſi in Theologica diſceptatione non generatio, ſed Paternitas ſit conſtitutiua proprietas. Et planè eodem ſenſu Magiſter ait d. 26. generationem, & natiuitatem alijs vocabulis Paternitatem, & Filiationem dici, nō quòd hęc ſint ſynonima, ſed quia res ſignificata eſt eadem: differebatur enim eo loco de reali perſonarum diſtinctione.

S. Anſelmi ſimile argum.

Patrum argumet. nōprobat idē per idem.

S. Baſil. videndus ſupra lib. 1. c. 31. p. 1. num. 19.

Patres ponētes originē loco relationis explicātur.

Magiſt. explicatur.

23. Hæc eſt S. Thomæ doctrina certiſsima, tum quia docet relationes fundari in origine: tum quia affirmat perſonas non conſtitui per origines, ſed per relationes; planè apertèque diſcernēs relationes ab origine: tum verò quia de hac diſtinctione differens 1. p. q. 41. art. 1. ad 2. affirmat diſtingui ex modo ſignificādi: eſt enim quidam modus ſignificandi qui non ſequitur modum intelligendi quoad diſtinctionē, vt ea quæ ſunt vnū intelligamus diſtinctis conceptibus. Hoc verò S. Thom. voluit nos docere; nam Paternitas, & generatio non diſtinguuntur modo ſignificandi grammatico, cum vtrumque ſit nomen ſubſtantiuum, neque modo Dialectico, cum vtrumque ſit abſtractum atque abſolutum. Reliquum eſt ergo, quòd diſtinguantur noſtro modo ſignificandi ſiue intelligendi: quo vnum & idem ſignificamus pluribus nominibus & conceptibus. Cum verò in 1. d. 32. q. 1. art. 1. & 2. ait producere Filium eſſe reſpectum Patris ad Filium, etiam in ſenſu formali poteſt explicari: nam ſicut eſſentia in conceptu cōfuſo complectitur omnia attributa; & ita Deus intelligit per eſſentiam (quia eſſentia eſt ipſe intellectus) non ſolùm in ſenſu identico, ſed formali; ita relatio diuina continet in cōceptu confuſo originē, vt lib. 4. dicemus: quare etiā in ſēſu formali nihil eſt origo niſi quędā relatio; ſed relatio vt relatio eſt conceptu relatiuo, neceſſariò ab origine diſcernenda eſt; vt hoc cap. comprobamus: Cum qua tamen diſtinctione conſentit, vt origo propriè & formalitèr dicatur relatio. Et idem indicat S. Doctor ibi reſponſione ad 2. dum ait oportuiſſe originem & relationem ſeorſum ſignificari, ſcilicèt diſtinctis conceptibus non ſynonimis, per modum relationis & per modum actionis. Et q. 41. art. 4. ad 3. ait actum intelligēdi in Deo diſtingui à potentia intelligendi penes modum ſignificandi: ſanè eo modo ſignificandi quē nunc explanauimus; quo generatio à Paternitate diſtinguitur; cum liqueat inter Theologos intelligere diuinum ratione formali diſtingui ab intellectu. Et in eodem art. 4. planiſsimè actus notionales oſtendit eſſe quaſdam operationes, quibus neceſſe ſit conſignare principia à quibus ducantur. Quod enim generat (vt ille inquit) aliquo ſui generat; quod certè in relationibus non inuenitur. Et de potentia q. 10. art. 2. inueſtigat, vtrū proceſ-

2. ſententia eſt *S. Thomæ*. Probatur 1.

Secundò.

Tertiò.

Quædam loca S. Doctoris explicantur.

1 locus.

Paternitatē & generationem diſtingui ex modo ſignificandi nō grāmatico, nec dialecticè, eſt cōceptibus, nominibus, rationibus formalib. diſtingui.

2. locus.

Non ſolùm in ſenſu idētico, ſed etiā in formali origo eſt relatio.

Exemplum eſſentiæ cōplectētis cōceptu cōfuſo omnia attributa, vt lib. 1. c. 33. p. 1, num. 5. & hic num. 8.

Alia loca pro 2 ſent.

1. locus.

Secundus.

Tertius.

Quartus.

Digitized by Google

proceſsiones vt & aliæ operationes diſtinguãtur penes terminos & principia.

Quintus.

Et item de potentia q. 8. art. 3. docet relationem & originem eſſe quidem re ipſa idem, ſed differre ratione & modo

Sextus.

ſignificandi, & idem docet quæſtion. 10. art. 3.

24.

Eadem ſentét. eſt priſcorum ſcholaſticorũ. *Marſil.* *Carthuſ.* *Argent.* Itē aliorũ affirmantiũ perſonas nō origine, ſed relatione cōſtitui.

Et hæc eadem cenſenda eſt communis opinio priſcorum ſcholaſticorum, quam tenent Marſilius in 1. quæſt. 14. art. 2. & Dionyſ. Carthuſian. d. 10. q. 1. & Thomas Argent. ibidem cũ reliquis Thomiſtis. Cæteri autem, etſi hanc quæſtionem nō ita dilucidè tractarunt, maximè ſequuti ſunt eam ſentẽtiam, quòd perſonæ non origine, ſed relatione cōſtituantur, originem à relatione abſque dubio ſeparantes. Recentiorum verò pars quam maxima eſt Thomiſtarum, qui & relationes fundari in origine, & perſonas conſtitui relatione, & remotis relationibus origine perſonas conſtituendas cum S. Thom. affirmant. Quòd ſi remota relatione origo adhùc cōſtituit, alius eſt conceptus originis, qui ſcilicèt manet ſecluſa relatione. Imponunt autem Durando, atque Ioanni Scoto, qui aiunt eos adhæſiſſe contrariæ ſententię, relationem ab origine non diſtinguentes. Nam Durand. d. 26. q. 1. §. Sed vlterius, affirmat relationem poſſe nominari per modum proprietatis, & per modum actionis: priori autem modo perſonas conſtituere eo loco docet cum S. Thoma. Ioannes verò Scotus d. 28. quæſt. 3. §. Ad quæſtionem, conſiderat in perſonis originem & relationem, in origineque eſſe prioritatem, in relatione ſimultatem, vt dicunt. Quare abſque dubio inter relationem, & originem cogitando diſcernũt, ita tamen vt ipſa relatio, & relatio ſit & origo, vt nos quoq; ſentimus. Verum eſt Scotum non concedere relationē priùs intelligi vt proprietatem, & deinde vt relationem, in quo à Sancto Thoma diſſentit, vt lib. 4. diſputabimus.

Eadem eſt Recentiorum.

Imponunt Durando, & Scoto quidam eis contrariam ſententiam adſcribentes.

Oſtenditur de *Durand.*

Oſtenditur de *Scot.*

In quo diſſētiat *Scot.*

25.

Nominales aduerſantur quia penes ſolum cōceptũ nihil diſtinguunt. *Gabriel.* *Ocham.* *Adam.* *Gregor.*

Fuit autem Nominalium contraria ſententia, eò quòd penes conceptum nihil diſtinguerent, niſi in re ipſa eſſet diſtinctio. Cuius factionis fuere Gabriel, & Guilhelmus Ocham. in 1° diſt. 7. quæſt. 1. & d. 26. q. 2. Adam. d. 33. q. 5. vbi refert Aureolum pro ſuis partibus. Et eaſdem ſequitur Gregorius diſt. 7. quæſt. 1. artic. 1. Et in eadem videtur eſſe ſententia Alfonſus Toletus diſt. 3. quæſt. 2. concluſione 4.

Toletus.

CAPVT LIIII.

Proceſsio Spiritus Sancti neceſſaria eſt, ſed non coacta.

1.

1. concluſ. Proceſsio Sp. Sancti neceſſaria eſt.

Probatur 1. quia eſt ipſum eſſe Dei atque adeò perfectũ.

DE perfectione diuinæ proceſsionis agendum iam eſt. Idque primo loco rei excellentiam declarat, quòd ſit ens neceſſarium, quod neceſſe ſit eſſe: eſſe enim eſt perfectio rei, atque ideò quod non eſt neceſſe eſſe, non eſt ex natura ſua perfectum; nihil autem in Deo eſt quod poſsit non eſſe, eſſet enim Deus mutabilis: quare proceſsio Spiritus Sãcti, quæ eſt res diuina in Deo exiſtens, & eſt ipſa diuina eſſentia, & ipſum eſſe diuinum, abſque dubio neceſſaria eſt, hoc eſt, neceſſariò exiſtens. Poſteà verò etiam oſtendemus ex propria ratione proceſsionis, eam eſſe æternam, & immutabilem; id autem quod æternum & immutabile eſt, neceſſarium quoque eſt à poſterioribus ad priora ducendo rationem.

Probatur 2. ex proprijs iuxta dicenda cap. 55. 56. & 59.

2.

Hæreticorum arg. æquiuocũ.

Sed tamen quoniam hæretici obijciebant nobis argumentum, quærendo Pater ne voluntate, an neceſsitate generaret? volũtate, inquam, libera, qua poſſet non generare ſi nollet, an neceſsitate coactus? Quæ quæſtio de proceſsione Spiritus Sancti eadem eſt: Vtraque nominum æquiuocatio reijcienda eſt. Et hoc quidèm capite oſtendemus, neceſſariam eſſe diuinam proceſsionem, non tamen coactam: capite verò ſequẽti eſſe voluntariam, ſed non liberam.

Diluetur hoc capite & ſeq.

3.

Præmitēdum ex *Ariſtot.*

Præmeditandum eſt autem neceſſarium duplex eſſe ex doctrina Ariſtot. 5. Metaph. text. 6. vel abſolutè, vel conditione aliqua neceſſarium: abſolutè, quod in ſe ipſo non poteſt non eſſe; cōditione neceſſarium quod non poteſt non eſſe propter cauſæ conditionem, aut efficientis, aut finalis. Et ex vtraque cauſa neceſſarium poteſt dici violẽtum nō ſolùm ex cauſa efficiente, quod Ariſtotel. tradit in Phyſicis, ſed etiam ex cauſa finali, vt docet in Ethicis. Et ad hoc reuocatur neceſſarium indictione legis, quod S. Auguſt. 5. de Ciuit. Dei cap. 10. diuidit in neceſſarium coactione, & prohibitione.

Neceſſarium abſolutè.

Neceſſariũ ex conditione cauſę, vel efficientis, vel finalis. Sic violentum ex conditione cauſæ.

S. Auguſt.

4.

2. concluſ.

Quoad primum igitur ex parte agentis,

Proceſſio Sp. Sancti non eſt coacta ex parte agentis.

S. Thom. probat. 1. ex ſimplicitate Dei.

tis, S. Thom. 1. contra gent. cap. 19. euidenter commonſtrat Deum non poſſe cogi, aut violentiam perpeti: nam ea quæ vim patiuntur, compoſita ſunt ſecundum accidens. Natura enim rei non eſt violenta habenti naturam; oportet ergo præter naturam ineſſe aliquid quod violentum ſit. Erit ergo compoſitio ex natura, & violento, eaque ſecundum accidens; quæ enim ſunt per ſe, ſunt naturę apta, & conſentanea: violentum autem repugnat naturæ; ergo compoſitio ex violento, & natura ſecundum accidens eſt; Deus autem ſimplex omninò ſubſtantia.

Ex natura & violẽto fit cõpoſitũ per accidens.

Probatur 2. ex idẽtitate diuinæ proceſſionis cum primo agente.

Sed ex eo quòd Deus eſt primum agens, æquè perſpicuum eſt cogi non poſſe, aut vim ab aliquo ſuſtinere; quod enim eſt violentum, eſt ab agente extraneo; quod enim à natura eſt, violentum non eſt: Sed Deus eſt primum agens; ergo in Deo nihil eſt violentum. Cum ergo probatum ſit in Deo eſſe proceſſionem Spiritus Sancti; conſequens eſt vt ea neceſſaria quidèm ſit; ſed non neceſſitate coactionis.

Probatur 3. ex proprijs. Voluntas cogi non poteſt. *Idem.*

Ex proprijs verò idem oſtenditur, proceſſio quippe Spiritus Sancti eſt per voluntatem; voluntas autẽ cogi non poteſt, vt S. Thom. docet 1. 2. q. 6. art. 4. & nos tomo 2. diſputabimus: ergo proceſſio Spiritus Sancti coacta eſſe non poteſt.

5.

Pro 3. concl. aduert.

Sed tamen hæc argumenta probant quidem Deum non cogi ab agente extraneo. Eſt verò adhùc differendum, cogaturne ex parte finis: non ſolùm enim agens extraneum, ſed finis etiam inducit neceſſitatẽ coactionis; vt enim probe dicit Ariſtotel. 4. Metaph. cap. 5. *Vis quædam eſt neceſſitas*, cum quædam ſcilicèt volumus non libentes, vel vt effugiamus coniuncta mala, vel vt obtineamus bona expetita: contraria enim eſt neceſſitas voluntatis rationiſq; motui, vt ibidem Ariſtot. docet.

Ex *Ariſtot.* Vis quædã eſt neceſſitas. Declaratur.

3. concluſio. Proceſſio Sp. Sãcti nõ eſt coacta ex parte finis.

Probatur 1. Finis eſt melior ijs quę ſunt ad finem, eorumque cauſa.

In Deo autem etiam ex parte finis nulla eſt neceſſitas coactionis; tum, quoniam Deus, cum ſit ſummum bonum, & quidèm finis rerum omnium, ſui autem ipſius finis non eſt: finis quippe melior eſt ijs quæ ſunt ad finem, eſtque finis eorum quæ fiunt cauſa: In primo ergo agente nihil eſt melius, & minus bonum, ſed ſimplex bonum; neque fiunt quædam propter alia in illa ſimplici & incommutabili ſubſtantia; non eſt ergo neceſſitas coactionis in Deo ex parte finis.

Probatur 2.

Tũ A etiam quia nihil Deo moleſtiæ poteſt occurrere, quod relatum ad finem neceſſitatem coactionis inducat: moleſta enim ſunt quæ bono expetito obſiſtũt, vt potio medicata quæ amara eſt, expedit quidèm ſaluti, ſed voluptati obeſt. Vbi ergo eſt multitudo bonorum quæ ſimul expetuntur, quædam mala alijs bonis conſentiunt, alijs obſtant: Deus autem eſt ſummũ bonũ, & ſimplex bonũ; nihil ergo Deo inſuaue eſt, quod Deus velit ſibi, neceſſitate coactus: Sed omnia quę vult, libens optat aut vult, & omnia habet quæ vult:

Moleſtia inducẽs coactionẽ inuenitur vbi eſt multitudo bonorum, dũ quędam mala alijs bonis cõſentiunt, alijs obſtant.

Exẽplũ potionis medicatæ.

ſicut etiam beati etiamſi in eis ſit multitudo, copiaque bonorum, quia tamen omnia bona referunt in illud vnum ſummum bonum quo fruuntur, B ſcilicèt in ipſum Deum, nulla neceſſitate coactionis ex parte finis tenentur.

Beati omnia bona referũt in vnũ ſummum bonũ quo fruuntur.

Atque idcircò S. Auguſt. in lib. de Vita beata dixit viros ſanctos, vel ideò etiã in vita mortali beatos eſſe, quòd omnia retulerint in Deum, nihilque illis moleſtum ſit aut graue; cum omnia velint libentes vel quæ agunt, vel quæ etiam patiuntur: improbos autem miſeros eſſe, qui etiam dum libidine fruuntur, ea perpetiũtur quæ nollent; quia nollent ſanè eſſe mala, quæ vt voluptuoſa appetunt.

Ex *S. Aug.* Viri ſancti etiã in hac vita beati, & expertes coactionis ex parte finis. Ratio.

Improbi etiam dũ libidine fruũtur, ea perpetiũtur quę nõ lẽt, quia ſaltem nollẽt eſſe mala ea quę vt voluptuoſa appetunt.

Deus autem maximè ab hac neceſſitate finis alienus eſt, qui non ſolùm non co- C gitur neceſſitate finis, ſed nec ſpectat finẽ; omniaq; ea quæ eligit, deſtinat non ad finem ſibi obtinendum, ſed ad fines, quos res creatæ conſequuntur; ipſe expers eſt omnis motionis in finẽm.

Deus nõ ſpectat finem ſibi obtinendum.

Scitum quoque eſt hãc proceſſionem neutrius cauſæ conditione neceſſariam eſſe efficientis, aut finalis: quia proceſſio diuina non habet cauſam.

Probatur 3. Proceſſio diuina nullam habet cauſam.

6.

Compendio igitur dicendum, quòd proceſſio Sp. Sancti eſt quidẽ neceſſaria ſuaptè naturâ, eò quòd nõ poſſit nõ eſſe; non tamen neceſſitate cauſæ, aut naturali, aut coactionis aut ex parte agẽ- D tis, aut ex parte finis: ſed eſt nobis potiùs illud cum Ariſtotele colligendum loco recitato; cum enim ad finem capitis dixiſſet, quædam eſſe neceſſaria ex aliqua cauſa, quædam verò neceſſaria non ob cauſam priorem, ſed ipſa eſſe prima propter quæ alia neceſſaria ſunt, verbi gratia, prima principia in demonſtratione. *Ita (inquit) fit vt quod primum ac neceſſarium eſt, id ſit quod eſt ſimplex atque abſolutum.* Abſolutum dixit

Conſectarium ex *Ariſtot.*

Neceſſariũ nõ ex cauſa eſt primũ, ſimplex, & abſolutum.

Digitized by Google

dixit quod non eſt relatum ad aliud tã-quam ad cauſam. Id ergo quod eſt ſimplex & cauſam non habet, eſt neceſſariũ vt primum: quod autem eſt neceſſarium neceſsitate coactionis, aut neceſsitate aliqua finis, neceſſariò habet cauſã priorem ſuæ neceſsitatis; ideòque non eſt primum, nec etiam ſimplex, vt probauimus; neque etiam eſt abſolutum, cum ſit ad cauſam priorem relatum.

Non ſic neceſſarium neceſſitate coactionis, ſeu ex cauſa.

7. Obiect.

Quòd ſi obijcias proceſsionem Spiritus Sancti eſſe à principio reali, & eſſe proceſsionem ſecundam; quare non eſſe neceſſariam ea neceſsitate, quam Ariſtotel. indicauit. Reſpondetur cauſam diſtingui ab effectu ſecundum eſſe, ideoque afferre prioritatem ſecundum aliud & aliud eſſe: In Deo verò vnicum eſſe conſiderari, quo ipſæ proceſsiones exiſtant; & ideo proceſsio Spiritus Sancti, in qua non eſt cauſa, ſed ſolùm principium, vt docuimus, eſt ſanè neceſſaria neceſsitate primi entis, & primæ exiſtẽtię, cuius nulla cauſa eſt prior. Quòd autem ſit ſecunda proceſsio, indicat ordinem proceſsionum, non verò prioritatem ſecundum aliud, & aliud, ſed ſolam prioritatem rationis, vt dicemus. Confirmationem Patrum, & Conciliorum capiti ſequenti ſeruamus.

Reſponſ.

Principium vt ſic, non affert prioritatem ſecũdum aliud & aliud eſſe.

Quòd proceſſio Sp. Sãcti ſit ſecũda, indicat ſolã prioritatem rationis.

CAPVT LV.

Proceſsio Spiritus Sancti ſpontanea eſt: non tamen libera, ſed naturalis.

CApur habet partes duas.
Pars Prima: *Proceſsio Spiritus Sãcti voluntaria eſt; ſed non ex conſilio, & deliberatione.*
Pars Secunda: *Proceſsio Spiritus Sancti non eſt dicenda libera.*

PARS PRIOR.

Proceſsio Spiritus Sancti volũtaria eſt, ſed nõ eſt ex cõſilio & deliberatione.

1. 1. aduert.

DE hac quæſtione S. Thom. 1. p. q. 41. art. 2. & in 1. d. 6. art. 1. 2. & 3. & de potentia q. 2. art. 3. Circa priorem partem obſeruandum eſt voluntarium dici, quod à voluntate vel procedit, vel accipitur, placetque voluntati. Eſt verò voluntas ſenſualis, quæ ſenſu ducitur; & rationalis alia, quæ ducitur ratione; vo-

Voluntariũ dicitur à volũtate, ſcil. quod ab ea, vel procedit vel accipitur, eique placet. Voluntas ſenſualis.

A luntas autem rationalis libera eſt, ſi maturo iudicio rationis coniuncta ſit; quo ablato libera non eſt, vt in pueris, & amentibus; iudicium autem eſt de rebus agendis deliberatio. Circa finem verò, quia de fine non deliberamus, ſed de medijs, voluntas libera non eſt, ſed impetu fertur, vt ait Ariſtot. 1. Ethicor. cap. 16. Hęc autem tomo 2. differemus. Quoniam vero à voluntate nomen voluntarium ducitur, ampla quadam ſignificatione voluntarium etiam in brutis dicimus, vel, vt alij volunt ſpontaneũm. B In his autem quæ ſunt prædita ratione, voluntarium dicitur, vel medium ad finem, quod eligitur & deliberando placet, vt dare operã literis; vel quod etiã ſine deliberatione placet, vt eſt ipſe finis, ſcilicèt viuere, beatum eſſe.

Voluntas rationalis.

Hæc in finem impetu fertur, nõ liberè, quia de fine nõ deliberamus, ſed de medijs.

Ariſtotel.

Volũtariũ latè etiam in brutis dicitur.

In ratione præditis voluntariũ vel eſt medium, vel finis

2.

Voluntarium igitur illud eſſe decernitur, quod eſt à principio intrinſeco cognitione prædito, & remota ignoratione, non renitente voluntate. In ijs ergo quę omnis cognitionis ſunt expertia, voluntarium prorſus non eſt. In ijs autẽ quibus ratio viget aut ſenſus, quod per ignorationem accidit, non voluntariè, aut ſponte accidit, rectè enim dicit C Ioan. Damaſc. libr. 2. fidei Orthodox. cap. 24. *Inſpontaneis eſt partim agere per violentiam, partim per ignorantiã.* Cum quo etiam S. Greg. Niſſenus conſentit, & S. Thom. 1. 2. q. 6. art. 8. Quædam enim vis affertur ignaro, dum aliquid ignorat circa ea quæ agit, quod niſi ignoraret, nollet ea agere quæ agit. Inconſiderantia igitur poteſt reuocari ad neceſsitatem coactionis, in ijs quæ ſunt neceſſaria ad finem; voluntarium autem, ſiue ſpontaneum violento, atque coacto contrarium eſt. Spõtaneum ve- D rò eſt quicquid expetitur, aut liberè, aut ſolâ complacentiâ, etiam irrationali appetitione in brutis, qua parte eſt magis amplum, quàm voluntarium perfectum. S. Ioan. Damaſc. lib. 2. fidei Orthodox. cap. 24. ſpontaneum ait, quod vel laus ſequitur vel vituperium: vbi accipit ſpõtaneum pro libero. Sed ad finem capitis fatetur quædam eſſe ſpõtanea, quæ non ſunt libera.

Definitio volũtarij latè ſũpti

Excluditur quod per ignorationem accidit.

S. Damaſc.

S. Greg. Niſ.

S. Thom.

Quędã vis affertur ignaro operanti.

Spontaneum etiã in brutis reperitur.

Latius patet, quã voluntarium perfectum.

S. Damaſc.

ſpontaneum ſumpſit ſtrictè pro libero.

3.

Per hæc autem conſtat proceſsionem Spiritus Sancti eſſe voluntariam; & primò ipſa origo, & ſpiratio actiua quæ eſt in Patre & Filio, eſt operatio à principio intrinſeco, ſcilicèt de ipſa ſubſtãtia vtriuſque

1. Concluſ. Spiratio actiua eſt voluntaria. Probatur ex definitione.

Digitized by Google

uſque; quod idem principium eſt maximè ratione præditum, in quo nulla poteſt eſſe inconſiderantia; nec voluntas renititur, quia Deus non operatur inuitus, vt probatum eſt; ergo eſt operatio maximè voluntaria, & ſpontanea. Proceſsio verò qua Spiritus Sanctus procedit, non minùs eſt voluntaria, ac ſpontanea ratione eadem. Et confirmatur, quia in Deo nihil eſt, quod non ſit ſummum bonum, & voluntas diuina ſemper eſt in actu cum ſit ipſe actus; ergo nihil eſt in Deo, quod à ſingulis perſonis non maximè diligatur, & placeat. Eſt ergo tàm generatio Filij, quàm proceſsio Spiritus Sancti ſummoperè voluntaria vt res dilecta, & quę ſummopere accepta eſt ſingulis perſonis diuinis: & ita viro Catholico ſentiendum eſt, cum ſingulæ perſonæ ſe ſe diligant, vt ſacræ literæ teſtantur; diligunt ergo non minùs proceſsiones ſuas, quæ non ſunt res à perſonis diſtinctæ. Quòd ſi voluntaria eſt proceſsio, eſt etiam ſpōtanea, quod nomen amplius eſt.

Spiratio paſſiua ſimilitèr.

Confirm. 1. In Deo nihil eſt, quod non ſit ſummũ bonũ, ac proinde maximè placens, & voluntarium.

Confirm. 2. Singulæ perſonæ ſe ſe diligunt, ac proinde proceſſiones ſuas à ſe indiſtinctas

4\. 2. Concl. Proceſsio diuina non eſt voluntaria ex deliberatione. Probatur 1.

Quòd autē proceſsio diuina nō ſit volūtaria ex deliberatione, manifeſtò etiā liquet; deliberamus enim de agendis, vt diximus, liberumque illud eſt, quod eſt in poteſtate voluntatis, quod poteſt eſſe & non eſſe: proceſsio autem diuina non eſt actio, qua procedat aliquid effectum; neque poteſt eſſe & non eſſe, ſed neceſſaria eſt, vt diximus; ergo non venit in deliberationem, ſed eſt voluntaria vt finis, de quo non habemus conſilium, aut electionem. Idem probat S. Thom. 1. p. quæſt. cit. quia voluntas nō eſt determinata ad vnū; quare id quod procedit à voluntate deliberante, non eſt tale quale eſt principium agens vnde emanat, ſed quale agens vult: quare ſi Filius procederet à voluntate Patris, non eſſet naturâ Deus, ſed eſſet qualis Pater vellet; quod intelligendum eſt de voluntate libera; nam naturalis volūtas determinata eſt ad vnum. Proceſsio ergo diuina non eſt libera ex cōſilio & electione, licèt aliàs ſit voluntaria, hoc eſt, ſpontanea.

Eſt voluntaria vt finis.

Probat 2. *S. Thom.* Id quod procedit à voluntate deliberāte non eſt tale quale agēs eſt, ſed quale agens vult.

5\. Ex eodem diluitur arg. hæreticorum, de quo c. 54. n. 2.

Eſt verò obſeruādum cum S. Thom. 1. p. q. citat. quòd caſus ablatiuus nonnunquam ſignificat cauſam; quandoque verò concomitantiam (vt aiunt) ſiue circūſtantiam, & dicitur tunc ablatiuus abſolutus à Latinis. Cum ergo Hæreti-

A ci quærerent; Filiusne gignatur voluntate Patris? duplex ſenſus latebat, ſcilicèt voluntate, hoc eſt, per voluntatem, vt voluntas Patris eſſet generationis principium; vel voluntate Patris, hoc eſt, volente Patre, & non inuito, quæ dicitur voluntas concomitans, quia non eſt principium generationis, ſed cum illa coniuncta. Primum negat S. Thom. voluntas enim non eſt principium diuinæ generationis: ſecundum concedit, Pater enim libens generat non coactus; & benè quidèm exponit Magiſter ſentent. quòd ſicut Pater generat Deus &

B ſapiens & iuſtus, ita generat & volens; ſunt enim hæc omnia coniuncta cum Patre generante. Poſteà verò differendum & illud erit, an hæc voluntas Patris antecedat generationem? de proceſsione verò Spiritus Sancti eadem eſt ratio quoad hoc ſecundū; Pater enim & Filius volentes ſpirant, non coacti, aut inuiti. At verò quoad primum ratio eſt diſpar; volūtas enim diuina eſt principium formale proceſſionis Spiritus Sancti; quia procedit per voluntatem, quæ tamen non eſt principiū generationis.

C Cum ergo quæritur vtrùm Spiritus Sanctus voluntate Patris, & Filij procedat vt proceſsionis principio? adhùc diſtinguendum eſt, voluntas enim deliberans non eſt pricipium Spiritus Sancti, ſed voluntas abſque deliberatione vt diximus, quæ a S. Thom. vocatur voluntas vt natura. Cum ergo Patres aut Cōcilia negant Filium procedere volūtate Patris, explicandum eſt de voluntate deliberante, quæ ſit generationis cauſa. Quamobrem Hæretici dicebant eſſe Filium voluntatis, hoc eſt, per liberam voluntatem procreatum, vt res cę-

D teræ creatę. Quia verò voluntas vt voluntas eſt, libera eſt; & voluntarium vt voluntarium, liberū dicitur; diuina proceſsio abſolutè nō eſt dicēda libera, ſed meliùs ſpontanea; nec volūtate, ſed ſpōte procedere, quę ſignificant non eſſe coactam proceſsionem.

Hæc propoſitio, Filius gignitur volūtate Patris, id eſt per voluntatē vt per principium. Negatur: id eſt, volente Patre, ſeu cōcomitanter, Conceditur.

Probat *Magiſter.*

Hæc propoſitio, Sp. Sāctus ſpiratur volūtate Patris, & Filij, id eſt, volētibus Patre & Filio, conceditur: id eſt, voluntate vt principio, negatur de volūtate deliberāte: conceditur de voluntate, vt natura, ſeu abſque deliberatione.

Volūtas vt volūtas libera eſt Itē volūtariū vt ſic liberū eſt Proceſsio diuina abſolutè nō dicitur libera, ſed meliùs ſpōtanea, nec volūtate, ſed ſponte procedere.

Confirmatio.

EA quæ dicta ſunt auctoritate Patrū, & Cōciliorum teſtata eſſe volumus. S. Cyrill. primo Theſaur. cap. 8. argumentum Hæreticorum ſic proponit. *Vtrum* (inquiunt) *abſque conſideratione Pater Filium genuit, an conſiderans atque volens? Nam ſi neque conſiderans*

6\. *S. Cyrill.* proponit arg. hæreticorū de quo num. 2.

neque volens, aliquid paſſus eſt quod nolebat: ſin autem, quoniam neceſſe eſt conſiderationem atque voluntatem ante rem eſſe, qua ſecundum voluntatem conſideretur, Patrem quoque Filio præfuiſſe neceſſe eſt. Ex quibus verbis planè liquet Hæreticos cauillo vti, verbiſque æquiuocis: conſiderationem enim dicunt quaſi deliberationem, & voluntatem antecedentem opus. Si verò de ea conſideratione, ſcilicèt deliberante ſermo ſit, deque voluntate ea, ſcilicèt libera per quam aliquod opus agimus, quam Ariſtotel. vocat propoſitum voluntatis; negamus quidem proceſsiones diuinas eſſe ex ijs; ſed inde non ſequitur, quòd Pater aut ignarus, aut inuitus generet; ſed quòd Pater abſque deliberatione, & abſque propoſito voluntatis generet; intelligens tamen maximè ſe generare, & id maximè volens. Quæ enim eſt conſequentia, Non conſiderat deliberando; ergo non conſiderat: Non vult electione libera; ergo nullo modo vult. Ibidem ſubijcitur: *Vnde ad hoc deducti eſtis ò vos, vt volũtate, aut non voluntate Patris productum Filium putetis? Ex qua id accepiſtis ſcriptura? Quis vnquam ſanctorum alterum iſtorum docuit.* Quibus in verbis cernimus Sanctum Cyrillum neutrum velle permittere, neque quòd Pater generet voluntate, neque quòd generet non voluntate: ſic enim eſt explicandus. Nam ſi contradicentes efficeret, alteram concedere neceſſe erat: non ergo generat voluntate quaſi eligente, nec non voluntate quaſi inuita voluntate, aut coacta. Ibidem etiam reſpondet conſiderationem & voluntatem non antecedere generationem Filij, cum ipſe Filius ſit ſapientia Patris, & voluntas: Hæretici enim ponebant antecedentiam veræ efficientiæ, vt cum dixit, *Fiat lux & facta eſt lux, &c.* Ibidem proſequitur Filium eſſe conſilium Patris, ideoque non eſſe eius conſilio factum; quæ omnia certiſsima ſunt: impoſsibile eſt enim, quod ex conſilio, & electione Patris procedat Filius in eadem ſubſtantia; conſilium enim & electio ſunt in ijs quæ poſſunt non eſſe, in quibus ſubſtantia non eſt eadem genitoris & geniti, cum genitor præexiſtat. Cum verò Filius ſit ipſa Patris eſſentia, & ſapientia, & voluntas; intelligi non poteſt, quòd ex libero arbitrio Patris procedat. Hoc idem argumentum repetit 2. Dialogo de Trinitate, deque re eadem multis diſſerit. Reſpondet autem eo loco, volitionem & nolitionem habere locum in operabilibus, non autem in generatione diuina: *Et cauſam* (inquit) *quærentibus reſpondere ſolet, quod quibuſdam celebre eſt & decantatum; Natura conſulebat, cui leges non ſunt curæ: additur autem quòd conſilium, inconſiderantiamque nihil curat.* Quibus ſignificatur, naturam non eſſe ignaram, ſed tamen non conſultare de agendis, eò quòd impetu feratur in operationem. Ideoque S. Cyrill. adiecit naturam non modò leges non reſpicere, ſed neque conſilium, aut inconſultum. Et ſtatim doctiſsimè ſubijcit: *Annon tibi viderer rectè intelligere, ſi reſponderem, quòd quæcunque eſt ſubſtantialitèr Deus ac Pater, non ex incremento iuxta voluntatem habet conuerſus ad præſtantius, neque voluntatis modo obtinet quòd ſit Pater?* His quippe declarat Sanctus Cyrillus Patrem non generare propter finem aliquem, quod eſt conuerti ad præſtantius; quod enim ſic operatur, incrementum habet ex propria operatione; quia perficitur, dum finem aſſequitur; & hoc eſt obtinere aliquid modo voluntatis, ſcilicèt deliberando & eligendo media ad finem. In eo ergo ſenſu rectè negat Patrem generare voluntate. Hac etiam ratione Sanctus Athanaſius Epiſt. contra eos, qui dicebant Spiritum Sanctum eſſe creaturam, compellat illum naturalem Spiritum Patris, & Filij, hoc eſt, naturalitèr procedentem.

Eandem obiectionem Hæreticorum 7.
refellit Sanctus Gregorius Nazianzenus oratione tertia Theologa: *Vel volens* (inquiunt) *Filium genuit, vel nolens:* Et ſtatim: *Si enim nolens* (inquiunt;) *vim ergo ei allatam neceſſe eſt.* Et iterum: *Si autem volens; ergo Filius voluntatis eſt Filius.* Quibus inter alia id etiam reſponſum reddit S. Gregor. Nazianz. *Pater itaque vel volens Deus eſt, vel nolens.* Et poſt pauca: *Si volens, quando velle cæpit? Non enim priùs quã eſſet.* Et iterùm: *Quòd ſi nolens, quis eum coegit vt eſſet?* Videtur ergo S. Greg. idem veritum eſſe quod S. Cyril. ne alterũ illorũ permittendo, æquiuocatione nominum

Hæreticorum cauillus, & æquiuocatio detegitur.

Reſponſio.

Pater abſque deliberatione, ſeu propoſito voluntatis, ſed tamen cognoſcens, & volens generat.

Idẽ ibidem eodem modo reſpõdet.

Neutrã partẽ quæſiti in arg. permittit, ob rationẽ dandã num. 10.

Explicatur ei' Reſponſio.

Pater non generat voluntate libera, nec generat nõ voluntate, hoc eſt, volũtate inuita, aut coacta.

Cõfirmat ibidem dictã reſponſionẽ contra hæreticos.

Declaratur, Confirmatio.

Cum Filius ſit ipſa Patris eſſentia, & ſapientia, & volũ-

tas, nõ procedit ex libero arbitrio Patris.

Idem alibi Reſpondet vt ſuprà.

Confirmat ex pnũciato quodam celebri.

Natura nõ eſt ignara, attamẽ non conſultat de agendis.

Idem.

Quòd operatur propter finẽ, incremẽtũ habet ex propria operatione.

S. Athanaſ. conſonat confirmationi.

Nazianzen. proponit dictũ arg. ſeu quæſitũ hæreticorũ.

Reſpõdet quærendò aliud ſimile, neutram partem quæſiti permittens cũ *S. Cyrillo*, ob rationẽ dandam num. 10.

Digitized by Google

S. Cyril. Hieroſol. Reſpondet vt num. 6. — nominis, ſuſpicionem erroris faceret. S. quoque Cyrill. Hieroſol. cat. 11. neque ignorātiam ait ibi intercedere, neq; deliberationem.

8. Similitèr S. Hilarij 1. locus. — At verò S. Hilar. in libr. de Synodis definitione 5. ſic ait. *Non enim nolente Patre, vel coactus Pater, vel naturali neceſsitate inductus, cum nollet, genuit Filium.* Per quæ verba ſatis apertè ſignificat Patrem volentem quidèm genuiſse; quia non nolēs, neque coactus, nec etiam naturæ neceſsitate inductus, vt quædam à natura nobis inſunt, ſiue placeant, ſiue diſpliceant; generat ergo libens & volens. (Enarratur à S. Thoma.) Ita enim S. Thomas enarrat hunc locum 1. p. q. 41. art. 2. ad 1. (Secundus.) & in eodē lib. negat S. Hilarius Filiū genitum eſse voluntatę Patris, vt ſubijciemus, ſcilicèt voluntate deliberante, & efficiente: (Tertius.) Et definitione 24. idem Sanctus Hilarius ait Filium procedere per neceſsitatem, id eſt, per naturam. (Quartus.) Et definitione 25. de voluntate concomitante.

9. S. Hieron. — Idem inſinuauit S. Hier. in illud ad Epheſ. 1. *Qui prædeſtinauit nos, &c.* Vbi de Filio ait, *ſemper cum Patre fuit, & nunquam eum, vt eſſet, volūtas Paterna præceſsit.* Neque enim inficiatur in Patre fuiſse voluntatem gignendi Filium, ſed non fuiſse eam voluntatem eligētem, & efficientem vt Filius eſset; ſicut de rebus creatis dicitur, *Omnia quæcūq; voluit, Dominus fecit.* (Cerealis Epiſcopus.) Quo eodem modo explicandus eſt Cerealis Epiſcopus contra Maximū, cap. 9. *Pater* (inquit) *nec volens, nec nolēs genuit, ſed naturâ,* id eſt, non volens libera electione: benè tamen naturali voluntate.

10. S. Ambroſ. — S. Ambroſius lib. 4. de Fide cap. 4. generationem Filij eſſe voluntariam affirmat. *Ex ore altiſsimi prodiui, hoc eſt, non coactā, ſed libera; nō poteſtati obnoxia, ſed nat generationis arcano, priuilegio dominationis, & iure poteſtatis.* (Liberū vſurpat pro volūtario vt opponitur coacto.) Liberum pro voluntario vſurpat, vt opponitur coacto. Ita ergo ait Patre volente natum eſſe Filium, vt poteſtati eius non ſit obnoxius, quaſi creatura ex conſilio Dei facta, eius addicta ſeruituti: idcircòque ait Filium Dei fuiſſe genitum arcano generationis, & cum ipſo iure dominandi quod Pater habet. (Idem. Neutram partem quæſiti permittit.) Eodem cap. propoſita quæſtione, an Pater volens, aut nolēns generet? his reſpondet. *Nihil in ſempiterna generatione*

A *præcedit, nec velle, nec nolle: ergo nec inuitum dixerim, nec volentem; quia generatio non in voluntatis poſsibilitate eſt, ſed in iure quodam & proprietate paterni videtur eſſe ſecreti. Nam ſicut bonus Pater non ex voluntate eſt, aut ex neceſsitate, ſed per naturam: ita non generat ex voluntate, aut neceſsitate Pater.* (Sancti Patres timent cōcedere, quòd Pater volēs generet, ne intelligatur de volitione libera eficiente.) Timent ergo Sancti Patres concedere, quòd Pater volens generet; ne in eo ſenſu accipiatur, in quo Hæretici obijciebant, libera electione, & antecedente, efficienteque voluntate fuiſſe genitum Filium: Ideoque ait S. Am- B broſ. id non fuiſſe in poteſtate voluntatis. Sed ſanè ſicut Pater vult eſſe id quod eſt, & bonus eſſe vult vt eſt; ita & generare vult, ita tamen vt ſicut naturâ eſt bonus, ſic quadam proprietate perſonali ſit generans, vt S. Ambroſ. videtur velle ſignificare.

11. S. Auguſt. Reſpōd. vt n. 7. — Denique S. Auguſtin. in Dialogo 65. quæſtionum (ſi is tamen eſt Auctoris) quærenti Horoſio, voluntatene, an neceſsitate Pater generet? reſpondit nec voluntate neq; neceſsitate: ibidēq; narrat quendam ex noſtris Hæretico ſic roganti reſpondiſſe etiam quærendo, an ne Pater eſſet Deus voluntate, aut neceſsitate? quæ quidem reſponſio antiqua eſt apud Patres: & eadē repetit Sanctus Auguſtinus 15. de Trinitate cap. 10.

12. Mar. Vict. 1. locus explicatur. — Sunt autem elucidanda verba quædam Marij Victor. libr. 1. contra Arium. *Eſt* (inquit) *lumini, & Spiritui imago, non à neceſsitate naturæ, ſed voluntate magnitudinis Patris,* id eſt, non coactione naturæ, ſed voluntate complacentię: nam alio ſenſu lumen, quod eſt Deus, habet imaginem ab ipſa natura procedentem; & non à voluntate libera. (2. locus explicatur.) Et eodem lib. ait omnem po- D tentiam naturalem eſſe voluntatem: quia ſcilicèt non eſt coacta potentia naturalis, voluntas dicitur.

13. Conc. Syrmi. — Igitur iuxta ſanctorum placita ſequuntur etiam definitiones Conciliorum; nam in Concilio Syrmienſi, anathemate 21. ſic dicitur. *Si quis conſilio Dei tanquam vnam creaturam factum aſſerat Filium Dei, anathema ſit.* (Habetur apud S. Hilar.) Quam definitionem affert S. Hilar. libr. de ſynodis, anathemate 24. niſi quòd loco nominis, conſilio Dei, legit S. Hilar. voluntate Dei. Et ibidèm: *Omnibus creaturis*

Digitized by Google

turis ſubſtantiam voluntas Dei attulit, ſed naturam Filio dedit. Et iterum, *Talia enim ſunt creata qualia eſſe ea Deus voluit; Filius autem natus ex Deo, talis ſubſiſtit, qualis Deus eſt.* Et item Cōcilium Toletanum 11. in profeſsione fidei. *Filius Dei naturâ eſt Filius, non adoptione, quemadmodum Deus Pater neque voluntate, neque neceſsitate genuiſſe credendus eſt: quia neque vlla in Deo neceſsitas cadit, neque voluntas ſapientiam præuenit, ſed natura.* Explicata autem ſunt verba conciliorum per duo hæc capita: Quòd proceſsio diuina ſit neceſſaria, non neceſsitate coactionis; voluntariaq; non volūtate deliberante. Quod clariùs conſtat decreuiſſe Cōcilium Sardienſe, quod eſt apud S. Hilarium lib. de *Synodis*, & confirmatum eſt à Nicolao Papa, & habetur d. 27.cap. *Quod dicitis*; vbi definitur Patrem generare non inuitum, hoc eſt, non coactum, ſed libentem. Idem verò de proceſsione Spiritus Sancti, atque de generatione Verbi omninò dicendum eſt, cum vtriuſque æqua ratio exiſtat quoad naturæ neceſsitatem, in qua ſit neceſsitas ſine coactione, & voluntas ſine deliberatione. Vide Robertum Bellarm. lib.2. de Chriſto, cap.4.

Cōc.Tol.11.

In proceſsione diuina eſt neceſsitas ſine coactione: eſt voluntas ſine deliberatione.

Conc. Sard. apud S.Hil. & d.27.cap. Quod dicitis.

Bellarmin.

POSTERIOR PARS.

Proceſsio Spiritus Sancti non eſt dicenda libera.

1. Hæc veritas probata eſt 1.p

Contraria ſententia eſt *Scot. Gandau.*

DOcuimus diuinam proceſsionem non eſſe liberam; liberū enim eſſe quod eſt in electione voluntatis poſitū, & poteſt eſſe, & non eſſe. Obſiſtit tamen Ioannes Scotus, & Henr. Gand. qui etſi Catholicè affirment proceſsionē Sp. Sācti eſse neceſsariā, & nullo modo cōtingentē; contendunt tamen eſse liberam. Scotus quidē in 1.d.7.q.2. & 10. q.vnica, & in quodlib.q.16. Qua in quæſt.art. 2.& 3.mentē ſuā exponit: illud autē primò decernit, naturam quę eſt operationis principium, aliquando dici principiū aſsimilās ſibi, & cōmunicās ſe, quod propriè natura appellatur; aliquando verò eſt duntaxàt principium operationis, etiam abſque aſsimilatione, & cōmunicatione. Et hoc quidèm modo poſteriori concedit voluntatem eſſe naturam; non verò priori modo: aſſeritq; Ariſtotelē ita

Scoti loca.

Principiū aſſertionū illius: Quòd natura, quæ eſt principium operationis, aliquādo eſt principium non aſſimilans, nec cōmunicās ſe, vt voluntas.

A diſtinxiſse voluntatem à natura, & naturale à libero, vt in omni operatione volūtas quæ à natura diſtinguitur, operetur vt libera. Quod multis argumentis confirmat.

Sed tamen illud iam ſuprà refutatum eſt, quòd ſit principium aliquod efficiēs ſine aſsimilatione & communicatione; quare non ſcitè diſtinguit Ioan. Scotus duos illos modos naturę. Prętereà per illos duos modos non ſatis diſtinguit voluntatem à natura, vt conatur; quid enim prohibet cum aſsimilatione libertatem coniungi? vt parentes qui liberè B procreant filios: Imò ars per quam aſſimilamus manufacta, pēdet à libera voluntate; & ipſam ſimilitudinem quam effingimus, liberè volumus, & eligimus: non ergo diſtinguitur natura à voluntate per hoc, quòd natura ſit principium cum aſsimilatione, & communicatione. Verum eſt, quòd natura eſt determinata ad vnum, & ideò affert determinatam ſimilitudinem; voluntas verò eò eſt libera, quia eſt indeterminata, & eligit ſimilitudinem, quam inducat hanc, vel illam. Et hoc quidèm differunt.

2. Refutatur 1. 2. pars principij ex cap.19 num.6. Refutatur 2. Voluntas libera poteſt aſsimilationē afferre, & cū ea coniungi. 1. Exemplum Secundum.

Natura affert ſimilitudinem determinatam Volūtas ſimilitudinē hanc, vel illā, quam eligit.

C Secundò igitur loco, quia dilectio Dei qua ſe ipſum diligit, eſt omninò neceſſaria; vt eam quoque liberam Ioan. Scotus conſtituat, ſiquidèm eſt operatio voluntatis, quàm ſemper vult eſſe liberam; inueſtigat in quo conſtituenda ſit ipſa ratio, notioque liberi? Ait ergo aliquam operationem poſſe eſſe neceſſariam, ſi cum obiecto conferatur, quæ tamen comparata cum voluntate non ſit neceſſaria; verbi gratia, diuina dilectio qua Deus diligit ſe ipſum, vt refertur ad ſummum bonum dilectum, eſt ſanè neceſſaria; ſed tamen quatenùs eſt operatio voluntatis liberæ, libera eſt non neceſſaria. Hoc autem adhùc diſtinguit, D quia dū operatio hæc conſideratur quaſi emanans à voluntate, poteſt intelligi quædam neceſsitas antecedens in ipſa voluntate, qua neceſsitate voluntas inducta operetur, & hoc ait eſſe contra libertatem voluntatis. Poteſt verò conſiderari neceſsitas cōcomitans, quia ipſa voluntas vult operationem ſuam eſſe neceſſariam; & hanc neceſsitatē nobis permittit Scotus in proceſsione Spiritus Sancti. His ſimilia opinatur Henric. apud Scotum affirmans ſpirationē eſſe neceſſariam, non prout coniungitur cum

3. Circa neceſsitatem 2.proceſ. 1.aſſer. *Scoti* Quòd volūtas ſēper eſt libera: & operatio reſpectu volūtatis libera, poteſt eſſe neceſſaria reſpectu obiecti. Exemplum.

2. Aſſertum. Quòd in volūtate nō ſit neceſsitas ad operandū antecedēs operationē illi⁹ neceſſariā 3. Aſſertum. Quòd in volūtate ſit neceſsitas cōcomitās eā operationē. Declaratur.

2.&3. aſſert. eſt *Gand. apud Scotum.*

Digitized by Google

cum voluntate, ſed prout coniuncta eſt cum diuina natura.

4.
2. aſſertum.
Refellitur 1. ex dictis cap. 6. num. 6.

In his autem videtur pluribus modis errare: primo, quòd concedit neceſsitatem operationis circa obiectum, quā in ipſa potentia negat: obiectum enim in quadam antecedentia, prius cōiungitur cum potentia, quàm cū operatione quæ eſt à potētia ipſa cum obiecto cōiuncta; licet aliàs potentia coniuncta cum obiecto, per operationem iterum cū eodē obiecto copuletur.

Refellitur 2. Operatio quicquid habet, à potētia habet.

Præterea, operatio quicquid habet, ab ipſa potentia habet; ipſam ergo neceſsitatem qua cum obiecto coniungitur, habet à potentia.

Refellitur 3. Quòd operatio reſpiciat obiectū, etiā in operatione contingenti inuenitur. Quòd operatio exiſtat, & neceſſariò exiſtat, à potentia eſt.

Adhùc verò, neceſsitas operationis eſt ſecundū quod operatio exiſtit: nam quòd operatio reſpiciat obiectum, etiam inuenitur in operatione cōtingēti, & creata; ſed quòd neceſſariò exiſtat operatio circa obiectum, à potentia proficiſcitur, ſicut & ipſum eſſe operationis: eſſe enim & neceſſariò eſſe ab eodē eſt. Cū ergo in Deo priùs meditemur voluntatem, quā operationem voluntatis; non poſſumus intelligere operationē neceſſariam, niſi neceſsitate quam habeat ab ipſa voluntate, à qua eſt operatio noſtro modo intelligendi.

5.
Refellitur 4.
Libertas ex parte potētiæ eſt vera libertas quoad exercitiū, qua actus poteſt eſſe, & non eſſe.

Illud verò etiam obſeruandum eſt, quòd neceſsitas ex parte obiecti, videtur eſſe neceſsitas quoad ſpecificationē; ex parte verò potentiæ quoad exercitiū, vt aiūt. Quòd ſi nō eſſet neceſsitas quoad exercitiū, eſſet vera libertas; & actus poſſet eſſe, & nō eſſe, & ita proceſsio diuina eſſet contingens: Quod tamen Ioān. Scotus Catholicè ſentiens non vult, cum dicat neceſſariam eſſe proceſsionem.

6.
3. aſſertum. Refellitur. Si in voluntate diuina ante operationē nō eſt neceſsitas vt operetur, eſt contingentia, vel libertas ad velle, & nolle, contra Patres, & Concilia.

Peius verò eſt quod ait, ſi ea operatio cum voluntate comparetur, neceſsitatem non antecedere operationem. Si enim in voluntate diuina non eſt neceſsitas vt operetur, eſt cōtingentia, vel libertas ad operari, & non operari: quare etſi ex altero capite dicat Ioan. Scotus Deum ſe neceſſariò diligere; hæc tamen eſſet vera propoſitio, In voluntate libera Dei eſt diligere, & non diligere ſe; & in voluntate eius eſt non generare Filium; contra definitiones Patrum, & Cōciliorum. Profectò verum eſſet dicere, quòd Pater voluntate libera advtrumq; generat; in cuius voluntate ſit velle, & nolle generare. Si enim non eſt in voluntate eius neceſsitas; non eſt neceſſe in voluntate eius, quòd velit generare; ergo eſt in voluntate eius velle, & nolle.

7.
4. aſſertum. & adiuncta declaratio.

Id verò quod adijcit eſſe neceſsitatem concomitantem, errorem eundem confirmat; explicat enim quòd voluntas ipſa vult illum actum eſſe neceſſarium; & ita voluntas præbet actui neceſsitatē concomitantem, ipſa tamen nullā neceſsitate inducta.

Refellitur efficaci dilēmate.

Quærimus enim an voluntas velit ſuum actum eſſe neceſſarium, neceſſariò an liberè? ſi enim hoc neceſſariò vult, iam neceſsitate naturali inducitur, nunquam tamen coacta; ſi verò hoc ipſum non neceſſariò vult, poteſt ergo non velle: quòd ſi nollet actū ſuum eſſe neceſſarium, ille nō eſſet neceſſarius, vel voluntate inuita neceſſarius eſſet; omninò ergo libertas ab ipſa volūtate tollenda eſt ad hunc actum, & inducenda neceſsitas.

Alia declaratio quòd ea vocetur neceſsitas firmitatis. Refutatur.

Illud verò etiam cauendum, quod vocant hanc neceſsitatem firmitatis; firmitas enim eſt conſiſtentia in propoſito: ſi autem ea ſola neceſsitas in diuina proceſsione eſſet, non ampliùs neceſſaria eſſet proceſsio perſonarum diuinarum, quàm creaturarum: propoſitum enim voluntatis diuinæ ſemper eſt firmum, & ipſe vult firmum eſſe, liberè tamen vult, & poteſt velle, & nolle.

Propoſitū voluntatis Dei etiā circa creatūras, ſēper eſt firmū, & ipſe vult firmū eſſe, ſed liberè. Scotus re ipſa à Theologis pleriſq; differt

Quamobrem Scotus non equidem nomine tenus à Theologis, pleriſque differt, ſed de re ipſa deſcordat. Quòd etſi locis recitatis, & in quodlib. quæſt. 16. explicet Filium procedere liberè, id eſt, non coactè, ſed ſponte: rectè hæc quidem: ſed quòd operationem cum voluntate cōparatam contendit non eſſe neceſſariā, ſed aliunde neceſſariam eſſe, hoc eſt quod in illo reprehendimus.

8.
Contra dicta aſſerta concl. S. Thomæ: Voluntas circa primū obiectum libera non eſt, ſed natura
1. Probatio.

Melius ergo eſt dicendum cum S. Thom. 1. 2. quæſt. 10. art. 2. quòd volūtas ipſa libera circa primum obiectū, libera nō eſt, ſed natura; libertas enim fundatur in ipſa natura voluntatis, quæ eſt ad bonum; primum autem bonum, & finis vltimus eſt obiectum adæquatū, quod dat ſpeciem potentiæ: neceſſe eſt ergo, quòd in omni operatione illud reſpiciat. Bonum ergo quod non eſt neceſſariò coniunctum cum vltimo fine, voluntas non appetit determinatè, ſed eſt indeterminata ad hoc, & illud: Ad vltimum verò finem non eſt indeterminata, aliàs

Volūtas ad primū bonū, & vltimū finē non eſt indetermi-

nata, aliàs eſſet indetermina-ta ad obiectum ſuū adæquatū quod determinat illam.

Liberū eſt indeterminatum *Ariſtot.* *S. Thom.*

Obiect. Occurritur.

aliàs eſſet indeterminata ad obiectum A ſuum adæquatum, quod non poteſt intelligi; cum obiectum determinet potentiam. Ideoque circa vltimum finem non eſt libera, quia liberum eſt indeterminatum, vt docet Ariſtotel. 1. Ethicor. & S. Thom. 12. & nos aliàs impenſiùs tractabimus. Neque per hoc inducitur neceſsitas diuinæ voluntatis, neceſsitas inquam, coactionis aut ex parte agentis, aut ex parte finis; ſed illa neceſsitas quę eſt primum, quæ cauſam non habet, vt Ariſtot. ait.

Declaratur 1. concluſio ſupra c. 54. n. 1.

Ex eo enim quòd omne diligibile reuocatur ad primum diligibile, & finem vltimum, quę eſt diuina eſ- B ſentia; voluntas diuina per operationē intellectus coniuncta cum primo diligibili, & fine vltimo, infinita vnitate, neceſsitate ipſa primi appetitus, cui° nùlla eſt cauſa, ſed ipſe eſt cauſa cęterorum, elicit noſtro modo intelligēdi operationem omninò neceſſariam, & nullo modo liberam, quæ eſt ratio totius libertatis cōſequētis.

Primi appetit° circa primū appetibile operatio eſt neceſſaria, & ratio totius libertatis conſequentis.

Quare autē ea operatio, quæ naturalis eſt, nō ſit per modum naturæ, ſed per modum voluntatis, ſuperiùs explicatum eſt.

9.

2. probatio. ad hominem contra Scotum relatū c. 45. & 50. p. 1. n. 4. 5. & deinceps & c. 5. n. 7.

Hęc etiam opinio Scoti diſcordat ab alia eiuſdem Scoti exiſtimatione, quòd C Spiritus Sanctus non procedat de dilectione diuina, ſicut nec Verbum de cognitione. Nam ſi ſpiratio, qua Pater ſpirat, eſt neceſſaria neceſsitate inducta per actum voluntatis; ergo actus voluntatis, ſcilicèt diuina volitio antecedens, habet rationem principij inducentis neceſsitatē ſpirationi: neque enim poteſt dici quòd ipſa ſpiratio inducat ſibi neceſsitatē, nam volitio reflectitur, vt eâdem volitione velit Deus ſe velle; ſed ſpiratio non reflectitur, quia Deus non ſpirat ſe ſpirare: ergo hæc neceſsitas inducitur per antecedentem actum volitionis. D Et ita ex ſententia Scoti diuina volitio eſt productiua Spiritus Sancti, quod eſt cōtra ipſum Scotū; nam cū ab ea volitione ſpiratio habeat neceſsitatem, ea volitio pertinebit neceſſariò ad principium ſpirandi.

Spirat. ſi habet neceſsitatē ab actu volūtatis, habet illā non à ſe, ſed à volitione antecedēte, quę proinde eſt productiua Sp. Sancti.

Spiratio nō reflectitur, vt eàdem ſpirat one ſpiret Deus ſe ſpirare: volitio maximè.

10.

3. probatio. Actus voluntatis ſi inducit neceſsitatem ſibi, priùs intelligitur ipſe vt per ſe habens neceſsitatē, ſicut & eſſe à voluntate.

Ex quibus iterum conficio argumentū contra hoc Scoti figmētū: nam ſi ipſe actus volūtatis inducit neceſsitatē ſibi, quam ſcilicèt non habet à voluntate, vt potētia libera eſt; ergo actus ipſe, vt inducēs neceſsitatē, pri° intelligitur; ergo ipſe, vt inducens neceſsitatē, per ſe eſt A neceſſarius; ergo à volūtate, à qua eſt, habet neceſsitatem, quod Scotus recuſat.

11.

Circa naturalitatē 2. proceſ. 1. Aſſertum *Scoti:* Quòd proceſ. Sp. Sācti eſt naturalis à natura, & à volūtate non vt volūtas eſt ſed vt cōiūcta, & eadem cum natura.

At verò art. 3. eiuſdē quæſtionis Ioan. Scotus ait proceſsionē Spiritus Sancti eſſe naturalē, ſcilicèt à natura, vt eſt cōmunicandi, & aſsimilandi principiū: quia Spiritus Sanctus procedit ſimilis in natura; naturam autem vt ſic, omninò diſtinguit à voluntate. Quamobrem ait hunc modum naturalem operandi eſſe coniunctum cum diuina voluntate, eò quòd ipſa voluntas eſt natura diuina; ita tamen vt hic modus operandi naturali- B tèr non antecedat operationem voluntatis, quia euerteret eius libertatem: ſed duntaxàt concomitetur operationem.

2. Aſſertum. Quòd in volūtate nō ſit ea naturalitas operādi antecedēs operationē: ſed tantum concomitans.

Declaratur vtrūq. aſſertum.

Itaque operatio ipſa notionalis eſt, inquit, à voluntate, nō tamen vt à natura, ſed vt à principio libero concomitante naturali modo operandi ex coniunctione voluntatis ad naturam; vt ſicut volūtas diuina habet dilectionem neceſſariā quia eſt infinita, ita habet naturalem operationem eò quòd ipſa eſt natura diuina: ita tamē vt nec neceſsitas, nec mod° naturalis operādi, ſiue naturalitas, vt ait, antecedat operationem, ne occupetur libertas.

12.

Principij de quo n. 1. declaratrix propoſ. Quòd ſcil. volitio nullo modo eſt cōmunicatiua, aut naturalis, licèt ſpiratio talis ſit vt in 1. aſſerto

C Itaque nō ſolùm exiſtimat neceſsitatem volitionis non prouenire à voluntate, eò quòd eſt libera, quod iam cōfutauimus: Sed credit etiam volitionem nullo modo eſſe cōmunicatiuā, aut naturalē, quia voluntas non eſſe natura. Et cū neceſſe ſit concedere ſpirationem diuinā eſſe naturalem, qua ſcilicèt cōmunicatur natura, excogitauit quod diceret, ſcilicèt ſpirationem non eſſe naturalem, vt à voluntate eſt, ſed vt volūtas eſt cum diuinâ naturâ coniuncta.

13.

Hæc propoſitio improbatur 1. prout volitionē negat eſſe communicatiuam.

Tales profectò ſunt vanarū opinionum molitiones, quæ nullo connixæ fū- D damento, quacunque ratione oppugnātur, facilè collabuntur. Primò, falsò credit Scotus voluntatem non communicare ſe, quia libera eſt. Nam in quauis actione, etiam libera, eſt quędam cōmunicatio; quia omne agens dat eſſe, quod habet; at verò dare eſſe, eſt cōmunicare.

Improbatur 2. prout negat eſſe naturalem.

Deinde immeritò negat actionē voluntatis poſſe eſſe naturalem: nam id, quod eſt ingenitū, & profluens ab eſſentia rei, neceſſariò dicim° naturale: ergo ea actio volūtatis, quæ ab illa neceſſariò dimanat, naturalis eſt, vtpotè inſita ex natu-

Digitized by Google

1.aſſertum. Refutatur.1.

Si volūtas ex propria ratione non poteſt operari naturaliter, nulla coniunctione id poteſt.

Confirmatur Refutatio.

Operatio eſt naturalis à principio proximo, à quo habet ſpeciem.

Refutatur.2. Ex ipſo Scoto naturale & liberum nō cōuenit eidē potētiæ: vnde minus cōuenit eidē operationi.

Refutatur.3. Sequitur quòd vt operatio, ita ipſa volūtas ex cōiunctione ad naturā ſit naturalis potentia in Deo.

Item in nobis

natura ſiue eſſētia rei. Prętereà cum iſta A accōmodat diuinæ proceſsioni,quā Catholicè confitetur naturalē eſſe,& naturā diuinam cōmunicari per illam; valdè eſt futile quod ait, voluntatem diuinam coniunctam cum natura diuina, non ex ſe, ſed ex coniunctione, operari naturalem operationem: nam ſi voluntas ex propria ratione non poteſt operari naturalitèr, vt Scotus vult, nulla coniunctione hoc habet, vt naturaliter operetur;quia ratio propria, quæ eſt definitio, variari non poteſt. Et confirmatur,quia operatio eſt naturalis à principio proximo, à quo habet ſpeciem; quia aliàs omnis operatio eſt à natura, vt à principio principali,& tamen non omnis operatio, quæ eſt à natura, naturalis eſt: nihil ergo valet coniunctio voluntatis cū natura,ad hoc vt operatio voluntatis ſit naturalis. B Idem comprobatur, nam ex ſententia Scoti naturale,& liberum maximè differunt,ita vt non poſsint eidem potentiæ conuenire, ne dicam, eidem actioni; igitur ſi operatio voluntatis diuinæ, vt eſt ab illa, eſt libera,nulla coniunctione fit,vt ſit eadem naturalis, ſed erit alia proceſsio naturalis, alia libera, ſicut Scotus vult potentiam naturalem, & liberam non eſſe eandem. Adhùc illud ſequitur, vt ſicut voluntas cum naturâ copulata, operatur naturalem operationem; C ita & ipſa voluntas ex coniunctione eadem ſit naturalis: modus enim naturalis, qui operationi aduenit, cur non adueniet potentiæ ex cauſa eadem, ſcilicèt ex coniunctione ad naturam? Eſt ergo ſaltèm diuina voluntas ex coniunctione ad naturam diuinam naturalis potentia;& operatur vt natura, quod Scotus negat. Imò & in nobis quoque id permittendum erit, vt quia volūtas copulatur cum natura,cui ineſt,poſſit efficere naturalem operationem.

14.
2.aſſertum. Refellitur. 1.

Si volūtas ex coniunctione ad naturā nihil habet naturale, ſaltēm vt eſt principium ſpirādi, etiam vt coniuncta, nō operatur naturalitèr.

Sed magis adhùc admirandum eſt, D quod addit Scotus, nihil eſſe in diuina voluntate naturale, quod antecedat illius operationem. Nam ſi voluntas diuina ex coniunctione ad naturam, nihil habet naturale,ſaltem in ratione principij, nullo modo poteſt intelligi quòd etiam ſic cōiuncta naturalitèr operetur. Eſt autem voluntas potentia ſpirandi, vt cum cæteris Scotus concedit; potentia autem ſpirandi naturalis eſt,cum ſpiratio ſit naturalis proceſsio ſecundum fidem Catholicam, qua ſcilicèt communicatur natura diuina. Ergo aliquid naturale eſt in diuina voluntate antecedēs ſpirationem,ſaltem in ratione principij, vel omninò dicendum eſt ſpirationem non emanare à voluntate naturalitèr, etiam vt voluntas cum natura coniungitur, quod tamen Scotus iure optimo recuſat. Quòd ſi ille modus naturalis nō proficiſcitur à voluntate; nihil ſanè neceſſe eſt coniungere volūtatem cum natura;quod Scotus facit, vt oſtendat poſſe dici naturalem ſpirationem. Et veniendum erit ad maius aliud erratum, vt dicamus diuinam naturā eſſe quaſi partiale principium ſpirationis, ita vt non media volūtate,ſed per ſe ipſam tribuat illi eſſe naturale; quæ res plurimis erroribus implicata eſt:nam ſi natura diuina eſſet partiale principium ſpirationis, eſſet inter potentias proximas numeranda. At verò in Deo ſolas duas potentias nouimus, ſcilicèt intellectum, & voluntatem; neque in Philoſophia auditū eſt, quòd natura,hoc eſt, eſſentia, nullâ mediâ potentiâ, operetur. Prætereà cum ſpiratio ſit actus voluntatis, vt Scotus concedit,nihil iſte actus haberetà natura proximè, niſi illud eſſe naturale: modus autem intrinſecus,qui à re quapiam non diſtinguitur, non eſt à diuerſo principio,ſed ab eodem à quo res deriuatur: ergo cum ſpiratio ſit actus voluntatis, hoc, quod additur, naturalis, ab eadem voluntate eſt. Quòd ſi modus hic naturalis à voluntate eſt, neceſſe eſt,vt in voluntate etiam præintelligatur, quicquid velit Scotus.

Si volūtas ipſa non operatur naturaliter, ſuperflua eſt cōiunctio illius cum natura.
Refellitur.2.

Si natura diuina eſſet partiale principium ſpirationis, eſſet potētia proxima.

Refellitur.3.

Modus intrinſecus rei ab eo dē principio, à quo res, deriuatur.

15.
Scoti ſentētia recolitur.

Scotus igitur omni conatu elaborat, vt ſpirationem quam Catholicè dicit eſſe proceſsionem naturalem, relinquat liberam vt eſt operatio voluntatis:nam proptereà affirmat in voluntate non antecedere aut neceſſarium quid, aut naturale;& in operatione ipſa ſpirādi permittit liberum, & naturale, quod in potentia,ſcilicèt in voluntate,non permittit. At verò nos contra hoc oſtendimus, in potentia quidèm inueniri naturale,& liberum,ordine quodam; in operatione autem inueniri non poſſe,vt ſimul ſit naturalis, & libera. Nam potentia eſt ad actus oppoſitos, quarè eadem voluntas poteſt operari naturalitèr,& liberè;operatio verò eſt determinata, & oppoſita alteri, vt quæ naturalis eſt, & neceſſaria,

Oppoſita ſententia vera.
In potentia inuenitur naturale & liberū,ordine quodam. In operatione hæc ſimul non inueniuntur.
Ratio.

Digitized by Google

non poſsit eſſe libera, & contingens.

16.
Rada contr. 13. vult cõciliare Scotũ cũ S.Thoma.

Aliqui ſectatores Scoti cupiunt hac in re illum cum S.Thom. cõciliare; quia quod Doctor Sanctus dixit ſpirationem non eſſe per modum naturæ, Scotus dixerit non eſſe naturalem, vt à voluntate eſt; & verbis illos diſſenſiſſe, non ſenſu. Sed ex ſuperiori diſputatione liquet lõgè diſcordaſſe Scotum à veritate, quam S.Thom. tradit planiſsimè, docens etiã in nobis eſſe operationem voluntatis naturalem, à voluntate, vt natura eſt, deriuatam: quod capite ſequenti explanabimus.

Diſsiduũ clarum apparet, vt cap. 55. p. 2. num. 3.

17.
Scoto cõformis aſſertio *Radæ cit.* Liberũ ppriè, & formaliter eſſe, quod operatur ex finis, ac mediorum cognitione.
Iudicatur corrigẽda, & Luthero liberum arbitriũ negãti conſona.

Sed his ſubijciunt aliud aſſertum falſum, &, vt videtur, corrigendum, quod ab Scoto accepere in quodlibet. q. 16. aiunt enim liberum propriè, & formalitèr eſſe, quod operatur ex fine præcognito, etiam ſine conſilio, & electione, cũ operatio eſt naturalis. Nam Lutherus impuriſsimus, qui liberum arbitrium è medio tollit, non negat homines eſſe rationis compotes, qui norint quid faciãt, & ad quos fines res quæque referantur. Quòd ſi hoc non eſt ſatis, vt verè liberi ſimus, aliàs prædeſtinati ad malum, vt ille impius affirmat; nõ rectâ hoc trutinâ iſti Doctores pẽſarunt. Nõ ergo eſt liberum dicendum, quod cognoſcit finem, & media; ſed quod poteſt operari, & non operari, vt S. Auguſt. docet lib. 3. de libero arbitrio cap. 3. quod tomo 2. plurimis confirmabimus. Mittant ergo liberam iſtam proceſsionem, quę libera non eſt, & fateantur cum cæteris Doctoribus naturalem; volũtariam quidem, hoc eſt, voluntate complacẽte, ſed naturali actu voluntatis.

Vera aſſertio. Liberum eſt, quod poteſt operari, & nõ operari.
S. Auguſt.

18.
Scoti dictũ quoddam.

Nihilominùs pro Scoti partibus, ſciẽdum eſt ipſum in quodlibet. q. 16. art. 1. dixiſſe eodem genere liberi Patrem ſe diligere, & Spiritum Sanctum producere. Qua ex re nullam cauſam poſſunt hæretici arripere dicẽtes Spiritum Sanctum creaturam; aliàs etiã dilectio, qua Pater ſe diligit, eſſet creatura, quia eodem modo eſt libera. Sed de ipſa ratione liberi non ſcitè philoſophatus eſt.

Ex eo dicto hæretici non poſſunt colligere Spiritum Sanctum eſſe creaturam.

Confirmatio.

19.
Confirmatur hæc veritas ſententijs Patrum, & Conciliorum decretis, quæ parte capitis prima commemorauimus: idcircò enim Filium non genitum

A voluntate negabant, ne cõcederent eſſe creaturam, ſi voluntate libera; vt voluntas eſt, dicerent genitum; ergo nec Spiritum Sanctum fas eſt dicere voluntate libera procedẽtem. Et quidèm S. Auguſt. lib. 1. de Rectis fid. dogmat. dixit Spiritũ Sanctum natiua proceſsione procedere: natiua, inquam, non quæ ſit natiuitas, ſed naturali.

S. Auguſtin. explicatur.

CAPVT LVI.

Argumenta refelluntur.

1.
Objiciuntur auctoritates.
S. Hilarij 1. locus.

B IN oppoſitum videtur ſtare auctoritas S.Hilarij lib. 3. de Trin. de diuina generatione diſputantis, *Vt voluit*, inquit, *qui potuit; vt ſcit, qui genuit*; quod autẽ facimus vt volumus, liberè facimus: & idem S.Hilar. lib. de ſynodis, quòd non naturali neceſsitate genuit Filium. Et S. Ambroſ. libr. 2. de fide, cap. 4. aſſerit generationem Verbi eſſe liberam; & idẽ docet S.Thom. de potent. q. 10. art. 2. ad 5. ait enim Deum liberè ſe amare, & ibidem docet Spiritum Sanctũ liberè procedere, & recitat pro eadem ſententia S. Auguſt. libr. 3. de Ciuit. Dei cap. 10. C aſſerentem neceſſarium, quod eſt volũtarium, non opponi libero. Pro qua eadẽ ſententia Richardus, & S. Bonauent. cũ alijs viris doctis cõmemorantur. Et adhùc S.Thom. 1. p. q. 41. art. 2. ad 3. docet Spiritum Sanctum procedere per modũ voluntatis; voluntas verò, vt voluntas eſt, libera eſt, vt ipſe Auctor docet; ergo procedit per modum libertatis.

Secundus.
S. Ambroſ.
S. Thom.
S. Auguſt.
Richard.
S. Bonau.
S. Thom.

2.
1. argum. ex *Ariſtotel*

Hoc idem probatur argumentis. Primum: Ariſtot. 9. Metaph. text. 3. 6. & 18. diſtinguit liberum à naturali; cum ergo voluntas ſit potentia libera, nullo modo naturalis eſt, aut vt natura operatur. Et D confirmatur, quia ipſa natura voluntatis eſt libertas, nihil ergo eſt à voluntate, quod non ſit liberum.

Confirm.

3.
2. argum.

Secundò: Vna, & eadem potẽtia vnũ habet operandi modum; ſed voluntas operatur vt libera; ergo non operatur vt natura.

4.
3. argum.

Tertiò: Quòd aliqua operatio voluntatis ſit neceſſaria, non obſtat quominùs ſit libera; eſt autem libertas perfectio voluntatis; ergo vtrumque tribuendum eſt diuinæ operationi, & quòd neceſſaria ſit, & quòd libera. Maior propoſitio à S. Auguſt. ſtatuitur in Enchirid. c. 14. vbi

S. Auguſt.

Digitized by Google

vbi docet, quòd non poſſe operari malum, non tollit libertatem. Et idem docet S. Anſelm. lib. de libero arbitrio c. 1.

S. Anſelm.

5. 4. argum. Quartò: Alia diſtinctio eſt contingentis, & neceſſarij; alia verò naturalis, & liberi: operationes autem naturales plures ſunt, quæ ſunt ſimul contingentes; ergo etiam poterit eſſe operatio libera, quæ ſit ſimul neceſſaria.

6. 5. argum. Quintò: Voluntas, vt voluntas eſt, libera eſt; ſed diuina voluntas continetur in notione communi voluntatis; ergo & ipſa, vt voluntas etiam diuina eſt, libera eſt; ergo in omni operatione eſt libera. Et confirmatur, quia diuinus Amor procedit vt donum liberum; ergo liberè procedit.

Confirm.

7. 6. argum. Sextò: Neceſsitas operationis voluntatis poteſt peti ab alijs principijs; nam Deum velle generare neceſse eſt, quia rectum, hoc eſt; Deum autē rectum eſse neceſse eſt, vt ait Henricus Gandauenſis: aut quia voluntas Dei eſt infinita, vt Scotus ait; ergo hæc neceſsitas nō opus eſt, vt petatur à voluntate, vt natura eſt, ſed ab alijs principijs.

ex Gandau. *ex Scot.*

8. 7. argum. Septimò: Chriſtus Dominus accepto præcepto, vt mortem perpeteretur, neceſſariò mortem eligebat; liberè tamen, quia erat illud opus ſummi meriti; ergo operatio neceſsaria poteſt eſse libera.

9. Vltimum ex *Nazianz.* Vltimum argumentum ſit acceptum à S. Gregorio Nazianz. orat. 5. Theolog. Si Pater generat naturaliter, cum eius potentia ſit infinita, conſequens eſt, vt generet infinitos filios, quod eſt impoſſibile, & hæreticum: ergo voluntate generat vnicum Filium, quem voluit, & nō alios.

Aduertenda.

10. 1. aduert. ex *Caietano* cōtra principiū Scoti cap. 55. p. 1. n. 1.

Liberum & naturale non diſtinguūtur vt res, ſed vt cauſæ.

PRo argumentorum confutatione inferenda eſt doctrina à Thom. Caiet. tradita 1. 2. q. 10. art. 1. quòd liberum, & naturale non diſtinguūtur vt res, ſed vt cauſæ: & ita eadem res poteſt eſse cauſa modò naturalis, modò libera. Hoc ergo Ioannis Scoti fundamento diruto, quòd ſcilicèt credit potentiam liberam, & naturalem eſse ſpecies rerum diſtinctas, tota opinio collabitur. Potentiæ ergo diſtinguuntur penes obiecta, non penes liberum, & naturale. Negandum tamen non eſt id, quod Caiet. loco eodem obſeruat, quòd voluntas, etiam vt res eſt, vendicat ſibi hoc, vt ſit cauſa libera, ita

Volūtati etiā vt res eſt, innatū eſt, quòd ſit cauſa libera.

A tamen, vt cauſalitas libera fundetur in natura; & ideò habet vtramque operationem, & naturalem, & liberam: ſicut intellectus noſter eſt potētia diſcurſiua; quia eſt illi innatum, vt veritatem ratione inueſtiget; ratio tamen, ſiue diſcurſus petitur à principijs per ſe cognitis; eadē ergo potentia quædam per ſe cognoſcit, quædam verò ratione deducit; & ideò dicitur potentia rationalis, ſiue diſcurrens, quia ex principijs abſque diſcurſu cognitis, colligit alia per diſcurſum. Ad eundem modum voluntas dicitur potētia naturalis; quia ex naturali appetitu finis, B ad quem eſt determinata, libera manet ad eligenda media: circa finem ergo eſt cauſa naturalis, circa media cauſa eſt libera.

Exemplū intellectus noſtri cognoſcentis per ſe principia, cui inſitum innatū eſt quòd ſit diſcurſu ex principijs per ſe cognitis.

Voluntas ex naturali appetitu finis ſecùs quē eſt determinata, libera manet ad eligenda media.

His verò adijciendum eſt, nos nominibus diuidere res ipſas, quamobrem ab eo, quod eſt proprium rei, dicimus nomen eius; dicimus enim hominem rationalem, quia vtitur ratione, hoc eſt, diſcurſu, & argumentatione; quamuis enim homo intelligat ſine diſcurſu principia, quemadmodum angelus, quia tamen hoc eſt commune illi cum angelo, C vti verò ratione eſt proprium; dicimus hominem non intellectualem, ſed rationalem; cum tamen vtroque ſit prædìtus, ſcilicèt, intellectu, & ratione. Et huiuſmodi plurima ſunt exempla: quamuis ergo voluntas habeat quaſdam operationes naturales; quia tamen hoc eſt voluntati commune cum alijs cauſis naturalibus, proprium autem eſt illi agere liberè; ideo voluntatem dicimus liberam, vt voluntas eſt, non quòd duplex ſit potentia, vt natura, & vt voluntas; ſed quia nomen ipſum voluntatis indicat libertatem. Itaque voluntas vt natura, hoc D eſt, ſecundum id, quod habet commune cum cæteris cauſis, quæ nomine naturæ continentur, operatur naturalitèr; ſed voluntas vt voluntas, hoc nomine indicante id, quod eſt proprium, non agit naturalitèr, ſed liberè. Cum igitur dicimus voluntatem, vt naturam, & vt voluntatem, non diſtinguimus rem ipſam; ſed eſt modus loquēdi, quo indicamus id quod habet voluntas commune, & id, quod habet proprium. Aliud verò longè diuerſum ſignificat operari per modū naturæ, quod ſuperius enarrauimus.

11. 2. aduert. Non ab eo quod eſt commune, ſed ab eo quod eſt proprium rei, ducitur nomen eius.

Exemplum.

Homo dicitur non intellectualis, ſed rationalis.

Voluntas, vt voluntas dicitur non naturalis, ſed libera.

Voluntas vt natura, & vt voluntas non ſunt res diſtinctæ, ſed commune, & proprium.

Aliud eſt operari per modū naturæ.

12. 3. aduert. At verò contra id, quod arguēdo obijcitur, quòd libera operatio ſit perfectiſſima

Operatio naturalis perfectior eſt libera, & fundamentum eius.
S. Athan.
S. Cyrill.
S. Thom.

ſima, dicendum eſt perfectiorē eſſe operationem naturalem, in qua fundatur libera, quod docuit S. Athanaſ. lib. 2. contra Arium, & S. Cyrillus lib. 1. Theſauri cap. 7. Nam, vt doctiſsimè commonſtrat S. Thom. ipſa voluntas libera reuocatur ad naturam, & idcircò tribuimus Deo generationem omni ex parte perfectā, ſcilicèt, quæ non ſit coacta, neque ſine complacentia voluntatis; nec tamen libera, ſed naturalis: & eadem profectò tribuenda eſt proceſsioni Spiritus Sancti. A

13.
4. aduert. ex *S. Thom.*
Voluntas determinata ad bonū, eſt magis, hoc eſt, perfectius libera.
Ratio.
S. Auguſt.
S. Anſelm.

Denique aduertendum eſt id, quod docet S. Thom. 1. 2. voluntatem determinatam ad bonum, & abhorrentem à malo, naturâ ſuâ eſſe magis liberam, hoc eſt, præditam perfectiori libertate: nam B poſſe peccare eſt poſſe deficere, & reuocatur ad impotentiam; quia non eſt potentia, quæ poſsit ſemper facere perfectum. Et hoc eſt quod S. Auguſt. S. Anſelm. & Patres frequentèr docent.

Reſponſio.

14.
Ad auctoritates.
Ad 1. locum *S. Hilarij.*

AD primum argumentum ex auctoritate Patrum reſpondetur, S. Hilarium non ſignificaſſe liberam Dei voluntatem, dicens, *vt voluit qui potuit*: ſed ſignificaſſe arcanum illud diuinę volūtatis qua Pater voluit generare, quod C non eſt minùs abditum, quàm ſcientia qua nouit ipſam generationem. Et in alterum locum dicimus, Hilarium negare in Deo naturalem neceſsitatē, quæ ſpōtaneum excludat. Ambroſius autem accipit liberum pro non coacto, vt ipſe explicat. At verò S. Thom. liberum pro ſpontaneo vſurpauit minùs propriè; ſed prima parte accuratiùs eſt loquutus.

Ad 2. locum. Neceſsitas naturalis ſumitur pro excludente ſpontaneum.
Ad S. Amb. Liberum pro non coacto.
Ad S. Thom. Liberum pro ſpontaneo.

15.
Replica.

Sed obijciunt contra hoc S. Thom. ibi oppoſuiſſe liberum coacto, ſiue violento; quarè loquutum fuiſſe propriè de libero, non de ſpontaneo. Reſpondēdum D eſt voluntatem id habere ex proprijs, vt non ſit coacta, etiam quando eſt naturalis; tunc enim maximè coacta non eſt, dum impetu naturæ fertur. Et idcircò S. Thomam docuiſſe, quòd neceſſarium nō euertit potentiam liberam, quam euerteret coactum.

Solutio. Voluntas nō eſt coacta, etiā quando eſt naturalis.
S. Thom.

16.
Ad 1. arg. ex *Ariſtot.*
Reſpond. 1. ex 2. aduertendo.

Ad primum argumentum, quo Ioannes Scotus vult, non ſolùm vera conuellere, ſed conſtituere impoſsibilia; reſpōdendum per ea, quæ notauimus, Ariſtotelem diſtinguere cauſam liberam à naturali; nuſquam verò ponit liberum, & naturale, vt rerum eſſentiales differentias: quod etſi faceret, adhùc dicendum eſſet, potentiam liberam diſtingui à non libera per hoc, quod poteſt exercere actum liberum, quem potentia naturalis non poteſt; ſed ipſa potentia libera, non eſt libera ad primas operationes. Quo pacto intellectus humanus diſtinguitur ab Angelico, quia eſt diſcurſiuus; etſi prima principia ſine diſcurſu percipiat. Ad confirmationem reſpondetur, non idem eſſe voluntatem, & libertatē, vt Scotus vult; nam libertas eſt nomen abſtractum à libero, & ſignificat modum entis, ſcilicèt eſſe liberum: & ita dicimus libertatem potentiæ, & libertatē actus, & libertatem operū quæ extra nos ſunt; non autem dicimus voluntatem potentiæ, aut actus, aut operum noſtrorum; quarè hæc ſynonima non ſunt; voluntas autem eſt potentia, quę poteſt etiam naturalitèr operari, ſicut & liberè.

Reſpond. 2. Vt liberum ſit differentia voluntatis, non opus eſt quòd ſit libera ad primas operationes: vt intellectus eſt diſcurſiuus, ſed non ad prima principia.
Ad confirm. Voluntas & libertas ſynonima non ſunt. Oſtenditur.

17.
Ad 2. arg. Vna potentia operatur pluribus modis, ſed ſub vna ratione formali.

Ad ſecundum reſpondetur negando antecedens, quòd vna potentia vnum habet operādi modum; nam intellectus modò ſimplicia apprehendit, modò cōponit; modò principijs aſſentitur, modò concluſiones deducit: operatur tamen potentia ſub eadē ratione formali adæquata, quæ in voluntate eſt bonum apprehenſum.

18.
Ad 3. arg. Reſpond. ex cap. 55. p. 2. n. 4. & ex 4. aduert.

Ad tertium dicimus, operationē quæ eſt omni ex parte neceſsaria, non eſſe liberam, vt contra Scotum oſtendimus. Nec S. Auguſt. contrarium ſentit, quem in notationibus commentati ſumus; negamus etiam, quòd operatio libera ſit perfectior.

19.
Ad 4. arg.

Ad quartum reſpondetur, concedendo non eſſe diſtinctionem eandem contingentis, & neceſſarij; naturalis, & liberi. Eſt tamen omne liberum contingens in rebus creatis: in Deo autem liberum, etſi non ſit cauſa contingēs, eò quòd eſt cauſa prima; poteſt tamen eſſe, & non eſſe, vt diſputabimus tomo 2. & ideò liberum, & neceſſarium ſemper opponūtur, etiam in Deo: libertas enim eſt ad plura, non ad vnum.

Liberum & neceſſarium ſemper opponuntur, etiam in Deo.

20.
Ad 5. argum. Reſpōd. ex 2. aduertendo.

Ad quintum reſpondetur, quòd morę loquendi voluntas vt voluntas, dicitur voluntas vt libera; vt plurimùm enim dicimur id velle, quod eligimus; ſed tamē, ſi de re ipſa ſit ſermo, volūtas vt voluntas

luntas

Digitized by Google

luntas non eſt ſolùm libera: ſed eſt facultas appetendi bonum, ſiue naturali impetu, ſiue deliberando, & eligendo. Et idem dicimus de voluntate diuina. Ad confirmationem reſpondetur Spiritum Sanctum dici donum liberum; non quia liberè procedit, ſed quia liberè datur: hoc enim pertinet ad rationem doni, vt detur liberè; vel vt poſsit liberè dari, quod lib. 6 declarabimus.

Ad confirm. Spir. Sanctus dicitur donũ liberum, quia liberè datur.

21. Ad 6 argum. Dilectio neceſſaria circa obiectum neceſſarium, eſt neceſſaria a eiuſmodi obiecto, atque adeò à potentia naturaliter in illud propenſa.

Nõ eſt libera: cõtra *Gãd.*

Ad ſextum reſpondetur, quòd neceſſitas rectitudinis ab obiecto voluntatis petitur; ideò enim Deus rectus eſt, quia non poteſt velle malum, aut nolle bonũ; & quia ipſe eſt ſummum bonum, nõ poteſt non ſe diligere. Neceſsitas autem, quæ ſumitur ab obiecto voluntatis, maximè pertinet ad ipſam naturam volũtatis: eſt enim voluntas ſuâpte naturâ ad obiectum ſuum determinata, ac deſtinata; & hæc operatio diuina petita à rectitudine circa obiectum neceſſariũ, non eſt libera, vt vult Hẽricus Gandau. ſed eſt neceſſaria. Voluntas verò diuina non ideò habet operationem neceſſariã, quia eſt infinita, quod ait Ioannes Scotus: nam Beatorum operatio, qua Deum diligunt, neceſſaria eſt, cum tamen ſit finita: & dilectio, qua Deus nos diligit, eſt libera, eaque infinita. Eſt ergo neceſſaria dilectio, qua Deus ſe diligit, ex obiecto neceſsitate petita, quia diligit infinitum bonum; & ita ex ipſa natura voluntatis, quæ eſt determinata ad bonũ, eſt dilectio neceſſaria. Verum eſt, quòd ipſa dilectio diuina ex infinitate ſua eſt ens neceſſarium: dilectio enim Beatorũ non eſt ens neceſſarium, ſed contingens, cum poſsit non exiſtere; dilectio verò diuina eſt ipſa eſſentia diuina, & idcircò eſt ens neceſſarium: & ipſa dilectio, qua nos Deus diligit, quæ poteſt non eſſe dilectio noſtri, eſt tamen ens neceſſarium: quia non poteſt non eſſe diuina eſſentia. Nos verò loquimur de dilectione, quæ neceſſariò coniungitur cum aliquo obiecto; quo pacto dilectio Dei erga nos non eſt neceſſaria. Dicimus igitur dilectionem neceſſariam circa aliquod obiectum neceſſarium non eſſe liberam; & eius neceſsitatem negamus prouenire ab alio principio, niſi à naturali propenſione voluntatis in illud obiectum.

Non eſt neceſſaria ex eo q̃ ſit infinita: cõtra *Scotũ*. Probatur. 1. Secundò.

Declaratur.

22. Ad 7. argum.

Ad ſeptimum longiſsima futura fuiſſet reſponſio, ſi eſſet tota difficultas tractanda, quæ alio loco diſputabitur. Di-

A cimus tamen electionem liberam, qua Chriſtus Dominus voluit mortem appetere accepto à Patre præcepto, ſequutã fuiſſe iudicium liberum, & veram deliberationem; in qua ſibi proponebatur illud præceptum, nõ vt neceſſarium, ſed quod cum eſſet cõtingens, poterat eſſe, & non eſſe. Et ideò voluntas Chriſti, vt ſpectabat hoc iudicium, erat verè libera, & ad vtrumuis indeterminata. Itaq; ipſa obedientia, qua præcepto conſenſit, erat medium ad ſalutem noſtram deſtinatum; medium tamen non ſimplicitèr neceſſarium, quia potuit eſſe aliud
B medium: deliberans igitur Chriſtus de hoc, & alio medio, liberè hoc elegit, & fuit electio ex hac parte, non neceſſaria, ſed libera; quia potuit illa electio nõ eſſe in ſenſu diuiſo, ſi præceptum non eſſet. At verò diuina bonitas proponitur diuinæ voluntati, non vt medium indeterminatum, ſed vt finis vltimus, & adæquatum obiectum, ad quod conſequitur operatio, non libera, ſed ſimplicitèr neceſſaria neceſsitate repugnante operationi liberæ.

Præceptum moriendi pro nobis proponebatur humanę voluntati Chriſti, vt cõtingens, & nullam naturalem connexione habens cum illa.

Præter obedientia præcepti potuit eſſe aliud mediũ ad ſalutẽ noſtram.

Electio obediendi potuit nõ eſſe in ſenſu diuiſo, ſi præceptũ non eſſet.

Diuina bonitas proponitur diuinæ voluntati, vt finis vltimus, & obiectum adæquatum.

23. Ad vltimum. Cum non poſſit generari niſi vnus Filius infinitus, Pater vnum vult nõ libera, ſed naturali complacentia.

Vltimum argumentum Arianorum parui eſt momenti; aimus enim Patrem
C generare totum quod poteſt, quia generat Deum; neque infinita potentia amplius quid poteſt, quàm vt per illam generetur Deus infinitus. Itaque quòd Filius ſit vnus, non refertur ad volũtatem Patris, ſed ad potentiã, & naturam; quia totâ potentiâ ſuâ generando, ſemel genuit totum, & nihil ſuperfuit generandum. Negatur ergo conſequentia, quòd ſi Deus Pater generat naturalitèr, poſsit generare plures filios; neque genuit vnũ, quia voluit, potens generare plures ſi vellet: ſed potiùs, cum non poſſet generare niſi vnum; quia Filius genitus adæ-
D quat totam potentiam generatricẽ; hoc ipſum, quod pro natura vtriuſque neceſſarium erat, Pater voluit, non libera electione, ſed naturali complacentia, vt dictum eſt.

CAPVT LVII.

Voluntas concomitans prioritate rationis antecedit originem.

1. Negant *Alenſ.*

QVæſtio eſt, quæ vtriuſque partis nõ minùs doctos, quàm acris ingenij habet aſſertores; negant enim Alexãd.

Alenſ.

S.Bonau. Richard. Gandau. Capreol. Ferrar. Affirmant Caiet. Scot.

Alenſ.1.p.q.42.memb.5.art.1. S.Bonauent.d.6.q.2. Richard. ibidem, & Henric.Gandau.in ſumma ar.58.q.2.& poſt iſtos Ioan.Capreol.d.6. q.1.& Franciſcus Ferrar.1.contra gent.cap.11.&alij. Affirmant autem Thom.Caiet.q.41.ar.2.& Ioan.Scotus d.6.q.1.cum alijs.

2.
1.prænot. In Deo voluntatem antecedentem liberā, & effectricem generationis negat cū alijs Patribus S.Cyrill.

Id autem procul abeſt à dubio, quòd nihil de hac re Patres ſtatuerint, quos cap. ſuperiori retulimus: cum eis enim conſentimus voluntatem diuinam non antecedere generationem, nec vt liberam, nec vt efficientem cauſam; ſic enim explicandi ſunt. Quod S. Cyrill. dixit expreſsiùs Dialogo de Trinit. libr. 2. *Præterea, & in aliam quandam abſurditatem periculosè labuntur, quòd dicendum putant de Deo, ac Patre, antiquiorem eſſe voluntatē, quàm Filiū.* Sanè antiquitas, temporis indicat prioritatem. Quo pacto voluntas Dei eſt antiquior creaturis. Et poſt pauca manifeſtò volūtatem concomitantem declarauit. *Fuerit autem ſimul Pater Deus, & volens vt eſſet Pater; eſt enim non ſine voluntate, quod eſt, neque neceſſariam in hoc ſuſtinet volitionem*, id eſt, non volitionē coactam. *Quemadmodum videlicèt ſi intelligatur ſanctus, & bonus, & volens eſſe quod eſt.* Doctè nimirùm explicauit voluntatem generandi ita inueniri in Patre generante, vt ſanctitas, & bonitas, & cætera attributa; ita vt non priùs tēpore voluerit generare, ſed ſimùl & voluerit, & genuerit; ſicut ſimul Deus eſt, & Pater eſt. Quod fortè à S. Cyrillo hauſit Magiſt.d.6. vbi explicat volūtatem antecedentem, vel præcedentem intelligi efficientem, qualitèr Eunomius accipiebat; & ait, *Volens tamen genuit; ſicut potens genuit, & bonus genuit, & ſapiens genuit.* Quæ ſunt ſimilia apud S.Cyrillū. Probè autē notat ita hæc nomina apud Patres explicanda eſse, vt accipiebantur ab hæreticis, cū quibus illis res erat. Quarè Patres cum hęreticis diſputantes accipiebant voluntatem præcedentem, hoc eſt, liberam voluntatem gignendi, quæ eſset generationis principium: nos verò quærimus de voluntate concomitante, quæ ſcilicèt non ſit principium ipſius operationis; quam etiam fatemur non eſse liberam, vt diximus cap. antecedenti. Eſt ergo hoc loco voluntas concomitans illa, quæ non eſt operationis principium, ſed eſt cum illa coniuncta,

Voluntatem concomitantem aſſerit *Idem.*

Similitèr *Magiſt.*

Voluntas concomitans non eſt libera, vt probatum eſt cap.56. Hìc ſumitur proca, q̄uæ nō eſt principiū operationis, ſed cū operatione

ſiue antecedat, ſiue ſequatur; vt deſiderium futuræ victoriæ, gaudium de præſenti, complacentia de præterita, ſunt volitiones concomitantes.

cōiūcta, ſiue antecedat, ſiue ſequatur.

3.
2.prænot. Inter Theologos quæſtio eſt nō de prioritate rei, ſed rationis.

Hac igitur ſignificatione nunc diſputamus de concomitante voluntate; cum enim fateamur omnia diuina attributa, & ipſam voluntatem generandi, & generationem ſimul eſſe in Patre abſque vlla prioritate rei; more Theologorum prioritatem rationis, ſiue ordinem rationis inquirimus: quo pacto priùs intelligimus Deum Patrem, quàm ipſum generantem; & priùs intelligentem, quàm volentem meditamur.

4.
3.prænot.

Attendendum igitur eſt id, quod eſt noſtræ opinionis fundamentum, eſſentialia in Deo eſſe priora ratione, quàm notionalia. In perſona igitur Patris cōſtituta, quam mente præaccipimus ante generādi actum (eſt enim actus iſte perſonalis, ſcilicèt perſonæ Patris) in illa, inquam, perſona conſtituta, intelligimus omnia eſſētialia attributa Deitatis. Qua in re miror ſanè nō defuiſse noſtra ætate, qui Patrem conſtitutum intelligerēt ſecluſa voluntate diuina à conſtitutione perſonæ; quaſi ſemideum intelligentem quidèm, ſed adhùc non volētem. Quarè iſti non meditantur Patrem volentem gignere, niſi poſt Filium genitum; quia ante Filium genitum non norunt in Patre voluntatem, de qua re lib.4. diſseremus: ergo, quod certum eſt, in illa perſona conſtituta præintelliguntur omnia, quæ attinent ad eſsentiam Deitatis, & non ſolùm voluntas, ſed operatio volūtatis; tum quia diuina voluntas ſemper intelligitur in actu; tum quòd actus ipſe ſit quid eſsentiale, quod non minùs pertinet ad conſtitutionem perſonæ, quàm voluntas, cuius eſt actus.

Quidā intellexerunt Patrem cōſtitui quaſi ſemideū intelligētem, ſcil. ſed adhùc non volentē

Refutantur. 1.

Secundò.

5.
Quæſtio proponitur.

Quæſtio tamen in hoc poſita eſt, an illa operatio eſsentialis, quæ in Patre præintelligitur ante originem, reſpiciat ipſam originem; ita vt origo ſit res volita, ſiue dilecta per illum actum? an priùs intelligatur origo, & deindè quòd ſit volita? aut ſanè ſimùl, & volita, & exiſtens intelligatur?

6.
Reſolutio tit. In Deo volitio generandi cōparata cum generatione, vt cū obiecto, ordine rationis eſt prior illā. Fundam.

Quòd ergo prioritate rationis diuina dilectio comparata cum origine, vt cum obiecto, antecedat ipſam originem, ita vt priùs ordine rationis Pater velit generare, quàm generet; probatur; quoniā ea dilectio, ſiue volitio eſsentialis eſt, & commu-

communis, etiam vt cum obiecto iſto confertur: ergo antecedit. Conſequentia eſt permittẽda ex modò dictis, quòd eſſentialia antecedunt notionalia: antecedens autem, quòd ſcilicèt hæc volitio ſit eſſentialis, & communis, palàm conſtat; dilectio enim, qua perſonæ diuinæ diligunt ſemetipſæ, & ſe ipſas inuicem, eſſentialis eſt, vt omnes fatentur; cum nulla perſona voluntate, aut volitione ab alia differat, ſed ſola relatione. Igitur hæc dilectio, ſiue volitio in Patre, cum ſit eſſentialis, antecedit originem.

Eſſentialia antecedunt notionalia.

Volitio generandi eſt eſſentialis & communis. Oſtenditur.

7. Reſponſio *Capreoli*, & *Ferrar.* Expenditur.

Ioannes tamen Capreol. & Franciſc. Ferrar. credunt ſe eludere noſtrum argumentum; aiunt quippè eſſentialia, quę continent ſimul aliquid notionale, non antecedere neceſſariò alia notionalia: verbi gratia, dilectio notionalis eſt eſſẽtialis dilectio, & tamen non antecedit generationẽ. Et hoc quidèm verum eſt; nam quia dilectio notionalis neceſſariò eſt actus duarum perſonarum, ſcilicèt Patris, & Filij, non poteſt antecedere generationem, qua Filius generatur: ſed falſum eſt, vt modò diſputabamus, quòd volitio, qua Pater vult generare, ſit notionalis, cum ſit potiùs eſſentialis, & cõmunis, vt commonſtrauimus; & noſtra hæc ſententia eodem exemplo comprobatur; dilectio enim, ſiue volitio notionalis, eſt operatio cum ſpiratione coniuncta, & eſt neceſſariò duarum perſonarum, & intelligitur poſt Filium genitum, cum ſit actus illius: igitur dilectio, qua Pater vult generare, quæ ipſam generationem antecedit, non eſt actus notionalis; ſed ſola intellectio Patris eſt actus notionalis cum generatione coniunctus, vt docuimus.

Dilectio eſſentialis quæ etiã eſt notionalis, non antecedit generationẽ. Ratio.

Refutatur reſponſio.

Volitio generandi ita eſt eſſentialis, vt nõ ſit notionalis. Ratio.

8. Aduert.

Aduertendum igitur eſt quod diximus, actum notionalem eum eſſe, de quo procedit perſona; Verbum autem non procedit de voluntate gignendi; quia iam diximus voluntatem non eſſe principium vllo modo generationis. Quòd autem operatio eſſentialis reſpiciat aliquid notionale, ſiue relatiuum, vt obiectum, non facit operationem notionalem; quia dilectio, qua Spiritus Sãctus diligit ſe, & Patrem, & Filium, non eſt notionalis, cum tamen eius obiectum notionale ſit, ſiue relatiuum. Prætereà etiamſi hæc dilectio eſſet notionalis in Patre, adhùc tamen antecederet originem: & ratio eſt ante oculos, quoniam

Quòd operatio eſſentialis reſpiciat aliquid notionale, ſiue relatiuum, vt obiectum, non facit operationẽ notionalem. Probatur exemplo. Confirmatur.

A inter ipſa notionalia eſt ordo. Cum igitur Patri conſtituto ſola adueniat origo, & relatio vt relatio eſt; quidquid in Patre poſſumus meditari, ante originẽ, & relationem cogitandum eſt. Et idem eſt de ſpiratione dicendum; quòd voluntas, qua Pater, & Filius volunt ſpirare, prior ſit quàm ſpiratio.

9. Dubitatio appendix.

Supereſt tamen dubium huic diſputationi adhærens. An voluntas diuina ſit principium determinans intellectum ad generandum; ſiquidèm prior eſt ordine rationis, quàm generatio? Negantem partem omninò tenere oportet; B ratio ea redditur à nonnullis, quòd voluntas non antecedit primam operationem intellectus. Et poſſet quidèm reſponderi, diuinam volitionem non antecedere intellectionem, cum neceſſariò illam ſequatur; antecedere tamen generationem, determinando intellectũ ad illam. Sed contrà conſiſtit ratio eadem; id enim, quod determinat ad operandum, eſt principium operationis. Voluntas autem nõ poteſt eſſe principium primæ proceſsionis intelligibilis: cum ergo generatio Verbi ſit prima proceſ- C ſio intelligibilis, non poteſt voluntas determinare intellectum ad illam; quia eſſet principium illius. Idem etiam probatur, quoniam id poteſt determinari, quod eſt dubium, & indeterminatum: intellectus autem creatus circa verum opinabile eſt dubius; at circa demonſtrabile, eſt adhùc quoad actum exercendum indeterminatus; quia non ſemper eſt in actu, ſed eſt in potentia, & poteſt determinari à voluntate mouente, quoad vtrumque; quoad actum quidèm cum volumus contemplari, quoad obiectum verò, quia voluntas mouet ad alteram D partem aſſenſum noſtrum in re dubia. At verò intellectus diuinus eſt determinatus ad verum ſpeculabile, ex cuius cognitione Verbum diuinum procedit; atque idcircò non determinatur à voluntate, quoad hoc; neque verò quoad actum, qui eſt naturalis, & nullo modo liber. Voluntas verò mouet intellectum diuinum, quatenùs eſt agens, ad aliquem finem in ijs, quæ ſunt libera; non ergo mouet intellectum diuinum ad generãdum, cum ea operatio ſit naturalis, & nullo modo libera, vt diximus.

Reſolutio. Voluntas generãdi in Deo non eſt principium determinans intellectum ad generandum. Probatur. 1. Volũtas nõ antecedit primã operationem intellectus. Reſponſio. Refutatur. Voluntas non determinat ad proceſsionem intelligibilem id eſt ad generationem, quia eſſet principiũ illius. Probatur. 2.

Intellectus diuinus eſt determinatus ad verum ſpeculabile: Itẽ ad eius cognitionem, ex qua Verbũ procedit.

10. De voluntate ſpirandi.

De ſpiratione verò ſunt ferè ſimilia aſſerenda. Principio falſum eſt, quòd

1. dictum. Volitio ſpirãdi non eſt ipſa ſpiratio. Probatum eſt contra quoſdã cap.45. p.2.

quidam aiunt, voluntatem ſpirandi non antecedere ſpirationem, eò quòd ipſa volitio ſpirandi ſit ſpiratio: volitio enim eſt eſſentia, ſpiratio eſt relatio, vt anteà commonſtrauimus.

11. 2. dictum. Antecedit ſpirationẽ. Prob. ex n.6.

3. dictum. Voluntas ſpirandi non determinat ſe ad ſpirandum. Probatur n.9.

Poſt hęc confitendum eſt voluntatem ſpirandi antecedere ſpirationem; ſicut & voluntas generandi antecedit generationem. Et illud adijciẽdum eſt, quòd voluntas diuina non determinat ſe ad ſpirandum; eò quòd ea, quæ ſunt incerta, poſsint determinari: ea verò, quæ natura ipſa determinata ſunt, determinari non poſsint: cum igitur volitio, qua Pater, & Filius ſpirare volunt, non ſit libera, ſed naturalis, & determinata; non determinatur voluntas ad illam; ſed ſuapte naturâ determinata eſt.

12. Diſcrimen inter voluntatẽ generandi & voluntatẽ ſpirandi.

De voluntate, & de volitione ſpirãdi Spiritus Sanctus procedit.

Eſt tamen aliquid quo differant voluntas generandi, & voluntas ſpirandi; quòd voluntas generandi nullo modo eſt generandi principium; cum verbum naturale non procedat de voluntate, aut de actu voluntatis: at verò cum Spiritus Sanctus procedat de voluntate, & de ipſo actu voluntatis, vt docuimus; procedit etiam de eo actu, quo Pater, & Filius ſpirare volunt; ſed non tanquam de actu determinante voluntatẽ; voluntas enim non determinatur, niſi ad eligendum liberè; ad appetitionem autem naturalem determinata eſt. Quarè & ille actus volendi ſpirare, de quo Spiritus Sanctus procedit, eſt actus complacentiæ, ſicut & voluntas generandi: ſed de ipſo actu complacentiæ procedit Spiritus Sãctus; quia procedit de tota voluntate diuina naturali.

Volitio ſpirãdi eſt actus cõplacentiæ.

13. Aduert. profũdamento reſolutionis tituli. Volitio, ſeu complacentia generationis eadem cum diuerſo reſpectu rationis inuenitur in ſingulis perſonis diuinis. Oſtenditur.

Sed adhùc circa id quod diximus, voluntatem gignendi eſſe eſſentialem, aduertendum eſt quòd hæc dilectio eſſentialis, ſecundum quod reſpicit perſonas, diuerſo reſpectu rationis inuenitur in ſingulis; Pater enim vult generare Filium, ita vt volitio hæc ſit Patris volentis generare; Filius verò hanc ipſam generationem vult, non tamen vult generare, ſed vt Pater generet: generatio ergo Patris eſt eadẽ res volita, & volitione eadẽ à tribus perſonis; ſed cum diuerſo reſpectu rationis in ſingulis; quo indicatur actum illum generandi eſſe in Patre, & non in Filio, aut Spiritu Sancto: ſicut Deus eadem cognitione nouit rem eandem, dum futura eſt, dum præſens, dum præterita; diuerſo tamen reſpectu ratio-

Exemplum cognitionis intuitiuæ diuinæ eiuſdem de re futura, præſenti, & præterita.

A nis; quia dum eſt futura, nouit rem nobis futuram; dum præſens, præſentem; cuius tamen exiſtentia ſemper eſt obiectum diuini intuitus, vt S.Thom. docet.

14. Quorũdã ſententia, quòd velle generare, & velle gigni diſtinguatur ſola conſtructione grãmatica.

Vera ſent. Nõ diſtinguũtur re ipſa. *S. Thom.* Diſtinguũtur tamẽ ratione ex obiectis diſtinctis.

Quidam verò per negligentiam, & oſcitantiam aiunt, voluntatem qua Pater vult generare, & Filius vult gigni eſſe eandem ſola grammatica cõſtructione mutata. Et quidèm operatio re ipſa vna eſt in Deo, vt S.Thom. docet 1. p. q.30.art.2.ad 3. Sed noſtro modo intelligendi, ſi operationes ex obiectis diſcernamus, non eſt eadem voluntas velle generare, & velle gigni; cum generare, B & gigni in Deo ſint res diſtinctæ. Igitur velle generare non idcircò eſt voluntas communis; quia eadem ſit in Filio velle gigni; nam, quod perſpicuum eſt, in Spiritu Sancto neutra voluntas eſt, neque vt gignat, neque vt gignatur. Sed de ſingulis originibus, ſiue proceſsionibus ſũt voluntates diſcretæ, & ſingulæ ſunt cõmunes tribus perſonis: dum enim Pater vult generare, & Filius hoc ipſum vult, ſcilicèt Patrem generare, & Spiritus Sãctus hoc ipſum; eadem eſt res volita, & voluntas eadem in tribus perſonis. Et ſimilitèr Filius vult gigni, & Pater hoc C idem vult, ſcilicèt Filium gigni, & Spiritus Sanctus hoc idem. Et ita voluntas generandi eſt eſſentialis, & communis.

De ſingulis originibus, & proceſsionib. ſunt voluntates diſtinctæ, & ſingulę ſũt communes tribus perſonis, cũ diuerſo reſpectu rationis.

15. Velle gigni in Filio ordine rationis conſequitur natiuitatem.

Claudamus hoc caput vna notatione, quòd voluntas, qua perſona procedens vult procedere, ordine rationis, non antecedit proceſsionem, ſed conſequitur; priùs enim intelligimus natiuitatem, quàm Filium genitum; ergo priùs intelligimus natiuitatem, quàm Filium volentem gigni.

Confirmatio.

16. Voluntatem generandi cõcomitantẽ aſſerit *S.Tho.*

Hæc voluntas explicatur vt n.1.

Eandẽ aſſerũt *Alenſ.* *S.Bonau.*

D QVòd iſta voluntas, qua Pater vult generare, ſit concomitans generationem, affirmat S.Thom. de Potentia q.2.ar.3.ad 2.& in 1.d.6.art.1.& 2.& in 1.d.6.ar.2. ait voluntatem antecedentẽ eſſe, quæ eſt operandi principium; concomitantem verò eam eſſe, quæ reſpicit obiectũ. Quibus verbis planè docuit in Patre voluntatem gignendi, quæ non eſt principium gignendi, & reſpicit actum gignendi vt obiectum, eſſe concomitantem, non antecedentem: quam etiam voluntatem gignendi non poſſumus nõ præintelligere ante actum gignendi. Et ſimilitèr docent Alexand. Aleuſ. 1. p. quæſt.42. membr.5. art. 3. S.Bonauent. diſt.

Digitized by Google

Richard. diſt.6.q.2.& Richard.ibidem. Quòd autem hæc voluntas prioritate rationis antecedat originem, non vt principium illius, ſed vt eſſentia Patris à quo eſt origo, exiſtimat Thom.Caietan.1.p. & Ioannes Scotus in 1. diſt. 6. q. 1. & Rada controuerſia 12. ac Sumel. teſtantur eſſe cõmunem opinionem Salmanticenſium Theologorum, quibus plurimum deferendum eſt. Et nonnihil confirmatur ex verbis Concilij Syrmienſis cap.26. ſiue anathem. 23. & refertur à S. Hilario 2. libr. de Synodis, *Neque enim Pater nolens genuit Filium; ſed mox vt voluit, ex ſe Filium genitum demonſtrauit.* Nam etſi hæc quæſtio, quæ ſubtilis eſt, & non adeò fidei propugnandæ neceſſaria, non tractaretur in Concilio; ſed illa altera, vtrùm Pater volens, aut nolens genuerit? tamen ea verba, quibus conſtitutum eſt volentem genuiſse, indicant voluntatẽ anteceſsiſse generationi, *mox* (inquit) *vt voluit.* Confirmatur verbis S. Iuſtini contra Triphonem, pag.95. *Dauid* (inquit) *ante ſolem & lunam eum ex vtero naſciturum iuxta Patris voluntatem prædicauit.* Quod autem eſt iuxta voluntatem, ſiue ad voluntatem, & placitum alicuius conſequitur, non antecedit voluntatem. Et pag.135. ait Filium ſine potentiam (vt vocat) genitam ex Patre vi, voluntateque eius; quod non eſt interpretandum ita, vt voluntas fuerit principium generationis: ſed ſanè quòd anteceſſerit, S. Iuſtinus exiſtimauit. Idem videtur ſentire S. Cyril. Hieroſolym. lib. cat. 11. *Deo* (inquit) *Patre generante neque ignorantia intercedit, neque deliberatio.* Vbi apertè docet Patrem ſcientem generaſſe; ergo & volens generauit: aliàs ſciuit generationem, & non placuit illi.

Reſolutionẽ tituli confirmant *Caiet. Scotus. Rada. Sumel. Salmantic.*

Conc. Syrm. à S. Hilario relatum, eandem indicat.

Confirmat *S. Iuſtini* 1.locus.

Secundus.

S. Cyril. Hieroſol.

CAPVT LVIII.

Argumenta refelluntur.

1\. Obijciuntur auctoritates *Cõc. Tol. 11. S. Auguſt. S. Thomæ* 1. locus.

CONtrà videtur poſſe nobis obijci auctoritas Concilij Toletani. 11. in profeſsione fidei, *Voluntas ſapientiam non præuenit, ſed natura.* Quod à S. Auguſt. credimus acceptum in Dialogo 65. quæſtionum q.2.& 7. At verò S. Thom. de Potentia q.2. art.3. ad 2. de generatione Filij ait, *Reſpectu eius non eſt voluntas præcedens, nec tempore, neque* A *intellectu*: Vbi prioritatem quoque intellectus negat. Et hoc ipſum putatur ſenſiſſe 1.p.q.41.art.2. vbi hanc voluntatem concomitantem vocat; concomitans autem non præcedit, ſed ſimùl eſt. Secundus.

2\. 1.arg. Et probatur idem: quoniam id antecedit generationem, quod pertinet ad generationis principium; ſed voluntas diuina non pertinet ad illud, vt docuimus; ergo non præcedit.

3\. 2.arg. Secundò: Intellectio diuina antecedit operationem voluntatis, vt liquet: ad intellectionem autem immediatè ſequitur generatio; ſunt enim operationes B duæ abſque medio coniunctæ, ſcilicèt intellectio, & generatio: ergo operatio voluntatis nullo modo antecedit generationem.

4\. 3.arg. Tertiò: In illa priori cognitione, qua meditamur Patrem intelligentem, non poſſumus cogitare intelligentẽ ſine Verbo; & adhùc non conſideramus eius voluntatis operationem, quam abſque Spiritu Sancto non poſſumus etiam intelligere; ergo ordine rationis nullo modo operatio voluntatis antecedit Verbum.

5\. 4.arg. Quartò: Hæc voluntas prius cognita, quàm origo, qua ſcilicèt Pater vult generare, aut eſt efficax, atque adeò ſimul C eſt velle, & generare, & non antecedit velle: aut inefficax, quod de Dei voluntate, eaque naturali nefas eſt dicere.

6\. 5.arg. Vltimò: Non prius Pater eſt Pater, quàm genuerit; Paternitas enim fundatur in generatione: ergo non priùs Pater vult generare; aliàs priùs intelligimus Patrem volentem, quàm Patrem, quod eſt impoſsibile: bona enim eſt conſequentia à coniuncto ad partes, ſi eſt Pater volens, eſt Pater, & eſt volens.

Aduertenda.

7\. 1.aduert. D BReuitèr aduertendum eſt, voluntatem concomitantem dici eam, quæ non eſt principium operationis, ſed cui duntaxàt operatio placet, vt doctè notat Thom.Caiet.1.p. quæſt.41. artic.2. vt dum pluit, voluntas agricolæ gaudentis de pluuia, comitatur effuſionem imbris, ſed non eſt principium effuſionis: ideoque hæc voluntas, quæ ideò dicitur concomitans, quia non eſt principium operationis; ſed cum illa coniuncta, poteſt præire, & ſimul eſſe, & conſequi; optat enim agricola pluuiam futuram, placet

Voluntas cõcomitans operationem explicatur, vt c. 57.n.1. *Caiet.*

Exemplum voluntatis cõcomitãtis, qua pluuiam volumus futurã præſentẽ, aut præteritam.

Digitized by Google

cet ei præſens, gaudet de præcedente; & ita voluntas, quæ concomitans dicitur, poteſt eſſe antecedẽs, & cõſequens, & coniuncta. Simpliciùs quoque poſſet dici, voluntatem vocari concomitantẽ; non eò quòd ſit concomitans operationem, ſed perſonam operantem.

Simpliciùs dicitur voluntas concomitans, eò quòd ſit cõcomitans perſonam operãtem.

8.
2. aduert.
A Patribus negatur dũtaxàt voluntas antecedẽs realitèr, vt principium generationis.

Cæterùm quia nominibus vtendum eſt pro re propoſita, voluntas antecedẽs generationem dicitur ea, quæ eſt generationis principium, quam nos minimè ponimus. Sed voluntatem concomitantem dicimus ordine rationis antecedere, vt quid eſſentiale, & vt cætera attributa antecedunt. De qua re nullus omninò fuit ſermo Patribus, vt diximus.

9.
2. aduert.
Volitio generandi quia eſt circa generationem, à nobis intelligitur poſt Patrẽ conſtitutum, & potentiam generandi.

Verum eſt hoc loco ſtudioſiùs inſpiciendum, quòd etſi anteà docuerimus voluntatem generandi eſſe eſſentialem, & communem tribus perſonis; tamẽ ex eo, quòd eſt circa obiectum relatiuum, ſiue notionale, quod eſt generatio; ordine quodam rationis conſequitur perſonam cõſtitutam. Itaque etſi ipſa operatio voluntatis pertineat ad conſtitutionem perſonæ, quia eſt eſſentialis; tamen cum hoc addito, velle generare, pertinet ad perſonam iam conſtitutã: prius enim intelligimus in Patre potentiam generãdi, quàm velle generare; neque enim priùs intelligitur placitum eſſe Patri, vt generet, niſi præintelligatur poſſe hoc: ſicut enim ante perſonas diuinas conſtitutas non intelligimus Deum diligentẽ perſonas, cum tamen dilectio perſonarum ſit eſſentialis, & communis; ita nec intelligimus Patrem volentem generare; niſi priùs intelligamus præditum generandi potentia. Et hoc ipſum confirmatur, quoniam Pater in conſtitutione perſonæ intelligitur quaſi ad ſe, ſcilicèt ſe diligens, ſe ipſum intelligens: quòd autem velit generare, iam intelligitur ad aliud, etſi voluntas ea non ſit generationis principium.

Oſtenditur exem. lo dilectionis perſonarum ſupponentis perſonas conſtitutas.

Confirmatur. Pater vt volẽs generare intelligitur ad aliud.

10.
Pater iam conſtitutus, ac potentia generatiua præditus, vt cognoſcẽs, ac volens ipſam potentiã, ac generationẽ quaſi poſſibilem, intelligitur ante generationẽ actualem.

Igitur perſonâ Patris iam conſtitutâ cum omnibus attributis eſſentiæ: poſt hæc intelligitur Pater potentia generatrice præditus: deindè cogitamus Patrẽ meditantem ipſam potentiam, & actum generandi poſſibilem, cum qua cognitione coniungitur voluntas complacentiæ, qua placitum eſt generare: tunc demùm ſequitur origo: vtrumque ergo antecedit originem, tàm cognitio, quàm

A volitio; ſed de cognitione procedit Verbum, de volitione non procedit.

At de cognitione procedit Verbum: de volitione minimè.

Reſponſio.

Concilium igitur Tolet. nequaquã de quæſtione hac, vtpotè minùs neceſſaria, aliquid decreuit; ſed contra hæreticos, qui voluntatem efficientem, & tempore anteriorem ponebant. Quòd ſi contẽdas agere quoque cum S. Auguſt. de prioritate rationis. Reſpondetur Cõcilium, & ipſum S. Auguſt. ad originis principium reſpexiſſe, vt negarent voluntatem eſſe principium proceſsionis ſapientiæ. At verò S. Thom. de Potentia, neque Verbum facit de quæſtione hac: diſputat enim contra hæreticos, qui dicebant voluntatem liberam, & efficientem eſſe principium generationis; de eaque ſecundum argumentum proponit, deque eadem reſpondet; ait enim voluntatem diuinam præcedere tempore res creatas, & ipſam voluntatem præcedere operationes æternas intellectu, ſiue ordine rationis. Ait (inquam) voluntatem diuinam antecedere operationes æternas, ſcilicèt eas, quæ ad creaturas terminantur, vt eſt prædeſtinatio, & huiuſmodi; nam ante prædeſtinationem intelligitur voluntas prædeſtinãdi. *Cum ergo* (inquit) *generatio diuina nec ſit res creata, neque ad res creatas terminetur, voluntas non antecedit eam aut tempore, aut intellectu.* Quippè de voluntate libera agebat, quæ eſt principium vel rerum creatarum, vel etiam ipſius prædeſtinationis, quæ ad res creatas terminatur; aliàs nulla eſſet conſequentia, ſi ex eo, quòd generatio non ſit res creata, nec terminetur ad res creatas, colligeret generationem non eſſe à voluntate diuina antecedente: nam ſpiratio, nec res creata eſt, neque ad res creatas terminata, quæ tamen eſt à diuina voluntate antecedente, vt à principio formali operationis. De hac ergo quæſtione nihil eo loco mouit Sanctus Thom. ſed de voluntate libera diſſerebat, quæ ſemper reſpicit res creatas, & hæc eſt mens S. Thomæ. Poteſt tamen etiam facilè exponi, quòd doceat voluntatem diuinam non eſſe principium generationis, aut eliciens, aut determinans; & ideò ſcitè dixiſſe, quòd reſpectu generationis voluntas non antecedat; vt voluntas antecedens ſit ea, quę eſt principiũ operationis, vt Tho. Caiet. exponit: ſed

11.
Ad auctoritates.
Ad Cõc. Tol. & S. Aug.
Reſpond. ex 2. aduert.

Ad 1. locum *S. Thomæ.*
1. Cõmẽtarius verus.
Sanct. Doctor contra hæreticos diſputans negat voluntatem liberam, quæ eſt principium vel creaturarum, vel etiã ipſius prædeſtinationis, eſſe tẽpore aut intellectu priorem generatione.

Probatur cõmentarius.

Cõmentarius probabilis.

Digitized by Google

Ad 2. locum ex 1. aduert.

ſed verus commentarius abſque dubio eſt ille prior. Quarè verò dicat voluntatem concomitantem, duobus modis interpretati ſumus, ſcilicèt vel quia concomitatur perſonam; vel quia non eſt operationis principium, ſed cum operatione coniuncta.

12. Ad 1. arg.

Ad primum negatur antecedés, quòd illud ſolùm antecedat generationem, quod eſt illius principium; ſed id etiam antecedit, quod eſt cum intellectione antecedenti coniunctum, ſcilicèt ipſa volitio generandi: ſicut & in nobis complacentia de re futura non eſt principiũ illius, & tamen antecedit.

Etiam in nobis complacẽtia de re futura nõ eſt principium illius, & tamen antecedit.

13. Ad 2. arg.

Ad ſecundum reſpondetur concedendo maiorem propoſitionem, quòd intellectio Patris antecedit volitionem: ſed minorem diſtinguimus, ſcilicèt quòd Verbum ſequatur immediatè intellectionem; ſi enim ſit ſenſus, quòd inter intellectionem, & Verbum nihil eſt medium, quod ad originem pertineat, verum eſt; quia Verbum non procedit de volitione, ſed immediatè de intellectione: ſi verò ſit ſenſus, quòd ordine rationis ex parte obiecti non ſit medium, hoc negamus; nam ex eo quòd intellectus, & voluntas ſunt potentiæ in obiectis coniunctæ; quia voluntas fertur in obiectum cognitum; ad hoc, quod eſt cognoſci, immediatè ſequitur diligi, vel odio haberi; & ita voluntas generandi coniungitur immediatè cum cognitione ipſius generationis: quia ſicut Pater non generat ignarus generationis, ita nec non volens.

Inter intellectionẽ & Verbum nihil mediat, quod ad originem pertineat. At ordine rationis ex parte obiecti mediat aliquid. Oſtenditur.

14. Ad 3. arg.

Ad tertium reſpondetur, quòd benè poſſumus meditari Patrem intelligentem, non cogitando Verbum; & diligentem, non cogitando Spiritum Sanctum: quia nec Verbum in Deo eſt neceſſarium ad intelligendum, neque ad amandum ſpiratus Amor, vt ſuperiùs docuimus. Et ita poſſumus cogitare Patrem volentem ante generationem, nihil adhùc de Spiritu Sancto cogitantes. Verum eſt, quòd intelligere notionale, quod eſt dicere, includit Verbum: ſed neque nos ponimus volitionem notionalem ante generationem; ea enim volitio notionalis eſt Patris, & Filij, & non antecedit generationem.

Pater poteſt cogitari intelligens ante generationem.

Item volens ante generationem, aut ſpirationem.

Volitio notionalis non antecedit generationem.

15. Ad 4. arg. Reſpond. 1.

Ad quartum reſpondetur voluntatem efficacem eſſe eam, quæ eſt cauſa effectrix, & libera, quæ in diuinis proceſ- A ſionibus non poteſt intelligi: imò voluntas diuina non ſolùm non eſt cauſa, ſed neque principium generationis. Itaque propriè loquendo neque eſt efficax, neque inefficax; quia non eſt principium, quod efficax, aut inefficax dicimus. Prætereà reſpondemus, quòd etſi eſſet voluntas efficax, poſſet præire generationem prioritate rationis, vt liquet: ſed eſſet principium illius, quod non eſt cõcedendum.

In Patre volũtas generandi cũ nõ ſit principiũ propriè nõ eſt efficax, aut inefficax.

Reſpond. 2. Etſi eſſet efficax poſſet præire.

16. Ad vltimum.

Ad vltimum reſpondetur, quòd Pater eſt nomen perſonæ, & relationis. B Priùs ergo eſt Pater, hoc eſt, perſona, quàm generet: non tamen priùs eſt relatio, quàm generet; quia relatio fundatur in generatione. Eodem modo priùs intelligitur velle generare, quàm intelligatur generare, & iam intelligitur Pater, hoc eſt, perſona; non tamen intelligitur Pater relatiuè, niſi præcognita generatione. Hæc autem libro 4. exponentur.

Pater vt eſt nomen perſonæ, prius eſt quã generet, & ſic eſt prius volens generare: nõ tamẽ vt eſt nomen relationis.

CAPVT LIX.

Proceſsio diuina æterna eſt.

1. Reſolutio. Probatur. 1. ex neceſsitate proceſsionis tradita.

C Neceſsitas & contingentia modi ſũt exiſtentiæ. Eſt quippè ens neceſſarium, quod neceſſariò exiſtit; contingens, quod poteſt exiſtere, & non exiſtere. Id autem quod neceſſariò exiſtit, ſemper durat, cuius durationis menſura eſt æternitas; duratio autem contingentium rerum non eſt perpetua, quarum durationis menſura, aut tempus eſt, aut æuum; & ita neceſsitas, & æternitas primi entis, quod eſt Deus, copulata ſunt; de neceſsitate diuinæ proceſsionis diſputauimus; ſupereſt vt D de eius æternitate faciamus quæſtionem.

In neceſſarijs durationis mẽſura æternitas: in contingentibus tempus, aut æuum.

2. Probatur 2. ex definitione æternitatis.

Et vt conſtat ex modò dictis, quia proceſsio diuina eſt ſimplicitèr neceſſaria; eſt quoque æterna. Hoc ipſum probatur; quia proceſsio diuina, vt docuimus, non eſt mutatio; operatio autem, quæ non eſt mutatio, eſt æterna; quia eſt tota ſimùl nullas habens partes viciſsitudinis, quæ eſt æternitatis definitio. Hoc ipſum confirmatur, quia diuina proceſsione procedit Deus; Deus autem natura eſt æternus; ergo neceſſe eſt, vt ſit æterna eius proceſſio.

Confirm. ex termino proceſsionis, qui ſcil. eſt Deus.

TT 3 S. Au-

Digitized by Google

3. 3. probatio. *S. Auguſt.*

S. Auguſt. lib. 2. de Trinit. cap. 3. probat generationem Verbi eſſe æternam, eò quòd Pater nunquam ſine Verbo, & ſine ſapientia potuerit eſſe; cum enim Filius Dei dicatur ſapientia Patris, & Verbum Patris; inſipientem Patrem diceret, qui ante Filium fuiſſe Patrem doceret. Sed hæc argumentatio S. Auguſt. non eſt iudicanda falſo fundamento inniti, quòd Filius ſit ſapientia, qua Pater eſt ſapiens, quod S. Auguſt. aliàs, vt diximus, ſolertiſsimè improbat; ſed quia propter fœcunditatem Pater non poteſt eſſe ſapiens ſine ſapientia genita: ſicut æterna eſt eius ſapientia, ita & Verbum æternum, quod eſt ſapientia genita.

Explicatur. Licèt Filius nō ſit ſapiētia, qua Pater eſt ſapiens, tamē propter fœcunditatē Pater nō poteſt eſſe ſapiens ſine ſapientia genita, ſeu Verbo.

4. *Idem* probat. 4. argumēto ad hæreticos.

Aliud argumentum conficit ad hæreticos, qui Patrem quidèm agnoſcebant ab æternitate, ſed Filium negabant fuiſſe Patri coæternum: Nec enim priùs Pater fuiſſe Deus credendus eſt, quàm Pater eſſet: quis enim is erat, qui Deus erat? nonnè Patrem dicis? ſimùl ergo Patrem dicis, dum illum Deum dicis: at verò non potuit eſſe Pater, niſi Filium haberet: ſemper ergo Pater Filium habuit. Hoc eſt commune argumentum Patrum contra Arianos; quod quidèm connititur eo aſſerto, quòd quem Patrē hæretici dicunt, proprietate perſonæ eſt Pater; quæ proprietas à perſona nec cogitando poteſt ſeparari. Quòd ſi Pater æternus, & Filius æternus ſit neceſſe eſt; vel ergo hæretici negarent Patrem fuiſſe æternum, vel coæternum Filium agnoſcerent. At verò lib. 5. cap. 3. aliud conficit argumentum: nihil enim de Deo dicitur ſecundum accidens, vt poſsit eſſe, & non eſſe; ſi ergo Deus Pater eſt, ſemper fuit Pater, & intellectu capi non poteſt, vt Pater ſit, & Pater non fuerit: quod intelligendum quoque eſt, ſi paternitas re ipſa in Patre exiſtit; impoſsibile enim eſt, quòd in Deo aliquid modò exiſtat, modò non exiſtat; hoc enim eſt ſecundum accidens, & cum mutatione. Eſt verò Deus hominum, & Angelorum Pater iure adoptionis, qui anteà non erat Pater; quia hoc nomen, adoptionis, in Deo non eſt res, ſed relatio rationis: ſed Deus Pater, in quo Paternitas exiſtit, non poteſt non eſſe ab æterno Pater; quia eſſet in illo Paternitas accidēs: Quòd ſi ab æterno Pater, habuit quoque æternam prolem.

Pater eſſe non potuit ab æternitate, niſi Filium haberet.

Pater proprietate perſonæ ab ea etiā cogitando inſeparabili eſt Pater.

Idem probat. 5. ex immutabilitate diuina.

Impoſsibile eſt quòd Deus ſit Pater Paternitate re ipſa in Patre exiſtente, & Pater non fuerit ab æterno.

Alia ratio de Paternitate adoptionis, quæ in Deo nō eſt res, ſed relatio rationis.

5. Probant. 6. *S. Athan.*

S. Athanaſius lib. 5. de vnita ſubſtantia Trinitat. & S. Cyrill. lib. 1. Theſauri cap. 8. & libr. 12. Dialogo de Trinitate firmiſsimum huius rei argumentum affert, quo eodem vtitur S. Thom. 1. p. quæſt. 42. art. 2. Quia Pater non profecit tempore, vt hoc poſſet, quod anteà non valebat; ergo ad potentiam Patris pertinet, quòd ab æterno genuerit: cum enim generatio ſit naturalis, non libera, ſi ab æterno potuit, ab æterno genuit.

S. Cyrill. *S. Thom.*

Cum generatio ſit naturalis, ſi Pater ab æterno potuit, ab æterno genuit.

6. Obiectio hæreticorum.

Vnde refellitur hæreticorum argumentum quærentium, vtrùm Pater ſemper genuerit, anne ceſſauerit iam à generatione? nam ſi ſemper gignit, nunquam tandèm perficit, quod gignit; ſi verò ceſſauit, non eſt generatio æterna. Quibus reſpondendum eſt ſemper Patrem generare, & ſemper eſſe perfectū, quod generat; quia generatio æterna eſt tota ſimùl, & non eſt in ea ante, & poſt; quia quod eſt æternum, non habet partes ſucceſsionis, vt diximus. Pulchro autem exemplo hoc illuſtrat S. Cyrill. 1. lib. Theſauri cap. 6. & 7. docens Verbum intellectus, quod eſt proles ipſius, ſemper in ipſo manere: & ſicut eſt perfectio maxima ſemper intelligere, & nunquam ab intelligendo ceſſare: ita eſt perfectio Patris ſemper gignere Verbum ſuum, & nunquam à generatione vacare.

Solutio. Pater generat ſemper ſempiternitate æternitatis, quæ eſt tota ſimul.

S. Cyrilli exemplum.

Eſt perfectio intellectus ſemper intelligere.

7. Aduert. contra hæreticos. Diuina generatio æterna eſt, eò quòd immutabilis.

Quo loco aduertendum eſt æternitatem continere differentias temporum per exceſſum; non quòd in æternitate ſit tempus præteritum, & futurum; ſed quia eſt extra tempus ipſa æternitas; & quia temporis differentiæ ſimùl cum æternitate inuariabili exiſtunt: Hoc ergo fallebantur hæretici, quòd generationem diuinam metiebantur, aut tempore, aut temporis momento; ſi enim in momento dicimus eſſe abſolutam generationē: ergo iam nunc non eſt generatio, ſed ceſſauit, & æterna non eſt: ſi verò tempore perpetuo durat, nunquam tandèm exiſtet res genita, quæ adhùc gignitur, quaſi non ſit genita. Errabant autem non conſiderantes ipſam generationem ita eſse æternam, vt eſt Deus æternus, eò quòd ſit immutabilis: & idcircò ſicut dicimus Deum fuiſse, & eſse, & futurum eſse, ita & genitum dicimus Filium Dei, & gigni, & gignendum eſse, vt ſignificetur æterna generatio, quæ omni tempore neceſse eſt exiſtat.

Si eſt abſoluta momēto, iam nunc non exiſtit.

Si tempore perpetuo durat, res genita nunquā exiſteret.

Hinc

Digitized by Google

8. Dubitatio appendix. Ratio dub.

Hinc verò oritur diſceptatio inter Patres; Vtrùm meliùs dicatur Filius genitus eſſe, an potiùs gigni? Etſi enim vtrumque verè dicatur & præterito, & præſenti tempore; rectiùs tamen vno, aut altero dici, poteſt accidere. Sed tamen, quia in æternitate cōtinentur differentiæ temporum per exceſſum, verè poſſumus prædicare de Filio, quòd natus ſit, quòd naſcatur, quòd ſit etiam naſciturus. Conciliat autem Magiſt. diuerſa Patrum placita verbis tenus diſſidentia in 1. d. 9. Nam, vt ipſe refert, Origenes in Ioan. 1. affirmat Filiū ſemper gigni. At verò S. Gregor. libr. 29. Moral. cap. 1. negat poſſe nos dicere Filium ſemper naſci, docetque dicendum eſſe, quòd ſemper ſit natus: quem modum loquendi ſeruat S. Auguſt. Pſal. 2. in illum verſiculum, *Ego hodie genui te*. Obſeruandum eſt autem cum S. Thom. ibidem, & 1. p. quæſt. 42. art. 2. ad 4. quòd cum generatio ſit æterna, ipſa exiſtentia generationis æterna eſt, perpetuòque exiſtit diuina generatio: & quia actualis exiſtentia ſignificatur per tempus præſens, apud Origenem Filius ſemper naſcitur. Eſt autem eadem proceſsio perfecta, quæ perpetuò attingit perfectum terminum: & quia dum res ſit, videtur eſſe inchoata, & nō perfecta, ait S. Gregor. cum S. Auguſt. Filium ſemper natum. Sed meliùs loquuntur S. Auguſtin. & S. Gregor. quia in eo quod aiunt, ſemper, indicant exiſtentiam actualem generationis; & in eo quod aiunt, natus eſt, ſignificant perfectam eſſe eum, qui naſcitur: Origenes autem dum ait ſemper naſci, non ſignificat perfectum eſſe, quod naſcitur. Ipſe verò S. Gregor. cum dixiſſet Filium ante ſæcula natum; adiecit veriùs dici ſemper genitum, ne ſignificetur ſolùm præteritum tempus in eo quod eſt, ante ſæcula, &, natus; vtrumque enim indicat præteritum: ſed ſemper genitum dixit, vt & perfectionem nati, & perpetuitatē generationis oſtenderet.

In æternitate cōtinētur differentiæ tēporū per exceſsū.

Referente *Magiſtro:* Filium Dei ſemper gigni affirmat *Origen.* Negat *S. Gregor.* Sed ſemper natum dicit, cū *S. Auguſt.*

S. Thomæ cōmentarius in hos Patres

Ratio pro *Origene.*

Ratio pro *S. Gregor.*

Reſolutio. Filius Dei meliùs dicitur ſempe natus, quā ſemper naſci. Oſtenditur 1.

Oſtenditur 2. *ex S. Greg.*

9. Non legimus in ſacris literis Filium ſemper naſci. Legimus antè ſæcula natum, *Pſalm. 109.* Item ſemper genitum eſſe. *Pſalm. 2.*

Dictum Origenis, quòd Filius ſemper naſcatur, non legimus in ſacris literis. Sed legimus, ante ſæcula natum; & ita conuenit Propheta in eo loco Pſal. 109; *Ante luciferū genui te*: Et ſemper genitum eſſe indicatur in alio Pſalm. 2. *Ego hodie genui te*, hodiè enim æternitatem commonſtrat, vt interpretatur

A S. Auguſtin. & S. Ioan. Chryſoſt. hom. 2. ad Hebræos, quaſi dicat, Semper genui te, & S. Cyrill. Hyeroſol. cap. 11. *Hodie* (inquit) *non recens, ſed perpetuum.* Sed poteſt quoq; dici quòd ante ſæcula gignitur, vt permanētia generationis ab æterno ſignificetur; Origenes enim dixit Filium ſemper gigni, ſed nō dixit ab æterno gigni. In quo ſenſu eſt locus inſignis Pſalm. 71. *Ante ſolem permanet nomen eius.* Verbum Hebræum, *Innon*, ducitur à *Nin*, quod ſignificat Filium, vt notat Paul. Burgenſ. d. 9. cap. 10. & auctoritate Rabbinorum confirmat; quaſi, latinitate verbum hoc donādo, dicamus, *Ante ſolem filiabitur nomen eius.* Eſt ergo verbum futurum B cum tempore præterito coniunctum, *Ante ſolē filiabitur*, vbi & permanentia generationis in verbo futuri temporis, & æternitas anteacto tempore indicatur, cum dicitur, *Ante ſolem.*

S. Auguſt. *S. Chryſoſt.* *S. Cyrill. Hieroſol.* Poteſt dici ante ſæcula gigni

Pſalm. 71.

Paul. Burg

Confirmatio.

10.

EX iiſdem autem locis conſtat generationem diuinam eſſe æternam; & ex illo loco Michææ 5. *Egreſſus eius ab initio*, quod de eadem generatione anteà declarauimus. De proceſsione autem C Spiritus Sancti idem Catholici cōfitemur. Conſentiunt Patres, quos cap. ſequenti commemorabimus: eſtque ea veritas definita in Symbolo S. Athan. dum dicitur. *Æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus Sanctus.* Niſi enim eſſet æterna proceſsio, non eſſet æternus is qui procedit. Rectè ergo Theodetus Epiſcopus Anigranus oratione ad Synodum Epheſ. 6. cap. 10. & legitur tomo 1. Conciliorum, dixit Filium ideo ſplendorem prædicari, quia eſt luci, à qua dimanat, coæuus, ſiue coæternus, quod proloquium à Patribus ſæpiùs decantatum eſt.

Michææ 5. Declaratur 6. 8. num. 13.

Symbolum S. Athan.

Theodetus. Filius dicitur ſplendor, quia eſt luci à qua dimanat, coæternus.

11. *Tertullian.*

Sunt tamen exponenda verba Tertulliani lib. contra Hermog. *Et Pater* (inquit) *& iudex Deus eſt; non tamen ideo Pater, & iudex ſemper, quia Deus ſemper.* Vbi videtur aſſerere, quòd priùs fuerit Deus, quàm Pater; non ergo fuit ab æterno Pater. Dicendum tamen eſt Tertullianum loqui de Paternitate adoptionis, quam coniungit cum iuris dicendi poteſtate. Eſt enim Deus in tēpore per gratiam ſuam Pater, & per delicta

Explicatur de Paternitate adoptionis.

Digitized by Google

Idem.

liſta noſtra index, vt ibidem Tertullian. annuit. At verò de Paternitate, quę eſt proprietas perſonę, ipſe Tertull. libr.6. cōtra Praxeam, æternam eſſe ſignificat, dum Catholicè cōfitetur ſemper in Patre extitiſſe ſermonem, hoc eſt, Verbū, & nunquam ſeparatum à Patre, iuxta illud Ioan.10.num.30. *Ego & Pater vnū ſumus*. Quibus verbis cōmonſtrat Tertullianus coæternitatem Filij cum Patre. A

Ioann. 10. num.30.

12. Obiectio hæreticorū, ſcil. genitū eſſe tēpore poſteriorem generāte. Refellitur ex *Ariſtotel.* Primus locus. Secundus.

Ex dictis facilè eſt reſpondere hæreticorum perantiquæ obiectioni; negabant enim quicquam gigni poſſe, quod non eſſet tempore, & duratione poſterius: Quod argumentum futile eſt, vbi generatio eſt æterna. Hoc autem non ſolùm fides docet, ſed Philoſoph' ſcriptum reliquit 8. Phyſ. text. 15. quòd æterna poſſunt habere cauſam: & 6. Ethicor. cap. 3. quòd non repugnat æterno generari: ergo etiam ex mente Ariſtot. infirmum eſt argumentum, genitum eſſe tempore poſteriorem, atque adeò non æternum. B

CAPVT LX.

In proceſsione diuina eſt ordo naturæ.

1. Circa æternitatem diuinæ proceſſionis ſuccedit alia quæſtio: Vtrū cum æterna proceſsione cōueniat prioritas aliqua realis, ita vt Filius, etſi ſit Patri coæternus, ſit tamen illo poſterior reali poſterioritate? & quia ordo eſt cum prioritate coniunctus, & ex ipſo ordine proceſsionis ſunt qui arguāt prioritatem realem; de ipſo quoque ordine quæſtio non abs re connectenda fuit. C

2. Reſolutio tituli aſſeritur à *S. Auguſtin. S. Thom.*

Quòd in proceſsione diuina ſit ordo naturæ affirmant S. Auguſtin. & S.Th. 1.p.quęſt.42. art.3.& in 1.d.12.art.1.& de Potent. q. 10. art.7. & omnes Doctores Theologi conſentiunt. Eſt igitur explicandum quid ſit ordo, & quid ſit naturæ ordo. D Ordo autem, vt docet S.Thom. 2. 2. q. 26. art.1. & in 1. d. 20.art.3. continet tria, diſtinctionem, ordinem, & prioritatem: quare illud certum eſt, non eſſe ordinem realem, vbi non eſt realis diſtinctio; attributa ergo diuina, quia ſola ratione diſtinguuntur, ſolo ordine rationis dignoſcuntur; & ita intelligimus ordinem inter intellectum diuinum, & voluntatem; at verò inter perſonas diuinas, quæ ſunt res diſtinctæ, eſt ordo realis, vt dicemus.

Idem. Probatur ex aliquib' certis.

1. certum. Non eſt ordo realis, vbi non eſt realis diſtinctio.

3. Ex *S.Thom.* 2.certum. Naturæ ordo dicitur, nō quo diuina natura ordinatā ſit: Sed quia eſt principium proceſſionis in qua eſt ordo. Declaratur.

Sunt autem duo obſeruanda cum S. Thom. 1. p. & in ſentent. alterum eſt, quòd ordo naturę dicitur, non quo natura diuina ordinata ſit, ordo enim eſt diſtinctorum, ita vt ea quę ſunt ordinata, ſint diſtincta: natura autem diuina nō eſt à ſe ipſa diſtincta; ergo neque ordinata. Sed dicitur ordo naturę, quia natura eſt principium proceſsionis, in qua eſt ordo. Sicut ergo S. Ioan. Damaſc. generationem vocauit opus naturę; ita & S. Auguſtin. ordinem naturæ dixit. Vnde Richard. d.20. q.4. docet quòd non eſt ordo naturę, vt inter naturam, & naturam ſit ordo, cum vna ſit natura diuina; ſed eſt ordo proceſsionis, cuius natura eſt principium: De eadem re S. Thom. d.eadem quæſt.1. art. 3. Alterū eſt, quòd meliùs dicitur ordo naturæ, quàm ordo eſſentię, vt docet S. Thom. 1.p.q.42. art. 3. ad 4. & in 1.d.20. art. 3. ad 6. quia eſſentia non ſignificatur vt principium proceſsionis, quo pacto ſignificatur natura.

Richard.

S. Thom. 3.certum. Meliùs dicitur ordo naturæ, quàm ordo eſſentię. *Idem.* Ratio.

4. Obiectio ex *Ariſtotel.*

Sed contra hoc occurrunt verba Ariſtotel. 8. Phyſicor. text. 15. *Infinitum* (inquit) *ad infinitum nullam rationē habet; ordo autem omnis ratio eſt.* Quibus conficitur vt cum ordo ſit ratio, & ratio non ſit infiniti ad infinitum, quòd nō ſit ordo infiniti ad infinitum; ſed Pater æternus eſt infinitus, & Filius infinitus; ergo vnius ad alterum non eſt ordo. Reſpondendum tamen eſt inter duo infinita non eſſe ordinem; quia nec ſucceſsione temporis, neque generatione vnum infinitum de alio oriri poteſt, hoc eſt, vna natura infinita de alia natura infinita; Pater autem, & Filius non ſunt duo infinita, ſed vnum infinitum; eadem enim infinitate eſt vterque infinitus, vt lib.3. dicemus. Et ideo benè poteſt eſſe ordo vnius ab alio; non tamen vnius naturę infinitæ ab alia natura infinita, vt modò diſputabamus.

Reſponſio. Inter duo infinita non eſt ordo.

Pater & Filius ſunt vnum infinitum.

5. Pro explanatione. 1. obſeruatio. Ordo cōiūgitē cū principio, & principiato. Item cū priori, & poſteriori.

His, quæ certa ſunt, conſtitutis, inueſtigandum eſt, quid ſit ordo? compertū eſt autem ordinem ſimùl cum principio, & principiato copulari; eſt enim principiatum à ſuo principio ordine quodam. Quare etiam ordo, ſicut & principium, coniungitur cum priori, & poſteriori; eſt enim ordo prioris, & poſterioris;

Digitized by Google

S. Thom.

rioris; principium enim prius eſt, & principiatum poſterius, vt docet S. Th. 2. 2. quæſt. 26. art. 1. & 1. p. q. 21. art. 3. & q. 43. art. 3.

6. Dubium.

Inquirendum igitur ſtatim eſt, Vtrũ ordo diſtinguatur à ratione formali principij, aut prioris? & poſtquam ſtatuerimus eſſe quid diſtinctum, quid tandem ſit ordo diſputabimus.

1. aſſertum. Hæc tria relata, ſcil. principiũ, ordinatũ, & prius, nõ ſũt ſynonima
De 1. & 2. probatur.
De 2. & 3. Probatur 1.
Probatur 2.

Primò cõſtat hæc non eſſe ſynonima; non enim idem eſt principium, & ordinatum; principiatum enim eſt ordinatum, & nõ eſt principium: quare neque idem eſt ordinatum, & prius; nam poſterius quid nõ eſt prius, eſt tamen ordinatum. Imò ordinata videntur dici eâdem appellatione relata; de qua re poſteà agem⁹: principium autem, & principiatum, prius, & poſterius ſunt diuerſæ appellationis.

2. a Tert. cõſect. Sunt inter ſe ratione formali diſtincta.

Quare non dubium eſt hæc tria relata, ſcilicet principium, ordinatum, & prius, eſſe inter ſe ratione formali diſtincta.

7. Obiect.

Sed poſſet quis dicere ordinem eſſe genus ad hæc; & idcircò in omnibus ſimul inueniri, tàm in principio, quàm in principiato, & in priori, & in poſteriori; & poſſe eſſe eiuſdem appellationis: ſicut relatio, quæ eſt genus, eadem appellatione dicitur de relationibus diſquiparantiæ, quæ ſunt diuerſæ appellationis; quia, verbi gratia, tàm paternitas, quàm filiatio eſt eodem nomine generico relatio.

Reſponſio. 1. aduert. Ordo latè, put idẽ quod relatio, eſt genus, & eiuſdem appellationis.

Sed & hoc refellẽdum eſt dummodò aduertamus omnem relationem ſolitam eſſe dici ordinẽ; qua ſignificatione relatio, & ordo ſunt ſynonima. Nos verò agimus de ordine propriè dicto, qui eſt cum principio neceſſariò coniũctus.

2. aduert. Ordo propriè diſtinguitur à relatione principij, vt ſpecies oppoſita, nõ vt genus.
Ratio 1. Principiũ antecedit ordinẽ, non ſic genus ſpeciẽ, ſecotra *Ariſt.*
Ratio 2.

Quòd autẽ ea relatio, quę eſt propriè ordo, diſtincta ſit à relatione principij, & prioris, ita vt non ſit genus; ex eo liquet, quòd ordinem rerum ducim⁹ ab aliquo principio, quare principium antecedit ordinem; ſpecies autem non antecedit genus, imò genus ſpeciẽ antecedit, vt Ariſtotel. docet, neque genus petimus ab ſpecie, ſicut ordinem à principio deriuamus. Prætereà ordo eſt quædam ſpecies relationis, quę conſequitur principium: nam ordo addit aliquid principio, genus autem non addit ſpeciei, ſed potiùs ſpecies addit generi differentiam.

3. aduert. Ordo, p̃priè nõ eſt gen⁹ ad prius & poſterius
Ratio 1.
Ratio 2.

Neque verò ordo eſt genus ad prius, & poſterius: nam ordo eſt realis relatio; prius autem, & poſterius relatio rationis. Prætereà ordo antecedit non ſolùm in ſpecie, ſed etiam in indiuiduo rationem prioris, & poſterioris: prius enim intelligimus hunc ordinem rerum deſignatum, deinde aduertimus quæ priora ſunt, quæ poſteriora, quæ eſt relatio rationis conſequens; eſt ergo ordo ſpecies relationis diſtincta à ratione principij, & prioris, quaſi ſpecies oppoſita, non quaſi genus.

A

Ordo ãtecedit in ſpecie & in indiuiduo pri⁹ & poſterius.

8. 2. obſeruatio. Ordo dicitur relatiuè, & abſolutè.
Idem dicendũ de principio de quo a. 22.
Itẽ de priori, & poſteriori. Probatur.

Adhùc tamen curioſiùs aduertendũ eſt, quòd ordo dicitur relatiuè, & abſolutè: ſicut etiam principium, & principiatum: prius quoque, & poſterius abſolutè dicuntur, & relatiuè. De principio

B

certa eſt hæc ſententia, vt anteà docuimus; fundatur enim relatio realis principij in aliquo abſoluto, ſicut relatio cauſæ in cauſalitate. De priori, & poſteriori, idem eſt neceſſariò dicẽdum; pars enim temporis prior, ſecundum aliquid abſolutum eſt prior; nam ſecundum eſſe relatiuum eſt ſimul etiam cognitione vt Ariſtotel. docet.

Prius eſt pri⁹ ſecũdũ eſſe abſolutũ: nam ſecũdũ eſſe relatiuũ eſt ſimul etiã cognitione.

Quare etiamſi prioritas ſit relatio rationis, tamen hoc etiã nomine ſignificamus cauſam prioritatis ſecundum eſſe abſolutum; nam aliàs id, quod eſt prius, ſecundum eſſe relatiuum prius non eſt, ſed ſimul; eſt ergo

C

prius eſſe abſolutum. Aſſuetum eſt autẽ, vt nominibus relatiuis ſignificemus & ipſas relationes, & res abſolutas, quibus relationes fundantur.

Ordo ſignificat abſolutũ, cum dicitur, ordo naturæ, ſicut operatio naturę, cuius natura eſt principium.

Similitèr igitur dicendum eſt, quòd ordo aliquando ſignificat relationem, quãdoque autem ſignificat abſolutum quid; ſecundum quod eſſe abſolutum, hoc ad illud ordinatum eſt: & idcircò dicitur ordo naturæ, ſicut operatio naturæ, cuius natura eſt principium. Quo loco nomen, ordo, non ſignificat relationem, ſed abſolutum.

D

9. Ordinatũ dicitur æquiuocè.
1. pro diſpoſito per prouidẽtiam.
S. Thom.

Alia adhùc æquiuocatio eruenda eſt ex hoc nomine, ordinatum, quod ambiguum eſt; ſignificat enim, quòd ſit alicuius prouidentiâ diſpoſitum, qua nominis ſignificatione dixit S. Thom. q. 2. de Veritate art. 9. ad 2. ordinem eſſe tantùm rationis ordinantis: & 2. 2. q. 58. art. 1. omnem ordinationem à ratione oriri. Et hoc pacto diuinæ perſonæ non ſunt ordinatæ inter ſe, quia ille ordo nõ eſt à ratione ordinãte, ſiue prouidente, vt poſteà declarabimus.

2. pro habẽte ordinem.

Sed ſi ordinatum ſignificat id, quod habet ordinem, diuinæ perſonæ ſunt ordinatæ, hoc eſt, habentes inter ſe ordinem originis.

Oportet

Digitized by Google

10.
ex S. Thom.
Ordo etiā dici æquiuocè.
1. pro relatione ordinis.
2. pro gradu, ſeu fundamēto illius relationis.
Exemplum.

A Oportet autem & illud aduertere, quod docet S. Thom. 1. p. q. 108. art. 2. ad 4. & in 2. d. 9. art. 1. ad 2. quòd nomen, ordo, adhùc ſignificat duo, ſcilicèt relationem iam dictam; & gradum illũ, qui facit hanc relationem: verbi gratia, angeli ordinantur in hominum cuſtodiā, relatio ordinis eſt ad aliud, ſcilicèt ad cuſtodiam; ſed omnes angeli conueniunt in eo gradu, quem Deus elegit, vt faceret cuſtodes, & in hoc ſenſu ordo vocatur ſocietas, vt ordo equeſtris, ordo monaſticus.

11.
Difficultas qđnā ſit hoc fundamētum
1. aduert.
In eo multa poſſunt cōuenire ordinata ad aliud licet nō cōſiderētur ordinata inter ſe.
Exemplum.

Ad cuius intelligentiam aduertēdũ eſt, ordinem coniungi cum principio, & principiato: & ita ex parte principij poſſunt multa conuenire in eadem ratione ordinis, non cōſiderando, quòd ſint B inter ſe ordinata, ſed quòd ſint ordinata ad aliud: & hæc dicuntur eſſe eiuſdem ordinis, quia conueniunt in eodem fundamēto ordinis exparte principij, quod S. Thom. dicit, in eodem gradu; verbi gratia, ſenatores in gradu ſenatorio cōueniunt in vna ratione ordinis, qua ordinātur ad aliud, ſcilicèt ad rempublicā gubernādam. Et eâdem ratione alia cōueniunt in eodem fundamento ordinis ex parte principiati; vt ordo militaris dicitur ſocietas militum, quatenùs ordinata eſt ad iuſſum Imperatoris. C

12.
2. Aduertēdũ.
In creatis relatio ordinis eſt realis plerisq;
S. Thom.
Relatio realis nō fūdatur in alia relatione vt lib. 3. cap. 22 p. 2. num. 7.
1. ſententia conſectaria ponit pro fūdamento modum abſolutũ ex natura rei diſtinctũ ab abſoluto fūdāte fūdatur relatione principij.
Probatur:
Duæ relationes reales ordinatæ, nō poſſunt niti eodē fundamēnto.
Ratio.

Eſt autem relatio ordinis realis in rebus creatis, vt plerique conſentiunt. Et idcircò S. Thom. q. 7. de Potentia art. 1. & q. 10. art. 3. docet ordinem eſſe inter entia, eaque diſtincta; quæ eſt conditio relationis realis: hęc verò nō fūdatur in alia relatione, vt lib. 3. demōſtrabimus. Quare neceſſe eſt vt pręter id abſolutũ, quo fūdatur relatio principij, quod abſolutum oportet eſſe ens reale, ſiquidē eſt fundamentum realis relationis; ponamus aliud abſolutum reale quidpiam ſaltē ex natura rei diſtinctũ, quo relatio D ordinis fūdetur. Nam eodē fūdamento non poſſunt fundari duę relationes reales ordinatæ vna poſt aliam; quia poſterior, quæ conſequitur relationem realem, iam eſt relatio rationis. Et ita opus erit animo fingere, quòd præter cauſalitatem, qua fundatur relatio cauſæ, ſit in ipſa cauſa modus quidā realis ordinis, quo fundetur relatio ordinis.

13.
2. ſent. ꝓbabilior & noua.

Sed quia non occurrit animo quis ſit ille modus realis abſolutus fundans, & ſuſtinens relationē ordinis: dum quę-A ſtionem iſtam nouam mente verſarem, ſubijt nouus modus dicendi, vt nequ relationem ordinis à relatione principij diſtinguamus re ipſa, neque fundamēta earum relationum. Sed ſicut perfectio nihil eſt re ipſa niſi actus rei; differt tamen definitione àb actu, quia perfectio eſt actus vltimus rei conueniens: Ita & ordo in principio nihil eſt, niſi ipſum principium, ſic tamen conſideratum, vt ad aliud ordinatur.

Ordo fūdamētalitèr eſt ipſa natura principij alia conſideratione cognita.
Declaratur exēplo perfectionis, de qua lib. 3. ca. 7. p. 4. num. 12.

14.
Probatur.
Omnis ordo eſt à ratione ordinante, vel prouidēdo, vt ordo creat' ſpeculando vel vt ordo originis in Deo.

Conſiderandum enim eſt, quòd omnis ordo eſt rationis ordinantis; ordinātis (inquam) aut per prouidentiam, vt docuimus, aut ſaltem ſpeculando: res omnes creatæ habent ordinem à prouidentia primæ cauſæ pręſcriptum: at ve-B rò in ipſa prima cauſa ordo realis originis eſt, non prouidentiæ, ſed ordo à ratione ſpeculante meditatus. Et ita omnis ordo eſt à ratione, vel prouidente, vel ſpeculante.

15.
Conſect.
Ordo nihil addit ad principium niſi relationē rationis
Oſtenditur.
Prouidētia eſt cauſa ſimul, & cognitio rerũ.

Exquibus colligimus ordinē nihil addere ad principiũ, niſi relationē; rationis ad hoc autē perſpiciēdum aduertamus animum: Prouidētia enim eſt cognitio ſimul, & cauſa rerum; quare ipſæ res creatæ ſunt effectus prouidentiæ, & ſimul obiectũ: quare eſſe prouiſum poteſt ſignificare effectum, qui eſt realis C conformitas ad artem diuinam; & poteſt ſignificare obiectum diuinæ prouidentiæ; & ita eſſe prouiſum eſt eſſe cognitum; & hoc modo ſignificat relationē rationis: & hoc modo principium prouiſum, ſiue deſtinatum ad alind, dicimus ordinatum; ita vt ordinatum nihil differat à principio, niſi relatione rationis addita. Quamobrem in rebus creatis ordo pro re abſoluta, eſt ipſa cauſalitas principij, vt deſtinata ad aliud; at verò pro relatione, eſt ipſa relatio realis principij, provt principium ipſum deſtinatur ad aliud; & ſemper additur ſola ra-D latio rationis. Quod confirmatur verbis Ariſtotel. 8. Phyſicor. text. 15. *Omnis* (inquit) *ordo ratio eſt*. Et S. Thom. interpretatur, quòd ordo eſt ratio, hoc eſt, proportio: ratio autem, ſiue proportio vnius ad aliud, eſt ipſa comparatio intelligentis, qua vnum cum alio conferimus, maximè ſecundum quātitatem, vt ibidem docet S. Doctor. Et quia in principio eſt vis quædam, ſiue excellentia, vnde aliud oritur; principium & id quod eſt à principio, conferimus proportione

Eſſe prouiſum eſt eſſe effectũ, vel eſſe obiectũ, ſeu cognitũ, vt deſtinatũ ad aliud.

In creatis ordo eſt cauſalitas principij vt deſtinata, vel relatio eiuſdē vt deſtinati ad aliud.
Confirm. ex *Ariſtotel.*
Omnis ordo ratio eſt, id eſt proportio, vt explicat *S. Thom.*

Ordo non eſt proportio formalitèr,ſed cogitatur cũ proportione, ſeu cõparatione.

portione quadam perfectionis: & ita cũ principio connexa ſunt ordo,& proportio; non tamen ordo eſt ipſa proportio formalitèr,ſed cogitatur ordo cum proportione. Itaque hoc nomen,ordo, pro abſoluto,non ſignificat formalitèr relationem rationis, aut comparationem, autproportionem;ſed ſignificat formalitèr id abſolutum quod eſt in principio, ſic tamen cognitum, vel cum alio comparatum.

16. Obijcitur pronunciatũ, Quæ differunt definitione&c Reſpond. intelligẽdũ eſſe,ſi realia ſint: ſec⁹, ſi aliquod differẽs ſit ẽs rationis. Exemplum. perfectionis, & vltimi, vt num. 13.

Quòd ſi obijcias id,quod lib.1. conſtituimus, res eas differre ex natura rei, quæ differunt definitione;& idcircò ordinẽ à principio differre ex natura rei, ſiquidèm definitione differt. Reſpondendum eſt, illud pronunciatum veriſſimum eſſe, quando ea nomina, quæ in definitione ponuntur, ſignificãt aliquid reale:Sed ſi ſignificant rationis relationem,eâ additâ non mutatur natura rei; verbi gratia, actus, & perfectio eadem res eſt, etſi definitione differant: quia perfectio addit,quòd ſit vltimum,& cõueniens,quæ ſunt entia rationis, vt lib. 3. docebimus. Et eam ob cauſam contendimus, ordinem non addere principio aliquid reale,ſed rationis duntaxàt; quia aliàs neceſſariò diſtinguitur ex natura rei à principio.

17. 1. aduert. Ordo ſignificat quaſi in obliquo relationem rationis.

Nec verò cogitandum eſt hoc nomen ſignificare ſimùl rem, & reſpectum rationis: ſed ille reſpectus, quaſi in obliquo continetur in nomine;quia ſine illo non poteſt explicari,quid ſit ordo; ſicut nec quid ſit perfectio,niſi addas vltimũ & cõueniens,quod accidit ex modo intelligendi.

18. Probatur ex illa definitione S. Auguſtin. Ordo naturæ eſt,quo aliqd ex alio eſt Sic definitur cauſalitas, & forma ſignificata per principium.

Et comprobatur iſthæc opinio verbis S. Auguſtin. lib.3. contra Maxim. cap. 14. definientis ordinẽ naturæ eſſe, quo aliquid ex alio eſt; quæ eſt etiam definitio cauſalitatis,& formæ ſignificatę per principiũ; principium enim eſt nomen concretum,ordo abſtractum: Sed ſi forma ſignificata per hoc nomen, principium,in abſtracto definiatur,eſt qua aliquid ab alio eſt; quo eodem modo definitur cauſalitas. Ordo verò addit relationem rei cognitæ, ſiue vt deſtinatur ad aliud, ſiue vt cum alio comparatur, in ratione ipſa principij.

19. Confect. Relatio ordinis eſt diſquiparantię.

Ex quibus colligimus relationem ordinis non eſſe æquiparantię; nam etſi vocetenus ordinata adinuicem dicantur nomine eodem, non tamen relatione eâdem ordinata ſunt; nam principiũ eſt ordinatũ relatione principij,& principiatum relatione principiati: ſed inopia nominum facit, vt eodem nomine nuncupemus diuerſa; ſicut imaginem, & exemplar dicimus ſimilia,quorum tamen relatio eſt diſquiparantię.

20. 2. aduert. Ordo in ordine eſt,vt primò conſideretur princ. 2. ordo, 3 prioritas.

Conſtituendus etiam eſt ordo in ipſo ordine: nam primò cogitamus principium; deinde ordinem, qui additur ad principium; poſtremò prioritatem,quæ ſequitur ordinem. Et ex parte principiati primùm cogitamus ipſum principiatum; deinde ordinem, vt additum; tunc demùm quòd ſit poſterius.

21. Deciſio De fundamento ordinis diuinæ proceſsionis. Iuxta 1. ſent. traditã n. 13. In Deo abſolutum in principio,& abſolutũ in ordine diſtinguũtur definitione.

Licebit autem iam decernere de ordine diuinæ originis. Nam ſi placet in rebus creatis id abſolutum quod eſt in principio, diuidere ex natura rei ab eo abſoluto quod eſt in ordine; analogiâ ductâ ad res diuinas, cogitãda ſunt hęc diſtincta, non ex natura rei, ſed definitione: & ita ſicut cogitamus in Deo ſub hoc nomine principij aliquid conceptu abſoluto ita,& ſub hoc nomine ordinis aliud quid abſoluto conceptu meditandum eſt ratione formali diſtinctum. Et conſequens eſt,vt ponamus etiã in Deo duas relationes reales definitione diſtinctas,alteram principij,alteram ordinis. Sed videtur hoc eſſe falſum, quia cum relatio ordinis ſequatur relationẽ principij, non poteſt eſſe realis. Poteſt tamen reſponderi non ſequi vnam relationem alteram,ſed potiùs vtramque ſequi fundamentum diſtinctum noſtro modo intelligendi; & ita vtramque eſſe relationem realem.

Confect. Ponendę ſunt in Deo duæ relationes reales definitione diſtinctæ, ſcil. principij & ordinis Impugnatio. Reſponſio.

22. Iuxta 2 ſent. Illa abſoluta non diſtinguuntur, niſi ex modo intelligendi. Declaratur.

Meliùs tamen videtur dicendum ordinem nõ eſſe quid diſtinctum à principio,niſi ex modo intelligendi addita relatione rationis.Et ita ſiue intelligamus ordinem conceptu abſoluto, quo pacto dicitur ordo naturæ; ſiue intelligamus relatiuo, quo dicitur ordo Filij ad Patrem,aut ordo Patris ad Filium; ſignificamus aut principium, aut principiatũ tali modo cognoſcendi,ſcilicèt,vt conſideratur vnum naturâ propenſum ad aliud.

23. Notandum. Ordo naturæ in Deo eſt realis, hoc eſt, in re ipſa inuẽtus

Ad hæc notãdum eſt, quòd ordo iſte naturę in Deo eſt realis,hoc eſt,in reipſa inuentus, vt omnes Doctores conſentiunt. Sed hoc pronunciatum poteſt habere duplicem ſenſum: Poteſt enim dici ordo realis, quia ſit res quædam; vel quia

1. quia fundatur in re.

quia duntaxàt fundetur in re: verbi gratia ſimilitudo inter diuinas perſonas realis eſt; quia fundatur in natura diuina: non tamen res eſt; quia non eſt relatio realis, ſed rationis, vt lib.3. dicemus. Quòd ergo hic ordo naturæ ſit realis, cõſtat vel ex ipſo nomine; dicitur enim ordo naturæ, quaſi in natura rei, ſiue in re ipſa inuentus. Sed videtur etiam dicendum, quòd hic ordo naturæ ſit res, ſcilicèt relatio diuina ſignificata vt ordo; nam S.Thom. cum quæreret 1.p.q. 42. & in 1. d. 20. q.1. art.3. quid hoc nomẽ ſignificet, affirmat ſignificare notionem in communi, ſcilicèt relationẽ diuinã: & d.20. clariùs hoc aperit, quòd ordo in Patre ſit Paternitas, & in Filio Filiatio. Sicut ergo diximus, quòd origo eſt ipſa relatio ſignificata, & cõcepta vt actio; ita dicẽdum eſſe videtur, quòd ordo naturæ ſit diuina relatio, ſignificata vt ordo, vel in producẽte, vel in producto. Ratio itaque formalis ordinis in Patre eſt ipſa Paternitas, ſignificata vt ordo cõſequẽs generationẽ actiuã; & in Filio Filiatio, vt notio cõſequẽs natiuitatem. Et ita dicitur ordo naturæ conceptu abſoluto, cum re ipſa ſit relatio diuina: cõceptu autem relatiuo eſt etiã ordo relatio diuina. Et ita vtroque modo ordo in Deo eſt res diuina, & notio communis, vt docet S.Thom.

2. quia eſt res, ſcil. relatio diuina ſignificata vt ordo. *S. Thom.*

Exemplum originis ex c. 53. n.2.3. & 6.

24. Obiect. cõtra reſolutionem tituli ex *Mario.*

Cõtra ordinẽ proceſsionis videtur poſſe obijci ex Mar. Vict. lib. cõtra Arium. *In quo ordine* (inquit) *ponitur Sãct' Spiritus? præcedit enim, ſi Patris eſt Spiritus: & ſequitur, ſi à Filio habet quod eſt.* Eſt ergo in diuina proceſsione ordo cõtrarius, & ſecum pugnans, vt ſequatur qui præcedit. Marius tamen his verbis nihil aſſerit, ſed tantùm diſputat: neque eſt conſequens, vt quia ſpiritus eſt Patris, præcedat Filium; ſi verò dicitur ſpiritus Patris, ideſt, ſubſtantia Patris, ipſa ſubſtãtia intelligitur præcedere Filium; ſed perſona Spiritus Sancti nullo modo præcedit, ſed ſequitur, vtpotè à Filio procedens.

Reſponſio. Sp. Patris, id eſt, 3. perſona à Patre procedens non præcedit Filium. Sp. Patris, id eſt, ſubſtantia Patris præcedit Filium.

Confirmatio.

25. *S. Auguſt.* *S. Athanaſ. in Symbolo.*

QVòd in Deo ſit ordo naturæ, docet S. Auguſtin. lib. 3. contra Maxim. cap. 14. & lib. 4. ſuper Geneſ. cap. 34. & 35. & S. Athanaſ. in ſuo Symbolo negat in Trinitate perſonarum eſſe confuſionem, ex quo argumentatur S.
A Thom. comprobans eſſe ordinem; quia vbi non eſt ordo, confuſio eſt: conſentiuntque de ea re, & Patres, & Doctores cum S. Thom. 1.p. q.42. art.3. & alijs in locis. Et confirmat hoc ipſum Concilium Florent. ſeſſ.20. decernens Patrem ordine præcedere.

S. Thom. *Cõc. Florẽt.*

CAPVT LXI.

In diuina proceſsione nulla eſt prioritas realis?

B CAput habet partes duas. Prima pars: *Quæ ſit prioritas realis?*

Secũda pars: *In proceſsione diuina nulla eſt prioritas realis.*

PRIMA PARS.

Quæ ſit prioritas realis?

1.

QVid ſit prioritas realis oportet maximè diſpicere, cũ hoc ſit principium cõcluſionis Theologicæ perneceſſariæ, an ea prioritas inſit diuinæ
C proceſsioni. Diſputat autem Ariſtot. de ea re in poſtprædicamentis, cap. de priori, & lib.5. Metaphyſ. cap. 11. text.16. ſed ita obſcurè, vt eius ſententia non planè appareat, aut extet. Ex ijs autem, quæ diximus, liquet prius, & poſterius cõiũgi cũ principio, & cũ ordine: prius enim reuocatur ad vnum primum, vel abſolutè primum, vel ſaltem deſignatum; vt in tempore primum abſolutè fuit inſtans, in quo ipſum tempus conditum eſt; inſtans verò præſens eſt primum collatũ cum tempore futuro; & ita in alijs, quæ dicuntur priora: ordo autem cum prin-
D cipio etiam cõnexus eſt; quare oportet prius etiam cum ordine conuenire, vt diximus.

Ariſt. obſcurè de hac re.

Prius, & poſterius coniungitur cum principio.

Ordo etiã cũ principio, ac proinde prius & poſterius cũ ordinẽ connectitur.

2. *Ex Ariſt.* quinque genera priorum.

Ariſtotel. igitur cap. de prioribus quinque genera priorum diſtinguit, ſcilicèt tempora priora; & non reciproca, verbi gratia, genera priora ſpeciebus; & priora ordine; & adhùc priora ordine naturæ, ſcilicèt dignitate priora, & priora reciproca, quæ etiam ſunt priora naturæ ordine, vt cap. ſequenti ait, ſcilicèt cauſas priores effectibus. At verò in Metaphyſ. alia genera priorum recẽſet, vt priora loco, tempore, motu, poteſtate, ordine, & demùm cognitione priora:

Ex eodem alia genera priorũ [illegible]

Digitized by Google

Vniuerſim quot modis dicitur principiũ,totidẽ dicitur ordo & priora.

priora: quæ omnia longiori oratione A eſſent explicanda. Et vt omnia priora breuitèr perſtringam, quot modis dicitur principium, tot modis neceſſe eſt dici quoque ordinem,&priora, quę ſunt cum principio connexa.

3. Conſect. Vbi principiũ non eſt reale, prioritas nequit eſſe realis

Ex ijs colligimus, quòd vbi principium non eſt reale, prioritas nequit eſſe realis; ibi enim primum non eſt quid reale; principium enim eſt primum; ergo principium non reale, non eſt re ipſa primum; vbi autem non eſt primum reale, neque prius, & poſterius eſt, quæ ſunt conſequentia: quare genera non ſunt priora ſpeciebus reali prioritate,cũ ſola ratione diſtinguantur ab eis:etſi Ariſtot.cap.de modis ſimùl,permittat ea eſſe priora naturâ, non tamen id decernit, ſed Platoni videtur permittere, qui genera aiebat eſſe cauſas ſpecierum.

Vnde genera nõ ſunt priora ſpeciebꝰ prioritate reali.

B

4. *Ariſtotel.* explicatur.

1. Concl. Prioritas tẽporis eſt ſimplicitèr realis. Oſtenditur.

Deinde ſtatuimus ex Ariſtotel. ſententia in poſtprædicamentis, omniumque conſenſu, eam eſſe realem prioritatem abſolutè, ac ſimplicitèr, quæ in tempore cernitur; eſtque ea quaſi naturæ informatio,vt dicamus priora abſolutè, ac ſimplicitèr, quæ priùs exiſtunt, hoc eſt, tempore priori; quemadmodùm etiã illa dicimus eſſe ſimùl abſolutè ac ſimplicitèr, quę in eodẽ tẽporis inſtanti exiſtunt: prius autẽ,& poſterius in tempore ſunt partes reales temporis,quarum aliæ labuntur priùs, aliæ poſteriùs;ſiue de tempore continuo ſermo ſit,ſiue de tempore diſcreto: tẽpus enim continuũ eſſe ens reale,realibuſq; cohærere partibus certũ eſt, cum iuxta receptã Ariſtot.definitionẽ ſit numerus motus ſecũdũ prius, & poſterius, id eſt, numerus partiũ motus, ſeu potiùs ipſæ partes motus numeratæ,prout durãt ac ſibi ſuccedũt ſecundũ prius,&poſterius: tẽpus autẽ diſcretum Angelorũ, etſi nõ ſit res exiſtens, eſt tamen tempus reale, & realis prioritas in ipſo;quia re ipſa operatio vna antecedit aliam,non ſolùm ordine naturæ,ſed reali interuallo.

C

Oſtenditur 2. de tempore cõtinuo.

Oſtenditur 3. de tẽpore diſcreto.

D

5. 2. Concl. Prioritas naturę eſt quodam modò realis, vt num.11. Inuenitur dũtaxàt in cauſis Exemplũ diſtinctionis realis abſolutè,

Eſt alia prioritas realis, quæ dicitur prioritas naturæ, quæ non eſt abſolutè, ac ſimplicitèr realis,ſed ex parte, & modo quodam realis eſt,vt explicabimus: ea autem inuenitur duntaxàt in cauſis. Obſeruandum enim eſt,quòd ſicut in rebus eſt diſtinctio realis abſolutè, vt explicauimus; & eſt alia realis diſtinctio non abſolutè, ſed ex parte realis, quam dicimus diſtinctionem ex natura rei, quæ tamen aliquatenùs cernitur in re ipſa: ita eſt prioritas realis eorum, quæ exiſtunt in inſtantibus diſtinctis, inter quæ eſt tempus medium, ſiue verum tempus,ſiue ſola meditatione ductum. Et eſt alia prioritas ſecundum aliquid realis, eorum quæ ſimul exiſtunt in eodem inſtanti temporis,ita tamen, vt ordine quodam vnum exiſtat poſt aliud: ita vt omnis prioritas realis ſit menſura quædam exiſtentię, ſiue abſolutè in inſtantibus diſtinctis; ſiue in eodem inſtanti, propter ordinem exiſtentiæ,vt declarabimus.

&realis ex parte,vt libr.1. c. 28. p. 1. num. 4.&5.

6. 1. Declaratio. Cauſa efficiẽs priùs naturâ exiſtit, quàm effectus.

Probatur 1. Cauſa operatur in quantũ eſt actu exiſtens.

Dicendum igitur eſt, quòd cauſa efficiens priùs naturâ exiſtat, quàm ſuus effectus; agens enim operatur in quantum eſt actu, ſcilicèt exiſtens: ergo effectus dimanat ab exiſtenti cauſa; ergo exiſtentia ipſa cauſæ antecedit effectum: Igitur cauſa efficiens ordine naturæ priùs exiſtit, quàm effectus, ita vt hæc prioritas ordinis exiſtentiæ inueniatur in re ipſa, in eodem tamen inſtanti temporis. Et de effectu probatur, quòd exiſtat poſteriùs alia etiam ratione: effectus enim ex ſe ipſo non exiſtit; cum ergo emanat à cauſa,ordine naturæ procedit à non eſſe ad eſſe, vt Ariſtotel. docet; ergo ordine ipſo exiſtentiæ naturali non eſſe antecedit eſſe; ergo eſſe in ipſo effectu eſt poſterius. Et eodem modo in rei interitu, vt Ariſtotel. docet 5. Metaphyſ. cap. 11. eſſe antecedit non eſſe,ita vt in eodem inſtanti, in quo res deſinit eſſe, antecedat eſſe. Nec verò credat aliquis in eodem inſtanti rem priùs exiſtere, & poſteà non exiſtere: aut priùs non exiſtere,& poſteà exiſtere; ſed quia rès cum efficitur, ex ſe non habet exiſtentiam, & habet exiſtentiam à cauſa tunc primò,cum antea non extiterit,effectus re ipſa eſt poſterior ordine exiſtentiæ,quàm cauſa.

Probatur 2. Effectus in inceptione procedit à non eſſe ad eſſe.

In deſitione vicèuerſa. *Ariſt.*

In eodẽ inſtãti intrinſecè effectus nõ eſt priùs non exiſtens, & poſteà exiſtens.

7. 2. Declaratio. Prioritas etiã aliarũ cauſarũ eſt realis,& in ordine ad exiſtentiam. Oſtenditur.

Aliæ verò cauſæ exiſtentes,quæ ſunt materia, & forma, ſunt ſe ipſis inuicem priores, & poſteriores naturâ in diuerſo genere cauſę, & quidèm reali prioritate, ordine etiam exiſtentiæ. Nam etſi ante exiſtentiam conueniant vt cauſæ; quia ſunt cauſæ compoſiti, cui aduenit exiſtentia, vt libro 4. dicemus; tamen ad hoc cauſalitatem præbent, vt exiſtant in compoſito: & ideo ordine quodam

Etſi conueniant vt cauſæ ante exiſtentiam: ad hoc tamen cauſalitatem præbent,vt exiſtant in compoſito.

Digitized by Google

Vnum altero prius naturâ, & re ipſa ab agente producitur ad hoc vt exiſtat.

quodam reali Deus priùs naturâ creat materiam, quàm inducat formam; & agens creatum priùs naturâ producit formam, quàm compoſitum; cùm cōpoſitum ſit effectus formæ: & cùm res producatur per hoc quòd acquirit eſſe, vt libro quarto docebimus, ordo productionis reſpicit ipſum eſſe, ſiue exiſtentiam. Itaque etſi materia non priùs exiſtat, quàm forma, priùs tamē naturâ in ſuo genere ſubijcitur exiſtentiæ per ipſam formam, & forma priùs naturâ affert exiſtentiam, vt cauſa formalis. Quòd autem hæc prioritas ſit realis liquet, quia is ordo ſatis eſt, vt agens priùs producat re ipſa formam, quàm compoſitum: hæc ergo prioritas minor eſt, quàm cauſæ efficientis; vera tamen prioritas realis eſt; & eſt prioritas ſecundum eſſe, ſiue ſecundum exiſtentiam, vt vnum altero priùs exiſtat, aut priùs naturâ producatur adhoc, vt exiſtat.

Materia prius naturâ ſubijcitur exiſtentiæ per formam: & forma, prius natura affert exiſtentiam.

Hæc prioritas minor eſt, quā cauſæ efficientis.

8. *Declaratur.*

Eſt igitur obſeruandum non eſſe bonam conſequentiam, materia eſt prior naturâ, quàm forma; ergo priùs exiſtit. Eſt tamen bona conſequentia, quòd cauſalitate quadam ad exiſtendum antecedat, vt explicabimus; & ita omnis antecedentia, ſiue prioritas naturæ, quę realis eſt prioritas, ad exiſtētiam refertur.

9. *3. Concluſio. Nulla eſt prioritas realis in rebus creatis, niſi temporis, & naturæ ſecūdum caſalitatem. Oſtenditur 1.*

Exiſtimamus ergo haud dubiè, nullā aliam eſſe realem prioritatem in rebus creatis, niſi temporis, & naturæ ſecundum ordinem cauſæ realem. Hoc antē oſtendimus per ea, quę antea poſuimus; vbi enim principium reale non eſt, non eſt prius, & poſterius in re ipſa: nam vt mittamus tempus, in quo etiam eſt reale principium, & præcipua prioritas; vbi non eſt principium reale, non eſt realis prioritas: at verò in rebus creatis principium reale ſemper eſt cauſa rei, vt antea docuimus; ergo non eſt realis prioritas, niſi ſit realis cauſalitas. Deinde commonſtrabimus hanc eſſe ſententiam Ariſtotelis: Nam capit. de Modis ſimul, duos modos ſimul exiſtentium declarat, ſcilicèt ſimul tempore, & ſimul naturâ exiſtentium; quia ij duo modi duntaxàt reales ſunt: aliàs quot modi ſunt prioris, & poſterioris, tot ſunt ſimul exiſtentium; nam & ſimul loco ſunt, vt contigua; & ſimul ordine, vt bini in chorea; & ſi-

2. Oſtenditur hanc eſſe ſententiam Ariſt. tradētis in genere duos modos ſimul exiſtētium, ſcil. tempore, & naturâ.

A mul dignitate, vt duo conſules. Non ergo Ariſtoteles recenſuit omnes modos ſimul exiſtentium; ſed in genere duos modos reales tradidit, ſcilicèt ſimul tempore, & ſimul naturâ in ijs, quorum vnum non eſt cauſa alterius; ergo ex oppoſito duo ſunt genera prioritatis realis, ſcilicèt eorum, quæ ſunt priorá tempore, & eorum, quæ ſunt priora naturâ, quæ ſunt cauſa aliorum. Hæc eſt etiam ſententia Sanctj Thomæ abſque dubio; idcircò enim negat in Deo eſſe prioritatem realem in proceſſionibus; quia eſſet prioritas naturæ, quaſi indicaret prioritatem realem aliam non eſſe, niſi aut temporis, aut naturæ; quamobrem dicitur Sanctus Thomas apud quendam ob Ariſtotelis obſeruantiam negaſſe prioritatē realē in perſonis diuinis; quam tamen oſtendemus parte capitis tertia, Patres antiquos maiori cum obſeruātia negaſſe.

3. Oſtenditur hanc eſſe ſententiam Sācti Thomæ.

B

Notandum.

10. *Aduert. ex S. Thom. Ordo naturæ vel eſt dignitatis, vel cauſalitatis.*

At verò explicandum nobis eſt id, quod Sanct. Thom. ait Opuſcul. 60. cap. 1. duplicem eſſe ordinem naturæ, ſcilicèt ſecundum dignitatem, & ſecundum cauſalitatem. Et à Ioanne Scoto

Scotus.

C libro de principio cap. 1. alijs nominibus dicitur ordo eſſentialis eminentiæ, & eſſentialis dependentiæ; eminentia enim dignitatem, dependentia verò cauſalitatem ſignificat. Quòd ſi ordo dignitatis eſt ordo naturæ, eſt quidèm ordo realis; & Ariſtotel. cap. de Priori. dignitatis ordinem etiam commemorat. Ad hoc dicendum eſt, id quod eſt dignitate primum, non ideo eſſe principium reale; aliàs homo, qui eſt dignitate primus inter bruta, erit principium reale brutorum: vbi autē principium reale non eſt, nec ordo realis eſt; neque eſt verè ordo naturæ, cu-

Ordo naturæ ſecūdum dignitatem explicatur. 1.

Primū dignitate non ideo eſt principiū reale atq; adeo nec prius prioritate reali, ſed naturali intelligentia.

D ius ſcilicèt ipſa natura ſit principium; ſed eſt ordo naturalis intelligentiæ; & idcircò dicitur ordo naturæ. Quo etiam pacto vniuerſalia dicuntur priora naturâ; quia naturali intelligentia antecedunt particularia. Et poteſt adhuc dici eſſe ordinem naturæ in dignitate, hoc eſt, ordinem intentum ab auctore naturę, quia Deus magis diligit meliora, & illa pręcipuè intēdit; & ita meliora, ſiue digniora vt ſunt finis cæterorū, ſunt reale principium, & priora prioritate cauſæ; ſed in dignitate ipſa eſſentiali, qua vna res eſt præſtantior alterâ, non

Sic vniuerſalia dicuntur priora naturâ.

Explicatur. 2. Primum dignitate eſt primū ordine intento ab auctore naturæ.

Digitized by Google

non eſt ordo realis, ſed ordo rationis. Itaque in rebus creatis nec realis ordo eſt, nec realis prioritas extra prioritatem temporis, niſi in veris cauſis. In Deo autem eſt ordo realis, ſed nõ prioritas realis, vt parte capitis ſequẽti diſputabimus.

11.
Ordo naturæ ſecũdum cauſalitatem explicatur.
Priora naturâ ſunt quę ſunt neceſſaria ad illud genus cauſæ, aut cũ his coniuncta, & nõ poſteriora.
In agente, ad cauſandũ neceſſaria eſt exiſtentia:
In materia, pduci duntaxàt extra cauſas.

Eſt denique obſeruandum, vt hoc quoque emolumenti alijs quæſtionibus præſtemus, quòd cum prioritas naturę ſit prioritas ſecundum aliquid, ſcilicèt ſecundum ordinem cauſæ; ea duntaxàt antecedunt reali prioritate, quæ neceſſaria ſunt ad illud genus cauſæ, aut cum his coniuncta, & non poſteriora: quod quidem eſt ſtudioſiùs obſeruandum, vt in dialecticis diſputationibus commẽtati ſumus. Quia ergo exiſtentia neceſſaria eſt in agente ad agendum, ipſa exiſtentia agentis antecedit totum effectum prioritate naturæ: quia verò exiſtentia non eſt neceſſaria in materia, vt ſubijciatur formæ; benè tamen neceſſarium eſt vt materia ſit producta extra cauſas; ideo concedimus materiam ſimpliciter priùs produci prioritate naturæ, quàm formam: non tamen concedimus priùs exiſtere etiam prioritate naturæ; & cum hæc antecedentia, ſiue prioritas, ſit realis & in cauſa reali, maximè intereſt quid aliud quid antecedat: quòd autem materia prius naturâ producatur, quàm exiſtat, lib.4. eſt enarrandum.

12.
1. Conſect.
Animæ rationali creatæ in illa prioritate ante exiſtẽtiã totius, non ineſt rectitudo.
Ratio.

Ex quibus colliges animam rationalem, cum priùs creetur, quàm inducatur in corpus ex Adæ ſanguine concretum, à quo peccatum originis contrahit, in illa prioritate non eſſe rectam; ſi enim in illa prioritate rectitudo ineſſet animæ, non poſset in eodem inſtanti temporis ineſſe eidem peccatum poſtquam eſt corpori immerſa, cum prioritas illa non ſit temporis prioritas, ſed naturæ; aliàs ineſſent illi in eodem inſtanti ſimul, & rectitudo, & peccatum; ergo in illo priori non ineſt rectitudo animæ: ſed neque ineſt peccatum; cum tamen rectitudo, & peccatum ſint immediatè oppoſita. Ratio eſt, quoniam in illo priori non eſt neceſse alterum oppoſitorum ineſſe; quia neutrum pertinet ad rationem cauſæ, neq; cum ijs quæ pertinent ad rationem cauſæ, neceſſariò coniunctum; nam in illa prioritate rectitudo, aut iniquitas in anima non pertinet ad conſtitutionem, aut integritatem animæ, vt in corpus inducatur: ſicut ergo in illo priori non poteſt exercere operationem; ita non eſt ſubiectum rectitudinis, aut peccati, cum ſit pars deſtinata ad totum; totius autem eſt operari; & rectitudo, ſiue peccatum, quæ ad operationem pertinent, totius etiam ſunt, & antequàm producatur totum, non inſunt.

Nec ineſt ei peccatum.
Ratio.
Neutrũ iſtorũ oppoſitorũ eſt neceſſariũ ad cauſam, aut cũ neceſſarijs cõiunctum.

Neutrũ ptinet ad cõſtitutionem, aut integritatem animæ, vt in corpus inducatur ſed ad operationem conſequentem totũ.

13.
2. Conſect.
Cõtra *Bañes*
Diſpoſitiones quæ ſunt in genito, non ſunt priùs naturâ exiſtẽtes, quã genitum:
Quòd ſi eſſent, vt tales intelligerentur.
Probatur hoc ſecundum.
Primum oſtenditur.

Per inconſiderantiam igitur dictum eſt quoque ab alijs, diſpoſitiones antecedentes formam geniti priùs quidèm exiſtere, quàm ipſam formam; ſed non priùs intelligi exiſtentes. Mirum enim ſanè eſt, quòd cum exiſtentes ſint, tales nequeant intelligi; cum & ea, quæ non ſunt, quaſi ſint, cogitando meditemur. Sed tamen priùs eſſe exiſtentes diſpoſitiones eſt prorſus incredibile, cum earum exiſtentia pendeat ab exiſtentia totius geniti, in quo iam eſt forma ſubſtantialis producta, ad quam eæ diſpoſitiones præparant materiam. Quòd ſi exiſtentia diſpoſitionum antecederet prioritate naturæ, quæ eſt prioritas cauſæ, ea quoque in illa prioritate intelligeretur. Poſſet ergo dici diſpoſitiones antecedere formam, non exiſtentes, ſed tamen productas, vt de materia diximus formam antecedere. Verumtamen & hoc falſum eſt; tum quia accidentia pendent à compoſito exiſtente, & ita non poſſunt produci ante illud: tum quia materia ſine forma ſubſtantiali non eſt capax accidentium; imò nec exiſtentiæ eſt capax, vt præclarè docet Sanctus Thomas, & libro 5. diſputabimus. Sed omninò dicendum eſt diſpoſitiones eas, quæ inueniuntur in re genita, non antecedere formam in vllo genere cauſę; ſed eſſe conſequentes diſpoſitiones, vt S. Thomas ait, & produci ab agente poſteriùs naturâ, quàm genitum: eſſe tamen diſpoſitiones; tum quia ſunt terminus motus præcedentis, quo diſponebatur materia: tum quia conſeruant genitum. Sed hęc ad phyſicas diſciplinas referenda ſunt.

Reſponſio.
Refellitur 1.
Secundò.
Illatio.
Ex diſpoſitiones ſunt conſequentes, & productæ poſteriùs naturâ quã genitũ.

Adhùc verò eſt aduertendum res aliquas poſse ſibi inuicem eſſe cauſas in genere cauſę materialis, & formalis; nõ 14.

Aduert.

Digitized by Google

Materia & forma ſũt ſibi inuicem cauſa & effectus.

verò in genere cauſæ efficientis: nam materia aliquid habet à forma, vt pendeat ab ea tanquàm à priori; & forma aliquid à materia, vt quoque ab ea pẽdeat vt à priori ſubſiſtente; neutra tamen exiſtit priùs alterâ: cauſa autem efficiens priùs exiſtit, quàm ſuus effectus. Quòd ergo ipſa res, quæ eſt cauſa efficiens, quoad ſuam eſſentiam, & eſſe, pendeat ab ea re quæ poſteriùs exiſtit, intelligi non poteſt: ſi enim exiſtentia ipſa agentis, quæ eſt vltima perfectio eſſentiæ, prior eſt, quàm effectus; ſanè quoad exiſtentiam, & eſſentiam non pendet ab effectu: aliàs id, quod eſt prius penderet à poſteriori. Secundum accidens tamen, agens aliquãdo eſt ſimul ſubiectum ſuæ actionis, quæ manet in illo: & ita in diuerſo genere cauſæ eſt prius, & poſterius. De qua re ſupra diſputauimus.

Cauſa efficiẽs, vt ſic, nõ eſt poſterior ſuo effectu.

Agẽs prout ſecundũ accidẽs eſt ſubiectum ſuæ actionis immanẽtis, in diuerſo genere cauſæ eſt prius & poſterius.

15.
4. Concl. Prioritas naturæ rectè explicatur cũ dicimus, in illo priori.
Oſtenditur.

Denique ſtatuendum eſt prioritatem naturæ rectè explicari, cum dicimus, in illo priori. Iam enim ſatis eſt tritum vſu differendi vt, cum dicimus, in illo priori, non ſignificamus inſtans prius; ſed in inſtanti eodem, ordinem prioris naturâ ſignificamus; cum enim ſint quædam quæ antecedunt, quædam quæ ſequuntur reali prioritate naturæ, oportet vt etiam inuiti nobis permittãt in illo priori quædam antecedere; ſignificamus enim nihil aliud, quàm ea eſſe naturâ priora alijs, quod ipſi cõfitetur. Et eadem ratio eſt de prioritate rationis. Quare non eſt arguendus Ioannes Scotus, qui poſuit in diuinis ſigna quædam rationis, quaſi in eodem inſtanti temporis fingamus animo inſtantia rationis plura, iuxta numerum eorum, quę antecedunt: vt ſicut vera inſtantia ſuccedentia conficiunt verum tempus; ita in inſtanti eodem ordo rationis, quo numeramus primum, ſecundum, tertium, relinquat quædam inſtantia, ſiue ſigna rationis. Et ita diſputamus, quænam inueniamus cogitando in ſingulis ſignis, ſiue (vt plerique aiunt) in ſingulis prioritatibus. Et hæc meditatio familiaris eſt S. Thom. qui etiam in rebus diuinis ordine quodam cognitionis conſiderat perſonas, deinde origines, deinde relationes, & plurima alia in hunc modum.

Coroll.
Scotus rectè poſuit in diuinis ſigna quędã rationis.

Declaratur.

Eadem ſæpè poſuerat *S. Thom.*

A B C D

SECVNDA PARS.

In diuina proceſſione nulla eſt realis prioritas.

1.
Aduerſantur ſequentes.
Scot.

INter eos, qui de prioritate diuinæ originis, ſiue proceſſionis differunt, Ioannes Scotus in 1. diſtinct. 12. queſt. 1. & 2. & diſtinctione 28. queſtione 3. & in 2. diſtinctione 1. queſtione 1. & in quodlibet. quæſtione 4. 8. & 14. affirmat eſſe prioritatem ex parte rei (vt aiunt) ſiue in re ipſa. Idem opinantur Gregor. diſtinctione 9. & 29. quæſtione vnica, Gabriel. quæſtione 3. Marſil. quæſtione 13. & videtur fauere illis Sanctus Bonauentura diſtinctione 12. queſtione 1. Gilbert. etiam Genebrard. ad Schegkium fol. 83. Scoti partes ſequitur, Patrem antegredi Filium, non tempore, ſed naturâ.

Gregor.
Gabriel.
Marſil.
S. Bonauẽt.
Genebrard.

2.
1. Concl. In diuina proceſſione non eſt prioritas naturæ de qua *Ariſt.*
Probatur 1. de prioritate dignitatis, ſiue ordinis naturę.
Confirm. ex *Boetio.*
Probatur 2. de prioritate cauſæ.

Et illud iam conſtat inter Catholicos eam non eſſe prioritatem naturæ, quam Ariſtotel. definiuit; ſiue dicas prioritatem dignitatis, quam ordinis naturæ Ariſtotel. appellat cap. de prioribus, ſiue prioritatem cauſæ. Perſona enim diuina non eſt dignior alterâ, vt lib. 3. dicemus: Quod confirmatur ex Boetio de Trinitate, quia ibi eſt differentia naturæ, vbi eſt ordo dignitatis. Sed neque eſt cauſa alterius, cauſa inquam phyſica, vt ſupra declarauimus. Diſputandum verò modò eſt, vtrũ ea prioritas, quæ ſolet appellari originis, ſit etiam realis?

3.
2. concl. in titulo aſſerta.
1. arg. contra prioritatẽ originis realem, quòd ſit prioritas naturæ, ſeu cauſæ phyſicę, per *Ariſt.*

Eſt tamen omninò conſentaneum rebus fidei, vt nullam prioritatem realem in diuina origine ponamus. Primò, quia prioritas originis eſt prioritas naturæ, vt Ariſtotel. ait 5. Metaphyſ. capit. 10. text. 16. prioritas autem naturæ eſt prioritas cauſæ phyſicæ. Catholici autem ordinem quidem naturæ ponunt in Deo, ſed non prioritatem naturæ. Et Concilium Florentinum ſeſſion. 20. aſſerit Spiritum Sanctum eſſe ordine tertium; ſed non tertium naturâ; quia ſcilicèt ordo naturæ admittitur, ſed non prioritas naturæ. Sunt autem de numero recentiorum, qui audent dicere in Deo eſſe prioritatem naturæ; non quæ ſit in cauſa phyſica, ſed quæ ſit in principio reali, realis naturæ prioritas. Et

Ex Cõc. Fl. in Deo eſt ordo naturę, nõ prioritas naturæ.

Reſponſ. ex *Rad. cõtr. 5.* cõſonè aduerſãtibus ponente in Deo prioritatẽ naturæ, ſed nõ cauſæ phyſicæ.

Digitized by Google

Et quidèm id conſonum eſt huic opinioni; nam ſi prioritas realis eſt, quid prohibet dicere naturæ prioritatem, ſicut & ordinem naturæ? Non quòd natura ſit prior, ſed perſona; ſicut non natura ordinata eſt, ſed perſona.

4. *Redarguitur ex S.Thom.* In perſonis natura eadem eſt: relatiua ſunt naturâ ſimul.

At verò quòd ſit impoſsibile, probatur argumento Sancti Thomæ firmiſsimo. In perſonis nihil eſt, niſi proprietas, & natura: natura non poteſt eſſe prior, cum ſit eadem; proprietas nequit eſſe prior, cum ſit relatio; relatiua autem ſimul naturâ eſſe docet Ariſtotel. & communis conſenſio: ergo proprietas nullo modo eſt prior. Putant aliqui ſe argumentum diſſoluere dicentes, quòd proprietas conceptu non relatiuo, ſed abſoluto cognita, eſt prior. Sed paralogizantur ingenuè; non enim attendunt proprietatem cognitam diſtinctis conceptibus non eſſe vllo modo diſtinctam re ipſa, ſed ſolâ ratione diſtingui. Si ergo proprietas eadem, verbi gratia, Paternitas, vno conceptu cognita eſt ſimùl cum Filiatione, & altero conceptu eſt prior prioritate reali; ſe ipſâ ſanè eſt prior prioritate reali, quod non licet intelligere. Et eodem vtor argumento; nam Paternitas eſt eadem res, quæ eſt eſſentia; & eſsentia non eſt prior; ergo nec Paternitas; aliàs Paternitas erit ſe ipſa prior reali prioritate. Neque eſt ſimilis conſequentia, Paternitas eſt eſſẽtia; eſſẽtia nõ diſtinguitur à Filio; ergo neq; Paternitas: diſtinctio enim eſt relatiuorum; & ideo in eſsentia eâdem ſunt relatiua diſtincta. Prioritas autem ſaltèm non pertinet ad rationem relatiuorum; ergo in eſſentia eâdem non poteſt eſſe prioritas perſonarum, quæ perſonæ ſunt relationes, & nullo modo ab eſſentia diſtinguuntur. De proprietate verò eſt euidentiſsimum argumentum, quòd cognita conceptu abſoluto non ſit prior, quàm cognita conceptu relatiuo; aliàs ſe ipſâ eſt prior. Et confirmatur, nam eſſentia quidèm eſt in tribus relatiuis perſonis aliquid eſſentiale, & abſolutum; proprietas verò eſt vna, & eadem in vna perſona, ſola ratione diſtincta, cognita vt eſt origo, & vt eſt relatio; ergo diſtinctio hæc rationis non eſt ſatis, vt origo ſit prior prioritate reali, & relatio poſterior; nam & in Deo intellectus non poteſt eſſe prior voluntate, quia ſunt omninò vna eſsentia. Sicut ergo inter attributa non poteſt eſſe realis prioritas, ita neque inter originem & relationem; cum vtraque ſit vna relatio. Ioannes igitur Scotus qui aſſerebat attributa diſtingui ex parte rei, vt ipſe ait, eadem ſignificatione conſentaneè potuit dicere originem eſſe priorem ex parte rei, non verò relationem. Sed contra qui nullam diſtinctionem ex parte rei, ſiue in re ipſa permittunt, nullam poſſunt fingere prioritatem realem in ſimplici perſona, in qua non eſt niſi relatio, & eſsentia; & neque eſsẽtia, neque relatio prior eſt: ergo nihil ſupereſt, quod ſit prius.

1. Euaſio.

Præcluditur 1. ex identitate reali inter Paternitatem v.c. cognitam abſoluto conceptu, & ſe ipſam cognitã relatiuo ſimul cũ Filiatione:

Præcluditur 2 ex identitate eadem inter Paternitatẽ, & eſſentiam quæ nõ eſt realitèr prior Filiatione.

Præcluſionis obſtaculum:

Reſtringitur.

Confirmatur præcluſio.

Diſtinctio rationis nõ ſufficit ad prioritatem realẽ.

Exemplum attributorum.

In via Scoti euaſio liberior.

In via Thomiſtarũ non diſtinguentium attributa ex natura rei, euaſio nulla.

5. 2. Euaſio.

Aliqui aiunt relata diuina non eſſe ſimul naturâ, & intellectu, ſed ſola relata creata: Sed valeant iſti, qui philoſophiam conuellunt, cum quibus libro 4. fuſiùs diſputabimus. Aiunt prætereà prioritatem realem originis non eſſe aliud, quàm vt vnum naturâ ipſâ rei ſupponatur ante aliud: Sed hi hærent in verborum ſignificatione, vt in ſalebra: nam ſupponi eſt prius poni; quod autem prius ponitur, vel ſola ratione antecedit, quo pacto intellectus diuinus ſupponitur voluntati, nihil enim niſi cognitum expetitur: quòd ſi ſola ratione antecedit, prioritas non eſt realis. Vel illud inquiunt ſupponi quod re ipſa ante operationem intellectus antecedit. Quam antecedentiam realem nos firmiſsimis argumentis oppugnamus.

Philoſophiã conuellit.

3. Euaſio *Rada cit.*

Hæret in verborũ ſignificatione.

Supponi, eſt prius poni.

6. 2. argum.

Secundum argumentum ex iiſdem deduco. Nam ſi Pater eſt prior reali prioritate, quàm Filius; ergo vel eſt prior duntaxàt ſecũdum proprietatem perſonalem, vel ſecũdum ſolam naturam, vel ſecũdum vtramque. Si ſola proprietate eſt prior; ergo ipſa proprietas eſt prior prioritate reali, quàm natura: & hoc eſt impoſsibile, cum perſona ſine natura non conſtet. Imò ſecundum iſtos Doctores ſola origo aſſert prioritatem realem diuinæ perſonæ; cum ergo natura diuina non procedat à perſona, non eſt poſterior illâ. Et eodem argumento probatur, quòd Pater non ſit prior prioritate reali ſecundum ſolam naturam; quia in ipſo Patre natura eſſet prior rea-

Pater non eſt Filio prior prioritate reali ſecundũ ſolam proprietatem.

Ratio.

Aliàs in ipſo Patre proprietas eſſet prior quã natura.

Confirm.

Item nec ſecũdũ ſolã naturã.

Ratio.

Digitized by Google

li prioritate, quàm perſona, quod non poteſt intelligi. Quòd ſi Pater ſecúdum vtramque eſſet prior Filio; ergo ipſa natura diuina eſt prior Filio prioritate reali; quod eſt etiam impoſsibile: maximè, quia inter naturam, & Filium non eſt ordo originis; ergo neque realis prioritas: nullo ergo modo Pater eſt prior Filio.

Nec ſecúdum vtramque. Ratio. Inter naturã & Filiũ nó eſt prioritas realis. Confirm.

7.

3. argum. Secundum exiſtẽtiã realem quæ eadem eſt in tribus perſonis, vna nó poteſt eſſe aliã prior prioritate reali. Exemplũ ſapientiæ. Obiectio.

Tertium argumẽtum eſt ex eo, quòd prioritas realis dicitur penes realem exiſtentiam, vt probatum eſt; ſed perſonæ diuinæ habẽt vnum eſſe abſolutum, & eſſentiale: intelligi ergo non poteſt, quòd eadẽ exiſtentiã vna perſona priùs exiſtat, quàm alia; ſicut nó poteſt intelligi, quòd eâdem ſapientiã vna perſona ſit ſapientior, quàm alia. Occurres tamen dicendo ſecundum opinionem S. Thom. vnam eſſe exiſtentiam partium ſubſtantiæ; & tamen vnam exiſtere priùs naturâ, quàm aliam. Reſpondetur primò, negando hoc quòd vna pars priùs naturâ exiſtat, quàm alia; imò contraria his docuimus, quia in prioritate cauſæ materialis, & formalis quę eſt cauſalitas partium ſubſtantiæ, non clauditur exiſtentia, ſed quatenùs partes ſunt cauſæ compoſiti, antecedunt exiſtentiam: cópoſito verò producto, ſimul naturâ habent partes exiſtentiam à toto; quia nó habent aliam exiſtẽtiam, niſi totius. Secundò reſpondetur partes accipere à toto exiſtentiam diuerſo modo participatam, & ita poſſe inter eas eſſe prioritatem, etiam in ordine ad exiſtentiam: ſed perſonæ diuinæ habent idem eſſe omninò eodem modo per eſſentiam; quare per idem eſſe non poteſt vna eſſe priùs altera; ſicut neque per eandem ſapientiam vna perſona eſt ſapientior alterâ. Quòd ſi dicas perſonas exiſtere etiam exiſtentijs relatiuis, de qua re lib. 4. diſſeremus cap. 42. Contrà obijcimus, nam ſaltem concedendum eſt perſonam Patris priùs exiſtere relatiuâ exiſtentiâ, quàm Filium, & ſimul etiam exiſtere exiſtentiâ eſſentiali; ergo ipſa perſona Patris priùs exiſtit proprietate per exiſtentiam relatiuam, & poſterius exiſtit per eſſentiam: quod eſt omninò incredibile; eſſet enim in perſona eadem Patris prius, & poſterius in re ipſa, & exiſtentia perſonalis eſſet prior prioritate reali, quàm exiſtẽtia eſſentialis in Patre.

1. Reſponſ. In opinione D. Thomæ partes phyſicę pro ut ſunt cauſæ totius, antecedũt exiſtẽtiã, quã ſimul naturã habẽt à toto iã ꝓducto.

2. Reſponſ.

Perſonæ diuinæ habẽt idẽ eſſe omninò eodem modo per eſſentiam.

Replica.

Solutio. Pater ſecundũ exiſtẽtiam relatiuã, non eſt prior Filio, aliàs per illã priꝰ exiſteret, quã per eſſentialẽ.

A Credo equidẽm reſpondendum mihi eſſe, nullo modo Patrem priùs exiſtere, quàm Filium. Sed tamen ex eo probamus nullo pacto eſſe priorem reali prioritate; principium enim reale ordinatur ad eſſe: prioritas ergo omnis realis, quæ cum principio coniuncta eſt, ſecundum exiſtentiam eſt æſtimanda, vt cap. antecedenti docuimus: nam & Pater, quia eſt principium Filij, dat illi eſſe. Si ergo hoc principium reali prioritate eſt prius; exiſtentia ipſa priùs eſt in Patre, qui eſt principium. Ignorant ergo propriã vocem, qui aiunt eſſe prius reali prioritate originis, ſed non exiſtentiæ. Explicatur hoc apertiſsimè, nam ſi prioritas originis
B eſt realis prioritas, natura diuina conuenit Patri gignẽti reali prioritate priùs, quàm Filio; ſed natura eſt ipſa exiſtentia; ergo Pater reali prioritate priùs exiſtit, quàm Filius, quod illi omnibus modis iure optimo negant: Nec minùs certè conceditur cum temeritate, quòd Pater reali prioritate ſit priùs Deus quàm Filius. Confirmatur, quoniam diuinæ originis principium eſt quaſi actiuum, quod operatur, quatenus exiſtit: ſi ergo in ratione principij Pater eſt prior Filio reali prioritate,
C profectò priùs exiſtit ſaltem ordine reali naturæ.

8. Declaratur argum. Nulla eſt realis prioritas principij, ſeu originis, quæ nó ſit etiã exiſtentiæ, vt cap. 60.

Explicatur apertiſsimè.

In Deo natura principij eſt ipſa exiſtẽtia. Pater reali prioritate nó exiſtit prius, nec eſt Deus prius quàm Filius: Confirm. Principiũ quaſi actiuum operatur quatenus exiſtit.

9.

4. argum.

Quartum argumentum eſt: Nam ſi Pater eſt prior reali prioritate, quæro vtrumnè priùs etiam exiſtat? ſi ais; nihil poteſt dici periculoſius, vt oſtendemus poſteà: ſi negas; ergo ea antecedentia, qua Pater eſt prior reali prioritate, non exiſtit; ſed eſt res prior Filio antecedentèr ad exiſtentiam, eo ſanè modo quo diximus materiam eſſe priorem forma, non tamẽ prius exiſtere, quia priùs producitur ordine naturæ, quàm exiſtat: &
D eodem modo eſſentia creata priùs natura producitur, quàm exiſtat. Hæc autem diuinis perſonis non poſſunt vllo modo coaptari, quia perſona diuina nullo modo antecedit naturam reali prioritate; natura autem eſt ipſa exiſtentia; ergo nulla antecedentia realis eſt in perſona ſeparatâ exiſtentiâ, ſed ſi perſona eſt prior prioritate reali, eâdẽ prioritate priùs exiſtit. Imò neque noſtro modo intelligendi conſideramus priùs perſonam diuinam, quàm eſſe, & exiſtere, quod clauditur in conceptu diuinæ perſonæ: ergo nullo

Materia priùs producitur ordine naturæ, quàm exiſtat. Similitèr eſſẽtia creata.

Eſſe & exiſtere non eſt poſteriꝰ, imò clauditur in ipſo cóceptu diuinæ perſonæ.

Digitized by Google

Aſſertum qđ Pater prioritate reali priùs exiſtat, quã Filius, eſt contra fidem.

Refutatur ex 3. argumento.

nullo modo antecedit Pater reali prioritate, quin antecedat in eo exiſtentia; atque ideò concedendum erit, quòd Pater prioritate reali priùs exiſtit, quod haud dubiè eſt contra fidem. Tunc verò maximè imminemus argumento propoſito; nam vel exiſtentia Patris eſt ſola abſoluta, quæ eſt vna in perſonis diuinis; vnâ autem, & eâdem exiſtentiâ non poteſt eſſe Pater prior Filio: vel eſt in Patre alia exiſtentia relatiua; quòd ſi ea eſt in Patre, cogitari non poteſt, quòd Pater ſit prior Filio, quin etiam prior exiſtat exiſtentiâ illâ relatiua; quæ eſt proprietas perſonæ, cum non ſit communis, ſed propria. Coguntur ergo dicere, quantumuis reluctentur, Patrẽ prius exiſtere, quàm Filium, quod viro Catholico non eſt confitendum.

10.

5. arg. a coæternitate perſonarum.

Quintum argumentum ducimus à coæternitate perſonarum: Nam Pater, & Filius ſunt æterni eadem æternitate, vt fides docet iuxta Symboli verbum, *vnus æternus*, quia ſcilicèt vna eſt æternitas, quæ non eſt perfectior in Patre, quàm in Filio; ſed ſi Pater eſſet prior prioritate reali, æternitas in Patre eſſet perfectior: ergo non eſt realis prioritas in Patre: Minor propoſitio explicanda eſt, quòd ſcilicèt realis prioritas ſit argumentum perfectioris æternitatis; duratio enim exiſtentiæ, quam menſurat æternitas, perfectior eſt in eo, quod eſt prius reali prioritate. Hoc autem iterùm comprobamus, quoniam ſi Deus crearet hominem, aut angelum beatum ab æterno, viſio illa in Angelo beato, qua Deum intueretur, duraret ab ęterno, & in æternum: & tamen eſſet imperfecta propter poſterioritatẽ naturæ; quia producta eſſet de non eſſe; ita vt non eſſe illius viſionis creatæ ſola prioritate naturæ antecederet eſſe, & illa prioritas naturæ imminueret perfectionẽ durationis æternæ, & ipſius æternitatis creatæ viſionis: ergo Pater ſi priùs natura exiſtit, quàm Filius, perfectiori æternitate, durationeque viget; atque adeò æternitate aliâ eſt æternus Pater, aliâ Filius; nam eadem æternitate non poteſt vnus cogitari perfectior altero. Reſpondebis, illam viſionem æternam produci de nihilo, quia ex ſe nihil eſt, Filium verò Dei produci de ſubſtantia Patris. Sed & in hoc nos vrgemus, probamuſque non eſſe realem prioritatẽ, niſi in rebus creatis, quæ de nihilo ſunt.

Realis prioritas in coæternis eſt argumẽt. perfectioris ęternitatis. Explicatur.

Comprobatur exemplo.

Æternitas nõ poteſt eſſe perfectior in vna perſona, quàm in alia, quin ſit diuerſa.

Reſponſ.

Refutatur, 1.

Secundò ex hoc 3. arg.

Prætereà id etiã comprobamus, quòd realis poſterioritas, etiam in ijs, quæ ſunt coæterna, imminuat perfectionẽ æternitatis. Et confirmatur, quia æternitas eſt tota ſimul ex propria definitione; prius autem, & ſimul eſſe, oppoſita ſũt; ergo realis prioritas neceſſariò repugnat perfectæ æternitati, quę eſt tota ſimul perfectè, & omni ex parte; ſicut lib. 1. docuimus diſtinctionem formalẽ contraire diuinæ ſimplicitati: ſicut enim quæcũque diſtinctio minima in re facit minus ſimplex; ita quæcunque prioritas in re ipſa facit minus perfectè æternum. Vnde etiam illud colligitur, quòd realis prioritas originis ad exiſtentiam, & durationem pertineat. De qua re elegantèr ait S. Hilar. initio librorum de Trinit. *Neque in omnipotentia validius, infirmiuſq́; neque in æternitate poſterius, anteriuſvè congrueret*: omnis ergo realis antecedentia imminuit perfectam rationem æterni. Et iterùm, *neq́; præpoſterum Deo Deum ſentiens*. Quæ verba habent magnã vim: quomodò enim cogitabimus Deum Deo re ipſa priorẽ? Quod & S. Ioan. Damaſc. inſinuat lib. 1. fid. orth. c. 8. vt non Deus primus, & Deus poſterior ſit. Et ibidem docet non eſſe coæternum, quod deducitur de non eſſe ad eſſe: quod quidèm poteſt eſſe æternum, ſed non coæternũ, vt diſputauimus.

Confirmatur argumentum ex definitione perfectæ æternitatis, quę eſt tota ſimul.

Exemplum diuinæ ſimplicitatis, quæ excludit diſtinctionem etiã minimam in re ipſa, ex lib. 1. c. 24.

S. Hilarÿ 1. locus.

Secundus notandus.

S. Damaſc.

Quod deducitur de non eſſe ad eſſe poteſt eſſe æternum, non coæternum.

11.

3. Concluſ. Aſſertum de quo n. 9. eſt ꝓpe hæreſim.

1. probatio. Si Filius poſterius exiſtit, ex iſtit ex nõ exiſtente, ſeu ex nihilo.

Poſt hæc exiſtimamus illum contra fidem errare, qui concederet Patrẽ priùs exiſtere, quàm Filium, aut Filium poſteriùs exiſtere quacunque prioritate reali. Probatur, quoniam hęreticum eſt dicere Filium ex nihilo eſſe productum; ſed ſi Filius poſteriùs exiſtit, exiſtit ex nihilo: ergo prope hęreſim eſt quòd Filius poſteriùs exiſtat, etiamſi ſub his verbis nõ ſit ab Eccleſia damnatum. Probatur minor, nam cum inter eſſe, & non eſſe nihil medium cogitetur, ſi exiſtentia Filij eſt poſterior, non exiſtentia Filij eſt anterior: ergo ex non eſſe ad eſſe productus eſt, quod eſt nihilo, & ex non extãtibus. Et confirmatur, quoniam prioritas realis, quę eſt in eodem inſtãti, quæcunque illa ſit, ſatis eſt vt ex nõ eſſe ad eſſe res prodeat, & creetur: ſi enim Deus crearet mundum ab æterno, vera eſſet creatio ex nihilo, cum tamen res creata nunquam non eſſet, ſed ſola prioritate originis non eſſe antecederet eſſe. Et confir-

Confirm. 1.

Si Deus crearet mundum ab æterno, vera eſſet creatio ex nihilo.

Digitized by Google

Confirm. 2. Si Filius poſterius exiſtit, ea exiſtentia alia eſt ab exiſtentia Patris.

confirmatur, quoniam exiſtere priùs, & poſteriùs eâdem exiſtentiâ eodem modo participatâ, impoſsibile eſt; ergo alia eſſet exiſtentia Patris, & alia Filij. Quòd ſi concedas eſſe aliam exiſtentiam relatiuam: hoc ipſum confirmat Filium ex non exiſtente productum, ſiquidèm eius exiſtentia eſt poſterior; ergo ſaltem non eſſe relatiuum Filij antecedit ipſius eſſe relatiuum. Itaque ex non ipſo ipſe genitus eſt, quod eſt ex non extantibus, & ex nihilo. Sanè ideò agens creatum habet aliam exiſtentiam ab exiſtentia effectus ſui, quia exiſtentia agentis antecedit, nō tempore, ſed origine: hoc ergo aſſerere de Deo generāte impium eſt. Et iterùm confirmatur, quoniam quòd Pater priùs exiſtat, non poteſt referri ad exiſtentiam relatiuam; tum quoniam ea, ſi qua eſt, nō eſt prior, quàm exiſtētia eſſentialis: tum etiam, quoniam Pater naturâ generat, & generatio eſt opus naturæ: ſi ergo ad generationem antecedit exiſtentia, oportet vt antecedat ipſa exiſtentia naturæ; vnumquodque enim operatur per naturam, & potentiam exiſtentem. Eſt autem omninò hoc incredibile, vt eâdem exiſtentiâ priùs exiſtat Pater, ſicut eâdem ſapientiâ non poteſt eſſe ſapientior: niſi ſint duæ exiſtentiæ naturæ diuinæ, quod eſt hæreticum. Denique probatur, quia ſi Pater priùs exiſtit, priùs etiā eſt Deus; ſiquidèm in Patre eſſe, & Deum eſſe, idē eſt, cum eſſe ſit ipſa natura: vel etiam illis confitendum eſt, quòd Pater priùs exiſtat, quàm quòd ſit Deus, quod eſt hæreticum, & blaſphemum.

Reſponſio.

Refellitur.

Saltèm deuoratur quòd nō eſſe relatiuum Filij antecedit ipſius eſſe relatiuum.

Declaratur.

Confirm. 3. Ea exiſtentia non poteſt eſſe ſola relatiua 1. ratio.

2. ratio. Generatio eſt opus naturæ, & potētię exiſtentis.

1. probatio.

In Patre eſſe & Deum eſſe idem eſt.

12\. Proponitur ex dictis ſummatim improbatio partis aduerſantis.

Cum igitur Patrem eſſe priorem Filio reali prioritate originis ſignificet ipſum exiſtere priùs, vt videtur probatum ſatis eſſe; exiſtere autē priùs Patrem, quàm Filium abhorreat à fide ſinceræ Trinitatis, propter vim, ac pondus argumentorum, non credimus eſſe veriſimilem opinionem ponentium realem prioritatem in diuina origine. Et confirmatur, quoniam ea opinio noua eſt, & abſque firma ratione inducta. Deniq; cū in Symbolo ita definitū ſit; *In hac Trinitate nihil prius aut poſterius* exiſtimamus perículoſū eſſe, & in fide ſuſpectum ponere realem prioritatem: nam ſicut quæ ſunt diſtincta ex natura rei, etſi non ſint abſolutè diſtincta, verè tamen ſunt diſtincta; ita & quod eſt prius reali prioritate originis, etſi non ſit abſolutè prius, verè tamē eſt prius; atquî nos verè confitemur nihil prius, aut poſterius. Quemadmodum ergo ita Deus eſt ſimplex, vt nulla omninò in eo ſit compoſitio, aut diſtinctio perſonæ ab eſsētia; ita nihil ibi eſt prius, ita vt omninò, etiam origine, prius non ſit reali prioritate, de qua eſt ſermo. De modo autem loquendi hac in re, minùs repugnamus, vt dicatur prioritas originis; vſus enim loquendi id permittit: ſed magis accuratè dicimus non eſse prioritatem originis, ne realem prioritatem, qualem Ariſtot. ponit in origine, videamur confiteri.

Confirm. 1.

Confirm. 2. ex Symbolo *S. Athan.*

Exemplum diuinę ſimplicitatis ex libr. 1. c. 24. p. 3.

Magis accuratè loquēdo, dicimus nō eſſe prioritatē originis.

13\. Aduerſantium 1. Sentētia eſt *Scoti:*

Ioannes verò Scotus ſicut de attributorum diſtinctione non ita apertè loquutus eſt, ita & de prioritate originis obſcurè diſſeruit. Quare Thom. Caiet. dubitat an Scotus velit eſſe realem prioritatem. Quòd ſi prioritatē originis intelligit rationis prioritatē ex parte rei, hoc eſt, fundatam in re; ſententiam teneat, & loquutionem accommodet, ne videatur realem prioritatem inducere.

Caietano dubia eſt, ſicut alia de diſtinctione attributorū, vt lib. 1. c. 30. p. 1. n. 4.

14\. *Rad. cōtr. 3.* 1. interpretat. ſeu euaſio, vt n. 5.

Quidam defenſores Scoti explicant prioritatem originis, eſto ſit realis prioritas, non tamen id ſecum afferre, vt quod procedit poſterius, ſit de non ente productum, neque quòd ſit à cauſa; hoc enim diuinæ proceſsioni non congruit: ſed aiunt ſatis eſſe ad realem prioritatem, vt vnum ſupponatur alteri: ſicut & vnum attributum aiunt eſse prius altero reali prioritate, quia ſupponitur alteri, vt cognitio, verbi gratia, appetitioni.

Aſſertū eiuſdē ſimile de reali prioritate inter attributa.

15\. Refellitur, 1.

Sed hæc nihil obſtant; cum enim ponant prioritatem realem, quæ non ſit in ſolo intellectu, ſed in re ipſa, non eſt in placito hominum, vt prioritas iſta ſic, vel ſic ſe habeat; ſed eſt rerū conſequentia, vt quod procedit poſterius, ſit de nō ente, vt comprobauimus, & ſit effectus de cauſa. Quod autem aiunt vnum ſupponi alteri, idē eſt quod eſse prius; quòd ſi re ipſa ſupponitur, re ipſa eſt prius, vt anteà admonuimus. Illud verò maximè eſt à ratione alienum, vt dicant vnum attributum eſse prius altero reali prioritate: neque hoc eſt opinabile, neque conſentaneum fidei Catholicæ; nam id, quod eſt prius, eſt principium cæterorū; quare ponenda eſset origo inter attributa diuina, quod eſt hæreticum; & ſtultiſsimum. At ſine origine realis prioritas excogitari non poteſt; ſi enim principium non eſt reale, neque prioritas realis

Eſt rerum cōſequentia, vt quod procedit poſteriùs, ſit de non ente, & ſit effectus de cauſa.

Refellitur 2. vt n. 5.

Aſſertū de attributis improbatur.

Sequitur eſſe originem inter attributa.

Digitized by Google

A

realis eſt: ſi verò vnum attributum ſit reale principium alterius; erit ſanè realis origo vnius ab altero. Itaque fingunt Deum priùs intelligentem reali prioritate, quàm amantem; & cum eſsentiam diſtinguant formalitèr ab attributis, dicent priùs Deum eſse, quàm ſapientem: quæ abſque dubio ſunt cõtra fidem ſimplicis Deitatis. Eſt ergo in intelligente is ordo naturalis, vt intelligamus priùs vnum attributum, quàm aliud; ſed inter ipſa attributa, quæ ſunt res vna, non eſt ordo naturalis, neque realis prioritas.

16. Additamentũ *Suar. in Metaph. diſp.* 12 prioritate originis non eſſe ſimplicitèr prioritatem. 1. fundam. 2. fundam.

Alij ſunt, qui pro partibus Scoti addunt ad hæc, prioritatem iſtam in Deo non eſse ſimplicitèr prioritatem, propter duo; tum quia ibi non eſt ſimplicitèr poſterius, poſterius enim imperfectionẽ ſignificat; quare nec ſimplicitèr eſt prius: tum etiam quia prius ſimplicitèr eſt, quod poteſt intelligi ſine poſteriori. Sed omnia hæc ad libitum dicuntur, & ſine cauſa: nam ea quæ non ſunt priora tempore, ſed ſolùm naturâ, non ſunt ſimplicitèr priora, vt docuimus; quare nõ hoc eſt ſingulare in Deo, vt Pater ſit prior Filio, non tamen ſimplicitèr prior; nam & cauſa eſt prior ſuo effectu, non tamen ſimplicitèr prior: ſicut liquet de ſole, & ſplendore. Nec de hoc eſt nobis quęſtio; ſed vtrùm ſit realis, & in re ipſa illa prioritas? Præterea quòd ponunt prius ſine poſteriori, haud dubiè errant; ſunt enim relata, quæ ſimul intelligi, & in re ipſa inueniri neceſſe eſt. Quod autem aſſerũt id eſſe ſimplicitèr prius, quod poteſt intelligi exactè ſine poſteriori, documentũ eſt nulla certa ratione firmatum: nam potẽtia nõ poteſt intelligi exactè (quod eſt quidditatiuè intelligi) ſine ſuo actu; & tamen eſt ſimpliciter prior ſuo actu. Nec hanc regulam nobis Ariſtot. præſcripſit, ſed priora ſimplicitèr dixit, quæ ſunt tempore priora, vt dictum eſt.

B

Impugnatur additamentũ.

C

Etiam ſol eſt prior ſplendore, non tñ ſimplicitèr prior.

Impugnatur 1. fund. Prius non eſt ſine poſteriori.

Impugnatur 2. fund. Potentia non poteſt quidditatiuè intelligi ſine ſuo actu, & tamen eſt ſimplicitèr prior illo.

D

17. Conſectarium Re ipſa eſt in Patre ſola non proceſsio paſsiua: in Filio proceſsio paſsiua.

Sola ergo hæc negatio inuenitur in re ipſa, ſcilicèt quòd Pater non procedat ab alio; Filius autem procedat: quæ negatio in re ipſa nihil aliud ſignificat, quàm quòd Pater non ſit procedens; ſed hæc negatio non ſufficit ad prioritatem. Cum enim ratio ipſa principij, & originis, in quibus fundatur negatio iſta, non ſit argumentum realis prioritatis, vt diſputatum eſt; quid facit negatio, quòd Filius non gignat, aut quòd Pater non gignatur, vt ſit realis prioritas.

18. *Rada cit.* 2. interpret. vt n. 3.

Quidam verò adhùc cum Scoto non ſolùm prioritatem originis, ſed prioritatem naturę conſtituunt in diuina proceſsione, non tamen prioritatem cauſæ. Sed contra hoc eſt, nam prioritas naturę eſt, quòd aliquid ſit prius naturâ, vt omnes vno conſenſu interpretantur: ſunt autem priora naturâ, quæ ſecundum naturam priora ſunt, & ita diſtinguuntur naturâ ipſâ à poſterioribus. Quo pacto dicere Patrem æternum priorem eſſe Filio naturâ, ſiue ſecundum naturam, hæreticum eſt, cum in natura nõ diſtinguatur Pater à Filio. Atquì rectè Ariſt. dixit cauſam eſſe priorem naturâ ſuo effectu, quia natura cauſæ, & effectus diſtinctæ res ſunt. Loquuntur ergo contra communem loquendi morem recta ratione præſcriptum, qui aiunt Patrem ęternum eſſe naturâ priorem; & explicant eſſe priorem naturâ, hoc eſt, prioritate inuẽta in re ipſa; non in natura diuina, quæ eſt eadem Patris, & Filij, ſed in perſonis, in quibus aiunt inueniri prius, & poſterius. Dicant ergo prius origine, aut perſonalitate; ſed prius naturâ non dicant, ſiquidèm ea prioritas non ineſt naturæ: nam etſi dicamus ordinem naturæ, quia natura eſt principium ordinis; non tamẽ dicimus prioritatem naturæ, quia natura non eſt principium prioritatis: prioritas enim non eſt à principio, ſicut proceſsio, & ordo proceſsionis à principio eſt; ſed eſt relatio rationis ipſius principij. Nullo igitur ſenſu poteſt dici prioritas naturæ in Deo, licèt dicatur ordo naturæ. Præterquàm quòd prioritas naturæ ingignit illum errorem, quòd ſit prioritas cauſæ.

Refellitur 1.

Priora naturâ ſecundum naturã ſunt priora, atque adeò diſtincta, vt patet in cauſis.

Declaratur.

Cohærentiùs dicitur in Deo prius origine, aut perſonalitate; ſed prius naturâ non dicitur, vt traditum eſt n. 3.

Obiectioni occurritur. Natura eſt principiũ ordinis, vt & proceſsionis: non prioritatis.

Refellitur. 2.

19. 2. ſententia eſt *Fonſecæ* ponentis in Patre realẽ prioritatem naturalis enumerationis.

Quidam ſunt qui aliam prioritatem realem in Dei proceſsione comminiſcũtur, ſcilicèt naturalis enumerationis; eamque ab Ariſt. tradi, 5. Metaphyſic. cap. 10. cum ponit priora ordine, eaque ait eſſe priora ratione, hoc eſt numero, vt exponunt. Sanè Ariſt. priora ordine eo loco appellat, quæ ſunt humana diſpoſitione priora; ideòque ait eſſe priora ratione. Nam cap. de prioribus, eadem priora ordine cõmemorat, quæ ſcilicèt arte, & oratione priora ſunt; arte, vt in chorea primus; oratione, vt exordium: & eadem exempla in Metaph. apponit. Verum eſt, quòd in hoc loco Metaphyſ. cum priora in cõtinuo numeraſſet, priora in numero ſubiungit, vt S. Thom. notauit.

Tribuit eam *Ariſtoteli*.

Vera huius interpretatio; ex alijs locis eſt de prioritate per rationem.

S. Thom.

tauit. Verùm eſto Ariſt. ijs locis priora numero retulerit, nuſquam tamen dixit eam prioritatem eſſe realẽ: imò ex eius verbis hactenùs oſtendimus ſolam prioritatem temporis, & cauſæ eſſe realem.

20. 1.aduert. Numerus realis & prioritas realis ſunt rationes diſparatæ. Pro numero exemplum binarij hominũ. Pro prioritate exemplum tẽporis. Ratio. Numerus nõ eſt prioris, & poſterioris, ſed ſimul exiſtentium

Vt autem de prioritate numeri tractemus, attendere opus eſt, quòd numerus, & prioritas ſunt rationes diſparatæ (vt aiunt) ſiue diſſentaneæ. Nam numerus realis eſt abſque vlla prioritate reali, vt binarius hominum, quorum vnus non ſit cauſa alterius: numerus enim ibi realis eſt, & nulla realis prioritas. Eſt etiam realis prioritas in tempore, vbi numerus non eſt realis. Et ratio hoc ipſum perſuadet: numerus enim non eſt prioris, & poſterioris, ſed eſt ſimul exiſtentium; ergo numerus non affert aliquam realem prioritatem.

21. 2.aduert. Quæ ſit prioritas naturalis enumerationis. Quæ ſit prioritas non naturalis enumerationis.

Vt ergo rem explicemus, prioritas in numero dicitur eſſe duplex, ſcilicèt naturalis enumerationis, & non naturalis enumerationis: verbi gratia, aſsidet ſacerdoti diaconus; qui naturalitèr enumerat, ſacerdotem vocat primũ, & diaconum ſecundum: ſi quis verò numerãdo, prius diaconum referat, quàm ſacerdotem, non naturali ordine enumerat. Aiunt ergo in naturali enumeratione prioritatem eſſe realem; in ea verò quæ non eſt naturalis, prioritatem eſſe rationis. Et ita aiunt Patrem æternum eſſe priorem reali prioritate naturalis enumerationis; quod S.Thomas non aduertit, neque antiquiores obſeruaſſe mirantur.

22. 3.aduert. Numerus aliꝰ eſt in ratione numerante: alius in re ipſa, vt lib.1.cap.42 p.2. & 3. & p.4. n.7.

Sed tamen aduertendum eſt, alium eſſe numerum in ratione numerante, ſcilicèt ipſam notionem numeri conceptã; vt cum dicimus primum, habemus in mente notionẽ primi; vel ſecundi, cum dicimus ſecundum: & alium eſſe numerum in re ipſa, ſcilicèt res numeratas, in quibus non eſt primum, neque ſecundũ, niſi quod re ipſa primum, vel ſecundum eſt. Per inconſiderãtiam ergo hi Doctores exiſtimarunt præter eam prioritatẽ, quæ eſt in re ipſa, enumerationem naturalem afferre aliam prioritatem realem: numeratio enim, quæ eſt operatio rationis, non affert rebus prioritatem, vt liquet; ſed dũtaxat, cum ita enumeramus primum, & ſecundum, vt verè eſt primũ, & ſecundum, naturalitèr numeramus. Aliàs ſacerdos prӕterquam quòd dignitate eſt prior, eſſet prior alia prioritate enumerationis: quid enim eſt prius enumeratione, quàm quod in numero prius ſit? Dignitate igitur prior eſt in numero ſacerdos, dum numeratur cum diacono, & nulla alia prioritate eſt prior re ipſa propter numerum. Quod verò numeretur priùs, eſt aliquid rationis in ſacerdote, ſcilicèt quòd à numerante ratione dicatur prior. Et hoc exemplo oſtenditur; vbicunque enim eſt prioritas in re ipſa, eſt etiam naturalis enumeratio incipientibus à priori; neque per eã enumerationẽ inducitur rebus ipſis alia realis prioritas; ſed prioritas numeri, qui eſt in ratione, & eſt rationis prioritas, coaptatur prioritati rei. Et hæc quidèm perſpicua ſunt. Oportuit igitur oſtendere in ipſa diuina origine eſſe prioritatem, vt cum dicimus enumeratione naturali Patrem primum, intelligamus prioritatem illam eſſe realem.

Impugnatur dicta ſent. Præter prioritatem quæ eſt in reipſa, enumeratio naturalis, quæ eſt operatio rationis, non affert aliam prioritatem realem. Exemplum in ſacerdote, dum numeratur cũ diacono. Item in omni re priori. Prioritas numeri qui eſt rationis, coaptatur prioritati rei.

23. Difficultas vnica. Reſponſ. ex S.Thomæ doctrina, de qua lib.1.cap. 42.p.4.n.3. Eam tenet Caiet. Replica.

Rectiſsimè igitur, & ſcitè admodùm S.Thom. in Deo ordinem, & originem ponit; prioritatem negat. Et hoc iam inſpiciendum eſt, quomodò prioritas realis ab ordine reali ſecernatur, cum prioritatem ordine cohærere certũ ſit, quod vnicum eſt illorum contra nos argumẽtum. S.Thom. in 1.ſent.d.20.q.1.ar.3. docet ea, quæ à rebus creatis ducuntur per analogiam ad diuinas, genere remoto, intelligi; vt intelligitur ſcientia in Deo, non tamen qualitas; quod quidèm alio loco diſputamus: Eodem ergo modo ordinem in diuinis dici, remoto priori, quod eſt quaſi genus. Et hanc ſolutionem amplectitur Thom.Caiet. 2.2. Verùm animo ſtatim occurrit rationẽ prioris non eſſe genus, aut quaſi genus ad ordinem: cum reciproca ſint ordo, & prioritas, & ſemper connexa; genus autem non eſt reciprocum, aut coniunctum cũ ſingulis ſpeciebus, ſed inuenitur ſeparatum in alijs. Simpliciùs tamen, ac breuiùs dicitur, quòd prioritas realis non eſt coniuncta cum ordine reali, niſi in rebus creatis, in quibus ordo eſt ſemper in aliqua cauſa. In Deo verò ordo eſt ex principio abſque cauſalitate, & ideò eſt abſque prioritate. Et ità videtur S.Tho. ſumere 1.p. dum ait q.43. art. 1. in Dei proceſsione intelligi principiũ ſine prioritate. Vel etiam dicendum, quòd prioritas eſt coniuncta cũ omni ordine, prioritas, inquam, vel realis, vel rationis: vt numerus eſt coniunctus cum tempore ratio-

1.ſolutio. Prioritas realis cõnexa eſt cũ ordine reali, vbi cauſa eſt, non vbi principium abſque cauſalitate. 2.ſolutio. Prioritas aliqua, vel realis, vel rationis, cõiuncta eſt cum omni ordine. 1. exemplum.

Secundum.

ratione prioris, & poſterioris; & tamen eſt numerus rationis: & in nobis cauſa eſt aliquid reale; in Deo, qui eſt prima cauſa, eſt aliquid rationis cauſam eſſe. Ita prioritas cum ordine coniuncta eſt; ſed cum ordine illo infinitæ proceſsionis prioritas eſt rationis duntaxat, & nullo modo realis.

24.
4. concluſ. con ſect. ex dictis In diuina proceſsione eſt prioritas rationis Declaratur 1. exemplo attributorum.

Quamobrem prioritas rationis in diuina origine neceſſariò permittenda eſt; ſiquidèm eam concedimus, etiam inter attributa. Eo ergo modo, quo priùs intelligimus diuinum intellectum, quàm voluntatem, priùs quoque intelligimus generantem, quàm genitum, quod S. Thom. frequentèr docet.

25.
Scotus non aduerſatur.

Neque verò Ioannes Scotus, qui ponit prioritatem realem, ſiue ex parte rei, credendus eſt negare prioritatem rationis: cum res ita intelligamus, vt ſunt.

In origine ponit prioritatẽ non ſolius rationis, ſed etiã ex parte rei.

Sed in origine quidèm ponit prioritatẽ, non ſolius rationis, vt S. Thom. ſed etiã ex parte rei: in relatiuis verò, quia non diſtinguit relationem, vt formam hypoſtaticam, negat relationem vt ſic, antecedere etiam ratione, ſed omninò relatiua eſſe ſimul; & in ſola origine eſſe prioritatem, eamque ex parte rei, non rationis tantùm. Tenet ergo hanc ſententiã non Ioannes Scotus, ſed Durand. in 1. d. 9. q. 2. nam etiamſi originem à relatione diſtinguat, vt diximus: tamen tum relatiua, tum producens, & productum in Deo credit eſſe etiam ſimul, & ſecundùm rem, & ſecũdùm rationem, vt conſtat num. 8.

Aduerſatur *Durand.*

26.
Oſtenditur 2. *ex Cõc. Flor.*

Sed hæc opinio non eſt veroſimilis; nam apud Patres, & in Concil. Florent. ſeſſ. 20. Pater eſt primus, Filius ſecũdus, Spiritus Sanctus tertius; ecce prioritas ſaltèm rationis.

Oſtenditur 3.

Deindè Pater eſt principium, & eſt ordo Patris ad Filium; cum principio autem, & ordine oportet eſſe primum, & ſecundum, & tertium, vt Patres aſſerunt.

Quartò.

Denique noſtro modo intelligendi priùs intelligimus generantẽ habere naturam, qua generet, quàm intelligamus genitum prodire à generante. Neque de hac re eſt inter cęteros diſſenſio.

Confirmatur ex paritate rationis inuẽtæ in intellectu, & voluntate.

Et confirmatur, quoniam intellectus diuinus eſt prior prioritate rationis, quàm voluntas; quia cognitio eſt ratio antecedens appetitum: ſed generatio actiua eſt ratio antecedens genitum, & genitor ipſe eſt principium reale geniti: ergo dum hæc meditamur conceptibus abſolutis, oportet prioritatem intelligendo inueniri.

Ad Durãdũ alibi.

Argumẽta verò Durandi, quia pertinent ad conſtitutionem perſonæ lib. 4. ſoluentur.

26.
S. Thomas explicatur.

Explicandus ergo eſt S. Thom. q. 42. art. 3. ad 2. vbi videtur aſſerere diuinas perſonas neque re ipſa, neque intellectu eſſe, aut priores, aut poſteriores. Quod identidem docet in 1. diſt. 9. q. 3. art. 1.

1. explicatio *Caietani.*

Thom. Caiet. reſpondet S. Thomã ibi loquutum de perſonis, prout in ſe ſunt relationes ſubſiſtentes, & non prout à nobis cognoſcuntur.

Refellitur.

Sed tamen cum S. Doctor dicat non eſſe prioritatem etiã intellectu, abſque dubio loquitur de perſonis, etiam prout à nobis cognoſcũtur.

2. explicatio.

Poſſet reſponderi S. Doctorem negare prioritatem ſecundum rem, & intellectũ quaſi coniunctìm; non tamẽ ſeparatìm, prioritatem ſecundum intellectum diffiteri.

Improbatur.

Sed hoc effugere eſt, non refutare argumentum.

3. & vera explic.

Breuitèr dicendum eſt, cũ perſonæ diuinæ re ipſa relatiuæ omninò ſint abſque vlla abſoluta proprietate, itavt relatiua ſunt accipi à S. Thoma, vt eſſet quæſtio de relatiuis ex propria notione, ſiue ex proprijs meritis, vt Caiet. ait.

Relatiua vt ſic re, & ratione ſunt ſimul: at vt origines ſunt ſimul re, non ratione.

Et ita perſonæ diuinæ cognitæ à nobis, vt ſunt re ipſa relationes ſubſiſtentes, re, & ratione ſunt ſimul. Si verò eadem relatiua ſola cogitatione ſub conceptu originis intelligantur, quaſi diſtincta; hoc modo non poteſt eſſe in eis, niſi cognitionis prioritas, ſicut & cognitionis diſtinctio. Idem fortè ſentit Durandus d. 9. q. 2. & d. 20. q. 2.

27.
Argũm. cõtra 2. concluſ.

Rationibus etiam alijs arguunt, quæ non poſtulant integrum caput diſputationis, & idcircò hoc loco confutabuntur. Obijciunt ergo in diuinis perſonis eſſe origines, & eſſe relationes; ſed origines non obſtant, quin relationes ſint ſimul; ergo neque relationes obſtant, quin origines naturâ antecedant.

Confirm.

Et cõfirmant, quia origines priùs intelliguntur, quàm relationes; priora autem non impediuntur à poſterioribus; ergo potiùs neganda eſſet ſimultas relationum, licèt ſit propria illis, quàm prioritas realis originum, quæ illis propria eſt.

28.
Reſpond. 1. retorquẽdo arg. Eadem res nõ poteſt eſſe prior, & nõ prior prioritate reali.

Nos tamen argumentum hoc poſſemus in aduerſarium reijcere; nam cum origo, & relatio res vna ſint, ſolaque ratione diſtinguantur, vt diximus, impoſſibile eſt, vt res eadem ſit prior, & non ſit prior prioritate reali: eſt enim (vt aiunt)

aiunt)origo prior,relatio non prior.Sed ſatis ſit,vt argumentum repellamus. Ad

Reſpond. 2.

primam conſequētiam concedimus relationes non obſtare, quin origines ſint priores, vt in rebus creatis cernimus;

In originibus diuinis priori tati obſtat æternitas.

ſed ipſæ origines diuinæ abhorrent à prioritate reali ex propria definitione; quia ſunt æternę,& in ęternitate increata non eſt prioritas realis, neque etiam prioritas naturæ,vt diximus.

Ad confirm. Non impedit prioritatē relatio eam conſequens.

Ad confirmationem reſpōdetur eam prioritatem non eſſe propriam originis diuinę,& idcircò non reperiri, quamuis non impediatur à relatione conſequente.

Confirmatio.

29. 2.concluſ.quę eſt in titulo confirmant Patrum verba, licèt illi diſputarint de ſola prioritate temporis.

AD confirmationem ſententię iſtius non ſunt conquirēda expreſſa verba Patrum, quibus teſtentur Patrē nulla prioritate reali antecedere Filium; quia de ſola prioritate temporis inueniuntur diſputaſſe. Sed ex illorum potiùs verbis, ac ſententijs eſt nobis veritas comparāda. Sanctus ergo Anaſtaſ. Antioch. lib. 1.de rectis fidei dogmat. *Illud quoque*, *In principio*,(inquit)*non ſignificat poſterius principio: ſi igitur Verbum erat in principio,neceſſe prorſus ſit, vt contemplemur ſimul Verbum.* Rectè quidē propter vnitatem ſubſtantiæ, qua Verbum eſt in Patre,cōcludit Verbum ſimùl eſſe non poſterius: quod argumentū de quacunque reali prioritate idem conuincit, vt commonſtrauimus. Sanctus quoque Hilarius libr.12. de Trinit.egregiè docet Filium ita eſſe æternum, vt Patrem; neque eſſe minùs perfectam æternitatē Filij: quo argumento anteà vſi ſumus, *Si quid igitur*(inquit)*ei,qui ab æterno Patre natus eſt, ex æternitate defuerit, id ipſum auctori,qui Pater eſt, non eſt ambiguum defuiſſe*:ergo æternitas cum illa perfectione, qua nihil ſit prius prioritate reali, conuenit etiam Filio; quod ſi deeſt Filio,& Patri deeſt, vel ſaltèm hoc deeſt, quòd non potuit gignere æqualitèr æternum. Idem comprobatur verbis alijs S.Hilarij, quæ clariora ſic redduntur ordine mutato: *Senſui* (inquit) *non ſubiacet fuiſſe, vel non fuiſſe,antequàm naſceretur; quia nihil aliud anteuenit ſenſum, quàm ante tempora æterna natum eſſe ſemper.* Reſpondet S. Hilarius argumento hæreticorum, ſcilicèt Filius antequàm naſceretur, aut erat, aut non

S. Anaſtaſ.

Vtitur argumento de idētitate, vt n. 3. 4. & 7.

S.Hilarius. Vtitur argumento de coæternitate perſonarum, vt n.10.

Idem.

Cū obijcitur ab hæreticis, Filius ante natiuitatem aut erat, aut non erat, vtrumq; negandum.

erat: imò(inquit) ſenſui,hoc eſt, intelligentiæ neutrum ſubiacet; ſed eſt vtrumque negandum; neque enim verum eſt, aut quòd ante natiuitatem ſit Filius, aut quòd non ſit. Ratio eſt, quam ſubiecit, egregia. Quia(inquit) ante natiuitatem non cogitamus aliquam antecedētiam, ſed cogitamus ſemper natum: cum ergo iſti Doctores ante natiuitatem ponant realem prioritatē, in illa prioritate reali neceſſe eſt, aut Filium non eſſe, aut eſſe; Filium eſſe ante natiuitatem eſt impoſſibile, non eſſe eſt impium, vt S. Hilar. confitetur: neganda ergo eſt omnis antecedentia,ſiue prioritas realis. Hoc ipſum teſtatur lib. eodem alijs verbis planioribus: *Natum* (inquit) *non poſt alia, ſed ante omnia, vt natiuitas tantùm teſtetur auctorem, non præpoſterū aliquid in ſe ſub auctore ſignificet.* Vides natiuitatem indicare ſolùm principium à quo, ſcilicèt auctorem, ſed non prioritatem vllam realem. *Et quidèm confeſſione cōmuni ſecunda quidèm ab auctore natiuitas eſt; quia ex Deo eſt: non tamen ſeparabilis ab auctore; quia in quantum ſenſus noſter intelligentiam tendit natiuitatis excedere, in tantum neceſſe eſt etiam generatio excedat.* Vide quæſtionem noſtram verbis ſolis mutatis: nam dicimus natiuitatem ſecundam numerando; quia eſt à Patre; ſed ita, vt cum ipſo S. Hilario in nulla prioritate reali ſeparemus natiuitatem à Patre. Rationem ab ipſo petimus, quia quoties ſenſus, hoc eſt, intellectus cogitando vult excedere aliqua prioritate reali natiuitatem Filij, eadem excedit natiuitas, & nulla eſt prioritas in re ipſa. Idem comprobatur verbis S. Ambroſ. quibus ille vult oſtendere Filium non eſſe genitum poſt Patrem lib.1.de fide,cap.5. ex loco illo Iſaiæ. 43. *Ante me non fuit alius Deus,& poſt me non erit. Quis ergo*(inquit S.Ambroſ.)*hoc dicit, Pater an Filius? ſi Filius; Ante me, inquit, non fuit alius Deus: ſi Pater; Poſt me, inquit, non erit: Hic priorem, ille poſteriorem non habet: Inuicem in ſe & Pater in Filio, & Filius in Patre cognoſcitur.* Eodem planè argumento conuincimus nullam fuiſſe prioritatem realem; conſequitur enim, vt Pater fuerit priùs Deus prioritate reali: & eo etiam probatur, quia vterque ſimul in altero cognoſcitur; ergo non poteſt intelligi prioritate reali vnus

Ratio, quia nulla eſt realis antecedentia ante natiuitatem.

Idem.

Natiuitas indicat ſolū auctorē,ſeu principium à quo.

Natiuitas eſt ſecūda, ſeu perſonæ ſecundę, quòd ſit à principio,nō quòd ſit poſterior in re ipſa.

S. Ambroſ. in Iſai. 43. vtitur eodem argumento.

Confirmatio.

Idem.

vnus ſine alio. Et capite eodem refellit illud argumentum, quòd neceſse ſit priorem eſse genitorem genito, congruiſsima ratione; & ſic ait. *Vſu, inquis, accipimus eo qui naſcitur, priorem eſſe qui generat. Perſequere igitur omnia veſtigia conſuetudinis, & ſi cætera conueniunt, non obſiſto, quin & iſtud requiras.* Hoc idem nos reſpondemus dicentibus principium ſine prioritate reali non inueniri: nam id in rebus creatis, in quibus eſt cauſalitas, concedimus; ſed in diuinis, ſicut cæteræ imperfectiones reijciuntur à principio, ita & prioritas realis.

In diuinis, vt cæteræ imperfectiones reijciũtur à principio, ita & prioritas realis.

S. Auguſt. conſonat eidẽ argumento.

Sanctus quoque Auguſtinus dè eccleſiaſticis dogmatibus, verbis quibuſdam hoc idem videtur teſtari, *Pater* (inquit) *æternus, eò quòd æternum habeat Filium, cuius æternus ſit Pater: Filius æternus eò quòd ſit Patri coæternus.* Vnde ſic colligimus: Pater eſt æternus, quia habet Filium ęternum; ergo Pater non eſt prior reali prioritate, in qua non habeat Filium; aliâs erit prior ſine Filio Pater: ad hoc enim valet quæcunque realis prioritas. Hac eadem ratione vtitur lib. 2. de Symbolo ad cathec. cap. 3.

Idem.

Si das (inquit) *initium Filio, das initium & Patri; Pater enim à Filio appellatus eſt Pater.* Ergo nulla prioritate reali poteſt eſse Pater prior Filio, à quo Filio appellatur Pater; aliâs Pater in illa prioritate non eſt Pater. Et certè prioritas realis quoddam etiam initium eſt, quo ſcilicèt exiſtit vnum prius altero prioritate naturæ.

Prioritas realis quoddam initium eſt.

Initium autem negat S. Auguſtin. ſed Patrem & Filium ſimùl confitetur: quare & libro eodem reſpondet ad argumentum.

Idem.

Et quomodò, inquies, natus eſt, ſi non habet initium? De æterno coæternus. Ita & nos dicimus ſine antecedentia reali natum; quia de æterno coæternus eadem perfecta æternitate, in qua nulla eſt prioritas realis.

Conſonat *S. Athan.*

Sanctus quoque Athanaſius de vnita, ac ſempiterna ſubſtantia libro 5. cum hæretico diſputans, *Elige tibi* (inquit) *alterum de duobus; Aut vna eſt eorum ſempiternitas, aut vna poſteritas.* Et inferiùs ait vtrumque excludi à ſempiternitate, dum Filij ſempiternitas impugnatur, *Cur ergo* (inquit) *non eſt talis profeſsio veſtra, nouus Pater, nouus & Filius?* Similitèr ergo eadem prioritate reali prior eſt Filius, quàm Pater; vel eadem poſterioritate vterque poſterior.

S. Cyrill.

Hoc ipſum Sanctus Cyrillus confirmat elegantèr 1. libro Theſauri cap. 5. *Si Patri* (inquit) *Filius coæternus non eſt, neceſſe eſt concedere imperfectam aliquando fuiſſe ſanctam Trinitatem; fuiſſeque vnitatem, antequàm Filius eſſet; factam verò poſteà Trinitatem fuiſſe, quando acceſsit quod deerat.* Eodem modo, & nos arguimus, iſti enim Doctores concedunt vnitatem anteceſsiſſe reali prioritate Trinitatem: acceſsit ergo re ipſa Trinitas, ſiquidèm re ipſa anteceſsit vnitas; fuit enim iuxta illos prior vna perſona, à qua duæ poſteà proceſſerunt.

Idem vtitur 4. arg facto n. 9. Item vide n. 8. & 11.

Et lib. 2. dialogo. de Trinitate, ſolertiſsimè propoſuit argumentum illud, quod & nos fecimus, *Simùl* (inquit) *eſt Deus, & ſimul Pater, non poſteriorem habens natiuitatem, quàm eſſentiam: ſed ſimul concedendum eſt, quòd ſit Pater, & ſubſiſtat, intelligaturque in tali natura, & ſimul ſubſiſtat ſine principio genitus, hoc eſt, Filius.* De prioritate reali naturæ idem profectò argumentum extat; ſimul enim eſt Deus, & ſimul Pater: ſicut ergo Deitas non eſt prior Filio prioritate vlla reali, ita nec Pater.

Eiuſdem aliud arg.

Et ibidèm aliud conficit argumentum peracutum oſtendens, Deum quidèm extra ſe poſſe ſe ipſum conferre ad operandum ſine mutatione ſui; quia operatur in extraneis: ſed in ipſa Deitate mutationis eſſe argumentum, ſi prior ſit potentia, quàm actus. Quòd ſi Pater eſt prior prioritate reali, in qua prioritate eſt potens generare, & adhùc non extat Filius; profectò de potentia tranſit in actum, quod eſt mutari; ſicut neceſſe eſt mutari agentia, quæ per actionem immanentem exercent potentiam cum prioritate naturæ: *Quod enim* (inquit) *ex ſe ipſo gignere dicitur, & progredi à potentia ad actum, quaſi in propria natura commotum eſt.* Et alia elegantèr, quæ longum eſſet commemorare. Quæ omnia ita de prioritate reali naturæ, ſicut & de prioritate temporis vim faciunt, & efficacia ſunt.

2. concluſionẽ exprimũt Patres

S. Damaſc.

At verò Sanctus Ioannes Damaſcen. libr. 1. fid. Orthod. cap. 9. verbis conceptis docet, *non priorem ipſum, Patrem Filio, aut tempore, aut naturâ*: non enim fuit contentus dicere non priorem tempore, ſed addidit, neque naturâ priorē:

Digitized by Google

quod eſt intelligendum de quacunque reali prioritate. Eodem ſenſu videtur dicere Gennad. Conſtantinopolit. *In S. Trinitate nullus eſt primus, neque ultimus*; & idem Gennad. in expoſitione Concil. Florent. affert ex S. Gregorio Nyſſ. lib. 1. contra Eunomium, vnigenitum, intelligentiâ tantùm conſiderari ante perſonam Spiritus Sancti; ergo ſolâ intelligentiâ eſt prior, non re ipſa.

Gennadius.

Idem ex S. Greg. Nyſſ.

30. Scholaſtici.

At verò nullam eſſe prioritatem, niſi ſolius rationis inter diuinas perſonas docet S. Thom. firmiſsimèque decernit 1. p. quæſt. 36. art. 1. & q. 42. art. 3. ad 2. & in 1. diſt. 9. quæſt. 2. artic. 1. vbi negat vnam perſonam diuinam eſſe priorem alterâ, aut tempore, aut naturâ, aut dignitate, aut intellectu. Cum quo conſentit Durand. in 1. diſt. 9. quæſt. 2. & diſt. 20. quæſt. 2. & hoc idem docet S. Bonauent. diſt. 12. q. 4. eaque eſt communis opinio priſcorum ſcholaſticorum. Vno excepto Scoto, qui ita in hac prioritate reali, ſicut & in diſtinctione attributorum ex natura rei implicatur, diſſentiēs fortaſſe voce potiùs, quàm ſenſu.

S. Thom. *Durand.* *S. Bonau.*

Scotus ſolus diſſentit voce fortaſſè, non ſenſu.

31. Obijciuntur auctoritates.

Sed ſunt nonnullæ Patrum ſententiæ, quibus contraria pars videtur perſuaderi, quòd ſit in Patre realis prioritas. Ita videtur ſentire Sanctus Auguſtinus libro de triplici habitaculo, vbi docet Patrem non præcedere Filium tempore, ſed origine: & lib. 1. de Trinitate, cap. 1. *Nulla* (inquit) *res eſt, quæ ſe ipſam gignat, vt ſit; cuius ratio eſt, quia eſſet antequàm haberet eſſe.* Ergo ex ſententia Sancti Auguſtini, antequàm genitum habeat eſſe, genitor eſt. Et eadem ratio legitur apud S. Anſelm. Monolog. cap. 5. probat enim Deum non eſſe ipſum producere, quia eſſet prior ſe ipſo; ergo producens neceſſariò eſt prius producto. Gilbertus etiam Genebrardus in illud Symboli: *Nihil prius, aut poſterius*, commemorat nonnullos Patres Sanctum Ignatium, Sanctum Iuſtinum, S. Irenæum, & Tertullianum concedentes Patrem eſſe priorem, & maiorem Filio. Hugo etiam de Sancto Victore libro 6. de Trinitate, cap. 6. ſic inquit, *Prius, & poſterius hoc loco intelligi volumus non temporis ſucceſſione, ſed ordine naturæ, vel originis.* Et Sanctus Baſilius contra Eunomium libro 1. Filium eſſe ait ſecundum à Patre ordine quodam. Imò Concil. Florent. ſeſsione 20. Patrem dicit primum dignitate, & ordine: non eſt ergo timendum tot cum Patribus dicere Patrem priorem Filio, non prioritate temporis, quod Deo non conuenit, ſed prioritate originis, quæ in Deo eſt.

S. Auguſt. 1. locus. Secundus. *S. Anſelm.* Item apud *Genebrard.* *S. Ignat.* *S. Iuſtin.* *S. Iren.* *Tertullian.* Similitèr *Hug. de S. V.* *S. Baſil.* *Conc. Flor.*

A B C D

32. Ad auctoritates vniuerſim: Patres agnouerūt in principio proceſſionis dignitatem quandam, & prioritatem rationis.

Ad hæc omnia vniuerſim dicendum eſt, Patres agnouiſſe in ea perſona, quæ eſt proceſsionis principium, dignitatem quandam, non tamen quòd ſit maior perfectio in vna perſona, quàm in alia, vt libro 3. explicabimus. Præterea cum ordine proceſsionis prioritatem quandam intellexiſſe, ſed non realem, vt conſtat ex ſententijs eorum commemoratis. Nam & S. Auguſtin. haud incertus eſt in hac re, cum ordinem poſuerit, & negauerit prioritatem, ſcilicèt realem, vnde S. Thom. hoc didicit. Quod ergo ait Patrem præcedere origine; vel propter dignitatem dixit, vel propter prioritatem intelligendi. At verò ad illam conſequentiam, quam conficit, quòd ſi res quæpiam ſe ipſam gigneret, eſset antequàm haberet eſse; ſatis eſt prioritas rationis inter genitorem, & genitum: Nam quia ipſo ordine intelligendi, qui eſt verus, non poteſt cogitari, vt res quæpiam ſit ſe ipſâ prior; neque poteſt intelligi genitor ſine prioritate; conſequitur vt nulla res generet ſe ipſam. Aliàs ſi S. Auguſt. de reali prioritate loquitur, eam certè ponit quoad exiſtentiam, ſcilicèt vt Pater, qui generat, ſit, hoc eſt, exiſtat, antequàm Filius genitus habeat eſse; quod eſt contra fidem, & à Ioanne Scoto cum ſuis meritò recuſatur. Eodem modo explicandus eſt Sanctus Anſelmus, qui dictum dicit, ſemper S. Auguſtino hærens. Patres, quos refert Gilbert. Genebrard. ſicut non volunt Patrem eſse maiorem re ipſa, ita neque priorem reali prioritate: propter ordinem etiam prioritatem rationis agnoſcunt, quæ ſatis eſt, vt dicant primum, ſecundum, ac tertium, cum Sancto Baſilio. Hugo etiam non ponit prioritatem realem, aut naturæ, ſed ponit prioritatem in ordine naturæ. Itaque ordo eſt naturæ, non prioritas; & hanc, quæ eſt cum ordine coniuncta, aimus eſse rationis prioritatem. Denique Concilium Florentinum cum verbis Patrum conſentit, appellans Patrem primum dignitate, & ordine: ſicut ergo non ita eſt interpre-

Ad S. Aug. Ad 1. locum. Ad ſecundum. Explicatur vt ſolum requirat prioritatē rationis inter genitorem, & genitum. Probatur explicatio. *Ad S. Anſel.* *Ad Patres apud Geneb.* *Ad Hug.* *Ad Conc. Florent.*

interpretandum Concilium, vt credamus Patrem digniorem re ipſa, quàm Filium; ita neque priorem reali prioritate.

CAPVT LXII.

Perſona diuina, quæ procedit, de ſubſtantia producentis procedit.

DE principio diuinæ proceſsionis diſputatum eſt, & deindè ſuo in loco de proceſsione diuina; reſiduum eſt, vt de termino proceſsionis tractemus. Vbi occurrit prima quæſtio: Vtrùm perſona procedens de perſonæ producentis ſubſtantia procedat, ſcilicèt Filius de ſubſtantia Patris, & Spiritus Sanctus de ſubſtantia vtriuſque? Caput diuidimus in duo membra.

Prima pars: *Perſona diuina procedit de ſubſtantia producentis.*

Secunda pars: *Perſona diuina non procedit de principio quaſi materiali, ſed quaſi formali.*

PRIMA PARS.

Perſona diuina procedit de ſubſtantia producentis.

1\. QVõniam rerum creatarum cernimus quaſdam ex nihilo fieri, quod eſt creari; alias verò fieri quidèm de aliquo, ſcilicèt de materia, quæ etiam tempore antecedit nouam formam geniti: fecerunt quæſtionem Sancti Patres argumentis etiam hæreticorum coacti; Vtrùm Filius Dei ſit ex nihilo factus, an verò de aliquo præexiſtente genitus? vtroque enim modo Filius Dei eſſet creatura; vel quia de nihilo eſſet conditus; vel quia non eſſet æternus, ſi de aliquo præexiſtente eſſet genitus: Sancti Doctores vtrumque abnegant, & refugiunt; neque enim de nihilo eſt, cum non ſit creatus, ſed genitus; ſed neque de aliquo præexiſtente, quia genitus eſt de ſubſtantia diuina, quæ eſt extra tempus, & æterna.

Quæſt. preuia vtrùm Filius Dei ſit ex nihilo, vel ex aliquo præexiſtẽte?

Reſpondent S. Doctores negando vtrumque.

2\. Cogitandum ergo eſt, quòd ſicut in re genita accipimus aliquod principiũ, de quo res gignitur, ſcilicèt materiam, quæ tempore, aut ſaltèm naturâ antecedit rem genitam: ita & in diuina perſona genita, intelligimus diuinam ſubſtantiam, tanquàm principium rei genitæ antecedens non tempore, aut naturâ, ſed ſola meditatione intellectus ipſam perſonam genitam; & hoc omninò neceſſe eſt confiteri. Nam cognita perſona Patris, & ipſius actu generandi, eo modo, quem ſuperiùs tradidimus de Filio nihil prius poſſumus cogitare, quàm ſubſtantiam; abſoluta enim ſunt priora relatiuis. Intelligimus ergo ex parte rei genitę ſubſtantiam diuinam cum natiuitate coniunctam, vt anteà quoque admonuimus. In qua coniunctione ſubſtantia ipſa pertinet ad rem genitam, vt principium illius.

1. prænotand. Vt materia in re creata genita; ita ſubſtantia in diuina perſona genita intelligitur vt principium rei genitæ præcedens prioritate rationis.

3\. Et ita in genito bis intelligimus diuinam ſubſtantiam (quod eſt ſummo opere notandum) ſcilicèt vt principium rei genitæ ſimul cum generatione paſsiua coniunctum; & vt terminum proceſsionis, qui conſequitur proceſsionem noſtro modo intelligendi. Nam & hoc poſteà docebimus, quòd ſubſtantia diuina ſit terminus proceſsionis; quod ſanè videtur annuere S. Hilar. 6. de Trinitate illis verbis: *Natiuitas Dei, quæ ex Deo in Deum extitit*: Ita vt Deitas ſit principium, & terminus; principium rei genitæ, terminus generationis.

In diuina proceſsione bis intelligimus naturam diuinã ſcil. vt principium rei genitæ, & terminũ generationis.

S. Hilar.

4\. Et hoc quoque conſentaneum eſt noſtræ Philoſophiæ; nam ſicut materia eſt principium rei genitæ, & ſimùl pars geniti in termino generationis incluſa: Ita & in Deitate, in qua non eſt pars, ſed totum, ipſa ſubſtantia, ſiue eſſentia, quæ eſt tota principium rei genitæ, eſt terminus ipſa tota generationis. Et ne videamur noua inuehere, hoc ipſum eſt, quod docuimus, diuinam eſſentiam eſſe paſsiuam potentiam; paſſiua enim potentia nihil eſt aliud, quàm principium rei genitæ, vt ibidem comprobauimus. Hoc idem eſt, quod ſummo conſenſu aſſerunt & Doctores, & Patres, dum aiunt Filium genitum de diuina ſubſtantia, tanquàm de principio, non tamen præexiſtente. Hæc igitur res eſt cum omni conſenſione aſſerta, etſi non ſatis dilucidè hactenùs tradita ſit. Modus autem loquendi nunc declarandus eſt, quo dicimus Filium genitum de ſubſtantia Patris, & Spiritum Sanctum de ſubſtantia vtriuſque procedentem.

Exemplũ materiæ, quæ in generatione eſt principiũ geniti, & ſimul pars geniti in termino generationis incluſa.

Coincidit cũ doctrina c. 28. ſcil. quòd eſſentia ſit paſsiua potentia.

Materia & forma ſūt ſibi inuicem cauſa & effectus.

A verò in genere cauſæ efficientis: nam materia aliquid habet à forma, vt pendeat ab ea tanquàm à priori; & forma aliquid à materia, vt quoque ab ea pédeat vt à priori ſubſiſtente; neutra tamen exiſtit priùs alterâ: cauſa autem efficiens priùs exiſtit, quàm ſuus effectus. Quòd ergo ipſa res, quæ eſt cauſa efficiens, quoad ſuam eſſentiam, & eſſe, pendeat ab ea re quæ poſteriùs exiſtit, intelligi non poteſt: ſi enim exiſtentia ipſa agentis, quæ eſt vltima perfectio eſſentiæ, prior eſt, quàm effectus; ſanè quoad exiſtentiam, & eſſentiam non pendet ab effectu: aliàs id,

Cauſa efficiēs, vt ſic, nō eſt poſterior ſuo effectu.

B quod eſt prius penderet à poſteriori. Secundum accidens tamen, agens aliquãdo eſt ſimul ſubiectum ſuæ actionis, quæ manet in illo: & ita in diuerſo genere cauſæ eſt prius, & poſterius. De qua re ſupra diſputauimus.

Agēs prout ſecundū accidēs eſt ſubiectum ſuæ actionis immanētis, in diuerſo genere cauſæ eſt prius & poſterius.

15. 4. Concl. Prioritas naturæ rectè explicatur cū dicimus, in illo priori. Oſtenditur.

Denique ſtatuendum eſt prioritatem naturæ rectè explicari, cum dicimus, in illo priori. Iam enim ſatis eſt tritum vſu differendi vt, cum dicimus, in illo priori, non ſignificamus inſtans prius; ſed in inſtanti eodem, ordinem prioris naturâ ſignificamus; cum enim ſint

C quædam quæ antecedunt, quædam quæ ſequuntur reali prioritate naturæ, oportet vt etiam inuiti nobis permittãt in illo priori quædam antecedere; ſignificamus enim nihil aliud, quàm ea eſſe naturâ priora alijs, quod ipſi cōfitētur. Et eadem ratio eſt de prioritate rationis. Quare non eſt arguendus Ioannes Scotus, qui poſuit in diuinis ſigna quædam rationis, quaſi in eodem inſtanti temporis fingamus animo inſtantia rationis plura, iuxta numerum eorum, quę antecedunt: vt ſicut vera inſtantia ſuccedentia conficiunt verum tempus; ita

Coroll. Scotus rectè poſuit in diuinis ſigna quędā rationis.

D in inſtanti eodem ordo rationis, quo numeramus primum, ſecundum, tertium, relinquat quædam inſtantia, ſiue ſigna rationis. Et ita diſputamus, quænam inueniamus cogitando in ſingulis ſignis, ſiue (vt plerique aiunt) in ſingulis prioritatibus. Et hæc meditatio familiaris eſt S. Thom. qui etiam in rebus diuinis ordine quodam cognitionis conſiderat perſonas, deinde origines, deinde relationes, & plurima alia in hunc modum.

Declaratur.

Eadem ſæpè poſuerat *S. Thom.*

SECVNDA PARS.

In diuina proceſsione nulla eſt realis prioritas.

1. Aduerſantur ſequentes. *Scot.*

INter eos, qui de prioritate diuinæ originis, ſiue proceſsionis differunt, Ioannes Scotus in 1. diſtinct. 12. quęſt. 1. & 2. & diſtinctione 28. quęſtione 3. & in 2. diſtinctione 1. quęſtione 1. & in quodlibet. quæſtione 4. 8. & 14. affirmat eſſe prioritatem ex parte rei (vt aiunt) ſiue in re ipſa. Idem opinantur Gregor. diſtinctione 9. & 29. quæſtione vnica, Gabriel. quæſtione 3. Marſil. quæſtione 13. & videtur fauere illis Sanctus Bonauentura diſtinctione 12. quęſtione 1. Gilbert. etiam Genebrard. ad Schegkium fol. 83. Scoti partes ſequitur, Patrem antegredi Filium, non tempore, ſed naturâ.

Gregor. Gabriel. Marſil. S. Bonauēt. Genebrard.

2. 1. Concl. In diuina proceſsione non eſt prioritas naturæ de qua *Ariſt.* Probatur 1. de prioritate dignitatis, ſiue ordinis naturę Confirm. ex *Boetio.* Probatur 2. de prioritate cauſæ.

Et illud iam conſtat inter Catholicos eam non eſſe prioritatem naturæ, quam Ariſtotel. definiuit; ſiue dicas prioritatem dignitatis, quam ordinis naturæ Ariſtotel. appellat cap. de prioribus, ſiue prioritatem cauſæ. Perſona enim diuina non eſt dignior alterâ, vt lib. 3. dicemus: Quod confirmatur ex Boetio de Trinitate, quia ibi eſt differentia naturæ, vbi eſt ordo dignitatis. Sed neque eſt cauſa alterius, cauſa inquam phyſica, vt ſupra declarauimus. Diſputandum verò modò eſt, vtrū ea prioritas, quæ ſolet appellari originis, ſit etiam realis?

3. 2. concl. in titulo aſſerta. 1. arg. contra prioritatē originis realem, quòd ſit prioritas naturæ, ſeu cauſæ phyſicę, per *Ariſt.*

Eſt tamen omninò conſentaneum rebus fidei, vt nullam prioritatem realem in diuina origine ponamus. Primò, quia prioritas originis eſt prioritas naturæ, vt Ariſtotel. ait 5. Metaphyſ. capit. 10. text. 16. prioritas autem naturæ eſt prioritas cauſæ phyſicæ. Catholici autem ordinem quidem naturæ ponunt in Deo, ſed non prioritatem naturæ. Et Concilium Florentinum ſeſsion. 20. aſſerit Spiritum Sanctum eſſe ordine tertium; ſed non tertium naturâ; quia ſcilicèt ordo naturæ admittitur, ſed non prioritas naturæ. Sunt autem de numero recentiorum, qui audent dicere in Deo eſſe prioritatem naturæ; non quæ ſit in cauſa phyſica, ſed quæ ſit in principio reali, realis naturæ prioritas. Et

Ex Cōc. Fl. in Deo eſt ordo naturę, nō prioritas naturæ.

Reſponſ. ex *Rad. cōtr.* 5. cōſonē aduerſātibus ponente in Deo prioritatē naturæ, ſed nō cauſæ phyſicæ.

Digitized by Google

Et quidèm id conſonum eſt huic opinioni; nam ſi prioritas realis eſt, quid prohibet dicere naturæ prioritatem, ſicut & ordinem naturæ? Non quòd natura ſit prior, ſed perſona; ſicut non natura ordinata eſt, ſed perſona.

4. Redarguitur ex S. Thom. In perſonis natura eadem eſt: relatiua ſunt naturâ ſimul.

At verò quòd ſit impoſsibile, probatur argumento Sancti Thomæ firmiſsimo. In perſonis nihil eſt, niſi proprietas, & natura: natura non poteſt eſſe prior, cum ſit eadem; proprietas nequit eſſe prior, cum ſit relatio; relatiua autem ſimul naturâ eſſe docet Ariſtotel. & communis conſenſio: ergo proprietas nullo modo eſt prior. Putant aliqui ſe argumentum diſſoluere dicentes, quòd proprietas conceptu non relatiuo, ſed abſoluto cognita, eſt prior.

1. Euaſio.

Præcluditur 1. ex identitate reali inter Paternitatem v. c. cognitam abſoluto conceptu, & ſe ipſam cognitã relatiuo ſimul cũ Filiatione:

Sed paralogizantur ingenuè; non enim attendunt proprietatem cognitam diſtinctis conceptibus non eſſe vllo modo diſtinctam re ipſa, ſed ſolâ ratione diſtingui. Si ergo proprietas eadem, verbi gratia, Paternitas, vno conceptu cognita eſt ſimùl cum Filiatione, & altero conceptu eſt prior prioritate reali; ſe ipſâ ſanè eſt prior prioritate reali, quod non licet intelligere.

Præcluditur 2 ex identitate eadem inter Paternitatẽ, & eſſentiam quæ nõ eſt realitèr prior Filiatione.

Et eodem vtor argumento; nam Paternitas eſt eadem res, quæ eſt eſſentia; & eſſentia non eſt prior; ergo nec Paternitas; aliàs Paternitas erit ſe ipſa prior reali prioritate.

Præcluſionis obſtaculum:

Neque eſt ſimilis conſequentia, Paternitas eſt eſſẽtia; eſſẽtia nõ diſtinguitur à Filio; ergo neq; Paternitas: diſtinctio enim eſt relatiuorum; & ideo in eſſentia eâdem ſunt relatiua diſtincta.

Reſtringitur.

Prioritas autem ſaltèm non pertinet ad rationem relatiuorum; ergo in eſſentia eâdem non poteſt eſſe prioritas perſonarum, quæ perſonæ ſunt relationes, & nullo modo ab eſſentia diſtinguuntur. De proprietate verò eſt euidentiſsimum argumentum, quòd cognita conceptu abſoluto non ſit prior, quàm cognita conceptu relatiuo; aliàs ſe ipſâ eſt prior.

Confirmatur præcluſio.

Et confirmatur, nam eſſentia quidèm eſt in tribus relatiuis perſonis aliquid eſſentiale, & abſolutum; proprietas verò eſt vna, & eadem in vna perſona, ſola ratione diſtincta, cognita vt eſt origo, & vt eſt relatio; ergo diſtinctio hæc rationis non eſt ſatis, vt origo ſit prior prioritate reali, & relatio poſterior; nam & in Deo intellectus non poteſt eſſe prior voluntate, quia ſunt omninò vna eſſentia.

Diſtinctio rationis nõ ſufficit ad prioritatem realẽ.

A

Exemplum attributorum.

Sicut ergo inter attributa non poteſt eſſe realis prioritas, ita neque inter originem & relationem; cum vtraque ſit vna relatio.

In via Scoti euaſio literior.

Ioannes igitur Scotus qui aſſerebat attributa diſtingui ex parte rei, vt ipſe ait, eadem ſignificatione conſentaneè potuit dicere originem eſſe priorem ex parte rei, non verò relationem.

In via Thomiſtarũ non diſtinguentium attributa ex natura rei, euaſio nulla.

Sed contra qui nullam diſtinctionem ex parte rei, ſiue in re ipſa permittunt, nullam poſſunt fingere prioritatem realem in ſimplici perſona, in qua non eſt niſi relatio, & eſſentia; & neque eſsẽtia, neque relatio prior eſt: ergo nihil ſupereſt, quod ſit prius.

B

5. 2. Euaſio.

Aliqui aiunt relata diuina non eſſe ſimul naturâ, & intellectu, ſed ſola relata creata:

Philoſophiã conuellit.

Sed valeant iſti, qui phyloſophiam conuellunt, cum quibus libro 4. fuſiùs diſputabimus.

3. Euaſio Radæ cit. Hæret in verborũ ſignificatione. Supponi eſt prius poni.

Aiunt præterea prioritatem realem originis non eſſe aliud, quàm vt vnum naturâ ipſâ rei ſupponatur ante aliud: Sed hi hærent in verborum ſignificatione, vt in ſalebra: nam ſupponi eſt prius poni; quod autem prius ponitur, vel ſola ratione antecedit, quo pacto intellectus diuinus ſupponitur voluntati, nihil enim niſi cognitum expetitur: quòd ſi ſola ratione antecedit, prioritas non eſt realis.

C

Vel illud inquiunt ſupponi quod re ipſa ante operationem intellectus antecedit. Quam antecedentiam realem nos firmiſsimis argumentis oppugnamus.

6. 2. argum.

Pater non eſt Filio prior prioritate reali ſecundũ ſolam proprietatem. Ratio.

Secundum argumentum ex iiſdem deduco. Nam ſi Pater eſt prior reali prioritate, quàm Filius; ergo vel eſt prior duntaxàt ſecũdum proprietatem perſonalem, vel ſecũdum ſolam naturam, vel ſecũdum vtramque.

D

Si ſola proprietate eſt prior; ergo ipſa proprietas eſt prior prioritate reali, quàm natura: & hoc eſt impoſsibile, cum perſona ſine natura non conſtet.

Aliàs in ipſo Patre pprietas eſſet prior quã natura. Confirm.

Imò ſecundum iſtos Doctores ſola origo aſſert prioritatem realem diuinæ perſonæ; cum ergo natura diuina non procedat à perſona, non eſt poſterior illâ.

Item neceſſariũ ſolã naturã. Ratio.

Et eodem argumento probatur, quòd Pater non ſit prior prioritate reali ſecundum ſolam naturam; quia in ipſo Patre natura eſſet prior rea-

Digitized by Google

Nec ſecũdum vtramque. Ratio. Inter naturã & Filiũ nõ eſt prioritas realis. Confirm.

li prioritate, quàm perſona, quod non poteſt intelligi. Quòd ſi Pater ſecũdum vtramque eſſet prior Filio; ergo ipſa natura diuina eſt prior Filio prioritate reali; quod eſt etiam impoſsibile: maximè, quia inter naturam, & Filium non eſt ordo originis; ergo neque realis prioritas: nullo ergo modo Pater eſt prior Filio.

7\. *3. argum. Secundum exiſtẽtiã realem quæ eadem eſt in tribus perſonis, vna nõ poteſt eſſe aliâ prior prioritate reali. Exemplũ ſapientiæ. Obiectio.*

Tertium argumẽtum eſt ex eo, quòd prioritas realis dicitur penes realem exiſtentiam, vt probatum eſt; ſed perſonæ diuinæ habẽt vnum eſſe abſolutum, & eſſentiale: intelligi ergo non poteſt, quòd eâdẽ exiſtentiâ vna perſona priùs exiſtat, quàm alia; ſicut nõ poteſt intelligi, quòd eâdem ſapientiâ vna perſona ſit ſapientior, quàm alia. Occurres tamen dicendo ſecundum opinionem S. Thom. vnam eſſe exiſtentiam partium ſubſtantiæ; & tamen vnam exiſtere priùs naturâ, quàm aliam.

1. Reſponſ. In opinione D. Thomæ partes phyſicę prout ſunt cauſæ totius, antecedũt exiſtẽtiã, quã ſimul naturã habẽt à toto iã ꝓducto.

Reſpondetur primò, negando hoc quòd vna pars priùs naturâ exiſtat, quàm alia; imò contraria his docuimus, quia in prioritate cauſæ materialis, & formalis quę eſt cauſalitas partium ſubſtantiæ, non clauditur exiſtentia, ſed quatenùs partes ſunt cauſæ compoſiti, antecedunt exiſtentiam: cõpoſito verò producto, ſimul naturâ habent partes exiſtentiam à toto; quia nõ habent aliam exiſtẽtiam, niſi totius.

2. Reſponſ.

Secundò reſpondetur partes accipere à toto exiſtentiam diuerſo modo participatam, & ita poſſe inter eas eſſe prioritatem, etiam in ordine ad exiſtentiam:

Perſonæ diuinæ habẽt idẽ eſſe omninò eodem modo per eſſentiam.

ſed perſonæ diuinæ habent idem eſſe omninò eodem modo per eſſentiam; quare per idem eſſe non poteſt vna eſſe priùs altera; ſicut neque per eandem ſapientiam vna perſona eſt ſapientior alterâ.

Replica.

Quòd ſi dicas perſonas exiſtere etiam exiſtentijs relatiuis, de qua re lib. 4. diſſeremus cap. 42.

Solutio. Pater ſecundũ exiſtẽtiam relatiuã, non eſt prior Filio; alias per illã pri⁹ exiſteret, quã per eſſentialẽ.

Contrà obijcimus, nam ſaltem concedendum eſt perſonam Patris priùs exiſtere relatiuâ exiſtentiâ, quàm Filium, & ſimul etiam exiſtere exiſtentiâ eſſentiali; ergo ipſa perſona Patris priùs exiſtit proprietate per exiſtentiam relatiuam, & poſteriùs exiſtit per eſſentiam: quod eſt omninò incredibile; eſſet enim in perſona eadem Patris prius, & poſterius in re ipſa, & exiſtentia perſonalis eſſet prior prioritate reali, quàm exiſtẽtia eſſentialis in Patre.

A

8\. *Declaratur argum. Nulla eſt realis prioritas principij, ſeu originis, quæ nõ ſit etiã exiſtentiæ, vt cap. 60.*

Credo equidẽm reſpondendum mihi eſſe, nullo modo Patrem priùs exiſtere, quàm Filium. Sed tamen ex eo probamus nullo pacto eſſe priorem reali prioritate; principium enim reale ordinatur ad eſſe: prioritas ergo omnis realis, quæ cum principio coniuncta eſt, ſecundum exiſtentiam eſt æſtimanda, vt cap. antecedenti docuimus: nam & Pater, quia eſt principium Filij, dat illi eſſe. Si ergo hoc principium reali prioritate eſt prius; exiſtentia ipſa priùs eſt in Patre, qui eſt principium. Ignorant ergo propriã vocem, qui aiunt eſſe prius reali prioritate originis, ſed non exiſtentiæ.

Explicatur apertiſsimè.

Explicatur hoc apertiſsimè, nam ſi prioritas originis B eſt realis prioritas, natura diuina conuenit Patri gignẽti reali prioritate priùs, quàm Filio; ſed natura eſt ipſa exiſtentia; ergo Pater reali prioritate priùs exiſtit, quàm Filius, quod illi omnibus modis iure optimo negant:

In Deo natura principij eſt ipſa exiſtetia. Pater reali prioritate nõ exiſtit prius, nec eſt Deus prius quàm Filius: Confirm. Principiũ quaſi actiuum operatur quatenus exiſtit.

Nec minùs certè conceditur cum temeritate, quòd Pater reali prioritate ſit priùs Deus quàm Filius. Confirmatur, quoniam diuinæ originis principium eſt quaſi actiuum, quod operatur, quatenus exiſtit: ſi ergo in ratione principij Pater eſt prior Filio reali prioritate, C profectò priùs exiſtit ſaltem ordine reali naturæ.

9\. *4. argum.*

Quartum argumentum eſt: Nam ſi Pater eſt prior reali prioritate, quæro vtrumnè priùs etiam exiſtat? ſi ais; nihil poteſt dici perículoſius, vt oſtendemus poſteà: ſi negas; ergo ea antecedentia, qua Pater eſt prior reali prioritate, non exiſtit; ſed eſt res prior Filio antecedentèr ad exiſtentiam, eo ſanè modo quo diximus materiam eſſe priorem forma, non tamẽ prius exiſtere, quia priùs producitur ordine naturæ, quàm exiſtat:

Materia priùs producitur ordine naturæ, quàm exiſtat. Similitèr eſſẽtia creata.

D & eodem modo eſſentia creata priùs natura producitur, quàm exiſtat. Hæc autem diuinis perſonis non poſſunt vllo modo coaptari, quia perſona diuina nullo modo antecedit naturam reali prioritate; natura autem eſt ipſa exiſtentia; ergo nulla antecedentia realis eſt in perſona ſeparatâ exiſtentiâ, ſed ſi perſona eſt prior prioritate reali, eâdẽ prioritate priùs exiſtit.

Eſſe & exiſtere non eſt poſteri⁹, imò clauditur in ipſo cõceptu diuinæ perſonæ.

Imò neque noſtro modo intelligendi conſideramus priùs perſonam diuinam, quàm eſſe, & exiſtere, quod clauditur in conceptu diuinæ perſonæ: ergo nullo

Digitized by Google

Aſſertum qđ Pater prioritate reali priùs exiſtat, quã Filius, eſt contra fidem.

Refutatur ex 3. argumento.

nullo modo antecedit Pater reali prioritate, quin antecedat in eo exiſtentia; atque ideò concedendum erit, quòd Pater prioritate reali priùs exiſtit, quod haud dubiè eſt contra fidem. Tunc verò maximè imminemus argumento propoſito; nam vel exiſtentia Patris eſt ſola abſoluta, quæ eſt vna in perſonis diuinis; vnâ autem, & eâdem exiſtentiâ non poteſt eſſe Pater prior Filio: vel eſt in Patre alia exiſtentia relatiua; quòd ſi ea eſt in Patre, cogitari non poteſt, quòd Pater ſit prior Filio, quin etiam prior exiſtat exiſtentiâ illâ relatiua; quæ eſt proprietas perſonæ, cum non ſit communis, ſed propria. Coguntur ergo dicere, quantumuis reluctentur, Patrẽ prius exiſtere, quàm Filium, quod viro Catholico non eſt confitendum.

10. 5. arg. à coæternitate perſonarum.

Quintum argumentum ducimus à coæternitate perſonarum: Nam Pater, & Filius ſunt æterni eadem æternitate, vt fides docet iuxta Symboli verbum, *vnus æternus*, quia ſcilicèt vna eſt æternitas, quæ non eſt perfectior in Patre, quàm in Filio; ſed ſi Pater eſſet prior prioritate reali, æternitas in Patre eſſet perfectior: ergo non eſt realis prioritas in Patre: Minor propoſitio explicanda eſt, quòd ſcilicèt realis prioritas ſit argumentum perfectioris æternitatis; duratio enim exiſtentiæ, quam menſurat æternitas, perfectior eſt in eo, quod eſt prius reali prioritate. Hoc autem iterùm comprobamus, quoniam ſi Deus crearet hominem, aut angelum beatum ab æterno, viſio illa in Angelo beato, qua Deum intueretur, duraret ab ęterno, & in æternum: & tamen eſſet imperfecta propter poſterioritatẽ naturæ; quia producta eſſet de non eſſe; ita vt non eſſe illius viſionis creatæ ſola prioritate naturæ antecederet eſſe, & illa prioritas naturæ imminueret perfectionẽ durationis æternæ, & ipſius æternitatis creatæ viſionis: ergo Pater ſi priùs natura exiſtit, quàm Filius, perfectiori æternitate, durationeque viget; atque adeò æternitate aliâ eſt æternus Pater, aliâ Filius; nam eadem æternitate non poteſt vnus cogitari perfectior altero. Reſpondebis, illam viſionem æternam produci de nihilo, quia ex ſe nihil eſt; Filium verò Dei produci de ſubſtantia Patris. Sed & in hoc nos vrgemus, probamuſque non eſſe realem prioritatẽ, niſi in rebus creatis, quæ de nihilo ſunt. Prætereà id etiã comprobamus, quòd realis poſterioritas, etiam in ijs, quæ ſunt coæterna, imminuat perfectionẽ æternitatis. Et confirmatur, quia æternitas eſt tota ſimul ex propria definitione; prius autem, & ſimul eſſe, oppoſita ſũt; ergo realis prioritas neceſſariò repugnat perfectæ æternitati, quę eſt tota ſimul perfectè, & omni ex parte; ſicut lib. 1. docuimus diſtinctionem formalẽ contraire diuinæ ſimplicitati: ſicut enim quæcũque diſtinctio minima in re facit minus ſimplex; ita quæcunque prioritas in re ipſa facit minus perfectè æternum. Vnde etiam illud colligitur, quòd realis prioritas originis ad exiſtentiam, & durationem pertineat. De qua re elegantèr ait S. Hilar. initio librorum de Trinit. *Neque in omnipotentia validius, infirmiuſq́; neque in æternitate poſterius, anteriuſvè congrueret*: omnis ergo realis antecedentia imminuit perfectam rationem æterni. Et iterùm, *neq́, præpoſterum Deo Deum ſentiens*. Quæ verba habent magnã vim: quomodò enim cogitabimus Deum Deo re ipſa priorẽ? Quod & S. Ioan. Damaſc. inſinuat lib. 1. fid. orth. c. 8. vt non Deus primus, & Deus poſterior ſit. Et ibidem docet non eſſe coæternum, quod deducitur de non eſſe ad eſſe: quod quidèm poteſt eſſe æternum, ſed non coæternũ, vt diſputauimus.

Realis prioritas in coæternis eſt argumẽt. perfectioris ęternitatis. Explicatur.

Comprobatur exemplo.

Æternitas nõ poteſt eſſe perfectior in vna perſona, quàm in alia, quin ſit diuerſa.

Reſponſ.

Refutatur. 1.

Secundò ex hoc 3. arg.

Confirmatur argumentum ex definitione perfectæ æternitatis, quę eſt tota ſimul.

Exemplum diuinæ ſimplicitatis, quæ excludit diſtinctionem etiã minimam in re ipſa, ex lib. 1. c. 24.

S. Hilarij 1. locus.

Secundus notandus.

S. Damaſc.

Quod deducitur de non eſſe ad eſſe poteſt eſſe æternum, non coæternum.

11. 2. Concluſ. Aſſertum de quo n. 9. eſt ꝓpe hæreſim.

Poſt hæc exiſtimamus illum contra fidem errare, qui concederet Patrẽ priùs exiſtere, quàm Filium, aut Filium poſteriùs exiſtere quacunque prioritate reali. Probatur, quoniam hęreticum eſt dicere Filium ex nihilo eſſe productum; ſed ſi Filius poſteriùs exiſtit, exiſtit ex nihilo: ergo prope hęreſim eſt quòd Filius poſteriùs exiſtat, etiamſi ſub his verbis nõ ſit ab Eccleſia damnatum. Probatur minor, nam cum inter eſſe, & non eſſe nihil medium cogitetur, ſi exiſtentia Filij eſt poſterior, non exiſtentia Filij eſt anterior: ergo ex non eſſe ad eſſe productus eſt, quod eſt nihilo, & ex non extãtibus. Et confirmatur, quoniam prioritas realis, quę eſt in eodem inſtãti, quæcunque illa ſit, ſatis eſt vt ex nõ eſſe ad eſſe res prodeat, & creetur: ſi enim Deus crearet mundum ab æterno, vera eſſet creatio ex nihilo, cum tamen res creata nunquam non eſſet, ſed ſola prioritate originis non eſſe antecederet eſſe. Et confir-

1. probatio. Si Filius poſterius exiſtit, ex iſtit ex nõ exiſtente, ſeu ex nihilo.

Confirm. 1.

Si Deus crearet mundum ab æterno, vera eſſet creatio ex nihilo.

Confirm.2. Si Filius poſterius exiſtit, ea exiſtentia alia eſt ab exiſtentia Patris.

confirmatur, quoniam exiſtere priùs, & poſteriùs eâdem exiſtentiâ eodem modo participatâ, impoſsibile eſt; ergo alia eſſet exiſtentia Patris, & alia Filij. Quòd ſi concedas eſſe aliam exiſtentiam relatiuam: hoc ipſum confirmat Filium ex non exiſtente productum, ſiquidèm eius exiſtentia eſt poſterior; ergo ſaltem non eſſe relatiuum Filij antecedit ipſius eſſe relatiuum. Itaque ex non ipſo ipſe genitus eſt, quod eſt ex non extantibus, & ex nihilo. Sanè ideò agens creatum habet aliam exiſtentiam ab exiſtentia effectus ſui, quia exiſtentia agentis antecedit, nõ tempore, ſed origine: hoc ergo aſſerere de Deo generãte impium eſt. Et iterùm confirmatur, quoniam quòd Pater priùs exiſtat, non poteſt referri ad exiſtentiam relatiuam; tum quoniam ea, ſi qua eſt, nõ eſt prior, quàm exiſtẽtia eſſentialis: tum etiam, quoniam Pater naturâ generat, & generatio eſt opus naturæ: ſi ergo ad generationem antecedit exiſtentia, oportet vt antecedat ipſa exiſtentia naturæ; vnumquodque enim operatur per naturam, & potentiam exiſtentem. Eſt autem omninò hoc incredibile, vt eâdem exiſtentiâ priùs exiſtat Pater, ſicut eâdem ſapientiâ non poteſt eſſe ſapientior: niſi ſint duæ exiſtentiæ naturæ diuinæ, quod eſt hæreticum. Denique probatur, quia ſi Pater priùs exiſtit, priùs etiã eſt Deus; ſiquidèm in Patre eſſe, & Deum eſſe, idẽ eſt, cum eſſe ſit ipſa natura: vel etiam illis confitendum eſt, quòd Pater priùs exiſtat, quàm quòd ſit Deus, quod eſt hæreticum, & blaſphemum.

Reſponſio.

Refellitur. Saltèm deuoratur quòd nõ eſſe relatiuum Filij antecedit ipſius eſſe relatiuum.

Declaratur.

Confirm.3. Ea exiſtentia non poteſt eſſe ſola relatiua 1. ratio.

2. ratio. Generatio eſt opus naturæ, & potẽtię exiſtentis.

1. probatio.

In Patre eſſe & Deum eſſe idem eſt.

12. Proponitur ex dictis ſummatim improbatio partis aduerſantis.

Cum igitur Patrem eſſe priorem Filio reali prioritate originis ſignificet ipſum exiſtere priùs, vt videtur probatum ſatis eſſe; exiſtere autẽ priùs Patrem, quàm Filium abhorreat à fide ſinceræ Trinitatis, propter vim, ac pondus argumentorum, non credimus eſſe veriſimilem opinionem ponentium realem prioritatem in diuina origine. Et confirmatur, quoniam ea opinio noua eſt, & abſque firma ratione inducta. Deniq; cũ in Symbolo ita definitũ ſit, *In hac Trinitate nihil prius aut poſterius* exiſtimamus periculoſũ eſſe, & in fide ſuſpectum ponere realem prioritatem: nam ſicut quæ ſunt diſtincta ex natura rei, etſi non ſint abſolutè diſtincta, verè tamen ſunt diſtincta; ita & quod eſt prius reali prioritate originis, etſi non ſit abſolutè prius, verè tamẽ

Confirm.1.

Confirm. 2. ex Symbolo *S. Athan.*

A eſt prius; atquì nos verè confitemur nihil prius, aut poſterius. Quemadmodum ergo ita Deus eſt ſimplex, vt nulla omninò in eo ſit compoſitio, aut diſtinctio perſonæ ab eſsẽtia; ita nihil ibi eſt prius, ita vt omninò, etiam origine, prius non ſit reali prioritate, de qua eſt ſermo. De modo autem loquendi hac in re, minùs repugnamus, vt dicatur prioritas originis; vſus enim loquendi id permittit: ſed magis accuratè dicimus non eſse prioritatem originis, ne realem prioritatem, qualem Ariſtot. ponit in origine, videamur confiteri.

Exemplum diuinę ſimplicitatis ex lib.1. c.24.p.3.

Magis accuratè loquẽdo, dicimus nõ eſſe prioritatẽ originis.

B Ioannes verò Scotus ſicut de attributorum diſtinctione non ita apertè loquutus eſt, ita & de prioritate originis obſcurè diſſeruit. Quare Thom. Caiet. dubitat an Scotus velit eſſe realem prioritatem. Quòd ſi prioritatẽ originis intelligit rationis prioritatẽ ex parte rei, hoc eſt, fundatam in re; ſententiam teneat, & loquutionem accommodet, ne videatur realem prioritatem inducere.

13. Aduerſantium 1. Sentẽtia eſt *Scoti: Caietano* dubia eſt, ſicut alia de diſtinctione attributorũ, vt lib. 1. c.30. p.1. n.4.

Quidam defenſores Scoti explicant prioritatem originis, eſto ſit realis prioritas, non tamen id ſecum afferre, vt quod procedit poſterius, ſit de non ente productum, neque quòd ſit à cauſa; hoc enim diuinæ proceſsioni non congruit: ſed aiunt ſatis eſſe ad realem prioritatem, vt vnum ſupponatur alteri: ſicut & vnum attributum aiunt eſse prius altero reali prioritate, quia ſupponitur alteri, vt cognitio, verbi gratia, appetitioni.

C

14. *Rad. cõtr.3.* 1. interpretat. ſeu euaſio, vt n.5.

Aſſertũ eiuſdẽ ſimile de reali prioritate inter attributa.

Sed hæc nihil obſtant; cum enim ponant prioritatem realem, quæ non ſit in ſolo intellectu, ſed in re ipſa, non eſt in placito hominum, vt prioritas iſta ſic, vel ſic ſe habeat; ſed eſt rerũ conſequentia, vt quod procedit poſterius, ſit de nõ ente, vt comprobauimus, & ſit effectus de cauſa. Quod autem aiunt vnum ſupponi alteri, idẽ eſt quod eſse prius; quòd ſi re ipſa ſupponitur, re ipſa eſt prius, vt anteà admonuimus. Illud verò maximè eſt à ratione alienum, vt dicant vnum attributum eſse prius altero reali prioritate: neque hoc eſt opinabile, neque conſentaneum fidei Catholicæ; nam id, quod eſt prius, eſt principium cæterorũ; quare ponenda eſset origo inter attributa diuina, quod eſt hæreticum, & ſtultiſsimum. At ſine origine realis prioritas excogitari non poteſt; ſi enim principium non eſt reale, neque prioritas realis

D

15. Refellitur. 1.

Eſt rerum cõſequentia, vt quod procedit poſteriùs, ſit de non ente, & ſit effectus de cauſa.

Refellitur 2. vt n.5.

Aſſertũ de attributis improbatur.

Sequitur eſſe originem inter attributa.

Digitized by Google

realis eſt: ſi verò vnum attributum ſit reale principium alterius; erit ſanè realis origo vnius ab altero. Itaque fingunt Deum priùs intelligentem reali prioritate, quàm amantem; & cum eſſentiam diſtinguant formalitèr ab attributis, dicent priùs Deum eſſe, quàm ſapientem: quæ abſque dubio ſunt cõtra fidem ſimplicis Deitatis. Eſt ergo in intelligente is ordo naturalis, vt intelligamus priùs vnum attributum, quàm aliud; ſed inter ipſa attributa, quæ ſunt res vna, non eſt ordo naturalis, neque realis prioritas.

16. Additamentũ *Suar. in Metaph. diſp. 12* prioritate originis non eſſe ſimplicitèr prioritatem. 1. fundam. 2. fundam.

Alij ſunt, qui pro partibus Scoti addunt ad hæc, prioritatem iſtam in Deo non eſſe ſimplicitèr prioritatem, propter duo; tum quia ibi non eſt ſimplicitèr poſterius, poſterius enim imperfectionẽ ſignificat; quare nec ſimplicitèr eſt prius: tum etiam quia prius ſimplicitèr eſt, quod poteſt intelligi ſine poſteriori. Sed omnia hæc ad libitum dicuntur, & ſine cauſa: nam ea quæ non ſunt priora tempore, ſed ſolùm naturâ, non ſunt ſimplicitèr priora, vt docuimus: quare nõ hoc eſt ſingulare in Deo, vt Pater ſit prior Filio, non tamen ſimplicitèr prior; nam & cauſa eſt prior ſuo effectu, non tamen ſimplicitèr prior: ſicut liquet de ſole, & ſplendore. Nec de hoc eſt nobis quæſtio; ſed vtrùm ſit realis, & in re ipſa illa prioritas? Prætereà quòd ponunt prius ſine poſteriori, haud dubiè errant; ſunt enim relata, quæ ſimul intelligi, & in re ipſa inueniri neceſſe eſt. Quod autem aſſerũt id eſſe ſimplicitèr prius, quod poteſt intelligi exactè ſine poſteriori, documentũ eſt nulla certa ratione firmatum: nam potẽtia nõ poteſt intelligi exactè (quod eſt quidditatiuè intelligi) ſine ſuo actu; & tamen eſt ſimpliciter prior ſuo actu. Nec hanc regulam nobis Ariſtot. præſcripſit, ſed priora ſimplicitèr dixit, quæ ſunt tempore priora, vt dictum eſt.

Impugnatur additamentũ.

Etiam ſol eſt prior ſplendore, non tñ ſimplicitèr prior.

Impugnatur 1. fund. Prius non eſt ſine poſteriori.

Impugnatur 2. fund. Potentia non poteſt quidditatiuè intelligi ſine ſuo actu, & tamen eſt ſimplicitèr prior illo.

17. Conſectarium. Re ipſa eſt in Patre ſola non proceſſio paſſiua: in Filio proceſſio paſſiua.

Sola ergo hæc negatio inuenitur in re ipſa, ſcilicèt quòd Pater non procedat ab alio; Filius autem procedat: quæ negatio in re ipſa nihil aliud ſignificat, quàm quòd Pater non ſit procedens; ſed hæc negatio non ſufficit ad prioritatem. Cùm enim ratio ipſa principij, & originis, in quibus fundatur negatio iſta, non ſit argumentum realis prioritatis, vt diſputatum eſt; quid facit negatio, quòd Filius non gignat, aut quòd Pater non gignatur, vt ſit realis prioritas.

18. *Rada cit.* 2. interpret. vt n. 3.

Quidam verò adhùc cum Scoto non ſolùm prioritatem originis, ſed prioritatem naturę conſtituunt in diuina proceſſione, non tamen prioritatem cauſæ. Sed contra hoc eſt, nam prioritas naturę eſt, quòd aliquid ſit prius naturâ, vt omnes vno conſenſu interpretantur: ſunt autem priora naturâ, quæ ſecundum naturam priora ſunt, & ita diſtinguuntur naturâ ipſâ à poſterioribus. Quo pacto dicere Patrem æternum priorem eſſe Filio naturâ, ſiue ſecundum naturam, hæreticum eſt, cum in natura nõ diſtinguatur Pater à Filio. Atquì rectè Ariſt. dixit cauſam eſſe priorem naturâ ſuo effectu, quia natura cauſæ, & effectus diſtinctæ res ſunt. Loquuntur ergo contra communem loquendi morem recta ratione præſcriptum, qui aiunt Patrem ęternum eſſe naturâ priorem; & explicant eſſe priorem naturâ, hoc eſt, prioritate inuẽta in re ipſa; non in natura diuina, quæ eſt eadem Patris, & Filij, ſed in perſonis, in quibus aiunt inueniri prius, & poſterius. Dicant ergo prius origine, aut perſonalitate; ſed prius naturâ non dicant, ſiquidèm ea prioritas non ineſt naturæ: nam etſi dicamus ordinem naturæ, quia natura eſt principium ordinis; non tamẽ dicimus prioritatem naturæ, quia natura non eſt principium prioritatis: prioritas enim non eſt à principio, ſicut proceſsio, & ordo proceſsionis à principio eſt; ſed eſt relatio rationis ipſius principij. Nullo igitur ſenſu poteſt dici prioritas naturæ in Deo, licèt dicatur ordo naturæ. Præterquàm quòd prioritas naturæ ingignit illum errorem, quòd ſit prioritas cauſæ.

Refellitur 1.

Priora naturâ ſecundum naturâ ſunt priora, atque adeò diſtincta, vt patet in cauſis.

Declaratur.

Cohærentiùs dicitur in Deo prius origine, aut perſonalitate; ſed prius naturâ non dicitur, vt traditum eſt n. 3.

Obiectioni occurritur. Natura eſt principiũ ordinis, vt & proceſsionis: non prioritatis.

Refellitur. 2.

19. 2. ſententia eſt *Fonſecæ* ponentis in Patre realẽ prioritatem naturalis enumerationis.

Tribuit eam *Ariſtoteli*.

Vera huius interpretatio; ex alijs locis eſt de prioritate per rationem.

Quidam ſunt qui aliam prioritatem realem in Dei proceſsione comminiſcũtur, ſcilicèt naturalis enumerationis; eamque ab Ariſt. tradi, 5. Metaphyſic. cap. 10. cum ponit priora ordine, eaque ait eſſe priora ratione, hoc eſt numero, vt exponunt. Sanè Ariſt. priora ordine eo loco appellat, quæ ſunt humana diſpoſitione priora; ideòque ait eſſe priora ratione. Nam cap. de prioribus, eadem priora ordine cõmemorat, quæ ſcilicèt arte, & oratione priora ſunt; arte, vt in chorea primus; oratione, vt exordium: & eadem exempla in Metaph. apponit. Verum eſt, quòd in hoc loco Metaphyſ. cum priora in cõtinuo numeraſſet, priora in numero ſubiungit, vt S. Thom. notaui t.

S. Thom.

Digitized by Google

tauit. Verùm eſto Ariſt. ijs locis priora A numero retulerit, nuſquam tamen dixit eam prioritatem eſſe realẽ: imò ex eius verbis hactenùs oſtendimus ſolam prioritatem temporis, & cauſæ eſſe realem.

20. 1. aduert. Numerus realis & prioritas realis ſunt rationes diſparatæ.

Vt autem de prioritate numeri tractemus, attendere opus eſt, quòd numerus, & prioritas ſunt rationes diſparatæ (vt aiunt) ſiue diſſentaneæ. Nam numerus realis eſt abſque vlla prioritate reali, vt binarius hominum, quorum vnus non ſit cauſa alterius: numerus enim ibi realis eſt, & nulla realis prioritas. Eſt etiam realis prioritas in tempore, vbi numerus non eſt realis. Et ratio hoc ipſum perſuadet: numerus enim non eſt prioris, & poſterioris, ſed eſt ſimul exiſtentium; ergo numerus non affert aliquam realem prioritatem.

Pro numero exemplum binarij hominũ. Pro prioritate exemplum tẽporis. Ratio. Numerus nõ eſt prioris, & poſterioris, ſed ſimul exiſtentium

21. 2. aduert. Quæ ſit prioritas naturalis enumerationis. Quæ ſit prioritas non naturalis enumerationis.

Vt ergo rem explicemus, prioritas in numero dicitur eſſe duplex, ſcilicèt naturalis enumerationis, & non naturalis enumerationis: verbi gratia, aſsidet ſacerdoti diaconus; qui naturalitèr enumerat, ſacerdotem vocat primũ, & diaconum ſecundum: ſi quis verò numerãdo, prius diaconum referat, quàm ſacerdotem, non naturali ordine enumerat. Aiunt ergo in naturali enumeratione prioritatem eſſe realem; in ea verò quæ non eſt naturalis, prioritatem eſſe rationis. Et ita aiunt Patrem æternum eſſe priorem reali prioritate naturalis enumerationis; quod S. Thomas non aduertit, neque antiquiores obſeruaſſe mirantur.

22. 3. aduert. Numerus alius eſt in ratione numerante: alius in re ipſa, vt lib. 1. cap. 42 p. 2. & 3. & p. 4. n. 7.

Sed tamen aduertendum eſt, alium eſſe numerum in ratione numerante, ſcilicèt ipſam notionem numeri conceptã; vt cum dicimus primum, habemus in mente notionẽ primi; vel ſecundi, cum dicimus ſecundum: & alium eſſe numerum in re ipſa, ſcilicèt res numeratas, in quibus non eſt primum, neque ſecundũ, D niſi quod re ipſa primum, vel ſecundum eſt. Per inconſideratiam ergo hi Doctores exiſtimarunt præter eam prioritatẽ, quæ eſt in re ipſa, enumerationem naturalem afferre aliam prioritatem realem: numeratio enim, quæ eſt operatio rationis, non affert rebus prioritatem, vt liquet; ſed dũtaxat, cum ita enumeramus, primum, & ſecundum, vt verè eſt primũ, & ſecundum, naturalitèr numeramus. Aliàs ſacerdos prẹterquam quòd dignitate eſt prior, eſſet prior alia prioritate

Impugnatur dicta ſent. Præter prioritatem quæ eſt in re ipſa, enumeratio naturalis, quæ eſt operatio rationis, non affert aliam prioritatem realem.

Exemplum in ſacerdote, dum numeratur cũ diacono.

enumerationis: quid enim eſt prius enumeratione, quàm quod in numero prius ſit? Dignitate igitur prior eſt in numero ſacerdos, dum numeratur cum diacono, & nulla alia prioritate eſt prior re ipſa propter numerum. Quod verò numeretur priùs, eſt aliquid rationis in ſacerdote, ſcilicèt quòd à numerante ratione dicatur prior. Et hoc exemplo oſtenditur; vbicunque enim eſt prioritas in re ipſa, eſt etiam naturalis enumeratio incipientibus à priori; neque per eã enumerationẽ inducitur rebus ipſis alia realis prioritas; ſed prioritas numeri, B qui eſt in ratione, & eſt rationis prioritas, coaptatur prioritati rei. Et hæc quidèm perſpicua ſunt. Oportuit igitur oſtendere in ipſa diuina origine eſſe prioritatem, vt cum dicimus enumeratione naturali Patrem primum, intelligamus prioritatem illam eſſe realem.

Item in omni re priori.

Prioritas numeri qui eſt rationis, coaptatur prioritati rei.

23. Difficultas vnica.

Rectiſsimè igitur, & ſcitè admodùm S. Thom. in Deo ordinem, & originem ponit; prioritatem negat. Et hoc iam inſpiciendum eſt, quomodò prioritas realis ab ordine reali ſecernatur, cum prioritatem in ordine cohærere certũ ſit, quod vnicum eſt illorum contra nos argumẽtum. S. Thom. in 1. ſent. d. 20. q. 1. ar. 3. C docet ea, quæ à rebus creatis ducuntur per analogiam ad diuinas, genere remoto, intelligi; vt intelligitur ſcientia in Deo, non tamen qualitas; quod quidèm alio loco diſputamus: Eodem ergo modo ordinem in diuinis dici, remoto priori, quod eſt quaſi genus. Et hanc ſolutionem amplectitur Thom. Caiet. 2. 2. Verùm animo ſtatim occurrit rationẽ prioris non eſſe genus, aut quaſi genus ad ordinem; cum reciproca ſint ordo, & prioritas, & ſemper connexa; genus autem non eſt reciprocum, aut coniunctum cũ ſingulis ſpeciebus, ſed inuenitur ſeparatum in alijs. Simpliciùs tamen, ac breuiùs dicitur, quòd prioritas realis non eſt coniuncta cum ordine reali, niſi in rebus creatis, in quibus ordo eſt ſemper in aliqua cauſa. In Deo verò ordo eſt ex principio abſque cauſalitate, & ideò eſt abſque prioritate. Et ità videtur S. Tho. ſumere 1. p. dum ait q. 43. art. 1. in Dei proceſsione intelligi principiũ ſine prioritate. Vel etiam dicendum, quòd prioritas eſt coniuncta cũ omni ordine, prioritas, inquam, vel realis, vel rationis: vt numerus eſt coniunctus cum tempore: ratio-

Reſponſ. ex S. Thomæ doctrina, de qua lib. 1. cap. 42. p. 4. n. 3.

Eam tenet Caiet.

Replica.

1. ſolutio. Prioritas realis cõnexa eſt cũ ordine reali, vbi cauſa eſt; non vbi principium abſque cauſalitate.

2. ſolutio. Prioritas aliqua, vel realis, vel rationis, cõiuncta eſt cum omni ordine. 1. exemplum.

Digitized by Google

Secundum. ratione prioris, & poſterioris; & tamen eſt numerus rationis: & in nobis cauſa eſt aliquid reale; in Deo, qui eſt prima cauſa, eſt aliquid rationis cauſam eſſe. Ita prioritas cum ordine coniuncta eſt; ſed cum ordine illo infinitæ proceſsionis prioritas eſt rationis duntaxat, & nullo modo realis. A

24.
4. concluſ. conſect. ex dictis In diuina proceſsione eſt prioritas rationis Declaratur 1. exemplo attributorum.

Quamobrem prioritas rationis in diuina origine neceſſariò permittenda eſt; ſiquidèm eam concedimus, etiam inter attributa. Eo ergo modo, quo priùs intelligimus diuinum intellectum, quàm voluntatem, priùs quoque intelligimus generantem, quàm genitum, quod S. Thom. frequentèr docet. B

25.
Scotus non aduerſatur.

Neque verò Ioannes Scotus, qui ponit prioritatem realem, ſiue ex parte rei, credendus eſt negare prioritatem rationis: cum res ita intelligamus, vt ſunt. Sed in origine quidèm ponit prioritatẽ, non ſolius rationis, vt S. Thom. ſed etiã ex parte rei: in relatiuis verò, quia non diſtinguit relationem, vt formam hypoſtaticam, negat relationem vt ſic, antecedere etiam ratione, ſed omninò relatiua eſſe ſimul; & in ſola origine eſſe prioritatem, eamque ex parte rei, non rationis tantùm. C Tenet ergo hanc ſententiã non Ioannes Scotus, ſed Durand. in 1. d. 9. q. 2. nam etiamſi originem à relatione diſtinguat, vt diximus; tamen tum relatiua, tum producens, & productum in Deo credit eſſe etiam ſimul, & ſecundùm rem, & ſecũdùm rationem, vt conſtat num. 8.

In origine ponit prioritatẽ non ſolius rationis, ſed etiã ex parte rei.

Aduerſatur *Durand.*

26.
Oſtenditur 2. *ex Cõc. Flor.*

Sed hæc opinio non eſt veroſimilis; nam apud Patres, & in Concil. Florent. ſeſſ. 20. Pater eſt primus, Filius ſecũdus, Spiritus Sanctus tertius; ecce prioritas ſaltèm rationis. Oſtenditur 3. Deindè Pater eſt principium, & eſt ordo Patris ad Filium; cum principio autem, & ordine oportet eſſe primum, & ſecundum, & tertium, vt Patres aſſerunt. D Quartò. Denique noſtro modo intelligendi priùs intelligimus generantẽ habere naturam, qua generet, quàm intelligamus genitum prodire à generante. Neque de hac re eſt inter cęteros diſſenſio. Et confirmatur, quoniam intellectus diuinus eſt prior prioritate rationis, quàm voluntas; quia cognitio eſt ratio antecedens appetitum: ſed generatio actiua eſt ratio antecedens genitum, & genitor ipſe eſt principium reale geniti: ergo dum hæc meditamur conceptibus abſolutis, oportet prioritatem intelligendo inueniri. Argumẽta verò Durandi, quia pertinent ad conſtitutionem perſonæ lib. 4. ſoluentur.

Confirmatur ex paritate rationis inuẽtæ in intellectu, & voluntate.

Ad Durãdũ alibi.

26.
S. Thomas explicatur.

Explicandus ergo eſt S. Thom. q. 42. art. 3. ad 2. vbi videtur aſſerere diuinas perſonas neque re ipſa, neque intellectu eſſe, aut priores, aut poſteriores. Quod identidem docet in 1. diſt. 9. q. 3. art. 1. Thom. Caiet. reſpondet S. Thomã ibi loquutum de perſonis, prout in ſe ſunt relationes ſubſiſtentes, & non prout à nobis cognoſcuntur. Sed tamen cum S. Doctor dicat non eſſe prioritatem etiã intellectu, abſque dubio loquitur de perſonis, etiam prout à nobis cognoſcũtur. Poſſet reſponderi S. Doctorem negare prioritatem ſecundum rem, & intellectũ quaſi coniunctìm; non tamẽ ſeparatìm, prioritatem ſecundum intellectum diffiteri. Sed hoc effugere eſt, non refutare argumentum. Breuitèr dicendum eſt, cũ perſonæ diuinæ re ipſa relatiuæ omninò ſint abſque vlla abſoluta proprietate, ita vt relatiua ſunt accipi à S. Thoma, vt eſſet quæſtio de relatiuis ex propria notione, ſiue ex proprijs meritis, vt Caiet. ait. Et ita perſonæ diuinæ cognitæ à nobis, vt ſunt re ipſa relationes ſubſiſtentes, re, & ratione ſunt ſimul. Si verò eadem relatiua ſola cogitatione ſub conceptu originis intelligantur, quaſi diſtincta; hoc modo non poteſt eſſe in eis, niſi cognitionis prioritas, ſicut & cognitionis diſtinctio. Idem fortè ſentit Durandus d. 9. q. 2. & d. 20. q. 2.

1. explicatio *Caietani.*

Refellitur.

2. explicatio.

Improbatur.

3. & vera explic.

Relatiua vt ſic re, & ratione ſunt ſimul: at vt origines ſunt ſimul re, non ratione.

27.
Rationibus etiam alijs arguunt, quæ non poſtulant integrum caput diſputationis, & idcircò hoc loco confutabuntur. Obijciunt ergo in diuinis perſonis eſſe origines, & eſſe relationes; ſed origines non obſtant, quin relationes ſint ſimul; ergo neque relationes obſtant, quin origines naturâ antecedant. Et cõfirmant, quia origines priùs intelliguntur, quàm relationes; priora autem non impediuntur à poſterioribus; ergo potiùs neganda eſſet ſimultas relationum, licèt ſit propria illis, quàm prioritas realis originum, quæ illis propria eſt.

Argũm. cõtra 2. concluſ.

Confirm.

28.
Reſpond. 1. retorquẽdo arg. Eadem res nõ poteſt eſſe prior, & nõ prior prioritate reali.

Nos tamen argumentum hoc poſſemus in aduerſarium reijcere; nam cum origo, & relatio res vna ſint, ſolaque ratione diſtinguantur, vt diximus, impoſſibile eſt, vt res eadem ſit prior, & non ſit prior prioritate reali: eſt enim (vt aiunt)

Digitized by Google

aiunt)origo prior,relatio non prior.Sed ſatis ſit,vt argumentum repellamus.Ad primam conſequẽtiam concedimus relationes non obſtare, quin origines ſint priores, vt in rebus creatis cernimus; ſed ipſæ origines diuinæ abhorrent à prioritate reali ex propria definitione; quia ſunt æternę,& in ęternitate increata non eſt prioritas realis, neque etiam prioritas naturæ,vt diximus. Ad confirmationem reſpõdetur eam prioritatem non eſſe propriam originis diuinę,& idcircò non reperiri, quamuis non impediatur à relatione conſequente.

Reſpond. 2.

In originibus diuinis prioritati obſtat æternitas.

Ad confirm. Non impedit prioritatẽ relatio eam conſequens.

Confirmatio.

29.

2.concluſ.quę eſt in titulo confirmant Patrum verba, licèt illi diſputarint de ſola prioritate tẽporis.

AD confirmationem ſententię iſtius non ſunt conquirẽda expreſſa verba Patrum, quibus teſtentur Patrẽ nulla prioritate reali antecedere Filium; quia de ſola prioritate temporis inueniuntur diſputaſſe.Sed ex illorum potiùs verbis, ac ſententijs eſt nobis veritas comparãda. Sanctus ergo Anaſtaſ. Antioch. lib. 1.de rectis fidei dogmat. *Illud quoque, In principio,*(inquit)*non ſignificat poſterius principio: ſi igitur Verbum erat in principio,neceſſe prorſus ſit, vt contemepleris ſimùl Verbum.* Rectè quidẽ propter vnitatem ſubſtantiæ, qua Verbum eſt in Patre,cõcludit Verbum ſimùl eſſe non poſterius: quod argumentũ de quacunque reali prioritate idem conuincit, vt commonſtrauimus. Sanctus quoque Hilarius libr.12. de Trinit.egregiè docet Filium ita eſſe æternum, vt Patrem; neque eſſe minùs perfectam æternitatẽ Filij: quo argumento anteà vſi ſumus, *Si quid igitur*(inquit)*ei,qui ab æterno Patre natus eſt, ex æternitate defuerit, id ipſum auctori,qui Pater eſt, non eſt ambiguum defuiſſe*:ergo æternitas cum illa perfectione, qua nihil ſit prius prioritate reali, conuenit etiam Filio; quod ſi deeſt Filio,& Patri deeſt, vel ſaltèm hoc deeſt, quòd non potuit gignere æqualitèr æternum.Idem comprobatur verbis alijs S.Hilarij, quæ clariora ſic redduntur ordine mutato: *Senſui* (inquit) *non ſubiacet fuiſſe, vel non fuiſſe,antequàm naſceretur; quia nihil aliud anteuenit ſenſum, quàm ante tempora æterna natum eſſe ſemper.* Reſpondet S. Hilarius argumento hæreticorum, ſcilicèt Filius antequàm naſceretur, aut erat, aut non

S. Anaſtaſ.

Vtitur argumento de idẽtitate, vt n. 3. 4. & 7.

S.Hilarius. Vtitur argumento de coæternitate perſonarum, vt n.10.

Idem.

Cũ obijcitur ab hæreticis, Filius ante natiuitatem aut

A erat: imò(inquit) ſenſui,hoc eſt, intelligentiæ neutrum ſubiacet; ſed eſt vtrumque negandum; neque enim verum eſt, aut quòd ante natiuitatem ſit Filius, aut quòd non ſit. Ratio eſt, quam ſubiecit, egregia. Quia(inquit) ante natiuitatem non cogitamus aliquam antecedẽtiam, ſed cogitamus ſemper natum: cum ergo iſti Doctores ante natiuitatem ponant realem prioritatẽ, in illa prioritate reali neceſſe eſt, aut Filium non eſſe, aut eſſe; Filium eſſe ante natiuitatem eſt impoſſibile, non eſſe eſt impium, vt S. Hilar. confitetur: neganda ergo eſt omnis an-

B tecedentia,ſiue prioritas realis. Hoc ipſum teſtatur lib. eodem alijs verbis planioribus: *Natum* (inquit) *non poſt alia, ſed ante omnia, vt natiuitas tantùm teſtetur auctorem, non præpoſterũ aliquid in ſe ſub auctore ſignificet.* Vides natiuitatem indicare ſolùm principium à quo, ſcilicèt auctorem, ſed non prioritatem vllam realem. *Et quidèm confeſſione cõmuni ſecunda quidèm ab auctore natiuitas eſt; quia ex Deo eſt: non tamen ſeparabilis ab auctore; quia in quantùm ſenſus noſter intelligentiam tendit natiuitatis excedere, in tantum neceſſe eſt*

C *etiam generatio excedat.* Vide quæſtionem noſtram verbis ſolis mutatis: nam dicimus natiuitatem ſecundam numerando; quia eſt à Patre; ſed ita, vt cum ipſo S. Hilario in nulla prioritate reali ſeparemus natiuitatem à Patre. Rationem ab ipſo petimus, quia quoties ſenſus, hoc eſt, intellectus cogitando vult excedere aliqua prioritate reali natiuitatem Filij, eadem excedit natiuitas, & nulla eſt prioritas in re ipſa. Idem comprobatur verbis S. Ambroſ. quibus ille vult oſtendere Filium non eſſe genitum

D poſt Patrem lib.1.de fide,cap.5. ex loco illo Iſaiæ. 43. *Ante me non fuit alius Deus,& poſt me non erit. Quis ergo*(inquit S.Ambroſ.)*hoc dicit, Pater an Filius? ſi Filius; Ante me, inquit, non fuit alius Deus: ſi Pater; Poſt me, inquit, non erit: Hic priorem, ille poſteriorem non habet: Inuicem in ſe & Pater in Filio, & Filius in Patre cognoſcitur.* Eodem planè argumento conuincimus nullam fuiſſe prioritatem realem; conſequitur enim, vt Pater fuerit priùs Deus prioritate reali: & eo etiam probatur, quia vterque ſimul in altero cognoſcitur; ergo non poteſt intelligi prioritate reali vnus

erat, aut non erat, vtrumq; negandum.

Ratio, quia nulla eſt realis antecedentia ante natiuitatem,

Idem.

Natiuitas indicat ſolũ auctorẽ,ſeu principium à quo.

Natiuitas eſt ſecũda,ſeu perſonæ ſecundę, quòd ſit à principio,nõ quòd ſit poſterior in re ipſa.

S. Ambroſ. in Iſai. 43. vtitur eodem argumento.

Confirmatio.

Digitized by Google

Idem.

vnus ſine alio. Et capite eodem refellit illud argumentum, quòd neceſse ſit priorem eſse genitorem genito, congruiſsima ratione; & ſic ait. *Vſu, inquit, accipimus eo qui naſcitur, priorem eſſe qui generat. Perſequere igitur omnia veſtigia conſuetudinis, & ſi cætera conueniunt, non obſiſto, quin & iſtud requiras.* Hoc idem nos reſpondemus dicentibus principium ſine prioritate reali non inueniri: nam id in rebus creatis, in quibus eſt cauſalitas, concedimus; ſed in diuinis, ſicut cæteræ imperfectiones reijciuntur à principio, ita & prioritas realis.

In diuinis, vt cæteræ imperfectiones reijciũtur à principio, ita & prioritas realis.

S. Auguſt. conſonat eidē argumento.

B Sanctus quoque Auguſtinus dē eccleſiaſticis dogmatibus, verbis quibuſdam hoc idem videtur teſtari, *Pater* (inquit) *æternus, eò quòd æternum habeat Filium, cuius æternus ſit Pater: Filius æternus eò quòd ſit Patri coæternus.* Vnde ſic colligimus: Pater eſt æternus, quia habet Filium ęternum; ergo Pater non eſt prior reali prioritate, in qua non habeat Filium; aliâs erit prior ſine Filio Pater: ad hoc enim valet quæcunque realis prioritas.

Idem.

Hac eadem ratione vtitur lib. 2. de Symbolo ad cathec. cap. 3. *Si das* (inquit) *initium Filio, das initium & Patri; Pater enim à Filio appellatus eſt Pater.* C Ergo nulla prioritate reali poteſt eſse Pater prior Filio, à quo Filio appellatur Pater; aliâs Pater in illa prioritate non eſt Pater. Et certè prioritas realis quoddam etiam initium eſt, quo ſcilicèt exiſtit vnum prius altero prioritate naturæ.

Prioritas realis quoddam initium eſt.

Initium autem negat S. Auguſtin. ſed Patrem & Filium ſimùl confitetur: quare & libro eodem reſpondet ad argumentum.

Idem.

Et quomodò, inquies, natus eſt, ſi non habet initium? De æterno coæternus. D Ita & nos dicimus ſine antecedentia reali natum; quia de æterno coæternus eadem perfecta æternitate, in qua nulla eſt prioritas realis.

Conſonat S. Athan.

Sanctus quoque Athanaſius de vnita, ac ſempiterna ſubſtantia libro 5. cum hæretico diſputans, *Elige tibi* (inquit) *alterum de duobus; Aut vna eſt eorum ſempiternitas, aut vna poſteritas.* Et inferiùs ait vtrumque excludi à ſempiternitate, dum Filij ſempiternitas impugnatur, *Cur ergo* (inquit) *non eſt talis profeſsio veſtra, nouus Pater, nouus & Filius?* Similitèr ergo eadem prioritate reali priòr eſt Filius, quàm

A Pater; vel eadem poſterioritate vterque poſterior.

S. Cyrill.

Hoc ipſum Sanctus Cyrillus confirmat elegantèr 1. libro Theſauri cap. 5. *Si Patri* (inquit) *Filius coæternus non eſt, neceſſe eſt concedere imperfectam aliquando fuiſſe ſanctam Trinitatem; fuiſſeque vnitatem, antequàm Filius eſſet; factam verò poſteà Trinitatem fuiſſe, quando acceſsit quod deerat.* Eodem modo, & nos arguimus, iſti enim Doctores concedunt vnitatem anteceſsiſſe reali prioritate Trinitatem: acceſsit ergo re ipſa Trinitas, ſiquidèm re ipſa anteceſsit vnitas; fuit enim iuxta illos prior vna perſona, à qua duæ poſteà proceſſerunt.

Idem vtitur 4. arg facto n. 9.

Item vide n. 8. & 11.

Et lib. 2. dialogo. de Trinitate, ſolertiſsimè propoſuit argumentum illud, quod & nos fecimus, *Simùl* (inquit) *eſt Deus, & ſimul Pater, non poſteriorem habens natiuitatem, quàm eſſentiam: ſed ſimul concedendum eſt, quòd ſit Pater, & ſubſiſtat, intelligaturque in tali natura, & ſimul ſubſiſtat ſine principio genitus, hoc eſt, Filius.* De prioritate reali naturæ idem profectò argumentum extat; ſimul enim eſt Deus, & ſimul Pater: ſicut ergo Deitas non eſt prior Filio prioritate vlla reali, ita nec Pater.

Eiuſdem aliud arg.

Et ibidèm aliud conficit argumentum peracutum oſtendens, Deum quidèm extra ſe poſſe ſe ipſum conferre ad operandum ſine mutatione ſui; quia operatur in extraneis: ſed in ipſa Deitate mutationis eſſe argumentum, ſi prior ſit potentia, quàm actus. Quòd ſi Pater eſt prior prioritate reali, in qua prioritate eſt potens generare, & adhùc non extat Filius; profectò de potentia tranſit in actum, quod eſt mutari; ſicut neceſſe eſt mutari agentia, quæ per actionem immanentem exercent potentiam cum prioritate naturæ: *Quod enim* (inquit) *ex ſe ipſo gignere dicitur, & progredi à potentia ad actum, quaſi in propria natura commotum eſt.* Et alia elegantèr, quæ longum eſſet commemorare. Quæ omnia ita de prioritate reali naturæ, ſicut & de prioritate temporis vim faciunt, & efficacia ſunt.

2 concluſionē exprimũt Patres

S. Damaſc.

At verò Sanctus Ioannes Damaſcen. libr. 1. fid. Orthod. cap. 9. verbis conceptis docet, *non priorem ipſum, Patrem Filio, aut tempore, aut naturâ*: non enim fuit contentus dicere non priorem tempore, ſed addidit, neque naturâ priorē:

Digitized by Google

interpretandum Concilium, vt credamus Patrem digniorem re ipſa, quàm Filium; ita neque priorem reali prioritate.

CAPVT LXII.

Perſona diuina, quæ procedit, de ſubſtantia producentis procedit.

DE principio diuinæ proceſsionis diſputatum eſt, & deindè ſuo in loco de proceſsione diuina; reſiduum eſt, vt de termino proceſsionis tractemus. Vbi occurrit prima quæſtio: Vtrùm perſona procedens de perſonæ producentis ſubſtantia procedat, ſcilicèt Filius de ſubſtantia Patris, & Spiritus Sanctus de ſubſtantia vtriuſque? Caput diuidimus in duo membra.

Prima pars: *Perſona diuina procedit de ſubſtantia producentis.*

Secunda pars: *Perſona diuina non procedit de principio quaſi materiali, ſed quaſi formali.*

PRIMA PARS.

Perſona diuina procedit de ſubſtantia producentis.

1.

Quæſt. præuia vtrùm Filius Dei ſit ex nihilo, vel ex aliquo præexiſtẽte?

QVoniam rerum creatarum cernimus quaſdam ex nihilo fieri, quod eſt creari; alias verò fieri quidèm de aliquo, ſcilicèt de materia, quæ etiam tempore antecedit nouam formam geniti: fecerunt quæſtionem Sancti Patres argumentis etiam hæreticorum coacti; Vtrùm Filius Dei ſit ex nihilo factus, an verò de aliquo præexiſtente genitus? vtroque enim modo Filius Dei eſſet creatura; vel quia de nihilo eſſet conditus; vel quia non eſſet æternus, ſi de aliquo præexiſtente eſſet genitus: Sancti Doctores vtrumque abnegant, & refugiunt; neque enim de nihilo eſt, cum non ſit creatus, ſed genitus; ſed neque de aliquo præexiſtente, quia genitus eſt de ſubſtantia diuina, quæ eſt extra tempus, & æterna.

Reſpondent S. Doctores negando vtrumque.

2.

1. prænotand. Vt materia in re creata genita, ita ſubſtantia in diuina perſonæ genitæ intelligitur vt principium rei genitæ præcedens prioritate rationis.

Cogitandum ergo eſt, quòd ſicut in re genita accipimus aliquod principiũ, de quo res gignitur, ſcilicèt materiam, quæ tempore, aut ſaltèm naturâ antecedit rem genitam: ita & in diuina per- A ſona genita, intelligimus diuinam ſubſtantiam, tanquàm principium rei genitæ antecedens non tempore, aut naturâ, ſed ſola meditatione intellectus ipſam perſonam genitam; & hoc omninò neceſſe eſt confiteri. Nam cognita perſona Patris, & ipſius actu generandi, eo modo, quem ſuperiùs tradidimus, de Filio nihil prius poſſumus cogitare, quàm ſubſtantiam; abſoluta enim ſunt priora relatiuis. Intelligimus ergo ex parte rei genitę ſubſtantiam diuinam cum natiuitate coniunctam, vt anteà quoque admonuimus. In qua coniunctione ſubſtantia ipſa pertinet ad rem genitam, vt principium illius.

3.

In diuina proceſsione bis intelligimus naturam diuinã ſcil. vt principium rei genitæ, & terminũ generationis.

Et ita in genito bis intelligimus diuinam B ſubſtantiam (quod eſt ſummo opere notandum) ſcilicèt vt principium rei genitæ ſimul cum generatione paſsiua coniunctum; & vt terminum proceſsionis, qui conſequitur proceſsionem noſtro modo intelligendi. Nam & hoc poſteà docebimus, quòd ſubſtantia diuina ſit terminus proceſsionis; quod ſanè videtur annuere S. Hilar. 6. de Trinitate illis verbis: *Natiuitas Dei, quæ ex Deo in Deum extitit*: Ita vt Deitas ſit principium, & terminus; principium rei genitæ, terminus generationis. C

S. Hilar.

4.

Exemplũ materiæ, quæ in generatione eſt principiũ geniti, & ſimul pars geniti in termino generationis incluſa.

Et hoc quoque conſentaneum eſt noſtræ Philoſophiæ; nam ſicut materia eſt principium rei genitæ, & ſimùl pars geniti in termino generationis incluſa: Ita & in Deitate, in qua non eſt pars, ſed totum, ipſa ſubſtantia, ſiue eſſentia, quæ eſt tota principium rei genitæ, eſt terminus ipſa tota generationis. Et ne videamur noua inuehere, hoc ipſum eſt, quod docuimus, diuinam eſſentiam eſſe paſsiuam potentiam; paſſiua enim potentia nihil eſt aliud, quàm D principium rei genitæ, vt ibidem comprobauimus. Hoc idem eſt, quod ſummo conſenſu aſſerunt & Doctores, & Patres, dum aiunt Filium genitum de diuina ſubſtantia, tanquàm de principio, non tamen præexiſtente. Hæc igitur res eſt cum omni conſenſione aſſerta, etſi non ſatis dilucidè hactenùs tradita ſit. Modus autem loquendi nunc declarandus eſt, quo dicimus Filium genitum de ſubſtantia Patris, & Spiritum Sanctum de ſubſtantia vtriuſque procedentem.

Coincidit cũ doctrina c. 28. ſcil. quòd eſſentia ſit paſsiua potentia.

Digitized by Google

5.
2. prænotand. Per præpoſitionem, de, indicantur duo

Sciendum eſt enim, quòd præpoſitio, de, indicat duo, primum ſcilicèt, quòd illud principium, de quo res producitur, maneat in re producta: ſecundum indicat diſtinctionem producentis, & producti. Quoad primum docet Sanctus Thomas 1. p. quæſt. 41. articul. 3. ad 1. & in 1. diſtinct. 5. quæſt. 3. artic. 1. præpoſitionem, de, & præpoſitionem, ex, ſiue, à, ſignificare principium: illam tamen priorem propoſitionem, de, indicare principium conſubſtãtiale, quod manet in re producta, & quo res producta conſtat: alias verò præpoſitiones, ex, vel à, duntaxàt ſignificare principium, ſiue extra rem productam exiſtat, & non ſit conſubſtantiale, ſiue etiam in re producta maneat. Eſt ergo annulus de auro, quia aurum in annulo manet, & eſt ſubſtantia annuli; non verò eſt annulus de artifice, quia artifex eſt principium annuli extra annulum. At verò tam ex auro, quàm ex artifice eſt annulus, cum artifex ſit principium extraneum, & aurum intrinſecum, quoniam præpoſitio, ex, ſignificat principium quoduis; de, verò non quoduis, ſed id principium, quod in re ipſa producta exiſtit. Si verò dicas annulum eſſe ex ſubſtantia artificis, etiam hoc negat S. Thom. 1. p. quæſtione 41. artic. 3. ad ſecundum; quia ſignificatur artificem eſſe principium ſubſtantiale annuli. Quã obrem propter diuerſitatem præpoſitionum ipſarum, de, & ex, innuit Sanctus Thomas 3. p. quæſt. 75. articul. 8. corpus Chriſti fieri in conſecratione non de pane, ſed ex pane: nam præpoſitio, de, ſignificat principium conſubſtantiale; præpoſitio verò, ex, ſignificat quodcunque principium: quia ergo panis non manet in corpore Chriſti, non dicitur de pane fieri corpus, ſed ex pane.

S. Thom.

1. indicatum eſt principiũ conſubſtãtiale manens in re producta.

Per præpoſitionem, ex, vel à, indicatur principium quoduis.

Exemplum annuli, qui eſt de auro, non de artifice.

At eſt ex auro, & ex artifice,

Non tamen ex ſubſtantia artificis.

Idem.

Idem conſonat dicens corpus Chriſti fieri non de pane, ſed ex pane.

6.
1 conſectariũ. Generatio nõ viuentium eſt ex, vel à ſubſtantia agẽtis, non de.

Hæ igitur actiones, quæ ſunt invitæ expertibus, poſſunt quidèm eſſe ex ſubſtantia agentis, ſiue ex agente; non tamen ſunt de ſubſtantia agentis, ſiue de agente: quia nulla ſubſtantia præexiſtit in agente non viuente, quæ maneat in re effecta ab agente; non ergo ignis gignitur de igne, aut de ſubſtantia ignis; benè tamen ex igne, aut ex ſubſtantia, ſiue à ſubſtantia ignis. Viuentia verò habent actiones perfectiores; quia vi ipſa generationis ſubſtantia gignentis transfunditur in genitum; quia ſemen, quod erat in generante, eſt poſteà pars rei genitæ, & in his res genita eſt de gignente, ſiue de ſubſtantia gignentis. Attamen præterquàm quòd in hac generatione terreſtri inuenitur mutatio, triplex adhùc imperfectio cernitur: prima eſt, quòd cum communicatio perfecta ſit ſecundum formam, generans, & genitum per generationem ſolùm in materia eadem communicant; eò quòd materia ſeminis, quod præexiſtit in gignente, manet in genito, non verò forma ſeminis. Secunda imperfectio eſt, quòd ipſum ſemen non eſt intra eſſentiam generantis, ſed eſt pars contenta in generante ad integritatem neceſſaria. Eſt tamen ſemen in materia diſtincta, ſub formaque diſtincta ab ipſo generante, verbi gratia, ſemen hominis non informatur anima rationali, nec ſemen equi forma eſſentiali, ac ſubſtantiali equi, ſed eſt extra eſſentiam; benè enim equus eſt ſine ſemine. Tertia imperfectio, quòd non transfunditur tota materia gignentis in genitum, ſed pars duntaxàt.

2. conſect. Generatio viuẽtium eſt de gignente, ſiue de ſubſtantia gignentis.

Vtriuſque generationis creatæ, pręter mutationem, imperfectiones tres:

Prima. In ea communicatur ſolùm materia.

Secunda.

Semen eſt in materia ac forma diſtinctis à generãte, ac proindè nõ eſſentialis illius pars, ſed integralis.

Tertia. Non cõmunicatur tota materia gignẽtis, ſed pars.

7.

Vtraque autem diuina proceſsio eſt communicatio diuinæ ſubſtantiæ modo quodam præexcellenti. Cum enim ſubſtantia diuina vna ſit, eaque ſit ipſa eſſentia ſimplex abſque partium ſegmẽtis; ita Filius eſt de ſubſtantia Patris, vt ſit quoque de eius eſſentia, deque tota eſſentia, & ſubſtãtia: neque verò de materia gignentis, quæ nulla eſt in Deo, ſed de forma, & de puro actu Deitatis. Eodemque modo Spiritus Sanctus eſt de ſubſtantia, eſſentiaque tota, ac forma Patris, & Filij, ſcilicèt de ipſa ſimplici Deitate procedens. Hoc autem aſſerendum eſt ex propria ratione proceſſionis diuinæ, eò quòd principium eius quaſi actiuum, eſt ipſa eſſentia diuina, vt diximus, quæ eſt ſimplex, & vna; ita vt neque diuidi in partes, neque multiplicari numero poſsit: quare genitum, quod procedit de ſubſtantia gignentis, habet in ſe totam ſubſtantiam, ſiue eſſentiam gignentis: & idem de Spiritu Sancto dicendum eſt: ergo hæc conſubſtantialitas perſonæ procedentis, & eius à qua procedit, ita vt vna ſimplex ſubſtantia ſit in vtraque perſona, ab ipſa ratione propria diuinæ proceſſionis ducitur.

Aſſertio inſcriptionis. Perſona diuina procedit de tota ſimplici eſſentia, & ſubſtantia producẽtis, & de forma, ac puro actu Deitatis.

Hæc conſubſtantialitas eſt ex propria ratione diuinæ proceſsionis.

Idem

8. Probatio S. Thomæ: Pater genuit Filium nõ ex nihilo; ergo ex aliquo non extraneo.

Idem etiam probat S. Thom. in corpore articul. eò quòd Pater generat Filium, non ex nihilo; ergo ex aliquo: & non ex aliquo extraneo; ergo ex ſua ſubſtantia, vel de ſua ſubſtantia propria: artifex enim operatur ex materia, vt ex ligno imaginem: Deus verò operatur ex nihilo; non quaſi nihilum ſit materia, ex qua Deus res conditas efficiat; ſed quia nihil erat rei, antequàm Deus operaretur. Si ergo nihil erat Filij, ex nihilo fecit Filium, & creauit, quod eſt hæreticum: quòd ſi genuit de aliquo, cum nihil extraneum ſit in Patre, de quo Filium gigneret, de ſua propria ſubſtantia genuiſſe Filium neceſſe eſt.

9. Obiectio contra probationem.

Hæc tamen ratio Sancti Thomæ videtur ægrè probare concluſionem; Pater enim æternus, neque eſt de nihilo, neque de aliquo, vt modò dicemus; ergo nulla eſt conſequentia, quòd Filius vel procedat de nihilo, vel de aliquo.

Pro reſponſ. 1. prænotandũ. Vt in producẽte principium productionis, ita in re producta principium aliquod producti ponẽdum eſt; nihil enim eſt ſe toto agens, aut ſe toto paſſum.

Ad hæc reſpondendum eſt, quòd ſicut in producente principium operationis ponimus, ita & in re producta principium aliquod producti ponendum eſt: nihil enim eſt, aut ſe toto agens, aut ſe toto paſſum; ſed eſt in agente principium agendi; & in paſſo patiendi principium; principium autem primum eſt materia in rebus materiâ concretis, quæ cum fiunt, de materia fiunt: ſi verò materia non præcedat, de nihilo fiunt; & ita fecit Deus cœlum, & terram de nihilo: non quòd nihilum ſit principium operationis, quaſi materia, vt Sanctus Thomas obſeruat; ſed quia ita in poteſtate Dei eſt operari abſque materia, ſicut artificis operari ex ligno.

Deus fecit cœlum & terram de nihilo, id eſt, abſque materia, non verò quod nihilum ſit quaſi materia.

In angelis eſſentia angeli eſt principiũ formale rei ꝓductæ.

In angelis verò natura ipſa eſt principium formale rei productæ; productâ enim naturâ angelus producitur: quòd ſi natura angeli eſſet ante angelum; non crearetur angelus ex nihilo; ſed quia natura angelica non exiſtit ante angelum; ſed ipſa quoque producitur, & ante illam nihil eſt angeli, creatur angelus de nihilo ad ſenſum expoſitum.

In diuinis Pater generat Filiũ de aliquo non præexiſtẽte, ſed præcognito, ſcilicèt de ſua ipſius Patris ſubſtãtia.

Eſt ergo firma argumentatio, quòd cum Pater æternus generet Filium, & non ex nihilo, cum non ſit creatus, generetur de aliquo, ſcilicèt de aliquo, quod ſit rei genitæ principium; non tamen de aliquo præexiſtente, ſed de aliquo præcognito principio: tota enim hæc

A

res agitur de noſtro modo intelligendi; nam in re ipſa ſubſtantia Patris, de qua Filius dicitur genitus, non eſt principium rei genitæ, cum principium ſit res diſtincta ab ea cuius eſt principium; Filius autem, & ſubſtantia ſunt res eadem ſimplex: indicatur tamen his verbis origo realis, & potentia notionalis paſſiua, quæ etiam eſt realis, vt anteà docuimus; eò duntaxàt, quia eſt potentia realis proceſsionis; ſed non quòd ipſa diuina ſubſtantia, quæ dicitur potentia notionalis realis, ſit principium reale aut Patris, aut Filij; cum inter

Indicatur his verbis origo realis, & potẽtia notionalis paſsiua, etiam realis, ↑ ꝑprincipium reale.

B

hæc non ſit realis diſtinctio. Noſtro igitur modo intelligendi rectè concluditur ex hoc, quòd Filius ſit genitus, & non ex nihilo, quòd ſit genitus de aliquo, ſcilicèt de diuina ſubſtantia, quæ eſt principium rei genitæ formale, prout à nobis intelligitur. Argumentatio autem hæc non eſt ſolius Sancti Thomę, ſed apud Patres vſitatiſsima, vt referemus. Ex eo enim, quòd Filius Dei non producitur ex nihilo; ſed neque ex materia; probant produci de ſubſtantia Patris.

Dicta ratio vſitata eſt apud Patres.

10. 2. prænotand. S. Anſelm. Tripliciter explicat ex nihilo fieri.

Sanctus Anſelmus Monolog. capite

C

8. triplici ratione exponit ex nihilo effici, ſcilicèt ex nihilo, quia non factum eſt de aliquo; quo pacto Deus ex nihilo factus eſt, id eſt, non eſt factus ex aliquo. Secundò, vt ipſum nihil conuertatur in id, quod eſt factum; quod eſt impoſsibile, vt Sanctus Thomas etiã obſeruauit. Tertiò, vt factum quidèm aliquid ſit, ſed non ſit aliquid, ex quo factum ſit; quo pacto creaturæ ex nihilo ſunt conditæ.

1. explicatio.

Secunda.

Tertia.

Filius ergo æternus non poteſt dici genitus ex nihilo vllo modo; non primo modo; quia ſignificatur non eſſe genitum: non ſecun-

D

do, quia eſt impoſsibile cogitatu: non tertio, quia aliquid eſt (ſcilicèt ſubſtantia Patris) ex quo eſt genitus: non ergo ex nihilo genitus eſt. Et in hoc ſenſu rectè conſequitur ex hoc, quòd genitus eſt, & non ex nihilo, quòd ex aliquo genitus ſit, ſiue de aliquo, hoc eſt de Patris ſubſtantia.

Filius æternus non eſt genitus ex nihilo primo modo.

Non ſecundo.

Non tertio.

Neque verò eſt ſimilis conſequentia, quòd Pater, quia non eſt de nihilo, ſit de aliquo; eſſe enim de aliquo, indicat realem diſtinctionem, & reale principium, vt poſteà docebimus: quare cum Pater non diſtinguatur ab eſſentia ſua, neque eſsentia

Reſponſio ad obiectionem: Pater non eſt de ſua eſſentia, cum eſſe de aliquo indicet realẽ diſtinctionem, & reale principium.

XX 3. ſit

ſit principium reale Patris; Pater non eſt de ſua eſſentia, & ita non eſt de aliquo. Sed neque eſt de nihilo, niſi in primo ſenſu, quia non eſt de aliquo: ſed neque in tertio ſenſu, quo indicatur eſſe quidèm factum, ſed de nihilo; hæreticum enim eſt ſic dicere Patrem eſſe de nihilo.

Non eſt ex nihilo, niſi primo modo.

11\. Dubium, an angelus, cuius ſcil. natura priùs producitur quàm hypoſtaſis, dicendus ſit pduci de aliquo, id eſt, de natura angelica.

Verùm ex dictis oritur dubium; cum enim natura angeli ſit principium formale hypoſtaſis, & priùs natura producatur, quàm ipſa hypoſtaſis; videtur, quòd angelus, ſiue hypoſtaſis angelica producatur de aliquo, ſcilicèt de natura: quòd ſi de aliquo, nõ certè de nihilo; non ergo creatur Angelus.

12\. Reſpondetur ſimplicitèr negando. Probatur.

Nihilominùs reſpondendum eſt, angelum creari, & non de aliquo produci. Nam illud, de quo res producitur, debet antecedere ipſam productionem; quo pacto in generatione materia antecedit actum generantis & eſt ſubiectum generationis. Cum ergo in angeli creatione ipſa natura creetur, non poteſt dici angel' de aliquo productus, ſed creatus de nihilo: licèt ſecundum quid, poſſit dici angelus quoad hypoſtaſim productus de natura producta. Et ſimilitèr cum Deus creauit cœlum, ordine quodam priùs producta eſt materia, quàm forma, & ipſum cœlum; quarè ſecũdum quid de materia producta cœlum produxit: ſed ſimplicitèr produxit de nihilo; quia actionem Dei nihil anteceſſit. Et hoc egregiè quidèm docuit S. Auguſtinus libr. de natura boni contra Manich. cap. 26. & 27. videlicèt, id quod creatur, non creari ex materia; quia materia etiam ſimùl creatur. Quòd ſic eſt interpretandum, vt dicamus cœlum creatum, non quia materia, non præexiſtit tempore; ſed quia ipſa materia eſt res creatione eâdem producta: nam ſi materia eſſet increata, quamuis ſimul eſſet productum cœlum, creatum non eſſet; quia non eſſet de nihilo productum, ſed de aliquo improducto, ſiue increato, ſcilicèt de materia. At verò vt ſit res producta de aliquo, non eſt neceſſe, vt illud, de quo dicitur producta, antecedat tempore: nam ſi in eodem inſtanti Deus crearet materiam, & agens naturale introduceret formam; agens naturale non crearet, ſed de aliquo, ſcilicèt de materia produceret aliquid materiâ, & formâ concretum. Imò

In angeli creatione natura ñ antecedit, ſed ipſa creatur.

Secundum quid poteſt affirmari angelus quoad hypoſtaſim productus de natura angelica producta.

Exemplũ cœli producti ſecundum quid de materia producta: producti ſimplicitèr de nihilo.

S. Auguſt.

Si materia eſſet increata, quãuis ſimul eſſet productũ cœlum, creatũ non eſſet.

Ad productionem de aliquo nõ requiritur antecedentia temporis.

Declaratur.

in Deitatis natura, cum ipſa natura, ſiue eſſentia, non ſolùm non antecedat tempore rem genitam, ſed neque prioritate reali, vt dictum eſt, ſatis eſt, quòd ipſa natura diuina antecedat prioritate rationis, vt Filius dicatur de natura Deitatis genitus. Noſtro enim modo intelligendi, qui eſt rei ipſi pro ſuo modulo conformis, natura diuina antecedit omnem originem, imò & ipſas perſonas, inter quas eſt origo; ergo omnis origo diuina eſt de aliquo, & non poteſt eſſe de nihilo. Quia igitur ipſa diuina natura, quæ in Filio eſt, ante eius natiuitatem intelligitur, & nullo modo eſt per natiuitatem producta, cum præintelligatur ante natiuitatem, Filius nõ de nihilo, ſed de aliquo productus eſt. Et quia ipſa natura, quæ in Filio manet, præintelligitur in Patre, Filius genitus propriè eſt de ſubſtantia Patris, præpoſitione, de, indicante conſubſtantiale eſſe, hoc eſt, eiuſdem ſubſtantiæ, Patrem, & Filium.

Satis eſt prioritas rationis.

Oſtenditur in diuinis.

Colligitur aſſertio inſcriptionis.

13\. *Torres* aſſertum: Nõ ſemẽ maſculum, ſed dũtaxat fœmineum manere in genito ſecundum materiam, & nihilominus genitũ eſſe de ſubſtãtia maris.

Qua in re non eſt approbandũ, quod Barthol. Torres exiſtimauit, ſemẽ maſculum non ingredi ipſum compoſitum genitum; ſed duntaxat ſemen fœmineũ diſpoſitum, & præparatum à ſemine maris ingredi rem genitam: atque ipſum genitum nihilominùs eſſe de ſubſtantia gignentis maris; eo quòd ſemen maris neceſſarium ſit ad generationem, etiam ſi nõ maneat in genito: tum etiam, quia (inquit) mas tribuit naturam genito, diſponendo ſemen fœmineum. Hæc autem falſa ſunt; & primùm dicendum eſt materiam ſeminis, quod præexiſtit in mare, manere in genito; aliâs non eſſet de ſubſtantia maris genitus: hac enim in re deterius opinatus eſt Torres, neque eſt ea opinio probabilis, quòd ſcilicèt dicatur genitum de ſubſtantia, quæ non maneat in ipſo genito; hoc enim pacto Ariani concederent Filium eſſe genitum de ſubſtantia Patris, quæ tamẽ non ſit eadẽ in genito; ſiquidem ſatis eſt, vt ille vult, quòd communicetur ſubſtantia, non eademmet, ſed alia numero diſtincta, ad hoc vt mas communicet ſubſtantiã cum genito; ergo non hoc ſufficit, ſed omninò oportet, vt ſubſtantia generantis eademmet ſit poſtea in genito. Qua in cauſa Doctores ſcholaſtici conſentiunt, & nullus, quem legerim, eſt in ſententia Bartholomæi Torres.

Improbatur quoad vtramque partem, præcipuè quoad poſteriorem.

Fauet Arianis.

Secun-

Digitized by Google

14.
2. Indicatum per præpoſitionem, de, eſt diſtinctio realis.

S. Auguſt.

Patrum commune dictũ, Filius gignitur de ſubſtãtia Patris, explicatur.

Secundum eſt quod diximus, præpoſitione, de, indicari ſolitum eſſe diſtinctionem realem. Quam ob cauſam ſanctus Auguſtinus lib. 5. de Trinit. cap. 7. negauit perſonas diuinas eſſe de natura diuina; quia natura ipſa non eſt res diſtincta à perſonis. Quando igitur ipſe S. Auguſt. & Patres aiunt Filium eſſe genitum de ſubſtantia Patris, indicatur realis diſtinctio non inter ſubſtantiam, & rem genitam; ſed inter Patrem, & Filium genitum.

15.
Diſsidet *S. Thomas à Magiſtro* interpretante ſic, id eſt, de Patre in quo eſt ſubſtantia.

S. Auguſt.

1. Locus.

2. Locus.

Hinc oritur quæſtio, quam S. Thom. verſat cum Mag. ait enim Magiſt. lib. 1. ſententiarum d. 5. commune enuntiatũ, B quòd Filius gignatur de ſubſtantia Patris, interpretandum eſſe, quòd gignatur de Patre, in quo eſt ſubſtantia; ſanctus enim Auguſt. 5. de Trinit. cap. 9. negat perſonas diuinas eſſe de eſſentia diuina, ne videatur diſtinctionem realẽ inter eſſentiam, & perſonas conſtituere. Et eam ob cauſam videtur ipſe S. Auguſt. hoc enunciatum exponere 15. de Trinit. cap. 13. *Noſtrum* (inquit) *verbum, quod natum eſt de noſtra ſcientia, diſsimile eſt illi Verbo Dei, quod natum eſt de Patris eſſentia; tale eſt autem, ac ſi dicerem de Patris ſapientia, de Patris ſcientia, vel quod eſt expreſsius de Patre ſcientia, de Patre ſapientia.*

Hic locus apud *S. Tho.* à typographo perperam mutatus, oſtenditur 1.

Secundò.

Qui locus S. Auguſtini legitur mutatus apud S. Thomam vitio, vt ſolet typographis legitur enim ſic, *Tale eſt, quod dico de Patre eſſentia, ac ſi expreſsius dicerem de Patris eſſentia.* Hæc enim verba noſtram ſententiam confirmant, quę ſibi S. Thom. non obijceret: maximè cum apud Magiſtr. non ita legantur, ſed ordine inuerſo, de Patris ſcientia, hoc eſt de Patre ſcientia. S. ergo Auguſt. explicat de eſſentia Patris, hoc eſt de Patre eſſentia.

16.
Idem locus explicatur 1. vt velit Filiũ gigni de ſubſtantia Patris, vt de principio actiuo formali.

Exemplũ generationis de ſemine.

Aduertendum igitur eſt, quòd Filiũ D gigni de ſubſtantia Patris poteſt intelligi, quaſi de principio actiuo: vt enim dicitur Filius gigni de Patre, vt de principio actiuo; ita & de eius ſubſtantia, quaſi de principio actiuo formali, quo Pater generat, explicari poteſt. Hoc pacto dicimus creaturas genitas gigni de ſemine, quod eſt inſtrumentum, & principium actiuum generationis: & ita credimus S. Auguſt. eo loco fuiſſe loquutum, cum ait Filium de Patris ſcientia gigni, ſiue quod eſt expreſsius, de Pa-

A tre ſcientia; cum enim indicaret principium actiuum formale quo, dicens, de eſſentia Patris; expreſsiùs ait dici, de Patre eſſentia: Pater enim eſt principiũ, non quo generat, ſed quod generat; & dicitur abſolutè principium generationis: eſſentia autem dicitur, non abſolutè principium; ſed principium quo, ſiue formale duntaxat. Vel etiam ſimpliciùs declarandus eſt S. Auguſt. quòd vt ſignificaret eſſentiam non diſtingui à Patre, ſed eſſe ipſum Patrem; cum dixiſſet Filium gigni de eſſentia Patris, ſubijcit expreſsiùs dici, de Patre eſſentia: B quia ipſe Pater eſt eſſentia. Hoc enim ipſum S. Auguſt. ibidẽ ſignificat, & Patres, cũ aiunt eſſentiã de eſſentia gigni, hoc eſt Filium de Patre, vt lib. 5. dicemus: quia Pater, & Filius non habent eſſentiam, quaſi diſtinctam; ſed ſunt ipſa eſſentia, quam habent.

Elucidatur explicatio.

Idem locus explicatur 2. ſimpliciùs, vt ſignificet eſsẽtiã non diſtingui à Patre.

Sic explicandi Patres dicẽtes eſſentiã de eſſentia gigni.

17.
Ad Patrũ dictum Magiſtri interpretatio expenditur.

A S. Thom. iudicatur vera ſed inſufficiens ad quæſtionẽ.

Ratio.

Etiã creaturæ ſunt de Patre qui eſt ſubſtãtia: ſed non de ſubſtantia Patris.

Magiſter verò commentatus eſt argumentum, vt cum dicit Filium gigni de eſſentia Patris, tantũmodo aſſerat gigni de Patre, qui eſt eſsentia; & hoc ait ſignificari per illud: hoc enim eſſe expreſsius iuxta verbum S. Auguſtini. Ac S. Thom. 1. p. q. 41. ar. 3. ad 2. docet Magiſtrum vera dicere, dum ait Filium gigC ni de Patre, qui eſt eſsentia, ſed id dictum quæſtioni non ſatisfacere; quia nõ ſignificatur Filium eſse conſubſtantialem Patri: nam & creaturæ, quæ ſunt extra ſubſtantiam eius, ſunt tamen de Patre, qui eſt ſubſtantia; & ita ſunt de Patre ſubſtantia, ſed non de ſubſtantia Patris. Siue igitur dicas de Patre, ſiue de eſsentia Patris, ſemper interpretandum eſt Filium eſse Patri conſubſtantialem. Dicitur enim de Patre gigni, quia eſsentia Patris eſt in genito: dicitur verò de eſsentia gigni, quia Pater gignit eſsentiã ſuã, tanquam principio D formali, quæ eſsentia eſt in Filio; ſicut res creata dicitur gigni de ſemine, vt de principio actiuo, quia ſemen ſecundum materiam eſt in re genita. Conſtat igitur ibi ſignificari principium formale ſaltẽ vt intelligitur in Patre, quaſi actiuum: quia Filius de Patre eſt, & de ſubſtantia Patris, qua Pater generat.

S. Thomæ interpretatio germana

Id eſt de ſubſtantia Patris qua Pater generat.

18.
2. Interpretatio argutior: Gigni de Patris eſſẽtia indicat formale principiũ rei genitæ, nõ ſolũ actiuũ, ſed

Sed adhuc doctrina S. Thomæ argutior eſt, & ſublimior; vt enim clariùs ſignificetur conſubſtantialitas, ait Filium Dei gigni de eſsentia Patris, vt de principio formali; non ſolùm quaſi de actiuo

Digitized by Google

tiã quaſi paſſiuam.

Principiũ cõſubſtantiale, vel eſt actiuũ, vel materiale, vel formale.

actiuo principio, vt conſideratur in gignente; ſed quaſi de principio perſonæ genitæ, quod in Filio manet. Ait ergo principium conſubſtantiale aliquandò ſignificari actiuum, cum ſcilicet dicimus Filium de Patre gigni; quia ſubſtantia gignentis manet in genito: nonnunquã verò materiale principium deſignari, quod manet in re producta, quo pacto de auro annulus efficitur; quandoque verò indicari principium formale. Hoc autem modo loquendi docet maximè dicendum eſſe, Filium & eſſe, & gigni de eſſentia Patris; quia in Filio genito, hoc eſt principium formale rei genitæ. Itaque vt dicam breuiùs, Filium gigni de ſubſtantia, indicat paſſiuam potentiam, cuius actus eſt res genita. Et ita ſiue in Patre, ſiue in Filio indicat reale principium conſubſtantiale cum diſtinctione reali perſonarum: quod in Patre eſt actiua potentia, in Filio paſſiua: & aliqui Doctores recentiores mentem S. Thomæ non attigerunt.

In hoc dicto maximè indicatur principiũ formale.

Declaratur vt hic nu.4. & cap.28. Sũmariũ doctrinæ in hac 2.p.traditæ.

19. Aduert. Natura diuina in Patre eſt principiũ reale, non Patris, ſed originis realis.

Aduertendum enim eſt naturam diuinam non eſſe reale principium diuinę perſonę, quaſi dans eſſe illi, vt forma creata; quod principium neceſſe eſt eſſe diſtinctum ab ea re, cui dat eſſe formale; natura autem diuina nihil re ipſa diſtinguitur à perſona; ſed dicitur principium reale, in ordine ad originem realem; & ita natura diuina in Patre eſt principiũ reale, non Patris, ſed originis realis: & in Filio eſt etiam principium reale; non quaſi forma Filij diſtincta, & dans eſſe illi, ſed quatenus ipſa natura diuina in Filio eſt notionalis potẽtia, cuius actus eſt res genita: quæ potentia nihil aliud eſt, niſi principium quaſi formale antecedens genitum, quod cum ipſa natiuitate coniungitur, non vt terminus natiuitatis, ſed potiùs vt principium rei gignendæ. Et idcircò propriiſſimè Filius gignitur de principio iſto formali, ſcilicet de natura diuina; ſicut homo terrenus de materia.

In Filio eſt etiã non quaſi forma diſtincta, ſed quaſi principiũ reale formale, ſeu potẽtia notionalis antecedens genitum vt actum ſuũ.

20. Alia dicta explicantur. *S. Fulgentij* dictum: Filius genitus eſt de natura Trinitatis: Eſt minùs proprium.

S. verò Fulgentius lib. de Fide ad Petrum ait Filium genitũ de natura Trinitatis: quod minus propriè videtur dictum; præpoſitio enim, de, ſignificat ordinem principij, quem habet natura in Patre, vt ſit generationis principium; non verò in tota Trinitate natura eſt principium gignendi: ſed quia dicimus naturam eandem eſſe totius Trinitatis; dicitur Filius genitus de natura Trinitatis in ſenſu identico, hoc eſt, de ea natura, quæ eſt totius Trinitatis natura.

Eſt verum in ſenſu idẽtico.

21. *S. Thomæ* dictum: Angelus eſt de natura intellectuali: Et ſic in alijs formis ſubſiſtẽtibus. Ob. ex n.12. Reſponſ. Per eſſe de natura non ſignificatur hanc eſſe increatã, vt ſignificatur per produci de natura: vide num.12. Similiter homo eſt de natura humana. Probatur, quia hîc inuenitur diſtinctio, & reale principium.

Quod verò ait S. Thom. ad 2. Angelos eſſe de natura intellectuali, & hoc non eſſe dicendum, niſi de formis ſubſiſtentibus, & non aduenientibus, explicandum eſt. Nam licèt abſolutè, & ſimpliciter ſit negandum angelum produci de natura angelica; poſſumus tamen dicere angelum eſſe de natura angelica, quaſi de principio diſtincto ab hypoſtaſi; quià per hoc ſignificatur, quòd natura ipſa ſit increata, ſicut ſignificatur, cum dicimus angelum productum de natura, quaſi natura angelica antecedat productionem, vt declarauimus. Et eodem certè modo poſſumus dicere hominem eſſe de natura humana; cum enim præpoſitio, de, ſignificet diſtinctionem, & reale principium; in exemplo iſto vtrumq; inuenimus: imò eſt magis diſtincta natura humana, quàm Angelica à ſua hypoſtaſi, vt lib.4. dicemus. Eſt igitur homo de ſua natura, ſicut & Angelus: neque S. Thom. hoc negauit; ſed dixit iſtum loquendi modum inueniri in formis ſubſiſtentibus, & non aduenientibus; humanitas autem eſt etiam ſuo modo forma hypoſtaſis, non aduenĩes, cum non ſit accidens. Sed accommodatius erat exẽplum in natura angelica, quæ eſt ſimplex forma, ſicut & natura diuina actus ſimplex.

22. 2. dictum. In accidentibus nõ ſic aſſerendũ aliquid eſſe de aliquo. Probatur. Albedo nõ eſt de colore, ob defectum diſtinctionis. Homo nõ eſt de albedine, ob defectum conſubſtantialitatis.

Quòd autem non ita loqui oporteat in formis aduenientibus, ſiue accidentibus, liquet; quia non dicimus albedinẽ eſſe de colore, neque hominem eſſe de albedine: primum non dicimus, quia albedo non diſtinguitur à colore; præpoſitio autem, de, ſignificat diſtinctionem: ſecundum non dicimus, quia albedo nõ eſt ſubſtantia; præpoſitio autem, de, indicat conſubſtantiale principium. Rectè igitur docet S. Thom. non accidere, vt vnum ſit de alio, tanquam de formali principio, niſi ſit forma ſubſtantialis, non adueniens.

23. Eiuſdem 3. dictum.

Sed adhuc occurrit dubium circa verba S. Thom. 1.p.q.41. art.3. ad 2. vbi docet Filium gigni de ſubſtantia Patris, tanquã de formali principio; quo pacto ait angelũ dici de natura intellectuali, vt de principio formali. At verò q. 39. ar.2. ad 5. ipſe Doctor ſanctus affirmat

Quartum.

Præpoſi-

Digitized by Google

præpoſitionem, de, non ſignificare prin- A cipium formale, ſed materiale, aut efficiens.

24.
3. & 4. dictum conciliantur ſcil. quòd præpoſ. de, non rectè copulatur cū principio formali, & quòd rectè copulatur cum principio formali conſubſtantiali, quod indicat originem.

Concordare hæc duo loca difficile eſt. Sed ſi attentiùs conſiderentur verba S. Thomæ, perſpiciemus vtrumque eſſe & ſcitè, & veriſsimè dictum: nam hæ præpoſitiones ſignificant diſtinctionem; principium autem formale non ſemper eſt diſtinctum ab eo cuius eſt, vt in angelo; quod exemplum S. Thomas ibi affert: eſt enim forma ſubſiſtēs ipſe angelus. Cęterùm ipſa forma, quatenus eſt principium rei producendæ, iam indicat diſtinctionem rei productæ à producēte; & ita res producta dicitur produci de forma illa, tāquam de principio formali. Dicam clariùs; forma B Deitatis poteſt cōſiderari, vt principiū conſtituens perſonam nulla ratione habita originis; & hac ratione perſona cōſtituta non eſt de forma illa conſtituente, & perſonæ diuinæ non ſunt de eſſentia diuina, quemadmodum S. Auguſtinus docet, quia non diſtinguuntur ab illa. Poteſt etiam forma Deitatis conſiderari vt principium, de quo Filius gignitur, quod eſt paſsiua potentia, & principium rei producendæ, cuius actus eſt res producta; & tunc indicatur diſtinctio realis perſonarum producentis, & productæ; & idcircò dicimus Filium ge- C nitum de forma Deitatis. Quapropter S. Thom. q. 41. art. 3. ad 2. dixit, ad hoc vt res dicatur eſſe de aliquo oportere, vt illud de quo eſſe dicitur, ſit principium cōſubſtantiale, ſcilicèt dè quo res producitur, quod ſignificat originē, & diſtinctionem. Principiū autē formale conſtitutiuum perſonæ non ſignificat diſtinctionem, & idcircò non indicatur præpoſitione, de, vel, ex, quæ diſtinctionē ſignificat. Non ſunt igitur contradicentes, & vtraque vera eſt enunciatio, ſcilicet quòd præpoſitio, de, non rectè copulatur cum principio formali; & quòd D rectè copulatur cum principio formali conſubſtantiali, quod indicat originē.

Perſona cōſtituta no eſt de principio formali, ſeu de forma Deitatis, vt cōſtituens eſt, nulla habita ratione originis.

S. Auguſt. citatus num. 14 & 15.

At eſt de ea forma, vt eſt principiū de quo perſona producitur, indicata origine, atque adeo diſtinctione inter producens, & productam, vt declaratur n. 18. & 19.

S. Thom.

25.
Obiectio hinc orta contra 1. dictum.
S. Thom.
1. Reſponſ.
2. Reſponſ.
In eo dicto indicatur origo, qua angelus eſt à principio increato.

Quòd ſi adhuc vrgeas arguendo, dum dicitur angelus eſſe de natura intellectuali, non indicari originem. Reſpondendum eſt, quòd etſi exemplorum veritas non exigitur: eſt tamen veritas in exemplo; & indicatur ibi origo, qua angelus conſeruatur à Deo; neq; enim poteſt eſſe de natura ſua, niſi quatenùs natura angelica eſt reale principium à principio increato dimanans. Præterea etſi hypoſtaſis angeli ſit ipſa forma ſubſiſtens, vt lib. 4. dicemus; tamen hæc ſunt re ipſa diſtincta: & hæc diſtinctio indicatur, cum dicitur angelus eſſe de natura angelica: perſonæ verò diuinæ, quæ nullo modo diſtinguuntur a natura diuina, non ſunt de natura; ſed perſona procedens procedit de natura ſuæ originis, quia iam ibi indicatur realis diſtinctio.

3. Reſponſ.
Angelus eſt de natura angelica, ob diſtinctionem in re ipſa.
Perſonę diuinæ nō ſunt de natura, ſed perſona procedēs procedit de natura ſuæ originis

26.
Obiectio Arianorum carnalium.

Ad finem cap. contra inſanos hæreticos colligimus, quàm cæcutiant impij Ariani, qui generationē Filij, quaſi carnalē excogitantes argumentabantur: ſi Filius de ſubſtantia Patris gigneretur, ſubſtantiam Patris fururam fuiſſe diminutam, cuius pars aliqua ſubſtantialis transfuſa eſſet per generationem in Filium, ſicut ſemen in nobis transfunditur. Quod argumentum ſæpiùs Patres confutant, reſpondentes immutabilem eſſe naturam diuinam, & ſimplicem; in qua, quia immutabilis eſt, non eſt tranſfuſio, neque imminutio; & quia ſimplex non communicatur particula eius, ſed tota natura. S. Cyrill. 1. lib. Theſaur. c. 7. affert exemplum generationis verbi in nobis, in qua intellectus generando non diminuitur: ſed generatio iſta non eſt ſubſtantialis, vt eſt generatio Verbi diuini, quæ non habet exemplum, vt diximus lib. 1.

Reſponſ.
Diuina natura eſt immutabilis, & ſimplex.

S. Cyrilli exemplū generationis verbi creati.

27.
Nouatorū hæreticorum modus dicendi genitum non de ex, vel à ſubſtātia, ſed in ſubſtantia.
Eū refert *Genebrard.*

Sciendum verò eſt nouatores hæreticos Caluiniſtas, Brentianos, Zuinglianos, & alios, præpoſitiones, de, ex, vel, à, euitare in iſtis enuntiatis; & ſolitos vti præpoſitione, in, vt refert Gilbertus Genebrard. ad Schegkium fol. 40. & ita genitum in ſubſtantia, non de ſubſtantia dicunt; eo fortè conſilio, & fraude, vt non tres perſonas ſubſiſtentes confiteātur; ſed vnum ſubſiſtens cum tribus potentijs, vt ipſe SchegKius ponit; ſicut ſubſiſtit vnus animus, in quo ſunt tres potentiæ. Et hoc à Platone ſe accepiſſe ipſe SchegKius gratulatur, qui in Iouis eſſentia mentem, & animam ingenitas eſſe ait. Sed præterquàm quòd in iſto verborum vſu latet hæreſis, vt declarauimus; modus ipſe loquendi à Philoſophia omnino abhorret; neque enim homo generat hominem in ſua ſubſtantia, ſed de ſua ſubſtantia? ſolus Pater diuinus generat Filium in ſua ſubſtātia, hoc eſt,

Impugnatur 1. vt inſinuans hereſim SchegKij de qua lib. 1. c. 20. p. 2. n. 3. & 4. acceptā à Platone vt li. 1. c. 11. n. 1. & 8.

Impugn. 2. vt Philoſophiæ repugnans.

Digitized by Google

eſt, intra ſubſtantiã non diuiſum à ſubſtantia; ſed non in ſubſtantia, quaſi partem ſubſtantiæ; ſed vt veram hypoſtaſim. Et ita explicãda eſt propoſitio ambigua quòd Pater in ſua ſubſtãtia generet. Quod verò negant Patrem generare de ſua ſubſtantia, hæretico ſpiritu falluntur.

Hæc ambigua Pater diuinus generat, Filiũ in ſua ſubſtantia, explicatur.

Confirmatio.

28. *Pſal. 109. Ex vtero, id eſt, ex ſubſtantia.*

CONcluſionem noſtram etiam ex ſacris Literis didicimus, Pſal. 109. *Ex vtero ante luciferum genui te.* Ait Pater ad Filium, *Ex vtero*, hoc eſt, ex ſubſtantia; ita enim interpretatur S. Athanaſ. oratione 1. diſputans contra Arium. Et S. Ambroſius de fide lib. 1. cap. 5. de generatione diuina locum exponit; & S. Hieronym. ſuper hunc verſiculum; eaque eſt etiam literalis interpretatio probatiſsimorum ſcholaſticorum: etſi S. Iuſtinus de vtero Virgineo exponat, deq; humana Chriſti generatione, cum alijs.

S. Athanaſ. S. Ambroſ. S. Hieron. Eſt etiam ſcholaſticorũ interpretatio literalis. Aliter S. Iuſtinus.

29. *S. Athanaſ. contra Arium qui cõcedebat natum ex ſubſtantia, ſed de ſubſtantia negabat. Arguit 1. ex Ioann. 15. Arguit 2. ex Ioann. 13. & 16. vt cap. 8. n. 13. Idem. S. Ambroſ.*

Controuerſiam autẽ fuiſſe Catholicis cũ Arianis de re hac oſtendit S. Athanaſ. lib. 1. diſput. contra Ariũ, qui concedebat Filiũ Dei natũ ex ſubſtantia Patris; de ſubſtantia verò Patris natum omninò negabat, ne permitteret eſſe cõſubſtantialẽ. Quẽ S. Athanaſ. multis coarguit ibidẽ, & refert locũ ex Euangelio, quòd de Patre Spiritus eſt, & ipſe Filius de Deo exiuit; non ſolùm ergo ex Patre, ſed etiam de Patre: Arium verò ſequi partes Photini dicentis Chriſtum eſſe creaturam, dum negat genitum de Patre. Et lib. ad Theophilum idem docet. Et S. Ambroſ. libr. de fide contra Arianos cap. 3. hoc ipſum teſtatur, eos concedere Filium genitum ex Deo, ſed non de Deo; ex lumine, ſed non de lumine. S. Ioann. Damaſc. 1. lib. fidei orthod. cap. 8. ſic ait: *Nam impoſsibile eſt, vt ita dixerim, Deum eſſe deſtitutũ natiuæ fæcunditatis partu; partus autem eum ex ſe ipſo, id eſt, ex propria ſubſtantia generat.* Benè partus meminit in quo intuemur ſobolem eſſe ex ſubſtantia parentis. Doctè autem explicat Patrem ex ſe ipſo, hoc eſt, ex ſua ſubſtantia generare: Magiſter verò explicabat ex ſubſtantia, hoc eſt, ex ſe generare. Et S. Cyrill. lib. 1. Theſauri cap. 6. & 8. de Filio ait: *Quoniam non de foris Patri*

S. Damaſc. Seipſum interpretatur vt n. 17. contra Magiſt. S. Cyrilli 1. locus.

A *acceſsit, ſed ex ipſius eſſentia prodijt, ſimilis in nobis genitori eſt.* Accipit autẽ præpoſitionem, ex, quaſi de; & hoc ſignificat S. Cyrill. dum ait Filium nõ de foris accedere, ſed ex eſſentia prodire. Et lib. 2. cap. 3. ſapienter obſeruat Deum Patrem eſſe, qui maxime generat ex ſe ipſo; quia ex ſe ipſo eſt: res autem creatæ non ſunt ex ſe ipſis; & ideo dum generant, ad hoc vocantur à Deo: Deus autem ſolus eſt, qui ex ſe ipſo ita generat, ſicut & ex ſe ipſo eſt. Et in tract. contra Pallad: *Ex vtroque, id eſt, à Patre per Filiũ eſſentialitèr profluit Spiritus Sanctus.* B Quod ait, eſſẽtialitèr, intelligit de eſſentia vtriuſque. Et S. Auguſt. lib. ſoliloq. ſimilitèr dicit eſſentialitèr procedentem de vtroque. Idem docet S. Baſil. lib. 3. contra Eunomium. S. verò Hilar. lib. 6. de Trinitate elegãtèr idem docet his verbis: *Natiuitas autem Dei, quæ ex Deo in Deũ exiſtit, non quæ non erant, tenuit; ſed quæ in Deo manebant, & manent, obtinuit veritate naſcendi.* Quibus verbis explicat proceſsionem diuinam ita ex Deo in Deum eſſe, vt eadem Deitas maneat in generante, & genito; Et poſtea lib. eodẽ ait Filium Dei exiſtere à manente; quia C generans manet in genito, præpoſitionẽ autem, ex, pro, de, vſurpat: Et idem docet lib. de ſynodis. S. Ambroſ. lib. 1. de fide cap. 2. generationem Filij explicat. *Vt ex Deo Deus, ex manente manens, plenus ex pleno ſit*: Et lib. 4. de fide c. 4. ex ſubſtantia Patris genitum eſſe diſputat: Et initio ſtatim libri, quẽ edidit contra Arianos, ait eos dicere Filium Dei mutabilem, & conuertibilem; eò quòd negent exiſtere de propria Patris ſubſtãtia. Idẽ docet S. Aug. 15. de Trinit. c. 15 & cap. 19. & lib. 3. contra Maxim. c. 14. & lib. ad Oroſium. Et S. Fulgentius de D fide ad Petrũ cap. 2. S. Hieronym. Pſal. 109. Filium ait genitum ex vtero, hoc eſt, de ſubſtantia Patris, & de medullis Deitatis, vt ait. vbi præpoſitionem, ex, rectè conuertit in, de, notatque etiam artificem non de ſe operari, quod S. Thom. obſeruauit. Et idem confirmat Victor Epiſc. ad Huniric. S. verò Anſelmus Monolog. cap. 38. non ſolùm ait creatorem eſſe de creatore, & ſummum de ſummo; ſed vt magis exprimeret hanc veritatem ſubſtantiæ, ſic inquit. *Et vt plenè breuitate omnimoda abſoluatur*

Secundus. Obſeruat Deũ Patrẽ eſſe, qui maximè generat ex ſe ipſo, quia ex ſe ipſo eſt. 3. locus. S. Auguſt. S. Baſil. S. Hilarij explicantis in Deo conſubſtantialitatem generantis, & geniti. 1. locus. Secundus. Tertius. S. Ambroſ. conſonat. S. Auguſt. S. Fulgen. S. Hieron. ad locum Pſal. 109. Victor Epiſ. S. Anſelm. Verba eius obſcura.

Digitized by Google

uatur ſimilitudo, idem ipſum eſt de eodem ipſo. Quæ verba obſcura ſunt; ita autem explicanda, vt idem ipſum ſecundum ſubſtantiam, ſcilicèt perſona in ſubſtantia eadem, ſit de eodem ipſo, hoc eſt, de perſona, quæ ſecundum ſubſtantiam eſt idem. Denique certiſsimũ eſt hoc fidei aſſertum, in quo omnes Patres conſentiunt: ij verò, qui commemorati ſunt rem clariùs etiam docuerunt, diſſerueruntque; & locis ferè iiſdẽ Filium non eſſe factum ex nihilo, neque verò ex parte ſubſtantiæ, diſputatum reliquerunt.

explicãtur.

30. Quòd verò Spiritus ſanctus de ſubſtantia etiam Patris, & Filij procedat, dubitandum non eſt; cum in hac etiam proceſsione eadem ſubſtãtia maneat in producentibus, & in producto. Teſtantur autem idem de Spiritu ſancto S. Iuſtinus de recta confeſsione initio ſcribendi: *Quoniam* (inquit) *propriâ eſſentiâ Pater Filium genuit, & ex eadem produxit Spiritum.* Et S. Ioann. Damaſ. 1. lib. fidei orthod. cap. 8. & 9. Et S. Athanaſius initio libri de vnitate S. Trinitatis, & lib. aduerſus Potentiuum etiã in principio. Et S. Cyrill. lib. 13. Theſau. cap. 1. ad finem, & S. Ambroſ. lib. de fide contra Arianos ad finem.

S. Iuſtin. *Damaſcen.* *S. Athanaſ.* *S. Cyrillus.* *S. Ambroſ.*

31. Definita eſt hæc veritas à Concilio Lateranẽſi, vt legitur, cap. *Damnamus. Qui* ſcilicet Pater, *totam ſubſtantiam ſuam dederit Filio.* Et in Concilio Niceno, & Epheſino in epiſtola ad Neſtorium, Filium Dei eſſe vnigenitum, hoc eſt, ex ſubſtantia Patris decernitur. Et cõtra aſſerentes Filiũ eſſe ex nihilo, aut ex altera ſubſtantia, ſiue eſſentia genitũ eſſe, in Concilio Tolet. in confeſsione fidei ſic dicitur: *Filius non ex nihilo, aut ex alia ſubſtantia, ſed ex vtero Patris, id eſt, ex ſubſtantia, genitus credendus eſt.* Quo in loco annuit interpretationi Patrum, in illud; *ex vtero genui te,* hoc eſt, ex ſubſtantia mea.

Concilia *Lateran.* *Nicen.* *Epheſ.* *Tolet.* 11. annuens traditæ interpretationi ad locum Pſ. 109.

PARS SECVNDA.

Perſona diuina non procedit à principio quaſi materiali, ſed quaſi formali.

1. 1. ſententia inſcriptioni oppoſita. *Durand.* *Henric.*

Circa partem poſteriorẽ huius cap. Durand. d. 5. q. vltima. Et Henricus in Summa art. 54. q. 3. & art. 58. q. 1. & 59. q. 2. & quodlib. 5. q. 9. exiſtimant eſſentiam diuinam imitari materiam, & eſſe principium quaſi materiale in diuina generatione, cum dicimus Filium de eſſentia gigni. Nam materia quædam habet, quæ ſunt perfectiones ſimpliciter, & in diuina quoque proceſsione inueniuntur: vt quòd eadem maneat in generatione; & quòd ſit principium cõſubſtantiale; & quòd non incipiat eſſe per generationem: cum ergo eſſentia diuina eadem maneat, & ſit principium conſubſtantiale, quod non incipit eſſe per generationem; conſequens eſt, vt habeat rationem materiæ: maximè cũ in diuina generatione hoc potiſsimum attendatur, quodnam ſit conſubſtantiale principium, de quo ſit generatio; ſed in rebus creatis forma non eſt principium conſubſtantiale; cum non eadem ſit in generante, & genito, ſed ſola materia; ergo cum dicimus Filium genitũ de eſſentia, quaſi generationis materiã oſtendimus. Hæc ſententia placuit S. Thomæ in 1. d. 5. q. 2. art. 1. ait enim accedere ad ſimilitudinem materiæ diuinam eſſentiam, cum dicitur Filius de eſſentia genitus. Et S. Bernard. lib. 5. de conſideratione ad Eugen. cap. 6. videtur ſentire quòd præpoſitio, de, ſignificet ſolam cauſam materialem, ſic enim ait: *Ex quo omnia, non de quo; quia non eſt materia Deus.* Cum ergo dicitur Filius genitus de eſſentia Patris, indicatur eſſentia, quaſi materia, remota tamen imperfectione materiæ, quæ eſt ens in potentia; ſic enim & Durand. & S. Thomas ſentiunt, nec non etiam Henric. Gandau. in ſua Summa. Marius etiam Vict. lib. 1. contra Arium ait ſpiritum, id eſt, Deitatem eſſe matrem Ieſu ſuprà & deorſùm; id eſt, diuinitus, & humanitùs: ergo Deitas in generatione eſt quaſi materia, quæ imitatur matrem, vt in Pſalmo canimus, *Ex vtero genui te.*

Argumentũ. Confirm. Placuit *S. Thoma* in 1. *S. Bernardi* locus ſignificans, de, indicare ſolam cauſã materialem. *Marius Vict.* conſonus Pſ. 109.

2. 2. Sent. inſcriptione aſſerta.

Nihilominùs dicendum eſt Filium gigni de eſſentia Patris, quaſi de formali, non quaſi de materiali principio. Aduertere enim opus eſt, quòd agens creatum non poteſt traducere eandemmet formam ſuam in genitum, ſed ſolã materiam; propterea quòd forma creata eſt finita; finitum autem quod eſt, oportet diuidi, vt alia forma maneat in generãte, & alia producatur in genito: quare materia, quę transfunditur in genitũ, infinita

Oſtenditur 1. de principio formali. Forma creata non poteſt eadem à creato generãte traduci in genitum. 1. Ratio, quia eſt finita. Materia eſt in

ſinita, i. indeterminata, & imperfecta.

infinita eſt,vt poſsit eſſe ſubiecta diuerſis formis;quę tamen infinitas materię, imperfectio eſt. Præter hæc autem forma,quia dat eſſe, ſi eadem eſſet in generãte,& in genito,idẽ eſſet eſſe vtriuſque; quòd ſi eſſet vnum eſſe generantis, & geniti in creaturis, eſſe non reciperetur in eſſentia; eſſe enim receptum diuiditur in ijs, in quibus recipitur, quia finitum eſt,vt docet S. Thom. & idcircò agens creatum habet eſſe diſtinctum ab eſſentia; & eſſentiam, & eſſe diſtinctum à genito: quare & in rebus creatis forma,quæ dat eſſentiam,& dat eſſe, neceſſe eſt,vt ſit diſtincta in generante,& genito. A

2. Ratio. Videndus lib. 1. cap. 24. p. 3. n. 2. & 3.

Forma increata eadem à generante cõmunicatur genito, per generationẽ ſcl perfectiſsimam.

Cõſectarium verò eſt,quòd in generatione diuina,principiũ conſubſtantiale nõ ſit materia,quę nulla in Deo eſt; neq; quaſi materia,ſed quaſi forma;quæ forma in generatione diuina perfectiſſima, eadem eſt in generante,& genito: generans enim expetit communicare ſimilitudinem, quæ eſt ſecũdum formã: ea ergo perfectiſsima generatio eſt, in qua principium conſubſtantiale, quod manet in generante, & genito, non eſt materia, ſed forma: eſt autem eadem forma Deitatis infinita, quæ poſsit eſſe eadem in generante, & genito; & eſſe eſt vnum,& non receptum in eſſentia;& ita omnia quadrant. B

1. Ratio. Forma Deitatis infinita eſt. 2. Ratio. Eſſe eſt idem, & non receptũ in eſſentia, & infinitum.

3. Oſtenditur 2. de vtroque. Deitas eſt propriè forma à qua noſtro modo intelligendi perſonę habent eſſe: Et vt forma, eſt principiũ conſubſtantiale in generante, & genito, vt 1. p. n. 24: Non vero vt materia.

Res igitur ita videtur decernenda, vt certum ſtatuamus eſſentiam diuinam eſſe principium, non quaſi materiale, ſed quaſi formale geniti; eſſentia enim diuina eſt verè, & propriè forma, non quæ dat eſſe vt cauſa, ſed à qua noſtro modo intelligendi perſonæ habent eſſe: eadem autem manet in generante, & genito, quæ eſt ratio principij conſubſtantialis;ergo cum principium formale,& conſubſtantiale, ſit forma, & non materia in diuina generatione; cum dicitur Filius genitus de eſſentia, eſſentia planè ſignificatur,vt principium formale,non materiale. C D

4. Ad arg. *Durand.* In natura rerũ ſola materia imitatur cõſubſtãtiale principiũ diuinæ generationis. Forma eadem manens in generante, & genito ſi daretur

Controuerſia autem videtur dirimẽda: nam ſi quæras in natura rerum,quęnam res imitetur conſubſtantiale principium diuinæ generationis, ea eſt ſola materia: non enim forma manet in genito, ſed ſola materia: quod probant facilè argumenta Durandi. Sed tamen, ſi in rebus creatis fingamus animo formam, quæ maneret in ipſo genito; ea potiùs forma, quàm materia diceretur imitari principium formale diuinæ generationis: ſi verò Deus priùs tẽpore crearet animum rationalem, & deinde ipſum infunderet corpori, & hominem conderet, ille homo non eſſet creatus ex nihilo, ſed factus de aliquo; & non de materia, ſed de forma præcedente; ſed neque de forma, tanquam de principio conſubſtantiali: quare potiùs ex forma, quàm de forma diceretur homo ille conditus, iuxta ea, quæ docuimus. Filius autem Dei de forma Deitatis propriè genitus eſt, quia Deitas eſt formale principium, & eſt conſubſtantiale in generante, & genito. Sed, etſi huius rei non reperiamus exemplum in rebus creatis, non ideo dicendum eſt principium formale diuinæ generationis eſſe quaſi materiam, quæ eſt quid imperfectum ex propria ratione; ſed potius dicendum eſt eſſentiam diuinam eſſe quaſi formam,quę tamen ſit conſubſtantiale principium.

meliùs illud imitaretur. Si verò anima priùs tempore creata infunderetur corpori, non eſſet principiũ conſubſtantiale: vnde homo ille potius ex ea, quã de ea diceretur conditus, ex traditis 1. p. n. 5.

5. Ad aliud arg. eiuſdem.

In ea verò re non probè philoſophatur Durandus, qui conſiderát diuinam eſſentiam, quaſi materiam, eò quòd adueniant illi proprietates perſonales, ſicut materię aduenit forma: nã proprietates nõ perficiunt eſſentiam,& idcircò nõ adueniunt,vt forma materiæ, ſed vt proprietates formæ. Imò attributa adueniunt eſſentiæ,non vt materiæ,etiam ſi ſint perfectiones eſſentiæ; quia non perficiũt eſſentiã,quaſi imperfectã, ſed perficiunt eſſentiam explicando conceptum,vt actus diſtinctim cognitus ad actum confuſè cognitum accedens. Nihil ergo vt materiam licet in Deo cogitare;ſed omnia modo perfectiſsimo cogitanda ſunt, vt actus, & forma. Et ita infirmantur argumenta Durandi. Quibus etiam ſatisfacimus verbis Tertull. contra Hermogenem dicentem materiam Deum. Quia materia eſt primum principium corporeorum: reſpondet Tertull. rectiſsimè non ſtatim materiã comparari Deo, ſi quid Dei habet.

Reſpond. 1. Proprietates perſonales aduenīũt eſsẽtię non vt formæ ſeu perfectiones materiæ, ſed vt proprietates formæ. Reſpond. 2. Non perficiũt illam ſaltẽ vt imperfectam, ſed explicãdo conceptum illius cõfuſum

Reſpond. 3. *Ex Tertull.* Nõ ſtatim cõparatur materia Deo, ſi q d Dei habet.

6. Obiect.

Quòd ſi arguas natiuitatem ordine rationis antecedere Filium, & coniungi cum natura diuina, quaſi cum ſubiecto,ſiue materia, vt & in rebus creatis. Hoc ſecundum negandũ eſt;nam materia diſponitur, & eſt ſubiectum generationis, quatenus ſic diſpoſita antecedit formam: natura autem diuina non diſponitur, neque habet ſe; vt ſubiectum; ſed

Reſponſ.

Natura diuina nõ diſponitur

Digitized by Google

ad natiuitatẽ, neque coniungitur cum illa vt ſubiectum, ſed vt principiũ rei genitę, quod dicitur paſsiua potentia ſolũ grammaticalitèr.

ſed ſolùm coniungitur cum natiuitate, A vt principium rei genitæ: & licèt dicatur paſſiua potentia, ſola ſignificatione granmatica ita nuncupatur, vt docuimus. Neque verò S. Bernardus dixit Filium eſſe de eſſentia, quaſi de materia, ſed præpoſitionem ſignificare materiam, ſcilicet, in rebus creatis: cuius loco in diuinis formã ponimus, de qua genitus procedit. Marius autem matrem dicit Deitatem; quia de ſubſtantia Filius gignitur, ſicut dicit Pſalm. *ex vtero.* Tertull. contra Praxeam ex vulua cordis dixit, quod Pſalm. *ex vtero*, quæ ſimbolica ſunt, & non faciũt B argumento. Vel fortè Marius dixit matrem Deitatem, ne illam diceret Patrẽ, quia Deitas non generat.

Ad S. Bern. *Ad Mariũ.* 1. interpretatio. 2. interpretat.

Confirmatio.

7. 1. confirm. *Ad Philip. 2. n. 6.*

DOctrina hæc conſentanea eſt ſacrę Scripturę verbis, dicente Paulo de Filio Dei: *Qui cum in forma Dei eſſet.* ſcilicet in forma Patris; quo loco Deitatem appellauit formam, non illã quæ eſt pars compoſiti, ſed quæ eſt ſeparata à materia. Et angelos quidem eſſe formas ſeparatas Rabbinorum peritiores C docuerunt, vt videre licet apud Gilbertum Geneb. ad Schegkium pag. 172. quod etiam authoritate Patrum ibidẽ conuincit. Sed ad locum Pauli, pro eſſentia formã interpretatur S. Ambroſ. lib. 2. de fide cap. 4. & epiſt. 44. Et S. Auguſt. 1. de Trinit. cap. 13. & 34. contra Maximum cap. 5. Et S. Hieronym. ad Titum 1. S. Athanaſ. ſerm. 4. contra Arium. S. Gregor. Nazian. oratione 5. Theolog. S. Greg. Nyſſen. lib. de ſermone in monte. S. Hilar. 8. de Trinit. S. Cyrill. lib. 3. Theſauri cap. 1. & 2. Itaq; D conſtat ex Patrum ſententia diuinam eſſentiam dictã Paulo formã, Filiumq; Dei eſſe in forma Dei; vnde eſt conſequens, vt de forma ipſa procedat: procedit ergo de eſſentia, non vt de materia, ſed vt de forma. Vnde S. Auguſt. cõtra Maxim. cap. 17. Filium Dei ait neq; de nihilo eſſe, neq; de materia; & eſt de aliquo: eſt ergo de forma. Marius Vict. lib. 11. aduerſus Arium, negat Filiũ eſſe ex nõ ſubiecto: quòd ſi eſt quaſi ex ſubiecto, eſt quaſi ex materia: ſed ipſe explicat, nõ eſſe ex nõ ſubiecto, hoc eſt, ex nihilo; ſed eſſe ex ſubſtãtia Patris: & nõ

Deitas eſt forma ſeparata. Itẽ angeli etiam iuxta Rabbinos apud Genebr.

Pro Deitate formã interpretãtur S. Ambroſ. S. Auguſt. S. Hieron. S. Athanaſ. S. Nazian. S. Gr. Nyſſ. S. Hilarius. S. Cyrill.

2. Confirm. S. Auguſt.

Marius Vic.

Ipſe ſe explicat.

negat eſſe de Patris ſubſtãtia, tanquã de forma. Et hæc eſt ſententia S. Tho. 1. p. q. 41. art. 3. ad 2. quicquid in lib. ſententiarum docuiſſet; à quo non diſſentit Ioann. Scotus d. 5. q. 3. S. Bonauentura art. 1. q. 2. Marſil. q. 9. art. 2. Gregor. Arimin. art. 1. & Thomiſtæ conſequuntur. Legendus eſt Ioann. Capreol. d. 5. q. 2. 8.

Sententia S. Thom. Scot. S. Bonau. Greg. Arim. Capreol.

CAPVT LXIII.

Terminus formalis Diuinæ proceſsionis eſt eſſentia.

TErminus generationis eſt duplex, ſicut & principium; nam in Philoſophia nouimus principium quod operatur, quod eſt ipſum agens; & principium quo agens operatur, quod eſt forma agentis. Ita generationis, quæ terminatur ad agendum, duplex eſt terminus, ſcilicet ipſum genitum, quod Ioannes Capreolus d. 5. vocat terminum totalem, ſed meliùs, ac latiniùs dicimus terminum ad quem: alius verò eſt terminus formalis, ſcilicet forma geniti: nam aliquid dicitur genitum, quatenus formam acquirit; & in omni productione, ſiue ſubſtantiæ, ſiue accidẽtis, forma eſt terminus; & hypoſtaſis ſimul cum forma eſt terminus ad quem: hypoſtaſis enim eſt id, quod operatur, & id quod terminat operationem. Et quoniam ordine intelligentiæ terminus formalis eſt prior termino ad quem, ſicut forma eſt prior compoſito; in diuina proceſsione terminus formalis eſt eſſentia, quæ etiam cognitione antecedit perſonam procedentem, quæ eſt vltimum, & terminus ad quem, de termino formali priùs nobis diſputandum eſt.

1. Terminus generationis duplex. 1. totalis. Capreol. ſeu meliùs terminus ad quẽ, 2. formalis, Declaratur.

2. Aureolus apud Ioann. Capreol. in 1. d. 5. art. 2. multis confirmat eſſentiam diuinam non eſſe terminum formalem. Cuius ſententiæ illud eſt caput, quòd terminus formalis ſit res producta per operationem; eſſentia autem diuina nõ eſt res producta: ergo non eſt terminus formalis. Durandus d. 5. q. 2. idem ſentit ferè ratione eadem, ſcilicet, quia ait terminum formalem eſſe principiatum, & rem diſtinctam à principio formali; ergo non poteſt intelligi, quòd diuina eſſentia, quæ eſt res vna, ſit

1. Sent. inſcriptioni oppoſita. Aureol. apud Capreolum. Fundamentũ, Idem ferè eſt Durand.

Aliud fũdam. Greg. Arim.

ſit principium formale, & terminus; quia eſſet principium, & principiatum. Greg.Arimin. reprehendit diſtinctionẽ iſtam termini ad quem, & termini formalis in diuina proceſsione; quia iſti termini ſunt res diſtinctæ: at verò diuina eſſentia,& perſona procedens non ſunt res diſtinctæ,ſed vna res;ergò non ſunt duo termini.

3. Hæc quidem exiſtimatio Gregorij vana eſt; nam multa rectè philoſophamur de Deo, cum ſola diſtinctione rationis illa diſcernamus; vt quòd intellectu intelligat, & non voluntate; & alia penè infinita: quare etſi eſſentia diuina, & perſona ſit res vna; cum hæc duo intelligentiâ diſtinguamus, rectè inquirimus; ſitne eſſentia terminus formalis,an potiùs perſona? Durãdus quæſtionem aliam tractat: ſcilicet quòd diuina eſſentia non ſit principium generationis; quia non diſtinguitur à principiato, ſcilicèt à genito. Quod fundamẽtũ iam anteà diruimus. Et eodem modo dicimus diuinam eſſentiam eſſe terminum formalem,ſicut & formale principium: etſi eſſentia, quæ eſt terminus, non ſit principiatum, ſed quaſi forma principiati, ſcilicèt Filij, ſimùl cum Filio terminans generationem;Filium autem principiatum, id eſt, de principio procedentem dicimus.

Ad Durand. negantem Deitatem eſſe principiũ formale generationis: Reſponſio vt c.26.p.1.n.7.

Eſſẽtia quę eſt terminus,non eſt principiatum.

4. Eſt igitur conſtans ſententia,quòd eſſentia diuina ſit in vtraque proceſsione terminus formalis: principalis enim forma,quæ communicatur, eſt formalis terminus actionis; vt in generatione hominis animus eſt terminus formalis, & in generatione ignis forma ignis; ſicut enim forma eſt principium operandi, ita eadem eſt operationis terminus: agens enim formam cõmunicat, in quo etiam eſt ſimilitudo agentis ad paſſum in vnitate formæ fundata. Hoc idem euidentèr oſtenditur; terminus enim ad quem eſt id,quod producitur: terminus verò formalis eſt forma ipſa dans eſſe producto; eſt quippè terminus formalis, per quem agens ad terminum vltimum terminatur, ſeu quo terminatur ad terminum vltimum, ſicut principiũ formale eſt, quo agit: ſed eſſentia diuina eſt forma cõmunicata per vtramq; proceſsionem, & eſt principium formale perſonæ productæ, & procedentis dans eſſe illi, noſtro modo intelligendi;

2. ſent. vera in inſcriptione aſserta. Probatur 1. Formalis terminus actionis eſt principalis forma quam agens communicat. Exempl.

Probatur 2. euidentèr. Terminus formalis eſt forma dans eſſe producto, ſeu eſt ille per quẽ vel quo agens ad terminum vltimum terminatur.

A ergo eſt formalis terminus: imò ideò eſt perfectior generatio, quia principium, & terminus formalis generationis eſt vna eſſentia,vt admonet S.Thomas 1.p. q.41. art.5. & de potent. q.2. art.2.ad 3. Deinde proceſsio diuina ſignificat quandam perfectionem; verbi gratia, natiuitas, ſiue ſpiratio paſsiua; perfectio autem natiuitatis æſtimatur penes terminum formalem. Hæc eſt ergo perfectio diuinæ natiuitatis, quòd terminatur ad eſſentiam diuinam. Illud etiam accedit, quòd ad relationem non eſt per ſe motus, vt docet Ariſtot. 5. B phyſic.tex.10.& lib.11.Metaph.tex.12. Sed in Deo nihil eſt niſi relatio,& eſſentia;ergo generatio, ſiue proceſsio principaliter ad eſſentiam terminatur, non ad relationem.

Perfectior generatio eſt cuius principiũ, & terminus eſt vna eſſentia. *S. Thom.*

Probatur 3. Proceſsio diuina ſignificat perfectionem, quæ penès terminum formalem,ſcil. eſſentiã æſtimatur.

Probatur 4. Ad relationẽ non eſt per ſe motus. *Ariſtot.*

5. Non eſt autem neceſſarium,vt terminus formalis,qui eſt res data,& accepta; & eſt forma quędam,in qua eſt cõmunicatio, ſit res producta per eam actionẽ, per quam cõmunicatur, vt vult Ariminenſ. Obſeruandum enim eſt,quòd etiã in rebus creatis non ſemper producitur forma, quæ eſt terminus formalis operationis: nam animus rationalis eſt terminus formalis generationis humanæ, C animus quippè eſt, quo homo gignitur, vt diximus, & tamen animus non efficitur per generationem: & idem animus eſt terminus formalis nutritionis per hoc, quòd coniungitur cum noua parte materiæ; & eſt etiam illius actionis terminus, qua mortui excitandi ſunt ad vitam:& his actionibus, quarũ eſt terminus,non producitur. Et humanitas,quæ eſt in Chriſto, eſt terminus formalis aſſumptionis;& tamen nõ producitur per aſſumptionẽ: & Corpus Chriſti eſt terminus formalis trãſubſtantiationis,qua D conuertitur panis in Corpus Chriſti; & tamen Corpus Chriſti non producitur per eam actionẽ, cũ priùs extet productum. Nihil ergo mirum eſt,quòd terminus formalis diuinæ generationis non ſit productus,& quòd ſit cõmunicatus.

Conuenientia inter proceſsionem creatã, & increatam. *Cõtra Greg.* Quòd etiã in rebus creatis eſt terminus formalis actionis,non productus per illam, vt animus rationalis eſt terminus generationis. Item nutritionis. Item reſurrectionis.

Sic humanitas Chriſti eſt terminus aſsũptionis. Item Corpus Chriſti tranſubſtantiationis.

6. Verum enimuerò diſcrimen eſt inter diuinam proceſsionẽ,& actionem creatã;quia cum cauſa diſtinguatur eſſentiã, & exiſtẽtiã ab effectu, sẽper actio creata confert eſſe ex non eſſe,ita vt nouum eſſe,ſiue nouam exiſtentiam tribuat;vel ſaltem ad exiſtentiam antecedentẽ trahit rem productam; vt qui efficit circulum,

1. Diſcrimẽ inter proceſsionẽ creatam, & increatam. In omni actione creata eſt, vel noua exiſtentia,vel ſaltẽ nouus modus exiſtentiæ antecedentis.

Digitized by Google

Noui modi 1. exemplum. in effectione circuli. Secundum in aſſumptione humanitatis.

lum, non tribui illi nouam exiſtentiam, ſed eam quæ eſt quãtitatis, extendit, ac dilatar, vt figuræ ſit communis. Et Verbum trahit humanitatem aſſumptione ad exiſtentiam diuinam (tametſi nulla ibi fuerit actio Verbi, quæ non fuerit totius Trinitatis, vt tom. 4. elucidabimus.) Semper autem actio creata terminatur ad rem productam, vel cũ noua exiſtentia, vel cum nouitate exiſtendi. Et quia forma eſt, quæ dat eſſe; vbi eſſe eſt nouum, forma etiam noua eſt, & producta; vbi autem eſſe non eſt nouũ, ſed eſt nouitas exiſtendi, vt in circulo, qui denuò exiſtit exiſtentiâ quantitatis, & humanitas exiſtit exiſtentiâ Verbi, non ſemper producitur forma: ſed circulus quidem producitur, quia nulla alia actio terminatur ad circulum, niſi ea, per quam incipit eſſe: humanitas autem non producitur per aſſumptionem, quia per generationem eſt producta. Anima autem rationalis non producitur per generationem; quia per creationem producta eſt. In omni tamen actione creatâ, eſt vel noua exiſtentia, cum qua neceſſe eſt nouam formam produci, quia forma dat eſſe: vel nouus modus exiſtẽtiæ antecedentis, cum quo vtrumlibet accidit, & quòd forma producatur, vt in circulo; & quòd non producatur forma, vt in aſſumptione humanitatis, & in conuerſione panis in corpus Chriſti; ſẽper tamen cũ nouo modo exiſtendi producitur antecedentèr nouus modus entis illius, quod nouo modo exiſtit, vt tom. 4. elucidabimus.

In 1. exemplo forma producitur. In 2. non producitur.

Nec in generatione humana.

Nec in conuerſione panis in Corpus Chriſti.

7. At verò in diuina proceſsione ipſum eſſe diuinũ vnũ eſt; & non eſt nouũ eſſe, neque nouitas, aut nouus modus exiſtẽdi; quare conſequens eſt, vt non producatur vllo modo forma, quę dat eſſe: ſed duntaxat producitur perſona, quæ accipit naturam, & eſſe; ipſa autem natura per hoc ipſum cõmunicatur, quia perſona producitur in natura eadem.

Natura diuina per hoc ipſum cõmunicatur, quia perſona producitur in natura eadem.

8. Aduertendum adhuc eſt ex mente Ariſtot. 8. Metapyſic. tex. 3. quod propriè fit, eſse ipſum compoſitum; & 7. Metaphyſic. tex. 27. ait formam non propriè fieri. Et ita terminus formalis, ſcilicet forma ipſa compoſiti, non propriè fit; ſed fit cum compoſito, ſiue cõproducitur, vt aiunt, hoc eſt, cum alio producitur, non per ſe ſeparatim; quod ſcitè docet S. Thom. 1. p. q. 65. ar. 4. & q. 45. ar. 4. Et ita intelligendũ eſt id, quod docet Cõmentator 7. Metaph. tex. 31. quòd generans generat formã, ſcilicet per accidens ſimul cum genito. At verò eſſentia diuina ita eſt terminus generationis, quòd neq; producitur, neq; cõproducitur; quia neque per ſe, neq; per accidens, ſiue per aliud producitur, aut ratione alterius, vt docet S. Thom. q. 39 ar. 5. ad 2. Diuina enim eſſentia non eſt res generabilis; quia non habet principiũ, cum ipſa ſit primũ ens, vt lib. 5. docebimus. Sed hoc nõ obſtat (vt cõmonſtrauimus) quo minùs ſit terminus formalis generationis, ſiue etiam ſpirationis: eadem enim eſt ratio vtriuſque proceſsionis, quoad hoc.

2. diſcrimen. In creatis cõpoſitum, non forma, propriè producitur.

Ariſtot.

Forma cõproducitur.

S. Thom.

Auerroes explicatur.

Deitas nõ producitur, nec cõproducitur.

S. Thom.

Ratio. Primũ ens nõ habet principium. Eſt tamen terminus formalis productionis.

9. Sed contra hæc obijcit Guilhelmus Ocham. apud Ioan. Capreol. d. 5. nam ſi Deus crearet animũ rationis cõpotem: antequã crearet materiam, in quam animũ infunderet, vt eſset anteceſsio temporis; materia illa eſſet terminus formalis creationis, & non aliã ob cauſam, niſi quia eſſet res de nouo producta: pertinet igitur ad rationẽ formalẽ termini, vt ſit res producta. Reſpondet Capreolus, hominẽ illũ eſse creatũ, vtpote de materia tunc creata, cuius tamẽ creationis terminus formalis eſſet, nõ materia, ſed animus rationalis. Sed hoc non videtur veroſimile; homo enim ille non eſset creatus, cũ factus eſset de aliquo, ſcilicet, de animo rationali præexiſtente, vt antea docuimus. Sola ergo materia eſset denuò creata actione terminata ad ſolam materiã, cuius ipſa eſset non terminus formalis, ſed ad quem, ſiue totalis, ſeu totus terminus. Et alterã actione de partibus productis fieret totum, coniungẽdo partes, cuius actionis producentis totũ, terminus formalis eſſet anima. Quod autẽ ait Capreol. materiã non eſse capacẽ creationis, vt ipſa ſit terminus, fallitur maximè: nam etſi per ſe ſine forma materia nõ poſsit exiſtere; tamẽ poteſt materia creari, ita vt actio creandi materiam ſiſtat ibi; & non conferat exiſtentiam, ſed adueniat exiſtentia per formam; ſicut etiam generatio naturalis naturæ aſsumptæ, productâ naturâ illâ ſubſtitit; & data eſt naturæ humanæ exiſtentia diuina: neque tamen ſequitur, quòd materia ſit terminus creationis formalis, ſed terminus ad quem.

Obiectio Ochami apud Capreolum in hypotheſi de homine facto ex anima rationali præexiſtente.

Reſponſio Capreoli hominem illũ eſſe creatum.

Refellitur.

Creationis de nouò exiſtentis terminus ad quem eſſet materia: Generationis terminus ad quem eſſet totum, terminus formalis eſſet anima.

Materia eſt capax vt ſit terminus creationis ibi ſiſtentis, ſeu non cõferentis exiſtentiam. Exemplũ naturalis generationis naturæ aſſumptæ.

Digitized by Google

10. Notandum. Diuina eſſentia eſt terminus formalis addita relatione perſonali. *S.Thom.* Probatur ex dictis cap. 26. p.2.n.2. Terminus generationis eſt proprius Filij.

Finiamus caput perneceſſaria notatione, quòd diuina eſſentia ſit terminus formalis addita relatione perſonali; quod docet S. Thomas in 1. d. 13.q.1. art.2. ad 3. Nam ob cauſam eandem, qua dicimus diuinam eſſentiã eſſe principium originis addita relatione; quia potentia generãdi non eſt cõmunis, ſed propria Patris; & ita eſt eſſentia, prout eſt in Patre: ita terminus generationis, non eſt communis ſed proprius Filij. Et ita eſſentia, prout eſt in Filio, eſt terminus generationis, & prout eſt in Spiritu Sancto, eſt terminus ſpirationis.

Confirmatio.

11. QVòd diuina eſſentia ſit terminus proceſsionis diuinæ, ſiue generationis, ſiue ſpirationis, affirmat S. Thomas 1.p. q. 42.art. 6. ad 3. & in 1. d. 5. q.3.art.1. & d.13. q.1. art.2. Cum quo Ioann. Scotus concordat d. 5. q. 2. & d.7.q.2. Quam quęſtionem tractat longiſsimè Ioann. Capreol. d.5. coaptans reſponſiones plurimis argumentis Aureoli, Ochami, Gregorij, & Durandi, quæ difficultatem non faciunt. *S. Thom.* *Scot.* *Capreol.*

CAPVT LXIIII.

Proceſsiones diuinæ ex terminis formalibus formaliter diſtinguuntur.

CVm capite præmiſſo comprobatũ ſit diuinam eſſentiam eſſe terminum formalem proceſsionis; ad hoc, vt oſtendamus duas proceſsiones diuinas diſtingui ex terminis formalibus, duos terminos formales oportet illis attribuere, quod faciemus parte priori capitis: Parte ſecunda oſtendemus ex ijs terminis diſtinctis peti proceſsionum diuinarum formalem diſtinctionem.

PRIOR PARS.

Duabus proceſsionibus diuinis duo termini formales attribuuntur.

1. Præſuppoſitũ. Duę proceſsiones diuinæ habent duos terminos formales diſtinctos. Ratio.

SVpponendum nobis eſt in iſta controuerſia diuinas proceſsiones habere diſtinctos terminos formales. Quia etſi vtraque proceſsio conueniat in termino formali præcipuo, quod eſt eſſentia; oportet vt aliàs habeat altera, & altera diſtinctos terminos formales; quia ſicut operatio non poteſt intelligi ſine termino formali, ita neq; diſtincta operatio ſine diſtincto termino: niſi fortè ſit diſtinctio operationum ex modo operandi, vt eadem anima creata à Deo eſt terminus formalis creationis; & inducta in corpus a generante eſt terminus formalis generationis: ſed hæ duæ actiones differunt modo ipſo agendi: præterquàm quòd & ipſa forma diuerſimodè ſe habet ad vtramq; actionem; nã ad creationem eſt terminus productus per illam accipiẽs eſſe; & ad generationem eſt terminus nõ accipiens eſſe, ſed cõmunicans eſſe: cum ergo diuinæ proceſsiones eodem omninò modo operationis cõſtent; ſunt enim æternæ, immutabiles, & de diuina ſubſtantia, non de nihilo; neceſſe eſt, vt ita intelligãtur ad terminos formales diſtinctos deſtinatæ, ſicut & ſunt à principijs diſtinctis, ſcilicet ab intellectu, & voluntate; quod in conſequentibus erit manifeſtius.

Obiectioni occurritur. Creatio, & generatio quarũ eadem anima eſt terminus formalis, differunt 1. ex diuerſo modo agendi. Differunt 2. ex diuerſo modo quo ab anima terminantur, ſcil. vt ab accipiẽte eſſe, & vt à cõmunicante eſſe.

2. Durandus, qui negat eſſentiam eſſe terminum formalem proceſsionis, illũ eſſe ait relationem perſonæ procedentis: verbi gratia, filiationem eſſe terminum formalem generationis; filiatio enim eſt, quaſi forma filij. Et ita Filius erit terminus ad quem; filiatio autem terminus quo, ſiue formalis, & ſpiratio paſsiua alius terminus formalis. Et ita diſcernemus proceſsiones diuinas ex terminis. Sed hæc ſententia falſa eſt; nã terminus formalis, vt docuimus, eſt forma dans eſſe hypoſtaſi productæ, & eſt forma communicata: filiatio verò non dat eſſe Filio; quia non affert exiſtentiam; neque eſt eſſentia, ſed proprietas: ſed ſola diuina eſſentia noſtro modo intelligendi dat eſſe diuinis perſonis. Prętereà filiatio non eſt forma communicabilis, ſed incõmunicabilis, vt ſiquet; quo maximè fit, ut nõ ſit terminus formalis proceſsionis; terminus enim formalis eſt forma cõmunicata, vt omnis philoſophia teſtatur.

1. ſent. *Durand.* quòd formalis terminus generationis ſit filiatio. Refellitur. Filiatio nõ dat filio eſſe exiſtẽtiæ, aut eſſẽtię. Item eſt forma incõmunicabilis, non verò cõmunicata.

3. Quęrendus ergò eſt terminus formalis diſtinctus, qui tamẽ ſit eſſẽtiale quid, & non relatio. Nonnulli Doctores ſunt, qui exiſtimarunt ſe quæſtioni abundè ſatisfacere, dum dicunt eſſentiã addita relatione Filij eſſe terminum formalẽ generationis; adiecta verò relatione Spiritus Sancti eſſe terminũ formalem ſpirationis. Sed iſti non intendunt animum ad id, quod in quæſtione inueſtigamus: verum enim eſt generationem terminari

2. ſent. Quòd ſit eſſẽtia addita filiatione.

Improbatur. Aſsignat terminu ad quē, non à quo, ſeu formalem.

nari ad eſſentiam in Filio, & ſpirationem ad eſſentiam in Spiritu Sancto; ſed tamen non petunt diſcrimen proceſſionum à termino formali, quod eſt eſſentia; ſed à perſonis procedentibus: hoc enim eſt dicere, quòd proceſsiones diſtinguantur penes terminum ad quē, non penes terminum formalem; eſſentia enim addita vna relatione, aut altera, idem terminus formalis eſt, ſcilicet eadem forma cõmunicata, diuerſis tamen perſonis communicata.

Ratio. Eſſentia addita filiatione, aut ſpiratione paſſiua eſt idem terminus formalis, ſcil. eadē forma cõmunicata, duabus tamē perſonis cõmunicata.

4. Declaratur improbatio ex dictis c. 29. n. 7.

Vt autem faciamus dilucidiorē quæſtionem, aduertendum eſt, potentiam generandi, & ſpirandi non ſolùm diſtingui additis relationibus; quia potentia generandi eſt eſſentia prout eſt in Patre, & potentia ſpirandi eſt eadem eſſentia prout eſt in Patre, & Filio; hoc enim diſcrimen potiùs eſt habentium potentias, quam ipſarum potentiarum. Sed hoc etiam differunt, quòd potentia generandi eſt eſſentia ſimùl, & intellectus; potentia verò ſpirandi non eſt intellectus, ſed voluntas. Eodem igitur modo iudicandum eſt: Vtrum terminus formalis generationis includat aliquid eſſentiale, quod etiam habeat rationem termini formalis; quo addito diſtinguatur à termino formali ſpirationis? relationes enim additæ nõ ſunt communicabiles, & idcirco non habent rationem formalis termini: dicam clariſsimè, potentia generandi eſt eſſentia, & intellectus, & eſt duplex potentia, remota, & propinqua: at verò terminus formalis generationis non eſt eſſentia, & filiatio; quia filiatio nullo modo eſt terminus formalis, vt commonſtrauimus. Hoc igitur inquirimus quis ſit terminus formalis proprius generationis, qui non ſit ſpirationis?

Non tam potentia generādi, quā habens illa eſt eſſētia, prout eſt in Patre.

Potentia generandi eſt eſſētia ſimùl, & intellectus.

Eſt duplex potentia, remota, & propinqua.

5. 3. ſent. quòd ſit eſſentia ſimùl & intellectus.

Alij igitur dixerunt eandem diuerſitatem eſſe in terminis formalibus, & in principijs diuinarum proceſsionum, ſcilicèt, vt terminus formalis generationis ſit eſſentia, & intellectus ſimul. At verò ſpirationis formalis terminus ſit eſſentia, & voluntas, non verò intellectus. Conſentaneè equidèm ad naturalem philoſophiam, quia terminus formalis eſt forma communicata, quę eadem eſt operationis principium; ſed principium generationis formale, quo generatio diſtinguitur ab ſpiratione, eſt intellectus: ergo idem eſt terminus

Argum.

A formalis, quo generatio diſtinguitur ab ſpiratione. Ita ſentit Franciſcus à Chriſto in libr. ſentent. 1. d. 5. q. 1. Et videtur eſſe eadem S. Thom. ſententia in 1. d. 10. q. 1. art. 1. ad 2.

Fr. à Chriſto. S. Tho. in 1.

6. Refutatur.

Sed hæc quoque opinio falſa eſt, nam intellectus eſt potentia actiua, aut quaſi actiua, quæ non pertinet ad rationem termini, vt luculentiùs oſtendemus: quare etiam ex vi generationis Pater gignendo non magis communicat intellectum, quàm voluntatem, vt docet S. Thomas de potent. q. 10. art. 2. Igitur diuina generatio ex proprijs non B terminatur ad intellectum, ſed ad eſſentiā, & omnia attributa ſimul: quare meliùs videtur ſenſiſſe S. Thom. hoc loco, quàm in ſententijs.

Intellectus eſt potentia quaſi actiua, non magis terminans generationem quàm volūtas. *Idem de pot.*

7. Ad arg. Reſpond. 1.

Nec verò nos vrget illud argumentum, quòd terminus formalis eſt id, quod eſt etiam operationis principium. Nam hoc intelligitur de principio, & termino præcipuo: nam homo generat per formam ſubſtantialem, quæ eſt terminus generationis in genito; ſed generat quoque per facultatem accidentalem, ſcilicèt, potentiam generatricem, C quæ non eſt terminus generationis, etiam accidentarius, ſed aduenit adulto pubeſcēti. Præterea intellectus eſt quaſi æquiuocum agens, cuius terminus nõ eſt intellectus alter, ſed verbum. Quarè non eſt mirum, quòd generatio diuina, quæ eſt per intellectum, aliud habeat principium, & alium terminum. De qua etiam re parte 2. capitis diſſeremus ad finem.

Principiū præcipuum operationis eſt forma cõmunicata, quæ eadem etiā eſt terminus formalis præcipuus. Secus de principio minus præcipuo. Exemplum de forma ſubſtantiali, & potentia generatrice.

Reſpond. 2. Intellectus eſt agens ęquiuocum.

8. 4. & vera ſent.

Dicendum igitur eſt terminum formalem eſſe in termino ad quem contentum, vt liquet, cum ſit forma rei productæ: in generatione autem diuina, D terminus ad quem eſt Verbum, Verbū autem ex propria ratione ſignificat eſſe quoddam intelligibile, propter quod eſt repræſentatiuum; & hoc eſſe intelligibile eſt in Deo eſſentiale, vt anteà docuimus: ergo & hoc ipſum eſt terminus formalis diuinę generationis: procedit enim Verbum ab intellectu; quare principium proceſsionis eſt intellectus: terminus verò non eſt intellectus, ſed eſſe quoddam intelligibile, quod eſt proprium Verbi. Similiter ſpirationis diuinæ terminus ad quem eſt Amor ex dilectione procedens; Amor autem ex dilectionę procedens ſecundum propriam

Terminus formalis diuinæ generationis eſt eſſe diuinū intelligibile.

Fundam. In termino ad quem, id eſt, in Verbo ex propria ratione cõtinetur, & eſt ratio intelligēdi, & quid eſſētiale.

Similitèr terminus formalis ſpirationis eſt eſſe diligibile.

Digitized by Google

propriam rationem ſignificat eſſe quoddam diligibile, quod eſt ratio diligendi; quare & hoc eſſe diligibile eſt terminus formalis ſpirationis. De Verbo enim, & Amore procedente eadem eſt ratio. Et confirmatur, quoniam dicere Verbū in Deo eſt generare; at verò dicere ſignificat explicatè relationem ad verbum, vt repręſentatiuum; ergo Verbum vt ſic, eſt terminus generationis, ſcilicet, vt repręſentatiuum eſt, ſiue ſecundum eſſe intelligibile. Et idem de Spiritu Sancto dicendum. Et hoc forſitan inſinuat S. Thomas in 1. d. 10. q. 1. art. 1. ad 3. dicens Spiritum ſanctum procedere, vt rationem operandi per voluntatem: quod poteſt accipi ex parte obiecti mouentis: & illa ratio eſt ipſum eſſe diligibile. Et q. 2. de potent. art. 1. ait Verbum procedere ſecundum eſſe intelligibile, atque ideo ſecundum eſſe naturæ; inſinuans fortè illud eſſe intelligibile, de quo & nos diſputamus, quod ſit terminus intellectionis diuinæ. Marius autem Vict. lib. 1. contra Arium: *Declaratio*, inquit, *Patris effectus ſecundum quod eſt operari*. Quibus verbis ſignificat Filium, ſiue potiùs Verbum per modum operationis, ſiue termini operationis declarare, quæ de Patre nobis enarrauit. Declarare enim eſſentiale eſt: ſed per modum proceſsionis, aut termini, eſt perſonale; & illud eſſentiale clauditur nomine termini intelligibilis proceſsionis.

Confirmatur. Dicere ſignificat explicatè relationem ad verbum vt repręſentatiuum eſt, ſeu ſecundum eſſe intelligibile.

S. Thom. 1. locus de ſpirationis termino.

Secundus de generationis termino.

Mar. Vict. de generationis termino.

Declarare eſsētiale eſt, ſed per modū termini eſt perſonale.

9\. 1. Dubium. Ratio dubitandi.

His tamen obſtant nonnulla dubia; nam eſſe intelligibile, & diligibile videtur ſignificare relationem rationis, quæ non poteſt eſſe terminus formalis diuinæ proceſsionis, cum ſit realis proceſſio. Præterea Filius eſt proprius terminus natiuitatis, in quo termino non ſignificatur eſse intelligibile; & Spiritus Sanctus eſt terminus ſpirationis, in quo etiam non ſignificatur eſſe diligibile; ergo hæ formæ non ſignificantur in terminis productis, vt modo diſputabamus. Denique Verbum diuinum non magis habet vnum attributum, quā aliud; ergo non magis ſignificat eſse intelligibile, quàm ipſum intellectum, cęteraque attributa.

Secundum.

Tertium.

10\. Ad 1. dub. 1. Reſpon. facilior. In opinione probabili de qua cap. 14. p. 2. n. 5. duo terminiformales ſunt duo attributa.

Ad hæc ſuo ordine reſpondēdum eſt. Et quidem ad primum dicimus veroſimile eſse, quòd ſit quidpiam reale in A Deo illud eſſe intelligibile eſsentiale, vt antea docuimus; quod certè in nobis reale eſt, ſcilicet forma realis quam dicimus verbum. Et idem dicendum de illo eſse diligibili. Et ita duo termini formales ſunt duo attributa; ſicut ex parte principij proceſsionum, ponimus duo attributa, ſcilicèt intellectum, & voluntatem. Quòd ſi magis placeat hoc eſse intelligibile, & diligibile in Deo no ſignificare niſi ſolam relationem rationis; adhuc dicēdum eſt hoc ipſum ſufficere, vt diſtinctos terminos proceſsionibus attribuamus, non tamen diſtincta attributa. B Sed dicendum eſt diuinam eſsentiā ſecundū eſse intelligibile, & repræſentatiuū, eſse terminū formalē generationis. Et eandem diuinam eſsētiam ſecundum eſse diligibile, ſpirationis terminū eſse formalē: nam in diuina proceſsione terminus formalis, vt diximus, non producitur, ſed communicatur: ſi enim produceretur, impoſsibile eſset, quòd vna res duabus productionibus produceretur; ſed eandē rem, ſcilicet eſſentiā, cōmunicari duabus operationibus, firmiſsimè credimus; ergo in eadē re, quæ eſt eſsentia, ſatis eſt indicare diuerſas rationes, etiamſi ſint relationes C rationis, vt cogitemus rem eandem eſse in ratione termini diuerſam; terminat enim eſsentia diuinā generationem ſecundum eſse intelligibile, ſpirationē verò ſecundum eſse diligibile. Sed cauendum eſt ab eo, quod argumento obijcitur, ne exiſtimemus relationes rationis eſse terminum formalē diuinæ proceſſionis, quod eſt impoſsibile; ſed benè aſſerimus diuinam eſsentiam, quæ eſt terminus formalis, habere rationem diuerſi termini formalis: terminus enim formalis eſt res communicabilis, & non eſt relatio rationis; ſed idem terminus cōmunicabilis D poteſt conſiderari modis diuerſis, & ita attribui operationibus diuerſis. Nec facit contra hoc, quòd illæ operationes ſint re ipſa diſtinctę, vt credantur directæ ad res diſtinctas: nam verū, & falſum ſunt relationes rationis, & attribuūtur intellectionibus diuerſis. Itaque terminus formalis eſt res, & eſt eſsentia; ſed diuerſis modis cognita eſſentia eadem, eſt terminus diſtinctarum proceſsionū. Si tamē eſse intelligibile, & diligibile credimus etiam in Deo eſse quid reale, & attributa diſtincta, multò meliùs

In nobis eſſe intelligibile eſt forma realis, ſcil. verbū.

2\. Reſponſ. In oppoſita opinione, de qua ibidē n. 4. duo termini formales non ſunt duo attributa; ſed ſunt diuina eſſentia ſecundum eſſe intelligibile, & eadem ſecūdum eſſe diligibile.

Eandē rē duabus operationibus produci, impoſsibile eſt: duabus cōmunicari firmiſsime credimus.

Ad rationem dubit.

Idē terminus formalis communicabilis cognitus ſecūdum diuerſas rationes, ſeu relationes rationis diuerſi termini formalis cōmunicabilis inſtar, habet ſufficiēs ad terminādas proceſsiones re ipſa diſtinctas.

meliùs intelligemus ea eſſe terminos formales proceſsionum. Itaque eâdem omninò ratione, qua diſtinximus potẽtias paſsiuas generandi, & ſpirandi, terminos formales diſtinguimus, quia eadẽ eſſentia, ſiue attributum, quod eſt potẽtia paſsiua, eſt quoque terminus noſtro modo intelligendi.

11. Ad 2. dub. Reſpond. ex cap. 20. p. 2. n. 7.

Ad dubium ſecundum dicimus nomẽ Filij in diuinis non eſſe ita explicatum, ſicut nomen Verbi: nam ſicut imago eſt nomen commune, in quo continetur Filius, & non Filius; ita nomen, Filius, eſt commune, quo continetur diuinũ Verbum, & cæteri filij generationis ex carne. Itaque, in ipſo nomine Filij Dei, ſi explicatè intelligatur, hoc etiam inueniemus, quòd procedat ſecundum eſſe intelligibile: ſicut etiam generatio diuina non indicat apertè, quòd ſit per intellectum; ſed cum eius notio explicatur, de intellectu eſt, & ſimilitèr terminatur ad eſſe intelligibile.

Etiam nomẽ, Filij, ſi explicatè intelligatur ſignificat eſſe intelligibile.

12. Ad 3. dub. Verbum vt eſt perſona ſubſiſtẽs omnia attributa æquè ſibi vendicat: At vt terminus ſolùm habet eſſe intelligibile.

Ad vltimum dicendum eſt, & idem ſummo opere obſeruandum, quòd Verbum diuinum poteſt conſiderari duobus modis, ſcilicèt, vt eſt perſona ſubſiſtens, & vt eſt terminus proceſsionis. Vt eſt perſona, non magis habet vnum attributum, quàm aliud: vt eſt terminus, indicat vnum attributum ſolum, ſcilicèt eſſe intelligibile, & non indicat alia attributa: Verbum enim ſub ratione verbi, vt ſcilicèt eſt terminus operationis, ſolùm ſignificat eſſe intelligibile; non verò intellectum, aut voluntatem, aut cætera attributa. Idem dicimus de Patre; nam Pater, vt eſt quædam perſona, non magis habet intellectum, quàm voluntatem: ſed vt generans, non indicat voluntatem, ſed intellectum quo generat. Itaque ſicut Pater in conſtitutione perſonæ, non magis includit vnũ, quàm aliud attributum; & tamen in ratione principij includit ex attributis ſolum intellectum: ita Verbum in cõſtitutione perſonæ omnia attributa ſibi vendicat; at verò in ratione termini ſolùm eſſe intelligibile. Et ſimilitèr Spiritus Sanctus, vt eſt perſona, æquè habet attributa omnia: ſed vt eſt amor terminans operationem, vendicat eſſe diligibile duntaxàt, & nullum aliud attributum.

Exemplum Patris in ratione perſonæ; & in ratione principij.

Similitèr Sp. Sanctus, &c.

Confirmatio.

13. Fund. firmum eſt omniũ ferè conſenſu.

HÆc opinio, quæ noua fortaſsis videbitur, antiquis, & communibus ſententijs firmatur: nam terminum formalem eſſe formam contentam in termino ad quem ferè omnes conſentiunt: Verbum etiam diuinum ſecundum eſſe intelligibile indicare eſſentiam diuinã, S.Thom. docet 1.p.q.34.art.3. & Ioan. Scotus confirmat: ex quibus colligitur, vt eſſentia diuina ſecundum eſſe intelligibile ſit terminus generationis; & ſecundum eſſe diligibile terminet ſpirationem.

S. Thom. *Scotus.*

POSTERIOR PARS.

Proceſsiones diuinæ per terminos formales diſtinguuntur.

1.

QVamuis ad ea, quæ dicta ſunt, quibus diuerſos terminos proceſsionum diuinarum explicauimus, videatur eſſe conſequens, vt eæ proceſsiones ex terminis diſcernantur. Nonnulla tamen eſt in re controuerſia. Et primùm Ioan. Scot. in 1. diſt. 13. q. vnica affirmat has proceſsiones ſe ipſis diſtingui, & S. Bonauent. q.3. videtur idem opinari. Durand. verò d. 13. q. 2. cum ait eas proceſsiones ſe ipſis diſtingui, videtur loquutus de reali diſtinctione, non de cauſa illius, de qua diſputamus. Et hoc videtur perſuaderi poſſe, quia quæ non ſunt per ſe primò diuerſa, per differentias diſtinguuntur: quare oportet, vt ſint in aliquo genere: cum ergo diuinæ proceſsiones non cõueniant in vniuoco, neque in genere, eſſe primò diuerſas Scotus affirmauit.

1. ſent. quòd diuinę proceſsiones diſtinguũtur ſe ipſis. *Scot.* *S. Bonau.* *Durandus* explicatur de diſtinctione reali; non de cauſa illius, de qua hic. Fund. quòd illi licèt proceſsiones ſint primò diuerſæ.

2. Negat fund. *S. Thomas.*

Contra hoc docet S.Thom. de potẽtia q.10. ar.2. proceſsiones diuinas non eſſe primò diuerſas, eò quòd differant non ſolùm numero, ſed quaſi ſpecie, vt ibidẽm ait ad 12. quæ autem ſpecie differunt, non ſunt primò diuerſa. Et idem affirmat Caiet. q.27. art.4. Hæc itaque eſt cauſa altercationis: nam in diuinis rebus, & non ſunt ſpecies propriè, cum genus ibi non ſit; & tamẽ ſunt quaſi ſpecies, quia ſunt res diſtinctæ rationibus formalibus. Quare ex hoc quòd genus ibi propriè non eſt, omnia videntur eſſe primò diuerſa; nam & S. Thom. ait res diuinas ſolùm in analogo conuenire, & non diſcerni per differentias generis, quod vniuocũ eſt: ſed ex eo tamen quòd ſunt quaſi ſpecies, conueniunt quaſi in genere, & non videntur eſſe primò diuerſæ.

Caiet. Ratio aſſerendi fundamẽti. In rebus diuinis non eſt propriè genus, aut ſpecies.

S. Thom.

Ratio negãdi fund. Philoſophiæ accõmodatior.

Digitized by Google

Proceſsio diuina definitur quaſi in genere.
Proceſsio Verbi, & Sp. Sãcti quaſi in ſpecie.

uerſæ. Et hoc eſt magis aptè dictum more loquendi philoſophico : nam proceſſio diuina definitur quaſi in genere, cõmuni quadã definitione; cuius ſunt quaſi ſpecies proceſſio Verbi, & Spiritus Sancti, quæ ſingulis definitionibus explicantur; in quibus etſi non ponatur logica differentia, ponitur tamen aliquid vice differentiæ, eo modo quo res diuinas licitũ eſt definire. Paternitas enim, & Filiatio in Deo nõ ſunt primò diuerſæ; ſicut neque in rebus creatis; quia cõueniunt in conceptu quaſi generico relationis : & ita neque proceſſiones diuinæ ſunt primò diuerſæ. Hoc ratione alia confirmat ibidem S. Thom. quia nulla operatio eſt ab alia primò diuerſa; habet enim principium prius, è quo fluit, quo etiam diſtinguitur: ſicut ergo inauditum eſt apud Philoſophos, quòd duæ operationes ſint primò diuerſæ; ita eſt de diuinis proceſſionibus ſentiendum; cum poſſint per principia, aut etiam terminos diſtingui.

Hæc ratio Cõfirmatur 1.
Confirmat. 2. S. Thom.
Omnis operatio habet principium aut terminũ, quo diſtinguatur: vndè nulla eſt ab alia primò diuerſa.

3.
Ad Scotum Radæ contr. 14. artic. 2. interpretatio concilians illũ cũ S. Thom. Refutatur.
Per diſtinctionem manifeſtatiuã quæ eſt per extrinſeca, manifeſtatur diſtinctio formalis, quæ eſt per intrinſeca.

Quidam reſpondent Scotum loquutum fuiſse de diſtinctione formali, quæ eſt per intrinſeca; nõ verò de diſtinctione per extrinſeca, ſcilicèt per principia, quam vocant manifeſtatiuam. Sed hæc reſponſio futilis eſt; nam extrinſeca, quæ ait manifeſtare diſtinctionẽ, abſque dubio manifeſtant ipſam diſtinctionẽ formalem, quæ eſt per intrinſeca: quę enim per ſe, & ex propria ratione poſtulant principium ſpeciei propriæ, diſtinguuntur ſpecie ab alijs, quæ diuerſa principia efflagitant; vt in motu, & operatione cernimus. Quæ ergo diſtinguuntur ex principijs, etiam in ſe habent differentias, aut quaſi differẽtias, quibus diſtinguantur. Et indè S. Thom. colligit diuinas proceſsiones non eſse primò diuerſas: qua in re non poteſt concordare cũ Scoto, vt illi volunt.

4.
Obiectio ex S. Thoma. 1. locus, 2. expreſsè oppoſitus.
Ad 1. locum Reſponſ. Non loquitur de diſtinctione inter generationem, & ſpirationẽ actiuam.

Poſt Scotum videtur nobis obſiſtere Doctor Sanctus, quem vt Magiſtrum, & ducem propoſitũ eſt ſequi in omnibus. Docet autem 1. p. q. 27. art. 4. ad 1. has proceſſiones diſtingui ipſo ordine naturæ, quia vna eſt ab alia. Et idem affirmat de potentia q. 10. ar. 2. addens has proceſſiones nõ diſtingui ex principijs, aut terminis. Sed abſque dubio S. Thom. loquitur de diſtinctione reali proceſſionum. Itaque non loquitur de generatione, & ſpiratione actiua, quia vtraque eſt res vna, vt lib. 3. dicemus; ſed diſputabat de generatione, & ſpiratione paſsiua, quę dicũtur diuinæ proceſsiones, & ſunt res diſtinctæ, vt anteà commonſtrauimus. Et idcircò S. Thom. 1. p. q. 36. ar. 2. ad 7. ait proceſsiones diſtingui, quia Filius eſt à ſolo Patre, Spiritus Sanctus à Patre, & Filio; & hoc eſt diſtingui ex ordine ipſo naturæ; quia per hoc quòd Filius eſt à Patre, ordine naturæ eſt conſequens, vt ſit Spiritus Sanctus ab vtroque: & idcircò S. Thom. ibidẽ teſtatur, ſe id ipſum, quod eo loco docet, anteà docuiſſe, ſcilicèt q. 27. vbi diſtinxerat proceſsiones ex ipſo naturæ ordine: ergo in hoc, quòd proceſsiones diſtinguantur ordine, includitur vt Spiritus Sanctus procedat à procedente: quare neceſſe eſt proceſsiones eſſe re ipſa diſtinctas, vt modò diſputauimus.

Loquitur de diſtinctione reali inter proceſsiones.
Idem. *Hæc ſumitur ex ipſo ordine naturę, quo ſc. vna proceſsio eſt ab alia.*
Idem.

5.
In creatis diſtinctio realis formalis ſumitur à rationibus formalibus diſtinctis.
In Deo nõ ſic.
Exemplum intellectus, & voluntatis.

Aduertendum eſt tamen, quòd in rebus creatis omnibus diſtinctio realis formalis ſumitur à ratione formali ſingularum rerum; ſola enim diſtinctio numerica eſt à materia petẽda: quare operationes creatæ, ſicut à principio, aut termino habent diſtinctionem ſpecificã, ita & realem diſtinctionem. At verò in Deo ratio formalis diſtincta non diſtinguit rem à re: eadem enim res eſt intellectus, & voluntas, quæ tamen rationibus formalibus diſtinguuntur, vt docuimus lib. 1. ergo diſtinctio realis diuinarum proceſsionum non fuit petenda à principijs, aut terminis; ex quibus ſolùm colligitur, quòd diuinę proceſsiones habeant diſtinctas rationes formales: ſed ex ipſo ordine proceſsionum depromẽda fuit realis inter eas diſtinctio, quia Spiritus Sanctus procedit de genito; vndè neceſſe eſt diſtingui generationem paſsiuam ab ſpiratione; quia, ſi Spiritus Sanctus non procederet à Filio, hæ proceſsiones non eſſent res diſtinctæ, vt anteà comprobauimus. Quòd ſi alia perſona (quod impoſsibile eſt) gigneretur de Filio, eſſent duæ generationes re ipſa diſtinctę, etſi non eſſent rationibus formalibus diſtinctæ. Ordo igitur proceſsionũ eſt cauſa realis diſtinctionis; non verò eſt cauſa diſtinctionis formalis ſecundũ diuerſas rationes formales. Et hoc idem colligitur ex argumentis, quibus S. Tho. de potent. q. 10. probat proceſsiones diuinas nõ diſtingui ex principijs, aut terminis: nõ diſtingui ex principijs probat, quia

A principijs & terminis proceſsionum ſolũ colligũtur rationes formales earum diſtinctæ.
At realis diſtinctio nõ niſi ex ordine.
Oſtenditur 1. ex cap. 43.
2. quia ſi per impoſsibile alia perſona gigneretur de Filio, eſſẽt duæ generationes re ipſa diſtinctæ, etſi non eſſẽt rationibus formalibus diſtinctæ.
Ad 2. locum.

Digitized by Google

Si in principio proceſsionis eſſet diſtinctio, illud non communicaretur.

quia principium proceſsionis communicatur procedenti; quare ſi in hoc eſſet diſtinctio, intellectus qui eſt principium generationis, non communicaretur Spiritui Sancto; & voluntas, quæ eſt principium ſpirationis, non communicaretur Filio, quod eſt hæreticum. Et eodem argumento probat proceſsiones non diſtingui ex terminis, quia terminus proceſsionis eſt habere, ſcilicèt, vt procedẽs habeat aliquid à ſuo principio: igitur ſi proceſsiones diſtinguuntur ex terminis, aliud eſt quod habet Filius per generationem, & aliud quod habet Spiritus Sanctus per ſpirationem, quæ eſt eadem hæreſis. Hæc autẽ argumenta rectè probant diſtinctionem proceſsionum realẽ non ſumi à principijs, aut terminis; quia tunc diuinæ perſonæ procedentes, ſcilicèt, Filius, & Spiritus Sanctus non communicarent. Sed non probant, quòd ſecundum rationes formales non ſit petenda diſtinctio proceſsionum à principijs, & terminis.

Si in termino ſcil. in habito à principio, eſſet diſtinctio, non eſſet idem habitũ per vtramque proceſsionem.

6\. *1. ſummariũ ex dictis inter reſpondendũ.*

Dicendum igitur imprimis eſt ex ſententia S. Thomæ proceſsiones diuinas non diſtingui reali diſtinctione propter principia, aut terminos formales; ſed propter ordinem; quia Spiritus Sanctus procedit à genito.

7\. *2. ſummariũ ex ijſdem.*

Proceſsionũ diuinarum diſtinctio realis ex ordine, eſt ſimul formalis quaſi ſpecifica ex principijs, & terminis.

Secundo loco aſſerendum eſt diuinas proceſsiones ſecũdum rationes formales diuerſas diſtingui quaſi ſpecie ex principijs, & terminis formalibus: hoc enim eſt commune omni operationi, vt per principia, & terminos diſtinguatur, vt docet Ariſtot. & S. Thom. Cum igitur diuinis proceſsionibus deſignata ſint principia diſtincta; & termini etiam formales diſtincti; conſequens eſt, vt ex ijſdem diſtinguantur quaſi ſpecie. Et quia diſtinctio ſpecifica, ſi realis ſit, eſt quoque formalis, proceſsiones diuinæ, quæ propter ordinem ſunt res diſtinctæ, ex principijs, & terminis formalitèr diſtinguuntur, nõ formalitèr eſſentialitèr, ſed quaſi ſpecie, quemadmodùm & relationes diuinæ diſtinguuntur, vt dicemus lib. 3.

8\. *2. obiectio ex S. Thom.*

Quidquid eſt principiũ ſpeciei eſt principium indiuidui & exiſtentiæ, & eſt naturâ prius.

Sed contra hoc eſt quod S. Thom. docet 1. p. q. 77. art. 3. ad 1. id, à quo aliud ſpeciem habet, eſſe naturâ prius; ab eodem enim res quæpiam habet ſpeciem, & exiſtentiam; quidquid enim eſt principium ſpeciei, eſt principium indiuidui, & eſt naturâ prius: & idcircò actus, qui ha-A bet ſpeciem à termino, etiam comparatur cum termino, vt cum cauſa, non efficiente, ſed finali, vt probè Doctor Sãctus obſeruat; ſed in diuinis proceſsionibus non eſt cauſa finalis, iuxta eundẽ S. Thom. 1. p. q. 33. ar. 1. & in 1. d. 29. ar. 1. & Ioan. Scotum in 1. d. 20. q. 1: ergo proceſsio diuina non habet ſpeciem à termino formali. Reſpondendũ eſt quędam definiri per alia, tanquàm per cauſam à qua habent ſpeciem, & in his verũ eſt quod docet S. Thom. & arguendo commonſtratur. Sed alia ſunt, quæ etſi per aliud definiuntur, non tamen tan-B quàm per cauſam ſpeciei, ſed duntaxàt tanquàm per cauſam cognitionis; quia cauſæ rerum ſunt natura priores: quæ verò ſola cognitione priora ſunt, cauſæ ſunt cognoſcendi. Quamobrẽ ſicut operatio, quæ ordinatur ad terminum, vt ad finẽ, in genere cauſæ efficientis eſt prior, verbi gratia, calefactio calore producto prior eſt quaſi efficiens calorem; at verò in genere cauſæ finalis poſterior eſt ſecundum naturam calefactio, quam calor: Ita quæ cognitionis ordine priora ſunt, ſecũdum diuerſas rationes priora, C & poſteriora ſunt; verbi gratia, illa notio, qua contemplor chimæram dirigitur ad illam, vt ad finem: obiectũ enim, & terminus habent rationem finis ipſo modo intelligendi, quia operatio dirigitur, & deſtinatur in obiectum, aut terminum: & ita chimæra ordine cognitionis, quatenùs eſt obiectum meę cognitionis, antecedit illam quaſi in genere cauſæ finalis; ſed conſequitur eandem cognitionem, quaſi in genere cauſæ efficiẽtis, cum ſit ipſius cognitionis figmentum: ea igitur cognitio definitur per obiectum, non tanquàm per cauſam realẽ ſuæ ſpe-D ciei, ſed tanquàm per cauſam cognitionis: & eadem ratione cognitio illa petit ſpeciem, diſtinctionemque ab obiecto, non tanquàm à cauſa rei, ſed tanquam à cauſa cognitionis; quod eſt non deſidentèr obſeruandum, vtpotè valdè neceſſarium in ijs, quę ab alijs dicuntur ſpeciem ducere.

Idem.

Scotus.

Reſponſ.

Quædam priora alijs, ea definiũt, & ſpecie diſtinguũt non tanquam cauſæ ſpeciei, ſed cognitionis duntaxàt.

Chimæra [illegible] prior [illegible] ratione [illegible] in genere cauſæ finalis, licet poſterior quaſi in genere cauſæ efficientis.

9\. *Terminus formalis intelligitur vt prior, ac dans ſpeciẽ proceſsioni diuinæ noſtro modo intelligẽdi, quaſi cauſa finalis, licèt ſit*

Quamuis igitur concedẽdum ſit proceſsionem diuinam non comparari cum ſuo termino, tanquam cum cauſa finali; dicendum tamen eſt ſumere ſpeciem à termino, noſtro duntaxàt modo intelligendi: quia hoc ipſo, quòd conſideramus terminum formalem, intelligimus illũ, vt

poſterior quaſi in genere efficientis.

vt cauſam diſtinctionis; non cauſam realem, ſed cauſam intelligendi: & ita proceſsio, quaſi in genere cauſæ efficientis antecedit terminum, & terminus ipſe proceſsionem, quaſi in genere cauſæ finalis; quæ tamen non ſit cauſa rei, ſed cauſa intelligendi: quæ enim ſunt priora intellectu, ſunt cauſę diſtinguendi per intellectũ ea, quæ poſteriora ſunt. Quare ex eo, quòd comprobatũ eſt parte priori capitis, diſtinctos eſſe terminos diuinarum proceſsionum; firma eſt conſequentia, quòd proceſsiones per eoſdem terminos diſtinguantur.

Quę ſunt priora per intellectũ, ſunt cauſæ diſtinguendi per intellectum ea, quæ poſteriora ſũt.

10.
Ex reſpõſione illatum, quòd hypoſtaſis procedens diſtinguat quaſi ſpecie proceſsionem

S. Thomæ 1. locus.

2. locus.

Eodem modo poſſemus quoque dicere diuinas proceſsiones diſtingui etiam quaſi ſpecie, ſiue formalitèr, penes hypoſtaſes procedentes, ſcilicèt Filium, & Spiritum Sanctum; hæ enim hypoſtaſes diſtinguuntur quaſi ſpecie, per relationes diſquiparantiæ, quæ ſunt proprietates hypoſtaſum. Quod videtur S. Thomas inſinuare in 1. d. 13. q. 1. art. 2. ad 4. dicens has proceſsiones diſtingui re ipſa ex principijs, & terminis relatiuis. Et q. 10. de potent. art. 2. ad 12. docet proceſsionem per ſe ordinari ad ſpeciem; hypoſtaſes autem diuinas diſtingui proprietatibus quaſi ſpecie diſtinctis, à quibus ipſæ proceſsiones quaſi ſpecie diſtinguantur. Sed hoc minus conſonè ad Philoſophiã aſſeritur; primò, quia operatio ſumit ſpeciem à forma, quam agẽs communicat, quæ eſt ſpecies intenta ab agente: relatio autem diuina, quæ eſt proprietas hypoſtaſis, non eſt communicabilis, neque eſt ipſa ſpecies, aut quaſi ſpecies, ad quam deſtinatur operatio; hypoſtaſes enim diuinæ ſunt quaſi indiuidua: natura autem eſt quaſi ſpecies, vt lib. 4. diſputabimus: Quarè hypoſtaſes, propriè loquendo, non differunt quaſi ſpecie, ſed quaſi numero; ergo diſtinctio ſpecifica proceſsionum non ſumitur ab hypoſtaſibus. Prætereà ſpecies ſumitur à forma, & ita diſtinctio ſpecifica operationum à terminis formalibus petenda eſt, non verò à terminis ad quos, ſcilicèt ab hypoſtaſibus. Verum eſt, quòd perſonæ diuinæ hoc habent ſingulare, quòd diſtinguuntur proprietatibus diuerſarũ rationum, quaſi numero formali: quare aliquo modo poteſt indè oriri in proceſſionibus formalibus diſtinctio. Sed quia, vt hypoſtaſes ſunt, potiùs differunt numero, quàm ſpecie; neque ſunt termini

Vt minùs conſonũ Philoſophiæ improbatur.

Operatio ſumit ſpeciem à forma, quã agens communicat, & quaſi ſpeciem intẽdit.

Hypoſtaſes diuinæ ſunt quaſi indiuidua, non quaſi ſpecies.

Confirmatur improbatio.

Pro explicatione *S. Th.* Illati approbatio aliquo modo, ob peculiaritatẽ numeri in perſonis, ſc. quòd ſit quaſi formalis.

formales, à quibus ſpecies ducitur; meliùs videtur eſſe, ſimpliciùsq; negandũ, quòd diuinæ proceſsiones diſtinguãtur, quaſi ſpecifica diſtinctione penes hypoſtaſes productas.

Improbatio præfertur.

11.
Adnotand. Proprietas hypoſtaſis nullo modo diſtinguit proceſsionem, cum nec ſit terminus formalis, nec ad quem.

Illud tamen aduertendum, quòd ipſa proprietas hypoſtaſis, verbi gratia, filiatio, neutro modo diſtinguit proceſsionem; quia neque eſt terminus formalis, vt anteà comprobauimus contra Durand. neque eſt terminus ad quem; quia non intelligitur, vt hypoſtaſis producta, ſed vt proprietas hypoſtaſis. Quare longè aberrauit Durandus diſtinguens proceſsiones penes has proprietates, quæ more loquẽdi philoſophico neutro modo ſunt termini proceſsionis, ſcilicèt neque termini formales, neque termini ad quos, licèt ſint res per accidens productæ, hoc eſt, ſimul cum hypoſtaſibus, vt poſteà dicemus.

12.
Queſt. appendix. An diuina proceſsio ſit æquiuoca? Affirmat *Baſſolis* Arg.

Confirma.

His appenditur alia quæſtio: An diuina proceſsio ſit æquiuoca? Affirmans pars placuit Ioanni Baſſoli in 1. d. 4. q. 3. æquiuoca enim eſt actio, qua agens, & id quod ab agente procedit, ſpecie differunt; ſed diuinæ proceſsiones ſunt inter hypoſtaſes quaſi ſpecie diſtinctas; ergo ſunt æquiuocæ. Et confirmatur, quia diuinæ proceſsiones ſunt ſecundum operationes intellectus, & voluntatis; intellectus autẽ, & voluntas ſunt cauſæ æquiuocæ: diſtinguũtur enim ſpecie à re omni, quæ ex iſtis potentijs deriuatur, tam ab intellectione, quàm à verbo.

13.
Reſolutio oppoſita. Diuina proceſſio eſt maximè vniuoca. 1. ratio diluẽs arg. oppoſitũ. Perſonæ diuinæ ſunt quaſi eiuſdẽ ſpeciei. 2. ratio. Proceſsionis terminus præcipuus, ac principium idem, ſcil. Deitas. *S. Thom.* *Argent.* *Scotus.* *Gabriel.*

Nihilominùs dicẽdum eſt proceſsiones diuinas vniuocas eſſe, & maximè vniuocas: nam perſonæ diuinę ſunt quaſi eiuſdem ſpeciei, ſcilicèt eiuſdem naturæ, vt lib. 5. declarabimus; imò eſt inter eas infinita vnitas; ergo proceſsio, quæ inter perſonam, & perſonam intercedit, maximè eſt vniuoca: tum etiam, quia terminus præcipuus diuinæ proceſsionis eſt Deitas; cuius proceſsionis idemmet eſt principium, vt diximus; ergo hac ratione proceſsio diuina maximè eſt vniuoca. Et ita ſentit S. Thom. de potent. q. 10. ar. 2. ad 2. & Thom. Argẽt. in 1. d. 4. q. vnica, Ioan. Scotus d. 7. q. 3. & Gabriel. in 1. d. 9. q. 2.

14.
1. obiectio de principio proximo, ac termino.

Verum eſt, quòd ſi principium proximum generationis, & terminum meditemur, ſecundum quod generatio eſt operatio intelligibilis, eius principium eſt intellectus, terminus verò non intellectus,

Digitized by Google

1.Reſponſ. Deitas eſt ipſe intellectus, & ipſum eſſe in- intelligibile. Diuina proceſſio eſt à Deo in Deum. *S. Hilar.*

lectus, ſed quoddam eſſe intelligibile:& ita ratione formali diſtinguentur principium, & terminus. Sed quoniam res eadem eſt principium,& terminus, ſcilicèt Deitas,quæ eſt ipſe intellectus,& ipſum eſſe intelligibile; non eſt dicenda proceſsio æquiuoca; quia eſt proceſsio eiuſdem rei in eandem rem, ſcilicèt à Deo in Deum, vt S. Hilarius ſæpiſsimè obſeruat.

15\. 2.reſponſio diluens ſimul confirm. appoſitam. Proceſsio dicitur æquiuoca comparando effectum cum cauſa præcipua Oſtenditur.

Præterea proceſsio dicitur æquiuoca comparando effectum cum cauſa præcipua; aliàs, quia homo genitus differt ſpecie à potentia generatrice proxima, generatio eſſet æquiuoca. Cum igitur principium generationis præcipuum, & terminus formalis præcipuus ſit eſſentia eadem, generatio eſt maximè vniuoca.

16\. 2.obiectio contra 2.rationē.

Sed obijcies; illud enim videtur eſſe præcipuum,quod dat ſpeciem;ſed eſſentia diuina in ratione principij non dat ſpeciem generationi, quia eadē eſt principium ſpirationis; ergo intellectus, qui dat ſpeciem generationi, vt proximum principium, eſt in ea præcipuum; à quo non dimanat proceſsio vniuoca, ſed æquiuoca.

Reſponſ.

Argumentum hoc leue eſt, & vanum;nam operatio, vt diximus lib. 1. ſumit ſpeciem à principio proximo, ſed forma ſubſtantialis eſt principium præcipuum, quod continet plures ſpecies potentiarum, & operationum, & ab eo æſtimatur operatio vniuoca: nam ſi per intellectum hominis gigneretur homo, generatio eſſet vniuoca. Itaque concedimus, quòd ad diſtinctionem ſpeciei præcipuum quod attenditur in operatione,eſt principium proximum. Sed ad hoc, vt actio dicatur æquiuoca,primum principium, & principalis terminus cōferenda ſunt: & ita, etſi generatio ſit de intellectu, quaſi de principio proximo non vniuoco; quia tamen eſt de eſſentia diuina, & ad eſſentiam terminatur, eſt proprijſsimè vniuoca proceſsio.

Ad diſtinctionem ſpecificā operationis præcipuum qđ attenditur,eſt principiū proximū: ad vniuocationē primum principium,& principalis terminus.

Confirmatio.

17\. Confirm.1.ex *Ariſtot. & S. Thoma*, docētibus omnem operationē habere ſpeciem, diſtinctionemque à termino.

QVòd diuinæ proceſsiones diſtinguātur penes terminos formales, confirmatur illâ ſententiâ Philoſophi, S. Thomâ conſentiente, quòd omnis operatio habet ſpeciem,diſtinctionemque à termino;ergo & diuinarum proceſsionū diſtinctio à terminis formalibus petenda eſt.Nititur etiam hæc ſententia com- A muni doctrinæ Theologorum diuinas proceſsiones per ſua principia, ſcilicèt per intellectum, & voluntatem diſtinguentium: quod facit etiam S. Thom. dum eas diſcernit ſecundum operationem intellectus, & voluntatis; & de potentia q. 10. non negat per ſua principia poſſe illas diſtingui;ergo & per terminos diſtingui conſentaneum eſt, quæ eſt antiqua opinio Ægidij Romani viri doctiſsimi in 1. d. 13. & eum ſequitur Frāciſcus à Chriſto.

Confirm.2.ex communi doctrina Theologorum diſtinguēte diuinas proceſsiones per ſua principia. *S. Thom.* *Ægid. Ro. Fr. à Chriſto*

CAPVT LXV.

B

Perſona procedens proprijſsimè accipit naturam, non perſonalitatem.

1\. Inſcriptionis pars 1. In diuina, & creata proceſſione perſona procedens propriè accipit naturam. *S. Anſelm.*

DE perſona diuina, vt eſt terminus proceſsionis diſputandum iam eſt: quoniam verò in hoc maximè conuenit proceſsio diuina cum creata, quòd hypoſtaſis, ſiue perſona procedens vtrobique accipit naturam, vt S. Anſelm. ait, hoc primum ſtatuendum eſt de diuina proceſsione.

2\. In diuina probatur.

Conſiderandum ergo eſt, quòd id aliquis dicitur propriè accepiſſe, quod C propriè habet ab alio: & quia omnia,quæ in hypoſtaſi ſunt, ſunt ipſius hypoſtaſis; ea ipſa eſt, quæ propriè habet, atque accipit;& illa ſola accipiuntur propriè, quæ ſunt in hypoſtaſi: hypoſtaſis ergo non accipitur,ſed accipit, ſi propriè loquendum ſit. Sed adhùc diſpiciendum eſt:an omnia, quæ in hypoſtaſi ſunt, accipiantur,& habeantur propriè? certum eſt autem in rebus creatis omnia accipi,& haberi ab hypoſtaſi præter proprietatem ſuam, de qua ſtatim diſſeremus; cætera enim ſunt formæ ab agente productæ, & D cōmunicatę;ſunt ergo acceptæ:id enim, quod communicatur,datur, & accipitur proprijſsimè: ſed tamen in Deo eſt vna ſimplex forma communicata, ſcilicèt Deitas, quæ eſt ipſa natura, & eſſentia diuina; ergo ea eſt,quæ proprijſsimè accipitur à perſona procedente, & datur ab ea,à qua procedit.Quod teſtatum eſt diuino eloquio, cum ſæpiùs in Euangelio legamus,& Filium, & Spiritum Sanctum accipere,& Patrem dare. Extat tamen locus apud Marium Victor. lib. 3. contra Arium his verbis, *Non enim Filius illi dedit,ſed ipſe,inquit,de meo habet*; ſed paulò ante dixerat, *Filius qui motus*

Hypoſtaſis nō accipitur, nec habetur, ſed ipſa accipit, & habet propriè loquendo.

Id quod communicatur, datur & accipitur proprijſsimè, vt Deitas.

Mar. Vict. locus mendoſus arguitur ex alijs eiuſdem verbis.

Digitized by Google

motus eſt, dedit omnia Spiritui Sancto. A eſt igitur mendoſa litera: neque video, quo ſenſu potuerit Marius negare Filiũ dediſſe Spiritui Sancto, cum fateatur illũ accepiſſe à Filio: non enim accepit, niſi à dante.

3. Aduert. *ex S. Thom.* Recipere propriè eſt in ſe accipere quaſi in ſubiecto.

Sed tamen notat S. Thom. aliud eſſe accipere, & aliud recipere, ſi nominum propria ſignificatio expendatur: recipere enim eſt in ſe accipere, quaſi in ſubiecto, quod eſt formæ receptaculum; in Deo autem nihil eſt, quod habeat modum ſubiecti, ſed formæ ſubſiſtẽtis abſque ſubiecto: perſona ergo diuina non recipit naturam, aut eſſe; ſed accipit, B quod eſt relatum ad dare.

4. *S. Athan.* ſumit accipere pro recipere.

Cũ igitur S. Athanaſ. lib. 1. ad Theophil. de Ariana, & Catholica confeſsione, ait hæreticos dicere, quòd Filius non habeat poteſtatem vllam, niſi quam à Patre acceperit; intelligendum eſt Arianos dicere Filium Dei accipere, quaſi creaturam, quod dicimus recipere. Et ideò S. Athanaſ. exponit ibidèm, Filium Dei ſecundum humanitatem accipere.

Itẽ S. Cyril.

Et eodem modo declarat S. Cyrill. lib. 4 Theſaur. ad finem Filium accipere vitam à Patre, ſcilicèt quatenùs homo eſt. C

Idẽ ſumit accipere pro cõmunicare. *Ioan. 16.*

Sed idem S. Cyrill. dialog. de Trinit. lib. 6. illud de Spiritu Sancto, *De meo accipiet*, de proceſsione ſubſtantiali euidẽtèr explicari debere ait.

5. Accipere accidit per operationem, vel paſsionem accipientis.

Obſeruandum verò eſt, quòd accipere duobus modis accidit: Primo ſcilicèt per operationem accipientis, vt eſt acceptio beneficiorum inter homines: ſecundo per paſsionẽ accipiẽtis, & ad hũc modum ſubiectum quoque accipit formam, non per actionem, ſed per paſsionem ipſius ſubiecti. Et hoc modo hypoſtaſis creata recipit formam accidentalem, quæ aduenit exiſtenti, & formam D ſubſtantialem ratione materiæ, in qua eſt generatio ſubſtãtialis.

Angelus propriè accipit naturã, non præexiſtente creatione paſsiua, ſed quia habet naturã à Deo cum nouitate exiſtendi. At Filius Dei accipit naturã per realẽ proceſsionem antecedẽtem ordine cognitionis, ac proindè per realem acceptionem.

Angelus verò non accipit hoc modo formam ſubſtantialem, quæ eſt ſubſiſtens, & non recipitur in materia, ſed creatur nulla præexiſtente paſsione, vt diximus; quia creatio paſsiua non antecedit rem creatam, vt dicemus lib. 4: diuina autem perſona procedit reali proceſsione antecedente noſtro modo intelligendi; & ita accipit naturam reali acceptione, ſcilicèt reali proceſsione, vt ſtatim explicabimus. Angelus autem accipit naturam, non aliqua emanatione reali; ſed duntaxat, quia natura, quam propriè habet, eſt à Deo, & habet illam à Deo cum nouitate exiſtendi, quod ſatis eſt vt propriè dicatur accipere; Filius verò Dei accipit ſine nouitate, ſed per realem proceſsionem antecedentem ordine cognitionis.

6. *S. Thom.*

Ad hæc etiam pertinet doctrina tradita à S. Thom. de Potent. q. 10. art. 1. ad 13 & 14. vbi notat duplicem indigentiã alicuius accipientis, vel quia is, qui accipit, priùs exiſtit, quàm accipiat; præexiſtit enim eo indigens, quod accipit, & ita accipit in ſubiecto, quod eſt recipere: vel quia, etſi non præexiſtat, id tamẽ quod accipit, non eſt ens neceſſarium, ſed quod indiget conſeruatione primi agentis; & hoc pacto angelus etſi non exiſtat, priùs quàm accipiat naturam, & exiſtentiam, quia tamen accipit vtrumque, non vt neceſſarium, accipit cum indigentia vt cõſeruetur à Deo. Eſt etiam imperfectio in angelo, quòd accipit eſſe poſt non eſſe; ſed hoc non eſt indigentia, quia antequàm ſit, neque indigens eſt. At verò in diuina perſona procedente, & accipiente, neque hæc imperfectio eſt, neque aliqua indigẽtia. Vndè equidèm probè illud eſt dictum à Mario Victor. lib. 1. contra Arium, de Filio Dei, ſemper plenitudo, & ſẽper receptaculũ eſt; ideò quia ſemper plenus eſt, & ſẽper accipit.

1. Indigentia accipiẽtis exiſtẽtis priùs re accepta.

2. Indigentia accipientis nõ præexiſtẽtis, ſed indigentis; vt ea reſconſeruetur à Deo.

3. imperfectio, accipiẽdi eſſe poſt non eſſe.

Hæc omnia à Deo abſunt. *Mar. Vict.*

7. *S. Cyrilli* ad hæreticorũ obiectionem, Reſponſio.

Doctiſsimè verò S. Cyrill. lib. 4. Theſaur. cap. 2. de hac re diſputat; obijciebãt enim hæretici Filium eſſe poſteriorem Patre, qui à Patre acciperet naturam. Reſpondet S. Cyrillus, ſicut Pater habet vitam in ſemetipſo, hoc eſt eſſentialitèr; ita & hoc dediſſe Filio, vt vitam habeat in ſemetipſo, ſcilicèt eſſentialitèr; non verò accipere vitam quaſi additamentum, hoc eſt quaſi ipſe non ſit vita, cum teſtetur de ſe ipſo, *Ego ſum vita*, & doctè quidèm loco eodem differit Patrem dediſſe Filio vitam, ſed non dediſſe non habenti; quia ipſe angelus, qui non recipit naturam in ſubiecto, tamen ex ſe eſt nihil, & non habens eſſe; & ita datur ei vita non habenti: Filius autem Dei non gignitur ex non ente, & ita non eſt prius non habere, quàm habere vitam à Patre. Et hoc idem eſt, quod S. Baſil. dicit in homilia de fide, quæ eſt 15. Filium accipere id ipſum, quod habet per naturam, quod S. Thom. q. 33. art. 3. ad 2. admonet eſſe in perſona diuina ſingulare, vt per naturam habeat id ipſum, quod accipit.

Pater dedit Filio vt vitã habeat in ſemet ipſo eſſentialitèr.

Ioan. c. 11. n. 25. & cap. 14. n. 6.

In Filio nõ eſt prius non habere, quàm habere vitam à Patre.

S. Baſilius cõſonat dicẽs Filiũ accipere id ipſũ, quod habet per naturam.

S. Thomas idem dicit.

Digitized by Google

Vnde colligit accipere eſſe analogum Deo & nobis.

Explicat alia verba *S. Baſilij.*

Hanc analogiam declarat *Idem.*

S. Auguſt.

Philo Iud. Moyſes Deus Pharaoni datus paſsiuè.

Filius Dei à Patre nihil paſſiuè recipit.

cipit. Vnde etiam colligit non eſse vniuocum accipere Deo, & nobis, ſed eſse analogum, vt cætera diuina attributa: & ita intelligendum eſse, quod ait S. Baſilius ibidèm, commune eſſe creaturæ, & Filio accipere, hoc eſt, commune analogum multùm diſpari ratione, non verò commune vniuocum: & q. 10. de potentia artic. 1. ad 7. accipere non eſt perfectio; ſed accipere Deitatem, perfectio eſt. Et in 1. d. 5. q. 2. art. 1. ad 2. concedit quidèm eum, qui accipit, non habere à ſe id, quod accipit. Sed non neceſse eſſe, vt priùs ſit non habens: quod verum eſt in diuina perſona: cum res cæteræ ex natura ſua priùs non habeant, quàm accipiant, quod idem docet q. 10. de potent. art. 1. ad 13. Sanctus quoque Auguſtinus libr. 3. contra Maxim. cap. 23. *Neque hauſit hic, inquit, quòd accipit; nec minuit ſe ille, quòd dedit: quia non habet immutabilitas, vnde deficiat: nec habet plenitudo, quo creſcat.* Vbi ait Filium accipientem non haurire, quaſi vas vacuum: & idcircò addidit plenitudinem non creſcere: quia Filius eſt plenitudo diuinitatis, ipſam plenitudinem accipiens, ſed nunquam vacuus hac ipſa, quòd accipiat, plenitudine. Philo etiam Iudæus lib. quòd deterior potiori inſidietur, obſeruauit Moyſem quidèm datum Deũ Pharaoni, ſed datum paſsiuè, id eſt, recipiẽdo à Deo poteſtatem: Deũ tamen paſsiuum non eſse: quare & ignarus fidei, rectè tamen conſentit Filiũ Dei, ſi quid accipit à Patre, non paſsiuè recipere.

8. Dubium.

Reſponſionis 1. mẽbrum. Hæc realis acceptio eſt ipſa proceſsio.

S. Hilar.

2. membr. differunt modo ſignificãdi

Accipere eſt ad ſe capere.

S. Thom.

Obiectio hinc orta cõtra tradita capitibus ſuperioribus.

Sed eſt dubiũ ex his ortũ: Quidnam ſit acceptio hæc realis in perſona procedẽte? Reſpõdetur, quòd eſt ipſa proceſsio; non enim meliùs definieris quid ſit procedere in Deo, niſi per hoc quod eſt naturam accipere. Vnde S. Hilar. lib. 9. de Trinit. ait acceptionẽ poteſtatis, ſignificationẽ eſſe natiuitatis: eſt tamẽ modus ſignificãdi diuerſus; nã accipere eſt, quaſi ad ſe capere, ſicut aſſumere eſt ad ſe ſumere, vt S. Thom. docet 3. p. ad ſe autẽ capere videtur indicare quandam antecedentiam, vt priùs intelligamus perſonam, quæ ad ſe accipit, quàm ipſam acceptionem. Hoc autem diſſentaneum eſt ijs quæ diximus, quòd proceſsio antecedat perſonam.

9. Solutio ex *S. Thom.*

Dicendũ tamẽ eſt, vt de creatione S. Thomas explicatũ nobis reliquit, quòd

Modus hic ſignificãdi ad ſe eſt ſolùm in intelligente.

Oſtenditur exemplo hypoſtaſis angelicæ accipientis, ſeu capientis ad ſe naturã priùs ipſa productam.

3. membrũ explicatur.

Non differũt vt relatio, & origo, ſcil. modo intelligẽdi afferẽte rationes formales diſtinctas: ſed afferẽte diſtinctionem rationis ratiocinãtis, vt actus, & perfectio.

2. reſponſ. melior.

Dare & accipere ſunt relationes rationis fũdatæ in producente, & producto.

A modus hic ſignificãdi, ad ſe, non eſt in re ipſa, ſed ſolũ in intelligẽte: & ita res ſignificata per hoc nomẽ, eſt proceſsio antecedẽs perſonã; modus autẽ ſignificãdi efficit, vt priùs perſonam intelligamus: exemplũ eſt: nam accipiẽs priùs intelligitur, quàm res ipſa accepta; eſt enim ad ſe accipiẽs, & tamẽ angeli hypoſtaſis accipit naturã, cum natura angelica priùs producatur, quàm hypoſtaſis: per hoc enim accipit naturã, quia per naturã producitur. Ita etiã Filius Dei, etiãſi nõ antecedat acceptionẽ, neq; naturã, accipit B tamen naturã p hoc ipſũ quòd procedit. Imò ipſa proceſsio eſt acceptio naturæ, diſtincta dũtaxat modo ſignificandi, qui nõ eſt in re cognita, ſed in intelligẽte tãtũmodò. Itaq; relatio, origoq; ſunt res ſuis rationibus formalibus diſtinctæ, & eo modo ſignificandi, quo rationes formales diſtinctas intelligimus: proceſsio verò & acceptio eſt eadẽmet ratio formalis, ſcil. diuina proceſsio, ſolo modo intelligẽdi diſtincta; qui modus nõ eſt in re cògnita, & poteſt dici diſtinctio rationis ratiocinãtis, ſiue cõcipiẽtis, quo etiã pacto differũt actus, & perfectio. C Vel poteſt etiã dici, quòd dare, & accipere ſunt relationes rationis, quæ fundãtur in producẽte, & producto; neque enim ſunt relationes diſtinctæ à relationibus producẽtis, & producti; ſed vel ſunt relationes rationis cõſequentes, vel eædem proceſſiones diuerſimodè cognitæ: placet autẽ magis eſſe relationes rationis additas.

10. *M r. Vict.* explicatur.

Hoc loco obſeruãdũ eſt Mariũ Vict. lib. 1. cõtra Ariũ dixiſſe, Patrẽ Filio dediſſe à ſua ſubſtãtia ſubſtantiam: quibus verbis nõ eſt intelligẽda diſtinctio realis inter ſubſtantiã, & ſubſtantiam; ſed quia D nomine dãdi ſignificatur origo, vt diximus, à ſua ſubſtantia ſignificat principiũ originis, & ſubſtantia data ſignificat terminum: eſt autẽ eadem ſubſtãtia principium, & terminus, id eſt, eadem natura.

11. Inſcriptionis pars 2.

Perſonalitas diuina propriè non accipitur.

Probatur.

Perſonalitas eſt incõmunicabilis.

Confirm.

Pater non dat proprietatem Filij, cum eã non habeat.

Quòd autẽ perſona diuina procedens non accipiat propriè perſonalitatẽ, probatur; quoniã res propriè accepta eſt res cõmunicata, atque ideò communis; proprietas autẽ perſonalis eſt incõmunicabilis; nõ eſt ergo cõmunicata; ergo neq; accepta propriè. Et cõfirmatur; id enim accipitur, quod datur; porrò autem id datur, quod eſt in dãte; nullus enim dat, qđ nõ habet; ergo cũ in Patre nõ ſit proprietas Filij, illa nõ datur, neq; accipitur.

Digitized by Google

12. Omnis res creata, imò relatio creata, habet in ſe aliquid perfectionis, quod à primo agente communicatur.

A Vt verò iſta adhùc magis explicemus, cogitandum eſt rem omnem abſolutam, cum ſit ad ſe ipſam, aliquid perfectionis cõtinere, vt re quauis rei adiectâ accreſcat perfectio: omnis ergo res creata, imò relatio creata, vt lib.3.dicemus, habet in ſe aliquid perfectionis, quod neceſſe eſt cõtineatur in virtute primi agẽtis; quod autem eſt in virtute agentis cõmunicatur. Quare nõ ſolùm natura creata, ſed ipſa hypoſtaſis creata præexiſtit in potentia creatoris, & eſt res communicata, quaſi quædam particula deprõpta ab infinita perfectione diuina: cũ ergo perſonalitas creata, quæ eſt quædam perfectio, ſit particula aliqua illius infinitæ perfectionis; communicatur à Deo, & datur, & quodammodò accipitur.

Ipſa perſonalitas creata eſt quædam perfectio à Deo data & quodã modò accepta ſeu participata à creatura.

13. In Deo natura eſt tota perfectio.

Sed in Deo, quia natura eſt tota perfectio; relatio verò non addit perfectionem; relatio Filij, & proprietas non continetur in natura Patris, quaſi perfectio diſtincta indè emanans, & à Patre communicata, & accepta; ſed duntaxàt eſt proprietas accipiẽtis. Et explicatur hoc; nam in Deo communicatio eſt per realem communitatem naturæ indiuiduæ; ita vt vna, eademque natura, totaque perfectio ſit communis danti, & accipiẽ- C ti: cum ergo filiatio non ſit cõmunis Patri, neque eo modo, quo effectus communicat cum cauſa, ſcilicèt vt præexiſtit in virtute cauſæ; nullo certè modo cõmunicatur Filio; ergo non datur, neq; accipitur, etiam ad eum modum, quo perſonam creatam poſſumus dicere eſſe cõmunicatam, vel participatam; quia eſt quędam perfectio à diuina perfectione deriuata.

Relatio Filij & proprietas non continetur in natura Patris quaſi perfectio diſtincta, & à Patre cõmunicata.

Filiatio nõ eſt communis Patri etiam vt effectus cauſæ, præexiſtendo ſcilicèt in virtute illius.

14. Opinio hic cauenda, quòd proprietas hypoſtaſis, v.c. filiatio, nec per accidens producitur cũ ipſa hypoſtaſi. Impugnatio.

Sed cauẽdum nobis eſt ab ea opinione, in quam ſe nonnulli præcipitant, vt affirment has proprietates hypoſtaſum, D neque per accidens produci cum ipſis hypoſtaſibus: verbi gratia, filiationem non eſſe rem productam in Filio, neque etiam per accidens. Quòd ſi obijcias conſequens effici, vt aliquid ſit in Filio perſonale, quod non ſit à Patre productum, ſcilicèt ipſam filiationem; & conſequi vt filiatio ſit à ſe, ſiquidèm non eſt ab alio. Reſpondent filiationem non eſſe à ſe, quia fluit ab eſſentia, ſiue à perſona in qua eſt.

Reſponſ.

15. Opinio hæc cenſetur apertè falſa, & non conſona fidei.

Sed iſta ſententia eſt incredibilis, & apertè falſa, cum non ſit conſona fidei Catholicę. Hoc autẽ quòd aimus, fluere, Verbum æquiuocum eſt: nam ſi de vero fluxu intelligatur, fluere eſt re ipſa ab alio deriuari, ſiue emanare, & fluxus eſt realis proceſsio; quo pacto nõ poteſt intelligi, quod filiatio fluat, hoc eſt, procedat, aut ab eſſentia, aut à Filio: quia res ſunt diſtinctæ ea quæ procedit, & ea à qua procedit; filiatio verò, neque à Filio, neque ab eſſentia eſt res diſtincta: quare neque ab iiſdem procedit, vt perſpicuũ eſt. Si verò dicamus eo modo filiationẽ fluere ab eſſentia, aut à Filio, quo relatio creata fluit à fundamento; etiam fluxus ille relationis creatæ realis eſt, vt B libr.3 dicemus, & relatio res eſt diſtincta à fundamento, ſaltèm ex natura rei. Non igitur eodem fluxu fluit filiatio ab eſſentia, aut à Filio. Quòd ſi noſtro duntaxàt intelligendi modo dicatur filiatio fluere ab eſſentia; hoc fluere non ſignificat realem proceſsionem, ſed modum intelligendi, quo vnum ab alio intelligitur ordine quodam, vt intellectionem diuinam intelligimus ab intellectu fluentem, vbi nulla eſt realis proceſsio. Hac autem ſignificatione, etſi filiatio fluat ab eſſentia, ſiue à Filio, tamen re ipſa non fluit ab ijs, & ſecundum iſtorum opinionem non fluit reali fluxu à Patre; ergo filiatio à ſe ipſa eſt: & cum perſona Filij, nihil ſit præter filiationem, & naturam, Filius à ſe eſt, ſiquidèm natura Filij à ſe eſt, cum ſit diuina eſſentia, & primum ens; & filiatio à ſe, vt illi volunt: ergo Filius à ſe eſt: Dicere autem Filium eſſe à ſe, hæreticum eſt; quare omnibus modis neceſſe eſt, vt producto Filio producatur filiatio, non per ſe, quia non ſignificatur, vt hypoſtaſis, ſed vt proprietas hypoſtaſis: quo fit, vt producta hypoſtaſi, producatur & proprietas illius, ſaltèm per accidens; aliàs filiatio eſt res improducta, & in genita, quod etiam eſt hæreticum; quia ingenitum eſt proprietas Patris. Nihil igitur eſt propriũ Filio, quod ſit ingenitum; filiatio ergo ſaltem per accidens eſt per generationẽ producta. Vndè colligẽdum eſt in Filio, & Spiritu Sancto ea non eſſe producta, quæ communia ſunt; producta enim per hoc ipſũ diſtinguuntur à producẽtibus; cõmunia autẽ ſicut nõ diſtinguũtur à producentibus; ita non producuntur, etiam per accidens, ſed ſolũ cõmunicantur: cõmunia autem

1. impugnationis reſponſ. refutatur.

Non fluit ab eſſentia, aut à Filio, vero fluxu, cum hic ſit realis proceſsio.

Nec illo fluxu quo relatio creata fluit à fundamento, cum hic ſit etiã realis proceſsio.

Si noſtro dũtaxat intelligendi modo fluit, re ipſa nõ fluit, ſed eſt à ſe.

Natura Filij eſt à ſe.

Dicere Filium eſſe à ſe, hæreticum eſt.

2. impugnatio Dicere filiationem eſſe rem improductã & ingenitã hæreticũ eſt, quia ingenitũ eſt proprietas Patris.

Corollar. In Deo communia, ſcil. eſſentialia, & ſpiratio actiua cõmunicãtur nõ producuntur

Digitized by Google

etiam per accidēs, ſicut nō diſtinguūtur à cōmunicātibus.

utem & ſunt eſſentialia; & præterea ſpiratio actiua, quæ eſt communis Patri, & Filio; & idcircò non producta, quia non diſtinguitur à Patre, ſed communicata, vt Theologi docent: filiatio autem, quæ eſt propria perſonæ productæ, neceſſe eſt omninò, vt ſimul cum perſona producatur, quod eſt comproduci, & per accidens produci.

Proprietas hypoſtaſis cōproducitur, ſeu per accidens producitur.

16. Confirmatur impugnatio.

Confirmatur noſtra ſententia: conſequens enim eſſet, vt in Deo poneremus rem aliquam diſtinctam à Patre, ſcilicèt filiationem, & eam rem non procedentē à Patre: ex quo vno conſequente facilè eſt colligere plurima alia conſequentia contra fidem Catholicam; eſſet enim res illa ingenita, & non eſſet Pater, neque Filius, neque Spiritus Sanctus; & eſſet ſine origine perſona quarta: nos verò negamus filiationē per ſe gigni, aut per ſe procedere, noſtro duntaxat modo intelligendi, cùm re ipſa filiatio ſit hypoſtaſis, & ſit ipſe Filius genitus; ſed quia ſignificatur vt proprietas hypoſtaſis, dicitur per accidens, ſiue per aliud, hoc eſt per hypoſtaſim producta, & genita; & ita catholicè confitemur non eſſe rem ingenitam, aut improductam. Quo eodē ſenſu interpretari poſſumus Bellarm. lib. 2. de Chriſto cap. 8. vbi docet proprietates, aut relationes perſonarum productarum non produci, ſcilicèt per ſe, quatenùs proprio conceptu proprietatum, & relationum apprehendūtur: cum re ipſa ſint res productæ, & per accidēs, hoc eſt ſimùl cum perſonis, quibus conueniunt, producantur.

Res illa ingenita eſſet ſine origine perſona quarta.

Filiatio non per ſe, ſed per accidēs gigni dicitur noſtro duntaxat modo intelligendi, quo ſignificatur vt proprietas hypoſtaſis: Re ipſa eſt ipſa hypoſtaſis, & Filius per ſe genitus.

Bellarmin. benignè explicatur.

17. Summarium 2. partis inſcriptionis.

Concludimus igitur filiationem non accipi à Patre, nec communicari Filio; quia quod accipitur, & communicatur, commune eſt; filiatio verò eſt omnibus modis incommunicabilis, vt docuimus: ſed filiatio, quæ non communicatur, producitur tamen, ſaltèm per accidens, vt comprobatum eſt.

CAPVT LXVI.

Per proceſsionē vnius appellationis vna duntaxàt perſona diuina procedit.

1. Quæ ſit proceſsio vnius appellationis.

PRoceſsionem vnius appellationis dicimus, ſiue vnius rationis formalis, inueſtigantes; an per generationem procedāt plures geniti pluribus generationibus, quæ eſsent eius appellationis; an

A etiam per ſpirationem plures Spiritus Sancti? De hac re videndus S. Thom. 1. p. q. 41. art. 6. & in 1. d. 7. q. 2. art. 2. & de pot. q. 2. art. 4.

S. Thom.

2. Pro aſſertione inſcriptionis 1. ratio.

Quòd vna proceſsio diuina terminetur ad vnā duntaxàt perſonam, ex perfectione ipſiuſmet proceſsionis vndequaque probatur: vnitas enim ad perfectionem annumeratur. Poteſt verò ex dictis anteà hæc veritas commonſtrari; quia potentia generantis Dei eſt infinita, & Pater generat non ex deliberatione, ſed natura: ergo quidquid poteſt generando communicare, communicat: nihil ergo ſupereſt, quòd generatione diſtincta poſſit communicare: ergo vna generatio eſt in Patre, qua vnus Filius gignitur. Et idē dicendum eſt de proceſsione Spiritus B Sancti. Item idcircò Doctores ſcholaſtici appellant Filium adæquatum terminum diuinæ generationis; quia non poteſt intelligi numerus in ratione eadem infiniti, vt quòd ſint duo corpora ex omni parte infinita, aut duo Dij, aut duo generantes, aut duo geniti infiniti: vtrūque enim eſset finitum extra terminos alterius, vel ſolùm alterum eſset infinitum cætera ſuâ infinitate complexum. Et idcircò S. Thom. q. 27. ar. 5. ad 3. doctè ait pertinere ad fœcunditatem diui- C næ naturæ, vt vnus in illa ſit filius, non plures filij. Et confirmatur, quia Filius Dei eſt de tota ſubſtantia genitus, vt diximus, non de parte; non ergo alius eſse filius poteſt, quaſi ſubſtantiam Patris inter ſe diſtribuētes: in creaturis enim re ipſâ diſsecatur pars genitoris, quæ ſit in genito; & rationis præciſione pars naturæ, vt non tota natura ſpeciei ſit in vno: ſed Filius Dei re ipſa gignitur de tota ſubſtantia; & ipſa natura non eſt partibilis cogitatione, quaſi ſpecies, ſed eſt omninò hæc vna, & eadē ſingularis; D ergo non poſsunt eſse filij duo de tota ſubſtantia genitoris in eadem omninò natura ſubſiſtentis. Benè autem poteſt eſse alia perſona, alio modo cōmunicationis, ſcil. ſpirata, vt ſuprà docuimus.

2. ratio ex dictis cap. 55. p. 2. n. 8.

3. ratio. Nō poteſt intelligi numerus in ratione eadem infiniti. Oſtenditur.

Illatio *S. Thomæ*. Pertinet ad fœcunditatē diuinæ naturæ, vt vnus tantū in illa ſit Filius.

Confirmatur.

Filius Dei re ipſa gignitur de tota ſubſtātia genitoris, quæ impartibilis eſt, etiam cogitatione quaſi ſpecies, & omninò ſingularis.

3. Confirmant ſi explicentur *Gerſon*, *S. Auguſt.*

Gerſon Cancellarius non eſse conueniens ait, vt in Deitatis natura plures ſint filij; quod videtur accepiſse à S. Auguſt. dum docet Filiū Dei non generare Filiū alterū; nō quia non potuit, ſed quia nō decuit; quod theorema ſuprà declaratū eſt. Pari ergo ratione non ſunt apud Patrem plures filij, quia conueniēs

Digitized by Google

Carthuſ.

Per non conueniens, non intelligūt nō vtile ad finē, ſeu non expediēs, ſed naturæ repugnans.

non erat, & idem videtur ſentire Dionyſ. Carthuſ. in 1. d. 13. q. 1. Sed hæc ſimili modo exponenda ſunt: quædam enim dicuntur non decere, aut non conuenire, ratione finis; quæ dicimus non expedire, non eſſe vtilia, aut honeſta; & hoc modo conuenientia non quadrat in diuinam originem, in qua non eſt finis: alio modo non conuenit, quod naturæ repugnat: & ita poſſumus hos auctores interpretari.

4. *Scoti* impugnationes 4. rationum *S. Thomæ.* Videatur *Rada cōt. 9.* 1. ratio ex vnitate operationis. Impugnatio.

Cæterùm, quia Ioannes Scotus conatur infirmare quatuor rationes, quibus S. Thom. 1. p. q. 41. ar. 6. veritatem iſtam oſtendit; eaſdem & explanandas, & tuēdas ſingulatim ſubijciemus. Prima eſt, Pater intelligit omnia vnico actu; ſed Verbum procedit per actū intellectus; ergo procedit Verbum vnum. Contra obijcit Scotus, quia in Deo eſt vnica operatio, quæ ſimul eſt intellectio, & dilectio; perſonæ autem procedentes ſunt duæ; non igitur ab vnitate operationis rectè petitur vnitas procedentis. Thomas Caiet. & Bartholomęus Torres hoc laborant, vt oſtendant à diſtinctione rationis poſſe duci realem diſtinctionem; & ita à bono, & vero, quæ ratione ſola ſunt diſtincta, intellectum, & voluntatem creatam reali diſtinctione ſpeciem ſuam habere; & ita etiam ab vnitate rationis formalis intelligēdi, poſſe deduci vnitatem realem Verbi procedētis. Sed tamen S. Tho. de potent. q. 10. ar. 2. iampridèm nos docuit realem diſtinctionē proceſsionum diuinarum non deſumi à diſtinctione rationis principiorum, vt iā docuimus: quare nec ab vnitate rationis formalis operationis vnitas realis termini videtur poſſe deſumi. Dicendum igitur eſt, quòd etſi ex diſtinctione rationis in operationibus, non deducatur realis diſtinctio proceſsionum; benè tamen ex vnitate rationis vnitas realis colligitur: nam realis diſtinctio eſt neceſſaria cauſa diſtinctionis rationis, nō verò diſtinctio rationis eſt cauſa diſtinctionis realis. Quòd ergo intellectus diuinus, & voluntas diſtinguantur ratione, nō infert realem diſtinctionem operationū, aut terminorum: contra verò diſtinctio realis terminorū indicat diſtinctionē rationis in operationibus, & principijs. Imò credidit Scotus colligi diſtinctionē ex parte rei inter intellectum, & volūtatem, eò quòd Deus Pater generet per intellectū,

1. reſponſio *Caiet.* *Torres.* Eſt conſona doctrinæ cap. 20. p. 2. n. 3.

Replica ex *S. Thom.* relato ibid. n. 4. Solutio tradita ibidem. Ex diſtinctione rationis in principijs, ſiue operationibus non infertur realis diſtinctio proceſsionum, ac terminorum, vt ex cauſa formali, aut vniuerſim cauſa, ſed vt ex indicio, & dūtaxat in tali materia. Tamen S. Doctor ex vna operatione quatenùs eſt vna etiā ſpecie, & ratione formali, benè colligit vniuerſim vnum terminum re ipſa, nō duos.

A & ſpiret per voluntatē. Rectè ergo colligitur, quòd ſi eſſent duo verba re ipſa diſtincta, eſſent duæ intellectiones ſaltē ratione formali diſtinctæ. Cum ergo in Deo intelligere ſit vnū, etiā ratione formali vnum; eſt & verbum vnum re ipſa, non duo: quia neceſſe eſſet, quòd ſaltem noſtro modo intelligendi per vnā intellectionē verbum vnū procederet, & per aliam aliud. Scotus verò exiſtimauit S. Thomā ex vna operatione, quatenùs eſt vna numero, arguere vnū terminū operationis; cum tamen in Deo cū vnitate naturę ſit ſimul diſtinctio numerica procedentiū. B Dicēdum etiā eſt, quòd forſan S. Thom. ab vnitate formali ad formalē argumētum ducit hoc modo: Eſt in Deo cognitio vna, ſapiētia vna; ergo & Verbū vnum vnitate quadā rationis formalis. Eodem ergo modo, ſicut ex eo, quòd in Deo ponimus vnā rationem formalem ſcientiæ, non eſſe plures ſcientias ſpecie colligimus; neque numero eſſe ſcientias plures: ita ex eo, quòd ponimus vnā rationem formalē Verbi, ponimus & Verbum numero vnum. Eādē enim ex cauſa repugnat eſſe plura verba diuinā, ſicut & deitates plures, & ſapiētias plures: C nam verba eſſe plura etiam repugnat ex vnitate naturæ, & intellectionis. Quarè firmiſsimum eſt hoc primum argumentum S. Thomę; rectè quippè dixit S. Anſelm. duos eſſe Deos, ſi duo eſſēt ingeniti, quia eſſent duo principia diſtincta: & ſanè ob eandem cauſam duo eſsent dij, ſi duo eſsent geniti; quia duę eſsent generationes ex duabus ſubſtantijs, nō ex eadem.

Scotus exiſtimauit S. Th. ex vna operatione, quatenꝰ vna numero, arguere vnum terminum

2. Reſponſio: Eam rationē procedere ab vnitate formali ſcientiæ, v. c. ad formalem Verbi, & ab hac ad numericam.

Verba eſſe plura repugnat ex vnitate naturæ, & intellectionis.

S. Anſelm.

5. 2. ratio ex hoc pronunciato, Natura eſt determinata ad vnum. Impugnatio.

Secunda ratio S. Thomę eſt, quoniam natura eſt determinata ad vnum; ſed proceſsio diuina eſt naturalis; ergo ad vnam perſonam terminatur. Opponit ſe Ioan. D Scotus, arguitq; S. Thomam dicens, naturam eſse determinatam ad vnum in ſpecie, ſcilicèt ad ſpeciem vnam, ſed nō ad vnum indiuiduum, cum homo naturā generet plures liberos. Quòd ergo proceſsio diuina ſit naturalis, comprobat ſolummodò procedentes eſse eiuſdem ſpeciei, & naturæ; non verò oſtendit non poſse eſse plures genitos in natura eadē.

6. Pro reſpōſ. explicatur illud pronūtiatum. *Ariſt.* *Auerroes.* Prior loquitur de vnitate formali ſecundum ſpeciem.

Obſeruandū eſt autē illud eſse Ariſt. pronunciatū 9. Metap. tex. 3. & 10. quòd natura terminatur ad vnū; qđ idē aſserit Auerroes 12. Metap. cōm. 44. ſed Ariſt. eo in loco videtur loqui de vnitate formali ſecundū ſpeciē; ait enim voluntatē eſſe

Digitized by Google

eſſe ad oppoſita, naturam verò ad vnum; oppoſita autem diſtinguũtur rationibus formalibus: eſt ergo voluntas ad ea, quæ etiam ſpecie, aut genere diſtinguuntur; natura autẽ ſemper ad ſimilia, vt liquet.

Poſterior de vnitate numerica.

Reſponſ.

Natura eſt determinata ad vtrumque, ſc. ad vnum in ſpecie, & numero.

Oſtenditur.

Diuiſio eſt nõ ens: vnde non expetitur ab agẽte per ſe, ſed accidit operationi ex diuiſione materię.

Declaratur exemplo.

Auerroes autẽ de vnitate numerica ſermonem facit; ait enim voluntatem eſse ad plura, naturam ad vnum. Dicendum eſt ergo, quòd agens ſuapte natura determinatum eſt ad vtrumque, ſcilicèt ad vnum in ſpecie, & in numero: nam agẽs expetit communicare formam, nõ verò diuidere formã; diuiſio enim eſt nõ ens: agẽs autẽ nõ expetit nõ ens, ſed ens; diuiſio ergo formę accidit operationi agẽtis per accidens ex diuiſione materię: & declaratur exẽplo, nã hic ignis generat hunc ignẽ; quòd autẽ hic ignis, & hic ignis, ſiue plures ignes generẽtur, accidit ex hoc, quòd ſunt plura ligna, quæ cõcipiunt ignẽ: volũtas autẽ eſt ad appoſita, & ad plura eã ob cauſam, quã Ariſt. ibidẽ indicat; quia volũtas ſequitur rationem, in qua inueniũtur plura ſimùl cognita, & oppoſita: operatio verò naturæ ſequitur formã, quæ eſt determinata in ſpecie, & numero. Cũ ergo in Deo nihil ſit per accidens; neque accidat diuiſio formæ ex diuiſione materię; cõſequens eſt, vt operatio naturalis ſit omninò determinata ad vnũ in ſpecie, & in numero: quę eſt cõcluſio deprõpta ex mente Ariſt. & Cõmentatoris. Et hoc idẽ dicendum eſt de proceſsione Sp. Sancti: nam, etſi non ſit per modũ naturæ, ſed per modũ voluntatis, eo tamen in ſenſu, quo explicatum eſt, ſpiratio eſt à voluntate, vt natura eſt, naturaliſque operatio eſt, quod anteà etiam docuimus.

Voluntas eſt ad oppoſita, & ad plura, quia ſequitur ratione. Operatio naturæ ſequitur formam.

Licèt ſpiratio ſit per modũ voluntatis eſt à volũtate, vt natura eſt, vt cap. 55. p. 1. n. 4 & 5.

7.

3. ratio eſt infinitas diuinæ filiationis.

Confirmatio S. *Athanaſij* cõſona primæ rationi nu. 2.

Quod perfectiſsimum eſt vnum eſt.

Impugnatio *Scot.*

Confirmatur impugnatio.

Tertia S. Doctoris ratio ea eſt, quòd filiatio diuina, quę eſt proprietas Filij, cũ ſit infinita, cõtinet totã rationẽ filiationis; non poteſt ergo inueniri in Deo alia filiatio infinita extra illã: & hoc cõfirmat S. Athan. lib. 1. cõtra Ariũ, vbi docet, idcircò, quia Pater eſt perfectus Pater, nõ aliũ Patrẽ poſſe in Deitate inueniri, ſed vnũ Patrẽ; quod enim perfectiſsimũ eſt, vnũ eſt. Intendit cõtra Ioan. Scot. argumentũ, quod lib. 1. refutatũ eſt, quòd ex ijs eſſet cõſequẽs, vt vnica eſſet perſona diuina, quæ cõtineret totã rationẽ perſonę. Quod etiã cõfirmat, quia Pater habet quidèm Deitatẽ, ſed non omni modo poſsibili, quia modo alio habet Deitatem Filius; quo Pater non habet. Similiter ergo duo filij, alio atque alio modo haberent eandem Deitatem.

A

Circa hoc argumentũ præter ea, quæ diximus lib. priori obſeruat argutiſsimè Tho. Caiet. naturã generis eſſe imperfectã; quia nõ cõtinet actu differẽtias ſpecierũ, quæ ſunt perfectiores: quare ſi fingamus colorẽ in genere ſubſiſtere abſq; ſubiecto, eſſet quid infinitũ, quia non eſſet determinatũ à ſubiecto; ſed non eſſet quid perfectũ in ſuo genere, quia nõ haberet perfectionẽ colorum in ſpecie: nõ enim ſimul eſſet ille color albedo, & nigredo: albedo verò ſubſiſtens, haberet ſimùl omnes gradus albedinis; quia nõ eſſent gradus illi à ſubiecto determinati.

8.

Pro reſponſione *Caietani*, pia notandũ.

Natura generis eſt imperfecta: vnde color licèt fingatur ſubſiſtẽs, ac proindè eſſet quid infinitũ non tamẽ eſſet perfectum in genere ſuo.

Secus de natura ſpeciei. v. c. albedine.

B

Perſonalitas ergo eſt quaſi genus, Paternitas quaſi ſpecies perſonalitatis: nõ ergò eſſet perfectio, quòd perſonalitas, quę eſt quaſi genus, in Deo ſubſiſteret; ſed Paternitas, quæ eſt quaſi ſpecies; igitur Paternitas abſq; ſubiecto habet rationem õnis Paternitatis; & hoc eius excellẽtiã, quàm maximè cõprobat, vt S. Tho. docet. Hæc tamẽ illud Scoti argumentum nõ ſatis refellunt; nam ſi eſſet vna perſonalitas in Deo, ea eſſet ſpecies, non genus: & ſicut modo ſunt tres perſonalitates ſub nomine analogo, quaſi generico; ita eſsent plures filiationes ſub analogo, quaſi generico.

Reſponſio.

Perſonalitas eſt quaſi genus.

Paternitas eſt ſubſiſtens, & quaſi ſpecies vnde eſt infinita habet rationẽ omnis Paternitatis.

Improbatur vt nõ ſatis ſoluens, cum impugnatio probet filiationẽ eſſe quaſi genus.

C

Reſpõdent tamẽ quòd perfectio relationis deſumitur à fũdamento; quare ſi eſſent filiationes duæ, eſſẽt generationes duæ ex duabus naturis, aut partibus naturæ, vt diximus: quare neutra filiatio eſſet perfecta, quia nõ cõtineret totã rationem filiationis, quę cõſtituta eſt in generatione perſonę vnius ex tota natura.

9.

Reſponſio plenè ſoluens ex cõfirmatione tradita n. 2.

10.

Ad confirm. impugnationis.

D

Quòd verò ait Patrẽ non habere Deitatẽ omni modo poſsibili, explicãdũ eſt; ſi etenim modũ appellat proprietatem perſonalem, verũ eſt, ſed ad rem nõ eſt: ſi verò modũ dicat, quo ſcilicèt Pater eſt habens Deitatem, vt ipſe ſit Deitas, & Deus, falſum eſt alium modum poſsibilẽ eſse, niſi eum, quo Pater Deitatẽ habet. Quòd ſi eſſent duo filij, alio modo reali eſset generatio vnius, & alterius: nam de eadẽ natura modo eodem vnus duntaxàt filius potuit gigni.

Pater eſt habens Deitatem õni modo poſſibili quo eſt habens Deitatem, vt ipſe ſit Deitas & Deus.

Si eſſent duo filij alio modo reali eſſet generatio vnius, & alterius.

Vltimum argumentũ S. Doctoris eſt, quod repetit q. 2. de potẽt. art. 4. Forma eiuſdem ſpeciei nõ multiplicatur, niſi in materia; ſed filiatio eſt forma, quaſi ſpeciei; ergo in Deo, in quo nõ eſt materia,

11.

4. ratio, ex immultiplicitate formæ eiuſdẽ ſpeciei extra materiam.

Digitized by Google

Impugnatio *ex Scoto, & Aureolo*, de formis inhærẽtibus eiuſdem ſpeciei in eodẽ ſubiecto multiplicatis. Item de pluribus angelis in eadem ſpecie.

nõ poteſt multiplicari. Contra arguunt Ioan.Scotus,& Aureolus:formę quippè inhærentes inueniuntur in eodem ſubiecto ſolo numero diſtinctę,vt plura lumina in eodem aere; & plures ſpecies viſibiles in eodem ſẽſu;& plures intellectiones ſimul in eodem intellectu; & plures paternitates in eodem homine: Deniq; plures angeli remotâ materiâ in ſpecie eadem.

12. Reſponſio.

Mar. Vict. explicatur.

Res hæc poſtulat lõgiorẽ diſputationem ad Metaphyſicũ pertinentem, quã lib.4.ſuſcipiemus cõmodiùs. Marius Victor.lib.3.cõtra Ariũ ait Filium vt Filiũ eſse vnũ, vel vnicũ; Verbũ autẽ geminũ: quia credit nomine Verbi intelligi duo attributa,ſcil.vitã,&cognitionẽ,nomine Filij ſolã ſubſtantiã: eadẽ tñ perſona eſt Filius, & Verbũ, vt ex ipſo loco colligitur,& ex alijs libris illius contra Arium.

Refellitur hæreſis Valentini.

13. Hæreſis Valẽtini de 30.æonibus.

HOc autem loco refellenda eſſet hęreſis Valentini,qui proceſsionem diuinã per coniugationes plures dilatat, mares,& fœminas inducẽs:ponitq; Deũ primum, quem appellat primum Æonẽ, hoc eſt ſæculum, eundemq; Proarchen, id eſt,ante principiũ , & Propatora, ſcil. Patre priorẽ, & Bythõn, videlicèt profũditatem nominat:cum ipſo autẽ fuiſse Ennæan, hoc eſt,cogitationem, quã etiã appellat Charin,id eſt,gratiã,&Sigen. Et Ennæan cõcepiſse ab Æone, & liberos duos edidiſse,maſculũ,&fœminam,ſcil. Nun,id eſt,mentẽ,quam vnigenitũ quoque vocat,& Alethian,id eſt, veritatem. Ad hunc modũ ſubijcit plures alias cõiugationes diuinæ generationis, vſq; ad numerũ trigenariũ , binis ſemper editis mare,& fœmina;generationem verò defeciſse edito ſolo mare, quem & terminũ vocat;vel fortè edita fœmina,vt vult S. Irenæus, & ab hac vltima prole Chriſtum, & Spiritum Sanctum procreatos. Quarum rerũ ſtudioſa narratio memorię prodita eſt à Theodoreto lib. 1. Hæreticarum fabularũ, & à S.Epiphanio hęreſi 31.& lib.hæret.fabul.cap.de Valentino, & à S.Irenæo lib.1.aduerſus hæreſes, c. 1.fuſiſsimè,à quo per libros plures refutatur hæreſis iſta, & à Tertullian. lib.de præſcriptionib.aduerſus hęreticos c.49. Meminit etiam hoc S.Hilarius lib.6.de Trinit.& Auguſt.lib.de hæreſib.cap.11.

Ponit primũ æone quẽ pro arhẽ, Protora, ſeu Bythõ dicit,& conſortem eius Ennæan,quã charin ,ſeu ſigen vocat. Deindè ponit primũpartum Nun,maſculũ & Alethian fœminam , & ſic ſecundum partum,&c.

S.Irenæus. *Theodoret.* *S. Epiphan.* *S.Irenæus.* *Tertul.* *S.Hilar.* *S.Auguſt.*

A & Clem.Alex. lib.4. ſtrom. & S. Cyrill. Alex.lib.Catheceſ. c.6.diffuſè,& Theophraſtus lib.de hæreſib. & Tertul.lib.de præſcript. aduerſus hæreticos. Baſilides etiã,quem cõmemorat Theophraſtus,ſimilem conſuit hæreſim, ſcilicet quòd de Deo natus ſit intellectus , de intellectu verbũ , de verbo ſenſus, de ſenſu, & virtute ſapiẽtia,de virtute, & ſapiẽtia principatus,& poteſtates, & quidam angeli. Nicolaus etiã,quem idem Theophraſtus ait ſeptimũ fuiſſe de diaconis electis ab Apoſtolis de multis æonibus,& generationibus hæreſim prædicauit. Poſt hos Ptolemæus,& Secũdus,qui poſuit æones infinitos , eodem Theophraſto teſte , & adhùc alius Heracleon fuit Valentino

Clem.Alex. *S. Cyrill.* *Theophraſt.* *Tertul.* Similem hæreſim conſuerunt Baſilides.

Nicolaus de multis æonib.

Ptolemæus. Secũdus de infinitis æonibus. Heracleon.

B ſimilis,vt Tertull.narrat libr.eodem.

14. Hæreſim iſtã eſſe Arianam oſtenditur.

Sed iſthæc deliramẽta ſũt indigna,quę argumentis refellantur ; & ſanè videtur fuiſſe hæreſis Ariana in eo,quòd Chriſtũ, & Spiritum Sanctũ poſt multos æones, hoc eſt,ſæcula procreatos dicit, quaſi in tẽpore creatos:& à Sabelliana non multùm abhorret, quia videtur ponere proceſsiones non reales,ſed myſticas,& rationis duntaxat;nam & mens,& veritas, qui dicitur partus primus,in Deo eſt ſine proceſsione:maximè cũ hic auctor fabulæ ſequatur Platonem, qui(vt æquum eſt credere)in Deo nõ poſuit proceſsionẽ, niſi rationis. In eo autẽ,quòd meditatur mares,& fœminas,etiã in ſenſu ſpirituali, videtur aſcribere Deo paſsiuum principiũ,quod eſt maximè imperfectũ. Deniq; id quod eſt magis ad rẽ,dum numerũ proceſsionũ dilatat, nõ poteſt numerum claudere ratione aliqua;ſed caſu quodã fortuito, & turpiſsimo,ait ſeriem generationis fuiſſe definitã. Eſt enim argumẽtum firmiſsimũ,quòd ſi in Deo eſſent plures filij,eſſent infiniti;cũ potẽtia infinita ſit , & generatio naturalis , quæ

Item eſſe ferè Sabellianam, oſtenditur.

C Secundò. Valentinus ſequutus Platonem.

1.refutatio huius hęreſis.

2.refutatio magis ad rem.

Si in Deo eſſet plures filij ; eſſent infiniti.

D vergeret in numerum infinitũ. Ideòque iſte veterator oppoſuit terminũ, vt generationis ſeriẽ definiret. Prætereà Valẽtinus ponebat ſobolem diuinã,nõ ſola proprietate perſonali diſtinctã , ſed etiã ſubſtantiã differentẽ: aliã enim nũcupabat mentẽ,aliam veritatem, aliam vitã; quæ ſi ſint re ipſa diſtincta in Deo,nõ ſola ratione diſtinguẽda eſſent,ſed eſsẽtiã, & ſubſtãtiã . Denique Valent.apertè aſſerit hos filios,& nepotes pluribus ęonibus,id eſt,ſæculis natos;quare abſq; dubio excludẽdi ſunt ab æterna ſubſtãtia;

Valentini malitia de termino. 3. refutatio. Æones diuiſi ſubſtantia.

4.refutatio. Æones temporales,non æterni.

neque

Digitized by Google

neq; enim in ſubſtãtia diuina poteſt naſci aliquid in tẽpore, vt diximus; nõ ergo ſunt filij per naturã. Quòd autem ponit Ennæan conſortem primi Æonis, duo principia conſtituit, quorũ vnum non ſit ab alio; quod eſt aſſerere deorũ binariũ; præterquã quòd ponit alterũ Deũ actiuum, alterum paſsiuũ vt fœminam. Cõnexuit ergo hic deluſor fabulas, quibus ſtupidum vulgi animum admiratione quadam rerum nõ intelligibilium deluderet; quem falſè irridet S. Gregorius Nazianzen. oratione 5. Theologa, quòd Deum hermaphroditum coleret, hoc eſt, ſimùl marem & fœminam.

5. refutatio. Valentinus bidita.

Illius fraus.

Nazianz. ait Valentini Deum hermaphroditum.

Confirmatio.

15. TEſtantur autẽ Sacræ literæ vnicũ Dei Filiũ eſſe, quem vnigenitũ ſæpiùs legimus; de ipſoq; Spiritu Sancto nõ minùs apertè aſſeritur, quòd ſit perſona vna: cũ de vno ſæpius ſermo ſit. Idemq; ab Eccleſia definitum in ſymbolo canimus. *Vnus Filius, nõ tres Filij; vnus Spiritus Sanctus, nõ tres Sp. Sãcti.*

Symbolum S. Athanaſ.

CAPVT LXVII.

Spiritus Sanctus procedit vt amor, & vt amans, & vt amatum.

1. EXplicatis terminis diuinarum proceſsionum operæpretium erit rei definitæ accommodare ſermonem.

2. Obſeruandum igitur eſt cum S. Thoma 3. p. q. 16. art. 8. quòd nota reduplicans, quę cauſam indicat, aliquando indicat totum id, cui apponitur; aliquando partẽ. Cũ dicimus, homo quatenùs homo, eſt rationalis; verum eſt aſſertum ſecundum partem hominis, ſcilicet ſecundũ animã; cum autẽ dicimus, homo vt homo, eſt animal rationale, nõ partẽ, ſed totum reduplicatio cõmonſtrat. Et quia terminus formalis eſt pars termini ad quẽ; dictio reduplicans aliquando deſignat terminũ formalẽ, vt partẽ; aliquando terminũ ad quem, vt totum.

1. Aduert. ex *S. Thom.* Notà reduplicante, quæ cauſã indicat, aliquãdo indicatur totũ id cui apponitur: Aliquãdo pars

Terminus formalis deſignatur vt pars: Terminus ad quem vt totũ.

3. Aduertendum etiam eſt, quòd cũ terminus formalis ſit, quaſi forma termini ad quem, iſte eſt quaſi materia; calefactio enim terminatur ad corpus calidũ, quod eſt quaſi materia caloris; ad calorẽ verò terminatur vt ad formã: eodẽ modo diuina proceſsio terminatur ad per-

2. aduert.

Generatiò terminatur ad perſonã Filij quaſi ad termi-

A ſonã diuinã, quaſi ad terminũ materialẽ; ad eſſentiã verò, tãquã ad terminũ formalẽ: & ſingulatim generatio terminatur ad eſſe intelligibile, & ſpiratio ad eſſe diligibile, ſiue illud ſit reale, ſiue ſit eſſẽtia additã relatione rationis; quia per hos terminos formales diſtinguuntur, vt docuimus.

nũ materialẽ: ad Deitatẽ quaſi ad formalẽ præcipuũ: Ad eſſe intelligibile, quaſi ad formalem ſpecificatem.

4. Ex his colligimus, quòd omnia quę cõtinentur in perſona procedente, poſsũt indicari notâ reduplicationis, diuerſis modis. Cũ dicimus, Sp. Sãctus procedit vt Deus, indicatur terminus formalis præcipuus, qui eſt Deitas, ſiue eſſentia diuina: cum verò dicimus, Sp. Sanctus

Colliguntur modi quibus omnia perſonæ procedentis indicãtur nota redupl.

B procedit vt ratio diligibilis, indicatur terminus formalis ſpecificãs ipſam proceſsionẽ, vt docuimus. Cũ verò dicitur, Sp. Sanctus procedit vt amor, totus terminus indicatur, ſcilicet formalis ſpecificans, & ipſe terminus ad quẽ; quia diuinus Amor per dilectionem procedens ſignificat vtrumque, & perſonam procedentẽ, quæ eſt terminus ad quẽ, & rationem diligibilis, quę eſt terminus formalis: Sicut Verbum ſignificat & perſonã ad quã terminatur generatio, & eſſe intelligibile à quo eadẽ ſpecificatur. Deniq; ſi dicamus, Sp. Sanctus procedit vt

1. de termino formali præcipuo. 2. de formali ſpecificante. 3. de toto termino, ſcilicet, de formali ſpecificante, & ad quẽ, ſeu materiali.

Amor ſignificat vtrumque, ſicut & Verbũ.

C ſapiẽs, vt iuſtus, nõ indicatur terminus formalis proceſsionis, ſed quaſi materialis; quia enim diuina perſona in ſua eſſentia omnia attributa continet, omnia hæc pertinẽt ad proceſsionem, tanquam terminus materialis, non tanquã terminus formalis. Vel etiam poteſt dici, quòd in his non eſt ſenſus reduplicatiuus, qui cauſam indicat, ſed ſpecificatiuus duntaxat; quæ reduplicatio nihil aliud præſtat, quã vt rem ipſam clariùs exprimat; v. g. Spiritus Sanctus procedit vt iuſtus, quia ipſe, qui procedit,

Attributa accõmodantur diuinæ proceſsioni vt cõtenta in perſona, quæ eſt terminus materialis. Oſtenditur.

Vel etiã vt cõtenta in eſſentia, in ſenſu ſpecificatiuo, de quo li. 1. cap. 33. p. 1. n. 14 Declaratur.

D eſſentialitèr iuſtus eſt; quæ verba non declarant terminum formalem proceſsionis.

5. Hæc autẽ, quæ dicta ſunt, dilucidiùs explicata erũt, ſi vtamur nominibus ſingularũ proceſsionũ: nam proceſsio diuina eſt quaſi genus, cuius terminus formalis eſt eſſentia: at verò generatio habet terminum formalem eſſe intelligibile, ſpiratio autem eſſe diligibile; quo fit, vt hæc propoſitio falſa ſit: Filius ex ratione ſpeciali generationis procedit vt iuſtus, quia tunc indicatur terminus formalis, vt ſpecificans generationem.

Collectionis declaratio. Proceſsionis quaſi in genere terminus formalis eſt eſſentia. De proceſsionibus ſingulatim: Hæ ſunt veræ Filius ex ſpeciali ratione generationis,

Digitized by Google

non procedit vt iuſtus, ſed procedit vt Verbũ, vt forma intelligibilis; item vt Filius.

Hæc autem vera ſunt enunciata: Filius ex propria ratione generationis procedit vt Verbũ, & non procedit vt iuſtus; & procedit vt forma intelligibilis; tunc enim indicamus terminũ formalẽ ſpecificantem: procedit etiã vt Filius, quia ipſa perſona diuina cogitando præciſa dat etiam ſpeciẽ quodammodò proceſſioni, vt docuimus. Cætera attributa proceſsioni diuinæ accõmodantur, vel vt contenta in perſona, quæ eſt terminus materialis; vel etiam vt contenta in eſſentia in ſenſu ſpecificatiuo, non reduplicatiuo, vt dictum eſt.

6\. Hæc, Filius procedit vt Deus, abſolutè concedenda.

Aduertendum tamen eſt, quòd hæc propoſitio, Filius procedit vt Deus, abſolutè concedenda eſt, quia ſignificatur, quòd terminus formalis proceſsionis eſt Deitas; reduplicatio enim in prædicato cadit ſupra formam, vt docet S. Thom. Sed hæc altera, Filius vt Deus eſt, procedit, vt reduplicatio ſit in ſubiecto, diſtinguenda eſt; ſi enim reduplicatio cadat ſupra totum terminum vera eſt propoſitio: nam Filius vt Deus, eſt ſimùl & Deus, & Filius, ac ſi dicas clariùs, Filius vt Deus Filius, procedit; quod verũ eſt. Si verò reduplicatio cadat ſupra formam, adhuc eſt vera propoſitio; quia Deitas eſt principium proceſsionis formale; quare etiam in hoc ſenſu, Filius vt Deus procedit. Si verò hæc reduplicatio cadens ſupra formam, indicet adæquatam rationem proceſſionis, falſa eſt propoſitio: ſignificatur enim quòd Deitas, in quocunque inueniatur, ſit ratio procedendi, ſiquidem ſit ratio adæquata; ſi enim vt Deus procedit, quidquid Deus eſt, procedit. Pater ergo, qui eſt Deus, procedit, quod eſt hæreticum. Studium enim diligentiſsimum eſt rebus his, ac loquutionibus adhibendũ, ne in verbis deceptio accidat.

Hæc, Filius vt Deus eſt, procedit; vera eſt, ſi reduplicatio cadat ſupra totum terminũ.

Itẽ ſi cadat ſupra formã, id eſt, Deitatem.

Falſa eſt, ſi reduplicatio cadens ſupra formã indicet adæquatam rationẽ proceſsionis. Oſtenditur.

7\. 1. Aſſertũ conſectarium pro inſcriptione. 2. aſſertum eſt inſcriptionis 1. pars, oſtenditur.

Ex his iam liquet, quòd Spiritus Sanctus propriè, & formaliter procedat, vt Deus. Quòd verò procedat vt Amor; certò etiã credimus: Amor enim, vt eſt nomen Sp. Sancti, non ſignificat dilectionẽ, quæ eſt operatio eſſentialis, ſed terminum eius productũ, vt initio iſtius libri diximus: & ita dicendo, Sp. Sanctus procedit vt Amor, vterq; terminus proceſsionis explicatur; ſicut & de Verbo diximus.

8\. 3. aſſertũ pro 2. parte. In ſenſu ſpecificatiuo duntaxat, Sp. Sanctus procedit vt ſapiens, imo vt ſapiẽtia Patris, & Filij. Probatur.

Colligitur etiam, quòd in ſenſu non reduplicatiuo, ſed ſpecificatiuo, Spiritus Sanctus procedit, vt iuſtus, vt ſapiens, imò vt ipſa ſapientia; quia ſapiẽtia non eſt terminus formalis diuinæ generationis: & ſimiliter Filius procedit, vt charitas, hoc eſt, vt eſſentialis dilectio; hæc enim omnia attributa cõmunia ſunt vtrique proceſsioni. Quod cõfirmatur Patrum dictis frequentibus, S. Ioann. Damaſc. lib. 1. fidei orthod. c. [illegible] vocat Filium potentiam Patris. S. verò Anſelm. Monolog. cap. 56. verbis expreſsis hoc docet, dum ait, ita Spiritum Sanctum poſſe dici Sapientiam, & virtutem Patris, & Filij, ſicut & Filius dicitur ſapientia, & virtus Patris: dum autem dicitur ſapientia Patris, ſignificatur proceſsio à Patre: & Filius ergo, & Spiritus Sanctus procedit, vt ſapientia, & vt virtus, & vt charitas Patris; ſicut vterque procedit, vt Deus. Ita etiam S. Athanaſ. ad Theophil. lib. 1. Filium vocat ſapientiam Patris, & voluntatem Patris: *Quoniam* (inquit) *Filius, qui eſt ſapientia Patris, ipſe eſt & voluntas Patris.* Procedit ergo Filius, nõ ſolùm vt ſapientia, quod pertinet ad intellectum, ſed etiam vt voluntas. Et inſtar harum inueniuntur ſimiles ſententiæ apud Patres. Et S. Thom. q. 10. de potent. art. 2. ait Filium poſſe dici volũtatem genitã, ſicut ſapientiam genitam: quare & Spiritus Sanctus dicetur ſapiẽtia ſpirata.

Confirmant. *Damaſcen.* *S. Anſelm.* *S. Athanaſ.*

Ex S. Tho. Sp. Sanctus poteſt dici ſapiẽtia ſpirata.

9\. Nomen ſapiẽtiæ vt & charitatis eſt ſignificatione commune, accommodatione proprium. *S. Auguſt.*

Verum eſt, quòd nomen ſapientiæ accommodatur Filio, & nomen charitatis Spiritui Sancto; & ita nomen commune per accommodationem fit proprium: qua ſignificatione non dicimus Spiritum Sanctũ procedere, vt ſapientiam. Et hoc docuit S. Auguſt. de Trinitate cap. 7. nam Filium ait ſapientiam propriè, & Spiritum Sanctum propriè charitatem; cum tamẽ nomen vtrumq; ſit commune Trinitati: eſt enim ſignificatione commune, accommodatione proprium.

10 Explicatu dictũ *S. Tho.* In ſenſu ſpecificatiuo duntaxat Filius Dei procedit vt intelligens, ſicut & diligens. Ratio. *Molina* deceptus.

Sed adhuc explicandum eſt S. Thomæ proloquium 1. p. q. 34. art. 2. quòd Filius Dei procedit, vt Verbum intelligens: nam quòd Filius procedat, vt intelligens, in ſenſu ſpecificatiuo accipiẽdum eſt; neque potiùs vt intelligens, quàm vt diligens procedit: cùm operatio Filij non ſit terminus formalis diuinæ proceſsionis. Qua in re viri alias docti decepti ſunt; Pater enim generat,

quatenus

Declaratur ratio explicationis ex n 5.

quatenus eſt intelligens, quia eius intellectio eſt operatio notionalis, vt docuimus; ſed Filius non generatur ex propria ratione generationis vt intelligẽs, ſed vt intelligibile, ſcilicet, ut Verbum.

S. Thomas dixit Filium Dei procedere vt Verbum intelligens, vt ſignificaret Filium Dei eſſe Verbum ſubſiſtens.

At verò S. Thom. vt ſignificaret Filium Dei eſſe Verbum ſubſiſtens, quod etiam per ſe intelligit, dicit procedere vt Verbum intelligens: primum pertinet ad terminum formalem, ſcilicet quod procedat vt Verbum. Quod autem procedat vt intelligens, pertinet ad materialem terminum, ſcilicet ad Verbum, vt eſt perſona ſubſiſtens, & operans. Et eodem modo Spiritus Sanctus procedit vt Amor amans.

11.

Pro 3. parte inſcriptionis, Recolitur 1. doctrina c. 1. p. 1. n. 3 & c 4. p. 6. n. 1. 4. & 9.

Sed quæritur vtrum procedat etiam vt amor amatus? Ad hoc intelligendum recolenda ſunt, quæ diximus in exordio libri iſtius: primùm eſſe intellectũ, aut dilectum ſunt relationes rationis; ſed verbum dicitur res intellecta, quia res

A in verbo intelligitur; & amor dicitur res dilecta; quia amore diligimus: qua ſignificatione Spiritus Sanctus procedit vt res amat, ſcilicet, vt amor. Quòd ſi Verbum eſt id, quod poſuimus, quòd ſcilicet eſſentia diuina, vt eſt per ſe primò intellecta, eſt quidpiam reale, & attributum Deitatis; & eodem modo, vt eſt per ſe primò dilecta: proculdubio quòd Spiritus Sanctus procedat vt dilectus, ſcilicet, vt per ſe primò dilectus, ſignificat terminum formalẽ proceſsionis ſpecificum. Et idem eſt, ac ſi dicamus, procedit vt amor, procedit vt pri-

B mum diligibile, ſiue dilectum: quę omnia eodem loco declarata ſunt. Quòd igitur Spiritus Sanctus procedat vt diligens, non poteſt explicari in ſenſu reduplicatiuo; ſed benè quidem, quòd procedat vt dilectum, ſiue vt dilectus ſecundum eſſentiã. Et hæc ſint ſatis.

c. 13 n. 6, & cap. 46. n. 18.

Recolitur 2. probabilis ſententia de qua c. 14. p. 2. n. 5. & p. 3. n. 14. & c. 15. n. 12. 16. & c. 28. n. 19.

Iuxta eã ſent. in ſẽſu redupl. Sp. Sãctus procedit vt dilectus; ſignificatur enim terminus formalis ſpecificus proceſsionis.

Non ſic explicatur hæc, Sp. Sanctus procedit vt diligẽs.

Finis libri ſecundi.

LIB. III.

Digitized by Google

LIBER III.
DE RELATIONE SPIRITVS SANCTI.

CAPVT PRIMVM.

In rebus creatis quædam ſunt relationes reales.

DISPVTATVRI de diuinis relationibus, de ijs quæ ſunt in rebus creatis primò diſſeruimus, vt ab iſtis gradum faciamus ad diuinas, ordine ipſo diſputationis diuinis relationibus accommodato. Capitis huius duæ ſunt partes.

Prior pars. *De relationum diſtributione.*

Poſterior pars. *Sunt in natura rerum relationes reales.*

PARS PRIOR.

De relatorum, & relationum diſtributione.

1. 1. diuiſio relatorum in relata ſecundũ dici, & relata ſecundum eſſe.

RElata quædam ſunt ſecundum dici, quædam ſecundum eſſe. Relata ſecundum dici ea ſunt, quæ ad aliud dicuntur: at verò relata ſecundum eſſe ſunt, quæ non ſolùm dicuntur ad aliud, ſed ſunt quoq; ad aliud. Cum ergo hæc, & illa relata ad aliud dicantur, vt ponamus inter ea diſcrimen, neceſſe eſt priorum relatorum definitionem ſic explicare; quòd relata ſecũdum dici ad aliud dicantur duntaxat, non autem ſint ad aliud: relata autem ſecundum eſſe non ſolùm ad aliud dicuntur, ſed maximè ſunt ad aliud. Quæ diuiſio relatorum ex Ariſtotele colligitur cap. ad aliud.

Inter hæc diſcrimen.

Ariſtot.

2. In poſterioribus ipſa relatio eſt forma ſignificata per nomen.

Ex quibus conſequitur, quòd in relatis ſecundum eſſe ipſa relatio eſt forma ſignificata per nomẽ, vt genus, ſpecies, Pater, ſimilis: ſingula quippè ſignificant

A relationes, quibus relata ad aliud ſunt. In relatis autem ſecundum dici forma ſignificata per nomen eſt abſoluta; ſed dicitur ad aliud, propter relationem coniunctam; vt ſcientia, quę eſt qualitas in mente ſecundum hoc nomen, dicitur ad ſcibile propter relationem adiunctã, qua reſpicit ipſum ſcibile.

In prioribus, forma abſoluta, ſed dicitur ad aliud propter relationem coniunctã.

3. *Heruæ.* credidit relata ſecũdũ dici ea eſſe, quæ referũtur relatione rationis, non reali.

Heruæus quodlib. 3. q. 4. credidit relata ſecundum dici eſſe ea, quæ referuntur relatione rationis, non reali; quod confirmat ex Auicenna 3. Metaphyſic. dicente, ea relata eſſe mente cõcepta. Sed fallitur maximè, quoniam in

Auicen. Refellitur *Heruæus.*

B hac diſtinctione prima relatorum non illud æſtimamus, ſitne relatio realis, aut rationis: ſed vtrumne relatio ſit res ſignificata per nomen? quare genus, & ſpeciem numeramus inter relata ſecundũ eſſe, cum relationes ſignificatæ ſint intentiones ſecundæ. Et ipſa vniuerſalitas, quæ eſt relatio rationis, eſt relatum ſecundum dici ad vniuerſale; quia eſt vniuerſalis vniuerſalitas, ſicut albi albedo. Et contrario modo ſcientia eſt relatum ſecundum dici, etſi relatio eius ad ſcibile ſit realis; quia non ſignificatur illa relatio per hoc nomen ſcientia.

Genus, & ſpecies ſunt relata ſecũdũ eſſe.

Vniuerſalitas ipſa eſt relatũ ſecundum dici ad vniuerſale.

Item ſcientia ad ſcibile.

C Quod obſeruat S. Thom. in 1. d. 30. q. 1. art. 3. ad 4. Et q. 7. de potent. art. 10. ad 11. Quamobrem Auicenna interpretãdus eſt, quòd non intellexerit in omni relato ſecundum dici relationem eſſe rationis: ſed aliud fortè argutius voluit indicare, ſcilicet, relatum ſecundum dici ſolo modo intelligendi adnuere relationem; ita vt relatio non ſit res ſignificata,

S. Thom.

Auicenna explicatur.

Relata ſecundum dici ſolo modo intelligendi, ſiue ſignificãdi innuunt relationẽ.

cata, ſiue illa ſit realis, ſiue rationis relatio; ſed ſit cum modo ſignificandi, ſiue intelligendi coniuncta: quod eſt ſcitè dictum, & non oſcitantèr obſeruandū.

4. Relata ſecūdū dici non ſunt ſimpliciter relata, ſed æquiuocè, ſoloq; nomine.

Eſt autem conſectarium, relata ſecūdum dici æquiuocè, ſoloque nomine dici relata; cum res ſignificata per nomen non ſit relatio, ſed abſoluta res. Vnde in his relatis propriè loquendo nomina ſunt relata, non res. Et idcirco aptè appellantur relata ſecundum dici; quia ſunt res abſolutæ ſolo modo ſignificandi relatæ ad aliud.

5. Ex dictis enodatur difficilis locus *Ariſtot.* Scientia eſt relatum ſecundū dici, non verò grammatica.

Per hęc autem enodatur illa difficultas, quæ viros doctos, & ſolertes excruciat, quid ſibi velit Ariſt. cap. ad aliud, cum ait ſcientiam genere referri ad ſcibile, in ſpecie autem non referri. *Nam ſcientia* (inquit) *eſt ad ſcibile, grammatica verò vt ſic non eſt ad aliud.* Ea enim relatio quæ inuenitur in genere, neceſſariò, & in ſpecie inuenitur; ergo non minùs grammatica eſt ad aliud, quàm ſcientia. Reſpondendum eſt, reipſa verum hoc eſſe, ſed modo ſignificandi falſum: quia ſcientia habet ſuum nomen correlatum, ſcilicet ſcibile; grammatica autem non habet; ſunt enim hæc relata ſecundum dici, non ſecundum eſſe. Cū verò inquiritur, quænam ſit relatio horum relatorum ſecundum dici, dedimus iam reſponſum, in his relatis non ſignificari relationem formalitèr: ſed ex modo ſignificandi indicari relationem, ſiue realē, ſiue rationis.

Re verà relatio, quæ eſt in genere, eſt in ſpecie; ſed non indicatur per nomē ſpeciei, cū hoc nō habet aliud nomē correlatū.

Relatio igitur ſcientiæ nomine indicata poterit eſſe realis, & relatio in ſcientia Philoſophiæ contenta, etiam realis; ſed nomine ſcientiæ indicatur illa relatio, nomine autē Philoſophiæ non indicatur. Idcirco ſciētia eſt relatum, ſcilicet ſecundum dici: Philoſophia autem non inter relata numeratur; quia non habet correlatū nomen, cum quo mutuò conuertatur.

6. 2. diuiſio relationū ſ. t *Caietani* in prędicamētales, & tranſcendentales. Cōmunis explicatio tranſcendentaliū quoad nomē, & quoad diſtinctionem à prædicamētalibus, ſiue propriam ipſarū rationē.

Succedit alia diſtributio relationum in prædicamentales, & tranſcendentales. Has tranſcendentales aiunt per omnia genera rerum vagari; vnde illis hoc nomen inditū, quia nomina communia dicimus tranſcendentia. Aiunt ergo has relationes eſſe intimas rebus ipſis abſolutis; quo ſatis ſuperque differunt à prædicamentalibus, quę rebus abſolutis adueniunt; & definitione differunt ab iiſdem. Relationes autē tranſcendenes ſunt ipſi modi intrinſeci rerum abſolutarum, ſiue ipſarum differentiæ; vt accidens ſecundum modum ſibi intrinſecum refertur ad ſubſtantiā, & ſcientia ſecundum propriam differentiam ad ſuum obiectum. Et ita res ipſæ per hos modos intrinſecos, ſiue differētias conſtitutæ, ſunt relata; quarum relationes ſunt ipſi modi, ſiue differentiæ rerum. Et quoniam ipſi modi, ſiue differentiæ rerum abſolutarum, ſunt etiam abſolutæ res; aiunt relationes tranſcēdenes ita eſſe eſſentialiter res abſolutas, ſicut ſunt eſſentialiter relationes: eſſeque has relationes reales, vtpote intimas ipſis rebus.

Tranſcendentiū autores aiūt eas ita eſſe eſsētialiter res abſolutas, ſicut ſunt eſſentialiter relationes.

Hujuſmodi verò relationes eſſe reales, probatur 1. eò quòd ſint intimæ ipſis rebus abſolutis

Et hoc idem eapropter, vt certum conſtituitur, quia hæ relationes non poſſunt ſeparari à conceptu rerum abſolutarum; ergo ſunt intimæ ipſis rebus abſolutis; ſunt igitur reales relationes. In rebus enim nihil eſt intimū, quod non ſit res. Vnde S. Thomas 7. Metaph. lectione 4. & 1. 2. q. 55. art. 2. ad 3. aſſerit res quaſdam eſſe, quæ ita pendent ab alijs, vt ſine ipſis non poſſint definiri, propter habitudinem quā habent ad aliud, vt materia ad formam: eſt ergo illa habitudo, ſiue relatio intima ipſis rebus.

Prob. idem. 2. ex *S. Tho.*

Confirmatur ex eodem.

Et confirmatur verbis S. Thomæ 1. p. q. 28. art. 1. *Quando* (inquit) *aliqua duæ res ſecundum naturam ſuam ad inuicem ordinata ſunt, & inuicem inclinationem habent, huiuſmodi relationes oportet eſſe reales, vt in corpore graui eſt inclinatio, & ordo ad locum medium.* Ergo S. Thomas ipſam propenſionem lapidis, quæ eſt qualitas abſoluta, vocauit relationem realē, ſcilicèt tranſcendentalem.

Quorundam additamētū in ſolis effectibus inueniri relationes tranſcēdentes. Earū primus autor *Caietanus* Apud *S. Tho.* nec nominantur.

Alij verò addunt has relationes tranſcendentales non inueniri in cauſis; ſed in effectibus, qui ſcilicet pendent à cauſis, ſine quibus non poſſunt definiri. Hæc tota opinio authorem habet, vt exiſtimo, Thomam Caiet. de ente, & eſſentia cap. 7. q. 15. quem plurimi poſtea ſequuti ſunt. Nomen autem relationis tranſcendentis apud *S.* Thom. non legi; neque antiquiorem Caietano Doctorem in ea ſententia numeratum.

7. 1. Concluſio. Relationes trāſcendentes nō ſūt relationes ſuapte natura reales. Prob. euidēter.

Primò igitur arbitramur, relationes tranſcendentales non eſſe relationes ſuaptè natura reales. Hoc autem videtur argumentatione euidentiſsima poſſe comprobari: neque enim nobis nunc quæſtio eſt de diſtinctione reali relationis à re abſoluta, quam poſteà tractabimus;

Digitized by Google

Res abſoluta, & relatio ſunt rationes formales diuerſæ, ac proinde ſibi non intimæ.

mus; ſed de rationibus formalibus rei abſolutæ, & relationis: conſtat autem rationes eſſe diuerſas; quia res abſoluta eſt ad ſe, & relatio eſt ad aliud; quæ ſunt primæ differentiæ entis. Et hoc eſt principium illud ſcitiſsimum apud S. Auguſt. in lib. de Trinit. quo perſonas diſtinguit relatione, & eſſentiã coniungit; quia ſcilicet eſſe ad ſe, & ad aliud ſunt primæ entis differentiæ, ſiue diſtinctiones entis: ergo modus intrinſecus entis, ſiue etiam differentia ſpeciei ſecundum propriam rationem abſolutã, non eſt relatio realis. Idem confirmatur noſtro modo intelligendi, conceptu enim rei abſolutæ non intelligimus relationem; ſed altero conceptu rem abſolutam, altero relationẽ intelligimus: ergo eo cõceptu, quo intelligimus modos entis, abſolutos, ſiue differentias, non intelligimus relationes tranſcendentales. Reſpondet Caiet. negando maiorem propoſitionem, ſcilicet quòd conceptu rei abſolutę non intelligamus relationem, quando relatio eſt intima ipſi rei abſolutæ. Sed hęc eſt petitio principij; hoc enim ipſum cõprobamus ex noſtro modo intelligendi; quia etiã in Deo non poſſumus intelligere eodẽ cõceptu rem abſolutam, & relationem, ſed diſtinctis conceptibus; vnde colligimus eſſe rationes formales diſtinctas; ergo etiam in relationibus tranſcendẽtibus, quæ ſunt ad aliud, neceſſe eſt eas intelligere diſtincto conceptu, & non eodem, quo intelligimus res abſolutas.

S. Auguſt.

Eſſe ad ſe, & eſſe ad aliud sũt primæ differẽtiæ entis.

Confirmatur. Conceptu rei abſolutæ non intelligitur relatio.

Reſponſio *Caiet.*

Petit principium. Refellitur exemplo ex diuinis.

8.

Ad 1. arg. pro *Caiet.*

Quòd ſi nobis permittant id, quod ſatis probatum eſt, relationes has tranſcendentes eſſe diſtinctas ſuis rationibus formalibus à rebus ipſis abſolutis; conuulſum eſt fundamentum, quo firmabant illas eſſe relationes reales, quia ſunt intimæ ipſis rebus: oſtẽdimus enim non eſſe intimas, ſed additas, cum ſint res diſtinctæ, ſaltem rationibus formalibus. Præterea quid prohibet has relationes nõ intimas, ſed additas rebus abſolutis, eſſe aut prædicamentales, aut relationes rationis? Et hoc ipſum comprobatur; nam nominibus rerum abſolutarum non ſignificãtur hæ relationes, ſiquidem ſunt rationes formales diſtinctę, ſed ſolùm modo ſignificandi indicãtur, vt docebamus: ergo ſatis eſt ad ipſum modum ſignificandi, & intelligendi, quòd indicentur relationes ipſæ re-

In tranſcendẽtibus, ad res abſolutas ſatis eſt addi relationes prędicamẽtales, aut etiã rationis. Probatur.

A bus abſolutis cõuenientes, ſiue ſint reales, ſiue rationis: verbi gratia, ſcientia intelligitur cum quadam relatione, ſcilicet, cum ipſa relatione prædicamentali, vel etiam cũ relatione rationis; & non cum relatione alia diſtincta, quæ nulla eſt, ſed conficta. Nam argumentũ illud, quòd ſcientia non poteſt intelligi ſine relatione, non poſſe intelligi ſine relatione prædicamentali, vt liquet per dialectica præſcripta de propoſitionibus exceptiuis.

Ad 2. ex *S. Th.*

9.

Explicandum igitur hoc eſt, quod in ſcholis ſæpiùs quæritur; quid hoc ſit, B quòd quædam res non poſsint explicari ſine relatione, cum in ſua intima ratione formali non contineant relationem? Ex qua declaratione veritas manifeſtiùs elucebit. Dicendum enim eſt, intellectum noſtrum ſuapte natura intelligere aſsimilando, & referendo. Et ſicut intelligit diuerſa vno conceptu propter ſimilitudinem, non cogitando de ipſa ſimilitudine, vt lib. 5. explanabimus; ita intelligit diuerſa propter relationem, qua intelliguntur coniuncta, ſiue coniunctim, ſiue ſit relatio realis, ſiue rationis non intelligendo ipſam re- C lationem; verbi gratia, intelligimus ſciẽtiam in ordine ad aliud, nihil de ipſo ordine cogitando. Vnde ipſe ordo, ſiue relatio non ſignificatur nomine ſcientiæ, vt ſæpius inculcamus: ſed res ſignificata intelligitur cum illo ordine, quia intelligitur ad aliud, vel cum alio coniuncta, licèt de ordine ipſo non cogitemus. Et hoc eſt quod dicebamus relationem indicari modo ipſo ſignificandi, ſiue intelligendi, ſed non eſſe formã ſignificatam per nomen. Relationes ergo D hæ pertinent ad definitiones rerum abſolutarum; quia definitio eſt opus intelligentis; & abſoluta quædam ſine relationibus non intelliguntur; ſed non ſunt intimæ rebus ipſis definitis, vt conſtat. Et ita interpretati probabiliſsimè ſumus, quod S. Thom. ait; quaſdam res abſolutas ſine relationibus non poſſe explicari, propter habitudinem, quam habent ad alias; ſcilicet, quia ipſa habitudo, ſiue relatio pertinet ad modum intelligendi, vt declarauimus, ſiue illa relatio ſit realis, ſiue rationis. At verò in illis verbis S. Thomæ, quæ recitantur ex 1. p. nihil minus agit S. Thom. quàm vt grauitatem, ſiue propenſionem appellet

explicatur eius documentum, quòd res quędam abſolutæ nõ poſsint intelligi, aut definiri ſine relatione. Intellectus noſter ſuaptè natura intelligit diuerſa coniũctim aſsimilãdo, & referẽdo illa, ſæpè non cogitans de ſimilitudine, aut relatione.

Talis relatio pertinet ad definitionem rei abſolutæ, quia definitio eſt opus intelligentis.

Ad confirm.

S. Tho. locus explicatur.

Digitized by Google

pellēt relationē realem: ſed ait quaſdā relationes ineſſe naturæ rerum, ſcilicèt, propter fundamenta realia, quod maximè oſtendit illis exemplis. Et eas relationes quas vocat reales, ponit ibidē in genere, quia ſcilicèt ſunt prædicamētales: ſolæ ergò prædicamentales relationes ex ſentētia S. Doctoris ſunt reales, quod colligitur ex varijs locis eius doctrinæ.

Ex S. Th. ib. Solæ relationes prędicamētales ſunt reales.

10. Additamentū quorundā ſupra allatū improbabile oſtēditur.

Quòd verò quidā adijciunt has relationes tranſcendentes eſſe effectus ad cauſam, & nō cauſæ ad effectū; valde futile eſt, & improbabile: nā & cauſæ quędam ſunt ad ſuos effectus intrinſecè ordinatæ, vt potentia ad actus; ordo autē intrinſecus rei abſolutæ, eſt relatio trāſcēdēs apud illos, ſi qua talis dicēda eſt.

Quòd etiam hæ relationes ſi reales ſint, coincidant cum prædicamētalibus, poſteà oſtendemus.

11. Relationes trāſcēdētes nullæ ſunt. Non prædicamentales, Probatur. Non rationis, Probatur.

Dicimus igitur ſecundo loco, nullas eſſe relationes tranſcendentales; cum enim non ſint res ipſæ abſolutæ, vt oſtēdimus; neque ſint prædicamētales, quæ ſunt in vno genere; tranſcendētia enim ſunt in omni genere; ſupereſt vt ſint relationes rationis. Sed neque relationes rationis ſunt. Tranſcendētia enim ſunt vera entia, relationes autē rationis ſunt in mentis ſola cogitatione: ergo relationes trāſcendentes nō ſunt relationes rationis. Quare falsū eſt, quod vulgo ſcholarū teritur, ſcientiā indicare relationē tranſcendentē ad ſcibile; niſi fortè appellent relationē tranſcendentē illam, quæ eſt cōmunis reali relationi, & rationis: ſcientia enim aliquando relatione reali; aliquando verò ſola relatione rationis refertur ad ſcibile, vtpotè ſi illud ſcibile ſit ens rationis.

Poteſt appellari trāſcendēs relatio illa cōmunis ad reale, & rationis.

12. Relatio tranſcendens non improbabilitèr defendi poteſt, ſi ad differētiam rei abſolutæ ſolū addat eſſe explicabile cum relatione. Declaratur exemplo perfectionis.

Poterit tamē & alia opinio prior, nō improbabilitèr defendi, ſi dicamus modū, ſiue differentiā rei abſolutæ, quia nō poteſt explicari ſine relatione, vocari relationem: & ita relatio tranſcendens erit modus, ſiue differentia rei abſolutæ cum relatione explicabilis; ita vt relatio tranſcendens addat ad rem abſolutam, eſſe explicabilem cum relatione; ſicut perfectio addit ad actum, eſſe vltimum, & conueniens, vt hoc in libro docebimus. Et licèt non perſpiciamus rationem aptam, quarè hic modus, ſiue differentia rei abſolutæ, eò quòd explicatur cum relatione, appelletur relatio

A tranſcendens: demus hoc tamen communi multorum ſententiæ, ea lege, vt nō vera relatio exiſtimetur, ſed ſolo nomine relatio.

Etiam ſi non eſt relatio vera, ſed ſolo nomine.

13. Relata tranſcēdentia partim ſunt ipſa relata ſecūdum dici, partim ad illa reuocantur. Probatur euidenter.

Aliorum igitur opinio eſt, relata trāſcendentia eſſe ipſa relata ſecundū dici. Quibus ego libētiſsimè cōſentio, quòad hoc, quòd omnia relata tranſcendentia ſunt ſecundū dici; aut ſaltē ad relata ſecundū dici, reuocanda. Et hoc probatur euidenter, quia relata hæc tranſcendentia, ſunt ſolo nomine relata; vel potiùs ipſa nomina ſunt relata, & nō ſignificātur relationes, vt diximus de relatis ſecundum dici. B Et propter hoc, quòd non poſſunt intelligi ſine relatione; fit vt nō poſsint ſignificari ſine illa: quare neceſſe eſt, vt cum relatione dicantur ad aliud, quod eſt relatorū ſecundū dici. Sed aliquādo accidit, vt hæc trāſcendentia relata referātur ad aliud, quod nō refertur ad ipſa, ita vt ſint relata ſecundum dici non mutua; v.g. accidēs refertur ad ſubſtantiā, ſed ſubſtantia nō refertur ad accidens. Et ita ſecundū dici accidens eſt ſubſtantię accidens, ſed ſubſtātia ad accidens nō dicitur: & ſimitas eſt naſi curuitas, naſus autē ad ſimitatē non dicitur C relatiuè.

Reuocātur nō mutua.

Et idcircò dicimus relata tranſcendentia, aut eſſe relata ſecundū dici, aut ſaltē ad illa reuocari; quia relata ſecundū dici apud Ariſtot. ſunt mutua, ſcilicèt, vt vtraq; ad ſe ſe dicantur. Sed nō omnia relata ſecundum dici ſunt relata tranſcendentia; nam in relationibus rationis ſunt relata ſecundū dici, vt anteà notauimus: v.g vniuerſalitas eſt vniuerſalis vniuerſalitas: & hæc propriè non ſunt relata tranſcendētia, quia non ſunt entia.

Omnia relata ſecundum dici apud *Ariſt.* ſunt mutua. Nō omnia relata ſecundum dici ſunt propriè relata trāſcendētia; v.g. vniuerſalitas ad vniuerſale.

Adde quòd in relatis ſecundū dici nō ponimus relationes ſecundū dici, ſed D relationes ſecundū eſſe, ſiue reales, ſiue rationis, vt docuimus: quæ tamen non ſignificantur ipſis nominibus; & ita res ſignificatæ ſunt abſolutæ, & ſolis nominibus relatæ, quod eſt, relatæ ſecundum dici. At verò in relatis tranſcendētibus præcipuè oſtenderentur ipſæ relationes tranſcendentes, quæ nullæ ſunt. Quare contenti deberemus eſſe relatis ſecundum dici traditis à Philoſopho, & relata tranſcendētia ſinere vt memoriâ excidant, quę falſas ingignunt opiniones, & à relatis ſecundum dici non differunt; ita ſaltem, vt nequeant ad eadem reuocari.

In relatis ſecūdum dici non ponuntur relationes ſecundū dici, ſed relationes ſecundum eſſe, quæ ipſis nominibus formaliter nō ſignificantur. Secùs de tranſcendentibus, ſi darentur.

AAa Ioann.

Digitized by Google

14.
3. Diuiſio relationũ eſt *Sco.* in quaſdam extrinſecùs aduenĩetes, quaſdam intrinſecus.
Relationes extrinſecùs aduenientes ait eſſe ſex genera vltima.

Ioan. Scot. in 3.d.1.q.1.& in 4.d.13. q.1.& d.6.q.10. diſtinctionem aliam facit relationum, quòd quædam extrinſecùs adueniãt, quędam intrinſecùs. Has poſteriores dicit eſſe prædicamentales, quæ adueniunt per fundamentum, & terminum, quaſi ex intima cauſa. At verò credit eſſe alias relationes, quę poſito fundamẽto non neceſſariò oriũtur; quas relationes exiſtimat eſſe vltima genera: nam poſito igne, & ligno admoto, ſi non calefiat, prohibẽte alia cauſa, ponitur fundamentum relationis, quod eſt ignis, & lignum cum potentia actiua, & paſſiua, vt ignis agat, & vt lignum patiatur; & tamen non ſequitur actio, & paſſio. Credit enim Scotus actionem non eſſe mediam inter ignem, & lignum, verbi gratia, cum calefit: ſed eſſe relationes, actionem quidèm in igne, paſſionem in ligno; & has appellat extrinſecùs aduenientes. Sed miſſis alijs, quæ hic Scotus falſa inuoluit, illud argumentum ſatis eſt ad conuincendum illum, quod proponit Heru. quodlib. 7. q. 14. Paul. Soncin. 5. Metaphyſic. q. 39. Dominicus Soto cap. ad aliquid, & 5. Phyſic. q. 2. Nam ſi hæ relationes ſunt reales, vndecunque oriantur ſunt in prædicamento relationis; falſò igitur excluduntur à genere illo: neque verò ſex genera rerum poſſunt eſſe reales relationes; quia non diſtiguerentur à genere ipſo relationis.

Eum cõuincit *Heruæus. Soncin. Sot.*

Fundamentũ.

15.
Difficultas de actione, & paſſione, ſeu potius de relationibus ad agẽs, & ad paſſũ, quibus diſtinguũtur.
S. Tho.
Probatur eſſe relationes reales, & tranſcẽdentales.

Nihilominùs in hoc exemplo actionis, & paſsionis, nonnulla eſt difficultas; nam actio, & paſsio ſunt veræ res, & non diſtinguũtur niſi relatione, quod ex S. Thoma colligitur, qui ſæpiùs docet nihil eſſe in actione niſi motum, & relationem ad agens: ergò hæc ipſa relatio, qua actio diſtinguitur à paſsione eſt realis; aliàs non diſtingueret vera entia: & non eſt relatio prædicamentalis; quia actio eſt res abſoluta, quæ non ſignificat relationem prædicamentalem: ergo neceſſariò dicendum eſt eſſe relationem realem trãſcendentalem, quod antea improbauimus.

16.
Reſpondet cõmunis opinio diſtingui in re ipſa modis intrinſecis additis motui, non verò relationibus.

Ad hoc argumentum facilè reſpondetur, ſi ſequamur communem opinionem, ſcilicet actionem addere ad motũ modum quendam realem; & ita actio, & paſsio nõ diſtinguuntur relationibus, ſed per modos intrinſecos reales: neque S. Tho. fortè negauit modum iſtum additum, quod eſt fundamentum relationis; & eſt ipſe motus alio modo ſe habens, vt actio, & vt paſsio.

17.
Veræ ſententiæ 1. Aſſertio.
Actio, & paſsio nullo modo diſtinguũtur in re ipſa.
Probatur 1. ratione.

Sed certè contraria ſententia magis placet, ſcilicet quòd actio, & paſsio nullo modo diſtinguãtur in re ipſa: nã motus quid eſt niſi modus rei? eſt enim calefactio ipſe calor dum acquiritur modo quodã ſe habens, ab imperfecto ad perfectũ progreſſus: at verò addere modo huic reali alios modos reales, ſuperuacaneũ eſt, & parũ Philoſophicũ; neq; hoc etiã cõmodè poterit explicari, ſcilicèt, quòd motus alio modo ſe habeat vt eſt actio, alio vt eſt paſsio. Prætereà dictũ S. Tho. vrget, planè aſſerentis nihil eſſe in actione niſi relationẽ, & motum. Dicendum igitur eſt actionẽ, & paſsionẽ, & motũ, nulla reali diſtinctione ſecerni; ſed ſola ratione formali, quatenùs eadẽ res diuerſis modis intelligitur: ſicut enim actus, & perfectio (quo exemplo ſępiùs vtimur) eſt res eadem diuerſo cognita modo, vt hoc lib. explanabimus; ita motus, actio, & paſsio eſt res eadẽ; & motus quidèm ferè idem, quod paſsio, etiã modo intelligendi, vt ſcitè diſputatum inueni in nouis ſcriptis ad Metaphyſicam; actio verò, & paſsio modo quidem intelligẽdi diſtincta ſunt, ſed re ipſa nullatenùs. Quare illud etiam approbandũ eſt, quod noua opinione circũfertur, ſcilicèt quædã eſſe accidentia phyſica, quæ ſimùl logica ſunt; quædam verò ſolùm logica: vel potiùs dicendum quædã accidentia phyſicè diſtingui, hoc eſt, re ipſa; quædam verò duntaxat logicè: quia actio eſt verũ accidẽs phyſicũ, & paſsio ſimilitèr; ſed non ſunt phyſicè diſtincta; ſed logicè quidẽ diſtincta sũt, hoc eſt, in logica cõſideratione, cũ ſint genera duo.

Probatur 2. ex *S. Thom.*
2. Aſſertio. Diſtinguũtur rationibus formalibus.
Exemplũ actus & perfectionis.
Motus eſt ferè idẽ quod paſſio, etiam modo intelligẽdi.
Soar. in Metaph.
Actio, & paſsio ſunt accidẽtia logica, ſeu potiùs phyſica logicè diſtincta, hoc eſt, in logica cõſideratione, cum ſint genera duo.

18.
In hac ſententia, actio non eſt relatio trãſcendens, alioqui eſſet de intima, & formali ratione motus, vel alterius abſoluti per actionem additi.

At verò iuxta hanc opinionem, minimè dicendũ eſt actionẽ, & paſsionẽ diſtingui per relationes trãſcendentes: nã ſi relatio tranſcendens eſt de intima ratione rei abſolutæ, vt illi volunt; ergo actio eſt de ratione formali motus; quod eſt falſum, vt liquet: vel aliquid abſolutũ addit actio, in quo includatur relatio actionis intrinſecè: quod abſolutũ additũ illi negant, & nos. Dicendũ igitur eſt actionem, & paſsionem non diſtingui penès rem ſignificatam, vt ſint res diſtinctæ, aut relationes diſtinctæ; ſed penès hoc, quod res eadẽ diuerſis modis intelligitur; & ſignificatur, vt intelligitur. Nã vt motus

Digitized by Google

vt motus cōparatur cū agente, vocatur actio, & intelligitur cum relatione ad agens; non quòd intelligatur ipſa relatio, vt notauimus; ſed intelligitur motus cum relatione, prout eſt motus ab agente, vt explicatum eſt; & vt eſt paſſio idemmet motus intelligitur modo alio intelligendi, ſcilicet, cum relatione ad paſſum, ita tamen, vt relatio non intelligatur: intelligere enim cum relatione eſt intelligere referendo in actu exercito, ita vt intellectus ipſe referat; ſed non intelligit ſe referre; & ita non intelligit relationem. Et hac ratione explicādi perplacet opinio, quòd actio, & paſſio nullo modo diſtinguātur reipſa.

Intelligere motū, v.c. cum relatione, eſt intelligere referēdo in actu exercito.

19\. Colligimus igitur hactenus duo relatorum genera, ſcilicet, ſecundum dici, & ſecundum eſſe. Nam relationes tranſcendentes, & extrinſecùs aduenientes reiecimus.

PARS POSTERIOR.

Sunt in natura rerum relationes reales.

1\. PArte priori diuiſimus relata in genere, in ea quæ ſunt ſecundum dici, & ſecundum eſſe; & non diuiſimus ea in relata realia, & rationis; quia hæc diuiſio ſupponit eſſe relata realia, quod eſt priùs hoc loco diſſerendum.

2\. *Auerr.* *Auicen.* Relationes reales creatas negat *Aureol.* apud *Capr.*

Opinio fuit Priſcorum commemorata ab Auerroe 2. Met. Comment. 19. & Auicenna lib. 3. ſuæ Metaph. c. 10. relationes rerum non eſſe res, ſed ſola cogitatione res naturales inter ſe referri; quæ ſoli Peripateticorum placuit Aureolo apud Ioann. Capreolum d. 30. q. 1. Confitetur tamen ille, vt decet virū Catholicū, diuinas relationes, quæ ſunt diuinæ perſonæ, eſſe reales, & res veras.

3\. Contraria ſententia vera eſt. *Plato.* *Ariſt.* *Auerr.* *Auicen.*

Contraria ſententia, quòd in rerum natura ſint relationes reales, omnium tum Philoſophorum, tum Doctorū conſenſione firmata eſt. Ita Plato iudicauit, & tradidit Ariſt. 12. Metaph. Quem ſequuti ſunt Auerroes, & Auicenna; cæterique interpretes, & Græci, & Latini.

4\. Verùm hęc veritas tam ſcita, cui nullus eſt qui refragetur, nulla efficaci ratione conuincitur, quæ à principijs Philoſophiæ petenda ſit: neque enim ſatis probatur, ex eò quòd aliqua relata ante omnem operationem intellectus ſint talia, vt quòd ſint re ipſa ſimilia, aut æqualia; nam diuinæ perſonæ ſunt re ipſa ſimiles, & æquales, vt dicemus in hoc libro, & tamen ſimilitudo inter illas nō eſt realis relatio. Non eſt ergò firmū argumentum, quòd re ipſa quædam relata inueniamus, vt relationem inter illa probemus eſſe realem: nam & nummus eſt re ipſa relatum ad pretium id, cuius habet valorem; ea tamen relatio realis non eſt.

Quædam ſunt re ipſâ relata à relationibus rationis.

Sic diuinæ perſonę sūt re ipſa ſimiles, & æquales.

Sic nūmus eſt re ipſa relatum ad ſuū pretiū.

5\. Aduertēdum.

Aduertendū igitur, quòd nomen hoc relatio, videtur ſignificare rationis operationem; ſunt enim relata, quæ cum alijs conferimus, & comparamus, & ita ad alia referimus. Ideoq; nonnulli Doctores, nominis ratione decepti, crediderunt relationes in mente perfici, & compleri. Sed licèt ſit iſta ratio impoſitionis, ſiue inſtitutionis nominis, hoc tamen nomen non ſignificat eam ſolā relationem, ſiue collationem mentis; ſed ipſam etiam rem, ſcilicèt relationem, quam cōferimus cogitatione, & aduerſione mentis. Et eſſe huiuſmodi relationes in rebus, volumus hoc cap. cōmonſtrare.

Relationis nomen non ſignificat ſolū relationem mentis, ſed etiam realem.

6\. Vocatur autem relatio, reſpectus, habitudo, & ordo. Relatio dicitur, quia cū ſit ad aliud, non poteſt mente cōprehendi quaſi terminus cogitationis vltimus, ſed ſtatim refertur in aliud, vt quieſcat cognitio: reſpectus dicitur metaphoricè, quòd quaſi reſpiciat aliud: habitudo dicitur, quia nō explicatur abſolutè, ſed per modum, quo ſe res habet ad aliud: ordo verò dicitur æquiuocè; nam ordo propriè coniunctus eſt cum prioritate, & principio, vt lib. 2. docuimus; ſed ipſa relatio dicitur ordo; quia in cognitione relatorum eſt quidam ordo, quia vnum cognoſcitur, quaſi via ad alterū; ideoq; alterum vocatur terminus, etiamſi ſimul cognoſcatur. Et ideò S. Thom. relationē vocat ordinem q. 7. de pot. art. 9. & alijs in locis. Et 5. Met. penès diuerſos ordines rerum relationes diſtribuit, hoc eſt penès gradus, & modos entis. At verò 1. p. q. 28. art. 4. non conſiderat ordinem in omnibus relatis, ſed in ijs duntaxat, in quibus eſt actio, & paſſio, & ordo realis principij: hoc enim ſatis erat ad probandum diuinas relationes eſſe reales, quia fundātur in origine, quaſi in actione, & paſſione. Ergo propter diuerſas cauſas nomina diuerſa ſunt inſtituta; vſu tamen, cōſuetudineq; trita ſunt, vt

Vocatur relatio à cognitione referrēte ad aliud.

Reſpectus metaphoricè.

Habitudo à modo ad aliud.

Ordo æquiuocè.

Ordo propriè cōiunctus eſt cū prioritate, & principio.

S. Thom.

Idem.

Digitized by Google

æquè hæc nomina ſignificent relationẽ, ſiue realem, ſiue rationis.

7. 1. Fundament. philoſophicũ. Album eſſe, & ſimile eſſe sũt diuerſa, & vtrumq; natura expetitur, & conſequenter efficitur.

Quòd ergo relationes ſint res exiſtẽtes in creatura, probatur ex eo maximè, quòd albedo, verbi gratia, & ſimilitudo definitione differunt; poteſt enim album eſſe, quòd non ſit ſimile; neque idem eſt album eſſe, & ſimile eſſe: vtrumque autem videtur à natura expetitum eſſe, vt res ſcilicèt ſint albæ, & vt ſint ſimiles in albedine; ergo & ipſa ſimilitudo res aliqua eſt a naturâ expetita.

8.

Et vt magis perſpicua fiat argumenti efficacia, in ſingulis generibus relatorum; aduertendum eſt, quòd natura nihil expetit, quod non ſit res aliqua; id enim efficit quod expetit; effici autem non poteſt quod nihil eſt: eſt ergo res aliqua, quæ efficitur, & expetitur à natura. Eſt autem natura determinata ad vnum, vt ſupra diximus; quod intelligitur de natura particulari, non de natura vniuerſali, quæ eſt Deus ipſe autor naturæ. Nam ratio eſt ad multa; & ars, quę ſequitur rationem, eſt ad multa, vt diximus: Deus ergo, qui ratione, & arte operatur, non vult ſolùm determinatè vnum, ſed ſimùl multa: quare non vult ſolùm hoc album, & illud album, ſed ſimùl vtrumq; in ea vnitate, & gradu albedinis, quæ eſt conditio vltima fundandi relationem. Cum ergo fundamentum vltimum, & perfectum relationis, ſit res volita in duobus; relatio conſequens oportet vt ſit quoque res volita. Quòd ſi relatio eſt res volita ab agente Deo, eſt profectò res vera, & creata, hoc eſt extra cauſam exiſtens, & non eſt nihil, ſed extra nihil. Et eodem modo probatur de alijs relationibus, quæ fundantur in numero, quæ ſunt primi generis. Et quamuis Deus ſit, qui plura ſimùl vult in operatione naturali; tamen agens creatum, vt inſtrumentum Dei, etiam hoc expetit, dum facit vnum album alio præexiſtente, ſcilicèt, vt ſint plura alba; expetit ergo, vt ſint ſimilia. Et ita ſimilitudo eſt etiam ab agente naturali; artifex verò non ſolùm vt inſtrumentum Dei, ſed per ſe intendit plura, & ſimilia, vt architectus æqualitatem in feneſtris, &c.

Natura particularis eſt determinata ad vnum.

Natura vniuerſalis, ſcilicèt, Deus ratione, & arte operãs vult ſimul multa, v.c. vtrũq; albũ in ea vnitate, & gradu albedinis: ac proinde vult relationẽ conſequentem..

Etiã agẽs creatum vt inſtrumentum Dei expetit, & efficit vt ſint plura alba, & ſimilia, ſeu quanta, & æqualia.

Artifex verò per ſe hęc intendit.

9. Similitèr in 2.

Similitèr quoad ſecundum genus relatorum, Deus deſtinauit agentia, vt operarentur in alijs. Itaque fundamentum relationis, quod eſt forma agentis, cum ipſa conditione fundandi, quæ eſt actio, eſt res volita à Deo agente: ergo relatio conſequens eſt etiam volita.

genere intenditur fundamẽtum, & conditio fundandi, ac proinde relatio cõſequẽs.

10. Similiter in 3. genere.

Ad eundem modum in tertio genere relatorum, dirigit Deus ſcientiam in obiectum; & artifex dirigit imaginem ad exemplar; vnde conſequitur relatio conformitatis ad exemplar: ergo relationes, quæ conſequuntur hoc intentum agentis, ſunt res veræ exiſtentes, ab ipſo agente emanantes, vt capite ſequenti explicabimus. Sunt ergo iſtæ omnes relationes, quibus genus totum diſtribuitur, verę res ab authore naturæ, cauſiſque ſubiectis expetitę.

11. 2. Fũdamentũ Theologicum à relationibus diuinis.

At verò à diuinis relationibus luculentius argumentum petunt Theologi. Eſt enim fide indubia confitendum, Paternitatem, & Filiationem in Deo eſſe res veras; ergo & in rebus creatis res veræ ſunt filiatio, & paternitas. Cui confeſsioni non eſt conſonum negare in creaturis reales relationes: nam etſi reſpondeas diuinas relationes eſſe res, quia ſunt hypoſtaſes: quid prohibet eſſe accidentia veras relationes; ſicut & ſapientia, quæ eſt in Deo ſubſtantia, nobis eſt accidens? At verò relationes diuinas non eſſe tranſcendentes comprobauimus, dum tranſcendentes iſtas relationes nullas eſſe diſputaremus; & poſteà de diuinis relationibus hoc clariùs commonſtrabimus. Quare inter Catholicos conſtans, certiſsimumque eſt relationes in rebus creatis reales inueniri.

Reſponſio.

Impugnatur.

Certũ eſt inter Catholicos dari relationes reales creatas.

12. Conditiones neceſſariæ ad relationẽ realem.

1. Vt ſit inter ſimùl exiſtentia, etiã quando alterum eſt abſolutum.

Præſcribenda igitur ea ſunt, quæ in relatione reali neceſſariò reperiuntur. Et illud primum eſt, quòd relata ſimùl exiſtant: ea enim eſt relatorum natura, vt vnum ſolum relatum neque cogitatione fingi poſsit; nam dum ad aliud relatum eſt, aliud eſt ad quod illud refertur. Relatiua autem tertij generis, etſi non referuntur ad relatum, ſed ad abſolutum, vt credunt aliqui; tamen neceſſe eſt in rerum natura illud ſit, ad quod referuntur: quare ſcientia non refertur relatione conformabilis ad rem, quæ nõ extat, ſed duntaxat ad rem exiſtentẽ. Eſt itaq; ſcientia conformata rei exiſtenti, ſecundũ id, quod eſt abſolutũ in re;

Digitized by Google

in re; ſed relatione reali non refertur ad A nõ exiſtẽs: ea enim inter quæ eſt relatio realis, oportet vt exiſtant. Et probatur manifeſtè, quia relationem realem non nouimus, niſi quatenus res vna ad aliam ordinatur, ſiue dirigitur ab auctore naturæ, vt poſtea elucidabimus. Ad id autem quòd non exiſtit, non ordinantur exiſtentia: ergo nullum eſt relatũ, quod relatione reali referatur ad nõ exiſtentia, ſicut neque illa ad aliquid in re ipſa ordinantur. Et in hac opinione omnes penè Phyloſophi concordant. Quod verò obijciunt ex Ariſtot. referente factiuum ad factibile, erit ſuo loco facili B negotio explicandũ. Et hæc ſententia, quòd relatio realis ad aliquid exiſtens reſpiciat, ita vt terminus relationis ſit res exiſtens, docetur à S. Thoma 1. p. q. 13. art. 7. & q. 28. art. 1. ad 2. & lib. 2. contra gent. cap. 12. & 19. q. 3. de potent. art. 3. ad 5. Et idem ſentit Auicenn. libr. 3. Metaphyſic. cap. vlt. ſequitur eandem ſententiam Ioan. Scot. cum alijs d. 31. Legitur Ioan. Capreol. in 1. d. 7. q. 2. & d. 13. Thom. Caiet. Et Franciſc. Ferrar. in Commentarijs, & Paul. Soncin. 5. Metaphyſic. q. 27. Aliqui arbitrantur ſolùm inter ſubſtantias C diſtinctas intercedere relationem realem. Sed S. Thom. q. 28. art. 1. ad 4. contrarium ſentit; & inter accidentia, puta inter intellectum, & verbum, ponit realem relationem. Quare non eſt inter conditiones relationis realis iſta numeranda, vt ſit inter ſubſtantias; cum etiam inter accidentia inueniatur relatio.

Probatur manifeſtè.

Ad id quod nõ exiſtit, nõ ordinantur exiſtentia.

Ariſtot.

S. Thom.

Auicen. *Scot.* *Capreol.* *Caiet.* *Ferrar.* *Soncin.*

Nõ requiritur vt ſit inter ſubſtantias.

S. Thom.

13\. 2. conditio, vt fundamentum ſit reale. Probatur.

Secundum præſcriptum eſt, vt fundamentum ſit reale; relatio enim, quæ ſit ens, non poteſt fundari in non ente; imò relatio habet eſſe à fundamento. Non eſt tamen neceſſe, quòd conditio D fundandi ſit res; vnitas enim duorum alborum non eſt res, ſed eſt vnitas rationis, vt poſtea dicemus. Sed tamen eſt neceſſe, quòd ſit in ipſa re conditio fundandi; conditio enim eſt, ſine qua non eſt fundamentum: cum igitur fundamentum ſit reale, opus eſt conditionem fundamenti eſſe in re ipſa; non quòd vnitas rationis ſit in re; ſed ſunt duæ albedines in re ipſa exiſtentes, verbi gratia, in gradu Beatitudinis, quem dicimus gradum, vt octo, & hoc vocamus vnitatem gradus. Et ita de alijs dicendum. Quare omnes relationes quas fundat ſola animi aduerſio, etiam vt conditio fundandi, reales non ſunt, ſed rationis: fundamentum enim eſt realis cauſa relationis; conditio ergo fundandi eſt realis, vtpote conditio cauſæ realis. Secùs eſt iudicandum de diuinis relationibus, quę etiam noſtro modo intelligendi fundamenta habent; ſed non quæ ſint ipſarum cauſæ, vt docebimus.

Nõ requiritur vt cõditio fundandi ſit res.

Requiritur vt ſit in re. Probatur.

Conditio fundandi eſt conditio cauſæ realis in creatis.

14\. 3. Conditio, vt fundamẽta, & extrema diſtinguãtur diſtinctione reali abſolutè, & ſimplicitèr. Probatur.

Tertium præſcriptum eſt, vt fundamenta diſtinguantur re ipſa, ſicut & ſubiecta relationum, quæ dicuntur extrema. Oportet ergo vt extrema, & fundamenta diſtinguantur reali diſtinctione abſolutè, ac ſimplicitèr: relata enim ita ſunt oppoſita, vt ineſſe eidem ſit impoſſibile, ſcilicèt, vt Pater ſit Pater ſui, &c. Quare partes totius potentialis, quæ ſunt partes continui, non referuntur relatione reali: quia cum non ſint entia actu, neque actu diſtincta diſtinctione reali abſoluta, quæ eſt inter entia actu diſtincta; non referuntur inter ſe relatione reali, vt meliorum doctorum fert opinio. Quòd autem non ſolùm ſubiecta, ſed fundamenta etiam relationum oporteat eſſe diſtincta, inferiùs diſputandum nobis eſt. Quæ etiam documenta eruit Doctor Sanctus in 1. d. 20. q. 2. art. 1. ex doctrina Ariſtot. 5. Met. tex. 20.

Partes totius potentialis, id eſt continui, non ſunt entia actu, neq; actu diſtincta.

S. Thom. *Ariſtot.*

15\. *S. Thoma* 4. Conditio, vt ſint eiuſdẽ ordinis relata.

Quartam conditionem adiecit S. Thomas 1. p. q. 13. art. 7. probè, ac doctè, quæ maximè declarat relationẽ eſſe realem, ſcilicet vt ſint eiuſdem ordinis relata: ideo enim Deus non refertur relatione reali ad creaturam, cum in ipſo ſit potentia, & actio, quæ in nobis ſunt relationis fundamenta; quia Deus non eſt in ordine creaturarum, ſed eſt principium ordinis earum. Ex quo documento videmur indagari relationes omnes reales diuinas, & creatas: ordo enim propriè pertinet ad principium, vnde aliquid emanat, vt lib. 2. docuimus; eſt autem ordo vnius ad alterum, ſicut & relatio ad alterum eſt. Cùm igitur in Deo ſit verus ordo originis vnius ab alio; relatio realis eſt in Deo: at verò in rebus creatis, quia in agente, & paſſo eſt duplex ordo; quatenus agẽs eſt a quo eſt aliud, & paſſum eſt quod eſt ab alio; eſt in vtroq; tã in agẽte, quã in paſſo realis relatio. Sed

Deus non eſt in ordine creaturarũ, ſed eſt principium, & cauſa ordinis earum.

In Deo eſt ad intra verus ordo originis vnius ab alio, proindeque relatio realis.

Digitized by Google

Non eſt ordo naturæ, ſed rationis tantùm in proceſsione extra Deum.

quia Deus eſt creaturarum principium A extra ordinem illarum, ita vt non ſit ordo naturæ in proceſsione extra Deum, qua Deus operatur extra ſe, ſed duntaxat ordo rationis: ideo relatio creatoris in Deo non eſt realis. Quia verò quantitates plures, & qualitates plures ſunt eiuſdem ordinis, ordinantur, etiam vt plures ſunt, ad aliud; & ita à Deo ordinantur inter ſe, vt ex eis reſultet ſimilitudo, vel æqualitas, &c. Quæ propterea ſunt relationes reales, quia ſequuntur ordinem naturæ, ita vt ſint volitæ, ac à Deo expetitæ, vt anteà arguebamus. Scientia quoque ordinatur ad ſcibile, & ideo relatio conſequitur ordinē hunc naturæ. Eſt ergo relatio volita ab agente. Et eâdem de cauſa S.Thom. loco cōmemorato ait ſcientiam referri ad ſcibile relatione reali; quia ſcientia ordinatur ad illud: ſcibile verò non referri relatione reali, quia res, quæ eſt ſcibilis ex natura ſua eſt alterius ordinis. Aliud eſt enim genus naturæ, & aliud genus intelligibilis; natura non ordinatur ad intelligibile, ſed intelligibile ad naturā: non enim datæ ſunt qualitates ſenſibiles, vt ſentiantur; ſed dati ſunt ſenſus, vt qualitates rerum percipiant; neque res ſunt, vt intelligantur, ſed intellectus eſt ad res intelligendas. Per hoc autem quòd intellectus ordinatur ad res materiales intelligendas, non deteritur eius nobilitas; quia ordinatur ad illas, prout ſunt in intellectu modo perfecto, & nobili. Ergo vniuerſim vbi eſt ordo naturæ, eſt relatio realis; dummodò caueamus, ne omnem relationem in ordine fundari exiſtimemus: nam ex ordine naturæ colligimus relationem eſſe expetitam quodammodò ab agente; ſed non aſſerimus relationem eſſe fundatam in ordine; ordo quippè naturæ in- D uenitur coniunctus cum fundamento reali relationis, ſed non eſt ipſum fundamentum. Itaque omnia relata, vel habent inter ſe ordinem naturæ, vel ordinata ſunt naturâ ipſâ ad aliud; ſed relatio non fundatur in ordine, ſed potiùs in actione, aut vnitate, aut menſurâ, vel potius in ipſis rebus abſolutis, ſcilicèt, ſubſtātia, quantitate, qualitate, vt dicemus. Et idcircò S.Tho. q.7. de pot. art. 11. non dixit relationem quācunq; fundari in ordine, ſed eſſe cum ordine aliquo copulatam.

S.Thom. Genus cognoſcibile vt ſenſus, intellectus, &c. ordinatur ad naturā: non contra. Declaratur.

Occurritur tacitę obiectioni

Vniuerſim vbi eſt ordo naturæ, eſt relatio realis.

Ordo naturæ non eſt ipſum relationis fundamētū, quod abſolutum eſt.

Idem.

S.Thom. 1.p.q.42.art.1.ad 4. ait relationem realem non fundari in alia relatione, quod confirmat Auicen. 3.Metaphyſic. cap. 10 nullum relatum referri alia relatione affirmans; quia nunquam conſiſteret relationum conſequētia, ſi relationem realem conſequeretur relatio realis, & vna relatio referretur per aliam: huic enim ſuccederet relatio alia, & alij alia. Et prætereà, quia relatio realis, quæ eſt ad aliud, in aliquo, quod ſit ad ſe, oportet vt fundetur; à quo abſoluto fundamento habet eſſe, vt à cauſa. Cum ergo ponimus B relationis realis fundamenta, abſoluta ponenda ſunt; ſed de his etiam poſteà dicendum. Ioann. Scot. in 1. d.31. q. 1. his adijcit, quòd relata realia debeant referri ex natura rei: & quidem verum ait, ſed nihil ait, quod nobis rem declaret; perinde enim eſt, quòd relatio ſit realis, & quòd ſit ex natura rei. Ad hoc ergo, vt relatio ſit ex natura rei, quid ſit neceſſarium inueſtigamus: Scotus verò idem per idem declarat.

16\. *Ex eodem.* Relatio realis non fundatur in alia relatione. *Auicen.* Probatur 1. Probatur 2. Alia conditio *Scoti.* Idem per idem declarat.

Deniq; ad has conditiones ſunt qui aliam apponant, ſcilicet, quòd relatio realis ſit ſemper realis: quare (inquiūt) C ſimilitudo fundata in ſubſtantia, verbi gratia, ſimilitudo inter duos homines, non eſt realis; quoniam cum inter homines non exiſtentes inueniatur eſſentialis ſimilitudo, quæ non eſt realis, vtpote non exiſtentium; etiam inter exiſtentes non poteſt eſſe realis: aliàs eademmet relatio eſſet modò realis, modò rationis, quod eſt impoſsibile. Itaq; relationem identitatis, quæ fundatur in ſubſtantia, aiunt non eſſe realem: quæ fuit olim opinio Durandi d.31.q.2.n.4. Hoc additamentum planè eſt alienum à ratione; nam etſi verum ſit, quòd relatio realis non poteſt commeare, aut traduci in relationem rationis: poteſt tamen eſſe relatio inter non exiſtentes rationis, & inter exiſtentes realis, ſcilicet non eadē relatio, ſed alia diſtincta: nihil enim magis eſt cū cogitatione noſtra coniunctum, quàm relatio rationis. Hoc verò apertum eſt, & euidens: nam etiam duo alba non exiſtētia ſunt ſimilia; erit ergo relatio inter alba, rationis, nō realis; & ſic de alijs. Inconſentaneū autem eſt credere, quòd ſimilitudo, quæ fundatur in albedine exiſtente ſit realis, quæ verò fundatur in tota natura exiſtente,

17\. Alia conditio *P. Fonſecæ,* vt relatio realis ſit ſemper realis. Explicatur vt ex defectu illius nō ſit realis relatio identitatis in ſubſtantijs. *Durand.* Reijcitur hæc conditio. Ratio euidens in qualitatibus, & à fortiori in ſubſtātijs.

Alia eſt relatio rationis non exiſtentium, alia verò realis exiſtentiũ.

S. Thom.

In non exiſtẽtib' ſunt etiã relationes reales poſsibiles.

A ſtente, quod eſt perfectius fundamentũ, non ſit realis. Paralogizari ergo argumento contingit, ſi per inconſiderantiã non aduertamus aliam eſſe relationem rationis inter non exiſtentia; aliam verò, non eandem relationem, non rationis, ſed realem, dum exiſtunt. Eſt autem vtrumque aſſertum S. Thomæ; nam 1. p. q. 28. ar. 1. ad 2. ait relationem fundatam in duabus ſubſtantijs eſſe realem; relationem verò inter non exiſtẽtes ait eſſe rationis relationem, quod iam explicatum eſt. Adijciendum tamen eſt, quòd inter res non exiſtentes, poſſumus conſiderare ſimilitudinem, etiam realẽ, non vt exiſtentem, ſed vt poſsibilem: ſicut enim ſubiecta relationum cogitamus in potentia, ita & relationem realẽ B in potentia, dum extrema, ſiue ſubiecta non exiſtunt.

18. Soncin. negans relationes in ſubſtãtijs, refragatur S. Thomæ.

At verò Paulus Sõcinnas 5. Metaph. q. 3. refragatur dictæ ſententiæ S. Doctoris affirmans nullam relationem realem fundari proximè in ſubſtantia. Quarè ad veriorem doctrinam, quam fortè ignarus auctoris impugnat, redigendus eſt: neceſſe enim eſt, conſentientem cũ doctrina S. Thomæ admittere relationẽ in ſubſtantia fundatam, ſcilicèt ſimilitudinem inter duos homines, quæ fundatur in natura humana; & diſtinctio etiam C inter plures ſubſtantias eſt realis relatio in ſubſtantijs fundata, & aliæ ſunt huiuſmodi relationes.

19. Ex his etiam liquet relationem eſſe genus quoddam accidentis, quod vniuocè dicitur de omni relatione reali. Quibus autem relationibus aliquid deeſt, de ijs quæ ad relationes reales neceſſaria eſſe diximus, relationes rationis ſũt, & extra genus; cum non ſint vera entia. Quamobrem ea opinio, quæ relationes rationis ponit in genere, eſt incredibilis; cum genera ſint rerum: Sed ea, quæ D ait relationem eſſe vniuocum ad vtraſque relationes reales, & rationis, minùs eſt improbabilis; quam poſteà pertractabimus, de illo relatiuo, ad, qui eſt modus relationis intrinſecus, diſputantes.

CAPVT II.

Argumenta refelluntur.

1. 1. argum.

QVòd relationes in creaturis inuẽtę non ſint reales, probatur primò;

A quia ſunt propè innumeræ relationes in rebus ſingulis; immenſum autem numerum rerum ſine cauſa ponere, inſipientis eſt.

2. Secundum.

Secundò: Nulla res eſt, quæ ſemper producatur per accidens, nam & mõnſtrum cum cauſa deficiente comparatũ per ſe producitur; ſed relatio non producitur per ſe, quia ad relationem non eſt per ſe motus, vt ait Ariſt. 5. Phyſicorum, text. 10: ergo relatio non eſt res aliqua.

Ariſt.

3. Tertium.

Tertiò: In rebus creatis, quæuis res etiam minima, vt exiſtat, educitur extra cauſam efficientem, & emanat ab illa; ſed vt ſimilitudo, verbi gratia, exiſtat in pariete, nulla inuenitur efficientia in eo- B dem pariete, qua efficiatur ſimilis; ſed per hoc duntaxat quòd dealbatur alius paries, is, qui erat iam albus, fit ſimilis illi; ergo ſimilitudo nulla res eſt.

4. Quartum.

Quartò: Conditio fundandi perficit fundamentum: ſed illa non eſt res; ſed vel negatio, vt vnitas; vel actio, quæ non eſt in ſubiecto relato, ſcilicèt in agente, vel etiam quæ tranſit, vt in Patre: ergo relatio conſequens has conditiones non eſt realis.

5. Quintum.

Quintò: Diſtinctio, qua materia diſtin- C guitur à forma, eſt relatio realis, ſi qua eſt, quia ibi comperiuntur relatorũ conditiones: ſed relatio in materia non poteſt intelligi effecta; quia materia, cum ſit pura potentia, non eſt capax efficientiæ, quæ eſt per actum: ergo hæc relatio extat abſque omni efficientia; ergo res non eſt.

6. Sextum *Durand.*

Vltimò, arguit Durand. in 1. d. 30. q. 3. contra id quod affirmat S. Tho. quòd relata debent eſſe eiuſdem ordinis: nam eſſe ordinis diuerſi, indicat quidèm analogiam, cum non ſit vniuocum in ijs quę ſunt ordinis diuerſi; ſed non immutat D rationem formalẽ; ſapientia enim creata, & increata coeunt in eadem ratione formali: ergo quòd cauſa prima ſit alterius ordinis, non efficit, vt relatio cauſæ non ſit realis.

Aduertenda.

7. Relatio nõ eſt propriæ mutationis terminus. Probatur. 1.

ILlud eſt hoc cap. præcipuè diſſerendum, quonam pacto relationes in rebus creatis producantur: ſi enim non producãtur, ita vt extra cauſas edantur, & fiant; nihil ſanè ſunt. Primùm autem

Digitized by Google

conſtat omnium ſententia, relationes A propriè non effici phyſica actione: ea quippè eſt, qua res mutatur à non eſſe ad eſſe; mutatur autem res propriè per id quod habet ad ſe ipſam pertinẽs: per id autem, quod habet ad aliud, ſi propriè loquendum ſit, non mutatur. Quod probatur communi loquendi conſuetudine, non enim dicimus mutari parietem, qui albus iam erat, dum alius paries dealbatur, licèt efficiatur denuò ſimilis; quia ſimilitudo, cum ſit duntaxat ad aliud, non immutat parietem. Eſt tamen aliqualis immutatio, quòd ex non ſimili efficiatur ſimilis reali ſimilitudine, quia tranſit à non eſſe ſimile ad eſſe ſimile. Hoc itaque modo interpretandum eſt, quod Ariſtot. docet, ad relationem non eſſe per ſe motum; ſcilicèt non eſſe ad relationẽ vllam phyſicam actionem, ſiue mutationem propriè dictam: ampla tamen ſignificatione aliqualis mutatio realis pertinet ad relationem, cum extra cauſas depromitur.

Probatur. 1.

Res per eſſe ad aliud pertinens, nõ mutatur propriè.

Probatur 2. communi loquendi conſuetudine.

Eſt aliqualis mutationis terminus.

Ad Ariſt. in 2. argum. adductũ interpretatio.

8.

Relationis createæ cauſa realis duplex. Fundamentũ quodãmodò efficit relationẽ: ſic forma affectiones inhęrentes, quãtitas figuram, & ſitum.

Quòd ſi inquiramus relationis createę cauſam realem, ea duplex eſt; ſcilicèt fũdamentum, & agens phyſicum, quod efficit ipſum fundamentum: fundamentũ ergo comparatur ad relationem, tanquã forma ſubſtantialis quam ſequuntur affectiones inhærentes, vel etiam vt quãtitas quam ſequitur figura, & ſitus, quodammodò in genere cauſæ efficientis, ita vt ſicut agens phyſicum media forma producit affectiones ſequentes formam, & media quantitate efficit figuram: ita medio fundamento producat relationẽ realem. Quam doctrinam accepimus à S. Thom. q. 7. de potent. ar. 8. ad 5. & idẽ annuit in 3. d. 2. q. 2. ar. 2. quęſtiuncula 3. & Ioan. Capreol. in eodem lib. 3. d. 5. q. 1. art. 3. & in 1. d. 30. q. 1. art. 1. & Paul. Soncin. lib. 5. Metaph. q. 25. art. 6.

S. Thom.

Capreol.

Soncin.

9.

Contra nonnullos, productio ſimilitudinis in pariete iam albo, non tribuitur dealbanti aliũ parietem denuò.

Probatur. 1.

Neceſſe eſt ergo difficultatem aliam expedire, quomodò producatur ſimilitudo in pariete iam albo abſque vlla phyſica actione. Cenſent nonnulli hoc eſſe mirabile in relationibus, quòd ad productionem vnius relationis, producatur altera, ita vt qui denuò parietem dealbat, per ſe producat in pariete eodẽ ſimilitudinem, & ad productionẽ iſtius producatur ſimilitudo in alio pariete: ſed hoc eſt impoſſibile; ea enim efficiẽtia, quæcunque illa ſit, qua producitur ſimilitudo in pariete modò dealbato, nõ tranſit in alium parietem: efficacia enim agentis determinatur ad illud ſubiectũ, in quo operatur; is autem qui parietem dealbat, nihil efficit in alio pariete, ſed in iſto ſolo, quem dealbat. Et confirmatur, quoniam relatio non efficitur, niſi per fundamentum; is autem qui dealbat hunc parietem, non attingit alium parietem ſua actione; ſed duntaxat in iſto inducit fundamentũ ſimilitudinis, quod eſt albedo. Et præter hæc, conſequens eſſet, quòd prius naturâ exiſteret vnum relatiuum, quàm aliud; quoniam vnum produceretur per aliud, quod eſt contra naturam relatorum. Denique per actionem, B quæ eſt in paſſo, produceretur relatio in agente, & quaſi reflecteretur ad agens actio paſſi.

Confirmatur.

Probatur. 2.

Probatur. 3.

10.

Tribuitur cauſæ quæ phyſicè produxerat albedinem priorem.

Fundamentũ eſt quaſi vis actiua relationum poſſibilium, quæ ipſum ſequi poſſunt.

Sic grauitas reſpectu omnium motuũ deorſum.

Dicendum igitur eſt vniuerſim, quòd illud agens, relationem producit, quod phyſica actione producit fundamentum relationis, in quo quaſi in principio, & virtute continentur omnes relationes poſſibiles, quæ poſſunt ſequi fundamẽtum: ſicut enim agens, quod generat graue, dat illi pondus, quod eſt quædam vis motrix, in quo continetur omnis motus deorſum, vt quoties remouetur graue à centro, iterùm petat centrum; ita homo C generans hominem, dùm animam communicat corpori, dat illi virtutem fundandi omnem paternitatem, quæ poteſt ſequi illud fundamentum; ita vt poſita conditione fundandi, quæ eſt generatio, ſequatur naturali conſequentia paternitas. Eſt enim anima hominis naturâ deſtinata ad generandum; quare ad relationes, quæ generationem conſequuntur, determinata eſt; ita vt poſita conditione operandi, neceſſariò producat ſuo modo relationem, ſicut & grauitas motum. Et ita relatio in genere cauſæ effi- D cientis ſequitur fundamentum, vt medium; efficitur verò ab eo agente à quo fundamentum efficitur; ſicut motus grauis eſt à grauitate, quæ eſt in re graui vt medio: eſt autem ab agente quod graue generauit. Similitèr ergo albedo in virtute continet omnem relationem poſſibilem; qui ergo infert nouam albedinem in hoc pariete, nihil omninò operatur in alio pariete iam albo: ſed duntaxàt ponit conditionem fundandi ſimilitudinẽ, qua poſitâ illa relatio, quæ erat in virtute albedinis præexiſtentis, prodit in actum.

Dealbans parietem denuò ſolũ ponit cõditionem fũdandi ſimilitudinem.

Eſt

Digitized by Google

11. Veroſimile eſt relationē produci ſine actione media inter fundamentum, & ipſam. Probatur. 1. 2. declaratur. Probatur. 3. ex *Ariſt.* *Auer.*

Eſt etiam veroſimile relationem non A produci per actionem mediam inter ipſam, & fundamentum; eò quòd actio eſt tendentis ab imperfecto ad perfectum; relatio autem non eſt forma perficiens abſolutè, ſed ad aliud. Et ſicut in creatione intelligimus effectum ſine actione media; quia non eſt ibi ſubiectum actionis: ita & relatio poteſt intelligi producta per fundamentū, vt per cauſam realem, ſed non media actione. Cui rei concordat quod Ariſt. docet 5. Phyſic. tex. 13. & lib. 1. de cœlo, tex. 111. quędam incipere eſſe ſine generatione, aut mutatione ſubiecti; quod Auerroes commētatur in relatione accidere. Poteſt itaq; negari relationem produci per actionē mediam: ſed non eſt negandum relationem eſſe realem effectum, & nouum, additum rei præexiſtenti; ſiquidèm eſt res creata, vt S. Thom. docet, & denuò exiſtit.

12. Conditio fundandi poteſt eſſe negatio. Oſtenditur.

Deindè aduertendū eſt, quòd in agētibus conditio operādi non eſt vis actiua; & ita poteſt eſſe negatio, vt quòd agens non ſit maiori virtute ab actione cohibitum, quæ eſt realis negatio, & eſt conditio neceſſaria ad agendum. Similitèr igitur vnitas eſt conditio fundandi, non vt eſt ens rationis, ſed quatenùs in illa vnitate ſunt duo alba, aut duo homines, vt poſteà explicabimus: & poteſt conditio fundandi eſſe in vno ſolo relatorum, vt actio quæ eſt in paſſo; neque enim actio concurrit ad producendam relationem in agente, ſed eſt conditio, ſine qua non producitur illa relatio: ſicut etiam in rebus creatis multitudo abſolutorum eſt conditio neceſſaria ad reales relationes.

Poteſt eſſe in vno ſolo relatorum. Oſtenditur.

Reſponſio.

13. Ad 1. Numerus eſt rerum imperfectarum,

AD primum reſpondetur, quòd numerus eſt rerum imperfectarum; quæ enim perfectiora ſunt, contendunt in vnitatem: quare atomi ſunt innumeræ, & arenæ: ita & relationes innumeræ; quas tamen non ponimus, niſi rationis ductu, & ſuaſu.

14. Ad 2. *S. Thom.*

Ad ſecundum reſpondetur, quòd relatio eo modo, quo producitur, per ſe producitur: nam per ſe ſequitur fundamentum, vt docet S. Thom. 5. Metaph. quæ enim neceſſaria ſunt, per ſe ſunt; ergo non diſtinguuntur, ſicut vnum, & ens: actione ergo phyſica non producuntur per ſe primò, ſed per fundamenta: emanatione autem illa, qua ſequuntur ſua fundamenta, quæ non eſt propriè mutatio (ſi qua ibi eſt emanatio) per ſe primò producuntur: quemadmodùm dicendū eſt de rebus alijs imperfectis, quæ per imperfectas actiones fiunt.

Relationes emanatione (ſi qua ibi eſt) p ſe producuntur.

15. Ad 3.

Ad tertium liquet reſponſio ex dictis; docuimus enim relationem quidèm effici ab eodem, à quo efficitur fundamētum, in quo eſt.

16. Ad 4. Per conditionem agēs vltimò perficitur, & completur, id eſt, nihil illi deeſt ad agēdum.

Ad quartum reſpondetur, quòd conditio non perficit fundamentum, quaſi forma perficiens, ſed eo modo, quo cōditio agendi perficit agens, vt nihil illi deſit ad agendum. Et in hoc ſenſu accipiendum eſt, quòd conditio, vel ratio fūdandi, ſit perfectio vltima, ſiue complementum fundamenti: quia eſt conditio, ſine qua relatio non fundaretur.

17. Ad 5. 1. Reſpōſ.

Ad quintum negatur materiā, & formam eſſe relata vlla relatione reali, eò quòd non ſunt entia actu diſtincta; quia non exiſtunt per ſe ſeparata, ſed in toto. Verum eſt quod S. Thom. 3. p. docet, relationem vnionis in Chriſto ex parte humanitatis eſſe realem: ſed tamen humanitas eſt ſubſtantia, quæ eſt propriū ſubiectum accidentium; materia autem, & forma, non eſt ſubiectum illorum. Quòd C ſi objicias accidentia eſſe ſubiecta relationum, quare inter ſe ipſa eſſe relata, non repugnamus: hæc enim coniuncta ſunt, & recurrūnt, quòd ſint ſubiecta relationū, & quòd ſint relata. Et S. Thom. hoc ipſum concedit, vt anteà meminimus, q. 28. ar. 1. ad 4. ponens relationem realem verbi ad intellectum. Accidentia tamen habent ſuas exiſtentias, quibus actu ſunt diſtincta; & ita poſſunt eſſe D relata: materia autem, & forma ſunt partes entis, non habentes exiſtētiam propriam; & ita non concluditur eſſe relata reali relatione. Reſpōdetur igitur deeſſe in his relatis illam conditionem relationis realis, quòd ſcilicèt relata ſint diſtincta; intelligitur enim quòd ſint entia actu diſtincta: materia autem, & forma non ſunt entia, ſed partes entis. Secundò reſpondetur materiam, & formam eſſe quoque relata, dummodò priùs intelligantur exiſtentia, quàm relata: nam etſi materia, & forma per eandem exiſtentiam ſuppoſiti exiſtant, vt S. Thom. docet; tamē ab eadem exiſtentia duplex relatio

S. Thom. Humanitas in Chriſto eſt ſubſtantia, propriéque ſubiectum realis relationis vnionis.

Accidētia ſūt relationū realium ſubiecta, &, quod recurrit cum hoc, inter ſe relata. *S. Thom.* Habent ſuas exiſtentias.

Materia & forma non ſunt entia ſalē per ſe, & actu diſtincta, ſed ſūt partes entis.

2 Reſponſ. Per eandem exiſtentiā ſuppoſiti in ipſo exiſtunt. *S. Thom.*

Digitized by Google

Ab hac vna exiſtentia plura accidentia pluribus inhę rentijs pẽdẽt.

relatio poteſt pendere duplici inhærentiæ; ita vt altera inhæreat in materia, altera in forma: ſicut ab eadem exiſtentia ſuppoſiti plura accidentia pluribus inhærentijs pendent. Ad argumentum ergo dicendum eſt nudam materiam non eſse fundamentum, vndè oriatur relatio in genere cauſæ efficientis; ſed materiã exiſtentem eſſe fundamẽtum relationis; à cuius exiſtentia pendeat relatio, etiam in genere cauſę efficiẽtis. Et eodem modo dicendum eſt de relatione creaturæ, quæ eſt in materia, ſi placet eſse realem: priùs enim exiſtit materia, quàm referatur relatione reali ſuperaddita.

Item vna relatio quodãmodò efficitur à materia, alia à forma, non nudis, ſed iam actu exiſtentibus.

18\. *Ad vltimũ S.Thom. negans in Deo relationẽ realem ad creaturam, non cõparat cauſam increatam cũ cauſa creata; ſed cum effectu creato: illa enim ad hũc nõ ordinatur, ſed è contrà.*

Ad vltimũ reſpondetur quòd S.Tho. non comparat cauſam increatam cum creata, vt ex eo, quòd increata eſt ordinis altioris, colligat relationem non eſſe realem: ſed comparat cauſam increatam cum effectu; quia illa non eſt ordinata ad effectum, ſed effectus ad illam. Et hæc diſparitas ordinis efficit, vt relatio realis ſit in effectu, & non in cauſa; ſicut & in ſcientia eſt relatio realis, qua conformatur rei ſcitæ: in re autem ſcita non eſt relatio realis, qua ſibi conformet ſcientiam. Non ergo probè Durand. mentem S.Thomæ intellexit.

CAPVT III.

Relatio realis, quatenùs ad aliud eſt, eſt ens reale.

1\. QVoniam perneceſſarium eſt intelligere, quid ſit relatio; de diuinis relationibus diſputaturis occurrit quæſtio Metaphyſica, non parùm ardua; vtrũ illud, ad, relatiuum, qui eſt modus relationis intrinſecus, ſit ens reale, necne?

2\. *1. opinio Bañes in relatione illud, ad, eſſe ens rationis. Reprobatur.*

Quidam opinantur eſſe ens rationis illud relatum, ad, qui eſt modus intrinſecus relationis realis. Sed certè iſta ſẽtentia eſt incredibilis, & nulla ſimilitudine vicina vero: præterquàm, quòd eſt doctrinæ S.Thomæ, & communi exiſtimationi contraria.

3\. *1. aduertendũ. Abſtractio intelligentiæ duplex, 1. vniuerſalis. 2. formalis.*

Hoc autẽ primùm obſeruetur, quòd abſtractio intelligentiæ duplex eſt, alia, qua abſtrahitur vniuerſale à ſingulis; alia, qua abſtrahitur forma à ſubiecto. Eſt autem abſtractio quædam mentis cogitatio, qua ſeparatim cognoſcitur vnum abſque alio, quæ in re ipſa cõiuncta ſũt. Exempli gratia, cum meditamur ho-

A

minem, nihil cogitãtes de ſingulis hominibus, abſtractio eſt vniuerſalis: dum verò cogitamus albedinem, quaſi in ſubiecto corpore non eſſet, abſtractio eſt formalis; qua forma abſtrahitur, hoc eſt, ſecernitur cogitatione à proprio ſubiecto.

4\. *2. aduert. Vniuerſalis abſtractio entis minùs propria abſtractio Oſtenditur, 1. 2. & principaliter.*

Poſt hæc aduertito, quòd ens abſtrahitur abſtractione vniuerſalis à ſingulis entibus; ſed ea minùs propriè appellatur abſtractio: eò quòd ſingula entia, eorumque differentiæ conueniunt ſolummodò in conceptu entis analogo, ita vt ſola analogia ſit illis rebus communis; tum vel maximè, quia in ipſis rerum differentijs continetur ens, quod eſt primũ intellectus obiectum. At verò in abſtractione propriè dicta, quæ vniuerſalis appellatur, id quod vniuerſale eſt, eſt extra

B

differentias ſingulorũ, vt animal eſt extra differentias hominis, & equi; ens verò intra differentias rerum continetur, vel etiam intimum eſt illis: ens ergo ſeparatur cogitatione à differentijs rerum per hoc duntaxat, quia in conceptu entis confuſo non intelliguntur differẽtiæ: prædicatur tamen de ipſis differentijs, cum vniuerſale non prædicetur de differentijs.

Ens includitur in ſuis, veluti differẽtijs & prædicatur de illis: nõ ſic vniuerſale de ſuis differentijs.

5\. *In relatione ſunt duæ entis differentię eſſe in ſubiecto, eſſe ad aliud.*

Quibus ita conſtitutis res ſcitiſsima eſt, in relatione reali duas eſſe entis differentias, ſiue duos modos intrinſecos (vt aiunt) quibus ens determinatur, & contrahitur ad genus relationis. Altera differentia entis huius eſt, quòd ſit in aliquo, quo diſtat à ſubſtantijs, quę ſunt per ſe: altera eſt quòd ſit ad aliud, qua differentia relatio diſcernitur à cæteris generibus accidentium, quæ ſunt quidem in aliquo, ſed non ad aliud. Accidit autẽ circa relationem duplex abſtractio, ſicut & circa cætera accidentia, altera formalis, qua ipſa relatio abſtrahitur, ſiue ſeiũgitur quaſi forma à ſubiecto; & ita rela-

C

tio conſideratur, vt eſt ad aliud, & nõ vt eſt in aliquo: altera, qua relatio abſtrahitur à differentijs relationum, & dicitur abſtractio vniuerſalis.

Abſtractione formali à ſubiecto, relatio cõſideratur vt eſt ad aliud.

Vniuerſali à differentijs, cõſideratur vt vniuerſale.

D

6\. *Vt alię formę accidẽtales abſtractione formali abſtrahũt ab eſſe in ſubiecto: ſic relatio.*

In abſtractione igitur formali relationis, & aliorum accidentium, hoc eſt cõmune, quòd ſicut cæteræ formæ accidẽtes ſubiectis, habent aliquod eſſe relatum ad ſubiectum in quo ſunt; & dum conſiderantur ſine ſubiecto abſtractione formali, conſiderantur etiam ſine illa relatione, quæ explicatur per hoc, quòd eſt eſſe in aliquo, ſcilicèt in ſubiecto: ita

relatio

Digitized by Google

relatio abſtracta à ſubiecto formali ab- A ſtractione, non conſideratur prout eſt in aliquo, ſed quaſi non eſſet in aliquo; & ita cōſideratur ſine illa relatione ad ſubiectum: Sicut Mathematicus conſiderat quantitatē ſine ſubiecto. Ex quibus iam colligimus, quod eodem modo eſt intimū relationi eſſe in aliquo, ſicut & qualitati, aut quātitati; & ita abſtrahitur relatio à ſubiecto, ſicut & cætera accidentia abſtractione formali.

7\. In relatione principalius eſt eſſe ad terminum; minus principale eſſe quoque ad ſubiectum. 1. eſt differentia, ſine qua nō poteſt cogitari. 2. cōmune omnibus accidētibus. *Ariſt.* acutè.

Illud eſt autem ſingulare in relatione, quòd totum ſuum eſſe eſt ad aliud; quarè principalitèr eſt ad terminum, & minùs principalitèr eſt quoque ad ſubiectum, B in quo eſt. Et ratio ſponte occurrit, quia eſſe ad aliud eſt propria relationis differentia, eſſe verò in aliquo eſt commune accidentibus. Et ita relatio poteſt abſtrahi abſtractione formali à ſubiecto, ita vt non conſideretur in aliquo; non tamē cogitari poteſt, niſi ad aliud, quę eſt propria relationis differētia. Quare hoc ipſum Ariſt. docuit 5. Metaph. quòd ſcientia, vt eſt relatum, non eſt ſcientis, ſed ſcibilis; quia vt eſt relatum potiùs refertur ad aliud, quàm ad ſubiectum, in quo eſt.

8\. Opin. *Bañ.* eſſe veroſiſsimillimā, & improbabilem, Probatur 1. ex ſimplicitate relationis.

His per incogitantiā non probè ani- C maduerſis, viri doctiſsimi, & ingenio valentes opinati ſunt eam differētiam entis, quam dicimus ad aliud, non eſſe ens reale; ſed alteram differentiam relationis, ſcilicèt in aliquo, eſſe reale ens, & proptereà relationē eſse ens reale. Qua quidèm opinione nihil poteſt fingi vero diſsimilius: ſi enim de reali relatione agendum ſit, conſtat rem eſse ſimplicem, imò neque propria abſtractione diuiſibilem, ſed ſimplici intelligentia contentam: quare eſse ad aliud, & eſse in aliquo, res eadem ſimplex eſt; ergo vel totum eſt reale in relatione, vel nihil. Cō- D firmatur, quia nihil poteſt conſtare ex ente reali, & rationis, quia ens rationis non eſt pars entis: ergo, etſi relatio non eſſet res ſimplex, ſed compoſita, non tamen poſſet fingi ex ente reali, & rationis res tertia concreta, ſcilicèt ex illo eſſe in, & eſſe, ad; ſiquidèm, vt illi volunt, eſſe in, eſt reale, & eſſe ad, rationis.

Confirmatur.

9\. Probatur. 2. *Ariſt.*

Prætereà id, quod eſt commune nihil eſt præter ſingularia; ſunt enim vniuerſalia in ſingularibus, vt Ariſt. demōſtrat in Phyſicis contra Platonem: ſi ergo id, quod ſolùm eſt particulare in relatione, ſcilicèt, ad aliud, non eſt quid reale; ipſum ens, ſiue eſſe in, quod eſt commune, nihil eſt: non eſt ergo relatio ens reale. Adhùc, differentia eſt, quæ maximè dat eſſe rei; ſi ergo ad aliud, quod conſtituit genus entis, non eſt ens; neque ipſa relatio, quæ eſt genus conſtitutum, erit ens reale. Et confirmatur, quia ens includitur in omni entis differentia; ergo includitur in conceptu huius differentiæ ad aliud. Denique relatio diuina, vt eſt ad aliud, & non vt eſt in aliquo, conſtituit, & diſtinguit perſonas; nam vt eſt in Deo, non diſtinguit, ſicut ſapientia in Deo nō affert diſtinctionem: ergo vt eſt ad aliud, diſtinguit; ergo vt ſic eſt, eſt in ſe reale. Ideò enim probant Theologi firmiſsima ratione diuinas relationes eſſe reales, quia diſtinguunt diuinas perſonas. Quare hęc opinio non eſt probabilis, ſed contraria demonſtratur euidētèr; quam tamen aliqui falſò exiſtimant Thomam Caietanum probaſſe, vt dicemus.

Confirm. 1.

Confirm. 2.

Probatur. 3. ex diuinis.

Contraria igitur opinio demōſtratur euidentèr.

10\. 2. opinio *Fōſec. 5. met. cap. 15. q. 2.* In relatione eſſe in, & eſſe ad, diſtingui virtute inter ſe.

Propter hæc eadem improbamus aliquorum ſententiam, qui aiunt has duas entis differentias, in aliquo, & ad aliud, diſtingui virtute inter ſe: eò quòd ſic relatio eſt in ſubiecto, quaſi non eſſet ad aliud, & ſic eſt ad aliud, quaſi non eſſet in ſubiecto. Hoc, inquam, falſum eſt, vt videtur; & quidèm ea diſtinctio virtualis, quæ etiam dicitur eminentèr talis, in ſolo Deo inuenitur ob entis infinitatē, vt lib. 1. diximus. Deindè hæc diſtinctio virtualis eſt inter diuerſa obiecta intellectus, ſcilicèt inter diuerſas rationes formales obiectorum: modi autē diuerſi eiuſdem entis, non ſunt diuerſę rationes formales, ſed duntaxàt ſunt modi cognoſcendi, vt lib. 5. dicemus. Denique ipſum ad aliud ſicut intrinſecè continet ens, ita & accidens; differentiæ enim accidentis continent ipſum accidens: quarè hoc ipſum, quod eſt ens in aliquo, eſt intrinſecum in ratione formali entis ad aliud, & ſola abſtractione imperfecta ſeparatur in cōceptu confuſo, vt diximus.

Huius opinionis falſitas Probatur. 1. Probatur. 2. Illi modi diuerſi eiuſdem entis, ſunt tātū modi cognoſcēdi, nō verò diuerſę rationes formales obiectorū. Prob. 3. Sicut ens, ita accidens, ſeu eſſe, in, eſt intrinſecum in ratione formali ipſius eſſe, ad, & ſola abſtractione imperfecta ſeparatur, in conceptu cōfuſo.

11\. Nobis non accidit, prout referimus rē ad vnum terminum, ſimul referre ad aliū. *S. Thoma*

Ad hæc autem præſcripta tanquàm ad normam dirigenda eſt loquutio: quia enim nobis non accidit referre ſimul rē vnam ad terminos diuerſos, negamus quòd relatio, prout eſt ad aliud, ſit in aliquo; quia prout refertur ad terminum, nō refertur ad ſubiectum. Et ita S. Tho. ait q. 28. art. 1. & 2. quòd relatio ſecundum propriam rationem non ſignificat aliquid

Digitized by Google

Boet. *S.Thom.*

aliquid inhærens,ſed ad aliud. Et Boet. lib.1.de Trinit. ait ad aliud omninò nõ prædicari: quod explicat S.Thom.in 1. d.26.q.1.art.2.ad 1.ad aliud,vt ſic,non prædicari, ſed potiùs referri. Sed ſi loquendum ſit de ratione formali relationis; in ipſo,ad aliud, continetur ens in aliquo: quia accidens continetur in cõceptu differentiarum, vt diximus. Ex quibus colligitur commentarius verborum S.Thom.1.p.q.28.art.2. vbi ait. *Si igitur conſideremus (etiam in rebus creatis) relationes ſecundum id, quòd relationes ſunt, ſic inueniuntur eſſe aſſiſtentes, non intrinſecùs affixæ, quaſi ſignificantes reſpectum quodammodò contingentem ipſam rem relatam, prout ab ea tendit in alterum.* Loquitur enim S. Thom.de relationibus realibus, vtpotè quæ in rebus creatis inſunt. Quod ergo ait, *inueniuntur aſſiſtentes*, intelligendũ eſt,quòd in illa apprehenſione, qua abſtrahuntur abſtractione formali, concipiuntur mente, & cogitatione quaſi aſſiſtentes, hoc eſt, modo intelligendi ita apprehenduntur, vt ſolent apprehendi ea,quæ aſsiſtũt,& non inhærent. Et quãuis reſpectus ille, quem nomen relationis ſignificat, non intelligatur vt inhærens,intelligitur tamen,quaſi contingẽs rem, in qua eſt;quia intelligitur,vt egreſſus ab illa,& tendens in terminum. Qua etiam ratione Boetius lib.de Trinit.dixit relationem ſignificare aliquid, non vt inhærens, ſed vt in tranſitu quodam ad aliud;& S.Thom.q.8.de potent.ar.2. ait, nihil prohibere quin illud inhæreat re ipſa, quod nõ ſignificatur vt inhærẽs. Eſt igitur perſpicua explicatio, vel quòd relatio vt ſic, non intelligitur vt inhærens, quia in abſtractione formali non conſideratur inhærentia; vel quòd non intelligitur per modum inhærentis, ſed per modum contingẽtis rem, in qua eſt; & ita intelligitur, vt aſsiſtens, id eſt, per modum aſsiſtentis; quia aliàs falſum eſt quòd relatio vt ſic ſit verè, & formalitèr aſsiſtens,aut contingens; ſed eſt verè,& formalitèr inhærens, quamuis non intelligitur, vt inhærens: quod etiam docet S.Thom. q.7. de potent.art.8. ad 7.

Idem.

Cõmentarius ex dictis.

In apprehenſione abſtrahẽte abſtractione formali relationes vt ſic, intelliguntur vt aſsiſtentes, & cõtingẽtes rem relatã vt egreſſę ab illa, non verò vt illi inhærentes.

Boet.

S.Thom. notandus.

Relatio vt ſic licèt intelligãtur vt aſsiſtẽs & contingẽs, tamẽ eſt verè, & formalitèr inhærens.

Idem.

12. Supereſt tamen dubium perarduum circa verba S. Thomæ eadem ſuperiùs citata q.28.art.1.& 2. vbi ait quòd relatio hoc habet ſingulare, vt ſecundũ propriam rationẽ inueniatur extra genus.

Explicatur eiuſdẽ aſſertũ, S.c.relatio hoc habet ſingulare vt ſecundũ propriam rationem inueniatur extra genus.

A Idem docet q.13.art.7.& q.2.de potẽt. ar.5.& quodlib.4.ar.5.& aliàs ſæpiùs:ea enim parte, qua extra genus inuenitur, videtur quòd non ſit ens reale. Ex ipſo verò auctore depromenda eſt ratio difficultatis explicandæ, docet quippè ſæpiùs in ſententijs quædam tribui Deo ſecundum rationem differentiæ remoto genere; vt ſcientia propriè dicitur de Deo;habitus autem,& qualitas,quę ſunt genera ſubalterna ſcientiæ,de Deo non dicuntur, neque in Deo ſunt. Ex quibus colligimus eſſe genus quoddam abſtractionis, quaſi formalis, quo differentia abſtrahitur à genere; differentia enim eſt quaſi forma generis, cũ ſit actus, genus verò potentia.Ex illa verò differentia ſic abſtracta abſtractione formali remoto genere,poteſt adhùc abſtrahi conceptus communis analogus abſtractione vniuerſalis, in quo conceptu res alia conueniat, vt in exemplo inducto à S. Thoma apparet:nam à ſcientia ſecundũ conceptum differentiæ,vt eſt rerum euidens, certaque cognitio,remoto genere habitus, aut qualitatis, abſtrahitur conceptus communis ſcientiæ,complectens ſciẽtiam creatam,& increatam; & idem docet S.Doctor q.7.de potent. art.4.ad 3.& firmat ſententiã verbis S.Auguſtini 5. de Trinit. cap. 1. *Intelligimus Deum quantum poſſumus,ſine quantitate magnum,&c.* Quod eſt intelligere notione ſpeciei ſecũdum ſolam differentiam, remoto genere.

Idem.

Eſt gen' quoddã abſtractionis, quaſi formalis,quo differentia abſtrahitur à genere.

Scientia ſecundum rationẽ abſtractã ſuæ differentiæ inuenitur ſupra genus, id eſt, in Deo.

Idem. *S.Aug.*

13. Eodem igitur modo omninò relatio, prout eſt ad aliud,poteſt abſtrahi abſtractione formali ab ente, & ab accidente; ita vt conſideretur relatio prout eſt ad aliud; & non conſideretur, quòd eſt ens, aut accidens, licèt vtrumque includatur in ipſo,ad,relatiuo; & à relatione ſic abſtracta poteſt iterùm abſtrahi conceptus cõmunis analogus abſtractione vniuerſalis, in quo conceptu conueniat relatio realis, & rationis. Et in eodẽ ſenſu, quo dicimus ſcientiam ſecundum conceptũ differentiæ remoto genere inueniri in Deo; dicimus relationem realem ſecundum proprium conceptum relationis, remoto ente,aut accidente, inueniri extra genus:quia etiam relationes rationis ſunt verę, & propriè relationes; ſicut ſcientia Dei eſt verè,& propriè ſcientia. Solùm ergo relationis genus hoc habet peculiare,quòd ſicut ad aliud reale,propriè

Relatio realis ſecundum proprium conceptum relationis,ſeu ad aliud, inuenitur extra genus, id eſt, in relationibus rationis.

priè

Digitized by Google

priè eſt ad aliud, ita & relatio rationis A propriè eſt ad aliud. Ergo ab vtraque relatione poteſt abſtrahi communis ratio formalis vnâ definitione explicabilis, ſcilicèt ad aliud. Hoc ergo fortaſsis eſt, quod ait Thom. Caiet. ad aliud inueniri in relatione reali cum abſtractione ab ente reali, & ab accidente, ſcilicèt cum abſtractione formali: niſi enim in hac abſtractione remoueas ens, & accidens, non poteſt abſtrahi communis conceptus relationi reali, & rationis. Sed quia obſcuriùs diſserit de re iſta, locum dedit impugnatoribus, quaſi dixerit ipſum, ad B aliud, realis relationis, non eſse ens reale. Probè etiam obſeruat Caiet. relationes particulares addere differẽtias, quæ non ſunt extra genus, vt paternitas: ſed inter has particulares quædam ſunt, quæ extra genus quoque inueniũtur, vt ſimilitudo, diſtinctio; eſt enim propriè ſimilitudo, imò maxima, quæ non eſt ens reale, neque in genere, vt ſimilitudo inter perſonas diuinas, quæ eſt relatio rationis; & diſtinctio eſt quoque inter entia rationis, quæ non eſt ens reale.

Caietan. explicatur.

Ex Caiet. Relationum particulariũ quędam differentię nõ ſunt extra genus: Quædam tamen ſunt.

14. Illud aſſertũ *ex S. Thom.* explicatur exemplo huius aſſerti ſimilis: Hæc herba eſt in horto meo, propter ſpeciem.

Hoc autem Doctoris Sancti aſsertum commodiſsimè explicatur, quòd ſicut di C cimus, Hęc herba eſt in horto meo, propter ſpeciẽ; ſcilicèt, Herba iſtius ſpeciei eſt in horto meo; ita dicamus, relationes reales ſecundum propriam rationẽ, hoc eſt, ſecundum analogiam propriæ differentiæ, vt expoſuimus, eſse extra genus. Neque indè ſequitur, quòd relatio realis aliqua parte ſui ſit non ens, aut ſit extra genus; ſed quòd conueniat in analogo cõceptu cum relatione extra genus.

15. Quæſt. emergens.
Cõtra quoſd.
1. concl. Conceptus entis ad reale & rationis eſt æquiuocus.
2. concl. Conceptus relationis, vt ſic, eſt analogus.
Prima probat. Entia rationis non ſunt verè entia, ſed æquiuocè, vt homo pictus. Oſtenditur.
Secunda probatur.

Alia hinc emergit quæſtio, vtrùm relatio, quæ eſt communis relationi reali, & rationis, ſit vniuocum, an analogum? quòd ſi analogum, vtrùm vnius conceptus analogum? Quidam ſunt, qui entia realia, & rationis conuenire aiunt D in conceptu analogo entis: quare non mirum quòd relationes reales, & rationis in vno conceptu coeant. Alij hoc quidèm tribuunt conceptui relationis, negant conceptui entis. Poſterior hæc ſententia vera eſt, quoad vtramque partem. Nam entia rationis non ſunt verè entia, ſed ſolo nomine; ens enim ab eſſe dicitur, quod eſt exiſtere: ergo entia realia, & rationis non coeunt in vno cõceptu entis. At verò ſi à relatione reali abſtrahamus vnum conceptum commu- A nem, remouendo abſtractione formali (vt diximus) ipſam rationem entis, & accidentis, nihil prohibet illo conceptu communi contineri relationem realem, & rationis: nam etſi relatio rationis non ſit vera relatio, quia verum eſt paſsio entis; eſt tamen verè relatio, hoc eſt, verum eſt dicere relationem eam, quæ eſt rationis eſſe relationem.

Relatio rationis ſecundum eſſe ad aliud, eſt verè, & propriè relatio, vt ſic, ſeu ſecundum propriã rationẽ ad aliud, abſtractã ab ente, & accidente.

Declaratur.

16. In rebus creatis relatio ſecũdum eſſe, in, nõ inuenitur propriè extra genus, ſeu in relationibus rationis.

Quo in loco aduertẽdum eſt, relationem, prout eſt, in, non inueniri extra genus in rebus creatis, quia entia rationis propriè nõ ſunt in aliquo, licèt ſint pro- B priè ad aliud. Et in hoc ſenſu veriſsimum eſt, quod ſcholaſticorũ ſermone teritur, ab ente reali, & rationis non abſtrahi cõmunem conceptum, ſcilicèt conceptum entis: nam ens rationis non eſt propriè ens, ſed æquiuocè, vt homo pictus. Si verò à relatione reali remoueas cõceptum entis abſtractione formali, relatio abſque dubio vno conceptu communis eſt ad relationem realẽ, & rationis. Probatur, quia vtraque relatio propriè eſt relatio; & vtramque vult Thom. Caiet. definitione eadẽ definiri ab Ariſtotele; ſaltèm vtrique poteſt definitio accõmo- C dari. Qui verò negant relationem rationis in eodem conceptu conuenire, à veritate abhorrent, vt oſtenſum eſt; & à doctrina S. Thomæ alieni ſunt, qui ait relationes ſecundũ propriã rationẽ extra genus inueniri. Nam ſi nomine relationis S. Tho. non intelligit rationẽ aliquã formalẽ definibilẽ, & cõmunẽ; falſò ait relationẽ ſecundum propriã rationẽ eſſe extra genus: ſicut ſi quis dixerit, hominem ſecundũ propriam rationẽ eſſe pictũ; eò quòd homo pictus ſolo nomine dicatur homo, & nõ ſecũdum propriã rationem hominis: non ergo relatio rationis ſolo nomine relatio dicitur, ſed verè, & propriè relatio.

Confirmatur.

Caiet. *Ariſt.*

S. Thom.

Exemplum. Homo ſecundum propriã rationem non eſt pictus.

17. Contrà *Capreol.* *Ferrar.* *Soncin.* *Caiet.*

S. Thomas explicatur vt ſuprà.

D Sunt tamẽ, qui in vtriſq; relationibus, ita parẽ vnitatem ſpeculantur, vt dicant relationẽ eſſe aut genus, aut ſaltẽ vniuocũ relationibus realibus, & rationis. Ita exiſtimat Ioan. Capr. in 1. d. 33. q. 1. Frãciſc. Ferrar. 4. cõtra gẽt. c. 14. Paul. Sõc. Metaph. q. 26. concl. 2. & Thom. Caiet. 1. p. q. 28. Quod videtur poſse cõfirmari illâ ſentẽtiâ S. Tho. quòd relatio ſecũdũ propriã rationẽ eſt extra genus. Sed ad hoc declarandũ ſatis eſt, q̃d ſit analogia vnius cõceptus, in quo eſt vna ratio formalis; licèt illa nõ ſit genus, neq; vniuocũ.

18. Conceptus relationis vt ſic, eſt analogus.

Eſt hæc quædam analogia attributionis, ſecundum intelligentiam tantùm. Oſtenditur.

Videtur igitur conceptus relationis non eſſe vniuocus, ſed analogus: quia relatio realis eſt vera relatio; relatio rationis nō vera relatio, ſiquidèm nō realis: quod facit maximam diſparitatē; & attributionem quandam facit, non ſecundum eſse, quia relatio rationis nō habet eſse, ſed ſecundum intelligentiam; quia cōtemplamur relationem rationis imitando cogitatione relationem realem.

Obiectio.

Quòd ſi obijcias ſimilitudinē inter perſonas diuinas eſse veram ſimilitudinē, & tamen eſse relationem rationis; quare & relationem rationis eſse verā relationem.

Soluitur. Inter perſonas diuinas ratione fūdamēti eſt ſimilitudo vera, non vera relatio.

Reſpondendum eſt ſimilitudinem illam eſse veram, ſicut & ſummā, ratione fundamenti; ſed non ratione relationis, quæ non eſt vera relatio. Et ita dicimus eſse veram ſimilitudinem propter fundamentū; ne videamur dicere nō cōuenire Filiū cum Patre in vnitate naturæ: ſed non dicimus eſse veram relationem. De genere analogiæ relationis cōmunis, nulla eſt difficultas.

Eſt etiam hæc analogia proportionis. Oſtenditur.

Et quidèm quòd cernatur ibi analogia proportionis, non ambigimus; quia ſicut ſe habet relatio realis ad ſuum terminum, ita & relatio rationis: eſt etiam in his quędam attributio, vt modò dicebamus; cum relatio rationis imitetur realē: ſed non eſt analogū attributionis, vt alia, quorū vnū definitur per aliud; quia ſimilitudo, quæ eſt relatio rationis nō definitur per illā, quæ eſt realis: niſi velis vnā ab alia diſcernere; tunc enim relatio rationis definitur per quādam imitationem relationis realis. Exemplum iſtius analogiæ eſt in nominibus diuinis, prout ſunt rebus creatis, & increatis cōmunia, de quibus diſputabimus lib. 5.

Non eſt analogia attributionis, qualis reperitur inter analoga per ſe mutuo definibilia.

19. Cōcluſio quæſtionis principalis. Explicatur.

Concluſio itaque eſt, quòd in relatione reali ipſum quod eſt ad aliud eſt ens reale, & accidens; non tamē prout eſt ad aliud, eſt in aliquo: quia diuerſis modis comparamus relationem ad terminū, & ad ſubiectū; propter quos modos ſignificandi, & intelligendi, neque prout eſt in aliquo eſt ad aliud, neque prout eſt ad aliud eſt in aliquo: ſed tamen prout eſt ad aliud ens reale eſt, quia in ipſa differentia entis clauditur ens; & ipſum eſſe ad aliud eſt verum ens, & verū accidēs in ſubiecto.

Probatur ex *S. Thom.*

Quod apertè docet S. Tho. in 1. d. 25. q. 1. art. 4. affirmans relationē realem propria ratione formali quidditatiua ponere aliquid in ſubiecto, in quo eſt. Et in opere ad Anibaldum ſimilitèr in 1. d. 25. art. 4. ad 3. eiuſdem aſſerti rationem ſubijcit: *Si enim*, inquit, *ratione relationis, ſiue reſpectus non poneret aliquid, cum ſecundum ſuum eſſe, ratione cuius ponit aliquid inhærens, non cadat in genere relationis, non eſſet aliquod genus entis.*

Argumētatio *D. Thom.* indiſſolubilis.

Explicatur.

Quæ argumentatio huiuſmodi eſt: Relatio, quà tale ens, eſt genus hoc; quòd ſi quà tale ens, non ponit aliquid inhærens, non eſt accidens, neque genus accidētis. Si verò quà tale ens ponit aliquid inhærens, quà tale eſt, ratione relationis quæ eſt ei propria, aliquid ponit inhærens. Quod argumentum effugere nemo poteſt.

20. Sed vt res iſta perſpicaciùs adhùc intelligatur, declarandū eſt, quid ſit ipſum, in, relatiuum, & quid ſit, ad: ſcilicèt an illud, in, relatiuum ſit inhærentia actualis; & illud, ad, relatiuum actualis relatio, an ſola aptitudo ad hæc.

21. In relatione illud, in, relatiuum intimū nullus eſt ex actibus inhærendi.

Accidens primò prioritate naturæ eſt in ſubiecto per vnionem, ſecūdò exiſtit in illo.

Anima rationalis contrà.

De primo dicendum eſt, ſicut in cæteris accidētibus, ita & in relatione illud, in, quod eſt modus intrinſecus entis, nō eſſe actum inhærēdi: & eſt penitùs inſpiciendū, quòd accidens eſt in ſubiecto, & exiſtit in ſubiecto: eſt in ſubiecto per vnionē, ſiue cōiunctionem realem prioritate naturę, antequàm exiſtat; neq; enim accidens exiſtit, antequàm vniatur ſubiecto; ſicut exiſtit anima rationalis priùs, & ſubſiſtit, quàm corpori copuletur. Eſt ergo accidens in ſubiecto per cōiunctionem realē; & deindè exiſtit in ſubiecto: & neutra inhærentia, ſiue actus entis in alio, ſignificatur nomine accidentis principalitèr, niſi fortè in obliquo; eſſentia enim accidentis prꝫintelligitur coniunctioni eius cum ſubiecto; per quam coniunctionem habet accidens, vt in ſubiecto ſit: imò priùs naturâ producitur quā coniungatur ſubiecto, quāuis illius productio pēdeat à ſubiecto.

Imò accidens priùs naturâ producitur etiam dependētèr à ſubiecto, quàm ſit in illo, ſeu vniatur.

Illud eſſe, in, relatiuum eſſētiale eſt realis aptitudo vt inſit. Declaratur.

Ex quibus colligimus illud eſſe, in, quod eſt eſſentiale, imò intimus modus accidentis, non eſſe actualem inhærentiam; ſed eſſe quendā modum realem, vnde accidenti conuenit, vt poſsit eſſe in alio, quia non eſt per ſe. Et hoc eſt intimum relationi etiam reali, ſcilicèt, vt ſit ens modo quodam, vt poſsit eſſe in alio: quem entis modū explicabimus lib. 4.

22. Illud, ad, relatiuum nō eſt ipſa relatio.

At verò de relatiuo, ad, dicendum eſt non eſſe ipſam relationem, ſed modum intimum relationis; quia relatio includit

Digitized by Google

Licèt includat accidens & ens contrahit illa ad relationem vt modus intrinſecus.

dit accidens,& ens: ad, verò relatiuum etſi hæc includat, cõtrahit illa ad genus, vt modus intrinſecus entis; & ita eſſe in, & eſſe ad, ſunt duo modi reales intrinſeci, qui ſunt modi intelligẽdi ipſam relationem, & dicuntur modi intrinſeci illius.

23. Vtrùm ſit aptitudo? 1. opinio.

Sed adhùc inquiritur, Vtrùm iſtud, ad, ſit aptitudo aliqua, vel potiùs actus, quo res abſoluta referatur? Quidam affirmant aptitudinem eſſe, & non actum;

Fundamentũ.

quia ſicut eſt extra eſſentiam accidẽtis, aut etiam relationis, actus vt inſit; ſed ſola aptitudo vt inſit, eſt in eſſentia accidentis: ita & quòd relatio referat, eſt extra eſſentiam relationis; & ſola aptitudo vt referat, poteſt in eſſentia relationis conſiderari.

24. 2. opinio.

Alij verò contra opinantur in relationis eſſentia non eſſe ſolam aptitudinem, ſed actum referẽdi; aliàs producta

Fundam.

iam relatione ſecundum eſſentiam, neceſſe eſſet aliquid aduenire relationi, vt actu referat: quod eſt falſum, quia relatio eſt forma relatiua, cuius effectus formalis eſt referri; at verò inter cauſam formalem, & effectum nihil eſt medium.

25. Concluſio. Relatio non eſt aptitudo, ſeu potentia propriè, ſed impropriè. Declaratur.

Ad hoc dicendum eſt, nomen aptitudinis eſſe nomen potentiæ, quæ opponitur actui; relatio autem eſt actus, quo res refertur: quare ſi propriè loquendum ſit, relatio non eſt aptitudo, neque potentia. Verũ eſt quòd illud, quod eſt ab alio, eſt quaſi à potentia; potentia enim reſpicit poſsibile, quo pacto poſsibile eſt, quod ab alio poteſt eſſe. Et ita in omni cauſa etiam formali, eſt quædam potẽtia impropriè dicta ad effectum, quia effectus eſt à cauſa; & iſto modo relatio eſt

Referri eſt actus eius aptitudinis, ſicut eſt eius effect' formalis.

aptitudo ad referendum, cuius aptitudinis actus eſt referri, ſicut eſt eius effect'. Si quis tamen exiſtimet relationem ita eſſe aptitudinem, vt oporteat aduenire illi aliquid, vt actu referat; is apertè fallitur non conſiderans ipſam relationem eſſe actum referendi. Verum eſt, quòd ſicut agẽti neceſſaria eſt admotio paſsi, vt agat in illud; ita & formæ neceſſaria eſt coniunctio cum ſubiecto, vt ſuum habeat effectum.

26. Ad fundamẽtum primæ opinionis.

Ad argumentũ igitur prioris opinionis concedimus eſſe extra eſſentiã relationis, vt actu referat; & indè colligi eſſe in relatione quandam aptitudinem impropriè dictã, cuius actus eſt referri, qui eſt effectus formalis eius; ſed abſolutè

A loquendo relatio eſt actus, ſiquidèm eſt forma, & eſt id, quo actu res quæpiam refertur abſque alio additamento. Relatio propriè eſt actus & forma.

27. Ad fundam. ſecundæ.

Ad argumentũ ſecundæ opinionis cõcedimus in relatione eſſe potentiam impropriè dictã; neque indè ſequitur, vt ſit neceſſe addere aliquid relationi, vt res per illam referatur: quia talis eſt potentia, cuius actus immediatus eſt referri.

CAPVT IIII.

Argumenta refelluntur.

II, qui exiſtimant relationes reales, & rationis, non conuenire in aliqua ratione cõmuni, etiã analoga; facilè tuẽtur 1.
B in relatione reali ipſũ, ad aliud, eſſe ens reale, eò quòd non conueniat in aliquo cõmuni cũ relatione rationis. Sed cõtra eos qui aſſerunt relationes vtraſque in vno cõceptu relationis cõuenire, cũ quibus & nos cõſentimus, illud eſt argumẽtum primum: Ad aliud, in vtriſque relationibus, ſcilicèt realibus, & rationis, eſt 1. argum.
vnum vnitate analogiæ, vt diximus: ſed nihil eſt commune enti reali, & rationis; ergo in ipſa relatione, ad aliud, non eſt quid reale, ſed rationis; aliàs nihil eſt.
C Probandũ ergo eſt illud aſſumptũ, quòd enti reali, & rationis nihil ſit commune; cætera enim in argumẽto propoſita nõta ſunt: & probatur in hũc modum: Illo, quod eſt cõmuniſsimũ, nihil eſt communius, ſicut nihil eſt maius maximo; ſed ens reale eſt quid cõmuniſsimũ; ergo nihil eſt cõmunius, in quo ſcilicèt ens reale, & rationis cõueniat. Et confirmatur, Confirm.
quia ens eſt obiectũ adæquatum intellectus; ergo nihil intellectus intelligendo abſtrahit, quod ſit cõmunius, quàm ens; aliàs intelligeret extra obiectum ſuum.

Secundò: Ad aliud inuenitur extra genus, & extra ens, vt diximus; ergo, ad ali- 2. Secundum.
D ud, non eſt realis differẽtia entis: Nã ens reale continetur in conceptu cuiuſcunque differentiæ entis: ergo, ad aliud, non eſt ens reale.

Tertiò: Si, ad aliud, eſſet ens, idẽ eſſet ad aliud, & ens ad aliud; ſicut idem eſt 3. Tertium.
homo, & ens homo; ens quippè nihil addit, omninò ad res ſingulas: ſed ens ad aliud nõ inuenitur extra genus; ergo ad aliud, quod inuenitur extra genus non eſt ens; ergo relatio, prout eſt ad aliud, non eſt ens.

Digitized by Google

4. Quartum. Quartò: Ad aliud vt ſic, non eſt in aliquo; quod ſuprà docuimus; ergo vt ſic, non eſt accidens, quod eſt in aliquo: ſed vt ſic, non eſt etiam ſubſtantia; ergo ad aliud, vt ſic, non eſt ens: quod enim eſt ens, aut accidens eſt, aut ſubſtantia. Et confirmatur, quia S. Thom. q. 2. de potent. art. 5. docet relationem vt ſic, non eſſe aliquid, ſed ad aliquid.

Confirm. *S. Thom.*

5. Vltimum cõtra aſſertum *ex S. Thom.* 1. inſtantia. Vltimò probatur, quòd aliæ quoque res ſecundum propriam rationem ſint extra genus, neque hoc ſit relationum ſingulare, vt S. Thom. ait. Nam roſa non exiſtens eſt ens rationis; & exiſtens eſt in genere ſubſtantiæ: ergo eſt in genere, cum exiſtit; & extra genus, cum non exiſtit. Item triangulus in ſubiecto eſt vera quantitas, & ſeparatus à ſubiecto eſt ens rationis. Item tempus eſt ens rationis, quia completur ex actione animæ numerantis, vt ait S. Thomas 4. Phyſicorum; & tamen eſt ſpecies quantitatis; ergo eſt quoque in genere, & extra genus. Adhùc actio, vt actio, nihil ponit in ſubiecto; vt ait S. Thom. de potentia q. 8. artic. 2: ergo non eſt hoc ſolius relationis, quòd vt relatio eſt nihil ponat. Prætereà numerus in quantitate eſt ens reale abſolutum; & eſt etiam extra quantitatem numerus tranſcendentalis, qui eſt ens rationis: ergo non ſola relatio eſt in genere, & extra genus. Denique probatur, quòd relatio non ſit extra genus, quia relatio rationis non eſt relatio, cum non ſit ad aliud, id eſt, ad rem aliam.

Secunda. Tertia. *S. Thom.* Quarta. Quinta. Vltima impugnatio.

Aduertenda.

6. 1. aduertendũ. Ad ea quæ dicta ſunt de quæſtione hac, cap. præcedente, illud magis diſtinctum adijciendum eſt, quòd relatio, vt relatio, ſcilicèt vt eſt quædam ratio communis cõtinens relationes reales, & rationis, non importat in ſua ratione formali, vt inſit in aliquo; quia vt ſic non eſt ens, vt diximus: neque verò non ens: neque etiam ab ente, & non ente abſtrahitur abſtractione vniuerſalis à ſingularibus; ſed abſtrahitur ab ente abſtractione formali, quia non conſideratur vt eſt in aliquo, ſed duntaxàt vt eſt ad aliud. Relatio verò realis vt ſic, licèt vt eſt ad aliud non ſit in aliquo, quia vt refertur ad terminum, non refertur ad ſubiectum; eſt tamen ſecundum ſe res aliqua in aliquo exiſtens; & hæc quoque dicta ſunt. Relatio ergo realis, vt continet relationes creatas, & diuinas, eſt quidèm res in aliquo exiſtens, ſed non eſt res exiſtens in ſubiecto; hoc enim proprium eſt relationis creatæ: relatio verò communis ad creatam, & increatam eſt res exiſtens in aliquo, vel vt in ſubiecto, vel vt forma in ſuppoſito, vel etiam in præexiſtente, quo pacto relatio diuina eſt in eſſentia, vt docuimus: relatio ergo realis communis eſt res in aliquo, quocunque modo in aliquo exiſtat; relatio verò creata eſt res exiſtens in ſubiecto; relatio autem communiſsima etiam rationis relationes complexa vt ſic, non eſt in aliquo, ſed ad aliud.

Relatio vt ſic, nõ eſt ens, nec nõ ens; ſed abſtrahitur ab ente abſtractione formali. Similitèr nõ eſt accidẽs, nec non accidens, ſed, &c.

Relatio realis vt ſic, eſt ſecũdum ſe res aliqua in aliquo exiſtens, ſiue vt in ſubiecto, ſiue vt forma in ſuppoſito, vel etiam in præexiſtente.

7. 2. aduert. Adhùc autem eſt aduertendum in ipſa relatione reali, quòd eſſe ad aliud, & eſſe rem cui conueniat exiſtere in aliquo, non ſunt res duæ, neque rationes formales duæ; ſed eſt res eadem, & ratio formalis eadem: ſed, quia cognoſcitur modis oppoſitis, prout eſt ad aliud, & prout eſt in aliquo, non poteſt ſimul comparari ad vtrumque. Cum ergo dicimus, quòd relatio, prout eſt ad aliud, non eſt in aliquo, non ſignificamus hæc eſſe diuerſa; ſed ſignificamus noſtrum modum intelligendi, quo rem eandem comparamus ad diuerſa, & prout comparamus relationem cum termino, non conferimus eam cum ſubiecto; quaſi clariùs dicamus, relatio, prout eſt ad aliud, non intelligitur in aliquo. Relatio ergo creata (quod eſt ſcitè aduertendum) prout eſt ad aliud, non eſt accidens; quia in illa comparatione intellectus ad aliud, nõ intelligitur in aliquo, ſed ad aliquid; accidens autem ſignificat ens in aliquo, & ita ſignificat modum oppoſitum: in aliquo enim, & ad aliud opponuntur: relatio tamẽ creata, prout eſt ad aliud, eſt ens reale, quia ens nõ ſignificat modum oppoſitum; & ita nihil repugnat, quin cõſideretur vt ad aliud, & vt ens. Relatio itaque realis, vt ad aliud, conſideratur quidèm vt ens, ſed non vt accidens.

In relatione reali eſſe, in, & eſſe, ad, eadem eſt ratio formalis, ſed modis oppoſitis cognita.

Relatio prout eſt ad aliud, non intelligitur in aliquo.

Intelligi poteſt vt ad aliud, & vt ens.

Reſponſio.

8. Ad primum. Ad primum argumentum reſpondetur concedendo, quòd nihil abſtrahitur ab ente reali, & rationis ſub cõceptu entis; ſed à quodam ente, ſcilicèt à relatione, remota ratione entis, vt diximus, poteſt fieri abſtractio, in qua relatio realis, & rationis cõueniant. Et ad argumentum dicimus quòd ens eſt cõmuniſsi-

Digitized by Google

muniſsimum, & quòd nihil eſt communius ente: relatio enim non eſt quid communius; quia non omne ens eſt relatio: ſed eſt quid commune, in quo conuenit quoddam genus entis, ſcilicèt relatio realis, & aliquid extra genus, ſcilicèt relatio rationis: ſicut ſcientia communis creatæ, & increatæ non eſt quid communius, quàm qualitas; neque enim omnis qualitas eſt ſcientia; ſed eſt quid communius, quàm quædam qualitas; ſcilicèt quia continet ſcientiam, quæ eſt ſpecies qualitatis, & ſcientiam diuinam, quæ eſt extra genus: hæc enim analoga abſtrahuntur remoto genere, vt diximus. Ad confirmationem reſpondetur, quòd entia rationis intelliguntur ſub ratione entis realis, & ita continentur in obiecto adæquato intellectus. Quòd ſi obijcias in hunc modum: Entis realis, & rationis non eſt analogia, qua vnus conceptus communis informetur, vt nos concedimus; ſed relatio rationis intelligitur ſub ratione entis realis; ergo ſub ea ratione, non conuenit cum relatione creata in conceptu vno. Occurrendum eſt, quòd ſicut ens rationis intelligitur ſub ratione entis realis, ita relatio rationis ſub ratione relationis realis. Sed aduertes, quòd vnum cognoſci ſub ratione alterius ſignificat, quòd illud alterum ſit ratio, ſiue medium intelligendi aliquid, vt colorem cernimus ſub luce: & ita relatio realis eſt ratio, ſiue medium cognoſcendi relationem rationis. Sed in illo conceptu, ſiue notitia, qua cognoſco relationem rationis; res cognita non eſt relatio realis, ſed rationis tantummodò; & ita ex vno conceptu relationis realis, & altero relationis rationis, informo mentem tertio conceptu communi.

Ad aliud non eſt quid communius ente reali, ſed quoddã genere entis realis, ſicut ſcientia, &c.

Ad confirm. Relatio rationis intelligitur ſub ratione relationis realis, tanquã ſub medio intelligendi: ipſa autem relatio rationis eſt res intellecta.

Obiect.

Occurritur.

9. Ad 2.

Ad ſecundum reſpondetur, quòd ad aliud relationis realis eſt extra genus, ad eum ſenſum, quo dicimus, Hæc herba eſt in horto meo, vt explicauimus; quare aliqui Thomam Caietanum coarguunt, quaſi crediderit, ipſum ad aliquid, quod eſt propria differentia generis, eſſe extra genus; ſed exiſtimare hoc, hominis eſſet mentis inopis.

Ipſum ad aliquid quod eſt propria differẽtia generis, non eſt extra genus.

10. Ad 3.

Ad tertium reſpondetur, quòd licèt, ad aliud, & ens ad aliud, re ipſa ſint idem; in abſtractione tamen hæc longè diſtant, cum ea conficiatur remoto ente, vt diximus. Igitur dicendum eſt, quòd ens ad aliud non inuenitur extra genus, quia nullum eſt commune analogum relationi enti, & relationi non enti, ſub his notionibus, ſiue conceptibus: ſed abſtractione formali remoto ente, ad aliud, inuenitur extra genus ſecundum rationem communem relationis, quia relatio rationis eſt propriè ad aliud. Quòd ſi obijcias Sanctum Thomam dixiſſe relationem realem ſecundum propriam rationem eſſe extra genus. Iam hoc identidem elucidauimus, quòd intelligit S. Thom. propriam rationem, hoc eſt, conſiderata ratione differentiæ remoto genere; non quòd ipſa differentia ſit extra genus reale, ſed quòd ſimilis ratio inueniatur extra illud, ſcilicèt relatio rationis; eo modo, quo dicimus, Hæc herba eſt in horto meo. Et ideò explicatiùs reſpondemus relationem realem eſſe extra genus, ſecundum rationem communem relationis, in qua relationes rationis conueniunt: ſenſu verò non diſſentimus à Doctore Sancto.

Ens ad aliud nõ inuenitur extra genus.

Ad aliud maximè.

Obiectio ex S. Thoma.

Reſpond. Ad aliud reale extra genus eſſe dicitur, non quòd ipſũ, ſed quòd ad aliud ſimile extra genus ſit. Declaratur exemplo.

11. Ad 4.

Ad quartum dicimus in aduertendis, quòd relatio realis vt ſic, neque eſt accidens, neque ſubſtantia; relatio verò creata, vt eſt ad aliud, nõ eſt accidens, id eſt, non intelligitur vt accidens, quod eſt alicuius accidens, & in aliquo inhærens: quia modi illi ad aliud, & in aliquo ſimul intelligenti repugnant, etſi res ſit eadem: ſed tamen vt ad aliud eſt, ens reale eſt, quia conceptus entis etiam ex modo ſignificandi non repugnat relationi, vt eſt ad aliud. Ad S. Thom. patet ex primo aduertendo.

Ad aliud & in aliquo opponuntur modo intelligẽdi, nõ verò ad aliud & ens.

Ad S. Thom.

12. Ad vltimum.

Ad vltimum reſpondetur ſolam relationem eſſe extra genus, vt S. Thomas ait. Quare obiectiones ſuo ordine repellentur; ad primum reſpondet Thom. Caiet. roſam exiſtentem, & non exiſtẽtem non diſtingui in ſubſtantia rei, ſed in modo entis; quia exiſtere, & non exiſtere ſunt modi eiuſdem entis: hoc tamẽ non probamus; de qua re erit lib. 4. diſſerendum. Reſpõdetur tamen facili negotio res nõ poni in genere propter exiſtẽtiã, ſed prout ſunt in intellectu ponũtur autẽ in genere res, quę poſſũt exiſtere, ſiue exiſtãt, ſiue non exiſtant; poſitio enim in genere eſt operatio intelligẽtis: vt ergo roſa ſit extra genus, neceſſe eſt mẽte concipere roſam, quę propriè roſa ſit,

Ad 1. inſtantiam.

Reſponſio *Caietani*.

Reijcitur.

Vera reſponſ. Poſitio in genere eſt operatio intelligentis.

Roſa non exiſtens non eſt ens rationis; ſed nihil eſt, & hoc nihil intelligimus, vt ens in ſua cauſa.

ſit, & inter entia rationis, quæ nuſquam exiſtunt, numeratur; roſa autem nõ exiſtens, non eſt ens rationis, ſed nihil eſt, & hoc nihil intelligimus, vt ens in ſua cauſa. Relatio autem quædam res vera eſt, quædam ens rationis eſt.

Quædam propoſit. Caiet. explicatur.

Quod verò Caietanus ait relationes rationis eſſe veras relationes, explicandum eſt modalitèr, vt aiunt, hoc eſt, per modalem propoſitionẽ, quòd verè ſunt relationes, ſeu quòd verum eſt eas eſſe relationes: at nõ ſunt veræ relationes; verum enim extra intellectum eſt res exiſtens, quo pacto relationes rationis non ſunt veræ relationes.

Ad ſecundam. Mathematica non ſunt bona, ſunt tamẽ vera entia. Oſtenditur.

De triangulo dicimus eſſe ens reale, etiam in abſtractione mathematica: nam etſi mathematica nõ ſunt bona, quia abſtrahuntur à motu, ideòque à fine; finis autem, & bonum idem ſunt: ſunt tamen vera entia, quia mathematicus contemplatur veram quantitatem, ſola cogitatione ſeparando illam à materia, in qua eſt: maximè cum in Sacramento altaris exiſtat quantitas ſeparata.

Ad tertiam. Tempus ſi eſt in genere, ſecundum eandem rationẽ non eſt extra illud; ſed ſecũdum idem nomen æquiuocum.

Tempus autem ſi placet eſſe ſpeciem quantitatis, nomen æquiuocum eſt: nam vt eſt ſpecies quantitatis, eſt quid continuum; vt verò eſt per menſes, & dies diſtributum, eſt quantitas diſcreta, & menſura rationis, qua res emetimur. Cum ergo non conueniant in conceptu eodem, falſum eſt dicere, quòd tempus ſit extra genus; niſi ſolo nomine æquiuoco, quia id quod eſt extra genus vocatur tempus.

Ad quartam.

De actione dicẽdum eſt eam imitari relationem, eò quòd vt actio eſt, nihil ponit in ſubiecto, licèt ſit in ipſo agente, quaſi in principio à quo emanat, vt ibidem S. Thom. docet. Sic igitur relatio, vt eſt ad aliud, nõ eſt in aliquo: ſed tamẽ

Inter actionẽ, & relationem, diſcrimen.

hoc eſt diſcrimen, quòd actio re vera, nõ eſt in agente inhærens: relatio autem in ſubiecto, quod refertur, inhæret. At verò cum S. Thomas ibidem ait ſolam relationem nihil ponere in ſubiecto, intelligẽdum eſt, nihil ponere, quod pertineat ad ſubiectum, vt in ſe eſt; quia aliàs ponit aliquid inhærens, ad aliud tamen, vt anteà docuimus ex ſententia eiuſdẽ Auctoris.

Cõuenientia.

Et in hoc quoque actio imitatur relationẽ, quia actio in ſubiecto, in quo inhæret, ſcilicèt in paſſo, nihil ponit. Extra genus autẽ nullo modo eſt actio, ſed ſola relatio extra genus inuenitur.

Ad quintam.

De numero maius eſt dubium: dicendũ verò eſt, quòd numerus aliquãdo ſignificat A menſuram rationis, & ita non eſt quid abſolutum, ſed relatum: aliquando verò ſignificat ipſam rerum multitudinem in genere rei menſurabilis, vt diximus lib. 1. quo pacto eſt nomen æquiuocum, quia in genere quantitatis numerus eſt verũ ens; extra quantitatem verò numerus non eſt ens, ſed entia.

Numerus eſt nomen æquiuocum ſignificans in quantitate ens; extra quantitatem non ens, ſed entia.

Nihil ergo eſt, niſi relatio, quod ſit in genere, & extra genus; nihil, inquam, vno conceptu vniuoco, aut ſaltèm analogo contentum: nam æquiuoco nomine quid prohibet eſſe in genere, & extra genus.

Obiectio ex lib. 1. cap. 42. p.3.n.1.

Quòd ſi obijcias ex his, quæ diximus libr. 1. nomina numerorum in angelis ſignificare quidẽ plures negationes, ſed per modum ſimplicis formæ: & ita vnum conceptum B contineri nominibus analogis numerorum, quæ nomina ſint communia numeris in genere, & extra genus; vt binariũ eſſe nomen commune binario lapidum, & binario angelorum eodem conceptu.

Reſponſio.

Reſpondetur negando eam eſſe analogiam vnius conceptus: nam ſicut nomẽ, creatio, ſignificat per modum actionis, ſed non eſt actio ſignificata contẽta in communi conceptu actionis; cum re ipſa creatio non ſit actio: ita & binarius angelorum ſignificat quidèm negationes tranſcendẽtes vno conceptu per C modum ſimplicis formæ; ſed nulla eſt ſimplex forma ſignificata per nomen, quæ exprimatur illo conceptu binarij: ſicut proprio conceptu intelligitur ſpecies quantitatis, quæ binarius dicitur: & idcircò hi duo binarij non coeunt in vno conceptu communi: cum in altero inueniatur forma ſignificata per nomen, ſcilicèt in binario quanto: in altero verò binario angelorum, non inueniatur forma aliqua ſignificata per nomen binarij, ſed ſolùm per modum vnius ſignificẽtur multa, vt lib. 1. declaratum eſt: & ita eſt D analogum duorum conceptuum, in quo nomen ſolum commune eſt, & ratio ſignificata diuerſa.

In binario quanto inuenitur forma ſignificata per nomen.

In binario angelorum non ſic, ſed per modum vnius ſignificãtur multa.

Binarius eſt analogũ duorum conceptuum: Relatio vnius.

At verò relatio rationis eſt verè, & propriè relatio; & eſt relatio communis realibus, & rationis, analogũ vnius conceptus.

Ad vltimam impugn.

Ad vltimam impugnationẽ reſpondetur definitionem relatorum, quòd ſint ad aliud, poſſe ita explicari, vt etiam relationibus rationis coaptetur; ſunt enim aliquæ paſsiones entis, quæ non conueniunt enti rationis ſub vno conceptu analogo; quia continent ipſam rationem entis, vt bonum, verum:

Bonum, verũ, non conueniunt enti rationis, nec aliud

vt ſimiliter includit ens, ſeu vt eſt paſsio entis; ſed aliud communius, pro relatione, ſeu relato diuerſitatis.

verum: verum enim apparens non eſt verum, neque bonum apparens eſt bonum. Aliud verò, vt includit ens, eſt paſſio entis: ſed nomen hoc, aliud, cum ſignificat relationem diuerſitatis, poteſt conceptu communiori conuenirę entibus rationis; ita vt etiam relatio rationis ſit propriè, ad aliud. Quòd ſi nomine, ad aliud, intelligas ad rem aliam; poterit adhuc definitio accommodari relationibus rationis, hoc ſolùm variato, quòd relatio rationis non ſit ad rem aliam, ſed benè ad aliud relatum: neque enim contendimus relationes rationis contineri definitione Ariſtot. ſed ita aimus ſimilitudine quadam conſentire illas cum relationibus realibus, vt poſſet ab vtriſq; abſtrahi conceptus vnus cõmunis analogus, quo poſſit relatio cõmunis definiri, alia ſaltem definitione.

Relatio rationis non eſt ad rem aliam, ſed benè ad aliud relatum.

CAPVT V.

Quid ſit verum formaliter?

POſtquam comprobatum eſt relationes quaſdam eſſe vera entia, conſequitur diſputatio egregia: Vtrũ ſint bonæ, & perfectæ, quæ ſunt entium affectiones? Atquì in ea controuerſia nihil certi afferre poſſumus, boni, & perfecti rationem ignorantes. Quæ cum recondita ſit valdè, & multis opinionibus penè obruta; libuit de his affectionibus entis diſſerere, initium facientibus à vero, ſtudioſiſque viris (ni fallimur) operæpretium facturis. Caput habet partes duas.

Pars prior. *Affectiones entis nihil reale addunt enti.*

Pars poſterior. *Verum formalitèr eſt, quod eſt diuinæ arti conforme.*

PARS PRIOR.

Affectiones entis nihil reale addunt enti.

1. ANte ipſam inquiſitionem veri, quę eſt entis affectio, oportet diſceptare, vtrum hæ, & aliæ affectiones addant quidpiam ipſi enti. Si enim nihil omninò addunt, vana videtur eſſe boni, & veri inueſtigatio, cum nihil diſtent ab ente.

2. 1. Opinio. Quidam igitur opinantur paſſiones, A ſiue affectiones entis poſſe eſſe res abſolutas diſtinctas ex natura rei ab ipſo ente, ita vt eę paſſiones ſint extra eſſentiam entis; vt pleræque rerum naturalium paſſiones, hominis, aut leonis, quę ſunt propria quædam attributa, & affectiones manantes ab eſſentia rei. Opinionem adſcribunt Ioanni Scoto in 1. d.3.q.3.& d.8.q.1.& in 2.d.3. q.3.& 6. iuxta illam ſententiam Ariſtot.4. Met. c.1. quòd Metaphyſica cõſiderat ens, & ea quę enti per ſe inſunt, ſcilicèt paſſiones entis, quæ inſunt enti per ſe: quæ autem inſunt alteri per ſe, ex natura rei B oportet eſſe diſtincta. Et cum Scoto ſentiunt qui has paſſiones eſſe res abſolutas ſuffragãtur; ſed aiunt eas includere ipſum ens, cum & ipſæ ſint entia. Alij arbitrantur paſſiones entis poſſe eſſe relationes reales; quæ opinio Durando adſcribitur in 2. d. 34. q. 1. Durandus verò in Deo ponit relationem boni appellatione realem, quam ait eſſe relationem rationis. Hæ autem opiniones in eo conſentiunt, quòd aiunt paſſiones entis indicare aliquid reale additum ipſi enti.

Adſcribitur *Scoto.* Fundamentũ *Ex Ariſtot.* 2. Opinio *Scoti.* 3. Opinio adſcribitur *Durando.* 4. Opinio *Durandi*, & vera.

3. Illud autem primùm conſtituendum C eſt paſſiones entis non poſſe diſtingui re ipſa ab ente, ſi entia realia ſunt. Neq; enim poteſt intelligi, quòd paſſiones ſint entia realia, & quòd ſint res diſtinctæ ab ipſo ente reali: eſſent enim id, quod non eſſent; quia eſſent ens, & ab ente diſtincta quod eſt non eſſe ens. Præterea non ſolùm de ente communi, quod clauditur in omni re, ſed de ente diſtributo, de quo ſtatim diſputabimus, non poteſt defendi, quòd habeat paſſiones ex natura rei diſtinctas, ſcilicèt quòd omne ens habeat paſſiones à ſe diſtinctas; eâ enim diſtributione com- D prehenditur Deus, qui non habeat attributa ex natura rei diſtincta, vt lib. 1. decretum eſt. Sed & modi rerum vltimi, qui ſunt vera entia, non habent paſſiones, ſiue affectiones ex natura rei diſtinctas: aliàs faceremus infinitum proceſſum: nam & illę affectiones eſſent entia, quæ alias haberent affectiones: non ergò omne ens habet affectiones ex natura rei ab ipſo ente diſtinctas.

1. Concluſio. Probatur 1. Probatur. 2. Nõ omne ens habet paſsiones à ſe diſtinctas. Sic Deus. Sic modi rerũ vltimi.

4. Secundò dicendum eſt paſſiones entis non eſſe res abſolutas additas enti: nam eæ paſſiones definitione, & ratione formali diſcernuntur ab ipſo ente, vt

2. Concluſio. Probatur.

Digitized by Google

In rebus creatis ſaltem abſolutis, quæ ſunt definitione diſcreta ſunt etiã ex natura rei diſtincta.

omnes conſentiunt: at verò in rebus A creatis, quæ ſunt definitione diſcreta, ſunt etiam ex natura rei diſtincta. Res autem exiſtentes abſque vlla quapiam adiectione ſunt veræ, & bonæ; ergo verum, & bonum, & aliæ paſsiones entis non ſunt res abſolutæ. Probatur conſequẽtia, quoniã res abſolutæ, quæ definitione differunt, differunt ex natura rei: quicquid ſit de relatiuis. Nam in abſolutis hoc perſpicuum eſt.

5. *3. Concluſio.* *Probatur 1.*

Tertiò certiſsimum eſt, relationem realem non eſſe paſsionem entis. Probatur, quoniam relatio eſt quoddã ens; eſt igitur pars ſubiecta enti, vt ſpecies generi, & particulare vniuerſali; ergo B non eſt paſsio, quæ eſt adæquata enti. Concluſionem autem iſtam, & argumẽtum accepimus à S. Thom. q. 2. de veritate art. 1. Et confirmatur, quia ſi ens vt ſic, eſt relatum aliqua relatione reali; ergo omne ens vt ſic, eſt reali relatione relatum: eſſentia ergo diuina, quę eſt ens, reali relatione eſt relata, quod poſteà confutabimus. Et iterum arguitur, quoniam ſi ens, vt ens, eſt relatum; eſt etiam ens vt ens, ipſa relatio; in trãſcendẽtibus enim non eſt diſtinctio formæ, & habentis formam. Et probatur, C quoniam iam oſtendimus ab ente nihil eſſe re ipſa diſtinctum; ergo ſi ens, vt ens, eſt relatum; ens, vt ens, eſt relatio; & ita omne ens erit relatio; & nullum erit ens abſolutum: nulla ergo paſsio entis addit relationem realem.

S. Thom. *Confirmatur.* *Probatur 2.* *In tranſcendẽtibus non eſt diſtinctio formæ, & habẽtis formam.* *Confirmatur.*

6. *Obiectio.* *Reſponſio.*

Quòd ſi obijcias eodem argumento confici, vt paſsio entis non addat relationẽ rationis. Negandum eſt; nec enim ſequitur ex eò, quòd ens, vt ens, ſit relatum relatione rationis, quòd ens ſit ipſa relatio rationis; cum relatio rationis nõ ſit ens, neque numeretur inter tranſcẽdentia, vt poſsit de ente prædicari rela- D tio rationis nomine abſtracto.

7. *Dubium, vtrũ ens diſtributũ, ſeu omne ens ſaltẽ creatũ, ſit per ſe relatum relatione reali veri, & boni?*

Sed ſuboritur hic dubium, nam etſi comprobatum ſit paſsionem entis non addere enti relationem realem; non tamen eo argumento conuincitur, quin de ente diſtributo, ſaltem de ente creato, poſsit per ſe prædicari realis relatio; ita vt omne ens ſit per ſe relatum reali relatione veri, & boni: neque enim conuincitur ex hoc, quòd relatio eſt quoddam ens, quin poſsit prædicari de omni ente; de ſe ipſa autem per identitatem: ſicut omne ens productum actu exiſtit; ipſa autem exiſtentia (vt aiunt) per ſe ipſam.

Pars affirmãs oſtenditur 1. exemplo exiſtentiæ.

Quo eodem modo interpretanda eſt quorundam opinio apud Paulum Soncin. 4. Metaphyſic. q. 19. dicentium bonum eſſe qualitatem, & eſſe verum accidens; quia ſcilicet videbantur opinari de ente diſtributo, hoc eſt, de omni ente, poſſe prædicari quoddam ens, ſiue abſolutum, ſiue relationem. Et ita Durand. d. 34. ait bonum conuerti cũ ente ſola denominatione, quia quicquid eſt ens, eſt bonum. Nihil ergo prohibet ens determinatum, & concretum eſſe affectionem entis cõmunitate prædicationis adæquatum, vt cernimus in exemplo creaturæ, quę eſt relatio communis omni enti extra Deum: & hæc eſt per ſe, Omne ens extra Deum eſt creatũ.

Similis opinio quorũdã apud Soncin. *Durand.* *Oſtenditur 2. exemplo creaturæ.*

8. *S. Thomæ Reſolutio negat.*

Dicendum tamen eſt cum S. Thom. de verit. q. 21. art. 1. & alijs in locis frequentèr, nullum ens determinatum eſſe affectionem entis communis. Nam exemplum, quod attulimus de relatione creaturæ, non quadrat; ens enim extra Deum iam eſt determinatum, ratione cuius determinationis poteſt illi eſſe relatio aliqua communis. Sed neque relatio creaturæ communis eſt omnibus entibus extra Deum: nam relationes ipſæ reales ſunt entia creata, ſed non referũtur alijs relationibus realibus. Prętereà entia minutiſsima, & modi entiũ ſunt quidèm vera entia; & tamen veriſimile non eſt eſſe relata reali relatione: neque partes continuj, vt docuimus, referuntur relatione reali: ſed hæc omnia dicuntur creaturæ relatione rationis. Sola eſt exiſtentia, quæ cum ente conuertitur, & recurrit; ſed tamen ea non eſt paſsio entis, quia non conuenit per ſe enti finito. Prætereà ſi diſcernamus ens in id, quod eſt ens in potentia, & ens in actu, exiſtens quod eſt ens in actu, non æquè commune eſt, vt ens cõmune quod complectitur etiam ens in potentia: conceptu enim communi dicimus ens, quod eſt, vel poteſt exiſtere; & ita Antichriſtus, cum nihil ſit, eſt tamen ens, quia eſt ens in potentia. Cum hoc ergo ente communi non conuertitur exiſtens, quia Antichriſtus eſt ens, & nõ eſt exiſtens. Nulla ergò res particularis eſt, ſiue abſoluta, ſiue relata, quæ ſit entis affectio etiam prædicatione cõmunis, vt Durandus vult. Certum etiã eſt argumentum, quod propoſuimus, euincere

Ad exemplum creaturæ 1. Reſponſ. *2. Reſponſ.* *Relationes reales, modi entiũ, & partes continui dicuntur creaturæ relatione rationis.* *Ad exemplum exiſtentiæ 1. Reſponſ. Exiſtentia nõ cõuenit per ſe enti finito.* *2. Reſponſ.* *Antichriſtus cum nihil ſit, eſt tamen ens, ſcilicèt in potentia.* *Probatio reſolutionis vt ex ſuperioribus.*

Digitized by Google

Indicatur 1. uincere, quòd de ente, vt ens eſt, nō prædicatur aliquid reale quod addatur enti, ſiue ſit relatio, ſiue abſolutum: quòd autem non prædicatur de ente, vt ens eſt, non eſt paſsio eius.

9. Indicatur 2. Prætereà miſſo argumento, re ipſa nihil eſt reale in paſsionibus entis, quod prædicetur de omni ente, & ab ente diſtinguatur ratione formali; non abſolutum, vt probatum eſt. Sed neque relatio, quia de Deitate nulla relatio realis prædicatur: quare neque de omni ente relatio realis dicitur. Sed neque de omni ente creato, vt probatum eſt: nulla igitur paſsio entis indicat reale quidpiam, quod in omni ente inueniatur, præter ipſam rationem entis.

10. 4. Concluſio. Paſsiones entis addunt enti negationē, vel relationem rationis. Oſtenditur. Eſt igitur contraria, eaque receptiſſima ſententia, quòd paſsiones entis nō addant enti aliquid reale; ſed vel negationem, vt vnum, vel relationem rationis: cum enim hæ paſsiones non addāt enti aliquid reale; & neceſſe ſit, vt aliquid addant, quo diſcernantur ab ente, cuius ſunt paſsiones; addunt aliquid ratione inuētum, vel negationem, vel relationem rationis. Et hæc eſt ſententia
S. Tho. S. Thomæ de verit. q.21. art.1.

11. Duplex quæſtio excitatur. Sed hinc excitantur quæſtiones duæ. Altera eſt, an hæ relationes additæ his nominibus veri, & boni, ſint relationes rationis? Altera, vtrum nomina hæc, verum, & bonum, vt ſunt affectiones entis, ſignificent relationes rationis, idq; formalitèr.

12. Reſolutio primæ. Relationes cōformitatis ad diuinū intellectum, & volūtatem ſignificatæ per verū, & bonum, ſunt reales. Probatur. Quoad primum conſtituēdum eſt id, quod hoc cap. certius faciemus, relationes, quæ indicātur in vero, & bono eſſe eas, quibus res creatæ conformantur diuino intellectui, & voluntati: eæ autem cū ſint relationes mēſurabilis ad menſuram, videntur eſſe reales, ſi extrema, ſiue ſubiecta relata ſint perfecta entia, vt ſubſtantiæ creatæ. Sed huic poſitioni duo obſtant: Primum, quòd poſitis iiſ-
1. Obiect. dem fundamentis in vtroque relato, & iiſdem conditionibus fundandi, non videntur poſſe ſequi in eodē ſubiecto relationes ſpecie, numeroque diſtinctæ; ſed relatio creaturę fundatur in ipſa tota hypoſtaſi creata; in qua etiam fundātur relationes conformitatis ad intellectum, & voluntatem diuinam; & nō ſunt ibi conditiones fundandi diſtinctæ, quæ ſint reales: at verò ex altera parte Deitas eſt res ſimplex, ad quam iſtæ rela-

A tiones referuntur; ergò non ſunt aliæ relationes reales, niſi illa prior relatio,
quæ eſt creaturæ ad creatorem. Præte- 2. Obiect.
reà hæ relationes conſequuntur ſeſe ordine quodam; & ita oporteret primam relationem eſſe cauſam ſecundæ: relatio autem non eſt cauſa relationis, ſicut neque eſt illius fundamentum; ergo relationes poſteriores, quæ ſunt conformitatis ad intellectum, & voluntatē diuinam, non ſunt relationes reales, ſed
rationis. Idem probant nonnulli, & erit 3. Obiect.
argumentum tertium: nam res creatæ comparantur cum ideis diuinis, vt cum
B exemplari; relatio autem ad exemplar non eſt realis; exemplar enim eſt cauſa ſpecificans, quæ non eſt cauſa realis: ergo exemplatū non pendet ab illa, neq; refertur ad illam relatione reali; ſed ſolùm ad agens, quod ſimùl dat ſpeciem,
& exiſtentiam. Et confirmatur, quia re- Confirmatur.
latio imaginis ad exemplar fundatur in actione, quæ eſt cauſalitas agentis: ergo duntaxat ad agens refertur reali relatione.

13. Reſolutionis probatio corroboratur. 1. Nihilominùs tamen hæ relationes videntur eſſe reales; ſunt enim relationes
C menſurabiles ad menſuram, & ſunt relationes eius rei, quæ ab alia pendet, vt
docet S. Thom. de relatione veri 1. p. *S. Thom.*
q.16. de bono autem poſteà dicemus: ergo ſunt relationes reales. Mirum enim eſt, quòd relatio, qua artefactū pendet ab intellectu creato practico ſit realis; ea verò, qua res pendent à diuina arte, non ſit relatio realis. Prætereà his relationibus nihil deeſt quo minùs ſint reales, ſiquidē relata ſunt diſtincta; fundamenta realia; neque conditio fundādi eſt ſpeculatio rationis; neque eſt defectus ordinis, quia creaturæ ſunt per ſe
D ordinatæ ad intellectum diuinum practicum, & ad voluntatem diuinam; ergo ſunt reales relationes. Certè incredibile eſt, quòd ex omnibus relationibus, quibus res creatæ ad Deum referuntur, ſola prima ſit realis, cæteræ ſint rationis: neque eſt ratio vlla, quæ nos ad hoc credendum impellat inuitos. Et
hæc eſt ſententia Franciſci Ferrar. lib.1. *Ferrar.*
contra gent. cap.60. Ioann. etiam Ca- *Capreol.*
preol. d.19. q.3. & Pauli Soncinnatis *Soncin.*
lib.6. Metaphyſic. q.17. & aliorum.

(Relatio qua artefactum pendet ab intellectu creato practico ſit realis. Secundò.)

14. Ad obiectiones ad 1. Obiectionibus autē videtur poſſe fieri ſatis; priori, negando illud neceſſe eſſe, vt fundamenta, aut conditiones fundandi

In rebus creatis ſaltem abſolutis, quæ ſunt definitione diſcreta ſunt etiã ex natura rei diſtincta.

omnes conſentiunt: at verò in rebus A creatis, quæ ſunt definitione diſcreta, ſunt etiam ex natura rei diſtincta. Res autem exiſtentes abſque vlla quapiam adiectione ſunt veræ, & bonæ; ergo verum, & bonum, & aliæ paſsiones entis non ſunt res abſolutæ. Probatur conſequẽtia, quoniã res abſolutæ, quæ definitione differunt, differunt ex natura rei: quicquid ſit de relatiuis. Nam in abſolutis hoc perſpicuum eſt.

5.
3. Concluſio.

Probatur 1.

Tertiò certiſsimum eſt, relationem realem non eſſe paſsionem entis. Probatur, quoniam relatio eſt quoddã ens; eſt igitur pars ſubiecta enti, vt ſpecies generi, & particulare vniuerſali; ergo B non eſt paſsio, quæ eſt adæquata enti. Concluſionem autem iſtam, & argumẽtum accepimus à S. Thom. q. 2. de veritate art. 1. Et confirmatur, quia ſi ens vt ſic, eſt relatum aliqua relatione reali; ergo omne ens vt ſic, eſt reali relatione relatum: eſſentia ergo diuina, quę eſt ens, reali relatione eſt relata, quod poſteà confutabimus. Et iterum arguitur, quoniam ſi ens, vt ens, eſt relatum; eſt etiam ens vt ens, ipſa relatio; in trãſcendẽtibus enim non eſt diſtinctio formæ, & habentis formam. Et probatur, quoniam iam oſtendimus ab ente nihil C eſſe re ipſa diſtinctum; ergo ſi ens, vt ens, eſt relatum; ens, vt ens, eſt relatio; & ita omne ens erit relatio; & nullum erit ens abſolutum: nulla ergo paſsio entis addit relationem realem.

S. Thom.
Confirmatur.
Probatur 2.
In tranſcendẽtibus non eſt diſtinctio formæ, & habẽtis formam.
Confirmatur.

6.
Obiectio.
Reſponſio.

Quòd ſi obijcias eodem argumento confici, vt paſsio entis non addat relationẽ rationis. Negandum eſt; nec enim ſequitur ex eò, quòd ens, vt ens, ſit relatum relatione rationis, quòd ens ſit ipſa relatio rationis; cum relatio rationis nõ ſit ens, neque numeretur inter tranſcẽdentia, vt poſsit de ente prædicari relatio rationis nomine abſtracto. D

7.
Dubium, vtrũ ens diſtributũ, ſeu omne ens ſaltẽ creatũ, ſit per ſe relatum relatione reali veri, & boni?

Sed ſuboritur hic dubium, nam etſi comprobatum ſit paſsionem entis non addere enti relationem realem; non tamen eo argumento conuincitur, quin de ente diſtributo, ſaltem de ente creato, poſsit per ſe prædicari realis relatio; ita vt omne ens ſit per ſe relatum reali relatione veri, & boni: neque enim conuincitur ex hoc, quòd relatio eſt quoddam ens, quin poſsit prædicari de omni ente; de ſe ipſa autem per identitatem: ſicut omne ens productum actu

Pars affirmãs oſtenditur 1. exemplo exiſtentiæ.

exiſtit; ipſa autem exiſtentia (vt aiunt) per ſe ipſam. Quo eodem modo interpretanda eſt quorundam opinio apud Paulum Soncin. 4. Metaphyſic. q. 19. dicentium bonum eſſe qualitatem, & eſſe verum accidens; quia ſcilicet videbantur opinari de ente diſtributo, hoc eſt, de omni ente, poſſe prædicari quoddam ens, ſiue abſolutum, ſiue relationem. Et ita Durand. d. 34. ait bonum conuerti cũ ente ſola denominatione, quia quicquid eſt ens, eſt bonum. Nihil ergo prohibet ens determinatum, & concretum eſſe affectionem entis cõmunitate prædicationis adæquatum, vt cernimus in exemplo creaturæ, quę eſt relatio communis omni enti extra Deum: & hæc eſt per ſe, Omne ens extra Deum eſt creatũ.

Similis opinio quorũdã apud *Soncin.*

Durand.

Oſtenditur 2. exemplo creaturæ.

8.
S. Thomæ Reſolutio negat.

Dicendum tamen eſt cum S. Thom. de verit. q. 21. art. 1. & alijs in locis frequentèr, nullum ens determinatum eſſe affectionem entis communis. Nam exemplum, quod attulimus de relatione creaturæ, non quadrat; ens enim extra Deum iam eſt determinatum, ratione cuius determinationis poteſt illi eſſe relatio aliqua communis. Sed neque relatio creaturæ communis eſt omnibus entibus extra Deum: nam relationes ipſæ reales ſunt entia creata, ſed non referũtur alijs relationibus realibus. Prętereà entia minutiſsima, & modi entiũ ſunt quidèm vera entia; & tamen veriſimile non eſt eſſe relata reali relatione: neque partes continuj, vt docuimus, referuntur relatione reali: ſed hæc omnia dicuntur creaturæ relatione rationis. Sola eſt exiſtentia, quæ cum ente conuertitur, & recurrit; ſed tamen ea non eſt paſsio entis, quia non conuenit per ſe enti finito. Prætereà ſi diſcernamus ens in id, quod eſt ens in potentia, & ens in actu, exiſtens quod eſt ens in actu, non æquè commune eſt, vt ens cõmune quod complectitur etiam ens in potentia: conceptu enim communi dicimus ens, quod eſt, vel poteſt exiſtere; & ita Antichriſtus, cum nihil ſit, eſt tamen ens, quia eſt ens in potentia. Cum hoc ergo ente communi non conuertitur exiſtens, quia Antichriſtus eſt ens, & nõ eſt exiſtens. Nulla ergò res particularis eſt, ſiue abſoluta, ſiue relata, quæ ſit entis affectio etiam prædicatione cõmunis, vt Durandus vult. Certum etiã eſt argumentum, quod propoſuimus, euincere

Ad exemplum creaturæ
1. Reſponſ.
2. Reſponſ.
Relationes reales, modi entiũ, & partes continui dicuntur creaturæ relatione rationis.
Ad exemplum exiſtentiæ
1. Reſponſ. Exiſtentia nõ cõuenit per ſe enti finito.
2. Reſponſ.
Antichriſtus cum nihil ſit, eſt tamen ens, ſcilicèt in potentia.
Probatio reſolutionis vt ex ſuperioribus.

Digitized by Google

Indicatur 1.

uincere. quòd de ente, vt ens eſt, nõ prędicatur aliquid reale quod addatur enti, ſiue ſit relatio, ſiue abſolutum: quòd autem non prædicatur de ente, vt ens eſt, non eſt paſsio eius.

9. *Indicatur 2.*

Prætereà miſſo argumento, re ipſa nihil eſt reale in paſsionibus entis, quod prædicetur de omni ente, & ab ente diſtinguatur ratione formali, non abſolutum, vt probatum eſt. Sed neque relatio, quia de Deitate nulla relatio realis prædicatur: quare neque de omni ente relatio realis dicitur. Sed neque de omni ente creato, vt probatum eſt: nulla igitur paſsio entis indicat reale quidpiam, quod in omni ente inueniatur, præter ipſam rationem entis.

10. *4. Concluſio. Paſsiones entis addunt enti negationẽ, vel relationem rationis. Oſtenditur.*

Eſt igitur contraria, eaque receptiſſima ſententia, quòd paſsiones entis nõ addant enti aliquid reale; ſed vel negationem, vt vnum, vel relationem rationis: cum enim hæ paſsiones non addãt enti aliquid reale; & neceſſe ſit, vt aliquid addant, quo diſcernantur ab ente, cuius ſunt paſsiones; addunt aliquid ratione inuẽtum, vel negationem, vel relationem rationis. Et hæc eſt ſententia S.Thomæ de verit. q. 21. art. 1. *S. Tho.*

11. *Duplex quęſtio excitatur.*

Sed hinc excitantur quæſtiones duæ. Altera eſt, an hæ relationes additæ his nominibus veri, & boni, ſint relationes rationis? Altera, vtrum nomina hæc, verum, & bonum, vt ſunt affectiones entis, ſignificent relationes rationis, idq; formalitèr.

12. *Reſolutio primæ. Relationes cõformitatis ad diuinũ intellectum, & volũtatem ſignificatæ per verũ, & bonum, ſunt reales. Probatur.*

Quoad primum conſtituẽdum eſt id, quod hoc cap. certius faciemus, relationes, quæ iudicãtur in vero, & bono eſſe eas, quibus res creatę conformantur diuino intellectui, & voluntati: eæ autem cũ ſint relationes mẽſurabilis ad menſuram, videntur eſſe reales, ſi extrema, ſiue ſubiecta relata ſint perfecta entia, vt ſubſtantiæ creatæ. Sed huic poſitioni duo obſtant: *1. Obiect.* Primum, quòd poſitis ijſdem fundamentis in vtroque relato, & ijſdem conditionibus fundandi, non videntur poſſe ſequi in eodẽ ſubiecto relationes ſpecie, numeroque diſtinctæ; ſed relatio creaturę fundatur in ipſa tota hypoſtaſi creata; in qua etiam fundãtur relationes conformitatis ad intellectum, & voluntatem diuinam; & nõ ſunt ibi conditiones fundandi diſtinctæ, quæ ſint reales: at verò ex altera parte Deitas eſt res ſimplex, ad quam iſtæ rela-

A tiones referuntur; ergò non ſunt aliæ relationes reales, niſi illa prior relatio, quæ eſt creaturæ ad creatorem. *2. Obiect.* Prætereà hæ relationes conſequuntur ſeſe ordine quodam; & ita oporteret primam relationem eſſe cauſam ſecundæ: relatio autem non eſt cauſa relationis, ſicut neque eſt illius fundamentum; ergo relationes poſteriores, quæ ſunt conformitatis ad intellectum, & voluntatẽ diuinam, non ſunt relationes reales, ſed rationis. *3. Obiect.* Idem probant nonnulli, & erit argumentum tertium: nam res creatæ comparantur cum ideis diuinis, vt cum B exemplari; relatio autem ad exemplar non eſt realis; exemplar enim eſt cauſa ſpecificans, quæ non eſt cauſa realis: ergo exemplatũ non pendet ab illa, neq; refertur ad illam relatione reali; ſed ſolùm ad agens, quod ſimùl dat ſpeciem, & exiſtentiam. *Confirmatur.* Et confirmatur, quia relatio imaginis ad exemplar fundatur in actione, quæ eſt cauſalitas agentis: ergo duntaxat ad agens refertur reali relatione.

13. *Reſolutionis probatio corroboratur. 1.*

Nihilominùs tamen hæ relationes videntur eſſe reales; ſunt enim relationes C menſurabiles ad menſuram, & ſunt relationes eius rei, quæ ab alia pendet, vt docet S. Thom. de relatione veri 1. p. q. 16. *S. Thom.* de bono autem poſteà dicemus: ergo ſunt relationes reales. Mirum enim eſt, quòd relatio, qua artefactũ pendet ab intellectu creato practico ſit realis; ea verò, qua res pendent à diuina arte, non ſit relatio realis. *Relatio, qua artefactum pendet ab intellectu creato practico eſt realis. Secundò.* Prætereà his relationibus nihil deeſt quo minùs ſint reales, ſiquidẽ relata ſunt diſtincta; fundamenta realia; neque conditio fundãdi eſt ſpeculatio rationis; neque eſt defectus ordinis, quia creaturæ ſunt per ſe D ordinatæ ad intellectum diuinum practicum, & ad voluntatem diuinam; ergo ſunt reales relationes. Certè incredibile eſt, quòd ex omnibus relationibus, quibus res creatæ ad Deum referuntur, ſola prima ſit realis, cæteræ ſint rationis: neque eſt ratio vlla, quæ nos ad hoc credendum impellat inuitos. Et hæc eſt ſententia Franciſci Ferrar. lib. 1. contra gent. cap. 60. Ioann. etiam Capreol. d. 19. q. 3. & Pauli Soncinnatis lib. 6. Metaphyſic. q. 17. & aliorum. *Ferrar. Capreol. Soncin.*

14. *Ad obiectiones ad 1.*

Obiectionibus autẽ videtur poſſe fieri ſatis; priori, negando illud neceſſe eſſe, vt fundamenta, aut conditiones fundandi

Digitized by Google

Idem fundamẽtũ in ſubiecto eodem poſſũt ſequi relationes diſtinctæ etiã relatæ ad eũdem terminum abſolutũ.

dandi in eodem ſubiecto, ſiue extremo ſint diſtinctæ; ſicut enim ab vna eſſentia rei ſimplicis oriuntur plures effectiones ad rem ipſam conducentes: ita & idem fundamentum in ſubiecto eodem poſſunt ſequi relationes diſtinctæ, etiam relatæ ad eũdem terminum abſolutum. Exemplum eſt, nam calor refertur ad calorem productum relatione cauſæ, & relatione ſimilitudinis: verum eſt quòd eſt ibi diſtincta conditio fundandi; ſcilicèt actio, qua vnus procedit ab alio, in qua fundatur relatio cauſæ; & vnitas, in qua fundatur relatio ſimilitudinis. Sed in Deo ſunt fundamenta realia diſtinctarum relationum, ſcilicèt potentia, in qua fundatur relatio dominij; ſcientia practica, in qua fundatur relatio menſuræ; & actio creandi, ſcilicèt volitio diuina, in qua fundatur relatio creatoris: quæ etſi in Deo ſint res vna infinita, poſſunt terminare relationes creatas re ipſa diſtinctas; ſiquidem hypoſtaſis diuina terminat immediatè vnionem naturæ aſſumptæ, quam non terminat immediatè natura diuina; quamuis hypoſtaſis, & natura diuina ſint res eadem; item vna hypoſtaſis diuina poteſt terminare multas humanitates. Nihil ergo mirum, quòd relationes creatæ re ipſa diſtinctæ terminentur ad attributa diuina, quæ ſunt diuina eſſentia, etſi ſint res vna, non plures: Non tamen terminantur ad attributa vt diſtincta; quia diſtinctio eſt in ſolo intellectu, & non eſt cõditio fundans relationem realem.

In Deo potentia, ſciẽtia practica, & volitio diuina, quãuis ſint res vna, poſſunt terminare relationes creatas re ipſa diſtinctas, ſeruitutis, mẽſurati, & creaturæ.

Oſtenditur exemplis.

Hę relationes non terminãtur ad attributa vt diſtincta. Ratio.

15. Prætereà dicimus, ad hoc vt relationes creatæ ſint re ipſa diſtinctæ, non opus eſſe, vt fundamenta, aut conditiones fundandi ſint diſtinctæ; ſed ſatis eſſe, vt ipſa fundamenta, & conditiones fundandi exiſtant in re ipſa; & non in ſola operatione intellectus: nam etſi eæ relationes oriantur ab vnò fundamento, & cauſa; habent naturã ſuã, quibus diſtinguantur, ſcilicèt proprias differẽtias, quibus opponuntur formaliter, vt cæteræ res abſolutæ; ita enim opponuntur relatio creaturæ, & ſeruitutis, ſicut albedo, & calor; & ſicut ſimilitudo, & Paternitas.

Sunt re ipſa diſtinctæ per proprias differentias, vt res abſolutæ.

16. Ad 2. Reſpõd. 1. vnã relationẽ mediante alia effici à fundamento, eſſeque inter illas ordinem naturæ.

Ad ſecundum quod obijcitur, reſpõdemus; quòd etſi vna relatio non fundet aliam; poteſt tamen eſſe aliquo modo cauſa illius, ſcilicet ordine naturæ, quatenus vna conſequitur aliam: fundare A enim eſt ita cauſare, vt relatio inſit fundamento, & illi cohæreat, & in eo ſuſtineatur. Et ideo vna relatio non poteſt ſuſtinere aliam: ſed nihil prohibet à fundamento reali, & abſoluto vnam relationẽ per aliam deriuari ordine quodam naturæ; ita vt vna ad aliam habeat aliquam efficientiam: eo enim modo, quo relatio poteſt produci, poteſt etiam intereſſe ordine naturæ ex parte producentis, vt res media producta, quæ aliquo modo concurrit ad relationẽ conſequentem producendam. Sed reſpondetur ſecundò, cum ordinem relationũ B conſequentium eſſe in ſolo intellectu; re verò ipſa vnam relationem non deriuari à fundamento per aliam relationẽ mediam; ſed ſingulas oriri immediatè à fundamento, etſi habeant inter ſe ordinem rationis, non naturæ.

Reſpond. 2. ſingulas relationes oriri immediatè à fundamẽto, eſſeq; inter illas ſolũ ordinem rationis.

17. Ad 3. Relatio imaginis ad exẽplar eſt realis relatio, non effectus ad cauſam, ſed menſurati ad menſuram.

Ad tertium reſpondetur negando, relationem imaginis ad exemplar, quod eſt in mente, non eſſe realem; ſicut & cætera artefacta relatione reali referuntur ad ideam artificis, à qua pendent: eſt enim hæc relatio menſurabilis ad menſuram, quam omnes fatentur eſſe realem. Et cum obijcitur, cauſam ſpe- C cificantem nõ eſſe cauſam realem. Hoc lubentes cõcedimus; neque enim relatio artefacti ad ideam eſt relatio effectus ad cauſam, in qua re videntur illi eſſe hallucinati. Relatio autem menſurabilis in hoc eſt conſtituta, quòd eſſe intelligibile imitetur eſſe naturale; aut etiam eſſe naturale imitetur eſſe intelligibile: & quia hæc imitatio eſt deficiẽs, eſt relatio non mutua defectu ordinis; quæ eſt ipſa relatio ſcientiæ ad ſcibile, quã omnes vno ore approbant eſſe realem. Ad confirmationem reſpondetur hanc relationem nõ fundari in actione, D ſed in ipſa rei entitate, prout ſuapte natura ordinatur ad aliud, eique conformatur: & ita ſciẽtia angelorum quæ nõ hauritur à rebus cognitis, menſuratur tamen illis, & refertur ad illas relatione reali.

Ad confirm. Hæc non fundatur in actione, ſed in ipſa rei entitate ordinata ſuapte natura ad aliud.

18. Obiectio *Fonſ. 4. Met. c. 2. q. 6.*

Quidam probant relationes has conformitatis nõ eſſe reales, quia ab æterno ſunt rationis, & fundãtur in eſſe potentiali creaturarũ. Sed iam docuimus nos nõ träſferre relationes rationis in reales; ſed eæ, quas rebus actu exiſtentibus nihil prohibet eſſe reales, ante exiſtentiam rerum poſſunt mente concipi, vt &

Soluitur vt ſupra.

Digitized by Google

vt & res cæteræ abſolutę; & per quandam conuenientiam prædicari de rebus non exiſtentibus, vt cæteræ paſsiones. Et ita negamus eas relationes veri, & boni ſuapte natura fundari in potentia, ſed in actu exiſtentibus: ante quorũ exiſtentiam intelliguntur ipſæ relationes in potentia cauſæ, in qua ſunt etiam relata. A

2. quæſtio quo ad priorẽ partem.

19. Quòd ſi conſtituamus, relationes cõformitatis ad intellectum diuinum, & voluntatem, in rebus creatis abſolutis, & perfectis eſſe reales: hoc iam quæritur vtrum verum, & bonum, vt ſunt paſsiones entis, addant relationem realem, an rationis? B

Reſolutio.

Et quidèm quòd non addant relationẽ realem, ex eo liquet, quia non omnis conformitas entis ad intellectum, & voluntatem diuinam, eſt realis; ſiquidèm Deitas ipſa non habet eam relationem cõformitatis, quæ eſt propria creaturæ, vt poſteà explicabimus: ſed neque omnes res creatæ eam habent, ſed ſolæ res abſolutæ, & perfectæ. Non eſt ergo relatio illa realis adæquata enti, vt paſsio eius ſit.

Relatio veri vt eſt paſsio adæquata entis, cõplectitur relationem realẽ, & rationis: Similiter relatio boni. Oſtenditur.

Ex quibus colligitur ſecundo loco relationes has, quas verum, & bonum addunt enti, eſſe relationes communes realibus, & rationis; C ſiquidem hæ relationes in rebus quibuſdã ſunt reales, in alijs verò ſunt relationes rationis: ergo communi cõceptu abſtracto à ſingulis, hę relationes, quas verum, & bonum indicant, complectuntur reales, & rationis; & hoc videtur eſſe ijs, quæ diſputauimus, cõſentaneum.

Thomiſtæ ſupra citati in hoc lapſi.

Qua in re per oſcitantiam lapſi ſunt Thomiſtæ commemorati: eò quòd hæ relationes in rebus aliquibus ſunt reales, rati relationes veri, & boni in communi eſſe reales.

20. *S. Thom.*

Sed videtur huic ſententiæ refragari S. Thom. de verit. q. 21. art. 1. vbi ſemel, atque iterum affirmat has relationes additas enti eſſe rationis tantùm: D & eadem eſt opinio Thomæ Caietani 1. p. q. 54. art. 2. & Pauli Soncin. 4. Metaph. q. 1. ad 2. quam poſteà ſæpiùs firmat, & aliorum Thomiſtarum communior.

Caiet. *Soncin.*

21. *S. Thomas* explicatur 1. Verum, & bonum ſunt relationes rationis in comparatione cũ intellectu noſtro, & volũtate in ratione perficientis.

Ad hoc reſpondetur primò, quòd S. Thomas eo loco verum, & bonum cõparat cum intellectu noſtro, & voluntate, in ratione perficientis, vt poſteà dicemus: atqui ex ea comparatione relationes ſolius rationis ſequuntur, & nullæ reales; quare meritò dixit, eas eſſe rationis relationes, in ea ſcilicèt comparatione. Alijs verò in locis, quibus hęc comparat cum intellectu, & voluntate diuina, aſſerit quidem non eſſe reales relationes, quæ enti adduntur, vt & nos docuimus; ſed non affirmat eſſe relationes rationis.

Secundò.

Secundò reſpondetur quòd relatio rationis poteſt dupliciter intelligi, vel quòd ſit tantùm in ratione, ſiuè in intellectu cogitante; quo ſenſu relationes reales non exiſtentes, ſunt rationis, hoc eſt, in ſola ratione ſunt: & ſenſu eodem neceſſe eſt confiteri argumento ibi propoſito, relationes additas enti eſſe in ſola ratione; quia ſunt relationes abſtractę à realibus, qua abſtractione in ſolo intellectu ſunt. Alio modo dicuntur relationes rationis, quæ non ſunt reales, & ſunt pars ſubiecta relationis communis, quæ diuiditur in realem, & rationis. Quo pacto nõ poteſt verè dici relationes additas enti eſſe ſolius rationis, cũ eæ relationes ſint communes, & complectãtur etiam reales.

Relatio cõmunis per rationẽ abſtracta à realibus, & rationis, vocatur relatio rationis à *S. Thom.* oſtenditur.

Sed neque argumentũ S. Thom. id cõcludit: non enim colligitur ex eo, quòd non ſunt reales, quòd ſint rationis; ſiquidèm poſſunt eſſe ab vtriſque abſtractæ: ergò in eo ſenſu interpretandus eſt S. Thom. quo ſenſu argumentum concludit eſſe relationes rationis, hoc eſt, ratione conceptas, & abſtractas, quibus poſsint contineri relationes reales.

22. 2. Quęſtio quo ad poſteriorẽ partem.

Reliqua eſt diſputatio altera, vtrum verum, & bonum ſignificent formalitèr ipſas relationes conformitatis ad intellectum, & voluntatẽ?

1. Sent. eſt hæc nomina, verũ, & bonũ, ſignificare formalitèr relationes. Probatur 1.

Videtur enim hæc nomina connotatiua eſſe (vt aiunt) quę ſignificant formam quaſi adhærentem ſubiecto; in his autem forma ſignificata eſt relatio; ergò ſignificant formalitèr relationem.

Secundò.

Et hoc idem videtur perſuaderi, quia forma ſignificata per nomen, eſt id, quo rem ſignificatam diſtinguimus; quod enim diſtinguit, forma eſt: verum autem, & bonum diſtinguũtur ab ente his relationibus; ergo hæ relationes ſignificantur præcipuè his nominibus.

Tertiò ex *S. Thom.*

Et hoc videtur ſentire S. Tho. de verit. q. 21. art. 1. & alijs in locis, quibus docet rationem veri ſitam eſſe in ipſa adæquatione rei, & intellectus.

23. Varię feruntur ſententię à doctoribus de re propoſita: Quidam aiunt hæc nomina, verum, & bonum, ſignificare formaliter

Digitized by Google

2. Sent. Iudicatur incredibilis.

formaliter relationes. Alij aiunt ſignificare ſimul relationes & ens; quod eſt incredibile, ſi vtrumq; dicatur eſſe præcipuum ſignificatum: quia eſſent compoſitæ ſignificationis nomina ſignificātia ſimul duo duobus conceptibus. Alij aiunt ſignificari his nominibus in recto ipſum ens, & relationem in obliquo. Quod vltimum nobis placet, ſi rectè explicetur.

3. Sententia & vera.

24. Probatur 1. Veritas, & bonitas ſunt realia entia, & reales cõformitates, eſto relationes ſint rationis. Sic cæcitas, ſic ſimilitudo inter diuinas perſonas eſt realis: Quatenùs nimirū hæc ſunt rebus ſimpliciter cõuenientia.

Primùm, quia paſsiones entis non ſunt entia rationis, quę ſolâ rationis cõſideratione enti cõueniant, cum de ente demonſtrentur in Metaphyſica diſputatione, quæ eſt realis ſcientia de rebus. Quare meritò quidē hæ ipſæ relationes poſſunt dici realia entia, quia ſimpliciter enti conueniunt: qua ſignificatione cæcitas eſt ens reale; & ſimilitudo inter diuinas perſonas eſt realis; & conformitas rerum ad intellectum diuinū, etſi in rebus quibuſdam non ſit relatio realis, eſt tamen realis conformitas. Itaque relationes enti additæ his nominibus veri, & boni, inter entia realia computanda ſunt; inter ea, inquam, entia, quæ dicuntur realia, non quia in rerum natura exiſtunt, ſed quia rebus ſimpliciter conueniunt. Quæ diuiſio entis realis tradita eſt ab Ariſtot. 5. Metaph. tex. 14. Et à S. Thom. elucidatur 1. p. q. 48. art. 2. ad 2. & in 1. d. 19. q. 5. art. 1. ad 1.

Ariſtot. *S. Thom.*

25. Probatur 2.

Præterea Theologi, & Patres ita loquuntur de veritate, & bonitate rei, vt ipſa veritas, & bonitas ſit maxima rei perfectio; quod in hoc cap. & ſequenti videre licebit frequentiſsimè: ergo his nominibus non intelligunt relationes ipſas conformitatis ad intellectum, & voluntatē; ſed præcipuè res, quæ intellectui, & voluntati ſunt conformes. Maximè verò hoc cernitur in bono, quod S. Auguſt. ait eſſe ad ſe, hoc eſt, eſſe abſolutum: & Ariſtot. ait bonum eſſe in rebus: & S. Thom. ſæpiùs docet bonum eſſe id formalitèr, quod appetimus. Nō eſt ergo bonitas formaliter relatio ſolâ ratione concepta, ſed vera entitas. Et hoc confirmatur, quia cum rectè poſsimus explicare rationem veri, & boni cū his relationibus coniunctam; ita tamen vt hæ relationes non ſint forma ſignificata per nomen: ea ratio opinandi videtur eſſe magis conſentanea, qua ſcilicèt verum, & bonum dicamus eſſe ens

Maximè cernitur in bono. *S. Auguſt.* *Ariſtot.* *S. Thom.*

Confirmatur.

A ipſum reale verum, & exiſtens, & non eſſe ſolùm in ratione conſiderante. Cõfirmatur adhuc authoritate S. Thom. in hanc ſententiam propendentis.

S. Thom.

26. Explicatur vera ſent.

Oportet igitur rem ſic explicare, vt id, quod hæc nomina ſignificant, non ſit relatio, ſed ens; & tamen ſimul indicetur relatio. Sanè, quia hæ paſsiones ſola relatione diſtinguuntur ab ente; indicatur relatio in obliquo: ſed non ſicut nomine ſcientiæ; nam ſcientia ſignificat aliquid abſolutū, quod ſine relatione nō poteſt explicari; & ita relatio illa ſequitur modū intelligendi: at verò ens rectè B poteſt explicari nomine ipſo, & notione entis, abſque relationibus iſtis additis: ergo nomē, verum, aut bonum non ita ſignificat relationē in obliquo, quia ſignificet ens, quod ſine his relationibus non poſsit intelligi. Alius ergo modus ſignificandi quærendus eſt, quem non erit difficile inuenire. Dicendū eſt enim, quòd veritas eſt ipſa entitas rei intellecta in ordine ad intellectum diuinum, cui conformatur; non quòd non poſsit ſine illo ordine intelligi; ſed quia hoc nomen, veritas, eſt impoſitum ad ſignificandam entitatem rei ſic cognitam: C ſicut etiam eadem entitas bene poteſt intelligi ſine relatione conuenientiæ, & negatione quæ eſt ratio vltimi; ſed tamen entitas ſic cognita ſignificatur nomine perfectionis, vt docebimus. Et ſicut relatio conuenientiæ nō eſt forma ſignificata per nomen perfectionis, ſed modo ſignificandi indicata; ita relatio conformitatis non ſignificatur nomine veri formalitèr, ſed modo ſignificandi deſignatur.

Nomine veri, & boni indicatur relatio in obliquo, ſed nō ſicut nomine ſcientiæ.

Nomen, veritas, eſt impoſitū ad ſignificādā entitatē rei intellectam in ordine ad intellectum diuinum.

Tamen ea entitas ſe ipſa abſq; tali ordine eſt intelligibilis. Sic nomē, perfectio.

27. Quæſtio igitur hæc eſt de nominis ſignificatione, ſcilicet, Vtrum hoc nomen, D verum, ſignificet relationē formalitèr, aut illam indicet ſolo modo ſignificandi. Hæc autem pars poſterior, data optione, eligitur, quia videtur eſſe aptior diſputationi metaphyſicæ; & ita videntur loquuti ſapientes, cum de vero, & bono inſtituere diſputationes. Quod cõfirmatur autoritate S. Thom. de verit. q. 1. art. 8. vbi ſic ait. *Veritas rerum exiſtentium includit in ſui ratione entitatem earum, & ſuperaddit habitudinem adæquationis*. Non poteſt autem includi entitas, & relatio ſimul, niſi relatio addita in obliquo deſignetur, vt ſtatim explicabimus. Et idem docet clariùs

Confirmatur.

S. Tho.

1. p.

Digitized by Google

1.p. q.16.art. 3. ad 6. vbi affirmat non poſſe apprehendi verũ, quin apprehendatur ratio entis, & quòd ens cadit in

S. Hilar.

apprehenſione veri. S.Hilar. etiã lib. 5. de Trinit. *Perimi* (inquit) *aqua quod aqua eſt, & per idẽ poterit abolere, quòd vera ſit.* Quibus ſignificat entitatem rei includi in ipſa ratione veri, qua manẽte nõ poſsit aboleri verũ. Et idẽ eſt de ratione formali boni, quod includit ens.

2\. Ad rationes 1. ſect.

Ad 1. In vero, & bono connotatiuis ſatis eſt rẽ ſignificatã ſignificari vt formam, licèt forma non ſit.

A Parui autẽ momenti ſunt, quę pro aduerſis partibus propoſuimus; fatemur enim hæc nomina eſſe cõnotatiua, ſiquidem ſunt adiectiua: ſed non cõſequitur, vt forma ſignificata ſit relatio: ſed forma ſignificata eſt ipſũ ens, ſiue entitas; modus enim ſignificãdi grãmaticus nõ oſtẽdit rem ſignificatam eſſe formã, ſed ſignificari, vt formam. Quare negãdum eſt, quòd veritas formaliter ſit cõformitas, ſed veritas eſt entitas cõformis: aliquando verò licebit vſu loquendi conformitatem accipere pro ipſa entitate conformi.

Veritas eſt entitas cõformis.

Ad 2.

Quod verò ſecundo loco objicitur facile eſt refellere: concedimus enim has paſsiones entis diſtingui ab ente ratione formali, & definitione, & iterũ diſtingui ſolis relationibus mente cõceptis: ſed negamus conſequentiã, quòd relationes formaliter ſignificẽtur in recto; ſed ſatis eſt, quòd deſignẽtur modo ipſo ſignificandi in obliquo; ſicut perfectio diſtinguitur definitione ab entitate quapiã, ſiue forma; & nihil addit niſi relationem; & tamen relatio illa ſolo modo ſignificandi indicatur, vt diximus. Hæc enim diſtinguũtur, non vt omninò ſeparata, ſed vt includẽs, & incluſum; ſicut etiam actio, & motus: & ideò diſtinguentia non ſignificãtur in recto, & formaliter; entitas enim, ſiue forma, & ex parte altera relatio conuenientię, ſi deſignentur in recto, & formalitèr, nõ ſeſe includũt: perfectio autẽ includit formaliter ipſam entitatem; & addit relationẽ cõuenientiæ, ſolo modo ſignificandi. Et actio ſimilitèr includit motum, & addit, modo ſignificandi, relationem.

Verũ & ens diſtinguũtur nõ vt omninò ſeparata, ſed vt includens, & incluſum; ſic perfectio, & actus, actio & motus.

In his relationes diſtinguẽtes ſignificantur in obliquo.

Ariſtot.

Cum igitur has paſsiones non extrahamus à natura entis, quod docet Ariſtot. 4. Met. c.2. de ente, & vno; neceſſe eſt relationes additas ſolo modo ſignificandi deſignatas eſſe. Et idcircò hæc ſententia magis nobis placet.

Ad 3. *S. Thom.*

At verò S.Thom. q.21. de verit. voluit oſtendere in quo diſtingueretur verum ab ente, quæ diſtinctio ſita eſt in relatione conformitatis, quam addit verum ipſi enti; ſed minimè docuit eam conformitatem eſſe formam ſignificatã per nomen. Quòd etſi hoc ipſũ dixiſſet, cũ quęſtionẽ iſtam ibi nõ tractet, poſſet explicari, quòd ſignificatur quidẽ ea relatio nomine veri, ſed in obliquo.

SECVNDA PARS.

Verum formaliter eſt, quod eſt diuinæ arti conforme.

B DE vero differendum eſt priùs, quod ordine cognitionis antecedit bonum; de vtroq; autem id ſolũmodò diſputandum: Quanã ratione inter paſsiones entis numerentur? Sunt enim quæſtiones aliæ de vero, & bono, quas tractabimus tomo 2. de ſcientia, & voluntate Dei. 1.

Opinio eſt noua Thomiſtarũ aſſerentium, verũ eſſe quid abſolutũ ſola ratione formali diſtinctũ ab ente: quod credunt poſſe firmari authoritate S. Tho. q.16. & de verit. q.1. art.8. Ratione autẽ cõprobant, eò quòd veritas ſit perfectio maxima: & quia omnes res ſe ipſis ſunt veræ; & nõ relatione ad aliud. Hæc autẽ in argumentis refellendis expendẽtur. 2.

1\. opinio Thomiſtarum noua.

S. Thom.

Probatur 1.

C Secundò.

Iſta opinio aduerſatur imprimis doctrinæ S.Tho. de verit. q.21. art. 1. vbi cõmonſtrat paſsiones entis nõ poſſe addere enti, niſi relationẽ rationis; qđ parte antecedenti huius capitis oſtẽdimus. 3.

Aduerſatur *S. Thom.*

Præterea in rebus creatis duæ rationes formales diſtinctæ, & abſolutæ indicant diſtinctionẽ aliquã in re ipſa; ergo in ipſis aliud eſt ens, & aliud verũ, qđ eſt impoſsibile, cũ & ipſum verũ ſit ens.

Improbatur 1.

Et adhuc idẽ probatur in notionibus cõmunibus: nã ſi ratio veri diſtinguitur ab ente penes abſolutũ reale; illud abſolutũ, vt ſic cognitũ, non eſt ens; quod eſt impoſ-

D ſibile: cũ ens ſit primũ cognitũ in omni cognito incluſum, vt docet creberrimè S. Thom. Fieri igitur non poteſt, vt verũ ſignificet aliquid abſolutũ, quod per abſolutũ diſtinguatur ab ente. Benè autem concedimus, imò exiſtimamus verũ ſignificare ipſum ens conceptu abſoluto, addita in obliquo relatione, qua ſola adiectione ab ente diſtinguitur.

Confirmatur improbatio.

Vbi etiam aduertendũ eſt, quòd ens non ſignificat abſolutũ; neq; enim eſſet illud cõmune, cum relatio ſit ens, & nõ ſit abſolutũ: ſed ſignificat quid cõmune, abſoluto 4.

Improbatur 2.

Ens non ſignificat abſolutũ, ſed quid cõmune abſoluto cõceptu.

Sic verũ, &c.

abſoluto conceptu. Vnde etiam petimus argumentũ contra opinionẽ contrariam; oportet enim, vt quandam rationem veri aſsignemus, quæ neque ſit abſolutum, neque relatum; ſed ſit quid cõmune reale, & abſtractum, quod nihil poteſt fingi, niſi ens ipſum, quod eſt primum cognitum in rebus.

3.
2. opinio recẽs
Soar. diſp. 8. ſect. 7.

Aliud eſt recens inuentum opinionis, huic proximum: quòd verum non ſignificet abſolutum, neq; relatum; ſed negationem quandam, vt dicatur verũ, quod non eſt fictum. Quę opinio omni ex parte eſt improbabilis. Primùm, quia cõmuni hominum intelligẽtiæ aduerſatur; cũ enim verum quid dicimus, nõ negamus remouendo, ſed ponendo veritatem affirmamus: Doctorum verò, & Philoſophorum nullus dubitauit eſſe poſitiuũ. Præterea eſſe aliquid confictum, eſt ſola denominatio rationis: cuius negatio, ſcilicet non eſſe fictum, non eſt realis negatio; ergo non eſt paſsio entis. Deinde eſſe fictum dicit relationẽ ad intellectũ; imò ad intellectum falſum, quem antecedit intellectus verus. Et illud fictum, quod eſt relatio ad intellectũ falſũ, antecedit negationẽ remouentẽ, ſcilicèt, nõ fictũ. Hæc ergò opinio, dum deflectit à cõmuni ſenſu eo conſilio, vt in ratione formali veri, deuitet omnes relationes conformitatis ad intellectum; in eas incautè incidit, & multiplicat, vt comprobatum eſt. Nihil ergo habet credibilitatis opinio iſta.

Iudicatur improbabilis. 1. Impugnatio. — Secunda. — 3. & efficax. — Hæc opinio conficta vt deuitet relationes ad intellectũ, in eas incidit, & multiplicat.

4.
3. opinio.

Omnes igitur Doctores conſentiunt rationem veri petendam eſſe à quadam cõparatione rei cũ intellectu. Sed tamẽ Durand. & Heru. exiſtimant eam relationẽ cõformitatis, quæ reperitur in vero, non eſſe referendã ad intellectũ, ita vt ens verũ, & intellectus ſint relata; ſed vnamquamq; rem ſibi ipſi eſſe conformem, prout eſt intelligẽtis obiectũ. Nã Heruæus quodlib. 3. q. 1. art. 2. & 3. ait rem quampiã eſſe veram, ſi comparetur ſecundũ ſuũ eſſe naturale ad ſe ipſã ſecundum eſſe cognitum, & ſibi videatur cõformis. Et idẽ ſentit Durand. Heruæũ ſequutus d. 19. q. 5. vbi affimat eam rem eſſe veram, quæ ſecundũ eſſe cognitũ eſt ſibi ipſi conformis ſecundũ eſſe naturale. Et ita duo relata ſunt res ſecundũ eſſe cognitũ, & res ſecundũ eſſe naturale, inter quæ relata conformitas eſt veritas. Neq; video, quo diſsideant Durand. &

Heru. — *Durand.* — In hac opinione duo relata conformia sũt res ſecundum eſſe cognitum, & eadem res ſecundũ eſſe naturale.

A Heruæ. cũ eadẽ ponãt relata, & relationẽ eandem: niſi dicas in his relatis Heruęũ poſuiſſe alterũ menſurã, ſcilicèt ens ſecundũ eſſe naturale, & alterũ mẽſurabile, ſcilicet idem ens ſecundũ eſſe cognitum; Durand. verò hoc inuertiſſe: eos autem in ſententia non diſcrepare exiſtimat Paul. Sonc. 6. Met. q. 17. art. 2. & ferè in eadem opinione hæret Henricus Gandau. in ſua Summa art. 34. q. 5.

Soncin. *Gand.*

5.
Heru. *Durand.* addunt conformitatẽ illã rationis ſequi iudiciũ de re.

His adijciunt Heru. & Durand. verũ ſignificare relationẽ rationis, ſcilicet illam conformitatem, qua res vt cognita cõformatur cũ re ipſa; eamq; relationẽ cõſequi non ſimplicẽ intelligentiã, qua B rem apprehẽdimus, ſed cõpoſitam, qua facimus iudiciũ de re; arbitrantur enim verũ pertinere ad iudiciũ, nõ ad ſimplicẽ apprehẽſionẽ. Quod documentũ alij, quibus placet iſta ſententia, interpretãtur; vt intelligamus, relationẽ illã cõformitatis, quã nomine veri exprimimus, fundari quidẽ in cõpoſitione, qua iudiciũ facimus de re intellecta; ſed formaliter intelligi per ſimplicẽ appprehẽſionem, vt cæteræ relationes rationis intelliguntur, quarum eſſe eſt intelligi.

Vaſqu. diſp. 76. c. 2. hoc explicat.

6.
3. hæc opinio explicatur.

Poteſt autem hæc ſentẽtia explicari, ſi attendamus, quòd res vna intelligitur C pluribus conceptibus, ſiue notionibus: quare ſunt rationes obiectæ plures, & res vna; & quia illæ plures rationes obiectæ, quæ in mentis compoſitione inueniuntur, conformantur cũ ipſa re; dicitur vera res, quatenùs apprehenditur pluribus conceptibus, quibus cognoſcitur vt res; & ita obiectũ cognitum menſuratur cũ re ipſa. Et perſuadetur hoc, quia voces, quæ ſignificant verũ, ſignificant rẽ ipſam, & nõ conceptũ rei: eſt ergo vera propoſitio, quę ſignificat rẽ cognitã, vt eſt; ergo illud eſſe cognitum cõ D formatũ cum re, eſt propria ratio veri. Et hoc ipſũ poſtulat ratio veri, vt res ita intelligatur vt eſt: ergo hoc ipſũ qđ eſt intelligi, vt eſt, (quod eſt rem cognitã cõformari ſibi ipſi) eſt ratio ipſiſsima veri.

Suadetur.

7.
Improbatur 1.

Hæc opinio, præterquàm quòd valdè implicata eſt, rationis quodã impedimẽto quempiã illaqueat; vndè ſi euadamus, apparentẽ per ſe ipſam reſpiciemus veritatẽ: conſiderandũ enim eſt, quòd res vt cognita, ſignificat extrinſecã appellationẽ, ſicut paries viſus; verũ autẽ non cõparatur cum re ſecundum extrinſecã appellationẽ, ſed ſecũdum id quod in re ipſa

Veritas rei nõ cõparatur cum re ſecundũ extrinſecam appellationem.

Digitized by Google

ipſa cognoſcimus: ergo veritas formalis non eſt conformitas rei, prout cognita eſt, cum ipſamet re; ſiquidem, vt cognita, ſolam appellationem extrinſecam ſignificat.

Reſponſio per idem alijs verbis.

Quòd ſi dicas non comparari rem, vt cognitam, ſecundum extrinſecā appellationem; ſed alio ſenſu dici rem, vt cognitam, ſcilicet ſecundum rationem formalem cognitam, vt explicabamus opinionem iſtam.

Refellitur.

In eodem errore, & fallacia hæremus; nam ratio obiecta eādem appellationem extrinſecā ſignificat: ratio enim rei eſt in mente, ſcilicet, verbū, quo rē exprimimus; res autē cognita per verbū, extrinſeca appellatione dicitur ratio. Sed quia res ipſa, quæ intelligitur, non intelligitur eo modo, quo in ſe eſt, ſed partitè, vel confusè, dicitur ratio obiecta vna, & alia in re ipſa, prout res eadē occurrit diuerſis conceptibus. Et ita res cognita, prout eſt ratio obiecta, nihil ſignificat, niſi appellationē extrinſecam; quia intelligitur per plures rationes, hoc eſt, per plures conceptus: licet nomen iſtud, ratio obiecta, ſupponatur pro re ipſa cognita, vt lib. 1. docuimus.

Res cognita extrinſeca appellatione dicitur ratio, ſeu ratio obiecta: licèt ratio obiecta ſupponat pro re ipſa cognita.

Cū ergo veritas rei non ſit perſentienda ſecundum extrinſecam appellationem, intelligi non poteſt, quòd veritas rei ſita eſt in conformitate quadam rei cognitæ, prout cognita eſt, cum re ipſa.

Improbatur 2. explicatiùs.

Explicatur hoc magis, nā cōparatio, qua veritas rei dignoſcitur, intellectu fit, cōferendo vnū alteri; ergò neceſſe eſt vt cōparetur vna res intellecta cum alia re intellecta: niſi enim vtrūq; extremū intelligamus, cōparare non poſſumus. Quo modo ergo cōparamus rem cognitam cū re, niſi cū re cognita? Ergo cōparamus idē cū eodē, quæ non erit relatio cōformitatis, ſed idētitatis; veritas autē in nobis eſt relatio conformitatis, vt liquet. Imò in omni noſtra cognitione erit verū, quia erit idem cū eodē cōparatū; quod nō ſolùm cōforme eſt, ſed idē. Non ergo cōparamus rem cognitā cum re, ſed cognitionē cū re cōferimus; & in cognitione noſtra dicimus eſſe verū, vel falsū, cōparando cognitionē cū re ipſa.

Res cognita non poteſt cōparari cum re, niſi cū re cognita, ac proinde ſecum.

8.

Obiectio contra hæc argumenta.

Hęc tamen argumēta videntur conniti falſo fundamento, quòd ſcilicet nō poſſimus diſcernere naturam aliquam, prout eſt cognita, ab ipſa natura, prout eſt in re; cū diuerſi ſint ſtatus naturæ eiuſdem, vt lib. 4. elucidabimus, ſecundū quod eſt in intellectu, & ſecundū quod

A eſt in re: at verò ſecundum quod eſt in intellectu, eſt cognita; rectè ergo hæc diſcernuntur, & inter vtrumq; extremū poterit fieri comparatio. Sed aduertendū eſt, quòd natura ſecundum quod eſt in intellectu, habet aliqua ab intellectu, vt quòd ſit cōmunis, & vna in multis. Aduert.

Quare cū dicitur homo rationalis, rationale non conuenit homini ſecundum quod eſt in intellectu, ſed ſecundum quod eſt in re ipſa rationalis. At verò in intellectu hominem eſſe rationalem, eſt hominem cognoſci rationalē, quæ eſt appellatio extrinſeca. Hæc autem vberrimè explicabimus lib. 4. ſunt enim valdè difficilia.

In intellectu hominē eſſe rationalē eſt cognoſci rationalem.

Sed ex iſtis colligitur, quòd vt intelligamus vtrum hominē eſſe rationalē B verum ſit, nō cōparamus hominē, prout eſt in intellectu, cum homine extra intellectum: nam homo, prout eſt in intellectu, nihil habet niſi intelligi, quod eſt extrinſeca appellatio. Sed conferimus noſtrum intellectum cum re ipſa; & in illa conformitate inuenimus verum in mente, & in re ipſa, prout in ſe ipſa eſt. Quare nō cōparatur res cognita cū re, ſed cognitio cōfertur cum re cognita.

Solutio obiectionis.

9.

Improbatur 3. efficaciter.

Denique vt rem iſtā clariùs elucidemus. Nemini eſt dubiū, quin ipſum iudicium mentis ſit verum, vel falſum, vt C docet Ariſt. & apud omnes conſtat; res autem, de qua iudicamus, dicitur vera, quatenùs cognita (vt iſti Doctores volunt) res, inquā, vt cognita per illud iudicium mentis, vera dicitur, vt ſimiliter confirmāt: ergo res cognita dicitur vera, quatenus ſignificatur iudicio vero; ergo ab ipſo iudicio vero, tanquā à primo vero, habet res cognita vt dicatur vera. Imò habet hoc ſola appellatione extrinſeca, vt cōmonſtrauimus.

Veritas eſt in re cognita per iudicium falſē, ſed æquiuocè ſola appellatione extrinſeca, à iudicio vero, tanquā à primo vero.

Fallūtur enim in eo, quòd aiūt veritatē eſſe in cōceptu nō primò, ſed ſecundò, quaſi in ſecundo D analogato; primò autē eſſe in re cognita.

Nō eſt primò in re cognita, & ſecundò in conceptu.

Nam etſi ſanitas ſit in pulſu ſecūdò, quaſi in ſigno, ideo dicitur eſſe ſecundò in ſigno, quia primum eſt in animante. Veritas autem ex propria ratione habet, vt ſit primò in intellectu; ergò etſi ſit in intellectu, vt in ſigno, hoc non obſtat, quo minus ſit primò in intellectu; quia hoc ipsū habet veritas ex natura ſua, vt primò pertineat ad ſignum intelligibile, ſiue ad repreſentatiuū cōceptū rei.

Ex natura ſua habet vt ſit primò in ſigno repræſentatiuo rei, id eſt, in conceptu.

Oſtenditur 1.

Secundò.

Hoc autē eſt euidētiſsimū: nā res vt cognita eſt quid poſteri' cognitione, & cognitio non

Digitized by Google

nõ dicitur vera à re, vt cognita; quia ſẽper eſſet vera; quia ſemper cõformatur re, vt cognitæ; cognitũ enim, vt cognitũ, idẽ eſt ſibi. Dicitur ergo cognitio vera à re ipſa, prout in ſe ipſa eſt; & iſta veritas cognitionis ſola appellatione extrinſeca refunditur in rem, vt cognitã; quia dicitur res cognita vera, quatenus cognoſcitur per verã cognitionem, quæ eſt extrinſeca appellatio, vt poſteà etiam diſputabimus. In voce autẽ eſt veritas non primò, ſed ſecũdò tanquã in ſigno: quia vox non eſt cõformis intellectui, aut rei intellectæ, ſed ſignificat intellectũ verũ, aut rem verã: & ideo in hoc ſigno eſt veritas ſecundò, & ęquiuocè, ſola appellatione, vt ſanitas in ſigno ſanitatis.

Conceptus dicitur verus à re ipſa in ſe: Et iſta veritas conceptus ſola denominatione extrinſeca refunditur in rẽ vt cognitã.

Veritas eſt in voce tanquam in ſigno, ſecundò, & ſola appellatione æquiuoca.

10. Improbatur 4.

Præterea ſi rem cognitã cõparemus cum re ipſa, vt illi volunt; ibi etiam inuenienda eſt quædam conformitas mutua relatione. Quod vidẽtur quidã perperàm negaſſe in iſta opinione Durãdi, affirmantes non eſſe ibi relationẽ cõformitatis rei, quæ conformetur cum ſe ipſa vt cognita; ſed ſolùm rem vt cognitã, conformari cum re. Hoc autẽ falſum eſſe videtur; nã animi meditatione, omne relatum habet correlatiuum, vt hoc libro docebimus, & in re propoſita manifeſtum eſt. Nam ſi res vt cognita, cõformatur cum re ipſa, res vt cognita, eſt mẽſurabilis; ergo id, cui conformatur, eſt menſura; referũtur ergo mutua relatione menſurabilis, & menſuræ: neque hoc eſt in dubio. Quòd ſi in ratione mẽſurabilis ſita eſt veritas, cur negabimus in ipſo conceptu, ſiue iudicio mentis, quod cõformatur rei cognitæ, primò ac principaliter veritatem ineſſe? Deinde ſi verũ dicitur id ſolum, quod eſt menſurabile, Deus non erit verũ, cum mẽſurabile non ſit. Quòd ſi etiam menſura dicitur verũ, cur non erit verũ res abſolutè, ſi illa eſt menſura rei cognitæ?

Conformitas in opinione *Durandi*, non ſolùm eſt in re cognita, ſed etiam in re ipſa abſolutè. Probatur.

Veritas in ratione menſurabilis inuẽta, eſt in cõceptu.

In ratione etiã mẽſuræ comprobata, eſt in re ipſa abſolutè.

11. Improbatur 5.

Illa autem intricatio maxima eſt; cũ enim verũ non dicatur, niſi in ordine ad intellectũ, vt ipſi fatentur; ſi res vt cognita, in ordine ad intellectũ eſt vera, in ordine ad eundem intellectũ eſt menſurabilis, aut mẽſura; verum enim, aut eſt menſura, aut menſurabile: res autem vt cognita, ſemper cõformatur cognitioni; ergo ſi in ea conformatione ſita eſt veritas, omnis cognitio vera eſt.

12. Improbatur 6. Res vt cognita neq; vt cognitionis mẽſura, neq; vt mẽſurabile cõformis eſt intellectui.

Sed neque res vt cognita, eſt menſura cognitionis, cum ſit poſterior cognitione; neque eſt menſurabile, quia cognitio non eſt menſura rei; ergo res vt cognita, nulla ratione eſt conformis intellectui, neque vt menſura, neque vt menſurabile; Quod conſequens veriſſimum eſt, quia res vt cognita ſignificat ſolam appellationem extrinſecam; ergo ratio formalis veri, quæ non eſt extrinſeca appellatio, non inuenitur in re, vt cognita: ſed vel in rebus extra intellectum, vel in ipſo intellectu.

13. Improbatur 7.

Contra idem adhuc arguitur; nam quòd res vt cognita, conferatur cum re, non pertinet ad rationem formalem veritatis; veritas enim eſt conformitas rei, & intellectus: dicitur enim intellectus verus, qui rem iudicat, vt eſt; & vera res, de qua intellectus verè iudicat: res autẽ cognita cum re comparatur ſecundum eſſe cognitũ, & naturale; in qua quidèm cõparatione nulla cernitur ratio veri: ſicut ſi cõparemus intentionem ſpeciei cum homine: ſunt enim hæc diuerſa, & cõformia, aut difformia, ſed nõ quicquid conforme eſt, eſt verum; ſed illud conforme, quod intercedit inter intellectum, & rem intellectam, verum dicimus: quãuis ergo cõpares rem cognitã cum re naturali, nulla ibi oſtenditur ratio veri.

Nõ omne cõforme, ſed illud tãtũ quod intercedit inter intellectum, & rem intellectã, verum dicimus.

14. Improbatur 8. Veritas iudicij nõ eſt in re vt cognita per iudicium. Probatur.

Deniq; verum vt ſignificatur per iudicium mentis, nõ eſt in re cognita, ſed ſolùm in mente; ergo verũ non eſt in re, vt cognita. Conſequentia perſpicua eſt, quia eàdem ratione eſt res cognita, & ſignificata. Probatur antecedens, quoniam in iudicio mentis præcipua eſt illa cõformatio, quam ſignificat verbum, eſt, vt lib. 4. dicemus; at verbũ, eſt, nihil ſignificat in re cognita, ſed ſolã cõpoſitionem, ſiue affirmationẽ, quæ eſt in mẽte: ergo hoc verũ, quod ad iudiciũ pertinet, nõ eſt in re cognita, ſed in mente. Itaq; in re cognita ſolũ eſt fundamentũ veritatis; veritas autem cõplexa, quæ in iudicando ſita eſt, in ſola mente eſt, non in re. Res autẽ, vt eſt fundamentũ veritatis, eſt cauſa veri, nõ vt cognita, ſed vt cauſa cognitionis. Quapropter opinio iſta Heruęi & Durãd. nõ eſt veroſimilis.

15. Improbatur 9. Verũ à *Durando, &c.* explicatũ, eſt verum intellectus.

Sed neq; verum ſic explicatũ eſt paſſio entis; nam paſſio entis cõuenit enti, vt ens eſt, non vt cognitum eſt: ergo in ipſo ente cõſiderandũ eſt aliquid, quod verum dicamus. Hoc enim quod hi Doctores explicarunt, eſt verum illud quod

Digitized by Google

quod in intellectu inuenitur; quod illi aiunt inueniri in obiecto intellectus primò, & principalitèr. Nos verò cum S. Thom. docemus inueniri in conceptu mentis primò, & principalitèr; in re autem, vt cognita eſt, æquiuocè per ſolam appellationem extrinſecam.

17. Ad ſuaſionem *Durandi*, Reſponſ.

Perſuaſio autem Durandi parui eſt ponderis. Nam etſi demus id, quod falſum eſt, voces non ſignificare conceptũ, quod contra Ariſtot. & veritatem aſſeritur: concedimus libenter voces ſignificare rem cognitam; quæ res ſi ita eſt, vt cognoſcitur, iudicium mẽtis eſt verum. Sed malè colligitur, quòd veritas ſit in re, prout eſt cognita. Nam quia voce actiua, & paſsiua idem ſignificamus, cõmuni loquendi modo; vtrumque verè aſſerimus, ſcilicèt iudicium eſſe verum, cum rem cognoſcimus vt eſt, & cum res cognoſcitur vt eſt. Ecquis enim non videat ſolâ grãmaticâ differentiâ hæc diſcerni, ſiue dicam, cognoſco rem, ſiue res cognoſcitur à me? Cũ verò obiectũ veritatis contemplamur, aduertimus in re cognita ſolã eſſe appellationẽ extrinſecam, vt ſic cognita eſt; & in intellectu eſſe cognitionem ipſam, ſiue iudicium, quod verum dicimus: & in eo iudicio aſſeueramus ſitam eſſe veritatẽ, rei autem cognitæ attribui ſola appellatione extrinſeca.

Idẽ ſignificat vox actiua, & paſsiua: cognoſco rem; res eſt cognita à me.

18. De vero quod eſt paſsio entis.

Cùm autem hoc verum quod eſt in intellectu, non ſit paſsio entis, oportet eam adhuc inueſtigare.

19. 4. Opinio *Caiet.*

Contra Durandum, & Herueum, qui verum formalitèr cõſtituebant in rebus, prout cognitis, Thomas Caiet. 1. p. q. 6. art. 6. opinatur verum eſſe in ſolo intellectu formalitèr; at verò in rebus eſſe verum, vt in cauſa veritatis: ſicut ſanitas eſt formaliter in animante; & in pomo, aut medicamento, vt in cauſa. Qua in ſententia, verum quod eſt paſsio entis, non ſignificat verũ formaliter; ſed æquiuocè cauſam veri: vt ſanum æquiuocè ſignificat cauſam ſanitatis. Et in hac parte opinionis concordant Durand. in 1. d. 19. q. 5. num. 14. & Henr. Gandau. in Sũma art. 34. q. 5. quam etiam opinionẽ quidam alij cum Durando explicantes, aiunt verum, vt eſt paſsio entis, ſignificare cauſam veri iudicij quod eſt in intellectu: obliuiſcuntur autem propriæ ſententiæ, qua dixerant verum formaliter eſſe rem, vt cognitam; at verò in iudicio

1. eius pars.

2. Pars.

Hęc pars eſt *Durand.* *Gandau.* *Vaſqu. diſp.* *77. c. 4.* ſibi repugnãs mõſtratur.

A intellectus non eſſe veritatem, niſi vt in ſigno: conſequens enim erat vt diceret, rem vt eſt cauſa veri, eſſe cauſam ſui ipſius vt eſt cognita. Nam ſi verũ eſt formalitèr in re cognita, & in iudicio eſt vt in ſigno; & vt eſt paſsio entis eſt in ente vt in cauſa; ea cauſa non eſt cauſa veritatis eius quæ eſt in ſigno, ſed veritatis eius quę eſt in re formaliter vt cognita; aliàs dicta iſta non cohærent: ſicut ſanũ, quod eſt cauſa ſanitatis, nõ eſt cauſa ſanitatis, quæ eſt in ſigno; ſed eſt cauſa ſanitatis in animante; primum enim analogatũ pertinet ad conceptũ cęterorũ, vt lib. 5. explicabimus. Sed mirum non B eſt, quòd ea, quæ falſa ſunt, ſint etiam diſſentientia.

Exemplum.

20. Contra hanc opinionem Concluſio.

At verò contra Caiet. Durãd. & alios negantes, verum, vt eſt paſsio entis, formalitèr dici de rebus; ſed voce ſola, & æquiuocè, vt de cauſa veritatis, hoc vnũ ſufficit argumentum: cõmonſtrabimus enim in rebus eſſe conformitatem realem ad intellectum practicum; ſed conformitas ad intellectũ, eſt ipſa veritas, non æquiuocè, vt cauſa, aut ſignum veritatis, ſed formaliter, & propriè: ergo non eſt negandum realem cõformitatẽ eſſe ipſam paſsionẽ entis; quam oportet C dicere realẽ; nam & realẽ vnitatẽ, & realem bonitatẽ dicimus. Illud etiã diſſentaneum eſt, quòd æquiuocè verũ, quod eſt cauſa veri, & ſola voce eſt verum, dicatur paſsio entis; æquiuoca enim diſciplina omnis excipit, atque expungit.

Verũ ſola voce, & ęquiuocè vt cauſa veritatis, nõ eſt paſſio entis, ſed formaliter vt eſt ipſa realis conformitas. Probatur.

Cõfirmatur

21. Cæterorum Doctorũ, qui hac in parte ſententiæ cum S. Thoma conſentiũt, aſſerentes verum, & in intellectu, & in rebus formaliter inueniri, & non ſolùm æquiuocè; & in altera quoq; parte, quod verum formaliter ſit paſsio entis; quidã exiſtimant verum, quod eſt paſsio entis, D pertinere ad intellectũ ſpeculantẽ: aiunt enim verum, eſſe ens reale cum intellectu ſpeculante cõparatum. Sed hoc non poteſt vlla ratione defẽdi. Tribus enim modis poteſt dici res vera cõparata cũ intellectu ſpeculantẽ; primò, vt cõſequitur ſpeculantem intellectum; & eſt ſola appellatio extrinſeca, qua dicitur res vera, quia cognoſcitur cognitione vera, quam oſtendimus etiã cõtra Herueũ, & Durand. non eſſe formalẽ rationẽ veri. Secundò, vt antecedit intellectũ ſpeculantem, & eſt cauſa veri, quæ æquiuocè verum dicitur, & non eſt paſsio entis, vt

5. Opinio aliorum.

Improbatur. Tribus modis dicitur res vera.

Primus.

Secundus.

 putauit

Digitized by Google

Tertius, putauit Caiet. Tertiò, vt comparatur cum intellectu, vt menſura cum menſurabili, quæ ratio menſuræ non eſt paſsio entis; verũ enim quod eſt paſsio entis, eſt realis conformitas, quæ eſt menſurabilis ad menſuram, vt poſteà docebimus.

22. 6. Opinio *Soar. in Met. diſp. 8. ſect. 7 n. 24. &c.*

Ab his incommodis vt declinent, eidem theſi nouam opinionẽ quidam cõſuunt, quam opus eſt vt infirmemus, antequam ſentẽtiam S. Thomæ tradamus planiſsimè elucidatam. Comparãt itaque verum cum intellectu ſpeculãte. Aiunt tamen verum nihil addere enti, neque abſolutum, neque negationem, neq; relationẽ aut realem, aut rationis: & eam conformitatem rei ad intellectũ, de qua diſputamus, nõ eſſe relationem, ſed quandam denominationẽ coortam ex conſortio plurium ita ſe habentium, vt tale vnum ſit, quale ab alio repreſentatur. Et in iſta conformitate rei cũ intellectu ponunt aptitudinem, & actum: aptitudinem, quia res quæpiam nata eſt intelligi, ita vt eſt, etiam antequam intelligatur: actum verò, quia cum res intelligitur actu, certè ita intelligitur, vt apta eſt intelligi; & ibi eſt actualis conformitas.

23. Improbatur 1. Hæc tamen opinio primùm non eſt facilè intelligibilis: nã cum conceditur rationis formalis diſcrimen inter ens, & verum; neceſſe eſt omninò, vt verũ aliquid addat enti, quo diſtinguatur. Accipiamus ergo, & deſignemus cogitando ens: ſi enti nihil addatur, neq; abſolutũ, neque relatum aut reale, aut rationis, neque negatio; profectò ille conceptus eſt entis, non autem veri; aut idem omninò eſt ens, & verum, & ſunt ſynonima, quorum eſt vnus conceptus in mente.

Confirmatur improbatio. Et confirmatur; quia neque ratione poſſunt hæc inter ſeſe diſtingui, quod enim non eſt negatio, neque relatio, nullum ens rationis eſt: quod ſi neq; ens rationis additur enti, neq; ratione diſtinguitur ens à vero.

Reſponſio. Quòd ſi dicas nomine veri ſignificari conformitatem rei cum intellectu, quam non ſignificat nomen, ens:

Refellitur. Reſumo argumentum, ſi enim illa cõformitas non eſt abſolutum, neq; relatum, neq; negatio addita enti, ſanè nihil eſt niſi ens ipſum; ergo vtroq; nomine entis, & veri ſignificatur idẽ, & ſunt ſynonima.

Improbatur 2. Præterea denominatio iſta coorta ex conſortio plurium, nonne eſt relatio rationis? ergo iſta ſaltem relatio additur enti, quæcunq; ea ſit.

Improbatur 3. Præterea aptitudo, qua res nata eſt intelligi, non poteſt mente percipi ſine relatione ad actum, quod eſt intelligi: at verò aiunt iſtam aptitudinem eſſe rationẽ formalẽ veri; ergò iſta relatio eſt intima in ipſo cõceptu veri.

Aptum intelligi idẽ eſt quod intelligibile. Quòd autem hæc aptitudo ſit relatio rationis cõprobatur, quia aptum intelligi idem eſt, quod intelligibile; intelligibile autem ſignificat relationem rationis.

Reſponſio. Quòd ſi adhuc dicatur aptum intelligi non eſſe ipſum intelligibile formaliter, ſed eſſe fundamentũ, & quaſi radicem intelligibilitatis.

Refellitur. Adhuc inſtamus; vel enim his nominibus indicatur ſolum ens abſque vlla potẽtia, vt intelligatur, & ibi non explicatur ratio vlla veri: vel indicatur aliquid, quaſi radix, & fundamentum, vnde accidat intelligi; & illud ſic cognitum relationem indicat rei intellectæ, quantumuis obluctentur. Imò ipſo nomine, fundamentũ, & radix intelligibilitatis, indicatur principium, vnde rei accidit intelligi. Non licet ergo cõſiderare verum, ſine aliqua relatione ad intellectum.

24. Improbatur 4. & vltimò. Deniq; extincto per impoſsibile intellectu diuino, adhuc aiunt res eſſe aptas intelligi, quia ſunt res veræ; ſed data alia hypotheſi, quòd intellectus diuinus non ſit poſsibilis, aiunt res non eſſe veras formalitèr, ſed fundamẽtalitèr. Itaq; in ipſo vero fundamento excogitant quod maneret, etſi nullus intellectus eſſet poſsibilis; & ſimul cogitãt verũ formale, quod exigit intellectus poſsibilitatem; ergo neceſſe eſt, quòd illud formale, quod requirit intellectus poſsibilitatem, per intellectum definiatur: addit ergo verũ relationẽ ſaltem rationis ad intellectum, ſine quo definiri non poteſt.

Confirmatur improbatio. Vnde vltimum argumẽtum depromimus; cum enim ſit in ente vero aliquid, quod maneret fundamentaliter ſine poſsibilitate intellectus, & aliquid formale quod requirit poſsibilitatẽ intellectus; illud formale, quod modò eſſet, & modò nõ eſſet, vel eſſet quid abſolutum, vel relatiuum, vel negatio; quod nulla ratione, aut modo poteſt negari. Quare omninò confitendum eſt, quòd verum ſaltem in obliquo indicat relationem, vt anteà docuimus. Mitto illã denominationem coortam ex conſortio plurium, quã fateor, non potui percipere

Digitized by Google

cipere. Certè denominatio relatio rationis eſt, ſi quid eſt.

25. 7. & vera opi. *S. Thomæ.*

Poſtrema ſentẽtia eſt S.Thom. quam amplectimur, quòd verum, vt eſt paſsio entis, ſignificat conformitatem rerum omnium cum intellectu diuino. Et quidèm res omnes creatæ ea conformitate referuntur ad intellectum practicum: diuina autem eſsentia conformatur cum intellectu ſpeculante, vt ſtatim declarabimus.

1. eius pars.
2. pars.

26. Difficultas præmittenda. Aduertendũ.

Sed priùs videndum eſt cum Thom. Caiet. an verum ſit præcipuè in intellectu, an in rebus? Illud ergo primum cõſiderandum eſt, quòd comparando rem intellectam cum intellectu, illud propriè dicitur verum, quod eſt alteri menſurabile: verum enim idem eſt, quod rectum, vt S. Anſelm. definit Dialogo de veritate, cap. 2. itaque non regula, ſed id, quod ad regulam conformatur, dicitur verũ: & quia omne menſurabile ad menſuram reuocatur, veniendum eſt ad primam menſuram cæterorum verorum, quæ eſt diuina ſcientia, ſiue intellectus diuinus, vt declarabimus.

Verum idem eſt quod rectum. *S. Anſelm.* Non regula, ſed id quod ad regulam conformatur, dicitur verum.

27. Ex aduertẽdo 1. corollariũ. *S. Thom.*

Hac ergo ratione res omnes creatæ, quia menſurãtur diuino intellectu, ſunt veræ res; quod S.Thom. confirmat ar. 1. q. 16. & intellectus noſter, quia menſuratur rebus ipſis dicitur verus, vt ibidẽ docet S. Doctor: vnde intellectus noſter habet duas relationes veri, & menſurabilis, alteram ad res cognitas, quæ eſt illi propria, alteram ad intellectum diuinum practicum, cuius noſter intellectus eſt effectus; & hæc relatio veri eſt communis intellectui creato, & rebus cæteris, & eſt entis creati propria paſſio: cum omne ens creatum ſit effectus diuinæ artis, illi conformis.

Intellectus noſter habet duplicem relationem menſurabilis, & veri.

28. 2. coroll.

Ex his colligitur, quòd res à nobis cognitæ, vt cognitæ ſunt à nobis, nõ ſunt veræ, niſi denominatione quadam extrinſeca; ſi dicamus res cognitas veras, quia cognoſcũtur cognitione noſtra vera. Probatur euidentiſsimè; nam ratio veri eſt ratio menſurabilis; ſed res cognitæ à nobis non menſurãtur intellectu noſtro: ergo non poſſunt dici veræ, niſi ſolo nomine; ſicut res creditæ fide catholica appellãtur fides Catholica. Quòd autem res cognitæ à nobis non menſurentur intellectu noſtro, compertum eſt; ſiquidèm ipſæ ſunt menſura noſtri intellectus. Hoc ipſum confirmat S.Thom.

Probatur euidentiſsimè. Res cognitæ ſunt menſura noſtri intellectus, non verò menſurabiles ab illo. Confirmat. *Idem.*

A ar. 1. ad 2. quia ſi res cognitæ eſſent veræ, prout à nobis intelliguntur, nobis alitèr intelligentibus mutaretur veritas rerũ: qui fuit error priſcorum Philoſophorũ, exiſtimãtium res omnes non veras eſſe, ſed apparentes, prout ſic, vel alitèr à nobis intelligerentur. Et idcircò affirmat S.Doctor art. 7. res cognitas à nobis denominari veras à veritate intellectus, quæ denominatio eſt extrinſeca, vt docuimus. Hæc autem intelligimus de intellectu ſpeculante; nam ad intellectum creatum practicum artefacta referuntur vt menſurabile ad menſurã propria relatione veri, vt S. Thom. ait art. 1. B

Error priſcorum Philoſophorũ ex hoc pũcto illatus. *Idem.* Explicatio 2. corollarij. *Idem.*

29. *Durandi, & Heruæi* error in eodẽ puncto.

Durandus igitur, & Heruæus, qui aiebant res eſſe veras, ſecundum quòd ſunt cognitæ; hoc etiam errabant; quòd putarent res menſurari noſtro intellectu ſpeculante, aut eſſe res veras, quæ non eſſent menſurabiles: ſiquidèm ratio veri eſt ratio menſurabilis. Thom. verò Caiet. hoc quidèm verum in rebus, quod à cognitione noſtra ſpeculãte verã nominatur verum, equidèm ſcitè reijceret à propria ratione veri; quia hoc verum ſolo nomine verum eſt: ſed non deberet negare conformitatem rerum cum diui- C no intellectu, quæ eſt relatio menſurabilis, eſſe propriè veritatẽ; cum S.Thom. art. 1. veritatem ponat in rebus in ordine ad diuinum intellectum. Sunt etiam res à nobis cognitæ alia ratione veræ in ordine ad noſtrum intellectum, quatenùs ſunt cauſæ veritatis, hoc eſt, noſtræ cognitionis veræ: quo etiam pacto æquiuocè dicuntur veræ, vt docet S. Thom. art. 6. ſed vt conformantur cum intellectu diuino, ſunt veræ propriè loquendo, quia ratio veri eſt ratio menſurabilis.

Caietani lapſus in alio. *S. Thom.* Res æquiuocè veræ, vt ſunt cauſæ veritatis.

30. Reſolutio difficultatis præmittendæ. *Idem.* Ratio.

Nihilominùs ſi veritatem, quæ eſt in D intellectu, conferamus cum veritate cõueniente rebus, illa prior præcipua eſt, vt docet S. Thom. q. eadem, art. 1. quia veritas ab intellectu deriuatur ad res. Itaque principalitèr dicitur intellectus verus, & minùs principalitèr dicuntur res ipſæ veræ, quatenùs intellectu diuino menſurantur.

31. 7. opinionis 1. pars ab eodẽ probatur 1.

Probat autem S.Thom. art. 1. quòd veritas rerum cõſideretur in rebus, prout menſurantur intellectu diuino; pendent enim ab eo, & ſunt per illum menſurabiles per ſe, & ex natura rei: ad intellectum verò creatum ſpeculãtem per accidens referuntur; ſunt enim res eæ-

Digitized by Google

Tertius. putauit Caiet. Tertiò, vt comparatur cum intellectu, vt menſura cum menſurabili, quæ ratio menſuræ non eſt paſsio entis; verũ enim quod eſt paſsio entis, eſt realis conformitas, quæ eſt menſurabilis ad menſuram, vt poſteà docebimus.

22. 6. Opinio *Soar. in Met. diſp. 8. ſect. 7 n. 24. &c.*

Ab his incommodis vt declinent, eidem theſi nouam opinionẽ quidam cõſuunt, quam opus eſt vt infirmemus, antequam ſentẽtiam S. Thomæ tradamus planiſsimè elucidatam. Comparãt itaque verum cum intellectu ſpeculãte. Aiunt tamen verum nihil addere enti, neque abſolutum, neque negationem, neq; relationẽ aut realem, aut rationis: & eam conformitatem rei ad intellectũ, de qua diſputamus, nõ eſſe relationem, ſed quandam denominationẽ coortam ex conſortio plurium ita ſe habentium, vt tale vnum ſit, quale ab alio repreſentatur. Et in iſta conformitate rei cũ intellectu ponunt aptitudinem, & actum: aptitudinem, quia res quæpiam nata eſt intelligi, ita vt eſt, etiam antequam intelligatur: actum verò, quia cum res intelligitur actu, certè ita intelligitur, vt apta eſt intelligi; & ibi eſt actualis conformitas.

23. Improbatur 1.

Hæc tamen opinio primùm non eſt facilè intelligibilis: nã cum conceditur rationis formalis diſcrimen inter ens, & verum; neceſſe eſt omninò, vt verũ aliquid addat enti, quo diſtinguatur. Accipiamus ergo, & deſignemus cogitando ens: ſi enti nihil addatur, neq; abſolutũ, neque relatum aut reale, aut rationis, neque negatio; profectò ille conceptus eſt entis, non autem veri; aut idem omninò eſt ens, & verum, & ſunt ſynonima, quorum eſt vnus conceptus in mente. Et confirmatur; quia neque ratione poſ- Confirmatur improbatio. ſunt hæc inter ſeſe diſtingui, quod enim non eſt negatio, neque relatio, nullum ens rationis eſt: quod ſi neq; ens rationis additur enti, neq; ratione diſtinguitur ens à vero. Quòd ſi dicas nomine Reſponſio. veri ſignificari conformitatem rei cum intellectu, quam non ſignificat nomen, Refellitur. ens: Reſumo argumentum, ſi enim illa cõformitas non eſt abſolutum, neq; relatum, neq; negatio addita enti, ſanè nihil eſt niſi ens ipſum; ergo vtroq; nomine entis, & veri ſignificatur idẽ, & ſunt Improbatur 2. ſynonima. Præterea denominatio iſta coorta ex conſortio plurium, nonne eſt

A relatio rationis? ergo iſta ſaltem relatio additur enti, quæcunq; ea ſit. Improbatur 3. Præterea aptitudo, qua res nata eſt intelligi, non poteſt mente percipi ſine relatione ad actum, quod eſt intelligi: at verò aiunt iſtam aptitudinem eſſe rationẽ formalẽ veri; ergò iſta relatio eſt intima in ipſo cõceptu veri. Quòd autem hæc aptitu- Aptum intelligi idẽ eſt quod intelligibile. do ſit relatio rationis cõprobatur, quia aptum intelligi idem eſt, quod intelligibile; intelligibile autem ſignificat rela- Reſponſio. tionem rationis. Quòd ſi adhuc dicatur aptum intelligi non eſſe ipſum intelligibile formaliter, ſed eſſe fundamentũ, & Refellitur. quaſi radicem intelligibilitatis. Adhuc inſtamus; vel enim his nominibus indicatur ſolum ens abſque vlla potẽtia, vt B intelligatur, & ibi non explicatur ratio vlla veri: vel indicatur aliquid, quaſi radix, & fundamentum, vnde accidat intelligi; & illud ſic cognitum relationem indicat rei intellectæ, quantumuis obluctentur. Imò ipſo nomine, fundamentũ, & radix intelligibilitatis, indicatur principium, vnde rei accidit intelligi. Non licet ergo cõſiderare verum, ſine aliqua relatione ad intellectum.

24. Improbatur 4. & vltimò.

Deniq; extincto per impoſsibile intellectu diuino, adhuc aiunt res eſſe ap- C tas intelligi, quia ſunt res veræ; ſed data alia hypotheſi, quòd intellectus diuinus non ſit poſsibilis, aiunt res non eſſe veras formalitèr, ſed fundamẽtaliter. Itaq; in ipſo vero fundamento excogitant quod maneret, etſi nullus intellectus eſſet poſsibilis; & ſimul cogitãt verũ formale, quod exigit intellectus poſsibilitatem; ergo neceſſe eſt, quòd illud formale, quod requirit intellectus poſsibilitatem, per intellectum definiatur: addit ergo verũ relationẽ ſaltem rationis ad intellectum, ſine quo definiri non po- Confirmatur improbatio. teſt. Vnde vltimum argumẽtum depro- D mimus; cum enim ſit in ente vero aliquid, quod maneret fundamentaliter ſine poſsibilitate intellectus, & aliquid formale quod requirit poſsibilitatẽ intellectus; illud formale, quod modò eſſet, & modò nõ eſſet, vel eſſet quid abſolutum, vel relatiuum, vel negatio; quod nulla ratione, aut modo poteſt negari. Quare omninò confitendum eſt, quòd verum ſaltem in obliquo indicat relationem, vt anteà docuimus. Mitto illã denominationem coortam ex conſortio plurium, quã fateor, non potui percipere

Digitized by Google

cipere. Certè denominatio relatio rationis eſt, ſi quid eſt.

25.
7. & vera opi. *S. Thomæ.*

Poſtrema ſentẽtia eſt S. Thom. quam amplectimur, quòd verum, vt eſt paſsio entis, ſignificat conformitatem rerum omnium cum intellectu diuino. Et quidèm res omnes creatæ ea conformitate referuntur ad intellectum practicum: diuina autem eſsentia conformatur cum intellectu ſpeculante, vt ſtatim declarabimus.

1. eius pars.
2. pars.

26.
Difficultas præmittenda.
Aduertendũ.

Sed priùs videndum eſt cum Thom. Caiet. an verum ſit præcipuè in intellectu, an in rebus? Illud ergo primum cõſiderandum eſt, quòd comparando rem intellectam cum intellectu, illud propriè dicitur verum, quòd eſt alteri menſurabile: verum enim idem eſt, quod rectum, vt S. Anſelm. definit Dialogo de veritate, cap. 2. itaque non regula, ſed id, quod ad regulam conformatur, dicitur verũ: & quia omne menſurabile ad menſuram reuocatur, veniendum eſt ad primam menſuram cæterorum verorum, quæ eſt diuina ſcientia, ſiue intellectus diuinus, vt declarabimus.

Verum idem eſt quod rectum.
S. Anſelm.
Non regula, ſed id quod ad regulam conformatur, dicitur verum.

27.
Ex aduertẽdo 1. corollariũ.
S. Thom.

Hac ergo ratione res omnes creatæ, quia menſurãtur diuino intellectu, ſunt veræ res; quod S. Thom. confirmat art. 1. q. 16. & intellectus noſter, quia menſuratur rebus ipſis dicitur verus, vt ibidẽ docet S. Doctor: vnde intellectus noſter habet duas relationes veri, & menſurabilis, alteram ad res cognitas, quæ eſt illi propria, alteram ad intellectum diuinum practicum, cuius noſter intellectus eſt effectus; & hæc relatio veri eſt communis intellectui creato, & rebus cæteris, & eſt entis creati propria paſſio: cum omne ens creatum ſit effectus diuinæ artis, illi conformis.

Intellectus noſter habet duplicem relationem menſurabilis, & veri.

28.
2. coroll.

Ex his colligitur, quòd res à nobis cognitæ, vt cognitæ ſunt à nobis, nõ ſunt veræ, niſi denominatione quadam extrinſeca; ſi dicamus res cognitas veras, quia cognoſcũtur cognitione noſtra vera. Probatur euidentiſsimè; nam ratio veri eſt ratio menſurabilis; ſed res cognitæ à nobis non menſurãtur intellectu noſtro: ergo non poſſunt dici veræ, niſi ſolo nomine; ſicut res creditæ fide catholica appellãtur fides Catholica. Quòd autem res cognitæ à nobis non menſurentur intellectu noſtro, compertum eſt; ſiquidèm ipſæ ſunt menſura noſtri intellectus. Hoc ipſum confirmat S. Thom.

Probatur euidentiſsimè.
Res cognitæ ſunt menſura noſtri intellectus, non verò menſurabiles ab illo.
Confirmat.
Idem.

A ar. 1. ad 2. quia ſi res cognitæ eſſent veræ, prout à nobis intelliguntur, nobis alitèr intelligentibus mutaretur veritas rerũ: qui fuit error priſcorum Philoſophorũ, exiſtimãtium res omnes non veras eſſe, ſed apparentes, prout ſic, vel alitèr à nobis intelligerentur. Et idcircò affirmat S. Doctor art. 7. res cognitas à nobis denominari veras à veritate intellectus, quæ denominatio eſt extrinſeca, vt docuimus. Hæc autem intelligimus de intellectu ſpeculante; nam ad intellectum creatum practicum artefacta referuntur vt menſurabile ad menſurã propria relatione veri, vt S. Thom. ait art. 1. B

Error priſcorum Philoſophorũ ex hoc pũcto illatus.
Idem.
Explicatio 2. corollarij.
Idem.

29.
Durandi, & Heruæi error in eodẽ puncto.

Durandus igitur, & Heruæus, qui aiebant res eſſe veras, ſecundum quòd ſunt cognitæ; hoc etiam errabant; quòd putarent res menſurari noſtro intellectu ſpeculante, aut eſſe res veras, quæ non eſſent menſurabiles: ſiquidèm ratio veri eſt ratio menſurabilis. Thom. verò Caiet. hoc quidèm verum in rebus, quod à cognitione noſtra ſpeculãte verã nominatur verum, equidèm ſcitè reijceret à propria ratione veri; quia hoc verum ſolo nomine verum eſt: ſed non deberet negare conformitatem rerum cum diuino intellectu, quæ eſt relatio menſurabilis, eſſe propriè veritatẽ; cum S. Thom. art. 1. veritatem ponat in rebus in ordine ad diuinum intellectum. Sunt etiam res à nobis cognitæ alia ratione veræ in ordine ad noſtrum intellectum, quatenùs ſunt cauſæ veritatis, hoc eſt, noſtræ cognitionis veræ: quo etiam pacto æquiuocè dicuntur veræ, vt docet S. Thom. art. 6. ſed vt conformantur cum intellectu diuino, ſunt veræ propriè loquendo, quia ratio veri eſt ratio menſurabilis. C

Caietani lapſus in alio.
S. Thom.
Res æquiuocè veræ, vt ſunt cauſæ veritatis.

30.
Reſolutio difficultatis præmittendæ.
Idem.
Ratio.

D Nihilominùs (ſi veritatem, quæ eſt in intellectu, conferamus cum veritate cõueniente rebus, illa prior præcipua eſt, vt docet S. Thom. q. eadem, art. 1. quia veritas ab intellectu deriuatur ad res. Itaque principalitèr dicitur intellectus verus, & minùs principalitèr dicuntur res ipſæ veræ, quatenùs intellectu diuino menſurantur.

31.
7. opinionis 1. pars ab eodẽ probatur 1.

Probat autem S. Thom. art. 1. quòd veritas rerum cõſideretur in rebus, prout menſurantur intellectu diuino; pendent enim ab eo, & ſunt per illum menſurabiles per ſe, & ex natura rei: ad intellectum verò creatum ſpeculãtem per accidens referuntur; ſunt enim res eæ-

dem, ſiue à nobis cognoſcantur, ſiue ignorentur; ergo illa prior ratio veri, quæ eſt per ſe, præcipuè attendẽda eſt, & illa eſt entis paſsio. Et confirmatur, quia res veræ ſunt veræ, vt referuntur ad ſcientiam diuinam à qua pendent ſecundum eſſe; ad intellectum verò creatum referuntur etiam entia rationis, quæ nõ ſunt vera entia: ergo ratio veri, quæ eſt enti propria, & in ente rationis non inuenitur; non eſt referenda ad intellectũ creatum, ſed ad diuinum à quo res pendent.

Confirm.

Aliqui reſpondent huic argumento, verum quidem ſignificare relationem cuiuſque rei, etiam ad noſtrum intellectum ſpeculantẽ; ſed in obliquo indicare ens, quia eſt relatio rei, hoc eſt, non figmentorum, ſed entium, ſiue rerum; & ita verum non poſſe attribui entibus rationis, quia indicat in obliquo ens reale. Quod reſponſum valdè futile eſt; nomen enim connotatiuum, non ſignificat peculiare ſubiectum, ſed ſignificat formam quaſi in ſubiecto, quodcunque illud ſit. Quare ſi verum ſignificat relationem rationis, quæ poſsit conuenire entibus rationis, nihil prohibet entia rationis deſignari nomine veri. Dicendum ergo eſt verum, quod eſt paſsio entis, ſignificare conformitatem rerum cum diuino intellectu; quæ relatio, etiam vbi eſt rationis relatio, non poteſt tamen conuenire entibus rationis, quia illa non pendent ab intellectu diuino, neque menſurantur illo.

Reſponſum quorundam.

Valdè futile oſtenditur.

Nomen connotatiuũ non ſignificat peculiare ſubiectum.

32. Obiect.

Sed obijcies cõtra hoc, videtur enim quòd res antequàm creentur, ſint veræ veritate tranſcendente, ſcilicèt veræ eſſentiæ adhùc non exiſtentes, quæ antequam exiſtant, non poſſunt menſurari intellectu diuino practico, cum adhùc non pendeant ab illo. Quòd ſi menſurãtur intellectu diuino ſpeculãte, hoc etiã videtur commune entibus rationis, quæ ſuo modo vera ſunt: ergo etiam hac ratione verum, vt eſt paſsio entis, poteſt conuenire entibus rationis.

33. Reſponſio *Suar. in metap. diſp. 8. ſect. 7.*

Quidam exiſtimant veras rerũ eſſentias non mẽſurari intellectu diuino ſpeculante, ſed potiùs intellectum diuinum quaſi menſurari illis cognitis: non enim eas eſſe veras, quia cognoſcũtur, ſed intellectum diuinum eſſe verũ, quia cognoſcit eas vt ſunt. Oportet autẽ aduertere, quod docuimus lib. 1. eſſentias rerum extra cauſas eſſe vera entia: ſed antequàm extra cauſas producantur, eſſe omninò nihil; eſſe tamẽ in potentia cauſæ, quia poſſunt produci: hoc autem ipſum, quod eſt res eſſe in potentia cauſæ, non eſſe aliquid, niſi ipſam potentiam cauſæ, in qua res ſunt, & in qua cognoſcuntur vt poſsibiles. Et idem dicendum eſt de vero, quod conuertitur cum ente: nam verum extra cauſam, eſt iam conforme intellectui diuino practico: at verò antequàm à cauſis prodeat, eſt verum in potentia; & eſſe verum in potentia nihil eſt diſtinctum à potentia; ſed eſt ipſa veritas potentiæ à qua poteſt emanare verum. Vndè colligitur, quòd verum in potentia, vt ſunt eſſentiæ rerum veræ, antequàm producantur, vel eſt ipſa veritas diuinæ eſſentiæ, ſiue diuinæ potentiæ; vel eſt ſola denominatio extrinſeca, qua res, quæ ſunt in potentia veræ, intelliguntur vera cognitione, & à cognitione vera denominantur veræ ſolo nomine, ſicut denominantur ſcitæ: quod S. Thom. docet art. 7. aliàs aliqua veritas eſſet æterna extra Deum. Et ibidèm docet hoc enunciabile, hominem eſſe animal, eſſe verum, ideò duntaxàt, quia intelligitur; non verò, quòd veritas ſit in illo, quod nihil eſt: & ita eſt verum ſola denominatione. Quare hoc verum non eſt paſsio entis, vt anteà docuimus. Ex qua reſponſione colligimus conſectariũ, quòd verum, vt eſt paſsio entis, non cõparatur cum intellectu ſpeculante, aut creato, aut etiam increato; ſed cum intellectu increato practico: neque vllo modo conuenit entibus rationis.

Vera reſponſ.

Ens in potentia nihil eſt extra potentiam.

Verum in potentia vel eſt ipſa veritas potentiæ à qua poteſt emanare verũ. vel eſt denominatio extrinſeca à vera cognitione.

S. Thom. probatur.

Veritas non eſt intrinſecè in illo quod nihil eſt.

1. conſectariũ reſponſionis, contra *Suar.*

Colligimus etiam quòd intellectus diuinus nullo modo conformatur rebus cognitis: quod tom. 2. vberiùs diſputabimus. Nam entia realia, ſiue in actu, ſiue in potentia, menſurantur intellectu diuino practico, vt liquet ex dictis. Entia autem rationis intellectui ſpeculanti conformãtur, ſiue creato, ſiue increato: eſt autem intellectus creatus conformis etiam diuinæ arti. Cum ergo omne verum, tàm ſpeculabile, quàm practicum reuocetur ad intellectum diuinum, vt menſurabile ad menſuram, non ſcitè dicitur intellectus diuinus, etiam ſpeculatiuus conformari, aut quaſi menſurari rebus cognitis extra Deum.

34. 2. conſect. contra eundem.

Oſtenditur: Entia realia ſiue in actu, ſiue in potẽtia, menſurantur intellectu diuino practico.

Quòd ſi arguas, ens eſſe commune ad ens in actu, & ens in potentia; & ita verum eſſe quoque commune ad verum in actu, & in potentia. Id libentiſsimè concedimus

35. Obiectio contra reſponſionem. Soluitur.

Verum eſt cõmune ad verũ in actu, & verum in potentia, cum proportione ad ens.

cedimus diuiſione eadem; quia ſicut ens in potentia nihil eſt extra potẽtiam, ita & verum in potentia nihil eſt extra potentiam veram: hoc enim eſt conſentaneum paſsionibus entis, vt ſimul cum ente diuidantur.

36. Cõcluſio iuxta opinionem *S. Thom.*

Euincimus igitur in rebus creatis verum, quod eſt paſsio entis, eſſe menſurabile intellectu diuino practico: verum autem in intellectu creato, eſſe menſurabile rebus cognitis. Quòd ſi verũ propriè eſt vera cognitio, videtur quòd res cognita, quæ non eſt cognitio, æquiuocè dicatur vera; quæ eſt opinio Tho. Caiet.

Obiectio pro *Caiet.*

Reſponſio.

Reſpondetur tamen non æquiuocè, ſed analogicè dici; nam verum in communi ratione non eſt vera cognitio, vt arguẽdo proponitur; ſed eſt menſurabile ſecundum eſſe intelligibile: ſecundũ quod, vel intellectus creatus mẽſuratur rebus cognitis, vel res creatæ menſurantur intellectu practico: & vtrũque dicitur propriè menſurabile; cognitio autem principalitèr. Sed verum, quo cognitio eſt vera, eſt in ſola cognitione, & nõ eſt paſſio entis finiti: verum autem, quod eſt conforme intellectui diuino practico, eſt paſsio entis finiti, vt declarauimus.

Intellectus creatus, & res creatæ ſunt propriè menſurabiles ſecundũ eſſe intelligibile, ſed intellectus principalitèr.

37. Vltimum dubium de veritate increata.

Occurrit tamen vltimum dubium circa verum, de veritate increata, de qua aliàs diſputabimus. Nunc breuitèr perſtringendum id, quod ad rem eſt; hoc, inquam, facit difficultatem: Si verum propriè eſt menſurabile ſecundum eſſe intelligibile; id quoque verum eſt in Deo: & quoniam omne menſurabile reuocatur ad menſuram, veniendum eſt ad mẽſuram, quæ non ſit menſurabilis; primũ autem ens eſt prima menſura, quæ non eſt menſurabilis; ergo verum diuinum non eſt menſurabile; & ita æquiuocè dicetur verum, & non continebitur verum diuinum cõmuni notione veri; ſicut ens diuinum continetur notione entis: quarè verum non erit paſsio entis communis enti finito, & infinito.

Ratio dubitãdi.

Prima menſura non eſt mẽſurabilis.

38. Reſpõſio quędam.

Ad hoc poſſet reſpõderi, nomine veri non ſolùm intelligi menſurabile, ſed etiam menſuram. Veruntamen prætérquàm quòd reſponſione iſta perturbantur omnia, quæ diximus, & variantur; falſum eſſe videtur aſſertũ ipſum, quòd menſura contineatur nomine veri: nam menſurabile, & menſura ſunt relationes oppoſitæ; ſed verum haud dubiè ſignificat relationem menſurabilis, vt ſæpè ſępiùs exemplis oſtendimus; & ea eſt nominis vſitata ſignificatio; ergo non ſignificat relationem menſuræ, niſi fortè æquiuocè: quo pacto non eſt ratio communis veri ad menſuram, & menſurabile; ſed ſolum nomen fortaſsis commune eſt, ſi alicubi inueniatur verum de menſura dictum.

Menſurabile, non verò mẽſura, eſt verũ propriè. Probatur.

39. Vera reſp. eſt 7. opinionis 2 pars. Explicatur.

Dicendũ igitur eſt verum in Deo eſſe conformitatem diuinæ eſſentiæ cum intellectu diuino, vt omnes conſentiunt; ſed eam conformitatẽ exiſtimamus non eſſe menſuræ, & menſurabilis, etiam noſtro modo intelligendi; ſed eſſe conformitatem identitatis, quæ præcipua eſt. Ita enim vera eſt eſſentia diuina, quòd eſt ipſe intellectus; & ita eſt verus intellectus, quòd eſt ipſa eſſentia cognita. Id autem, quod eſt verum per identitatem, eſt per ſe verum; imò eſt ipſa veritas. Et id quod eſt verum menſurabile, eſt per ſe verum, vt docuimus, per ſe, inquam, hoc eſt, non per accidens; quare ab vtroque per ſe vero abſtrahitur ratio veri, quæ eſt communis enti finito, & infinito; analoga tamen eſt, quia primum verum eſt per idẽtitatem, ita vt ſit ipſa veritas; verum autem finitum eſt per conformitatem ad illud primum, vt ad menſurã. Et hic modus opinandi à S. Thom. acceptus eſt, q.16.art.5.ad 2. & q.1. de verit.art.7. negat in genere in Deo eſſe rationem menſuræ, & menſurabilis.

Verũ in Deo eſt conformitas, non menſuræ & menſurabilis, etiã noſtro intelligẽdi modo; ſed identitatis.

Ab vtroque vero per ſe, ſcil. identitatis, & mẽſurabilitatis, abſtrahitur ratio veri analoga cõmunis enti infinito, & finito. *S. Thom.*

40. Obiectio quorundam contra explicationem.

Sunt qui exiſtimant noſtro modo intelligendi etiam in Deo verũ habere rationem menſurabilis; ſicut æternitas dicitur menſura durationis diuinæ. Sed æternitas eſt quædam negatio, quæ ſola ratione poteſt cogitari, vt menſura; ſicut etiã loco nunc cõmemorato S. Thomas concedit diuinum intellectum eſſe conformem rei cognitæ, hoc eſt, non difformem, aut diſsimilem; ſed quòd accipiamus mẽte duas res diuinas, & quòd noſtro modo intelligendi vna ſit menſura alterius, meritò renuimus; ergo neque eſsentia diuina eſt menſura ſui intellectus, neque intellectus eſſentiæ menſura eſt.

Reſponſio.

S. Thom. cõcedit diuinum intellectũ eſſe conformẽ rei cognitę, id eſt, nõ difformẽ.

4. Ratio pro explicatione.

Præterea ſi verum diuinum ſitũ eſt in ratione menſurabilis, ipſa eſsentia diuina, vt antecedit intellectum noſtro modo intelligendi, eſt menſura, & non mẽſurabilis: ergo eſsentia diuina, vt eſsentia eſt, non eſt vera formalitèr; ſiquidẽ in vt eſsentia, nõ eſt menſurabilis, ſed mẽſura.

Digitized by Google

ſura. Conſultum ergo eſt, vt negemus in Deo verum habere rationem menſurabilis, aut menſuræ; ſed per identitatem illud explicemus.

42. *Noua opinatio in hac re. Verũ in Deo poteſt cogitari, vt relatio diſquiparãtię. Oſtenditur.*

Subit tamen animum alia ratio opinandi, noua quidèm, ſed illi priori coniuncta; vt dicamus, in illa identitate eſſentiæ diuinæ cũ intellectu percipi poſſe quandam relationem diſquiparantię. Nam noſtro modo intelligendi eſſentia, vt natura eſt, antecedit eſſe intelligibile, quaſi eſſe intelligibile petatur à natura ordine quodam rationis; illa ergo identitas eſſentiæ cum intellectu eſt in ipſa eſſentia, vt in priori quodam, & quaſi principio, quod ſatis eſt ad relationem diſquiparantiæ. Quamuis ergo dicamus eodem nomine eſſentiam diuinam verã per identitatem cum intellectu, & intellectum diuinum verum per identitatem cum eſſentia; tamen hoc nomen, verum, inopia nominum, ſignificat relationes diuerſæ appellationis; in eſsentia ſignificat veritatem, quaſi in principio aſsimilandi; & in intellectu, quaſi in re aſsimilata.

43. *Obiectio.*

Quòd ſi obijcias conſequi, vt eſſentia ante diuinum intellectum nõ intelligatur vt vera: concedimus de eſſentia, vt diſtinguitur ratione à vero; priùs enim intelligitur, vt ens quàm vt verum: ſed ipſamet eſſentia, eſt ſe ipſa formalitèr intellectus, & ita eſt ſe ipſa verum, & veritas.

Reſponſio. Eſſentia priùs intelligitur vt ens, quàm vt verum.

44. *S.Thom. loca conciliata cõtra Vaſq. diſp.78.*

Ex iſtis colligimus breuem commentarium dictorum S.Thom. quæ non poſſe conciliari quidam exiſtimant. Nam cum q.16.art.1. dixiſſet verum in rebus inueniri formalitèr, tamen art.6. affirmat veritates, quæ ſunt in intellectu, multiplicari, vt tot ſint veritatès, quot ſunt hominum, aut angelorum vera iudicia; licèt hæ omnes veritates deriuentur ab vna veritate prima increata. Illud autem verum, quod eſt in rebus, videtur inſinuare S.Thom. non multiplicari, ſed omnes res dici veras vna veritate diuini intellectus. Sola ergo extrinſeca appellatione res dicuntur veræ, & non formalitèr. Dixerat autem verbum inueniri formalitèr in rebus: & ita videtur S.Doctor à ſe ipſo diſſentire.

45. Conſiderandum hîc eſt quàm penitùs inſpiciat S. Thom. rerum difficilium inuolucra. Nam verum, vt inuenitur in intellectu, eſt analogum proportionis ad

A veritatem increatam, & creatam; eſt enim omnis intellectus verus, vt conformatur cum re: & eſt tamen aliqua attributio in iſta analogia, qua creata deriuantur ab increata cauſa, vt & in cæteris attributis; non tamen definitur veritas creata per increatam; quod libr.5. explicabimus. Sed verum, vt dicitur de rebus creatis, eſt analogum attributionis ad vnum, quod per vnum definitur, ſcilicèt per intellectum diuinũ. Eſt enim omnis res creata vera, quatenùs eſt conformis intellectui practico increato; ſicut ens, vt prædicatur de accidentibus, B eſt analogum per attributionem ad ſubſtantiam, per quam accidentia definiuntur: neque eſt conſequens, quod verum non ſit formalitèr in rebus, aut nõ multiplicetur in rebus, ſicut aduertere licet in accidentibus, quibus formalitèr ens conuenit, & in quibus ens multiplicatur, cum eadem analogia attributionis ad ſubſtantiam. Neque S.Thom. in illo art. his aliquid cõtrarium pronunciauit; ſed in vero, quod eſt paſsio entis finiti, & eſt formalitèr in rebus, innuit attributionẽ ad vnum, per quod cætera definiuntur. Intelligẽdum eſt enim, quòd omnes res C nominantur veræ per veritatem increatam, tanquam per cauſam, quæ in verorum definitione exprimitur; ſicut accidentia nominantur entia per ſubſtantiã, per quam definiuntur. De his autem diſputabimus etiam tom.2.

Verum analogum attributionis.

Omne verum creatũ pervnũ id eſt, per intellectum diuinum definitur; ſicut omne accidẽs per ſubſtantiam.

46. *Verum commune ad creatum, & increatum eſt analogum proportionis, & paſſio entis.*

Quòd ſi verum abſtrahamus ab omni ente creato, & increato, erit etiam analogum proportionis, & paſsio entis; quia verum ens creatum nõ definitur per verum ens increatum; ſed per intellectum diuinum definitur, vt menſurabile per menſuram. De qua tamen menſura verum dicitur principalitèr; quia eſt veritas prima, vt declaratum eſt. D

47. *Nominis, veri, traditæ acceptiones recoluntur.*

Prima pro cauſa cognitionis veræ. S, Thom.

Hac igitur in quæſtione multis erratur vijs propter nominis æquiuocationem: verum enim dicitur vt cauſa cognitionis veræ; quo ſenſu dixit S.Thom. de potent.q.21.art.1. cognitionem eſſe effectum veri: verum autẽ, vt cauſa, non eſt propriè verum, ſed æquiuocè, vt pomum ſanum. Et 1.p.q.16.art.1.ad 3. ait non verum, ſed ens eſse cauſam cognitionis veræ; quia ens, vt comparatur cũ cognitione ſpeculante, non dicitur verũ propriè; ſed æquiuocè, vt eſt cauſa veritatis. Eſt etiam verum alitèr dictum ſola appella-

2. pro vero extrinſecè per de

Digitized by Google

nominationẽ à cognitione.

appellatione, quia vera cognitione apprehenditur, de quo ſatis diſputauimus. A

3 pro vero extrinſecè, vt in ſigno.

Eſt etiam verum diuerſa alia denominatione extrinſeca in propoſitione ſenſibili, vt in ſigno veritatis, quæ æquiuocè vera dicitur, quia declarat verum intellectum.

4. pro vero formali.

Et in ipſo intellectu eſt veritas propriè, & præcipuè, quia eſt ratio menſurabilis; ſed ea non eſt paſsio entis.

5. pro paſsione entis.

Eſt ergo paſsio entis illud verum, quod eſt intellectui diuino cõforme, ſiue per idẽtitatem, quod eſt eſſentia diuina; ſiue vt menſurabile, quod eſt ens finitum.

Confirmatio. B

48. De prima acceptione, *Auicen.*

DE vero, quod eſt cauſa veritatis, dicit Auicen. 11. Metaphyſ. *Veritas eſt proprietas rei vniuſcuiuſque, quod ſtabilitum eſt ei, in quantum talis res nata eſt de ſe facere veram exiſtimationem*.

S. Anſelm.

Et S. Anſelm. dialog. de Verit. c. 9. veritatem definit eſſe *rectitudinem ſola mente perceptibilem*, quæ ſcilicèt nata eſt percipi mente.

De quarta, *S. Auguſt.*

De veritate, quæ eſt in intellectu S. Auguſt. lib. de vera religione c. 36. loquitur cum ait, veritatẽ eſſe, qua oſtenditur id, quod eſt.

Nyſſen.

Et S. Greg. Nyſſen. lib. de vita Moyſis clariùs C ait, *Veritas eſt eius; quod verè eſt, firma intellectio*.

S. Hilarius.

Et S. Hilar. verum nuncupat manifeſtatiuum, & declaratiuum. Et Plato in ſympoſio, veritatem, hoc eſt, verã cognitionẽ vocat cibum animi.

Ariſt.

Et Ariſt. lib. 4. Metaph. c. 7. *Verum* (inquit) *eſt dicere id, quod eſt, eſſe; & id quod non eſt, nõ eſſe*.

De quinta, *Auicen.*

De vero quod eſt in rebus, & paſsio entis affirmat Auicen. 11. Metaph. quòd *eſt proprietas eſſe vniuſcuiuſq; rei, quod ſtabilitum eſt ei:* Itaque ipſum eſſe cuique rei ſtabilitum diuina lege, eſt veritas rei: & clariùs ſubijcit, *In quantum talis res nata eſt de ſe facere veram exiſtimationem; & in quantum propriam ſui rationem, quæ eſt in mente diuina, imitatur*. D Facere de ſe veram exiſtimationem pertinet ad verum, vt cauſa eſt veri; ſed imitari ideam in mente diuina eſt propria ratio veri, vt eſt mẽſurabile.

S. Anſelm. *S. Thom.*

Ad hoc etiam pertinet quod ait S. Anſelm. veritatem eſſe rectitudinem; nam rectum eſt menſurabile, vt obſeruat S. Thom. q. 16. ar. 1.

S. Anſelm.

Et eodẽ dialogo de Verit. c. 14. ait S. Anſelm. primam veritatem eſſe menſuram verarum omnium rerum, vt & res vni tempori ſunt duratione ſubiectæ. A Et S. Auguſt. loco commemorato, *Veritas* (inquit) *eſt ſumma ſimilitudo principij, quæ ſine vlla diſsimilitudine eſt*. Quia ſcilicèt res eatenùs veræ ſunt, quatenùs referunt ideam in mente diuina, à qua ſunt deductæ. *S. Auguſt.*

49.

Res non ſunt veræ, propter conformitatẽ cum intellectu noſtro.

Conſtat igitur Patrum ſententijs res eſſe veras, prout cum intellectu diuino conformantur; & non ſunt veræ propter cõformitatem cum intellectu noſtro; ergo veritas, quæ eſt paſsio entis, ea eſt, qua res omnes ad intellectum diuinum referuntur. Conſequentia perſpicua eſt; probatur minor propoſitio; nam quòd res non ſint veræ, eò quòd à nobis cognoſcuntur docet Ariſtot. 4. Metaph. tex. 19. vſque ad 25. vbi diſputat cum Philoſophis, qui rerum veritatem in hominum opinione conſtituebant. *Ariſt.*

Et hoc ipſum docet S. Auguſt. 2. lib. ſoliloquiorum, cap. 5. *Verum eſt* (inquit) *id, quod eſt, & non id, quod videtur, aut quod tale eſt, quale videtur*. *S. Auguſt.* Quia etiamſi res non videatur, neque conformitatem habeat cum aliqua cognitione, nihilominùs vera eſt. Non ergo ratio veri ſita eſt in cõformitate cum intellectu noſtro. Itaque ſecundum verba S. Auguſtini non ſolùm res non eſt vera, quia intelligitur à nobis, ſed neque eſt vera, quia talis, vt eſt, intelligitur; ergo ipſa aptitudo, qua nata eſt intelligi à nobis, non eſt ratio veritatis: quia omnis ea aptitudo, qua res nata eſt intelligi, habet rationem menſuræ cum intellectu noſtro, & non pendet ab illo, vt S. Auguſt. ſignificauit, & nos docuimus. Hanc eandẽ ob cauſam S. Tho. 1. p. q. 16. art. 1. cõceptis verbis affirmat res non eſſe veras veritate tranſcendẽti, vt comparatur cum intellectu noſtro, quod eſt per accidens, ſed vt comparantur cum intellectu diuino. *S. Thom.* Et idem ſentit lib. 1. Periherm. & in 1. d. 19. q. 5. ar. 1. & de Verit. q. 1. ar. 1. At verò q. 21. loquitur de vero, vt eſt cauſa cognitionis. *Idem.* Et quicquid eo loco doceat, 1. p. haud dubiam ſententiam pronunciauit.

CAPVT VI.

Argumenta refelluntur.

1. 1. argum. ex *Ariſt.*

COntra partem capitis ſecundam, probatur primò verũ non eſſe paſsionem entis. Ait enim Ariſt. lib. 2. Metaph. cap. 1. quædam entia non ſemper eſſe

Ratio. eſſe vera. Et probatur ratione, quia verum, & falſum ſunt contraria, quæ circa idem ſunt; ergo oportet deſignare quædam vera entia, quædam falſa. Confirm. ex Ariſt. Et confirmatur verbis Philoſophi 6. Metaph. ad finem aſſerentis verum, & falſum nõ eſſe in rebus, ſed in mente; res ergo non ſunt dicendæ veræ.

2. 2. argum. Secundò: Illa relatio conformitatis, ſiue menſurabilis addita enti, conſtituit rationem formalem veri, vt aimus; ergo non aduenit vero; quod enim conſtituit, non aduenit conſtituto, ſed affert ſecum hoc, vt tale quid conſtituat; ergo ens ante iſtam relationem non eſt verum ens, quod eſt impoſsibile. Explicatur exemplo. Et explicatur res iſta exemplo, nam imago priùs naturâ eſt apprimè deducta ab exẽplari, quàm ſequatur relatio imaginis ad exemplar; ergo ipſum ens priùs naturâ emanat à diuinis ideis, in quo ſita eſt ratio veri, quàm cogitando ſequatur relatio iſta ad ideas, ſiue ad intellectum diuinum. Confirm. Et confirmatur, quia obiectum antecedit potentiam; ergo in illa antecedentia eſt aptum iam, vt potẽtia feratur in ipſum.

3. 3. argum. Tertiò probatur, quòd verum nõ addat enti ſolam relationem mente conceptam: neceſſe eſt enim eam adiectionem conſequi intellectus apprehenſionem; priùs autem ens eſt intelligibile, quàm actu intellectum: ergo ipſum intelligibile antecedit verum, & erit inter paſsiones entis numerandũ, quod Ariſt. non recenſuit in numero earum. Confirm. Et confirmatur, quia tunc res veræ dicentur pendere ab actu intellectus, quòd eſt abſurdum; ergo verum non addit enti ſolã relationem mente cõceptam. Imò Deus (qui eſt prima veritas) vt ſit verus Deus, penderet ab operatione intellectus.

4. 4. argum. Quartò probatur, quòd verum, quod eſt in rebus, non reguletur intellectu diuino: vera enim quædã ſunt alijs veriora, vt oſtenditur libr. 2. Metaph. cap. 1. Ariſt. ſed omnes res ſunt æquè conformes diuino intellectui; ergo hæc conformitas non eſt veritas rerum.

5. 5. argum. Quintò: Res veræ ſunt diſtinctæ ſecũdum varias naturas, quibus ſunt menſurabiles per menſuras diſtinctas; ſed in diuino intellectu, nulla eſt diſtinctio; ergo non menſurantur illo. Solutio. Quòd ſi dicas menſurari per ideas diſtinctas. Occurritur. Contra occurritur, nam ideæ ſunt diſtinctæ ſola ratione, quę diſtinctio non antecedit verum, quod eſt paſsio entis, & in rebus ipſis extat; ergo veritas rerum non menſuratur intellectu diuino.

A

Sextò arguitur: Creaturæ, quæ nunquam futuræ ſunt, non cognoſcuntur intellectu diuino practico, ſed ſpeculante per ſcientiam ſimplicis intelligentiæ; & tamen cognoſcuntur veræ; ergo veritas rerum non menſuratur intellectu diuino practico. 6. 6. argum. Et confirmatur, conſequens enim eſt, vt verum, quod eſt paſsio entis, referatur ad vtrumque intellectum, ſpeculantem, & practicum. Confirm. 1. Et iterùm confirmatur, quia eſſentiæ rerum, cum ſint inuariabiles, non menſurantur diuino intellectu: non enim veræ ſunt, quia Deus intelligit eſſe veras; ſed Deus intelligit eſſe veras eſſentias, quia veræ ſunt; ergo veritas in eſſentijs rerum non indicat relationem menſurabilis. Secundò.

B

Septimò ſequitur, quòd ſi non eſſet poſsibilis intellectus, res cæteræ non eſſent veræ, ſiquidèm verum ab intellectu deriuatur. 7. 7. argum.

Octauò probatur quòd verum, vt eſt paſsio entis, non ſit formalitèr in rebus. 8. 8. argum. Nam ſi in rebus eſt formalitèr, tanquàm in primo analogato, in intellectu erit nõ formalitèr, ſed æquiuocè, vt in ſigno, quod tamen principalitèr eſt in intellectu, vt S. Thom. docet. Quòd ſi in intellectu eſt formalitèr vt in analogato primo, conuerſo argumento, erit verum in rebus non formalitèr, ſed vt in cauſa, & æquiuocè.

C

Vltimò: Si verum eſt in rebus, verum eſt quid ſimplex in ſingulis rebus, quæ ſimplici conceptu apprehenduntur; verũ autem pertinet ad compoſitionem mentis, & iudicium, vt Ariſt. docet lib. 1. Periherm. cap. 1. & alijs in locis. 9. Vltimum. Ariſt. Et confirmatur idem, quia verum, & falſum ſũt contraria, falſum autem in rebus non inuenitur, ſed in ſolo intellectu; ergo neque verum eſt in rebus. Confirm. Quod autẽ nulla res ſit falſa, conſtat inductione ſingulorum, & ratione etiam; quia ea res non eſſet ens, omne enim ens verum eſt.

D

Aduertenda.

10. 1. aduert. AD argumenta refellenda circa rationem formalem veri, præter ea, quę docuimus cap. præcedenti, illud primum animo recolendum eſt, quod lib. 2. tradidimus, obiectum non neceſſariò antece- Obiectum nõ antecedit po-

Digitized by Google

tentiam, niſi vbi eſt mouēs efficientèr.

antecedere potentiam, niſi illam moueat motu phyſico per emiſſas ſpecies: ſiquidèm obiectum non eſt cauſa potentiæ realis, niſi ſit efficiens per emiſſas ſpecies; aut etiam cauſa finalis, quæ tamen non exiſtit priùs: vbi ergo obiectum non eſt cauſa efficiens, non antecedit prioritate naturæ. Quarè nulla eſt realis aptitudo in eo obiecto, quaſi antecedens, vt poſſit terminare actum potentiæ; ſicut enim terminare actum non eſt aliquid reale, ita neque aptitudo ad terminandum. Quam ob cauſam in illa antecedentia rationis, qua obiectum potentiam præit, non eſt neceſſe intelligere in ipſo obiecto, niſi rem ipſam nudam, quæ eſt obiectum: quo pacto ens dicimus eſſe obiectum intellectus, nihilo addito. Ex qua notatione alia cauſa erroris quorundam deprehenditur: nam quia ens, nullo addito, eſt obiectum intellectus, ſed per ſuam propriam rationem entis, videlicèt, quia intellectus ſpecificatur ab ente, vt ens eſt, colligunt per incogitantiam; in ente aptitudinem eſſe aliquam, vt intelligatur; quia, inquiunt, per ſe ipſum eſt intelligibile; & idcircò in eo, quod eſt per ſe intelligibile, aptitudo quædam ineſt, vt intelligatur. Quæ conſequentia bona non eſt. Dicitur enim ens per ſe intelligibile, quia ipſum ens nullo addito, ſed per ſe ipſum, eſt id, quod intelligimus: nam aliàs intelligibile formalitèr, vt ſignificat relationem, non conuenit per ſe enti; ſed per intellectum, cum ſit rationis relatio; ſicut & aptitudo illa, quæ idem eſt, quod intelligibilitas relatio rationis eſt.

In obiecto aptitudo ad terminandū nulla antecedit, ſaltem realis, ſed res ipſa nuda.

Deprehēditur cauſa erroris quorūdam in hac re.

Ens dicitur ꝑ ſe intelligibile, id eſt, nullo addito eſt obiectum intellectus.

Eſt intelligibile formalitèr non per ſe, ſed per rationem.

11.
2. aduert.
Cōtra quoſdā.
Intelligibile non eſt paſſio entis.
Probatur 1.
Significat formalitèr relationem rationis.

Deindè aduertendum eſt, quòd hoc nomen, intelligibile, ſignificat formalitèr relationem rationis; actus enim, & potentia ſunt eiuſdem generis: quare ſicùt intelligi ſignificat relationem rationis; ita & intelligibile non realem, ſed rationis relationem formalitèr ſignificat, vt fert communis ſententia. Quam ob cauſam immeritò à quibuſdam recēſetur intelligibile inter paſſiones entis; quia nomina paſſionum entis, vt verum, bonum, ſignificant formalitèr ipſum ens addita relatione in obliquo, vt docuimus. Prætereà, nomen hoc, intelligibile, conuenit etiam entibus rationis, quæ intelligibilia ſunt. imò ipſum falſum eſt intelligibile, quod ſcilicèt ſit falſum, & non verum. Quòd etſi dicas entia rationis intelligi per accidens, ſcilicèt per ens reale; & ita ens reale eſſe intelligibile per ſe: certè hoc euincimus, quòd intelligibile, loquendo propriè, inuenitur extra ens; quare nōn eſt paſſio entis adæquata, vt illi etiam concedunt; ſed tertio modo proprij, quod conuenit omni, ſed non ſoli. Paſſiones autem entis omnes Philoſophi, & Dialectici cum ente exæquant. Deniquè cum verum ſignificet relationem ad intellectum, & illam quidèm priorem, quàm ſit relatio intelligibilis; fruſtrà additur intelligibile ad paſſiones entis, in ordine ad ipſum intellectum.

Probatur 2.

Obiect.

Soluitur.
Intelligibile conuenit entibus rationis propriè, licèt per accidens, id eſt, per ens reale.

Probatur 3. ex ſequenti notatiuncula.

12.
3. aduert.
Relatio veri prior eſt, quā relatio intelligibilis.
Oſtenditur.

Quòd autem relatio veri ſit prior, quàm relatio intelligibilis, ſolertiùs perſpiciendum eſt. Sed facile hoc quoque erit, ſi ens cum intellectu comparemus: Nam ex ea comparatione illicò oritur relatio conformitatis, quæ eſt cum comparatione coniuncta: deindè aduertimus rem ſic conformem, ita vt eſt, eſſe intelligibilem; cum enim hæ relationes oriantur ex modo intelligendi noſtro, vt libro primo commonſtrauimus, earum inter ſe ordo ab eodem principio petendus eſt, ſcilicèt ab intellectu, vnde oriuntur. Neque vlla eſt conſequentia, vt quoniam verum cum relatione addita non eſt, niſi mente concipiatur; quòd relatio conceptibilis, ſiuè intelligibilis, ſit prior, quàm relatio veri. Nam conceptione ipſius intellectus, non ſtatim intelligitur ipſum intelligibile, ſed priùs verum, & deindè intelligibile. Quod ſi arguas ipſum verum nihil eſſe enti additum, niſi ſit intelligibile, ſiquidèm adiectio illa ſolùm in intellectu eſt. Reſpondemus verum id eſſe, loquendo de potentia phyſica; quia ſi ens non poſſet intelligi, non eſſet verum, vt ſtatim dicemus: ſed in intellectu ſpeculante, de quo loquimur, prior occurrit relatio veri, quàm relatio intelligibilis.

1. obiectio.
Eleuatur.

Intelligitur etiam prius verum, deindè ipſum intelligibile.
Secunda ſoluitur.

13.
1. conſectariū.

Ex his etiā colliges, verum vt eſt paſſio entis, non referri ad intellectū creatū ſpeculantem. Quidā enim arbitrātur ad diuinū præcipuè, deindè ad creatum etiam intellectum ſpeculantem referri verum. Sed hoc eſt falſum, ſi propriè loquendum ſit; tum quia verum ſignificat mēſurabile, vt docuimus capite præcedenti; qua ſignificatione verum in or-

1. ratio.
Verum ſignificat menſurabile.

dine ad noſtrum intellectum, aut ſignificat cauſam veritatis; aut ſolam denominationem extrinſecam, qua res dicuntur veræ, quia intelliguntur vera intellectione: quæ eſt anceps, ſiue æquiuoca ſignificatio; vt pomum ſanum æquiuocè dicitur: tum etiam quia etſi verum ſignificaret relationem intelligibilis, quod falſum eſſe oſtendimus, neque ipſum intelligibile eſt paſsio entis. Verum ergo, quod eſt paſsio entis, eſt conforme intellectui diuino practico.

2. ratio. Etiamſi ſignificaret intelligibile, hoc nõ eſt paſsio entis.

14. *Difficultas grauis.*

Hinc erumpit ingentis ponderis difficultas; quo ſcilicèt nomine referantur res cognitæ ad intellectum diuinum ſpeculantem? Nam in intellectu ſpeculante res cognita non eſt menſurabilis, ſed menſura; at verò intellectus diuinus extra ſe non habet menſuram; hoc enim planiſsimè derogat diuinæ excellentiæ. Quòd ſi dicas res cognitas ibi occurrere, vt menſurabiles. Contra hoc facit, quòd res creatæ menſurantur ideis; ideæ autem ſunt obiectum diuinæ intellectionis terminans, ſiue obiectum cognitum. Quare conſequens eſt ante operationem diuini intellectus, eſſentias rerum non eſſe veras.

Ratio dubitãdi. — Reſponſ. — Impugnatur.

15. *1. concluſio.*

Primò dicendum eſt, eſſentias finitas eſſe veras formalitèr, vt comparantur cum ſolo intellectu practico diuino: nam dum non exiſtunt, non ſunt veræ ſimplicitèr, ſed ſunt veræ in potentia, hoc eſt, poſsibiles; eodem enim modo ſunt entia, & vera. Atquì comparata cum intellectu ſpeculante, etiam diuino, non ſunt veræ formalitèr, ſed denominatione extrinſeca, quia intelliguntur vera intellectione; ſicut & à nobis cognitæ veræ appellantur, vt capite præcedenti explanauimus. Quòd ſi obijcias intellectum ſpeculantem menſurari rebus cognitis: hoc quoque concedimus, cum ab ijſdem ſpecificatur: nam hæc commenſuratio eſt ſecundum gradum perfectionis; & penſatur ex acceſſu ad obiectum, vnde ſpecies ſumitur. Res autem finitæ non ſunt obiectum diuini intellectus, quaſi ſpecificans; ſed ſunt contentæ in obiecto, ſcilicèt in diuina eſſentia, vt in cauſa, quod tomo ſecundo elucidabimus, quarè non ſunt menſura intellectus diuini ſpeculatiui. Dum verò aiunt intellectum diuinum eſſe verum, quia intelligit res, vt ſunt in ſe ipſis; diſtinguendum eſt, vel enim intelligitur, quòd modus ipſe rerum cognoſcatur à Deo, & hoc concedimus; ſed non ſequitur res cognitas eſſe menſuram: vel intelligitur, quòd modus cognoſcendi coæquetur rebus cognitis, & hoc negamus; quarè non conſequitur, vt intellectus menſuretur illis. Quam ob cauſam res finitæ non ſunt veræ, vt cauſa cognitionis diuinæ, ſicut cognitionis noſtræ; ſed ſolùm appellatione extrinſeca, quia cognoſcuntur per veram cognitionem diuinam: qua denominatione ideò ſunt veræ, hoc eſt, appellãtur veræ, quia cognoſcuntur, quòd alij dicunt eſſe veras in eſſe cognito. De ideis verò tomo 2. diſputabimus, nam eæ quoque pertinent ad eſſe cognitum, hoc eſt, ad obiectum diuini intellectus. Quòd ſi loquamur de vero, quod eſt paſsio entis, res, quæ ſunt in potentia, ſunt conformabiles cum intellectu diuino practico, & hac ratione ſunt veræ in potentia: quarè intellectus diuinus ſpeculatiuus in contemplatione rerum in potentia, potiùs ſecum ipſemet conformatur, quàm cum rebus, quæ in ipſo intellectu ſunt, tanquàm in cauſa reali. Neque enim res antequàm exiſtant, ſunt vllo modo extra intellectum diuinum, aut ſpeculantem, aut practicum, quod libr. 4. explicandum erit. Nam & in hoc barathrum viri docti imprudentes inciduñt.

Probatur. Eſſentiæ dum non exiſtũt, non ſunt veræ ſimplicitèr, ſed ſunt veræ in potentia.

1. obiectio. — Soluitur. Intellectus ſpeculans mẽſuratur rebus cognitis, cum ab ijſdem ſpecificatur.

2. obiect. — Soluitur. Intellectus diuinus res intelligit vt ſũt, id eſt, intelligit modum rerum: non verò ad modum rerũ, quaſi ab illis menſuretur.

Res poſsibiles ſunt cõformabiles cum intellectu diuino practico.

Res antequã exiſtant nullo modo ſunt extra intellectum diuinũ.

16. *2. conſectariũ. — Oſtenditur.*

Colligimus etiam ex dictis, quòd ſi nullus intellectus eſſet poſsibilis, nulla res eſſet vera. Ex hoc enim impoſsibili, quòd nullus intellectus exiſtat, conſequitur nullum ens exiſtere: nam primum ens, ſcilicèt Deus, eſt formalitèr intellectus; quare ſi non eſſet intellectus, neque eſſet Deus: ſublato autem ente primo, omne ens tollitur. Ex altero autem impoſsibili, quòd eſſet Deus ſine intellectu; conſequitur, vt eſſet ens, & non eſſet verum; quia ſine intellectu nulla eſt ratio veri: neque iterùm ſequitur, quòd non eſſet ens, nam verum ſolam relationem rationis addit; quarè ſi ponas Deum irrationalem, duntaxat ſequitur ens illud non poſſe comparari cum intellectu; ſed manet ens, ſcilicèt Deus. Quia verò intellectus diuinus eſt ſimplicitèr neceſsarius, imò eſt ipſum ens primum, hoc ſatis eſt, vt conformitas cum

Si ſupponatur Deus eſſe, ſed eſſe ſine intellectu: ſequitur nõ eſſe verum, non tamen non eſſe ens.

Digitized by Google

cum eo intellectu ſit omnis paſsio entis. Et idcircò illa ſententia S.Auguſt. 2.lib. ſoliloquiorum cap.3. *Etiamſi res non videatur, neque conformitatem habeat ad aliquam cognitionem, nihilominùs vera eſt*: videtur eſſe interpretanda de cognitione ſpeculatrice, à qua res ſola denominatione extrinſeca, & æquiuocè dicuntur veræ: quare nullo intellectu ſpeculante adhùc ſunt res veræ formalitèr, vt conformantur cum intellectu diuino practico; quia aliàs ſi nullus eſset intellectus, nulla res eſset vera. Vnde etiam alteram ſententiam S.Auguſtini eiuſdẽ loci: *Verum non rectè dicitur, quod ita ſe habet, vt videtur cognitori, quia ſecundum hoc nihil eſſet verum, ſi nullus cognoſceret:* commentatur S. Thomas 1. part. quæſt.16. art.1. ad 1. de cognitione creata; innuens ſublata cognitione diuina nullam rationem veri relinqui.

S. Auguſt. Explicatur. *Idem.* Interpretatio *S. Thom.*

17\. Falſum eſt in rebus, & in intellectu, vt verum. *S. Thom.*

Denique aduertendum eſt, quòd falſum eſt in rebus & in intellectu omninò iiſdem modis, quibus decreuimus verum in rebus & in intellectu eſse, vt commonſtrat S. Thom. q.17. artic. 1. Nam quia res dicitur vera formalitèr prout conformatur diuinæ arti, eſt etiã falſa cum eſt difformis. Solum autem peccatum eſt falſum vt difforme arti diuinæ, quod probat S. Thomas verbis Pſalm. 4. *Quæritis mendacium*, ſcilicèt peccatum. Et eſt ratio clariſsima, quia nullus negabit peccatum eſſe difforme arti diuinæ; verum autem eſt conforme arti; ergo difforme, falſum eſt. Arti verò creatæ quædam etiam vera entia difformia ſunt, quæ non ſimplicitèr ſunt dicenda falſa, cum diuinæ arti conformentur; ſed cum arte noſtra comparata falſa ſunt, vt S. Thomas docet. Et ratione eadem probatur, quia ſunt arti difformia. Sunt etiam veræ res vt cauſæ veritatis, quo pacto dicuntur falſæ res, quæ ſecundum apparentiam fallunt, vt docet Ariſtoteles 5. Metaph. tex.34. Et S.Auguſtinus libr.2. Soliloq. cap. 6. ea ait dici falſa, quæ veroſimilia apprehenduntur, cum vera non ſint; neque enim rebus ineſt vis aliqua fallendi, vt Doctor Sanctus declarat: ſed quæ apparent alitèr quam ſunt, dicuntur cauſa falſitatis; cum vera cauſa falſitatis ſit defectus intelligendi. Nam apparentia in rebus, eſt vera ſimilitudo cum

Peccatum eſt falſum. *Pſal.4. n.3.* Artefacta noſtra aliqua ſũt falſa. Res falſæ cauſalitèr quæ ſecundum apparentiã fallũt. *Ariſt.* *S. Auguſt.*

A rebus alijs. De qua quæſtione plura dicemus Tomo 2. Eſt etiam falſum ſicut & verum ſola appellatione extrinſeca, vt Ariſtoteles ait 5. Metaphyſic. text. 34. diametrum eſſe falſum commenſurabile, quod falsò intelligatur à nobis. Et eſt etiam falſum in ſigno, ſcilicèt in voce, aut ſcriptis, ſicut & verum: quarè iiſdem modis verum, & falſum dicitur.

Falſum per denominationẽ extrinſecam. *Ariſt.* Falſum in ſigno.

18\. Obiectio.

Quidam tamen negant, poſſe dici falſam domum, quæ non eſt ad mentem artificis. Et hoc probant, quia nullus hominum appellat artefacta falſa: ſed neque opera praua eſſe falſa; ſed mala eſſe, vt appellantur; & falſa non eſſe. Argumentum autem negans non eſt ducendum à communi appellatione, ſed argumentum affirmans: Nam communis loquutio, eſt iudicium communis ſenſus hominum. Quòd etſi loquutio non ſit communis neque ſenſus, ſatis eſt quòd ſit ſententia ſapientium. Sed & hoc falſum eſt, quòd ſaltèm peccatum non appelletur falſum; cum ore omnium appelletur error; error autem falſitas eſt. Conſtat autem peccata eſſe falſa, ſiquidèm ſunt difformia diuinæ arti: nam & Chriſtus Dominus opera bona vocat veritatem, Ioan. 3. *Qui facit veritatem venit ad lucem.* Quòd ſi bona opera vera ſunt, cur non dicemus falſa, quæ mala ſunt? Sed & artefacta, quæ deficiunt à recta arte, ſiue in materia, ſiue in forma cernatur defectus, falſa dicimus, vt Sanctus Thomas teſtatur; & ita loquuntur vrbaniores. Et ſatis eſt probaſſe quòd ſint falſa, vt poſsint appellari falſa.

De artefactis; De peccatis. 1.Reſponſ. Secunda. Tertia. De peccatis. *Ioan. 3.* De artefactis. *S. Thom.*

Reſponſio.

19\. Ad primũ ex *Ariſt.*

AD primum argumentum reſpondetur, Ariſtotel. dixiſſe quædam non eſſe ſemper vera, quæ habent cauſam: hæc enim aliquandò non ſunt vera actu, ſed vera in potentia; eodem tamen modo non ſunt entia actu, ſed potentia. Ad probationem quidam reſpondent verum, & falſum non eſſe contraria, ſed priuatiuè oppoſita: at verò, quia falſum non inuenitur in rebus, hæc in rebus ipſis non eſſe propriè oppoſita; ſed in intellectu eſſe oppoſita, in quo poteſt vtrumque inueniri. Sed reſpondẽdum eſt, etiam falſum eſſe

Ad rationem reſponſio quorundam. Vera reſponſ. Etiã falſũ eſt in rebus,

A in rebus, ſicut & verum: omnes tamen res eſſe veras; quia ſecundum eſſe naturæ ſunt vera ipſa peccata, ſicut etiam & bona ſunt: ſed ſecundum aliquem defectum, quo etiam ab arte declinant, ſunt falſa, & non entia, neque bona. Ariſt. autem altero in loco commentatus eſt, quòd verum, & falſum ſit in intellectu principalitèr, vt docet S. Thom. q. 17. art. 1. Loquebatur enim ibi Philoſophus de vero complexo, quod eſt in iudicio intellectus formalitèr. Vel etiam loquebatur de vero, vt eſt perfectio intellectus: nam bonum ſignificat perfectionẽ naturæ, verum autem perfectionem intellectus, vt ibidem interpretatur Sanctus Thomas, & hoc ipſum Ariſtot. proloquium iam anteà explicauimus luculentiùs.

Ad confirm. ex Ariſt.

S. Thom.

20.

Ad 2. Relatio ſignificata in obliquo cõſtituit rationem formalem veri.

Ad ſecũdum concedimus antecedẽs, quòd relatio iſta aduenięs, & cogitatione apprehenſa, conſtituit rationem formalem veri, vt arguendo comprobatur: quamobrem ante iſtam relationem cognitam ens non eſt verum. Dicimus ante relationem cognitã, ſcilicèt in obliquo: qui enim non intelligit ens cum relatione, non intelligit verum. Sed entia dicũtur vera nullo intellectu id contemplãte, propter fundamẽtum veritatis; ſicut dicitur Deus creator. Et hoc ipſum oſtẽditur exemplo de imagine; illa enim ſecundum eſſe abſolutum, non eſt conformis exemplari; niſi conforme fundamẽtalitèr accipias. Nihil ergo mirum, quòd res productæ non intelligantur verę ſine conformitate ad ideas, niſi propter fundamentum conformitatis. Ad confirmationem iam diximus obiectum non neceſſariò antecedere potentiam, niſi ſecundum cauſalitatem finalem; in qua cũ exiſtentia obiecti non ſit neceſſaria, nulla aptitudo in obiecto poſtulatur, niſi ipſa res nuda, quæ eſt obiectum.

Nullo tamen intellectu ea cogitante, entia dicũtur vera propter fundamentum veritatis. 1. exemplum creatoris. 2. imaginis.

Ad confirm.

21.

Ad 3. Intelligibile pro ipſo intellectu præcedit omnem relationem rationis: Pro relatione rationis præceditur à relatione veri.

Ad tertium reſpondetur, quòd intelligibile, vt indicat potentiam Phyſicam, quæ eſt intellectus à quo omnia ſunt intelligibilia, antecedit omnem relationẽ rationis; & nihil eſt, niſi ipſe intellectus: ſed vt hoc nomen ſignificat relationem rationis, ipſo actu intelligendi poſſumus percipere alias relationes antecedẽtes, & relationem veri, vt in notationibus declarauimus; verum ergo antecedit intelligibile; neque verò eſt neceſſe addere iſtam paſsionem entis, vt ibidèm docuimus. Ad confirmationem reſpondetur, res veras non pendere ab intellectu ſpeculante; quia verum ſignificat ipſum ens, quod ab ſpeculatione rationis non pendet: ſed relatio, quam verum addit enti, ab intellectu pendet, quæ nulla eſt, niſi mente concepta: ipſum verò ens verum finitum, qua ratione verum dicitur, pendet ab intellectu diuino practico, cuius effectus eſt.

Ad confirm.

22.

Ad 4.

Ad quartum reſpondetur, quòd in ijs, quæ ſunt omninò adæquata, non eſt magis, & minùs; quia non magis adæquatur palmus palmo, quàm cubitus cubito; & B ita omnes res adæquantur ideis diuinis omninò; ita vt nõ ſit vna magis adæquata ſuæ ideæ, quàm altera res alteri ideæ ſuæ: neque idcircò dicuntur res quædam veriores alijs; ſed ſecundum cauſam veritatis; quia quæ habent nobilius eſſe magis accedunt ad nobilitatem menſuræ, ſi vnum mẽnſurabile cum alio confeſeratur. Et quoad hoc quædam res dicuntur alijs veriores.

Res nobiliores dicuntur veriores alijs, quatenùs magis accedũt ad nobilitatem menſuræ.

23.

Ad 5 Reſp. 1. Intellectus diuinus eſt mẽſura excedẽs, vt æternitas.

Ad quintũ reſpódetur intellectũ diuinũ eſſe menſurã excedentẽ, qua diuerſa poſſunt mẽſurari, vt tẽpora diuerſa mẽſurãtur æternitate; in qua nulla eſt diſtin C ctio, ſed vnitas; & tamẽ res mẽſuratæ ſũt diſtinctæ. Secundò reſpódetur res creatas mẽſurari ideis, quæ ſunt ratione diſtinctæ; ſed nõ eſt neceſſe, quòd iſta diſtinctio in ideis diuinis antecedat veritatem rerũ: ſed ſatis eſt, quòd illæ ideæ intelligãtur à nobis diuerſis conceptibus, cum quibus ſic cognitis cõferentes res creatas, intelligimus eſſe cõformes. Priùs enim intelligimus diſtinctas ideas, quàm ipſam diſtinctionẽ illarũ, quę eſt rationis diſtinctio. Itaque neceſse eſt, vt cõparemus res cũ ideis diſtinctis; & ad hoc ſatis D eſt, quòd illas intelligamus diſtinctis cõceptibus; non verò eſt neceſſe, quòd diſtinctio illarũ priùs cognoſcatur à nobis, quàm intelligamus res ideis cõformes, & veras: ſicut etiã cõparando perfectiones creatas cũ diuinis, damus Deo diuerſa nomina cũ rebus creatis cõmunia; per hoc quòd diſtinctis conceptibus perfectiones intelligimus; etſi non intelligamus prius earũ diſtinctionẽ. Cũ autẽ obijcitur verũ eſſe in rebus, & ideò oportere res creatas eſſe cõformes ideis re ipſa diſtinctis. Negatur cõſequẽtia, quia à cauſa ſimplici emanãt diuerſa effecta, diuerſis cõformitatibus imitãtia cauſam.

Reſp. 2.

Propter diſtinctos effectus diſtinctas ideas intelligim' ante illarũ diſtinctionem.

Exemplum attributorũ.

Obiect.

Soluitur. Non oportet ideas eſſe re ipſa diſtinctas.

De

Digitized by Google

De qua materia lõga nobis imminet diſputatio tom. 2. Præterea cum ideis conferimus non ens, ſed ſpecies vltimas rerum, quæ relatione reali ad ideas referuntur; & hoc verum eſt in rebus, quia eſt relatio realis, vt diximus: ſed relatio, quam addit verum enti, ſola mente percepta, nullam diſtinctionem in ideis poſtulat, neque etiam rationis; quia eſt relatio ad diuinam eſſentiam, vt ad exemplar commune. A

Imò nec ratione, ad relationem veri creati abſtractam, ſeu mẽte ſola perceptã, quæ eſt ad eſſentiã diuinã, vt ad exẽplar commune.

24. Ad 6. Intellectus diuini ſpeculatiuis quaſi menſura eſt eſſentia diuina, in qua cætera cõtinentur.

Ad ſextum iam diximus in aduertendis relationem veri, vt eſt paſsio entis, reſpicere diuinum intellectum, non ſpeculantem, ſed practicum: & in ſpeculante res cognitas à Deo neque eſſe menſuram, neque menſurabile; ſed eſſentiam, in qua cætera cognoſcuntur, eſſe quaſi menſuram. Ad confirmationẽ negamus, verũ, vt eſt paſsio entis, referri ad vtrũque intellectum, ſed ſolùm ad practicũ aimus. Ad alteram cõfirmationem reſpondemus intellectum diuinum ſpeculãtem res creatas eſſe verum, quia cognoſcit illas, vt ſunt, non vt ſunt in ſe ipſis, ſed vt ſunt in Deo: & ita non menſuratur rebus cognitis, ſed quaſi menſuratur eſſentiã ſuã, vt declarauimus. Itaque ab eſſentia diuina, & intellectu practico habent ipſæ rerum eſſentiæ, vt ſint veræ, ſcilicèt veræ in potentia. Quòd autem dicantur veræ ſecundum eſſe cognitum, ſola denominatione extrinſeca ſic veræ dicuntur, vt obſeruauimus. B C

Ad 1. cõfirm.

Ad ſecũdam.

Deus ſpeculatur res creatas, vt ſunt in ſe ipſo, non vt ſunt in ſe ipſis.

25. Ad 7.

Ad ſeptimum fecimus ſatis in aduertendis concedendo ſequelam, quòd ſi nullus intellectus eſſet poſsibilis, nullũ eſſet verum.

26. Ad 8.

Ad octauum reſpondetur aliud eſſe verum ſpeculatiuum, quod eſt formalitèr in intellectu, vt eſt menſurabilis per rem cognitam; & aliud verum practicum in rebus, vt ſunt menſurabiles per intellectum practicum. Et quòd vtrumque eſt verum formalitèr, & non per attributionẽ vnius ad alterum; quia vtrũq; eſt menſurabile ad menſuram relatum. Quòd ſi ab his duobus veris, quorum vtrumque eſt formalitèr verum, velis abſtrahere verũ cõmune: nõ repugnamus; quia relatiuis quibuſq; poteſt eſſe relatio cõmunis, vt hoc lib. dicemus: verum autem eſt quoddam relatiuum: & illud erit analogum proportionis vnius cõceptus; quare verũ de vtroque vero dicitur, non æquiuocè, ſed vno conceptu analogicè: D

Verum commune ad vtrũque verũ formaliter, ſcilicèt practicum & ſpeculatiuũ, eſt analogum nõ attributionis, ſed proportionis vnius conceptus.

verum autẽ ſpeculatiuũ æquiuocũ eſt ad verum in ſigno, & verũ in cauſa; quia res cognita nõ eſt vera, niſi vt cauſa veritatis; propoſitio autẽ eſt vera, vt ſignũ veritatis. Nulla ergo eſt conſequẽtia, quòd ſi verum ſpeculatiuũ in intellectu eſt formalitèr verum; quòd verum practicum in rebus non ſit formalitèr verum; ſed æquiuocè, vt ſignum, aut cauſa veritatis: imò & in intellectu, & in rebus, eſt formalitèr verum, vt menſurabile.

Secùs de vero in cauſa, vel ſigno.

27. Ad vltimum.

Ad vltimum reſpõdetur, quòd verum practicum in rebus eſt ſimplex; vtpotè paſsio entis, quod ſimplicitèr eſt vnum & ſecundum quid multa; & verum eodẽ modo ſimplicitèr eſt vnũ, & ſecundum quid multa. Contrà, verũ in mente ſimplicitèr eſt complexum, quod in iudicio mentis cernitur; & ſecundũ quid eſt ſimplex, quod in apprehenſione ſimplici inuenitur. Clariſsimè igitur arguendo paralogizãtur de vero practico, & ſpeculatiuo, tanquã de vno, & eodẽ vero arguẽtes. Præterea verũ ſimplicitèr non eſt cõplexũ, niſi in nobis, qui pluribus cõceptibus vtimur ad iudicãdum; non autẽ ex propria ratione veri. Quare neq; cauſalitèr verũ eſt cõplexum; nam in angelis ſine cõplexione cõceptuũ inuenitur verum in intellectu. Ad confirmationẽ cõcedimus ſuo modo cõtraria eſſe verum, & falſum; & ſicùt in mẽte eſt verũ, & falſum ſpeculatiuum; ita & in rebus verũ, & falſum practicum, vt in aduertendis docuimus: neque eſt conſequẽs, quòd ea res, quæ falſa dicitur, nõ ſit res vera; quia falſum fundatur in vero, ſicut malum in bono. Itaque opus peccati eſt verum ſecundum eſſe naturæ, & eſt falſum ſecundum quod declinat ab arte diuina: & artefactum eſt verum ſimplicitèr ſecundũ quod conformatur arti diuinæ in ratione entis naturalis; & eſt falſum ſecundum quid, ſcilicèt ſecundum quod ab arte creata deficitur in ratione artefacti.

Verum practicum eſt ſimplicitèr vnum & ſecundum quid multa, vt ens.

Verum ſpeculatiuum in nobis contra, vt iudicium.

Verum practicum ex ſe neque cauſalitèr eſt complexũ.

Ad confirm.

Falſũ fundatur in vero, ſicut malum in bono.

Artefactum eſt verum ſimplicitèr, falſũ ſecundũ quid.

CAPVT VII.

Quid ſit bonum, & perfectum?

Caput habet partes quatuor.
Prima pars: *Quid ſit bonum?*
Secũda pars: *Bonum eſt in rebus, verum in intellectu.*
Tertia pars: *Quid ſit bonitas increata?*
Quarta pars: *Quid ſit perfectum, & perfectio?*

Digitized by Google

PRIMA PARS.

Quid ſit bonum?

1. 1.opinio.

DE ratione boni non eſt facilior,quã de vero diſceptatio. Principio autẽ minùs probabiles de re propoſita ſentẽtiæ refellendæ ſunt. Quidã opinati ſunt, quòd bonum addat enti aliquid abſolutum: quæ opinio adſcribitur Ioãni Scoto in 1.diſt.3.q.3.& alijs in locis. De quã etiam re Ioan.Capreol. in 2. d. 34. q. 1. Sed iam in ſuperioribus comprobatum eſt paſsiones entis non addere enti aliquid abſolutum.

Scot. *Capreol.* Refutatur ſuprà cap.5.

2. 2.opinio. *Herua.* Refutatur.

Herueus quodlib.3.q.2.conſentit rationem boni eſſe abſolutam, aut aliquid ſaltẽ cõmune abſoluto, & relatiuo. Sed hæc quoq; exiſtimatio falſa cõuincitur, eò quòd nihil cogitãdo licet enti addere, quòd ſit entis paſsio æquè cõmunis, niſi addita relatione, vel negatione. Et cõfirmatur, quia id, quod abſtrahitur ab abſoluto,& relatiuo, intelligitur cõceptu abſoluto, vt ens; abſolutum autẽ non poteſt addi enti,quod ſit enti adęquatũ. Sed fortè Heruæus credidit,conceptum boni eſſe abſolutum addita relatione in obliquo, quæ eſt noſtra ſententia; quam etiam de vero diſputantes ſequuti ſumus; alitèr ſine relatione addita ſaltèm in obliquo, non poteſt intelligi, aut verum,aut bonum.

Confirmatur refutatio. *Herueus* explicatur.

3. 3.opinio *Durand.*

Tertia eſt ſentẽtia Durãdi d 34. q. 1. quòd bonũ addat enti relationẽ realẽ. De ea quoque opinione tractatum eſt,& docuimus relationem additam enti non poſſe eſſe realẽ;neq; eã,quæ additur enti finito,eſſe realem;ſed poteſt dici relatio appellatione realis: quia hæ relationes,etſi ſint rationis propter reale fundamentum, nominantur in numerò entium realium,vt anteà declarauimus.

Relationes veri, & boni etſi ſint rationis, nominantur in numero entium realium.

4. 4.& vera ſent. Bonum addit enti relationẽ aut rationis, aut ſaltem abſtractam, &c.

Conſtat igitur, quòd bonum addat enti relationem,aut rationis, aut ſaltèm relationem abſtractam à reali, & rationis, vt de vero diximus. Sed quæ ſit ea relatio indagare difficillimum eſt, quia vix intellectus penetrat ad recõditæ veritatis inuolucrum.

Difficultas quænam ſit ea relatio?

5. 1.ſententia *Ferrar.* *S. Thom.* Explicatio huius ſententiæ.

Franciſcus Ferrar. 1.cõtra gent. cap. 37. credidit relationem boni eſſe eandem, quæ eſt perfecti: quare idem eſſe bonum,& perfectum, vt S.Thom. videtur docere 1. p. Perfectum autem addit relationem conuenientiæ cum re ea,cu-
A ius eſt perfectio; & perfectum, quod à perfectione deriuatur, eandem indicat relationem,vt p.2.cap.exponemus: erit ergo relatio boni conuenientia cum re, cuius eſt bonum; ſeu potiùs conuenientia actus,ſiue formæ cum re,cuius eſt forma.Hęc ſententia,ſi perfectum cum bono omninò confundit, ita vt ſint ſynònima, profectò falſa eſt,vt in diſputatione iſta perſpicuum erit. Quod ſi ratione, ſiue definitione ſeparat bonum à perfecto; illud, quo diſtinguantur, neque explicat, neque etiãm innuit.

Hęc ſententia vel falſa, vel diminuta.

Opinio hæc Franciſci Ferrarieſ. alijs quoque placet, vt rationem formalem boni conſentiant eſſe eandem, quæ eſt ratio formalis perfecti; eamque eſſe S. B Thom. ſententiam 1. p. q. 5. affirmant. Perfectum autem aiunt idem eſſe,atque integrum,cui nulla pars deeſt; integrum autem referri ad partes integrantes, relatione totius, iuxta verba S.Hilar.lib. 2.de Trinit. *Perfectus à perfecto, quia totus à toto.* Quibus conſequentijs ad hoc decurrere videntur,vt relatio boni, quæ eſt formalis ratio boni (vt aiunt)ſit relatio totius ad partes; ſiue relatio integritatis ad ea, quibus integrum conſtat. Et quantùm colligere poſſumus ex C eorum verbis, arbitrantur hanc relationem nõn conuenire eſſentiæ, ſed eſſentiam ſimul cum partibus, quibus componitur, conuenire ad ipſam integritatem, ita vt relatio iſta integritatis reſpiciat ſimul,& partes, & eſſentiam ex partibus compoſitã. Approbant igitur opinionem Durandi hac in re, quòd ait has paſsiones non conuerti cum ente per identitatem eſſentialem,ſed denominatione quadam; quia quicquid eſt ens,eſt bonum; quia in ente compoſito integritas(vt aiunt)eſt relatio realis, & ipſa eſt bonitas illius entis. Confitentur etiam D bonum eſſe id, quod eſt conueniens, cũ eodem Durand. de qua re poſtmodùm diſſeremus.Sed eam rationem boni,aiũt eſſe poſteriorem, & non eſſe paſsionem entis; integritatem autem eſſe rationem boni primam, & præcipuam, eamq; eſſe entis communiſsimam affectionem.

6. Eadem eſt *Vaſq. diſp.* 24. *S. Thom.* Explicatio ſententiæ diuerſa. *S. Hilar.* Cũ *Durãdo* conuenit. 1. Conuenit 2. Quid addat ad *Durand.*

Equidèm, vt verum fatear, nihil veri inuenio in opinione iſta;imprimis quòd hæc non ſit opinio S. Thom. conſtabit hoc cap. & apud eoſdẽ auctores liquet, qui affirmant contra doctrinam S.Tho. bonum antecedere verum.At S.Thom. q.5.

7. In hac ſent. 1.falſum. Refellitur *S. Thom.*

Digitized by Google

Cohærenter præfert verum bono.

q. 5. art. 3. ait bonum poſterius eſſe vero, quia reſpicit volũtatem, verum autẽ ad intellectum pertinet: non ergo arbitratus eſt S. Thomas bonum eſſe idem, quod perfectum, ſiue integrũ, quod antecedit verum. Et hoc licuit illis aduertiſſe, qui S. Doctorem improbant præferentẽ verum bono. Deinde illud quoque falſum eſt, quòd perfectum referatur ad partes relatione totius, aut integri: perfectum enim refertur ad perfectionem, qua perfectum eſt, & eſt relatũ ſecundum dici; ſignificat enim rem abſolutam cum quodam modo relato intelligendi, vt poſteà explanabimus; totum autem eſt relatum ſecundum eſſe, quod ſignificat relationẽ totius ad partes: perfectum autem non ſignificat relationem ad partes; aliàs Metaphoricè diceretur de Deo, qui tamen eſt ſummè perfectus, ac verè, ac ſimplicitèr perfectus; Neque hoc quod in ore omnium verſatur affirmantium Deum eſſe perfectiſsimum, viro Theologo proprietate ſermonis obſeruata, renuẽdum eſt: non ergo idem eſt perfectum, & totum, ſiue integrum.

A

2. falſum.

Refellitur.

Perfectum eſt relatũ ſecundũ dici ad perfectionẽ.

Verum eſt relatũ ſecũdum eſſe ad partes.

Perfectum nõ ſignificat relationem ad partes.

Oſtenditur.

B

8. 3. falſum.

Refellitur 1.

Tertium quoq; aſſertum, quod eſt caput quæſtionis, à veritate longè abeſt; quòd ratio formalis boni ſit relatio totius, aut integri ad partes: eſſet enim æquiuocũ nomen hoc, bonum; nam res ſimplices non habent partes, niſi per metaphoram; & cum Deum dicimus totum, dicimus metaphoricè; ergò ſi bonũ eſt idem, quod totum, de quibuſdam dicitur cum proprietate ſermonis, de alijs verò per metaphoram; ergo nõ eſt paſſio entis, quæ de omni ente eodem conceptu enuntiatur. Quòd ſi dicas omne ens etiam Deum optimum habere partes in compoſitione intellectus: argumentum non diſſoluis; quia hæ ipſæ partes cõpoſitionis rationis, quadam metaphorâ partes dicuntur, cum verè non ſint partes: ergo nomen totius non eſt cõmune vno conceptu ſignificans totũ phyſicum, & totum metaphyſicũ, quod ſola mentis contemplatione componitur, & ſola voce totum dicitur. Præterea ſimplices, & vltimæ differentiæ, neq; in cõpoſitione Metaphyſica habent partes; & licet ab his abſtrahatur ens conceptu communi, tamen ea abſtractione id, quod eſt commune, non diſtinguitur à differentia contrahente, vt lib. 5. elu-

C

Deus dicitur totum per metaphoram.

Paſsio entis de omni ente eodem conceptu enunciatur.

Obiectio.

Reſponſio.

Attributa non ſunt verè partes.

D

Refellitur 2.

In ſimplicibus & vltimis differentijs nulla

cidabimus: quare nulla ibi eſt compoſitio rationis, quaſi ex partib⁹; ergo neq; ratio boni ibi inuenitur, ſi illa eſt ratio totius. Deniq; ſi nos ipſos conſulamus, nullus eſt hominum, qui nomine boni intelligat relationem totius ad partes; ergo neque vel etiam materialiter indicatur nomine boni vniuerſim relatio totius. Nam & totum eſt quoddam bonũ, ſed non omne bonum eſt totum. In hoc enim falluntur fortaſsis; quoniam perfectum aliquando dicitur, cui nulla pars deeſt; perfectum autem eſt, quod bonum quoque eſt: omne enim perfectum bonũ eſt, licèt hæc ratione differãt. Ideò fortè putarunt perfectum eſſe, quod partibus conſtat. Dicendũ igitur eſt id, quod ſuis partibus conſtat, perfectum eſſe, & bonum; ſed non omne perfectum, & bonum partibus conſtare.

eſt compoſitio etiam rationis quaſi ex partibus.

Refellitur 3.

9. Obiectio.

Quòd ſi obijcias, relationem rationis, & realem poſſe apprehẽdi nomine vno, & conceptu; & ideò totum per metaphoram, & totum, quod habet partes, quia ſunt quædam relatiua, poſſe apprehendi vno conceptu, & nomine vno, quod deſignet paſsionem entis. Reſpõdetur verum eſſe aſſumptum, quando relatũ rationis illo nomine propriè dicitur; ſed non ita, cum dicitur per metaphoram: verbi gratia, ſimilitudo quæ eſt relatio realis, & quæ eſt relatio rationis, vtraque dicitur proprio nomine ſimilitudo; & ideo dicitur nomine communi, & conceptu vno ſimilitudo: ſed paternitas realis, & paternitas per adoptionem, non dicuntur eodem conceptu paternitas; quia ea, quæ eſt per adoptionẽ paternitas, per metaphorã dicitur hoc nomine. Aliàs pater adoptiuus eſſet verus Pater; & Deus haberet veras partes, eò quòd partibus conceptuũ componitur, ſiue partitis rationibus formalibus. At verò neque in cõpoſitione rationis, vltimæ differentiæ habent partes, vt diximus; neque bonum ſignificat idem, quod totum, aut integrum.

Solutio.

Etiam relationes non dicuntur vno cõceptu, quando altera dicitur per metaphorã, vt paternitas adoptiua.

Pater adoptiuus nõ eſt verus pater.

10. 4. falſum.

Quarto loco quod aiunt eam relationem integritatis non conuenire eſſentiæ, ſed reſpicere eſſentiam ſimul cum partibus; videtur eſſe per incogitantiã dictum; quia cum dictis non concordat. Nam, ſi bonum, & integrum, ſiue totum idem eſt, relatio boni eſt relatio totius ad partes, quę conuenit eſſentiæ, vt propria relatio ſuo relato: neq; iſta relatio

Refutatur vt minimè cohærens.

Digitized by Google

reſpicit eſſentiam, ſed reſpicit partes, vt alterum relatum, ad quod eſſentia refertur.

11.
5. falſum conſonum *Durando*
Refellitur.

Quintum quoque enunciatum Durādi non placet, quòd paſsio entis denominatiuè dicatur de ente. Nam etſi aliquando relatio bonitatis ſit accidens diſtinctum à re, cui cōuenit nomen bonum; quia ſubſtantia creata relatione reali addita conformatur primæ cauſæ creatricis voluntati, quæ cōformitas eſt relatio boni, vt dicemus: tamen de multis entibus bonum dicitur per identitatem, quæ non eſt relatio addita; enti verò communi nihil additur, vt apud omnes conſtat.

12.
Vltimū falsū eſt illud additum.
Refellitur.
Cōueniēs propriè includitur in ipſa ratione perfecti.

Poſtremum eſt, quod improbamus, quòd perfectum antecedat rationē cōuenientiæ. Cum enim conueniens propriè dicatur id, quod conuenit rei ipſi in qua eſt; & hoc modo perfectio ſit forma, ſiue actus rei conueniens, vt poſteà explicabimus: in ipſa ratione perfecti includitur conueniens, & non eſt prior ratio perfecti, quàm ratio conuenientis.

Conueniēs improprie aduenit, vt eſſe cauſam, vel obiectum, &c.

Id verò quod dicitur conuenire rei alteri, cui non ineſt, vt cauſa, aut obiectū, minùs propriè dicitur conueniens: & illud quidem cōueniens, eſt poſterius perfecto, in quo eſt; quia cauſalitas aduenit enti naturali perfecto; ſed eſt prius perfecto, cuius cauſa eſt.

Relatio conuenientiæ deſignatur nomine perfectionis in obliquo.

Sed quod propriè dicitur rei cuique conuenire, eſt ipſa rei perfectio, & relatio conuenientię deſignatur nomine, & conceptu perfectionis in obliquo.

13.
2. ſententia *Soarij diſp. 10. ſect. 7.*
Explicatur.
Nullam eſſe rē quæ alijs non ſit conueniēs, Oſtendit percurrendo omnia.

Eſt igitur aliorum ſententia, quòd bonum addat enti conuenientiam cum re, cuius eſt bonum: at verò nullam eſſe rē in natura rerum, quæ cum alia non conueniat, ita vt quęcunque vna res ſit bonum alicuius alterius rei; quare cùm cōuenientia ſit omnibus rebus communis, ea quoque eſt adæquata enti, & ratio formalis boni. Et ne diuinum bonum excludat à ratione boni cōmuni, aiunt quoque Deum rebus, & res Deo conuenire;

Primum.

Deum quidem conuenire rebus, vt auctorem illarum; res autem creatas conuenire Deo, quia decent bonitatem illius.

Secundum.
Tertium.

Et quidem accidentia conuenire ſubſtātiæ, & formas ſubiectis, facilè expediunt:

Quartum.

ſed quòd ſubſtantia conueniat accidentibus, probant quia ſuſtinet accidentia.

Quintum.

Et item, quòd vna ſubſtantia conueniat alteri, oſtendunt, quia vna eſt alterius cauſa, vel effectus, vel obiectū, vel etiam quia ſunt partes vniuerſitatis mundanæ. Itaque ex innumeris conuenientiarum generibus, vnam rationem abſtractam aiunt eſſe formalem rationē boni, bonumque & conueniens eſſe ſynonima.

3. Sententia *Fonſ. 4. Met. c. 2. q. 7.*

Alij verò conuenientiam rerū omnium referūt ad Deū, qui eſt bonitas prima, & primum conueniens; & illam cōuenientiā rerum omniū cū Deo aiunt eſſe bonitatem creatam; & ex illa cōſequi ordinē appetibilis ad voluntatem.

14.
improbatur 1. vtraque ſententia.

Hic modus opinandi non ſolùm eſt multis implicitus, ſed falſis; explicant enim rationem boni, ſine relatione ad appetitum; quod fieri non poteſt, vt docebimus.

2. prior improbatur.

Prætereà prior illa opinio ponit paſsionem entis conuenientiam, nō aliquam determinatam rationem conuenientiæ per ſe coniunctam cum ente, ſed vel hanc, vel illam; imò & contingentem, vt quòd ſit cauſa, vel effectus, aut obiectum. Neceſſe eſt autem aſsignare vnam conueniētiam, & illam omni enti communem. Quam ob cauſam S. Thom. de verit. q. 21. art. 1. elegantèr commonſtrat paſsiones entis oportere accipi ab intellectu, & voluntate; quia ſunt potentiæ adæquatę ipſi enti.

S. Thom.
3. prior.

Deinde conuenientiæ iſtæ rerum inter ſe inuicem ſunt multę, bonitas autem vnius cuiuſque rei eſt vna; quia bonum cum ſit paſsio entis, non multiplicatur niſi ſimul cum ente; ergo ratio formalis boni non eſt conueniētia inter res ipſas.

4. vtraque.

Prætereà in eo etiā falluntur vtrique, quòd cauſam, aut effectum boni accipiunt pro bono formalitèr; nam Deus eſt bonum noſtrum, vt cauſa: quo ſenſu S. Auguſt. dixit 8. de Trinit. cap. 3. Deum eſſe bonum omnis boni; & res cæteræ, ſi quo nomine ſunt diuinum bonum, vt effectus diuinæ bonitatis, vt argumentum, & ſignum, vocantur diuinum bonum; iiſdemque nominibus Deo conueniunt.

S. Auguſt.

Sed neque vna ſubſtantia eſt bonum alterius; niſi vt cauſa bonitatis, aut vt effectus. His autem omnibus, nomen boni æquiuocè conuenit ſola denominatione, ſicut ſanum de cauſa ſanitatis ſolo nomine dicitur.

5. prior.

Imò bona quibus vtimur, non ſunt bona noſtra naturalia, ſed ſunt nobis in vſu; bonum autē, quod eſt paſsio entis, eſt bonū naturale, quod eſt ipſa ſubſtantia, vel quæ in ſubſtantia ſunt, vt enarrauimus.

Illud

Digitized by Google

15.
Inconſideratũ quorundã dictum.

Illud etiã non eſt conſideratè dictũ, quòd vna perſona diuina, vt perſona eſt, ſit bonum alterius; quod quidam videtur ſentire: malè enim ſonat, quòd Filius Dei ſit bonum Patris, cum Pater nihil accipiat à Filio: ſed neque Pater vt perſona eſt, bonum eſt Filij; quia nõ communicat illi perſonam, vt poſsit dici bonum Filij, etiam vt cauſa bonitatis. Imò propriè loquendo nullo ſenſu ad normam loquendi philoſophicam, Pater eſt bonum Filij; non formaliter, quia Pater non eſt forma Filij, cum ſint diſtinctæ hypoſtaſes: nõ cauſaliter, quia Pater etſi ſit principium Filij, non tamẽ eſt principium bonitatis, quæ eſt in Filio, vt dicatur bonum, quaſi cauſa bonitatis: & tamen diuinæ perſonæ conueniunt in quadam conuenientia principij, & eius, qui eſt à principio; ergo conuenientia non eſt ratio formalis bonitatis.

Malè ſonat q̃d Filius Dei ſit bonũ Patris.
Pater vt perſona eſt, non eſt bonum Filij. Probatur.
Non formalitèr.
Nõ cauſalitèr.

16.
4. & vltima ſẽtentia, *S. Thom.*

Poſtrema ſententia eſt S. Thom. 1. p. q. 5. docentis bonum definiri per ordinem ad voluntatem; quare bonum formaliter addit enti relationem ad voluntatem.

17.
1. præmittendum Vtrum relatio boni ſit relatio appetibilis?
Pro parte affir. *S. Thom.*

Vt igitur relatio iſta quæ delitet, palàm appareat, expendendum eſt; vtrum ea ſit relatio appetibilis, aut verò relatio finis, aut alia quædam diſtincta relatio? Quòd bonum ſit ipſum appetibile, videtur docere S. Thom. 1. p. q. 5. art. 1. *Ratio* (inquit) *boni in hoc conſiſtit, quòd aliquid ſit appetibile.* Et art. 3. ad 1. ait bonum addere enti relationem appetibilis. Et Ariſtot. 1. Ethic. c. 1. bonum eſſe ait id, quod omnia appetunt.

Ariſtot.

18.
Reſoluitur negatiuè.
Probatur 1. quia relatio appetibilis eſt poſterior bono. *S. Thom.*

Nihilominus dicendum eſt relationẽ appetibilis eſſe poſteriorẽ bono; appetimus enim rẽ, quia bona eſt: ergo ipſa ratio boni antecedit relationem appetibilis. Ex hoc rectè notauit S. Thom. in Ethic. illam definitionem boni, quod omnia appetunt, dicens à poſteriori depromptam eſſe, ſcilicèt quia relatio appetibilis eſt poſterior, & indicat rationem boni, in qua fundatur. Prætereà, nõ eſſe eſt appetibile, hoc enim appetunt, qui mortem appetunt, & tamen nõ eſſe non eſt bonum, quod eſt paſsio entis; quia non eſſe non eſt ens: ergò non idẽ eſt appetibile, & bonum illud, quod eſt paſsio entis. Eadem eſt ſententia Ioan. Capreol. in 2. d. 2. q. 3. quem ſequitur Thom. Caiet. 1. p. q. 5. art. 1. & Franciſc. Ferrar. 1. contra gent. cap. 3.

Probatur 2. Non eſſe eſt appetibile.
Capreol.
Caiet.
Ferrar.

19.
2. Præmittendum Vtrum ſit relatio finis.
Pro p. affirm. Ratio.

De fine maior eſt dubitatio, nam etſi res comparatæ cũ noſtro appetitu, prius ſint appetibiles, quàm poſsint nominari à relatione finis, quæ eſt relatio cauſæ actu allicientis appetitum; tamẽ ſi cum diuina voluntate conferantur, omnes res creatę, vt ſunt à Deo expetitæ, ſunt bonæ; nihil enim Deus expetit niſi bonum. Quòd ſi dicas media ad finem eſſe quoque bona, & tamen non eſſe finem, ſed media. Poteſt reſponderi, ea quæ ſunt media ad alia, vt ſunt in ſe ipſis bona, eſſe quoque finem; quia ſunt res expetitæ ſaltem à diuina voluntate. Et ita videtur ſentire S. Thom. art. 2. ad 1. & lib. 3. contra gent. cap. 37.

Obiect.
Reſponſ.
S. Thom.

20.
Reſoluitur negat.

Sed tamen rationem boni à fine cogimur disiungere; nam ratio boni eſt prior; priùs enim eſt poſſe eſſe, quàm eſſe: finis autem eſt, id quod actu allicit appetitum, & eſt actu expetitum: ergò priùs eſt res appetibilis, quàm quòd ſit finis actu expetitus; bonum autem præcedit ipſum appetibile. Prætereà, materia prima eſt bona cum ſit ens; & tamen nullam habet rationem finis; nam finis eſt, quod propter ſe ipſum appetitur, materia autem non ſic appetitur, ſed ſolùm propter formam. Adhuc, finis eſt relatio oppoſita medio, & ita neceſſe eſt, quòd addat aliquid bono; bonum enim non opponitur medio, quod eſt vtile; nam & vtile bonum eſt in ſe ipſo bonitate aliqua: differunt ergò ratione bonum, & finis. Simplici etiam voluntate expetitur bonum ſine ratione finis: & diuina eſſentia non eſt finis ſuæ volũtatis, cum tamen ſit ſummum bonum; ergo amplior eſt ratio boni, quàm finis. Neque S. Thomas nobis aduerſatur, ſed ait bonum, quatenùs appetibile, importare habitudinem cauſæ finalis; quia ea, quę appetũtur habitudine formali, referuntur, ſiue vt media ad finem, ſiue vt finis ad media. Quocircà S. Thom. 4. contra gent. cap. 40. docet bonum dici, aut quia finis eſt, aut quia ordinatur ad finem; non ergò finis complectitur omne id, quod bonum eſt. Et idem docet in 1. d. 38. & 2. 2. q. 33. art 6. ad 3. magis explicatè ait, non ſolùm finem, ſed etiam medium habere rationem boni: bonum igitur, & finis ſunt coniuncta, ſed non eadem, vt liquet ex dictis.

Probatur 1.
Secundò.
Tertiò.
Quartò.
Quintò.
S. Thom. explicatur.
Idem pro reſolutione.
Idem magis explicatè.

21.
Concluſio.

Dicendum igitur eſt de bono, ſicut de vero

Digitized by Google

Bonum eſt, q̃d eſt diuinæ voluntati cõforme.

vero, quòd bonum eſt id, quod eſt adæquatum, ſiue conforme voluntati. In conformatione autem illa aliquid eſt vt menſura, & aliquid vt menſurabile: vnde veniendum eſt ad primam mẽſuram, non menſurabilem, quæ eſt diuina bonitas; & illa eſt identitas voluntatis diuinæ cum re dilecta, ſcilicèt cum diuina eſſentia: res autem creatæ ſunt bonæ, quatenùs ſunt conformes diuinæ volũtati, à qua per ſe pendent. Ea relatio eſt in rebus abſolutis, & perfectis relatio realis, & in rebus imperfectis, & relatiuis eſt rationis, ſicut de vero diximus. Bonum autem commune indicat relationem communem abſtractam à relatione reali, & rationis. Noſtra etiam voluntas bona eſt, vt menſuratur bonitate rerum: ſed bonitas iſta non eſt tranſcendens, cum ſit ſolius potentiæ appetentis. Eſt ergo bonitas tranſcendens quædam conformitas cum diuina volũtate, ſiue per identitatem, vt eſt bonitas prima increata; ſiuè vt res cæteræ menſurantur illa bonitate prima, quæ ſita eſt in diuina voluntate, ſicut diximus de vero. Denique nomen, bonum, æquiuocum eſt, quod aliquãdo ſignificat cauſam veritatis, quo pacto dicimus Deum bonum noſtrum, vt cauſam bonorũ ſola appellatione extrinſeca: & illud etiam, quod bona volũtate diligitur, denominatione extrinſeca dicitur bonum, & eſt bonum formaliter, quod eſt ipſum ens finitum, vt pendet à diuina voluntate.

In vero, & bono plura ſimilia. Primum. Secundum. Tertium. Quartum. Cõſectarium. Quintum ſimile.

22\. Pluradiſſimilia. Primum.

Omnia hæc ſimilia ſunt in vero, & bono. Sed nonnulla ſunt, quæ variantur in comparatione veri, & boni. Et illud quidèm iam eſt diſcriminis, quòd licèt dixerimus bonum eſſe menſurabile voluntate diuina, vſi ſumus nomine traducto, & impropria quadam ſignificatione; quia menſura loquẽdo propriè pertinet ad intellectum, & ita res omnes menſurantur intellectu diuino, vt propria regula, ſiue norma, qua diriguntur: & idcircò rectum dicitur propriè verũ, quod eſt propriè regulatum. Igitur cum voluntate diuina res eædem comparatę non dicuntur propriè menſuratæ, ſed relatione alia occulta dicuntur bonæ, quam nos relationem perſcrutamur; & rem anominam, ſeu non habentem nomen, nomine alieno, & communiſſimo nuncupauimus menſurabilem. Alia in vero, & bono diſsimilia ſtatim in

Menſura propriè eſt ſolius intellectus.

Relatio boni occulta, & anomina nuncupatur nomine alieno, & communiſſimo menſurabilis.

A ſecunda parte huius capitis expedientur.

Alia diſſimilia vide in p. 2.

Confirmatio.

23\. Bonum eſt paſſio entis. *Ariſtot.*

QVòd bonum ſit paſsio entis, docet Ariſt. 4. Metaph. & 1. Ethic. cap. 6. ait bonum cum ente conuerti, & diuidi per omnes cathegorias. Quibus ſimilis eſt Patrum ſententia, vbicunq; de bono diſputant: S. Auguſt. lib. 1. de doctrina Chriſtiana, cap. 32. *Inquantum* (inquit) *ſumus, boni ſumus.* Idem docet lib. 83. quæſtionum q. 24. *Omne* (inquit) *quod eſt inquantum eſt, bonum eſt.* B Quod ſi ens inquantum eſt, bonum eſt, cauſa adæquata boni eſt ens; & ſunt adęquatè communia bonum, & ens. S. Athanaſ. in oratione contra idola, bona eſſe ait, quæ ſunt; quæ autem non ſunt, mala. Et Boetius lib. de Hebdomadibus cap. 2. *Quidquid eſt* (inquit) *in eo quod eſt, bonum eſt.* Quod videtur à S. Aug: acceptum. Et ſimiles ſunt Patrum ſententiæ, quibus confirmatur documẽtum aliud, quòd bonum in ipſa ſui notione includat ens.

S. Auguſt. *S. Athanaſ.* *Boetius.* Bonum in ipſa ſui notione includit ens.

24\. Refertur ad voluntatem *Ariſtot.*

Quòd verò bonum referatur ad voluntatem, docet imprimis Ariſt. definitione illa boni celeberrima: C *Bonum eſt quod omnia appetunt*; cuius definitionis videtur meminiſſe S. Baſilius Pſalm. 44. noſtræ opinioni haud ambiguũ ſuffragium ferens. *Idem* (inquit) *naturâ eſt bonum, & dilectũ; & ideò rectè quidam bonum definierunt, quod omnia appetunt.* Eſt igitur ſententia Magni Baſilij bonum eſſe id, quod appetimus, & hanc eſſe naturam boni. Hoc idem teſtatur S. Dyoniſius de diuinis nominibus c. 1. *Omnibus* (inquit) *eſt pulchrũ, & bonum, deſiderabile, & amabile*: vbi eleganter expreſsit naturam boni, quod D eſt pulchrum, ſiue perfectum, vt docet S. Tho. 1. p. q. 5. art. 1. ad 3. Bonum autem nihil addit perfecto, niſi relationem ad appetitum. Quomodò pulchrum cõiungatur cum bono docet etiam S. Tho. q. eadem art. 4. ad 1. Idẽ etiam S. Dyoniſ. lib. eodẽ cap. 4. ait bonum eſſe diffuſiuum ſui: quod non poteſt intelligi, niſi in genere cauſæ finalis, vt commentatur S. Thom. art. 4. ad 2. Quòd autem hæc ſit opinio S. Thom. nullus ambigẽdi eſt locus: nam q. 5. ait ita bonum eſſe id, in quod tendit voluntas, ſicut verũ eſt id, in quod tendit intellectus. Et clarius.

S. Baſil. *S. Dyoniſ.* *S. Thom.* *Idem.* *S. Dyon.* Hæc proculdubio eſt opinio *S. Thom.* Oſtenditur.

Digitized by Google

riùs dicit ibidem rationem boni in hoc A ſitam eſſe, quòd aliquid ſit diligibile: & ar.3.ad 1.bonum addere enti ſolam relationem appetibilis; & ar.4.ad 1.quòd bonum reſpicit appetitum. Hoc ipſum repetit q.16.art.1.& 5. & lib. 1. contra gent.cap.4.& de verit.q.1. & 21. in articulis primis, & aliàs ſæpius. Conſtat igitur S.Thom.rationem formalem boni ad appetitum,ſiue voluntatem referre. Hoc idem confirmatur Philoſophico pronunciato,quod ab Ariſt.deprõptum eſt 3 Metaph. tex. 4. Mathematica non eſſe bona. Eſt autem frequentiſsimus Philoſophorum commentarius, nõ B dici bona mathematica;quia non habẽt rationem finis, eò quòd ſecernuntur à motu: mathematicus enim motum, & finem non conſiderat; ergo bonum eſt cum fine coniunctum, & ad appetitum refertur, ſicut & finis. Et ita interpretatur locum iſtum S.Thom.1.p.q.5.art.3. ad 4.& q.21.de verit.art.2. ad 4.

Ex Ariſt.

Mathematica nõ ſunt bona.

Ratio celebris ad rem præſentem.

S.Thom.

25.

Ratio boni referenda eſt ad primam bonitatem, quæ eſt diuina voluntas, vt eſt idẽ cum eſſentia.

Boetius. *S.Auguſt.* *S.Thom.* *Geneſ.* *Alex.Alẽſ.*

Denique quòd ratio boni referenda ſit ad primam bonitatem, quæ eſt diuina voluntas, vt eſt idem cum eſſentia diuina, probatur; quia vt ait Boetius in lib. de hebdomadibus, omnia ſunt bona, inquantum referuntur ad Deum. Et C hoc videtur inſinuare S.Auguſt.lib.8.de Trinit.cap.3.vbi ait Deum eſſe bonum omnis boni. Et eadem eſt ſententia S. Thomæ clariſsima lib. 1. Perihermin. Quod idem colligitur ex doctrina S. Thom.1.p. q.6. art. 4. vbi docet omne bonum referri ad illud primum bonũ, ita vt primum bonum ſit ratio, & cauſa diligendi cætera bona: & ita omnia bona referuntur relatione quadam ad diuinam voluntatem, quæ eſt relatio propria boni addita enti finito. Et hoc forſan indicauit Moyſes verbis illis Geneſ.cap.1. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona.* D Hoc eſt ſibi placentia, & à ſe expetita, ita vt erant; in hoc enim erant bona, ſicut vera, ob conformitatem ad ideas diuinas. Non diſsimiliter ſentit Alexand. Alenſ.p.1. q.13. in 2. vbi docet verum referri ad Deum vt ad exemplar, & bonum vt ad cauſam finalem.

SECVNDA PARS.

Bonum eſt in rebus, verum in intellectu.

1.

Duo in vero, & bono diſsimilia.

DVo adhuc ſuperſunt in comparatione boni, & veri diſsimilia, quæ ſunt operæpretio explicanda. Primum quod ait S.Thom.q.16. & aliàs ſæpiùs verum deriuari ab intellectu ad res, bonum verò à rebus ad voluntatem deduci. Alterum quod Ariſtot. docet verum eſſe in intellectu, & bonum in rebus. Explicatione autẽ iſtius dubij poſterioris, enucleabitur illud prius.

Primum *ex S.Thom.*

Secundum *ex Ariſtot.*

2.

Ad hoc ex *Ariſtot.* cõmentarius *Caietani.*

Igitur ponderandum eſt id,quod docet Thom.Caiet. q.16.art.3.diſcrimen eſſe inter bonum,& verum, prout dicũtur eſſe obiecta intellectus,& volũtatis; ait enim verum dici obiectum intellectus, quia eſt conditio obiecti, ſine qua ens, quod eſt obiectum intellectus non perficit illum : at verò bonum ait eſſe non conditionem obiecti,ſed ipſum obiectum formale. Et iſta Caiet. explicatio multis placet : & ita declaratur illud Ariſtot. proloquium, quòd verum ſit in intellectu; quia verum non eſt id, quod cognoſcitur, ſed eſt conditio rei, vt intellecta eſt; bonum autem eſſe in rebus, quia eſt idipſum, quod appetitus per ſe appetit. Cæterùm S Thom.id diſcrimẽ non agnoſcit; imò art.1.q. illâ,ait bonũ eſſe id, in quod tendit appetitus, ſicut verum eſt id,in quod tendit intellectus. Quibus in verbis ſimilitudo indicatur, non diſcrimen. Præterea quomodo verum ſit conditio obiecti intellectus non perſpicio; obiectum enim non perficit intellectum aliqua actione, in qua verũ ſit conditio operandi; ſed ipſum ens ſua propria entitate eſt menſura intellectus noſtri; & relatio veri trãſcendentis,quæ eſt conformitas cum intellectu diuino, non comparatur cum intellectu noſtro: niſi fortè dicas ipſam relationem conformitatis cum intellectu diuino, eſſe conditionem, ſine qua ens illud creatũ non eſſet regula intellectus noſtri; quia regula ſecũda eſt regulata per primam. Sed hoc indicat potiùs cõditionem regulæ, quàm conditionem obiecti : nam etſi idem ens ſit obiectum intellectus,& regula; tamen vt obiectũ eſt, nihil aliud ſibi vendicat, niſi propriam entitatem; at verò vt regula, indicat relationem quandam,quæ vt eſt regula ſecunda,pẽdet à prima; & ita fit, vt ſit regula regulata; quo pacto relatio mobilis antecedit relationem ſecundi mouentis, quòd priùs eſt mobile, quàm mouens. Et cõfirmatur, quia iuxta doctrinam S.Tho. art.3.

Refutatur 1. *ex S.Thom.*

Refutatur 2. quod a it verũ eſſe conditionẽ obiecti intellectus.

Obiectio.

Reſponſio.

Eſſe regulatũ à regula primâ eſt cõditio nõ obiecti,ſed regulæ,ſeu menſuræ ſecundæ.

Declaratur.

Confirmatur refutatio *ex S.Thom.*

Digitized by Google

art. 3. ad 3. verum aſſequitur, ſiue conſequitur apprehenſionem obiecti; ergo non eſt conditio obiecti, ſiquidem obiectum antecedit potentiam. Præterea, quicquid ſit de iſtis dicendum, profectò ſimilia aſſerenda ſunt de bono: id enim quod appetitur formaliter, eſt ens; & ratio formalis appetendi eſt res vt actu exiſtens, ſiue etiam vt exiſtat; bonum autem nihil addit, niſi relationem non realem, quæ non eſt ratio appetendi. Et eodem modo, vt hæc bona ſint regula voluntatis creatæ, neceſſe eſt, vt ſint regulata diuina voluntate; & illud eſſe regulatum erit conditio non obiecti, ſed regulæ ſecundæ: vel potiùs id, quod eſt egregiè dictum, aſſerendum eſt tàm verum, quàm bonum in operatione intellectus, & voluntatis indicare relationes exercitas in obiectis; quia res ſunt veræ, prout intelliguntur diuino intellectu practico, & ſunt bonæ, quatenùs diliguntur diuina voluntate: res enim emanantes à diuino intellectu, & volũtate intelligimus naturali modo intelligendi cum relationibus veri, & boni; & hoc eſt quod docet S.Thom.q.16.art. 3. ad 3. verum non eſſe id, quod cognoſcitur, quod eſt ens, ſed ſequi apprehenſionem entis; quatenùs ens cõparamus cum intellectu diuino; quam comparationem noſtræ cognitionis ſequitur ratio veri: & vt comparamus ens cum voluntate diuina, ſequitur ratio boni. Verum eſt, quòd vtraque relatio ſequitur apprehenſionem intellectus, & non voluntatis operationem; quia ſunt relationes mente conceptæ, quas non voluntas, ſed ratio meditatur.

Refutatur 3. Obiectũ materiale, quod appetitur formaliter, eſt ens: Ratio formalis appetẽdi eſt res vt exiſtens, vel ut exiſtat.

Relatio boni vtpote nõ realis, non eſt ratio appetendi.

Verum, & bonum quod intelligitur, & appetitur ſunt res prout Deo obiectę in actu exercito, & cõformes.

S. Thom. Verum ſub ratione veri ſequitur cognitionem noſtrã cõparantẽ ens cum intellectu diuino, ſic bonum, &c.

3. Ad veram explicationẽ notandum *ex S. Thom.*

Poſt hæc conſiderandum eſt id, quòd docet S.Tho.q.21.de verit.art.1. quòd cum verum pertineat ad intellectũ, bonum autem ad voluntatem, intelligens non perficitur per verum, niſi ſecundũ eſſe intelligibile; appetens verò perficitur per bonum ſecundum eſſe naturale: quia ipſum eſſe rei naturalis appetimus, verbi gratia, ſanitatem, diuitias; per intellectum verò ſola ſimilitudo expetitur cum re intellecta: & idcircò dicitur verum perficere ſecundum ſecundum ſimilitudinem, & ſecundum eſſe intelligibile; bonum verò ſecundum eſſe realis exiſtentiæ, & ſecundum eſſe naturale. Ex quibus conſequitur primus cõmentarius Ariſtotelici placiti, quòd verum eſt in intellectu, & bonũ in rebus: nam verũ dicitur eſſe in intellectu, quia perficit ſecũdum eſſe intelligibile, quod eſt in intellectu; bonum autem dicitur eſſe in rebus, quia perficit ſecundum eſſe naturale, quod eſt in rebus. Ita commentatur S.Thom. eo loco.

1. explicatio vera.

Verum in intellectu, quia perficit ſecundum eſſe intelligibile: Bonum in rebus, quia perficit ſecundum eſſe naturale. *S. Thom.*

Atquì contra hoc duo obijciuntur. Primum, quòd ſi verum, & bonum conſiderentur, vt perficiunt intellectum, & voluntatem, vtrumque perficit ſecundũ eſſe intentionale, ſcilicet verum per ſimilitudinem, & bonum per eſſe quoddã diligibile, quod eſt amor, vt admonuimus; & ita nulla in his differentia agnoſcitur. Secundum, quia verum, quod eſt obiectum, non perficit aut intellectum, aut intelligentem, ſi propriè loquendũ ſit; ſed perfectio intellectus eſt ſimilitudo veri, ſicut perfectio voluntatis eſt impetus in bonum, qui eſt amor; neque etiam in hoc apparet diſsimilitudo.

4. 1. Obiectio.

Secunda.

Ad primum reſpondendum eſt, quòd intellectus, & voluntas ſunt potentiæ totius operantis, quod eſt intelligens, & volens; & ita ad differentiam potentiarum pertinet, quòd is, qui eſt his potentijs præditus, diuerſimodè perficiatur per illas: licèt ergo ipſæ potentiæ perficiantur per verum, & bonum ſimiliter, ſecundum eſſe intentionale, vt arguendo probatur; attamen is, qui eſt potentijs his ornatus, diuerſo modo per eas perficitur; quia per intellectum aſſequitur ſolam ſimilitudinem entis; per voluntatem verò aſſequitur ipſum ens, nõ ſolùm ſecundum eſſe diligibile, quod eſt in voluntate, ſed etiam ſecundũ eſſe naturale, quod eſt in rebus: neque enim homo duntaxat per dilectionẽ, & amorem procedentem habet bonum in ſola voluntate, ſed per hæc vltrò mouetur ad bonum naturæ aſſequendum, v. g. ſanitatem, aut diuitias.

5. Ad primam.

Ipſæ potentiæ perficiũtur per verum, & bonum, ſimiliter ſecundum eſſe intentionale: Subſtãtiæ prędita potentijs diuerſimodè, quod etiam ad potentiarũ differentiam pertinet.

Ad ſecundum reſpondetur, quòd verum, & bonum non perficiunt has potẽtias operatione aliqua; ſed quia potentiæ ordinantur ad hæc obiecta, & perfectio potentiæ attenditur ſecundũ quod in obiectum ordinatur; idcirco dicitur ipſum obiectum perficere potentiam: Quare & id, quod eſt habens potentiam, eodem modo per obiectum perficitur; quia igitur is, qui intelligit, per intellectum ordinatur ad verum, ſecundum ſolam ſimilitudinem intellectus, verũ dicitur

6. Ad ſecundam.

Potentiæ perfectio attenditur ſecundum quod in obiectũ ordinatur: ideo dicitur ab obiecto perfici

Digitized by Google

Intelligens, & appetens diuerſimodè per potentias ordinatur in verum, & bonum, vt ſupra.

citur perficere intelligentem ſecundum quòd in intellectu eſt. Et quia is qui appetit, per potentiam appetitus ordinatur, non ſolùm ad hoc vt appetat; ſed vltra adhuc, vt appetendo moueatur ad bonum motu phyſico, vt re ipſa aſſequatur bonum naturæ, verbi gratia, ſanitatem, aut diuitias, ideo perfectio appetentis dicitur eſſe in rebus expetitis, quia ad ipſas res naturales conſequendas ordinatur appetens per potentiam, & operationem. Hoc autem aſſertum Phyloſophi intelligitur in rebus creatis; ex appetitione enim præcedente mouetur ad ſanitatem re ipſa conſequendam. Hoc itaque modo, bonum eſſe in rebus intelligitur in ijs, quibus eſt finis, vt S. Thomas ibidem indicat: voluntas enim diuina ſolùm ſecundum eſſe diligibile comparatur cum eſſentia dilecta; ſed cum rebus creatis comparatur etiam ſecundum eſſe naturale, quo illæ procedunt à diuina voluntate; quia Deus vult res eſſe extra ſuam voluntatem ſecundum naturale eſſe rerum: non tamèn voluntas diuina ordinatur ad illa. Hæc igitur eſt prima, ac præcipua declaratio propoſiti dubij.

Aſſertū *Ariſt.* intelligitur in rebus creatis.

S. Thom.

Voluntas diuina ſolùm ſecūdum eſſe diligibile comparatur cum eſſentia dilecta.

7.

Ad 2. explic. prænotandū.

Aliam quoque expoſitionem poterimus eruere ex ijs, quæ lib. 2. docuimus. Aduertendum enim eſt ad rem iſtam elucidandam, res, quæ diliguntur, eſſe in appetitu ſecundum eſſe diligibile, quod eſt amor procedens; ſicut res intellectæ ſunt in intellectu ſecundum eſſe intelligibile, quod eſt verbum: ſed tamen ante operationem vtriuſque potentiæ, res intellectæ ſunt in intellectu per ſpeciem impreſſam, res autem dilectæ non ſunt in voluntate; quia non coniunguntur vnitate aliqua reali in voluntate, ſed duntaxat proponuntur per intellectum. Eſt ergo verum in intellectu, & bonum in rebus, quatenus ſunt obiecta noſtro modo intelligendi antecedentia operationem potentiæ: nam verum per impreſſam ſimilitudinem eſt in intellectu, antequam percipiatur; bonum autem non eſt in voluntate, ante operationem eius, ſed eſt in rebus, & vt eſt in rebus proponitur voluntati: ratio enim, ſiue cauſa appetendi ex parte obiecti, eſt ipſa rei exiſtentia. Habemus ergò alteram differentiam notiſsimam ex parte obiecti,

Eſſe diligibile eſt amor procedens.

Eſſe intelligibile, ſpecies, aut verbum.

2. Explicatio proponitur.

A ſecundum quòd obiectum mouet potentiam: intellectus enim mouetur ad intelligendum ex eo, quòd habet verum in ſe ipſo, quaſi conceptum per ſpeciem impreſſam; voluntas verò non mouetur ex eo, quòd habeat bonum ſibi coniunctum, etiam ſecundum eſſe diligibile; quia nihil tale antecedit operationem eius, vt docuimus lib. 2. Sed mouetur à re, appetendo ipſum eſſe rei; & illud eſſe rei naturale eſt ratio cauſæ finalis, à qua voluntas pendet, & ita bonum eſt in rebus. Quod diſcrimen etiam in intellectu, & voluntate diuina cernitur; quia intellectus,

Ante operationem vtriuſque potentiæ, eſt verum in intellectu ſecundum eſſe intelligibile per ſpeciē impreſſa. Bonum nō ſic in voluntate etiam ſecundū eſſe diligibile, ſed eſt in rebus ſecundū eſſe naturale mouens finaliter.

B quaſi per ſpeciem impreſſam intellectionem profert noſtro modo intelligendi, voluntas autem non ſic, ſed propenditur ad bonum, prout eſt in ſe ipſo: quia licèt ibi non ſit cauſa finalis, ipſa tamen exiſtentia naturalis boni, quod eſt diuina eſſentia, eſt obiectum mouens voluntatem noſtro more intelligendi. Et hic commentarius conſentit cum illo proloquio tritiſsimo, quòd intellectus fertur ad verum, prout eſt in intellectu, & voluntas ad bonum, prout eſt in re ipſa. Eſt ergo verum in intellectu, & bonum in

Idem diſcrimē in intellectu, & voluntate diuina cum proportione.

Proloquium.

C rebus.

Tertia eſt ratio ſoluendi nodū hunc, quòd veritas præcipuè dicitur ea conformitas, quæ eſt intellectus conformati cum re ipſa, vt menſuratum cum menſura; conformitas verò rei cum intellectu practico minus principalitèr veritas dicitur. At verò bonum præcipuè dicitur res ipſa comparata cum voluntate; & voluntas comparata cum re ipſa dicitur minus principaliter bona. Quod S. Thomas ſignificauit,

8.

3. Explicatio, quòd verū dicatur præcipuè de conformitate intellectus cū re, bonū præcipuè de conformitate rei cum voluntate.

S. Thom.

D cum dixit, verum ab intellectu deriuari ad res, bonum autem à rebus deriuari ad voluntatem, ſcilicèt traducto nomine à principali ſignificato ad aliud ſignificatum minùs principale: & hoc bonum, quod eſt in rebus Ariſtot. definit, *Bonum eſt, quod omnia appetunt.* Quo fit, vt iudicantes hæc per id, quod eſt in vtroque præcipuum ſignificatum, rectè dicamus verum eſſe in intellectu, & bonum in rebus; etſi minùs præcipuè ſit quoq; verum in rebus formaliter, & bonum in voluntate formaliter.

Ariſt.

Minùs præcipuè eſt quoq; verū in rebus formaliter, & bonū in voluntate formaliter.

Hoc igitur ipſum penetrandū eſt, qđ

9.

Digitized by Google

Dubium.

fuit prius dubium propoſitum; quare A verum de veritate intellectus dicatur præcipuè, & bonum præcipuè de bonitate rerum? Ad hoc poteſt reſponderi, quòd verum ante operationem intellectus nullum eſt, cum verum ſit quędam relatio mente concepta; at verò ante operationem voluntatis intelligitur bonum in rebus cum voluntate collatum; & ideò ſignificatur priùs bonum in rebus, quàm in voluntate.

Reſpõſio quædam.

Reſponſio tamen iſta non ſatisfacit; nam etſi operatio intellectus antecedat voluntatis operationem, & in illa antecedentia cõferat rem cum voluntate; alterutri po- B tuit nomen boni principaliter eſſe inditum, vel rei appetibili, vel voluntati appetenti.

Refutatur.

Dicendum igitur eſſe videtur, quòd ens naturale ordine cognitionis antecedit ens intentionale: verum autem duntaxat indicat eſſe intentionale, vt docuimus; quare principalitèr conuenit intellectui: bonum autem indicat eſſe intentionale, quod eſt in voluntate; & eſſe naturale, quod eſt ratio appetendi. Ideo principaliùs inſtitutum eſt ad ſignificandum bonum, quod eſt in rebus ſecundum eſſe naturale, quod eſt ratio boni, vt mouet appetitum; C quàm ad indicandum bonum in voluntate ſecundum eſſe intentionale. Et cæteræ rationes, quibus explicauimus verum eſſe in intellectu, bonum in rebus, ad hoc etiam iuuant, vt verum principaliter dicatur de intellectu, bonum autem principaliter de rebus.

Reſolutio.

Verum duntaxat indicat eſſe intẽtionale.

Bonũ indicat eſſe intentionale, & præcipuè eſſe naturale, quod eſt ratio appetendi.

Adde alias rationes ſupra.

10. Coroll.

Ex quibus tandem colligitur, quòd bonum non eſt ens abſolutè, ſed ens inquantum exiſtens; quia ipſa exiſtentia eſt ratio formalis mouens appetitum: verum autem eſt quidditas rei, quæ etſi exiſtat, non mouet intellectum vt exiſtens, ſed vt eſt ſimplex ens. Et idcircò D S. Thomas q. 5. ſæpiùs repetit bonum eſſe idem, quod perfectum; perfectum enim eſt ens in actu, vt docuimus. Et Thomas Caietanus q. 82. art. 3. ait ea ratione obiectum intellectus eſſe magis ſimplex, quia verum eſt quidditas rei; bonum autem eſt quidditas cum exiſtentia coniuncta: quia etſi obiectum voluntatis ſit ens, ratio tamen obiecti eſt exiſtentia.

Bonum eſt ens inquãtum exiſtens.

Verum eſt ens præciſè.

S. Thom.

Caiet. in cõment. q. 82. a. 3. ait ob eã rationem obiectum intellectus eſſe ſimplicius.

11. Approbatur ratio *Caiet.*

Et verè quidem Caiet. & conſentaneè ad doctrinam S. Thom. q. 5. vt dicebamus. Sed non is eſt rectus commentarius verborum S. Thomæ in art. illo 3. q. 82. ait enim Doctor Sanctus eo loco, quòd ratio boni eſt obiectum intellectus; quòd ſi ratio boni eſt ipſa exiſtentia, erit etiam exiſtentia obiectum intellectus, & non ſola quidditas rei, quod eſt contra Caietanum eodem loco.

Impugnatur cõmentatio vt diſſona illi textui.

Aduertendum igitur eſt bonum diuidi in id, quod eſt bonum abſolutè, & id quod eſt bonum alteri: bonum primo modo eſt ſanum, cuius bonum, ſiue bonitas eſt ſanitas; ſanitas ergò, quæ eſt ratio boni, eſt obiectum intellectus, ad quod non pertinet, quòd ſanitas coniungatur cum animante; obiectum verò voluntatis eſt ſanum, hoc eſt, ſanitas coniuncta cum ipſo appetente. Et in hoc etiam indicatur, quòd obiectum intellectus ſit magis ſimplex: Quod etiam in diuina voluntate poſſumus conſiderare: quidditas enim diuina vt ſic, eſt obiectum intellectus; at verò obiectum voluntatis eſt quidditas ipſa, vt coniuncta ſecundum eſſe naturale cum ipſo appetente; nam vt ſic eſt obiectum dilectionis, & fruitionis.

Aduert.

Ratio *S. Thom.*

Sanitas v. c. quæ eſt ratio boni, eſt obiectum intellectus: ſanũ voluntatis, hoc eſt, ſanitas coniuncta cũ ipſo appetente.

Idem in Deo conſiderabile.

Doctrina autem eadem ſic explicata à Sancto Doctore illo in loco, probè etiam explanatur à Caietano diuerſo illo dicendi modo, ſcilicèt, quòd quidditas præciſa eſt obiectum intellectus; obiectum autem voluntatis eſt quidditas cum exiſtentia coniuncta: nam etſi quidditas exiſtens poſſit eſſe res cognita, hoc non pertinet ad rationem obiecti intellectus; pertinet autem ad obiectum voluntatis, quod mouet ſecundum eſſe, hoc eſt, ſecundum exiſtentiam. Et vtroque modo declaratur propria ratio obiecti voluntatis. Sed doctrina S. Thomæ argutior eſt, & magis explicat appetitus, & rationis diſcrimen.

Conuenientia vtriuſque rationis.

Ad impugnationem prout eſt contra rationẽ *Caiet.*

Quidditas licèt exiſtat, nõ mouet intellectũ vt exiſtẽs; voluntatẽ maximè.

Ratio *S. Th.* argutior, & melior.

12.

Vt autem nos ipſos reuocemus à longiori diſputatione, colligimus in hoc rectè comparari verum, & bonum, quòd vtrumque dicitur prout eſt conforme diuino intellectui, & voluntati: & in hac eadem acceptione eſt vtrumque paſſio entis. Vnde cum Ariſtot. definit bonum eſſe, quod omnia appetunt, definit bonum per appetibile, quod eſt poſterius, vt S. Thom. notauit 1. Ethic. Bonum autem, vt eſt paſſio entis, ſi rectè definiatur, ad diuinam volunta-

Ariſtot. definit bonum per appetibile quod eſt poſterius.

Digitized by Google

voluntatem referendum eſt, relatione quadam conformitatis, quę non ſit proprię relatio menſurabilis, vt dictum eſt. De bono, quod eſt proprium voluntati dicemus tom.2.

TERTIA PARS.

Quid ſit bonitas increata?

1\. Diuina bonitas eſt conformitas per idẽtitatem, &c.

RЕliquum eſt, vt de bonitate increata coaptemus ſimilia ijs, quæ de veritate prima diſputauimus. Eſt enim diuina bonitas ipſa conformitas per identitatem diuinæ eſſentiæ cum diuina voluntate.

2\. Ad prologuium ex *S. Thom.* 1. Interpretatio *Caietani.* Hic ait, per eſſentiam, vno ſenſu referri ad ſubiectum, alio ad prædicatũ.

Explicandum eſt autem id, quod docet S. Thom. q.6. art.3. & alijs in locis, quòd ſolus Deus ſit bonus per eſſentiã. Thom. Caiet. commentatur hæc verba duplici ſenſu, ſcilicèt vt, per eſſentiam, referatur ad ſubiectum, vel ad prædicatum. Si cum ſubiecto copuletur, indicari ait Deum non per accidentia adiecta, ſed per ipſam eſsẽtiam eſſe bonum. Si verò cum prædicato connectatur, ſignificari Deum bonum per eſſentiam, quaſi continentem totam rationem boni; quaſi dicamus Deum eſſe ipſum totum bonum, & non participatione bonum: neque enim hæc idem ſunt, ſed diuerſa. Nam Petrus, qui per eſſentiam ex parte ſubiecti eſt homo, quia eſſe hominem eſt eſſentia Petri; non eſt homo per eſſentiam ex parte prædicati, quaſi contineat totam naturam humanam, cuius naturæ Petrus eſt particula. Deus autem nõ pars boni, ſed totum bonum. Bonum autem per eſſentiam docet Caiet. vtroque ſenſu eſſe proprium Dei: nam quia bonum includit exiſtentiam; ſicut ſolus Deus per eſſentiam exiſtit, ita & ſolus Deus per eſſentiã eſt bonus. Quod autem ſolus Deus ſit ipſum totũ bonum, non participatione, ab omni dubio vacat.

Exemplum.

3\. Reijcitur quoad rem dialecticam. Adiectiones quæ per aduerbia declarãtur ad verbum, ſeu prædicatũ pertinent, vt modi illorum.

Hanc interpretationem Caiet. quoad omnia maximè approbamus. Sed in re dialectica non videtur probè dictum, quòd illa adiectio, per eſſentiam, coniungatur cum ſubiecto. Nam hæ adiectiones, quæ per aduerbia declarantur, ad prędicatum pertinent; quia ſunt, aut verbi, aut prædicati, quidam modi: idẽ enim ſignificamus dicentes, per eſſentiam, & eſſentialiter, cum diligentia, & diligenter. Agnoſcimus tamen duplicem ſenſum cum Caietano in illa propoſitione, Deus eſt per eſſentiam bonus, ex parte prædicati; ſi coniungatur cum verbo, aut cum prædicato: nam cum Verbo indicat cauſam conuenientiæ, ſcilicèt, quòd Deo per eſſentiam ſuam conueniat bonum; verbo enim indicatur conuenientia extremorum. Si verò coniungatur cum prædicato, ſignificat bonum non participatione; vel ſignificat non hoc, vel illud bonum, ſed etiam eſſentiam boni. Sed parui momenti eſt res illa: opinio autem Caiet. maximè placet.

Approbatur quoad duplicẽ ſenſum ly per eſſentiam.

Cum verbo, indicat cauſã conuenientiæ:

Cũ prędicato, bonũ non participatione, vel eſſentiã boni.

4\. Adnotatio *S. Thom.* Tres modi quibus ſolus Deus eſt bonus per eſſentiam.

Explicatione tamen priori notat S. Thom. quòd bonum dicitur perfectum: perfectum autem quid dicitur, aut ſecundum eſſe; aut ſecundum accidentia, & operationem; aut ſecundum finem operationis, quod eſt vltimum. Et omnibus his modis perfectum, ſiue bonum per eſſentiam, eſt proprium Deitatis attributum.

5\. Primus improbatur à *Vaſqu. diſp.* 24. ſignificans bonũ dici id ſolum quõ exiſtit. 1. ratio *Vaſq.*

Hæc S. Thomæ ſententia aliqua ex parte improbatur à quibuſdam, ſcilicèt quòd opinetur S. Thom. bonum, quod idem eſt atque perfectum, dici id ſolum, quod exiſtit: nam & res non exiſtentes eſſe bonas aiunt, & per eſſentiam bonas; ſicut & per eſſentiam ſunt entia: bonum enim cum ente conuertitur. Præterea, quia etiam in rebus creatis eſſentia, & exiſtentia ſunt idem; quare & res creatæ per eſsentiam exiſtunt, & bonæ ſunt. Credunt etiam res non exiſtentes amari à Deo, quæ non amarentur, niſi eſsent bonæ. Denique ipſam eſsentiam creatam eſse integram ex ſuis partibus, ſaltem compoſitione rationis conſtantem; integrum autem, & bonum idem eſse. Alijs ergo modis ſolum Deum eſse aiunt per eſsentiam bonum, ſcilicèt bonitate, quę aduenit per accidentia, operationem, & finem; quæ in ſolo Deo ſunt ipſa eſſentia. Et adhuc ſolum Deum eſse bonum per eſſentiam; ſi verbo, eſt, ſignificatur exiſtentia: ſi verò verbo, eſt, deſignetur ſola connexio extremorum, etiam res creatas eſse bonas per eſsentias ſuas, cum eſsentiæ bonæ ſint.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Duo modi *Vaſq.* quib' ſolus D.', &c. Primus. Secundus.

7\. Caput præſentis quæſtionis

Hoc autem eſt caput quęſtionis iſtius, quomodo bonum dicatur de ſolis exiſtentibus (eſt enim bonum vnumquodque ſecundum quod exiſtit) &

& tamen ſit paſsio entis; cum tamē nomine entis etiam non exiſtentia comprehendamus.

7. 1. Aduert.

Ens in conceptu cōmuni neque ſimpliciter, neq; ſecundum quid conſideratur, ſed abſolutè.

Aduertendum eſt autem, quòd in conceptu communi, & abſtracto conueniunt multa, de quibus id quod eſt commune non dicitur ſimpliciter, ſed ſecundum quid; id autem quod eſt cōmune, communi illo conceptu, neque ſimpliciter, neque ſecundum quid conſideratur, ſed abſolutè; vt ens, quod de ſubſtantia dicitur ſimpliciter, de accidente ſecundum quid.

8. 2. Aduert.

Antichriſtus ſimpliciter dicitur ens abſtractione formali, non conſiderā do quod eſt in potentia.

Adhuc conſiderandum eſt, quòd ens dicitur de ente in potentia ſecundum quid, de ente verò in actu ſimplicitèr dicitur; ſed abſtractione quadam intellectus, de ipſo ente in potentia, non conſiderando quòd eſt in potentia, dicitur ſimpliciter quòd ſit ens, vt Antichriſtum dicimus eſſe quoddā ens, ſicut dicimus Antichriſtum eſſe hominem, & ſubſtantiam. Paſsiones igitur entis eodem modo dicuntur de omni ente, ſiue in actu, ſiue in potentia; & ſimiliter de ente in actu dicuntur ſimpliciter, de ente verò in potentia dicuntur ſecundū quid.

9.

Non tamē ſimpliciter dicitur verum, aut bonum, ſed ſecū dum quid.

Hæ paſsiones ſunt minus abſtractæ ab eſſe extra cauſam.

Hæ tamen duæ paſsiones entis, verum, & bonum, quia addunt enti conformitatem ad diuinum intellectum, & voluntatem, ſunt minùs abſtractæ abſtractione formali; quia indicant rem extrà cauſam; & ideo non dicuntur ſimpliciter de ijs, quæ non exiſtunt, ſed ſecundum quid; verbi gratia, ſimplicitèr dicimus Antichriſtum eſſe ens quoddam; quia nomine Antichriſti non ſignificatur, quòd ſit ens in potentia, & nomine entis non ſignificatur, quòd ſit ens in actu; ſed non dicimus Antichriſtum eſſe ens verum, aut ens bonum, niſi ſecundum quid, ſcilicèt verum in potentia, & bonum in potentia. Quæ eſt ſententia Caiet. eodem loco. Ratio autem præſtò eſt; quia etſi nomine Antichriſti non ſignificetur, quòd ſit ens in potentia: nominibus tamen veri, & boni indicatur, quòd ſit ens extra cauſam, ſcilicet, conforme cum intellectu, & voluntate diuina; niſi ſit ipſum primum ens, quod per identitatem eſt verum, & bonum. Et propter hanc relationem indicatam nomine veri, aut boni aduertit animus, & recuſamus dicere Antichriſtum verum, aut bonum, niſi ex-

Caiet. Ratio.

A plicemus in potentia verum, aut bonum. Et hoc comprobatur communi hominum ſermone, & ſenſu; neque enim dicimus bona poma, quæ adhuc non ſunt in arbore, aut vera poma, quæ nulla exiſtunt. De bonis autem pomis nonnunquam diſputamus, vt de futuris, aut poſsibilibus.

10.

Cōſectarium. Solus Deus eſt bonus per eſſē tiam ſimpliciter, & abſolutè: Creatura per eſſentiā bona ſecūdum quid tantum.

Neque eſt aliquid abſurdi, quòd de eo, de quo dicitur ens ſimpliciter, dicantur paſsiones entis ſecundum quid; quia in paſsionibus entis eſt conceptus minùs abſtractus, vt docuimus. Quare B ſolus Deus eſt bonus per eſſentiam ſimpliciter, & abſolutè: res autem non exiſtentes ſunt per ſuas eſſentias bonæ, ſecundum quid ſcilicèt; quia conſiderantur, vt habentes eſſentias, quibus debitum eſt eſſe; in quo conſiſtit ratio boni.

11. 2. Interpretatio facilior.

In ea res nō exiſtētes ſunt ſimpliciter bonæ.

Altera explicatio eſt facilior; quòd ratio quidem boni ſit exiſtentia; ſed ordo ad exiſtentiam ſatis eſt, vt aliquid dicatur bonum ſimpliciter: quare res nō exiſtentes ſunt ſimpliciter bonæ, vt aptæ ſunt exiſtere poteſtate cauſæ, quod lib. 4. declarabimus. Sed adhuc ſolus C Deus eſt per eſſentiam bonus; ita vt per eſſentiam, ſignificet cauſam exiſtentiæ, in qua eſt ratio boni: ſolus ergo Deus eſt per eſſentiam bonus, quia ſolus per ſuam eſſentiam tanquā per cauſam exiſtit, cui nulla eſt cauſa exiſtendi. Creaturę autē etſi ſint bonæ, quia exiſtunt, ſiue quia ſunt aptæ exiſtere; tamen neq; exiſtentiam, neque aptitudinem ad exiſtendū habent ab eſſentia ſua, vt à cauſa. In ſenſu ergo cauſali ſolus Deus per eſſentiam exiſtit, & bonus eſt. Quod etiam ijs, qui putant eſſentiam creatam non diſtingui ab exiſtentia, confitendū eſt: cum Catholicè doceant exiſtere res creatas per cauſam primam, & non D per ſuas eſſentias, vt cauſam. Prior tamē explicatio magis probatur, quia exiſtimamus res non exiſtentes, etſi dicantur ſimpliciter entia, non dici vera, & bona, niſi ſecūndum quid.

Sólus Deus per eſſentiā exiſtit & eſt bonus, in ſenſu cauſali.

Prior interpretio præfertur.

12. Obiectio contra illam.

Occurrit tamen adhuc dubium; nam eſſentia creata prius naturâ producitur extra cauſas, quàm exiſtat, vt lib. 5. docebimus; eſſentia ergò producta, iam erit vera, & bona per eſſentiam, ſiquidē eſt conformis intellectui, & voluntati diuinæ. Reſpōdetur negando conſequētiam, quia exiſtētia eſt terminus productionis,

Reſponſ.

Digitized by Google

Eſſentia producta extra cauſas ante exiſtẽtiam, eſt cõformis quaſi in via, & in fieri.

ctionis, & complementum diuinæ artis; & ita ſecundum eſſe conformantur res intellectui, & voluntati diuinæ: eſſentia verò extra cauſas eſt cõformis quaſi in via, & in fieri, vt aiunt. Verum ergò, & bonum ſimpliciter eſt, quod exiſtit.

13. Ad 1. rationem *Vaſq.*

Quæ autem obijciebantur, facilè refringuntur. Explicauimus enim, quo modo paſsiones entis conuertantur cum ente, non tamen de omni ente dicantur ſimpliciter. (Ad ſecundam.) Quòd autem aiunt rebus creatis eſſentiam, & exiſtentiam eſſe idem, falſum exiſtimamus, vt dicemus lib. 4. (Ad tertiam.) Et illud alterum, quòd res non exiſtentes amentur à Deo, reiecimus lib. 2. (Ad quartam.) Et hac diſputatione oſtendimus bonum non eſſe idem, quod integrum; neque perfectum dicitur quòd non exiſtit; perfectum enim, & bonum idem eſſe dicimus, hoc eſt, æqualiter dici, & conuerti.

14. In 2. modo ſupra adducto *Vaſq.* ſibi repugnans oſtẽditur.

Quòd autem aiunt Deum ſolum eſſe per eſſentiam bonum, ſi verbum, eſt, ſignificet exiſtentiam; diſſentit ab ipſorum ſententia, qui eſſentiam aiunt non diſtingui ab exiſtentia: conſequens enim eſt, vt & res creatæ per eſſentiam exiſtant bonæ; ſiquidem per eſſentiam exiſtunt, & per eſſentiam ſunt bonæ. Creaturas autem eſſe bonas per eſſentiam in nullo ſenſu iudico eſſe verum; niſi dicantur bonæ ſecundum quid, ſcilicèt quòd illis eſſentia ſit, cui debitum eſt eſſe, & bonum, quod in ipſo eſſe ſitum eſt. Quare doctrina S. Thomæ magis concordat cum Theologorum proloquio, quòd ſolus Deus per eſſentiam ſit bonus. Et hoc idem ſentit S. Anſel. mon. cap. 1. *Illud* (inquit) *eſt ſummum bonum, quod ſolum eſt per ſe bonum.* Creaturæ ergo non ſunt per ſe bonæ. Et firmatur auctoritate S. Auguſt. Pſal. 134. dicentis ſolum Deum eſſe ſe ipſo bonum, creaturas verò eſſe alio bono bonas. Solus ergò Deus per eſſentiam, per ſe, & ſe ipſo eſt bonus.

Creaturæ in nullo ſẽſu per eſſentiã bonæ, niſi ſecundum quid.

S. Thom. *S. Anſelm.* *S. Auguſt.*

QVARTA PARS.

Quid ſit perfectum, & perfectio?

1. Nomen perfectum à perfectione.

Reliquum eſt, vt de ratione perfecti diſſeramus, quid ſit perfectum, quidve perfectio ſit, elucidantes. Principio igitur negandum non eſt, quòd nomen hoc, perfectum, à perfectione dicitur, & eam eſſe perfectionem, quâ aliquid perfectum eſt: idemque ſignificati per hæc nomina, modo ſignificandi diuerſo; quia alterum eſt abſtractum, alterum concretum. Si autem attendatur nominis inſtitutio, perfectũ eſt quaſi peractum, & perfectio eſt ipſa actio perficiens: & ita perfectum opponitur inchoato, quod nondum perfectum eſt, & perfectio contraria eſt inchoationi. Quia verò in operibus noſtris ea dicimus perfecta, quibus adhibuimus vltimam manum, ita vt nihil ſuperſit efficiendum, vſu loquentium deriuatum eſt nomen ad ſignificandum id, cui nihil deeſt: qua ſignificatione perfectio quoque eſt vltimus rei actus ad eius præſtãtiam, & nobilitatem attinens. Ea quippè dicuntur deeſſe, quæ deſiderantur; & rei cuilibet illud deeſt, quod eius excellentiam, & bonitatem augeret, ſi adeſſet. Perfectum ergo id eſt, cui nihil deeſt, eorum ſcilicèt, quę rem nobilitant: perfectio autem eſt id, quod affert rei nobilitatem, & pręſtantiam, quod ipſum pręſtat hãbere; quod ſi non habeatur, deſideratur, & deeſt. Et hæc omnia perſpicua ſunt ex ipſo hominum ſenſu, & animorum informatione. Eſt autem perfectio nomen æquiuocum, aliquando enim ſignificat actionẽ, qua aliquid perficitur; aliquando materialiter (vt aiunt) ſignificat rem ipſam, quam vocamus perfectionem; formaliter verò neceſſe eſt, vt aliquid addat rebus quæ dicuntur perfectiones, & illud adiunctum quid ſit, inueſtigandum eſt.

Significatio horum nominum ex primaria inſtitutione.

Significatio ex vſu loquentiũ.

Perfectũ quid?

Perfectio quid?

2. 1. Conſectariũ. Perfectio eſt quid cõueniẽs rei.

Illud autem per hæc dicta præſertim probatum eſſe cupimus, non eſſe rei perfectionem, niſi id, quod rei expedit, & accommodatum eſt. Quamobrem Ariſtot. 5. Metaphyſic. text. 21. ait metaphoricè dici bonum, aut perfectum furem, quod refert S. Thom. 1.2. q. 55. art. 3. ad 1. nam in furto, quod homini minimè conuenit, perfectio nulla eſt, niſi per metaphoram, vt homo pictus dicitur homo. Quod rectè quidem notauit Michael Palat. in 1. d. 16. q. 2. dicens, perfectionem oportere eſſe ad naturam accommodatam. Calor igitur in aqua non eſt perfectio aquæ, ſed eſt ſimpliciter imperfectio; eſt tamen perfectio ſecundũ aliquid, ſcilicèt ſecundum materiã, quæ per omnẽ formam perficitur:

Ariſtot. *S. Thom.* *Palat.*

Calor in aqua ſimpliciter imperfectio.

Digitized by Google

Omnis forma, aut operatio eſt ſecundũ aliquid perfectio rei in qua eſt, vt furtum, calor, &c.

omnis ergò forma, aut operatio eſt ſecũdũ aliquid perfectio rei, in qua eſt; quia ipſum furtũ, non vt peccatum eſt, ſed vt eſt operatio ad obtinendas diuitias, eſt perfectio furis; & ita dicitur perfectus fur, qui valet peritia furandi, & compilandi aliena.

3.
2. Conſectariũ valdè notadũ.
Perfectio eſt quæ actu exiſtit.

Secundum conſectariũ eſt, quòd perfectio dicitur ea, quę actu exiſtit: quæ enim non exiſtit, deeſt: perfectum autẽ eſt, cui nihil deeſt. Quare neceſſe omninò eſt ad rationem formalem perfectionis, quòd actu inſit: ſcientia ergo, quam poſſum habere, non eſt perfectio; quia nondum in me eſt: & ſcientia in potentia non eſt perfectio; benè tamen potentia ad ſciendum iam exiſtens, ſcilicet intellectus, quem poſſum imbuere ſciẽtia, perfectio mea eſt. Et hoc docet S. Thomas 1. p. q. 4. art. 1. ad 1. & art. 2. clariùs, videlicèt quòd nulla ſit perfectio, niſi ſecundum exiſtẽtiam, quod eſt valdè obſeruandum.

S. Thom.

4.
3. Conſectariũ.
Perfectum explicatur per negationem, ſed non ſignificat negationem.
In ente nihil deeſſe, ſeu nihil non adeſſe, eſt omnia adeſſe.

Tertium eſt, quòd licèt perfectum explicetur per negationẽ, eò quòd perfecto nihil deeſt; non tamen ſignificat negationem: nam verbum deeſſe idem eſt, ac non adeſſe: nihil autem non adeſſe, eſt omnia adeſſe; ſicut non eſſe cæcum eſt eſſe videntem in animante: ita & in ente nihil deeſſe, omnia adeſſe ſignificat. Et hæc fuit cauſa nonnullis exiſtimandi aliquas perfectiones ſolam negationem ſignificare; quas perfectiones dicunt trãſcendentes, de quibus poſteà commodiùs poterimus diſputare.

5.
4. Conſectariũ.
Perfectum habet rationẽ vltimi.

Quarto loco colligimus perfectionẽ ſignificare id, quod eſt vltimum; id enim dicitur perfectum, cui nihil deeſt, cui ſcilicet nihil deeſt, quod adijci oporteat, ita vt non procedat vltra. Id autem eſt vltimum, quo nihil eſt vlterius; nam ſi adhuc vltra procedit, non eſt perfectum, ſed imperfectum, ſiue inchoatum. Et idcircò S. Thom. docet, quòd perfectum habet rationem vltimi; vltimum autem, etſi explicetur per negationem, ſcilicet quo nihil eſt vlterius, ſignificat tamen formaliter relationem vltimi ad priora; ſicut primum explicatur per negationẽ, quo nihil eſt prius, ſignificatque reſpectum ad poſteriora. Igitur in definitione perfectionis formaliter non eſt vlla negatio.

S. Thom.
Vltimum, & primum explicantur per negationes, ſed ſignificant relationes.

6.
5. & vltimum Cõſectarium.
Perfectum ſimpliciter eſt, cui nihil deeſt eorum, &c.

Poſtremum eſt hoc, quod ſequitur, perfectum ſimpliciter id eſſe, cui nihil A deeſt eorum, quæ ex omni parte ad rei præſtantiam exiguntur: at verò ex parte quadam, & ſecundum aliquid perfectum id eſt, cui ſaltem eſſe non deeſt; id videlicet quod exiſtit, perfectum dicitur vtcunque: vt improbus homo perfectus eſt, quoad eſſe humanum, quia conſtat anima, & corpore; & minimus calor perfectus eſt, quoad eſſe, quia vtcunque eſt calor: non tamen abſolutè, at ſimpliciter homo improbus homo perfectus eſt, neque minimus calor perfectus calor, vt liquet. Hinc oritur B diſtinctio illa apud S. Thom. frequens, quòd forma ſubſtantialis eſt prima perfectio, operatio autem, & finis eſt perfectio ſecunda: quia forma ſubſtantialis dat eſſe eſſentiale, operatio autem, & finis eſſe accidentale; neque tamen forma ſubſtãtialis eſt prima perfectio, hoc eſt, maxima, ſed eſt ordine prima.

Perfectum ſecundũ aliquid eſt, cui ſaltẽ eſſe non deeſt.
Explicatur exemplis.

S. Thom.
Forma ſubſtãtialis non eſt prima perfectio, hoc eſt, maxima, ſed eſt prima ordine.

7.
Perfectũ ſimpliciter in reb' creatis non eſt vt ſic, ſimpliciter ens, ſed eſt ſecundum accidens.

Quare monitos nos eſſe opus eſt, id quod eſt ſimpliciter perfectum in rebus creatis non eſſe, vt ſic, ſimpliciter ens: eſt enim homo ſimpliciter perfectus per accidentia, quibus non eſt ſimpliciter ens, ſed vel eſt quantus, vel qualis, vel relatus; homo enim per humanitatem C eſt ens, & exiſtit; per muſicam autem nõ eſt ens, ſed muſicus, quod eſt eſſe ſecundum aliquid; neque enim exiſtit per muſicam, ſed exiſtit muſicus. Eſt ergo eſſentia prima perfectio, & accidens ſecunda perfectio.

8.

Perfectum autem ſimpliciter adhuc pluribus modis accipitur; perfectum enim eſt, cui nihil deeſt, ſcilicet eorum, quæ rei cõueniunt. Et quoniã res creatæ definitæ ſunt, omnia conueniunt rebus creatis in quadam commenſuratione; ſuis enim terminis, & finibus determinata eſt perfectio rerũ iuxta id, quod D docet S. Auguſt. lib. de natura boni cap. 3. omnia condita eſſe ſecundum modũ, ſpeciem, & ordinem; modus eſt in principijs, & cauſis rerum, quæ definita ſunt: ſpecies æſtimatur ex forma, quæ dat eſſe ſpeciei: ordo eſt ad finem per inſtrumenta, ac media neceſſaria. Et hoc idẽ interpretamur ex illo loco Sapient. 11. *Omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti.* In menſura, ſcilicèt in principijs, & cauſis definitis: in numero, ſcilicet in ſpecie, quæ eſt quaſi numerus; quia quicquid additur, mutatur ſpecies: in pondere, ſcilicèt

S. Auguſt.
Perfectio rerũ creatarum finita eſt ſuo modo, ſpecie, & ordine.

Sapient.
Explicatur.

in

In hoc ſenſu, ſubſtantia perfecta.

in ordine ad finem. Dum igitur dicimus ſubſtantiam perfectam, intelligimus nihil illi deeſſe, neque principiorum, quibus conſtat, neque accidentiũ, quibus deſtinatur in finem;& ita eſt perfecta, non ſolùm ſecundum formam, quę dat ſpeciem, ſed etiam ſecundum extranea, vt accidentia, & cauſas. Quoddam autem accidens eodem modo perfectũ dicimus; vt perfectam ſapientiam, cui neque deſunt principia neceſſaria, neq; cætera extrà eſſentiam ſapientiæ, quæ quaſi accidunt, vt quòd ſit circa plurima, quòd ſit maximè euidens.

Quoddam accidens perfectum.

9. Perfecti ſimpliciter prima diuiſio. Aliud in genere ſuo, aliud etiã extra genus ſuum.

Eſt igitur perfectum ſimplicitèr multiplex, & varium; aliud enim eſt perfectũ in genere ſuo, vt perfectus homo, cui nihil deeſt ad humanitatis ornamentum; aliud verò perfectum etiã extra genus, vt Deus Beatiſsimus, cui nihil deeſt, quia in eo ſunt omnes perfectiones, & ſingulæ ſunt infinitæ. Ad quod pertinet Ariſt. ſententia 5. Metaph. text. 12. perfectum ſimplicitèr id eſſe, in quo ſunt omnes nobilitates repertę in omnibus generibus. Et Commentator apud S. Thom. in 1. d. 2. q. 1. art. 2. affirmat illud perfectum eſſe Deum Optimum, quod indicauit S. Dionyſ. de diuinis nominib. cap. vlt. *Deus* (inquit) *dicitur perfectus, vt omnia in ſe comprehendens.* Deindè perfectum ſimplicitèr, aliud eſt ſecundũ ſpeciem, aliud accidens ſpeciei; vt homo perfectus, cui nihil deeſt, quod hominem deceat; Philoſophus autẽ perfectus poteſt eſſe homo improbus. Eſt ergo homo perfectus ſecundum ſpeciem ſuam, qualem Deus Adam condidit omni perfectione ornatum: eſt autem ſecũdum accidens perfectus Philoſophus, etiamſi ſit homo improbus. Denique aliud eſt perfectum ſimplicitèr ſecũdum ſtatum ſuũ, & aliud abſque adiectione, aut conditione ſtatus, perfectum; vt homo mortalis perfectus dicitur, qui comparauit virtutes purgati animi, vt ait S. Thom. 1. 2. q. 61. ar. 5. in quo tamen ſunt aliquæ imperfectiones: ſtatus autẽ huiuſmodi omninò perfectus eſt; quia ſecundum conditionẽ hominis mortalis ornatiſsimus eſt, & nihil illi deeſt. At verò ſinguli angeli beati ſecundum ſpeciem ſuam perfecti ſunt abſolutè; nam etſi quiſque perfectior eſſe potuerit, quàm eſt, nihil tamen illi deeſt ſecũdum modum, ſpeciẽ, & ordinem à Deo Optimo præſcriptũ.

Ariſt.

Cõmẽt. apud S. Thom.

S. Dionyſ.

Secunda. Aliud ſecundum ſpeciem, aliud accidẽs ſpeciei.

Tertia. Aliud ſecundum ſtatũ ſuũ, aliud abſq; adiectione, aut conditione ſtatus.

S. Thom.

A Thom. Caiet. 1. p. q. 4. art. 1. docet id eſſe perfectum ſimplicitèr, quod habet optimum modum entis. Id ergo, quod eſt in cauſa, imperfectum eſt; quia eſt in potentia: quod autem exiſtit extra cauſam, iam actu eſt, & perfectum, quodam tenùs modo, ſed non ſimplicitèr. Illud autem, quod poteſt producere aliud ſibi ſimile, ſimplicitèr perfectum eſt; quia hic modus entis optimus eſt, iuxta illud quod ait Ariſtot. lib. 4. Metaph. tex. 19. perfectum id eſſe, quod poteſt aliud facere, quale ipſum eſt. Sed hæc explicatio perfecti non probatur, tum eò quòd explicat perfectum per optimum; perfectũ autem antecedit bonum, & optimum; & nihil oportet definiri per id, quod eſt poſterius: B tum quia poſſe producere aliud, non eſt modus entis, ſed accidens, vt homini adulto aduenit poteſtas generandi, & non immutatur modus exiſtentis in forma ſubſtantiali; in quibuſdam verò poteſtas non diſtinguitur à forma, vt minimus calor poteſt producere ſimilẽ, qui tamen non eſt perfectus: tum vel maximè, quia ſunt quædam perfecta ſimplicitèr, non propter operationem, quã exerceant, ſed quia ſunt proxima fini; vt eximia pulchritudo perfecta eſt ſimplicitèr, & tamẽ non poteſt producere aliã C pulchritudinem. Ariſtot. autem non definit perfectum, ſed oſtendit quandam perfectionem eorum, quæ ſunt perfecta, vt poſsint facere alia ſimilia ſui. Eſt ergo ſimplicitèr perfectum, cui nihil deeſt ſecundum modum, ſpeciem, & ordinem; ſcilicèt ſecundum cauſas, formam, & finem; & ita pulchritudo excellens perfecta eſt, & minimus calor non eſt perfectus; licèt pulchritudinis nulla ſit operatio, & caloris minimi aliqua operatio ſit.

10. Explicatio pfecti tradita à Caiet.

Ariſt.

Hæc explicatio refutatur 1. Perfectum antecedit bonũ, & optimum.

Refutatur 2.

Tertiò.

4. & præcipuè.

Ad Ariſt.

Vera explicatio perfecti.

Oportet autem aduertiſſe, nòn dici perfectũ ſimplicitèr id, quod habet aliquam perfectionem ex iis, quæ dicuntur D ſimplicitèr perfectiones, de quibus diſputauimus lib. 1. nam intellectus eſt perfectio ſimplicitèr; homo autẽ intellectu præditus non eſt perfectus ſimplicitèr, ſi alia deſint. Quare non eſt argumentum à coniugatis, Petrus habet perfectionem ſimplicitèr; ergo eſt perfectus ſimplicitèr. Quia perfectum ſimplicitèr non ſignificat id, quod habet perfectionem aliquam ex illis, quæ dicuntur ſimplicitèr; ſed ſignificat id, quod in ſua ſpecie habet omnes perfectiones.

11. 1. aduert. Perfectũ ſimplicitèr nõ ſignificat habens perfectionem ſimplicitèr. Oſtenditur.

Digitized by Google

12. 2. aduert. maximè.

At verò ad finem huius cap. maximè A obſeruandum eſt, quòd cum perfectio plura requirat, ſcilicèt exiſtentiam, conuenientiam, & rationem vltimi; exiſtentia eſt quaſi conditio perfectionis realis, ſine qua perfectio non eſt: conuenientia videtur eſſe res ipſa per nomen ſignificata, non abſolutè, ſed per modum vltimi. Perfectio ergo eſt res quæpiam exiſtens rei, in qua eſt, probè conueniens, non vt procedens ad aliud vlterius, ſed potiùs vt vltimum. Sicut igitur principium deſignat relationem quãdam formalitèr, ſcilicèt eius à quo eſt aliud, ſed ab etymologia nominis indicat ſimùl, quòd illud ſit primum, vt cum S. Thom. B docuimus lib. 2. ita etiam perfectio ſignificat rem, ſiue formam conuenientem; ſignificat, inquam, formalitèr conueniẽtiam, ſed ex nominis notatione, ſiue etymologia indicat ſimul quid vltimũ: perfectum enim, hoc eſt, peractum deſignat vltimum. Itaque relatio vltimi eſt nomini adiuncta, nõ formalitèr ſignificata.

Exiſtentia eſt conditio perfectionis realis. Conuenientia eſt res ipſa per modũ vltimi. Definitio perfectionis. Explicatur exemplo principij.

13. 3. aduert. Nomine perfectionis non ſignificatur relatio conuenientiæ, & vltimi in recto, ſed in obliquo Probatur 1. *ex S. Thom.*

Adhùc verò aduertendum eſt, quòd perfectio non ſignificat cõuenientiæ relationem in recto, & præcipuè: eſt enim perfectio ipſa forma, & actus perficiens, vt S. Tho. docet 1. p. q. 4. & aliàs ſæpiùs: nomina autem abſtracta in recto, & præcipuè ſignificant ea, pro quibus ſupponuntur: & idcircò ſi perfectio ſignificaret in recto relationem conuenientiæ, C ipſa relatio conuenientiæ eſſet forma cõueniens, quod eſt abſurdum. Prætereà perfectum eſt id, quod habet perfectionem; quòd ſi perfectio eſſet ipſa conuenientia, perfectum diceremus, quod habet conuenientiam, ſcilicèt, quod eſt cõueniens. Dicimus autem perfectum, non quod eſt cõueniens, ſed quod habet formam conuenientem.

Secundò.

14. Ratio igitur nõ perſuadet modò, ſed D cogit conſiteri, quòd nomen, perfectio, ſignificat in recto, & præcipuè rẽ ipſam, ſiue formam conuenientem; & in obliquo indicat relationem conuenientiæ, & relationem vltimi: illam priorem deſignat ex proprio nominis inſtituto; poſteriorem verò relationem, ſcilicèt vltimi indicat propter nominis etymologiam. Eſt autem iſta relatio cum illa cõiuncta, quia forma (vt docuimus) non dicitur perfectio, niſi ſecundum eſſe, quatenùs exiſtit; eſſe autem eſt vltimũ cuique rei: & ita perfectio eſt vltimũ, & conueniẽs.

Prior relatio ſignificatur propter nominis inſtitutionem: poſterior propter etymologiam. Hæ inter ſe cõnexæ ſunt.

Quòd ſi dicas relationẽ vltimi eſſe præcipuam in definitione perfectionis. Occurrendum eſt: forma enim quæ non cõuenit, habet rationem vltimi, quatenùs exiſtit; & tamen non eſt perfectio, quia non conuenit: ergo ratio formalis perfectionis ſita eſt in relatione conuenientiæ; quæ eſt quædam relatio rationis, vt docuimus de natura boni differentes.

Ratio formalis & præcipua perfectionis nõ eſt ſita in relatione vltimi, ſed in relatione conueniẽtiæ. Oſtenditur.

15. Ad hunc modũ de ijs, quæ perfectioni ſunt ſimilia, ſentiendum. Excellentia enim addit perfectioni relationem excellentis, quæ eſt relatio cuiuſdam exceſſus inter plura, ſi menſurentur: dignitas verò addit perfectioni ſimilem quãpiam relationem. Quocircà definitur à S. Thom. in 3. d. 35. q. 1. art. 4. quæſtiuncula 1. quòd dignitas ſit bonitas alicuius propter ſeipſum: dignitas autem non eſt idẽ, quod bonitas, ſed antecedit; id enim quod dignum, bonum eſt; eſt enim dignũ id, quod æſtimabile eſt: rationis autem eſt æſtimare, & ponderare res; ſed quia dignum eſt propter ſe appetibile, definitur per bonum, quod eſt appetibile. Huiuſmodi ergo nomina quouis modo varientur in hoc ſunt ſimilia, quòd ſignificant rem aliquam conuenientem in recto, & relationem conuenientiæ, ſiue excellentiæ in obliquo.

Similitèr explicatur excellentia, dignitas, &c.

Dignitas definitur à S. Thom.

Nõ definitur per æſtimabile, ſed per bonum, quod eſt appetibile.

CAPVT VIII.

Argumenta refelluntur.

1. QVòd bonum non ſit paſsio, ſiue affectio entis, probatur primũ, quia ſunt entia, quæ non ſunt bona, vt materia prima, quæ non videtur poſſe numerari inter bona; bonum enim eſt perfectum, vt docuimus; perfectum autem dicitur ab actu, vt colligitur ex Ariſt. 2. de Anima cap. 1. & 3. Phyſ. cap. 1. & 2. materia autẽ eſt pura potentia expers omnis actus; ergo non eſt bona. Entia quoque mathematica nõ eſſe bona affirmat Ariſt. 3. Metaph. cap. 2. Relationes etiã diuinæ perſonales ſunt res veræ, & tamẽ non videntur eſſe bonæ; quia vna eſt diuina bonitas, & non tres bonitates; ſunt ergo entia, quæ non ſunt bona: non eſt igitur bonum enti adæquatum. Et confirmatur, quia ſunt viceuerſa quædam bona, quæ non ſunt entia, eſuries enim, paupericſque ſunt priuationes entis, & entia non ſunt; ſunt tamen bona, dicẽte Domi-

1. argum. Ariſtot. Idem. Confirm.

Matth. 5. Domino, *Beati pauperes*, *Beati qui eſuriunt*: imò ipſum non eſſe eſt bonũ, iuxta verbum Domini de Iuda, cui bonum eſſet non fuiſſe. Dignitates etiam humanæ non ſunt vera entia, & tamen ſunt bona. Et hæc omnia habent rationem finis, quę eſt ratio boni. A

2. Argumẽta pro *Heruæo.* Secundum. Auctoritas *S. Auguſt.* Ratio 1.

Secundò probatur, quòd bonum ſit quid abſolutum, quæ eſt ſententia Heruæi. Nam auctoritate S. Auguſt. lib. 7. de Trinit. cap. 5. bonum dicitur ad ſe; quod autem ad ſe dicitur, eſt abſolutum. Et probatur ratione, quia Deus eſt per eſſentiam bonus, non eſt autem per eſſentiam relatus; ergo ratio formalis boni B eſt abſoluta. Secunda. Et hoc idem probatur; quia bonitas Dei eſt cauſa rerum, dicente S. *Idem.* Auguſt. lib. 1. de doctr. Chriſt. c. 32. quia Deus bonus eſt, nos ſumus. Et *S. Dionyſ.* S. Dionyſius lib. 1. de diuinis nominib. c. 4. bonũ eſſe ait diffuſiuum ſui: quod etiã ad cauſam pertinet: igitur ſi bonum diuinũ formalitèr eſt relatio, quæ relatio boni in Deo non poteſt eſſe realis, cum ſit eiuſdem ad ſe ipſum, conſequitur, vt à relatione rationis pendeat vniuerſum, ſcilicèt à bonitate Dei.

3. Tertium. C

Tertiò idem probatur, quia bonum formalitèr eſt id, quod appetimus, & audito nomine boni inſita vi appetẽdi excitatur voluntas; id autem, quod formalitèr appetimus in rebus, ſunt res ipſæ abſolutæ; at verò relationem etiam realem, ferè nullus appetit: ergo bonũ formalitèr eſt abſolutum. Confirm. Et confirmatur, quia bonitas rei eſt eius perfectio; perfectio autẽ præcipua abſoluta eſt, & relatio vix eſt perfectio: ergo bonum eſt quid abſolutum, aut ſaltem abſtractũ ab abſoluto, & relato.

4. Quartum.

Quartò: Malum eſt priuatio boni, vt conſtat; ſed non eſt priuatio relationis; D ergo bonum formalitèr non eſt relatiuũ, ſed abſolutum quid.

5. Argumẽta pro *Soar.* Quintum.

Quinto argumẽto comprobatur opinio alia, quòd bonum, ſi quam relationẽ indicat, non ad appetitũ refertur. Nam bonum dicitur relatiuè ad id, cuius eſt bonum: non autem dicitur bonum voluntatis, ſed bonum illius rei, cuius eſt perfectio, vt ſciẽtia eſt bonum hominis, & eſt bonum intellectus; bonum autem voluntatis eſt iuſtitia, & charitas: ergo bonum, vt eſt affectio entis communis; nõ refertur ad appetitum, ſed ad id ſubiectum, cui conuenit.

6. Sextum.

Sextò idem probatur: quod enim eſt bonum vni, eſt malum alteri; quæ diſparitas accidit propterea quòd eadẽ forma vni conuenit, alteri eſt incommoda; vt nimius calor nocet homini, & conſeruat ignem, quia conuenit illi; ergo in ipſa conuenientia cum ſubiecto collocanda eſt ratio boni. Confirmatur ex Auctore librorũ de cauſis. Et cõfirmatur illa ſententia Auctore lib. de cauſis, quòd bonũ dicitur per informationem, ſcilicèt prout eſt forma conueniens ſubiecto.

7. Septimum.

Septimò adhùc idem probatur: res enim eſt appetibilis, quia bona; quare ipſum bonum antecedit relationem appetibilis, & eſt eius quaſi cauſa; nihil autem videtur antecedere, niſi ipſa rerum conuenientia; cum ergo conuenientia hæc ſit cauſa appetibilis, & nihil aliud cernatur ante relationem appetibilis, quòd ſit eius cauſa, ipſa conuenientia eſt formalis ratio boni. Confirm. Et confirmatur argumento petito à diuiſione boni: dicitur enim bonum honeſtum, quod eſt conueniens naturæ rationali, delectabile autẽ, quod eſt conueniens naturæ ſenſibili; ergo conueniẽtia diſtincta diſtinguit vtrũque bonum; quia ſcilicèt eadem eſt ratio conuenientis, & boni.

8. Octauum.

Octauò probatur, quoniam bonum, vt refertur ad voluntatem, habet rationem finis, vt S. Thom. docet, & nos anteà declarauimus; ſed finis, vt antecedit voluntatem, non eſt exiſtens, bonum autem eſt in rebus exiſtens: ergo ratio boni non eſt ad voluntatem referenda. Confirm. Et confirmatur, quia res eſt bona, etiã dum non expetitur; ergo ſine hac relatione ad appetitum conſtat ratio boni.

9. Nonum.

Nonò: Id, quod eſt finis ſub vna ratione, eſt quoque medium ſub alia: medium autem habet rationem vtilis; finis verò honeſtum eſt, aut delectabile: ſunt ergo plures bonitates in re vna, ſiquidẽ bonitas rei conſideratur in ratione medij, & finis.

10. Vltimum.

Poſtremò arguitur cõtra id, quod diximus, bonum eſſe præcipuè in rebus; nam bonum, vt eſt in rebus, eſt menſura voluntatis; ratio autem menſuræ videtur eſſe minùs præcipua, quàm ratio mẽſurabilis; ideò enim verum, quod eſt in rebus, retulimus ad intellectum diuinũ, vt eſſet mẽſurabile, hoc enim eſt præcipuũ: ergo ſimilitèr bonum præcipuè eſt id, quod eſt in voluntate menſuratum; & non id, quod eſt in rebus, vt menſura.

Aduerten-

Digitized by Google

Aduertenda.

11. Præcipua notatio de ratione formali boni.

PRæcipua notatio de natura, ſiue ratione formali boni ea eſt, vt omnia, quæ ſunt de bono diſputanda, ex comparatione rerum cum voluntate eruenda ſint, ſicut & ratio boni in ea comparatione cernitur. Quibus etiam fiet perſpicuum, quòd bonum, vt bonum, ad voluntatem referatur.

12. Bonũ duplex. Primum abſolute. Secundum relatiuè. *S. Auguſt. S. Thom.*

Conſtituendum igitur eſt, bonum dici dupliciter. Primum abſolutè, quod in ſe ipſo bonum eſt. Secundò relatiuè, quod eſt bonum alteri. Hoc docet S. Auguſt. 8. de Trinit. c. 3. & poſt illum S. Thom. q. 1. de verit. ar. 2. ad 1. & 1. 2. q. 26. ar. 4. & in 2. d. 27. q. 1. ar. 2. ad 1. ſubſtantia eſt in ſe ipſa bona, quia non eſt alterius; accidens verò eſt bonum ipſius ſubſtantię; quo eodem ſenſu ait S. Thom. 3. p. q. 11. ar. 5. ad 3. & in 1. 2. q. 55. art. 4. ad 1. virtutem non tam eſſe bonam, quàm bonitatem habentis virtutem. Et hoc, quod abſolutè dicitur bonũ in ſe ipſo, Auctor lib. de cauſis dixit bonum per informationem, quod bonitate aliqua informatum eſt. Hoc autem totum petendum eſt à natura voluntatis: nam cum voluntatis operatio ſit velle alicui bonum, illud, cui bonum optatur, eſt bonum per informationem, & abſolutè, & in ſe ipſo; id autem, quod alteri optatur, eſt bonũ relatiuè. Vndè S. Thom. 1. p. q. 5. art. 1. docet rationem formalẽ appetibilis eſſe ipſam perfectionem rei; quia ſcilicet bonum appetibile eſt id, cui appetitur bonum, & eſt ipſum perfectum: & hoc bonum, quod alteri appetitur, eſt actus perficiens, ſiue perfectio: illud eſt bonũ abſolutè, hoc relatiuè. Cui etiam rei cõcinit quòd illud, cui bonum volumus, eſt finis cui, & pręcipuum: ſicut etiam bonũ, quod eſt in ſe ipſo, & abſolutè bonum, præcipuum eſt. Vndè S. Tho. 2. 2. q. 26. ar. 4. ait bonum abſolutè, quod in ſe ipſo bonum eſt, eſſe bonum ſimpliciter, ſicut & ſimpliciter ens.

Bonum abſolutè, bonũ per informationẽ dixit Auctor librorũ de cauſis.

Hæc petenda ſunt à naturali operatione volũtatis, quæ eſt velle alicui bonum. *S. Thom.*

Bonum abſolutè eſt præcipuum & ſimpliciter bonũ. *Idem.*

13. *Idem.*

Ex quibus etiã licet intelligere, quod S. Thom. docet ſæpiùs, idem eſſe bonũ, & perfectum: hoc affirmat q. 5. art. 1. 3. & 5. & q. 48. ar. 5. eſt enim perfectũ, quod habet perfectionem. Perfectio igitur eſt id, quod alteri appetitur, eſtque bonum relatiuè; & id, cui appetitur, eſt bonum abſolutè, & eſt ipſum perfectum: perfectio autem eſt actus vnicuique rei con-

A ueniens. Vnde aliqui conuenientiam in bono meritò inuenerunt; ſed illa non eſt ratio formalis indicata nomine boni; ſed antecedit rationem boni, ſicut & perfectio antecedit. Et ſicut hoc nomen, bonum, in ſua ratione formali nõ comprehendit perfectum, vt plerique fatentur, benè tamen ſupponit perfectum; ita non includit relationem conuenientiæ, ſed ſupponit illam. Id ergo, quod eſt conueniens, & perfectio, eſt bonum alicuius, quod dicitur bonum relatiuè; ſed alia eſt ratio perfectionis, & conuenietis, & alia ratio boni; quia bonum indicat relationem ad appetitum, quæ nomine conuenientiæ non indicatur. Cum autem S. Thom. ait perfectionem eſſe rationem B boni, intelligit in ſenſu materiali; quia enim bonum eſt perfectũ, perfectio autem eſt, quaſi forma perfecti, idcircò ipſa perfectio dicitur ratio formalis boni; quia eſt id formale, quod in bono diligitur. Sed ipſum nomen, bonum, aliquid aliud ſignificat formaliter, ſcilicet relationem ad appetitum, vt cum eodem Doctore Sancto commonſtrauimus.

Bonum in ſua ratione formali non includit perfectum, aut cõueniẽs; ſed ſupponit.

Bonum ſuper addit relationem ad appetitum.

S. Thomas explicatur.

14.

Ad hæc conſequitur, vt quoniam bonum eſt idem, quod perfectum, non dicatur bonum ſimpliciter, niſi quod eſt ſimpliciter perfectũ; quare & S. Dionyſ. C de diuin. nomin. cap. 4. dicit bonum ex integra cauſa proficiſci. Non autem omne ens eſt ſimpliciter perfectum, vt docuimus; quare non omne, quod eſt ſimpliciter ens, eſt ſimpliciter bonum, quod S. Thom. docet 1. p. q. 5. ar. 1. & aliàs ſæpiùs; neque enim equus eſt neceſſariò bonus equus, neque homo bonus homo; perfectum enim addit ſubſtantiæ accidentes etiam perfectiones; quapropter ſolus Deus eſt per eſſentiam bonus, ſicut etiam perfectus per eſſentiam, cui nihil addit. D Eſt etiam perfectum, quod actu exiſtit; exiſtentia enim eſt perfectio debita cuique eſſentiæ, etiam reiectis accidentibus; & hoc etiã modo ſolus Deus eſt bonus per eſſentiam, quia ſolus habet exiſtentiam ſubſiſtentem, quæ eſt ipſa eſſentia, vt docet S. Thom. 1. p. q. 6. & anteà declarauimus.

S. Dionyſ.

S. Thom.

Simpliciter perfectum & bonũ, enti ſimpliciter, ſeu ſubſtantię addit etiam accidentia.

Eſt etiam perfectum, quod actu exiſtit.

S. Thom.

15.

His autem accommodãdum eſt illud alterum, quod ex S. Thom. acceptum paulò ante affirmauimus, bonum abſolutè, quod eſt in ſe ipſo, eſſe bonum ſimpliciter: quod videtur non concordare cum his, quæ modò dicebamus. Nam ſubſtan-

Obiectio contra illud de additione accidẽtium.

Digitized by Google

ſubſtantia eſt in ſe ipſa bonum abſolu- A
tè; ergo ſimpliciter: nunc autem dicebamus ſubſtantiam non eſſe bonam ſimpliciter, niſi ornatam accidentibus.

Solutio. Dicendum ergo eſt, vel quòd ſubſtantia ipſa, quæ comparata cum accidente quod eſt bonum alterius relatiuè eſt abſolutè bonum, ſimpliciter bonũ dicitur: vel etiam meliùs interpretandum, quòd id, quod eſt abſolutè bonũ, ſimpliciter eſt tale, ſi aliàs non ſit imperfectum; accidẽs verò, quantumuis perficiatur, non eſt ſimpliciter bonum, ſed relatiuè bonum, ſcilicet bonum ſubſtantiæ.

Bonum abſolutè eſt ſimpliciter tale, ſi alias nõ ſit imperfectum.

16\. Cõſectarium capitale.

Bonum formaliter nõ dicitur, niſi id quod eſt in re ipſa.

Conſectarium relinquitur, quod eſt iſtius diſputationis caput, bonũ forma- B
liter non dici, niſi id, quod eſt in re ipſa, ſcilicet quod ineſt rei: eſt enim bonum, quod habet ſanitatem, & ſanitas ipſa eſt bonitas; ſicut & perfectum eſt, quod habet perfectionem, perfectio autem eſt actus rei. Quod verò rei non ineſt, ſed eſt extra rem, dicitur bonum ſola denominatione, & æquiuocè, quia eſt cauſa boni, vt medicamentum eſt ſanum, & bonum, quia poteſt conferre ſanitatẽ, quæ bona eſt habenti; & ita bonitas cuiuſque rei eſt illi commenſurata, quia eſt actus naturalis à natura præſcriptus, & definitus. Quod expreſsè docuit S. Thom. 1. C
2\. q. 18. art. 1. affirmans vnamquamque rem id habere bonitatis, quod habet entis. Et S. Auguſt. lib. 1. de doctrina Chriſtiana cap. 32. quod in quantum ſumus, boni ſumus: eſt ergo bonitas vnicuique rei propria, & ſicut res vna non eſt alterius, quæ ſubiecto, ſiue hypoſtaſi diſcernitur; ita neque res vna eſt bonum alterius extra ſubiectum, niſi ſolùm cauſaliter. Hoc ipſum docet S. Auguſt. libr. 1. Examer. c. 9. conſtituens bonum in modo, ſpecie, & ordine; quod intelligitur de quacunque perfectione rei, quæ à di- D
uina arte definita eſt, vt doctè commentatur S. Thom. q. 5. art. 5. ad 3. Non eſt ergo bonum rei extra rem ipſam, niſi ſolùm cauſaliter.

Bonitas rei eſt illi commenſurata vt actus naturalis.

S. Thom.

S. Auguſt.

Bonũ rei non eſt extra rem, niſi ſolùm cauſaliter.

Idem.

S. Thom.

17\. Vnde colliges bonum, vt eſt paſsio entis, conformari cum diuina voluntate; ſiue per identitatem, quæ eſt prima bonitas, & eſſentialis bonitas; ſiue in rebus finitis per hoc quòd regulantur diuino placito, ſicut & arte diuina præſcriptæ ſunt. Et idcircò bonum formaliter non conuenit rebus in ordine ad noſtram voluntatem; niſi id bonum, quod in artefactis cernitur; quæ pendent à placito noſtro, ſicut & ab arte: quod etiam de vero conſtituimus. Res cæteræ comparatæ cũ noſtra volũtate, ſolùm cauſaliter nominantur bonæ, quia poſſunt nobis conferre aliquam bonitatem, qua fruamur, vt ſanitatem, aut ſenſationem delectabilem; fruitio autem eſt bonum delectabile: aut verò quia ipſa voluntas, etſi deflectendo à ratione, mala ſit, eſt tamen bona bonitate quadã naturali, dùm bonum naturæ appetit: quo etiam pacto poſſunt dici res bonæ cauſaliter, quia ſunt cauſæ appetitionis bonæ; & quia hæc bonitas voluntatis, aut appetentis, aut fruentis bonis externis, non eſt bonitas ſimpliciter; bona externa dicuntur à Patribus apparentia bona, non vera, cum tamen ſint vera bona naturæ. Hæc igitur bona omnia collata cum voluntate creata, ſolùm cauſaliter ſunt bona, quia ſunt cauſa appetitionis, aut fruitionis bonæ, ſecundum eſſe naturale.

Bona quæ nõ pendent à voluntate creatã, nõ ſunt bona formaliter, vt comparantur cum illa, ſed cauſaliter.

18\. Hæc quoque conſiderantibus facile erit percipere Ariſtot. pronunciatum 6. Metaph. ad finem, quòd bonum, & malũ ſit in rebus, verum autem, & falſum in mente: nam præterquam quòd commõſtrauimus, bonum eſſe in rebus præcipuè, verum autẽ in intellectu; id quoque addendum eſt, malũ ſimpliciter eſſe in illis etiam rebus, in quibus non eſt falſum. Nam verum ſignificat rem ipſam abſolutè abſque alia conuenientia cum ſubiecto: bonum autem eſt conueniens, vt declarauimus: quare calor nimius verus eſt in homine, etſi illi non cõueniat; ſed homini bonum non eſt, quia non conuenit. Præterea id, quod non eſt perfectum ſimpliciter, eſt tamen ens ſimpliciter, vt obſeruauimus; bonum autem ſimpliciter eſt quoq; ſimpliciter perfectum. Quamobrẽ equus eſt ſimpliciter verus equus, hoc dũtaxat quia eſt ſimpliciter ens; ſed non eſt ſimpliciter bonus, defectu alicuius perfectionis; vnde malus ſimpliciter dicitur: malum enim ſemper eſt bonum ſecundum quid, ſcilicet, quia eſt res exiſtens, & vt ſic bona; ſed ea res exiſtens, & ſecundum hoc bona, defectu accidentiũ, quę illi debentur, eſt ſimpliciter mala, vt tom. 2. elucidãdum erit, vbi etiam de bono morali diſputabimus: quo pacto hominem bonum eſſe, eſt bene morigeratum eſſe, & bonis moribus imbutũ. Aurum ergo dicitur verum ſecundum eſſe

Ariſtot. pronunciatũ explicatur.

Malum ſimpliciter eſt in rebus etiã veris.

Oſtenditur 1.

Secundò.

Equus verus ſimpliciter poteſt eſſe ſimpliciter mal'.

Malum ſemper eſt bonum ſecundũ quid, ſcilicet vt exiſtens.

Digitized by Google

Aurichalcum dicitur falſum ſola denominatione extrinſeca à falſo intellectu.

eſſe naturale, falſum autem non dicitur ipſum aurum, ſed aurichalcum dicitur falſum aurum; nō quòd ſit falſitas in vero aurichalco; ſed eò quòd apparentia quædam eſt cauſa falſi intellectus, & ita ſola appellatione dicitur falſum. At verò dicitur malum aurum, quod non eſt defæcatum: quia etſi ſecūdum quid, hoc eſt ſecūdum exiſtentiam, ſit bonum; tamen defectu accidentis conueniētis, eſt malum ſimpliciter, quia non eſt purum; quæ negatio, & defectus eſt in re ipſa, & eſt negatio boni, & conuenientis, quæ dicitur malum: eſt ergo falſitas, vt plurimùm, in ſolo intellectu; malum autē etiā in rebus. Dicimus falſitatē, vt plurimū, eſſe in ſolo intellectu; quia accidit quoque in rebus, vt anteà monuimus, ſcilicèt in peccatis, quæ ab arte diuina deflectuntur, & in artefactis, quæ ab arte humana declinant.

Aurum non defæcatum eſt malū ſimpliciter.

Falſitas vt plurimùm in ſolo intellectu: malum autem etiā in rebus.

9

Res vna eſt alicui bona, alteri mala.

Illud etiam fit perſpicuum, quòd res vna ſit alicui bona, alteri mala: quia cum bonum ſit conueniens, calor nimius homini malum eſt, cuius non eſt perfectio; igni bonum eſt, cuius perfectio eſt: Deus autem calorem immittens non vult homini bonum naturæ; & ita ſemper bonū reuocatur ad voluntatem diuinam: quia ſi Deus vellet homini calorem, & bonū naturæ, ille eſſet cōueniens, non noxius. Et ita res menſurantur diuino placito, ſicut & arte; illa quidem ratione ſunt bonæ, iſta veræ.

Si Deus vellet homini calorem vt bonū naturæ, eſſet illi conueniēs, non noxius.

20.

Dubiū de materia prima.

Supereſt tamen dubiū de materia prima, quia neque eſt bonū abſolutè, quod eſt finis, cui bonum appetimus, & bonū ſimpliciter dicitur; neque eſt bonum relatiuè, quod eſt perfectio alterius. Nullo ergo modo bonū eſt, cum tamen ſit ens: ergo bonum non eſt paſsio entis.

21.

Non eſt bonū abſolutè, neq; relatiuè.

Ad hoc dicendum eſt breuiter materiam non eſſe bonum abſolutè, quod eſt in ſe ipſo bonum; cum in ſe ipſa non habeat formam, aut actum; quo exiſtat: neque eſt bonum relatiuè, cum non ſit ipſa forma, ſiue actus. Et idcircò videtur potiùs excludi à diuiſione boni vniuerſaliſsima. Sed tamen S.Thom. de verit. q.21.ar.2.ad 3.(quo toto art. quæſtionē tractat, vtrùm ens conuertatur cum bono?) ait materiam eſſe bonam in potentia, ſicut eſt in potentia ens. Eodem autē modo vtrūque interpretandum eſt. Dicitur autē materia ens in potentia, quia eſt ipſa potentia paſsiua, ita vt eſſe non

S. Thom.

Eſt bonum in potentia, ſcilicèt eſt ipſa potentia paſsiua.

A conueniat materiæ per actum, quem intra ſe habeat, cum ſit ſola potentia; forma verò non eſt ens in potentia, quia eſt ipſe actus, per quem eſſe conuenit rei cōpoſitæ. Ergo eodem modo materia eſt bona in potentia, & forma eſt actu bona: licèt enim neutrum ſit bonum abſolutè, quod eſt bonum in ſe ipſo; tamen forma eſt ſaltem bonum relatiuè, quod eſt bonum alterius: materia autem neutro modo, vt S.Thom. diſputat 3. cōtra gent.cap.20. Quia tamē materia ſaltem per formam verè exiſtit, quæ exiſtentia eſt bonitas rei, ſuo modo eſt perfectum, B & bonum; & imitatur, quantumuis imperfectè, diuinam eſſentiam, vt docet S. Thom.q.14.art.11.ad 3.

Forma nō eſt bonum abſolutè, ſed relatiuè.

S. Thom.

Materia ſaltē vt informata per formā verè exiſtit, & eſt bona.

Idem.

22.

Opinio quorundam materiam eſſe bonam per propriam exiſtētiam.

Quidam aiunt materiam eſſe bonam per propriam exiſtentiam: quia, etſi ſit pura potentia, quæ in ſe ipſa non habet actum; credunt tamen eam habere propriam ſuam exiſtentiam, qua dicitur bona, vt cæteræ res exiſtentes, exiſtentia enim eſt rerum bonitas. Et auctorē ſuæ opinionis, quoad hoc poſtremum, volūt eſſe Doctorem Sanctum 3. contra gent. cap. 20. aſſerentē materiam eſſe ſimpliciter bonum. C Sed certè non loqueretur conſentaneè Doctor Sanctus, cum ſentiat materiam nō habere propriam exiſtentiam, vt lib.4. commonſtrabimus; ſi ea ratione diceret materiam eſſe bonam ſimpliciter.

Probatur ex S. Thoma dicente materiam eſſe ſimpliciter bonū.

23.

Interpretatio Ferrar.

S.Thom

Franciſcus Ferrar. eo loco conatur conciliare vtrumque aſſertum, ſcilicèt quòd materia ſit bona in potentia, quod aſſeruerat S.Doctor 1.p. & q.21. de veritate; & quòd ſit bona ſimpliciter, quod ibi affirmat. Ait autem bonum dici cum quodam ordine, vt non ſolùm, quod eſt formaliter bonum, ſit ſimpliciter bonum; D ſed id quoque, quod habet ordinē ad bonum: ſicut ſanum formaliter dicitur, quod habet ſanitatem; & nihilominùs pomum dicitur ſimpliciter ſanum, quia confert ſanitatem, ſcilicèt per ordinem cauſæ ad ſanitatem; quare eodem modo materiam dici bonam ſimpliciter per ordinem ad formam, quæ eſt bona. Hæc tamen doctrina, etſi vera ſit, minimè ſatisfacit quæſito: dicimus enim materiam primam eſſe verè ens, non æquiuocè; quare eodem modo bona dicenda eſt, non æquiuocè, ſed verè, & propriè: pomum autem dicitur ſanum æquiuocè, ſolo nomine ſanum; & ea, quæ æquiuocè dicun-

Etiā bonum cauſaliter eſt bonum ſimpliciter, licèt æquiuocè.

Hęc interpretatio reijcitur.

Materia eſt verè & propriè ens & bona; nō verò æquiuocè.

Digitized by Google

dicuntur, nihil prohibet dici ſimplicitèr. Videtur igitur dicendum, quòd bonum vocatur, & finis, & id quod habet finem; finis eſt perfectio, & id quod habet finē, eſt perfectum; & vtrumque eſt obiectum appetitionis. Eſt etiam bonum id, quod appetit finem; & hoc bonum eſt ipſe appetitus bonus: bonum enim conſiſtit in quodam ordine, ſcilicèt in ordine appetibilis ad appetitum, vel etiā appetitus ad appetibile; & vtrūque eſt ſimplicitèr bonum; licèt principalitèr bonum inueniatur, non in appetitu, ſed in appetibili. Materia ergo eſt bona inquantum appetit bonum. Et hic eſt commentarius verborum S. Thom. eo loco, vt licet aduertere. Quòd idem reſponſum breuiùs, ſed clariùs attigit 1. p. q. 5. art. 4. ad 3. dicens ſecundo loco materiam primā eſſe bonam; non vt appetibilem, ſed vt appetentem bonum.

Materia prima eſt bonum non vt appetibile, ſed vt appetens.
S. Thom.

24\.
Materia cœli eſt bona, & appetens, metaphoricè.

Vbi etiam eſt aduertendum, quòd iſthęc doctrina, etſi vera ſit, non tamen refringit argumentum; nam materia cœli, quæ non poteſt aliam formam capere, non appetit bonum, ſcilicèt formam aliam; metaphoricè tamen poteſt dici bona, quia contenta eſt ſuo bono: nam & metaphoricè appetit, quia appetitu non eſt prædita. Sed quia S. Dionyſ. libro 4. de diuinis nominibus dixit materiam non ens, quia ſecundum Platonicos ob priuationem formæ, in non entibus numerabatur; dixit autem bonam propter appetitum formæ, etſi is appetitus non ſit verus, ſed metaphoricus: Doctor Sanctus mentem Sancti Dionyſij egregiè explicat dicens materiam eſſe bonam ſimplicitèr, non vt appetibilem, ſed vt appetentem. Itaque S. Thom. ex interpretatione S. Dionyſ. dixit materiam eſſe ſimplicitèr bonum, hoc eſt ſimplicitèr appetentem bonum, metaphoricè tamen.

S. Dionyſ. à S. Thoma **egregiè explicatur.**

25\.
Diſputatio mathematica quantitatē abſtrahit à materia; & conſequentèr à motu, atque adeò à cauſa finali, & ab appetitu boni.
S. Thom.

At verò quòd mathematica non ſint bona, longè alitèr explicandum eſt: neque enim cenſuit Ariſtot. quantitatem non eſſe bonam, cum ſuam habeat exiſtentiam; imò ſeparata à materia bona eſt, vt in Sacramento altaris confitemur: ſed quia Mathematicus abſtrahit diſputationem à materia, ſeparatur à motu, atque adeò à cauſa finali, & ab appetitu boni. Et vt Sanctus Thomas obſeruat artic. 4. ad 4. ſeparatione quadam mentis, priùs intelligitur ens, quàm

A bonum: quare nihil prohibet illa ſeparatione, quam facit Mathematicus, quantitatem apprehendi, vt ens, & non vt bonam, de qua re Thom. Caiet. ad illum art. vberiùs.

Caiet.

26\.
Mathematica vt ſic, abſtrahū tur à bono, ſed non ab ente.

Abſtrahuntur ab accidēte, vt de relationib. ſuprà.

Sed aduertendum eſt, quòd, etſi mathematica cogitando abſtrahamus à bono, non tamen ab ente abſtrahuntur, vt quidam falſò credidere. Et quidèm rectè dixiſſent Mathematica abſtrahi ab accidente, ſicut de relationibus docuimus; quæ enim abſtrahuntur à ſubiecto, non cōſiderantur, vt accidentia; benè tamē, vt entia: quia ens etiā à ſubiecto abſtra-
B hitur. Eadem autem ratione, Mathematica abſtrahuntur à bono, & à fine, quia ſubiectum, & motū non conſiderat Mathematicus. Hac autem explicandi ratione non poſſunt vti, qui bonum putant eſſe ſitum in quadam conuenientia cum rebus extraneis; nam quantitas, etiā ſeparata cogitatione à materia, habet cōuenientiam, primùm cum ſcientia ipſa mathematica, necnō etiam cum Deo ad modum explicatum ab ijſdem Doctoribus. Quare Mathematica vt ſic, bona eſſent, quod eſt contra Philoſophi placitū, & Philoſophorum ſenſum.

Habent cōuenīētiam cum ſciētia mathematica, & cū Deo.

C

Reſponſio.

1\.
Ad 1.

AD primum argumētum reſpondetur negando vlla eſſe entia, quę nō ſint bona; nam materia prima, etſi non includat in ſe ipſa actum, tamen informata per illum, eſt bona, vt explicauimus. Et mathematica ſola præciſione cogitandi non ſunt bona, cum re ipſa quantitas bonum ſit; & relationes diuinę bonæ ſunt vna bonitate eſſentiali, de quibus præcipuè diſputandū poſteà erit;
D is enim ſcopus èſt eorum, quæ hoc cap. tractamus. Ad confirmationem negatur eſſe bona, quæ non ſint entia, vt bonum eſt paſſio entis, ſcilicèt vt refertur ad voluntatem diuinam: cum qua ſi conferamus eſuriem, & mortem, hæc bona non ſunt, quia non ſunt entia. Et eadem ratione dignitates non ſunt bona, quia nihil ſunt: gloria autem, & laus eſt bonū in eo, qui laudat, vt S. Thō. docet, cuius boni Deus eſt cauſa. Et ita nihil bonū, quod nō ſit ens. At verò ſi bonū cōparetur cū voluntate creata, accidere poteſt, vt id, quod appetitur, ſit non ens, vt eſuries, & mors; ratio tamen appetendi eſt ens;

Ad confirm.
Non entia nō ſunt bona, vt bonum refertur ad voluntatem diuinā.
Gloria & laus eſt bonum in eo qui laudat.
S. Thom.
Etiam in noſtro appetitu ratio formalis appetendi nō ens, ſit ens & bonum.

Oſtenditur 1.

ſicut enim odium mali eſt propter amorem boni; ita & amor priuationis, & non entis, vt amor mortis, eſt propter odium alterius mali, & tandem propter amorẽ boni, quod eſt ens, & bonũ. Quapropter etiam in noſtro appetitu ratio formalis appetendi eſt bonum.

Secundò.

Dignitates etiam, ſicut & ea, quæ ſunt impoſsibilia, appetimus ſub ratione boni; quia, etſi hæc nõ ſint bona vera, ſed apparentia, tamẽ expetuntur propter bonum verum, quod eſt propria excellentia, & fęlicitas.

28\.

Argumenta pro *Heruæo* probant tertiã ſententiã traditam c. 5. p. 1.

Ad ſecundum, tertium, & quartũ argumentũ reſpondetur ijs probari, quòd bonum non ſignificet relationem in recto, quod nos cõcedimus; ſed nihil prohibet, bonum, quod eſt ipſum ens, intelligi cum relatione in obliquo.

29\.

Reſpõſ ad illa ſingulatim.

Ad 2. arg. ex *S. Aug.*

Et ſingulatim reſpondetur ad ſecundum argumentum, S. Auguſt. eo loco de bonitate diuina loquutum, quæ eſt diuina eſſentia, & abſolutum ens: bonum autem commune, abſtrahitur ab abſoluto, & relatiuo; & ſemper additur relatio ad voluntatẽ, in obliquo.

Ad 1. rationẽ.

Similitèr Deus eſt per eſſentiam bonus, quia id, quod in recto ſignificat, nomen, bonus, eſt ipſa eſſentia; ſed bonus non intelligitur formalitèr, niſi cum relatione ad voluntatem Qui arbitrantur bonum ſignificare in recto relationem, interpretantur Deum eſſe per eſſentiam bonum fundamentalitèr, quia eſſentia eſt fundamentum relationis.

Eſſentia diuina eſt bonitas formalitèr.

Nos formalitèr explicamus, ita vt argumenta ipſa noſtram ſententiam confirment.

Ad 2. rationẽ.

Eodem modo concedimus, quòd bonitas Dei eſt cauſa rerum finalis; quia ipſa eſſentia eſt bonitas formalitèr, vt declarauimus.

30\.

Ad 3. argum.

Ad tertium concedimus, quòd formalitèr id quod mouet appetitum, eſt ens, vel ipſum eſſe, quod eſt exiſtentia, vt S. Thom. docet q. 5. & aliàs ſæpiùs: & hoc ipſum eſt, quod bonum ſignificat in recto, licèt non intelligatur, niſi cum relatione ad voluntatem.

S. Thom.

31\.

Verus argumenti ſcopus oſtenditur.

Nihilominùs argumentum iſtud aliquid amplius efflagitat. Audito enim nomine boni excitatur appetitus, & non excitatur audito nomine entis; ergo id, quod bonum addit enti, excitat appetitum: quod autem excitat appetitum, nõ eſt relatio, ſed abſolutum; ergo bonum addit enti aliquid abſolutum.

Reſponſio.

Bonũ eſt obiectum voluntatis, non ſub conceptu boni; ſed vt bonum & conforme voluntati in actu exercito ab intellectu propoſitum.

Reſpondendum eſt, quòd intellectus proponit aliquid voluntati, vt bonum non ſub iſtõ cõceptu boni, hoc enim non eſt neceſſe; neque enim bonum ſub conceptu boni, eſt obiectum volũtatis, ſicut neque verũ ſub conceptu veri eſt obiectum intellectus, vt docuimus. Proponit ergo intellectus aliquid vt bonũ in actu exercito, conferendo rei conuenientiam cum appetitu; & in illa collatione intellectus, cernitur conformitas rei cum voluntate, quam ſignificat nomen, bonum.

Sic verũ, &c.

Voluntas excitatur audito nomine boni, non verò entis, propter ſignificationẽ boni, vt eſt volũtatis obiectum in actu exercito, ab intellectu animaduerſam, & cũ voluntate collatam.

Et quoniã ad ea, quæ nominibus ſignificantur, aduertimus cogitando; illa aduerſione animi, audito nomine boni, cõfert intellectus conuenientiam rei cum volũtate, & tunc excitatur voluntas: audito autẽ nomine entis intellectus non confert aliquid cum voluntate, & ita non excitatur voluntas. Concedimus ergo vtrumque, quòd audito nomine boni excitatur; & audito nomine entis non excitatur voluntas; non quia bonũ addat enti aliquid appetendum, ſed quia in ſignificatione boni aduertit intellectus, & cõfert rem cum voluntate, quam collationem ſequitur appetitus.

Ad confirm.

Bonum in recto ſignificat quid commune abſoluto, & relatiuo; & in obliquo relationem.

Sic perfectũ.

Ad confirmationem reſpondetur idem dicendum eſſe de perfecto, & bono: nam in recto ſignificat non abſolutum; ſed abſtractum, & commune abſoluto, & relatiuo; & in obliquo ſignificat relationem: perfectũ enim in obliquo ſignificat relationẽ cõuenientiæ; bonum autem in obliquo ſignificat relationem ad voluntatem.

32\.

Ad 4.

Ad quartum reſpondetur concedendo, quòd malum eſt priuatio boni abſolutè; quia bonum formalitèr non eſt relatio rationis, ſed eſt ens cognitum cum relatione illa; & ita defectus entis, quæ eſt priuatio formalitèr, ipſum eſt malum formalitèr: & ipſum malum in obliquo indicat relationem ad voluntatem, de quo aliàs diſputabimus; loquimur autem de malo naturæ, non de malo morali, de quo tomo 2. diſſeremus.

Malum formalitèr eſt defectus entis, & in obliquo indicat relationem ad volũtatem.

Hoc arg. vrget 1. ſententiam, de qua c. 5. p. 1.

At verò argumentum hoc vrget eos, qui credunt bonum ſignificare in recto relationem, nos verò dicimus eam relationem ſignificari in obliquo.

33\.

Ad argumẽta pro *Soar.*

Ad 5.

Reſp. 1.

Ad quintum argumẽtum, quo probatur bonum non eſſe ad voluntatem referendum, reſpondetur primùm negando quòd bonum vniuerſim referatur ad aliquid, cuius ſit; ſunt enim bona abſolutè, quæ non ſunt aliorum bona, vt ſubſtantia, & hypoſtaſis: quare bonũ, vt eſt paſſio entis, nõ eſt alicuius, ſed refertur ad

Subſtantia, & hypoſtaſis nõ ſunt aliorum bona.

aliquid

Reſp. 2. Bonum vt perfectum, eſt relatum ſecundum dici, ſeu nomine tenus ad ſubiectum, vt bonum reſpicit voluntatem.

aliquid, ſcilicèt ad voluntatem. Secundò A reſpondetur ipſum bonum, quod relatiuè dicitur, & potiùs bonitas, quàm bonū dici poteſt, referri quidèm nomine tenus ad id, cuius eſt bonum; quæ dicuntur relata ſecūdum dici, vt ſcientia eſt ſciētis ſcientia: ſed præcipua relatio boni eſt ad voluntatem; ſicut ſcientiæ ad ſcibile; hæc enim eſt, quæ præcipuè conſideratur in bono: illa autem relatio ad ſubiectum eſt propria perfectionis. Nam hoc bonū relatiuè, eſt ipſa perfectio, vt docuimus; ſed perfectio ad ſubiectum, bonum verò ad voluntatē habēt proprias relationes.

34. Ad 6.

Ad ſextū reſpōdetur per hæc eadem, B quòd bonum relatiuè eſt perfectio rei, & perfectio eſt quaſi fundamentum boni; ipſa enim appetitur; & conformitas perfectionis cum appetitu eſt relatio boni. Nihil ergo mirum, quòd eadē forma ſit bonum vnius, & malum alterius; quia cōuenit vni, & non alteri: hæc enim eſt ratio à cauſa priori accepta, vt vni ſit bonum, alteri malum; ſed bonum, & malū addunt relationem ad volūtatem. Et ad confirmationem eodem modo reſpondetur, quòd bonum, vt eſt perfectio, informat ſubiectum; ſed vt bonum, reſpicit voluntatem.

Ad confirm. ex auctore lib. de cauſis.

35. Ad 7.

Ad ſeptimū reſpondetur cōcedendo, quòd bonum ordine rationis antecedit appetibile, ſicut verum antecedit intelligibile: ſed negamus, quòd ſola cōuenientia formæ cum ſubiecto, aut vnius rei cū alia, antecedat appetibile. Nam collata re quapiā cum voluntate, prima relatio in mēte oritur ipſa cōformitas; deindè intelligitur illud eſſe appetibile, vt declarauimus: quare bonū, quod indicat cōformitatem cum voluntate, antecedit relationem appetibilis. Ad cōfirmatio- D nem reſpondetur illam conuenientiam honeſti cum ratione, & delectabilis cum ſenſu, eſſe ipſum obiectū voluntatis; nam per rationem, & ſenſum conferuntur res appetibiles cum appetitu: at verò propria relatio boni eſt cōformitas obiecti, apprehenſi, aut ratione, aut ſenſu, cum voluntate ipſa. Itaque vel illa diuiſio boni non eſt formalis; vel ibi indicatur diuerſa relatio ad appetitum.

Priùs res intelligitur conformis, ſeu cū relatione conformitatis ad volūtatē, quā appetibilis.

Ad confirm. Conuenientia honeſti cū ratione, & delectabilis cū ſenſu, eſt ipſum obiectum voluntatis, ſed nō eſt propria ratio boni tranſcendentis.

36. Ad 8. Sicut finis in intentione, & in exequtione, ita bonum in potentia, & in actu.

Ad octauum reſpōdetur cōcedendo, quòd obiectū voluntatis eſt bonum, & finis; ſicut igitur finis in intentione adhuc nō exiſtit, & exequutione ipſa acquirit exiſtentiā; ita & bonum in intentione eſt bonū in potētia, & cōparatā exiſtentiā, eſt bonū in actu: at verò ipſum bonū in actu cōparatur ad voluntatē, non vt moueatur voluntas noſtra ad prcducēdum bonū iam exiſtens, ſed vt quieſcat in illo per cōplacētiam. Hæc præterea dicūtur de volūtate noſtra, cū qua nō cōparatur bonū, vt eſt trāſcendens. Ad cōfirmationē reſpōdetur negādo, quòd res ſit bona actu, dum non expetitur; volūtate enim diuina conſeruantur res actu exiſtentes; ſed benè ſunt res bonæ, etſi à nobis non expetantur: quia earū bonitas tranſcendens non pendet à voluntate noſtra.

Ad confirm. Res non eſt bona actu, dū non expetitur, ſaltem à Deo.

37. Ad 9. Eadem res eſt multiplex bonum.

Ad nonū reſpōdetur, quòd eadem res eſt multiplex bonū, ſcil. honeſtum, vtile, & delectabile; ſed quia bonum ſignificat in recto ipſum ens, loquēdo propriè, bonū, & ens numerāda ſunt ſimul; vt plura bona ſint plura entia, & plura entia bona plura, quod ipſum argumēto illo cōprobatur. Inſtat autē argumentū ijs, qui nomine boni exiſtimant ſignificari relationem in recto: nam etſi nominibus cōcretis per regulā numerādi, quam lib. 5. trademus vnū ens ſit vnum bonū; tamen nominibus abſtractis in vna entitate ſim C plici cōcedendæ ſunt plures bonitates, hoc eſt, plures relationes conuenientiæ, aut cōformitatis, ſi relatio ſignificatur in recto, vt illi opinantur; nos verò vnam entitatem dicimus bonitatem vnā, quia hoc nomen, bonitas, ſignificat in recto entitatem, ſicut bonum ſignificat ens; & ita vna entitas eſt vna bonitas cum pluribus relationibus ad voluntatem honeſti, delectabilis, & vtilis.

Hoc argum. vrget primam ſententiam, de qua c. 15. p. 1.

In vna re honeſta, vtili, & delectabili, propriè loquendo vna entitas eſt vna bonitas cū pluribus relationibus ad voluntatem.

38. Ad vltimum.

Ad vltimū reſpōdetur, quòd bonum, quod eſt paſſio entis, habet rationē menſurabilis, vt eſt cū diuina voluntate conformatū, vt docuimus. At verò cū noſtra voluntate cōparatur per accidens, in ratione cauſæ finalis, à qua pendet voluntas: nam etiā voluntas fruens re exiſtente in ipſa cōſequutione boni, pendet ab illo, & eſt propter finē, vt docet S. Tho. 1. 2. q. 1. ar. 1. bonum ergo, vt finis, nō eſt paſſio entis, vt comparatur cum voluntate noſtra, ſed vt conformatur cum voluntate diuina, quaſi menſurabile, non menſurans; ſicut de vero diximus cū intellectu diuino cōformari. Concedimus ergo id, quod arguendo colligitur, bonū, vt eſt paſſio entis, non eſſe ens, vt conformans ſibi voluntatem creatam; ſed vt conformabile cum voluntate diuina.

Etiam voluntas fruens re exiſtente pendet ab illa, & eſt propter finem. S. Thom.

Digitized by Google

CAPVT IX.

Relatio creata eſt perfectio formalis, & bonum eius, in quo eſt.

1. TRactatis quæſtionibus de bono, & perfecto accedamus iam ad eam cõtrouerſiam: vtrùm relatio ſit perfectio, & bonum?

2. *1. ſententia Caiet.* Thomas Caiet. de ente, & eſſētiâ c.2. affirmat relationē in ſuo proprio genere non eſſe perfectionem. Et idem ſentit 1. p.q.28. art.2. Quod ſcriptum reliquerat Ioan. Capr. in 1. d.1. q.7. & Durand. in 3. d.1. q.3. nec non Marſil. in 1. q.23. ar.3. *Capreol. Durand. Marſil. Scotus dubius.* De opinione Ioan. Scoti res eſt dubia, nam ipſe in quodlib. 5. rem dubiam reliquit. *2. ſententia Fonſeca.* Alij verò ſunt, qui relationē aiunt eſſe perfectionem, non quidem formalem, ſed tranſcendentem.

3. *Quid ſentiat de perfectione formali.* Hoc igitur primò agendū, ſcilicèt indagādū quid ſit perfectio formalis, quid verò tranſcendēs perfectio? Aiunt perfectionē formalē eſſe formā cõuenientē ſubiecto, ſicut in lib. de cauſis ſcriptū eſt, bonū dici per informationē entis; quod eſt, bonū eſſe entis formam cõuenientē: quo pacto neque bonū, neque perfectio videtur eſſe affectio entis; quia habitus vitioſus eſt ens, & non eſt perfectio formalis, neque eſt bonū informans, cū nõ cõueniat ſubiecto. Perfectionem autem formalē diſſecant in naturalē, quę cõuenit naturæ, & moralē, quæ à moribus ducitur: *Adſtruit 1. perfectionem tranſcendentē ſitā eſſe in negatione defectus.* perfectionē verò trãſcendētē aiūt cõtinere negationem defectus; perfectū enim eſt, cui nihil deeſt; & hāc effundi in omne ens, vt entis affectionē cõmuniſsimam; quo pacto vitiū eſt ens, quia eſt entitas aliqua, cui ad hoc vt ſit ens, nihil deeſt: & ita vitium erit quoque perfectio tranſcendens. *Adſtruit 2. eam non eſſe perfectionem formalem, ſed eſſe ipſum perfectum.* Atque ita decernunt perfectionem tranſcendentem dici; nõ quia perfectio ſit alicuius; ſed quia ipſa eſt quid perfectum, ſcilicèt ens, vel res quæpiam, cui ad hoc, vt ſit, nihil deeſt.

4. *Hoc 2. aſſertū. Refellitur 1.* Iſta ſentētia nõ probatur; primò quia perfectio reſpicit aliquid, cui perfectio ſit; dicitur enim perfectio alicuius perfecti: quare ſicut formæ ſunt perfectiones ſubiecti, ita ipſæ ſubſtātiæ ſūt perfectiones vniuerſi; *Ipſæ ſubſtātiæ ſunt perfectiones vniuerſi.* ſemper enim perfectio refertur ad aliud: ſunt enim abſtracta relata ad ſua cõcreta. Sed tamē in hac vſurpatione ipſa perfectio eſt quid perfectū cõparatum cū alia perfectione, qua aliquid aliud perfectū dicitur, vt ſapientia eſt perfectio hominis; & ipſa eſt perfectū, cuius perfectio eſt exiſtētia, & certitudo, aut euidētia. Itaq; perfectio ſemper eſt actus, aut quaſi actus rei, quæ perfecta dicitur. *Refellitur 2. argumento à coniugatis.* Hoc idē probatur; quoniā homo vitioſus nõ eſt perfectus vllo modo per vitium: ergo vitiū nullatenùs perfectio eſt, vt ſit argumentùm à cõiugatis. Aliàs cedo mihi, quare diſtrahas ſignificationē huius nominis, vt id, quod perfectionem habet, perfectū non ſit. *Refellitur 3.* Denique hanc rē confirmamus; ſicut enim vitiū cū ſit ens, eſt bonū, nõ abſolutè, ſed relatum ad finem voluptuoſum: ita modo eodē vitiū eſt perfectio, & dicitur perfectus fur, qui rapaciſsimus eſt. Nuſquā igitur eſt perfectio, qua nõ ſit aliquid perfectū: quòd ſi perfectione perfectū eſſe aliquid oportet, perfectio informans dicitur, & formalis perfectio: ſi qua ergo perfectio eſt tranſcendens, illa eſt formalis: & non eſt ſecūda pfectio in trāſcēdētē, & formalē.

5. *Conſectariū.* Ex his autem conſequitur perfectionem non eſſe affectionē entis: perfectio enim eſt actus vltimus entis, vt ſuprà diximus; at verò materia prima, quia eſt pura potētia, nõ eſt perfectio: licèt enim bona ſit, & conueniens, non eſt tamen actus, & idcircò perfectio non eſt: actus verò omnis poteſt habere rationē perfectionis formalis, & omnis perfectio eſt formalis perfectio, vel nulla perfectio eſt. *Omnis vera perfectio eſt formalis perfectio.* Non ergo diſiungenda eſt perfectio tranſcendens à formali.

6. *1. aſſertum Fonſec. quòd perfectio ſignificet negationem. Refellitur 1.* Illud verò non minùs diſplicet, quòd credant perfectionē ſignificare negationē; maximè quia defectus eſt quædā negatio, ſiue priuatio, & eſt ipſa imperfectio. Igitur per hoc ipſum, quia perfectū eſt, quod caret defectu, intelligitur, quòd perfectū ſit quid poſitiuū, vt aiūt; carere enim cæcitate, eſt eſſe viſu præditum; & carere defectu eſt eſſe præditum forma perficiēte. *Refellitur 2.* Prętereà, ſi perfectio ſignificat negationē, ipſa perfectio eſt negatio; ſicut vnum ſignificat negationē, & vnitas eſt negatio. *Obiectio ex Ariſtot.* Quod verò aiunt Ariſt. definiſſe perfectionem tranſcendētem per negationem lib.5. Metaph. tex.21. certè Philoſophus ibi non perfectionem, ſed perfectum definit: ſi tamen definit, & nõ potiùs diſtribuit ea, quæ perfecta ſunt. *Reſpond. 1. eum ibi ſolùm diuiſiſſe perfectum. 1. membr.* Quædam enim ſunt perfecta, quia conſtant ſuis partibus; qua vſurpatione ipſe *Idem.* Philoſophus 3. Phyſ. tex.64. ait perfectum,

ctum, & totum eſſe idem, aut ferè idem; & A ita definit: *Perfectum* (inquit) *dicitur vno modo, extra quod non eſt accipere partem.* Deindè perfecta ſecundum virtutem ponit illa, quæ ſecundum virtutē operandi non deficiunt: vnde videtur deprompta illa vulgatiſsima definitio, *Perfectum eſt, cui nihil deeſt.* Adhùc verò numerat perfecta ſecundum finē, quæ ſunt propter finem conſtituta. Non ergo perfectionem definijt, ſed perfectū; imò neque definijt perfectum, ſed diuiſit, vt diximus. Sed vt verum fatear videtur Ariſtot. quaſi perfectum definijſſe; quòd ſit illud, *extra quod non eſt partem accipere*: quia lib. 2. de cælo tex. 23. hoc ipſum vſurpat. *Si perfectum* (inquit) *id eſt extra quod nihil eorum, quæ ipſius ſunt, poſsibile eſt accipere, &c.* Vbi probè explanauit definitionem perfecti in metaphyſica traditam; videlicèt exprimendo quòd eorum, quæ ipſius ſunt, ſcil. quę rei conueniunt nihil poſſumus extra accipere: quia nihil in perfecto deſideratur. Et non diſputat eo loco de perfecto, quod eſt ex partibus integrantibus, ſed de perfecto ſecundum ſpeciem, inueſtigans, quæ ſit figura perfectior. Quare ſi adhùc contēdas rectè definiri perfectū, cui nihil deeſt; paria paribus comparando, ſicut perfectum eſt, cui nihil deeſt, ita perfectio eſt, quæ alteri non deeſt: & neceſſe eſt perfectum à perfectione diſcernere. Quare, etſi res quæpiam ſit perfecta, non erit hoc ſatis, vt ipſa ſit perfectio; niſi dicatur alteri non deeſſe, cuius ſcilicèt perfectio eſt.

Margin: Secundum. — Tertium. — Reſpond. 2. definijſſe perfectum, non perfectionem. — Sicut perfectū definitur cui nihil deeſt, ita perfectio, quæ alteri non deeſt.

7. Quòd verò perfectio, nō ſolùm ſit alicuius perfectio, ſed ſit conueniens, ibidē teſtatur Ariſt. ait enim, quædā dici perfecta ſecundum vitium, aut prauum finē, translata ſignificatione nominis: ſi ergo per ea, quę non conueniunt, non dicūtur D res perfectæ, niſi ſignificatione nominis trāslata, & impropria; ſanè perfectio eſt conueniens; & quæ non conuenit, non eſt perfectio. Quæ ipſa eſt ſententia S. Thom. in eum locum commentantis.

Margin: Perfectio non ſolùm eſt alicui' perfectio, ſed conueniēs. *Idem Ariſt.* efficacitèr. — *S. Thom.*

8. Quam ob cauſam cenſemus partium ſolam formam eſſe perfectionem, non materiam; quia forma quæ dat ſpeciem, dicitur conuenire ſubſtantiæ ſecundum ſpeciem. Sed impropriè loquendo partes ſunt perfectiones totius; quia partes temporis perficiunt tempus, vt partes continui totum continuū, & partes vniuerſi componunt vniuerſum. Propriè tamen loquendo ſola forma, aut quaſi forma rei, eſt illius perfectio. Nam neq; partes mūdi ſunt bonum totius mundi; bonum enim per informationem eſt, quod ineſt rei cuique: & eodem modo perfectio eſt propriè rei, cui ineſt, vel cui non deeſt. Et hoc modo bonum, quod habet bonitatem, eſt perfectum, & bonitas ipſa perfectio. Materia igitur prima eſt quidèm bona; & perfecta per formam; ſed non eſt bonum alterius, neque perfectio rei cuiuſpiam: quamobrem perfectio, & ens non conuertuntur.

Margin: Conſectariū. Propriè loquendo, ſola forma aut quaſi forma rei eſt illius pfectio. Oſtenditur. Partes impropriè ſunt perfectiones totius. Oſtenditur. — Perfectio & ens non conuertuntur.

9. His conſtitutis quòd perfectio non ſit B tranſcendens, neque adæquetur enti: & quòd omnis perfectio ſit formalis, ſiue naturalis ſit, ſiue moralis; aut certè non ſit perfectio ea, quæ non eſt formalis, & quæ non conuenit illi rei, cui ineſt: facilè probatur, quòd relatio creata ſit perfectio formalis. Eſt enim forma ſubiecto conueniens actu exiſtens; quæ eſt definitio perfectionis. Quòd ſit forma actu exiſtens, liquet. Quòd conueniat, probatur; quia cum ſit res creata eſt bona, vt ſtatim probandum erit: bonum autem eſt, quod eſt conueniens. Eſt ergo relatio actus exiſtens; & conueniens; ergo eſt C formalis perfectio.

Margin: Relatio creata eſt perfectio formalis. Probatur.

10. Quòd autem relatio ſit etiam perfecta, conſtat; cum perfectum id ſit, quod exiſtit: exiſtentia enim eſt maxima perfectio rei; ſed relatio habet exiſtentiam propriam, vt libro 4. dicemus; ergo eſt perfecta.

Margin: Eſt etiam perfecta. Oſtenditur.

11. Denique quòd ſit bona probatur firmiſsimis argumentis, quoniam eſt res creata; omnia autē bona ſunt, quæ Deus creauit, iuxta illud oraculum Geneſ. 1. *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valdè bona.* Quod Apoſtol. etiam teſtatur 1. ad Timoth. 4. *Omnis* (inquit) *creatura Dei bona eſt.* Idem videtur Ariſtot. poſuiſſe, cum ait, bonum inueniri in omni genere entis; ſed relatio creata eſt quoddam genus entis; ergo & bona. Probatur verò ratione, quoniā relatio creata eſt voluntate diuina; obiectum autem voluntatis diuinæ eſt bonum tranſcendens; ergo relatio eſt bona. Neque ſolū eſt bona, ſed eſt bonum ſubiecti, in quo eſt. Probatur ratione eadem, quia Deus vult in ſubiecto eſſe relationem; ergo vult bonum ſubiecto; non enim vult bonum ſeparatum, ſed bonum in ſubiecto;

Margin: Eſt bona. Probatur. — *Geneſ. 1.* — *1. ad Timot. c. 4.* — *Ariſtot.* — Ratio. — Eſt bonū ſubiecti. Ratio eadem.

Digitized by Google

cto; ergo ipſi ſubiecto relatio bonum eſt. Quòd ſi dicas, Deum velle calorē aquæ, ſed non vt bonum, aut perfectionem aquæ; & ſimilitèr Deum velle relationem ſubiecto, cui ineſt, ſed non vt bonū eius, & perfectionem. Reſpondendum eſt calorem non bonum aquæ, eſſe bonum igni: & ſimilitèr oportere omnem formam creatam, alicui rectè conuenire: præter vitium, quod recedit ab arte diuina: ergo relatio creata alicui rei probè conuenit, cuius bonum eſt, & perfectio.

Obiectio.

Reſponſio.

12. Quęlibet res ad aliam ordinatur, ſaltem vt compars vniuerſi. Relatio eſt bonum rei, non ad ſe ipſam, ſed ad aliud.

Denique vt veritatem clariùs aperiamus repetendum animo eſt, quod ſuprà diximus, rem quamuis ordinari ad aliā, & ita relationes expeti ab Auctore naturæ, in ordine vnius rei ad aliam. Relatio ergo eſt bonum rei, non ad ſe ipſam, ſed ad aliud. Itaque relatio eſt bonum ſubiecti, non vt ſubiectum in ſe ipſo exiſtat, ſed vt eſt pars vniuerſi ad alias partes ordinatum.

13. 1. conſect. Relatio creata non eſt abſolutè perfectio.

Duo autem conſequentia ſunt, Primum quòd relatio creata non ſit abſolutè perfectio; quia res eſt bona ad ſe ipſam, bonum autem relationis eſt bonum ad aliud: ergo relatio non abſolutè perfectio eſt, ſed eſt perfectio ſubiecti, quatenùs ſubiectum ad aliud ordinatum eſt.

14. 2. conſect.

Secundò conſequens efficitur, vt aliquæ relationes ratione fundamenti ſint alijs perfectiores, & magis propriè dicātur formales perfectiones ſubiecti; quia fundantur in abſolutis, quæ abſolutè ſunt perfectiones formales, vt relatio magiſtri, quæ fundatur in ſcientia docētis; relatio Patris, quæ fundatur in forma generantis.

15. Aduert.

Aduertendū tamen eſt aliud eſſe perfectionem ſimplicitèr dictam, & aliud abſolutè dictam: nam tametſi ſimplicitèr, & abſolutè ſæpiùs ſine diſcrimine vſurpentur; tamen ſimplicitèr quandoq; ſignificat id, quod dicimus omnibus modis; qua ſignificatione non idem eſt ſimplicitèr, & abſolutè dictum. Et ita videtur definijſſe S. Anſelm. perfectionem ſimplicitèr, quæ omnibus modis eſt perfecta: ratiocinandi facultas eſt abſolutè perfectio; non tamen eſt perfectio ſimplicitèr, quia perfectius eſt ſine ratiocinatione intelligere. Sed poſteà hoc quoque agemus, vtrùm relatio ſit perfectio ſimplicitèr, de relationibus diuinis diſputantes. Alias innumeras diſtinctiones

Perfectio ſimpliciter, id eſt, omnibus modis.

S. Anſelm.

Talis non eſt ratiocinādi facultas, & tamē eſt pfectio abſolutè.

perfectionis omittimus, quæ memoriæ oneri ſunt, & nulli vtilitati.

16. Obiectio capitalis.

Contra hanc opinionem illud eſt caput argumentorum; quòd relatio vt relatio, eſt ad aliud; perfectio autem eſt ad ſe. Quod videtur confirmari verbis S. Thom. 1. p. quæſt. 42. art. 4. ad 2. docentis perfectionem eſſe quid abſolutum. Sed ex ea diſputatione, quam fuſiſſimè tractauimus, quòd relatio etiam vt eſt ad aliud, eſt ens reale, clariſſimè liquet ipſum, ad, relatiuum, eſſe accidens adhærens ſubiecto, licèt non conſideretur, vt adhærens: & idcircò relatio ſecundùm eſſe reale, quo cōiungitur cum ſubiecto, perficit illud qualicunque perfectione, vt declarauimus. At verò Sanctus Thomas eo loco agit de perfectione diuina, quæ eſt quid abſolutum; & hoc indiget maiori cura, & ſolertia, quod capite ſequenti tractabimus.

S. Thom. Reſponſ.

S. Thom. explicatur.

Confirmatio.

17. *Ariſtot.* iam ſuprà adductus.

QVòd relatio creata ſit bona docet haud dubiè Philoſophus 1. Ethic. cap. 6. diuidens bonum per omnes cathegorias; cum quo S. Thom. & reliqui Philoſophi, Doctoresque conſentiunt: ergo relatio quæ eſt in cathegorijs numeranda, nō poteſt excipi à bono, quod eſt paſsio entis. Imò ex ſacris literis oſtendimus omnem creaturam Dei eſse bonam; eſt ergo & relatio bona: neque à bonis relatio, quæ eſt ens creatum, videtur poſse excludi. Bonum autem etiā perfectum eſt, vt docet S. Thom. 1. p. q. 5. & nos capite ſequenti commonſtrabimus. Igitur relatio bona eſt, & perfecta. At verò 4. contra gent. cap. 14. probat Doctor Sanctus relationes eſſe in Deo, quia ſunt perfectiones; ſatis apertè affirmans relationes creatas eſſe perfectiones, aliàs nulla eſſet conſequētia, vt eas Deo tribueret. Ioan. Scotus in 1. d. 1. q. 2. affirmat relationem habere propriā bonitatem, eo argumento, quo Ariſtot. diffuſum eſſe ait bonum per genera rerum. Durand. In 2. diſt. 34. quæſt. 1. ad 3. minimè diſſentit. Et conſentiunt quidam alij. Sed quòd relatio ſit perfectio, & bonum quoddam habentis, non planè affirmant. Sed iiſdem teſtibus corroboratur; nam ſi relatio eſt quid perfectū, cum nihil habeat quod ſubiecto non tribuat, ſuo quoq; modo ſubiectū perficit.

S. Thom.

Scotus ex Ariſt.

Durand. Quidam partem aſſerti cōcedētes, ad totum trahūtur.

CAPVT

CAPVT X.

Relatio realis diſtinguitur ex natura rei à rebus abſolutis.

SIquidem conſtat eſſe relationes reales in natura rerum, in illiſq; rationem boni, & perfecti inueniri, conſequitur diſputatio, vtrum à rebus abſolutis diſtinguantur ex natura rei. Diſtinctionis autem meditatio ad naturā rei indagandam plurimum confert. Duabus partibus caput ſecamus.

Prima pars. *Relatio à rebus abſolutis re ipſa aliquando diſtinguitur.*

Secunda pars. *Relatio à rebus abſolutis diſtinguitur formaliter ex natura rei?*

PARS PRIOR.

Relatio à rebus abſolutis re ipſa aliquatenus diſtinguitur.

1. 1. Sentent. negat.

PRIMA ergo opinio eſt relationes reales non diſtingui re ipſa vllo modo à rebus abſolutis, ſed ſola cogitatione mentis. Cuius ſententiæ aſſertores non aiunt relationes eſſe ſola nomina rerum, aut extrinſecas denominationes: quia ſic opinando non ponerēt relationes eſſe veras res. Sed cum cenſeant eas eſſe veras res, negant diſtingui à rebus abſolutis, ſicut ſapientia diuina eſt res vera, quæ tamen non diſtinguitur à iuſtitia. Hæc exiſtimatio placuit imprimis Nominalibus, qui rerum diſtinctionem tribuunt nominibus. Ita Guilhelm. Ocham. in 1. d. 30. & 31. Greg. d. 28. q. 2. conſentire videtur, & alij Doctores, Syluest. in conflato q. 28. dub. 1 vbi ait relationem, & abſolutum ſola denominatione diſtingui. Et Heruæus d. 30. art. 1. & quodlib. 7. q. 15. & quodlib. 10. q. 1. qui relationes appellat denominationes, & ait eas non accipi ab entitatibus rerum, ſed ex conſortio rerum abſolutarum. Durand. etiam qua parte credit quaſdam relationes eſſe ſolas appellationes, ab ijs non diſcordat in 1. d. 30. Quin etiam Ioan. Scotus in 2. d. 1. q. 5. & in 3. d. 8. q. 1. quaſdam relationes ait non diſtingui à ſuis fundamentis, quæ ſunt res abſolutæ.

(Proponitur in vero ſenſu. — Auctores. — *Ocham.* — *Greg.* — *Syluest.* — *Heruæus.* — *Durand.* — *Scotus.*)

2. Explic. addita *Suar. in met.* *d. 47. sect. 2.*

At verò vt relationes prædicamenta-A les, quæ ſunt reales non videantur eſſe ſolæ appellationes, explicant quidam ſimilitudinem, verbi gratia, nihil omninò addere albedini, quod ſit in ipſa re alba; ſed ſolùm addere terminum, qui eſt altera albedo, ſiue ſimilitudo altera oppoſita: quod tamen additum nihil eſt in ipſo primo albo; ſed albedo, quæ eſt in illo, prout reſpicit aliam albedinem, eſt ratio completa ſimilitudinis. Et quia albedo ſola non eſt ſimilitudo, niſi addatur alia albedo in alio ſubiecto; hinc (inquiunt) fit, vt albedo, quæ ſola non erat ſimilitudo, additâ aliâ fit ſimilitu-B do, abſque vlla omninò mutatione ſui, ſed alterius albi, quod denuò factum eſt album.

(Dicit 1. quod ſimilitudo v. c. non addit albedini aliquid, niſi alteram albedinem terminantem. — Dicit 2. quod ſimilitudo ſignificat albedinem, vt reſpicientem aliā albedinem.)

3. 2. Sent. affirmat vt in tit.

Tota iſthæc opinio, & explicatio opinionis lōgis interuallis à vero diſsidet: hoc probant ſatis ſuperque communia, tritaque argumenta. Eſt enim relatio, verbi gratia ſimilitudo, res quædā creata, quæ aduenit albedini præexiſtenti; ergò non eſt omnibus modis ipſa albedo: eadem enim res non poteſt præexiſtere ſibi ipſi, & ſe ipſam reali exiſtentia antecedere tempore, vt perſpicuum eſt. Et ſimile argumentum eſt, cum perit ſi-C militudo in iſto albo, manente albedine; eadem enim res, quæ manet, non poteſt interire.

(Contra prim. & explicationem additam, 1. Probatio. — Eadem res nō poteſt ſeipſam reali exiſtentia antecedere tēpore. — Nec poteſt res eadem quæ manet, interire.)

4. Reſponſio.

Reſpondent relationem oriri, aut interire quoad terminū; quia addito termino res, quæ erat albedo, eſt realis ſimilitudo; & ablato termino, res quæ erat ſimilitudo, manet albedo. Sed hæc reſponſio eſt valdè futilis, & inepta; nam etſi relatio reſpiciat terminum intrinſecè; tamen ſi res vera eſt, ex propria ratione ſua formali proprium habet ortum, & interitum, ita vt ipſamet res oriatur, & intereat. At verò nulla res D formaliter oritur, aut interit per hoc duntaxat, quia alia res diſtincta, aut producitur denuò, aut perit: ſed ſolo nomine dicetur quaſi ab extrinſeco, aut incipere, aut finiri; ſicut paries deſinit videri, homine non aſpiciente.

(Refutatur. — Res vera ex propria ratione formali propriū habet ortum, & interitum, non alienū duntaxat.)

5. Refutationis confirmatio euidens.

Et hoc idem cōfirmatur euidenti argumento; nam relatio, cum non ſit ens increatum, ſed creatum, eſt per ſe primò productum aliqua actione, aut perfecta, aut imperfecta; aut ſaltem eſt per ſe effectus alicuius cauſæ efficientis: quòd ſi eſt omninò res eadem, quæ eſt fundamentum abſolutum; ſimul etiam tis

(Ens creatum eſt per ſe effectus alicuius cauſæ efficientis.)

cum fundamento per ſe primò produ- A
citur. Ita enim Ariſtot. decernit lib. 4. metaph. cap. 2. tex. 3. ea, quæ omninò ſunt idem, vt ens, & vnum eadem actione per ſe primò effici; ergò relatio ſimul cum fundamento oritur, & interir, quod eſt falſum, vt liquet; ſiquidem fundamentum antecedit tempore relationem: omninò igitur confitendum eſt relationem diſtingui re ipſa à fundamẽto; & per ſe produci præexiſtente fundamento; ſeu etiam manente fundamẽto interire.

Ex Ariſtot. Ea quæ omninò ſunt idem eàdem actione per ſe primò efficiuntur.

6.
2. probatio.

Præterea relatio, verbi gratia, ſimilitudo, aut ſignificat ſolam albedinem, in B qua fundatur; aut albedinem, vt reſpicientem terminum, vt quidam explicãt. Primum dici non poteſt; eſſent enim ſynonima ſimilitudo, & albedo, & nulla eſſet relatio, neque etiam rationis; ſiquidem nomina relatiua ſignificarent ſolùmodò res abſolutas; quod neque cogitando fingi poteſt: ſignificat ergo hoc nomen, ſimilitudo, ipſam albedinem, vt reſpicientem terminum. Progrediamur inquirendo; hoc enim nomen, ſimilitudo, aut ſignificat albedinẽ ſimul, & reſpectum ad terminũ principaliter, quod fieri non poteſt; ſignificaret enim ſimul C abſolutum, & relationem pluribus conceptibus; & non eſſet nomen vniuocum, neque quòd poſſet in genere collocari: aut ſignificat albedinem principaliter, quod non minus falſum eſſe conſtat; quia eſſet nomen abſolutum, cuius forma ſignificata eſſet res abſoluta: ſignificat ergo principaliter ipſum reſpectũ, qui eſt ipſa relatio prædicamẽtalis; neq; enim ſimilitudo eſt relatio tranſcendẽs albedinis ad albedinem: ergo nomen ſimilitudo non ſignificat albedinem, vt reſpicientem, ſed ipſum reſpectum, ſiue relationem formalitèr ſignificat: ergo D falſa eſt illa explicatio, quòd ſimilitudo, verbi gratia, ſignificet albedinem, vt reſpicientem aliam albedinẽ; ſiquidẽ comprobatum eſt hoc nomine non ſignificari albedinem, ſed ipſum reſpectũ, ſiue relationem vnius albedinis ad aliã. Et illud alterum eodem argumento refutatur, quòd ſimilitudo non addat albedini aliquid, niſi alteram albedinem terminantem. Cum enim nomen hoc, ſimilitudo, non ſignificet albedinem, vt probauimus; neque addat albedini aliquid, quod ſit in ipſa, ſed extrinſecam albedinem terminantem, vt illi aiunt: conſequitur, vt ſimilitudo in re, cui ineſt, nihil ſit; probatur, quia nomine ſimilitudinis non ſignificatur albedo, & albedini nulla res additur, quæ iſto nomine ſimilitudinis ſignificetur; ergo nomen, ſimilitudo, nullam rem ſignificat, ſcilicet neque albedinem, neque rem diſtinctam ab albedine. Hoc idem comprobatur; nam omninò neceſſe eſt, vt ſimilitudo ſit res quædam addita albedini, ſaltem ratione diſtincta: aliàs nulla res eſt: neque enim ſimilitudo in vno albo, eſt alia albedo addita terminans illam priorem albedinem; ſed eſt aliquid in illo priori albo, ipſi albo inhærens, vt illi confitentur, & perſpicuum eſt: eſt ergo ſimilitudo in illo albo, cui ineſt, res quædam, ſaltem ratione diſtincta ab albedine; & noſtro ſaltem modo cogitandi, eſt res addita albedini; & differt definitione ab albedine, vt liquet: quæ autem differunt definitione, differunt re ipſa, vt lib. 1. probatum eſt: ergo albedo, & ſimilitudo ſunt res duæ aliqualitèr diſtinctæ re ipſa. Attributa autem diuina, neque differunt propria definitione, neque diſtinguuntur re ipſa, etſi differant rationibus formalibus, propter infinitatem Deitatis.

Hæc nomina albedo, & ſimilitudo nõ ſunt ſynonima.

Nomen, ſimilitudo, nõ ſignificat principalitèr ſimul abſolutum, & relatiuum pluribus conceptibus.

Nec ſignificat principaliter abſolutum.

Significat principaliter, & formalitèr ipſum reſpectum abſoluti, v. c. albedinis ad aliam albedinem.

3. probatio cõſectaria impugnãs primũ dictum explicationis.

Conſequitur vt ſimilitudo in re cui ineſt, nec ſit albedo, nec res diſtincta ab albedine.

4. probatio impugnans idem dictum.

Cũ ſimilitudo per aduerſarios ſit aliquid in priori albo, ipſi albo inhærens, ac proinde differens ab albedine ſaltẽ definitione, differt ab ea re ipſa.

De attributis diſpar ratio.

7.

Noua tamen opinio nobis occurrit, qua euadamus iſthæc argumenta, ſcilicet, vt dicamus relationem nõ eſſe rem diſtinctã ratione formali ab abſolutis, ſicut diſtinguuntur attributa; ſed eſſe illud abſolutum, in quo relatio ipſa fundatur, cognitum non abſolutè, ſed relatiuè: ſicut enim dicimus, quòd eadem res, verbi gratia albedo, diuerſis nominibus, & conceptibus eſt actus, & eſt perfectio, & hæc tria ſunt res vna, ſcilicet, albedo; ita ipſa albedo cognita ad aliud eſt ſimilitudo. Et cum dicitur aduenire ſimilitudo, non aduenit res, ſed eadem albedo cognita nouo conceptu habet nouum nomen relationis: ita vt hoc nomen ſignificet ipſam rem, ſed nouo modo intellectam, ſcilicèt ad aliud. Et hac ratione videtur poſſe explicari præcedens opinio.

Noua harum probationum euaſio, qd ſcil. relatio ſit ipſũ abſolutũ cognitũ relatiuè, vt de actu, & perfectione lib. 3. c. 7. a num. 12 & c. 8. num. 33.

8.
Refutatur 1. ex 2. probatione.

Sed & hic opinandi modus falſitatis conuincitur. Primò, quia hoc nomen, relatio, vt probatum eſt, non ſignificat formaliter rem abſolutam; quare non poteſt eſſe res eãdem abſoluta alio modo cognita. Secundò, in his quæ ſic diſtinguuntur

Refutatur 2. In his quæ di-

ſtinguũtur penes ſolũ modũ cognoſcẽdi, & ſignificandi, ea quæ definiẽdo adduntur, indicantur in obliquo.

Exemplum de perfectione, vbi ſupra.

guuntur penes modum cognoſcendi, ea quæ definiendo adduntur, non ſunt res formaliter ſignificatæ, ſed in obliquo, & aliquãdo indicant etiam relationes rationis, aut negationes; verbi gratia, perfectio eſt actus vltimus, & conueniens; vltimum ſignificat negationem, ſcilicet, quæ non eſt poſteriùs, aut certè relationem rationis, ſi dicas eſſe poſitiuum, vt primum, quod relatiuè dicitur; & conueniens ſimiliter ſignificat ibi relationem rationis, vt hoc libro dicemus: quæ relationes non ſignificantur formaliter nomine perfectionis, ſed in obliquo, & ex modo intelligendi indicantur: aliàs perfectio non eſſet res, ſi nomine perfectionis formaliter ſignificaretur relatio rationis, quæ nõ eſt res. At verò relatio realis non ſignificat formaliter rem abſolutam, vt diximus, ſed ipſam relationem, quę eſt res: quare nõ differt ab abſolutis ſolo modo intelligendi, ſed re ipſa ſignificata per nomen. Et cum definitur per hoc, quod ad aliud eſt, definitur per eſſe, quod eſt reale; quare ipſum eſſe ad aliud, quæ eſt res addita abſolutis, eſt vera res, & definitione diſtincta ab abſolutis: res autem creatæ ſuis definitionibus coæquatæ ſunt, & coarctatæ, vnde & definitæ dicuntur; quibus oportet eas eſſe re ipſa diſtinctas: nam actus, & perfectio ita definitione differunt, vt id, quod additur definiẽdo non ſit res, ſed relatio rationis, & in obliquo duntaxat ſit additamentũ; relatio autẽ in recto ſignificat id, quod cogitando additur abſolutis; & illud idẽ formaliter eſt res, haud dubiè res diſtincta, ſaltem ex natura rei. Denique hæc quæ differunt ſolo modo intelligendi, ſunt res ſuapte natura explicabiles diuerſis modis; vnde illa nomina ſemper iiſdẽ conueniunt; albedo enim ſemper eſt actus, & perfectio, quia eſt res vna pluribus modis explicabilis: relatio autẽ aduenit tempore præexiſtenti abſoluto; ergo non eſt ipſum abſolutum diuerſo modo cognitum; ſed eſt nomen nouum, & noua conſideratio rei. Vnde petimus poſtremum argumentum firmiſſimum; nam intellectus intelligit res comparãdo illas cum aliis, quæ comparatio coniuncta eſt cum relationibus rationis; ergo ſi albedini, verbigratia, nihil aduenit, niſi noua meditatio animi, qua cogitatur ſimul cum alio, ſufficit ad hanc

Aliàs perfectio non eſſet res, ſed negatio, vel relatio.

Relatio realis non ſignificat formaliter, & in recto rẽ abſolutam, ſed relationem, ſiue eſſe ad aliud.

Res creatę ſuis definitionibus coęquatę ſunt, & definitæ, atque ideo diſtinctæ re ipſa.

Refutatur 3.

Hæc quę differunt ſolo modo intelligendi, ſunt res ſuapte naturà explicabiles diuerſis modis, vnde illa nomina ſẽper iiſdẽ conueniũt.

Refutatur 4.

A cõparationem relatio rationis. Et quòd ſit rationis probatur; ſiquidem non aduenit noua res, ſed noua conſideratio; igitur ſi (id quod omnes fatentur) relatio eſt vera res, neceſſe eſt, vt re ipſa aliquatenus diſtinguatur ab abſolutis.

Si nõ aduenit noua res, ſed noua conſideratio cõparatiua, ad hanc ſufficit relatio rationis.

9. Ex quibus omnibus colligimus eam opinionem, quæ aſſerit relationẽ creatam eſſe rem, & non eſſe diſtinctam à rebus abſolutis, eſſe incredibilem.

10. Sed deberet hoc quoque prouidere vir theologus, vt rebus diuinis conſentaneè philoſopharetur, ſi enim relationes creatæ non ſunt res, præter res ipſas abſolutas, conſequens eſt, vt relationes diuinæ, quæ non ſunt res abſolutæ, non ſint res relatiuæ; ſiquidem relatio nihil eſt, niſi res ipſa abſoluta, vt illi aiunt. Aut ergo dicendum eſt perſonas diuinas eſſe res abſolutas, aut non eſſe relationes; cuius conſequentis pars vtraque fidei Catholicæ contraria eſt.

5. probatio ſuaſoria.

B

11. At verò quòd relatio realis diſtinguatur ex natura rei à rebus abſolutis, doctrina eſt captu facilis, & hoc ipſo eſt doctrina prudentum, quæ ex mente ſapientis facilis eſt, Prouerbiũ 4. Et ſuadetur hoc, quia eſt relatio ens habens eſſentiam, & exiſtentiam, definitioneque diſtinctum ab omni ente abſoluto, cùm ſit ad aliud: quod eſt luculentiſſimum argumentum diſtinctionis in re ipſa, ſiue ex natura rei.

6. probatio ſuaſoria. Sent. affirmans eſt captu facilis, & hoc ipſo doctrina prudentum. Confirm.

C

Confirmatio.

12. HÆc eſt ſententia S. Thom. quam ita diſpcidè aſſeruit, vt quidam arbitrati ſint Doctorem noſtrum poſuiſſe diſtinctionem hanc abſolutè realem, vt parte capitis ſecunda dicemus, & eſt Thomiſtarum communis. Legito Ioan. Capreol. d. 30. q. 1. Thom. Caiet. q. 28. Franciſ. Ferrar. 4. contra gent. cap. 14. Iiſdem locis legendus eſt S. Thom. & in 1. d. 33. q. 1. art. 1. ad 2. & q. 8. de potent. art. 2. Conſentiunt Durand. & Ioan. Scotus quoad aliquas relationes, quas aiunt à rebus abſolutis diſtingui, vt præmonuimus.

Capreol. Caietan. Ferrar. S. Thom. Conſentiunt *Durand. & Scotus* quoad aliquas relationes.

D

PARS POSTERIOR.

Relatio à rebus abſolutis diſtinguitur ſolùm formaliter ex natura rei.

1. QVoad ſecundum quæſitum eſt opinio

1. Sent.

Caietan. *Capreol.* *Ferrar.* quòd relatio à fundamento diſtinguatur diſtinctione reali ſimplicitèr.

nio Thom. Caiet. quam multis tuetur 1. p. q. 28. art. 2. ad 2. Et eadem eſt Ioan. Capreol. d. 30. q. 1. Et Franciſc. Ferrar. 4. contra gent. cap. 14. quòd relatio à fundamento diſtinguatur realitèr. Cum autem Thomiſtæ abſolutè dicunt diſtingui aliqua realitèr, intelligunt id genus diſtinctionis realis, quam dicimus ſimplicitèr, & abſolutè realem, quæ non eſt ſola formalis, aut modalis, quandò abſolutè ſunt res plures diſtinctę. Et contendit Caiet. quòd iſta ſit ſententia S. Thomæ: nos verò Caietano hac in re contraimus.

Contraitur *Caietano* cõtendenti eam ſẽtentiam eſſe *S. Thom.*

Nam dicta S. Thomæ, quæ afferuntur, cum obſcura ſint, vt eius aſſerta, nihil de quæſtione hac videntur indicare, vt ſtatim iudicare licebit.

Ratio.

2. Sent. *Scoti* conſona præcedenti quoad aliquas relationes

Ioã. Scot. in 2. d. 1. q. 5. & in 3. d. 8. q. 1. ait quaſdam relationes diſtingui re ipſa à fundamento, quaſdam non diſtingui.

Sumitur ex ipſius regula de diſtinctione reali.

Hæc autem conformat regulę ſuę, quòd ea quæ poſſunt exiſtere ſine alijs, diſtinguantur ab eiſdem: quòd ſi ſine alijs nõ exiſtant, ab eiſdem non diſtinguantur. Relatio ergo creaturæ, quia nunquam res creata exiſtit ſinę illa, non diſtinguitur ab eadẽ: ſimilitudinẽ verò, quia ſine illa exiſtit albedo, rẽ diſtinctam eſſe affirmat.

Ea regula improbata eſt lib. 1. c. 17. p. 2. n. 2.

Cum ergo lib. 1. regulam iſtam falſi arguimus, hæc quoque, quæ ad regulam diriguntur, ſunt ſatis improbata.

2\.

Pro reſolutione recolenda reg. de diſtinctione reali, tradita ibidem n. 4. 6. & 7.

Ad quæſtionem autem elucidandam commemoranda ſunt ea, quæ diximus lib. 1. de diſtinctione reali: eam enim normã huius rei inſtituimus, vt res quę ita per ſe cohærent, vt non ſint aliorum quaſi additamenta, ſiue appendicea, cenſeamus eſſe, dicique abſolutè diſtinctas;

Exemplum.

ſicut enim augmentum caloris non eſt res diſtincta à calore; ita etiam virgula aurea conuerſa in circulum non videtur immutata per acceſſum rei alterius, ſed per mutationem ipſius quantitatis; ita vt figura non ſit res diſtincta à quantitate, ſed ipſa quantitas cum hoc augmento entis, quo fit circulus.

3\. Sentent. eſt reſolutio tituli.

Declaratur exẽplo figuræ.

Igitur ij, qui hanc opinionem conſequuntur, docent quidem figuram eſſe ſpeciem qualitatis, eſſe formam quæ dat eſſe formale, eſſe eſſentiam quandam in ſpecie conſtitutam genere, & differentia conſtantem, cuius ſit propria exiſtentia: & ita eſſentia, exiſtentiaq; figuræ diſtinguuntur re ipſa ab eſſentia, exiſtentiaq; quantitatis, quo eſt aliud genus; ſed eſt tamen in re ipſa diſtinctio, nõ abſolutè, ſed aliqualis diſtinctio, ita vt in ſenſu identico quantitas ſit figura, ſicut actio eſt paſsio in ſenſu identico; quia non ſunt abſolutè res duæ, ſed res augmentata, ſiue res cum appendice: & hæc dicitur formalis diſtinctio adeò in ſcholis vſitata; ea enim eſt formalis diſtinctio, quæ eſt duarum formarum, & non eſt abſolutè realis.

In ſenſu identico quantitas eſt figura, ſicut & actio eſt paſſio.

Quòd ſi inter aliquas formas eſſentialiter diſtinctàs conceditur realis identitas cum formali diſtinctione, nihil eſt quod meritò, ac iure poſſit dici idem cum alio, quàm vt relatio ſit idem cum fundamento: nam relatio eſt minimũ ens, vt Auicena notauit, & totum eius eſſe eſt ad aliud, ita vt ferè non contingat fundamentum, in quo eſt; ergo non eſt res abſolutè diſtincta à fundamento, ſed eſt idem fundamentum, vt eſt ad aliud.

Ex *Auicen.* Relatio eſt minimũ ens, & totũ eius eſſe eſt ad aliud, ita vt ferè nõ cõtingat fundamentũ in quo eſt.

Hæc autem opinio valuit iam contra Auctores recitatos; quam ſine cauſa negant eſſe S. Thom. ſententiam, reijcientes Opuſculum 48. ab operibus S. Thomæ quo aliàs ſæpius vtuntur S. Thomæ ſectatores.

Hæc ſent. eſt *S. Thom.* Opuſc. 48. qd ab eius operib. Auctores contrarij immeritò reijciunt.

Eo verò Opuſculo cap. 2. ſic dicitur; *Non eſt intelligendum, quòd ſimilitudo Socratis ſit aliqua res in Socrate diſtincta ab albedine, ſed ſolùm eſt ipſa albedo, vt ſe habet ad albedinem Platonis, vt ad terminum.* Et ſubdit rationẽ. *Si enim ſimilitudo adderet ſupra albedinem rem aliquam, nullo modo poſſet fieri ſimilis alicui ſine mutatione, quod eſt falſum.* Ecce verbis planiſsimis S. Thom. (ſi tamen eius eſt Opuſculum) fidem facit noſtræ opinioni.

Ratio *S. Doctoris.* Si relatio eſſet res alia diſtincta, non ſequeretur fundamẽtum naturali conſequentia, ſed per operationem diſtinctã efficeretur.

Neque parui pendendum eſt argumentum, quòd ſi relatio diſtingueretur à fundamento, ita vt eſſet res alia omninò diſtincta, non ſequeretur fundamentum naturali conſequentia, ſed per operationem diſtinctam efficeretur; atque ideo cum aliqua mutatione ſubiecti. Idem cenſent Iauellus 5. Metaph. & Dominic. Soto in Prædicamento ad aliquid, & alij Thomiſtarum.

Iauellus. *Soto.*

4\. Ad loca *S. Thomæ* pro 1. ſent. Ad 1. locum.

Quòd verò S. Thom. non ſit in partibus aduerſis proculdubio credim⁹. Recitantur eius verba q. 8. de potent. ar. 2. ad 1. *Ad primum ergo dicendum, quòd nulla ſubſtantia, quæ eſt in genere, poteſt eſſe relatio; quia eſt definita ad vnum genus, & per conſequens excluditur ab alio genere.* Cum ergo ſint aliquæ relationes fundatæ in ipſa ſubſtantia; conſequens

Digitized by Google

Explicatio. *S. Doctor* loquitur in ſenſu formali, vult enim ſubſtantia in Deo eſſe formaliter relationem.

Genera rerum non diſtinguũtur realiter abſolutè.

queus videtur eſſe, vt ſint res diſtinctæ. Sed ecquis non videat S. Thomam loqui in ſenſu formali? Idem enim in argumento aſſumptum erat, quòd ſubſtãtia, & relatio ſunt primò diuerſa. Hoc autem S. Thom. in relatione creata concedit, quia diſtinguitur genere à ſubſtãtia. Sed quòd diſtinctio quæcunque generis ſit abſolutè realis, apud S. Thom. non oſtenditur; aliàs iampridem ceſſauimus: neque enim dubium eſt relationem fundari in generibus alijs, vel in quantitate, vel qualitate, vel etiam in ſubſtantia: quòd ſi omnia genera eſſent res abſolutè diſtinctæ, dubium non eſſet relationem quoque eſſe rem diſtinctam à fundamento, ſiquidem genera diſtincta ſunt fundamentum relationis; & relatio eſt genus diſtinctum. Dicimus ergo genera rerum ſaltem formaliter diſtingui, & relationem creatam à fundamento formaliter diſtingui: at verò relatio diuina neque formaliter ab eſſentia diſtinguitur, vt poſteà dicemus, eò quòd eſt extra omne genus: & ideò ſubſtantia in Deo eſt formalitèr relatio, quod S. Thom. vult loco commemorato. Ad eundem ſenſum Ariſt. 1. Phyſic. tex. 26. docet ſubſtantiam nulli rei eſſe accidens; quia ſcilicèt alia eſt ratio ſubſtantiæ, & alia ratio accidentis: non ideo tamen ſunt res ſimpliciter diſtinctæ, ſed poteſt eſſe accidens, quod ſit forma ſubſtantiæ, formaliter duntaxat à ſubſtantia diſtinctum; qualis eſt relatio diſtinctionis, aut ſimilitudinis, quæ in ſubſtantia creata fundatur.

Genera rerum ſaltem formaliter in re ipſa diſtinguuntur.

Ariſt. locus ſimilis, ſimiliter explicatur.

5\. Ad 2. locum. Diſtinctio formalis ſufficit vt relationis eſſe conſequatur eſſe rerum aliarum.

Deinde quod S. Thomas ait 4. contra gent. cap. 14. relationis eſſe conſequi eſſe rerum aliarum, nos quoque ſentimus: eò quòd relatio ſit eſſentia diſtincta habens eſſe diſtinctum à fundamento, vt diximus. Quare cum fundamentum ſit cauſa relationis, relatio, & ſuum eſſe poſteriora ſunt; non tamen hoc ſit, vt ſint res omninò diſtinctæ, ſicut de figura, & de quantitate dicendũ eſt. Quod verò aſſerit in 1. d. 33. q. 1. art. 1. relationem creatam efficere compoſitionem cum abſoluto, nullius momenti argumentum eſt: diſtinctio enim formalis, quæ eſt in re ipſa, qualis qualis diſtinctio, ſatis eſt, vt ſubeat compoſitionem; qua ratione diſtinctionẽ formalem attributorum reprehendimus, vt compoſitionem in Deo caueamus.

Ad 3. locum.

Eadem ſufficit ad compoſitionem.

6\. Ad 4. locum.

VLtimus locus reſiduus eſt 1. p. q. 28. art. 2. ad 2. vbi S. Thom. docet, quòd in rebus creatis præter relationem eſt res alia abſoluta; in relatione autem diuina, non eſt res alia abſoluta à relatione diſtincta. Hæc verba intelligenda ſunt de ſubiecto, ſiue extremo relationis, quod non ſit ſimul fundamentum relationis; verbi gratia, præter ſimilitudinem fundatam in candore, eſt res alia abſoluta ſcilicet ſubſtantia; itaque in his accidit, vt relatio ſit res ſimpliciter diſtincta ab abſoluto, ſcilicet, à ſubiecto, non à fundamento: quando verò ſubiectum eſt ſimul fundamentum, præter relationem eſt res alia abſoluta; quia etiã tunc ſubiectum, ſiue fundamentum diſtinguitur formaliter à relatione; & in his etiam relatio eſt res alia, non abſolutè, ſed aliqualitèr alia. Relatio autem diuina eſt omninò res eadem abſolutæ, quæ eſt eſſentia. Et ita longum eſt diſcrimen inter vtramque relationem increatam, & creatam, quod S. Doctor voluit indicare. Itaque S. Thom. neque de fundamento fecit mentionem vllam, neq; verò aſſeruit vniuerſim præter relationem eſſe rem aliam. Et quouis modo relatio creata res alia ſit, ſiue ſimpliciter, ſiue aliqualiter, id eſt formaliter, hoc ſatis eſt vt longè abſit à relatione diuina, quæ eſt res omninò eadem cum eſſentia abſoluta.

In creatis ſubiectum relationis quando nõ eſt fundamentum, eſt res alia abſoluta diſtincta ab ea realitèr.

Quãdo eſt fundamentum, diſtinguitur ab ea formaliter.

Relatio diuina eſt omninò eadem res abſoluta, quæ eſt eſſentia.

Confirmatio.

7\. Hæc ſentent. tribuitur *S. Auguſt.* & *S. Anſel.* aliud potiùs affirmantibus.

HÆc ſententia attribuitur S. Auguſtino lib. 5. de Ciuit. Dei cap. 16. & S. Anſelm. Monolog. cap. 24. Sed potiùs hi Patres affirmant relationem accidere ſubiecto ſine mutatione, quàm eſſe idem re ipſa. Quod tamen apertiſſimè affirmat S. Ioann. Damaſc. in ſua dialect. cap. 50. *Oportet* (inquit) *ea, quæ ad aliquid dicuntur, prius ad aliud prædicamentum reduci tanquam ſeparatim conſiderata, & tunc demum, vt habitudinem, & affectionem ad alterum habentia.* Ergo res eædem priùs ponuntur in alijs prædicamentis rerum abſolutarum, deindè in genere relationis: non ſunt ergo res ſimpliciter diſtinctæ relatio, & abſolutum. Idem docet S. Thom. Opuſculo 48. quem locum iam commemorauimus cum Caietano, & Dominico Soto, & alijs.

Patrocinatur apertiſsimè *S. Damaſcenus.*

S. Thom. vbi ſuprà.

CAP. XI.

CAPVT XI.

Argumenta refelluntur.

1. Cōtra inſcrip. partis 1. cap. 10. *S. Thom. & S. Damaſc.* vt p. 2. n. 3. & n. 7. 1. argum.

QVòd relatio, & fundamentum ſit res eadem omninò, videtur docere S. Thom. & S. Ioan. Damaſc. locis commemoratis. Et hoc ipſum probatur non ſperendis argumētis: Albedo enim in vno corpore, ſi exiſtat alia albedo in alio, per ſe ſatis eſt, vt reddat aliud ſimile alteri; ergo non eſt neceſſaria ad hoc ipſum præſtandum, res alia ab albedine diſtincta, quæ ſit ſimilitudo.

2. 2. argum.

Secundò: Si Deus rem iſtam, quam aimus diſtinctam, ſcilicet ſimilitudinē, tollat manentibus alijs; adhuc alba erūt ſimilia: ergo non eſt neceſſaria ſimilitudo, quæ ſit res diſtincta. Et confirmatur, quoniam etſi dicamus hoc eſſe impoſsibile, vt ab albedine, manente alia albedine, tollatur ſimilitudo; tamen propoſitio conditionalis eſt vera, data hypotheſi impoſsibili, ſcilicet, quòd manentibus albis maneret ſimilitudo; ergo data hypotheſi verū eſt, quòd albedo ipſa faceret ſimile. Quid ergo prohibet, vt ſeruato ordine naturæ albedo faciat quoque ſimile? Imò hoc eſt neceſſarium; ſi enim ſimile in illa hypotheſi eſſet effectus formalis albedinis; cum effectus formalis non ſeparetur à forma; concedendum eſt ſecundum naturam rerum nulla data hypotheſi, ſimile eſſe effectū albedinis; & nullam eſſe ſimilitudinem diſtinctam ab albedine, quæ ſit cauſa formalis ſimilis.

Confirm.

Alia argum.

Alia argumenta potiùs comprobant relationes non eſſe res, quàm non eſſe diſtinctas à fundamētis: vt quòd non ſit ponendus tantus rerum numerus; quòd adueniat relatio ſine mutatione ſubiecti. Et his iam fecimus ſatis prioribus quæſtionibus.

3. Cōtra inſcrip. partis 2. c. 10. 1. argum. *ex Ariſtot.*

Pro parte contraria arguēdo oſtenditur, relationes eſſe res ſimpliciter diſtinctas ab abſolutis. Primò: ſubſtantia nulli rei eſt accidens, vt docet Ariſtot. 2. Phyſic. cap. 3. Sed relationes nonnullæ adhærent ſubſtantiæ abſque medio, & fundantur in illa; ergò eę ſunt res diſtinctæ ſimpliciter à ſubſtantia.

4. 2. argum.

Præterea: Relationes adueniunt, diſceduntque manentibus fundamentis; & intenditur ſimilitudo, dum remittitur albedo, cum id, quod eſt magis album remiſsione albedinis accedit ad minus album; cum ergo de relationibus, & fundamentis contraria dicantur, oportet eſſe res abſolutè, ſimpliciterque diſtinctas.

Aduertenda.

5. 1. aduert. Sūt res quædā, quæ non poſsūt cogitari re ipſa ſeparatę.

PRo tuenda opinione noſtra nihil nos noui aſſerimus, ſed ea, quæ in quæſtionibus alijs oportet eſſe conſtituta. Illud eſto primum, quòd ſint res quædam, quæ non poſſunt cogitari re ipſa ſeparatæ, vt linea ſine punctis medijs, aut vltimis; quantitas ſine figura; & alia huiuſmodi. In his igitur occurrūt vulgaria illa quæſita: Vtrum Dei potentiâ poſsint res iſtæ ſeparari, quæ non poſſunt cogitari ſeparatæ? Ioan. enim Scotus credidit eas res nullo modo eſſe diſtinctas, quæ neque Dei potentia ſunt ſeparabiles. Quod apertè eſt falſum, nā ſimile ſine ſimili exiſtere non poteſt, neque Pater ſine Filio, cum ſint res maximè diſtinctæ: imò in Deitate Pater ſecundum eſſentiam non poteſt ſeparari à Filio, & eſt res diſtincta: vtrumque aſſertum eſt fidei Catholicæ documentū.

De his quæſt. Vtrū Dei potentiâ poſsint ſeparari? *Scoti* regula de qua cap. 10. p. 2. n. 1. Refellitur 1. in creatis. 2. in diuinis.

6. 1. dictum. Si Deus ſepararet formam naturaliter emanantē, alia forma eiuſdē ſpeciei à natura naturaliter proflueret.

In his etiam dicendum eſt, quòd cum ab indiuiduo non ſit dependētia eſſentialis, ſi Deus ſepararet formam naturaliter emanantem, alia forma eiuſdem ſpeciei à natura proflueret: quare ſi Deus tolleret vnam figuram à quantitate, emanaret alia ſimilis; & ſi tolleret relationem vnam, orietur alia eiuſdem ſpeciei.

7. 2. dictum. Non videtur incredibile diuinitùs poſſe tolli à quantitate omnem figuram. Ratio.

Non tamen exiſtimo eſſe incredibile, quòd tollat Deus à quantitate figurā; ſiquidem figura non clauditur in ipſa eſſentia quantitatis, aut in eius definitione: nam à linea Deus non poteſt tollere puncta, quia linea eſt eſſentialiter cōtinuum, quod eſt in diuiſibilibus copulatum; & ita puncta pertinent ad definitionem lineæ, vt ſunt intrinſeca ipſi eſſentiæ ad modum partium: nam etſi quæuis pars non ſit eſſentialis quantitati, habet tamen partes eſſentialiter. Quantitas igitur ablatâ figura adhuc eſſet quaſi radicaliter figurata; ſicut corpus ablata quātitate creditur poſſe manere, quaſi radicaliter dimenſum; quod valdè obſeruandum eſt: non figurata accidente, ſed ſua pte natura ſic extenſa, & vt figurata cogitari poſsit. Et de relatione ſimiliter dicendum, quòd cum non

Diſpar ratio de pūcto, quia ſcilic. cōtinetur in definitione lineæ.

Quantitas ablatâ figurâ adhoc eſſet radicaliter figurata. declaratur hoc.

Similiter poteſt tolli à duo.

bus albis realis ſimilitudo. ſit de eſſentia abſolutorum, poſsit ſeparari manentibus abſolutis; v. g. poteſt tolli relatio realis ſimilitudinis manentibus albis; non poteſt tamen emoto vno albo, manere ſimilitudo in vno ſolo albo; quia alterum album pertinet ad definitionem ſimilis: eſſent autem illa alba ſimilia ſimilitudine orta ex modo intelligendi, quæ non eſſet realis relatio in ea hypotheſi, & illo euentu rerũ, quo Deus tolleret ſimilitudinẽ illam, & cohiberet fluxum alterius ſimilitudinis eiuſdem ſpeciei, qui eſt naturalis, vt admonuimus: ſed in illis albis ſimilitudo eſſet relatio rationis diſtincta genere ab ea, quæ eſt realis, quã dicimus poſſe auferri diuinâ potentiâ. Quòd ſi cui magis placet hæc non poſſe ſeparari vllâ potẽtiâ; quod de figura, & quantitate libitũ fuerit, de fundamento, & relatione licebit nobis tenere; nihil hinc noui inducentibus, ſed in alijs quæſtionibus decreta, & ſtabilita.

Illa alba ſimilia eſſent duntaxat per rationem.

3. dictum. Qui tenent figuram eſſe inſeparabilẽ diuinitatis à quantitate, idem de relatione concedere debent.

8. *2. Aduert. Relatio nõ eſt modus rei.*

Deinde etiam aduertendum eſt, quòd relatio non eſt modus rei: neq; enim (vt quidam crediderunt) omnia quę diſtinguuntur ex natura rei, ſunt modi ipſius rei, quod lib. 1. docuimus: ſed relatio eſt forma dans eſſe, & habẽs ſuam eſſentiã definibilem propriè, & ſuam exiſtentiã; ita vt non quia eſt modus rei, ſed ſolùm propter imperfectionẽ ſuam non ſit res abſolutè diſtincta à fundamẽto; eſt itaq; formaliter, & ex natura rei diſtincta, nõ ſimpliciter.

Eſt forma habens ſuã propriã eſſẽtiam, & exiſtentiã, licet imperfectã.

Reſponſio.

9. *Ad argum. contra inſcrip. p. 1. cap. 10. Ad S. Tho. & S. Damaſ. ex dictis ibi.*

TEſtimonia quæ afferũtur ex S. Tho. & S. Ioan. Damaſc. declarauimus: affirmãt enim probè relationẽ, & abſolutum eſſe rem eãdem, ſed non omninò eandem; maximè verò S. Thom. qui alijs in locis tam facit diſtincta, vt creditus fuerit poſuiſſe diſtinctionem abſolutè realem, vt docuimus.

10. *Ad 1. argum. Albedo, cũ ſit ad ſe, non facit ſimile formaliter.*

Ad primum argumentũ reſpondetur negando antecedens, quòd albedo per ſe ipſam ſatis ſit vt faciat ſimile formaliter, vt cauſa formalis, quia albedo eſt ad ſe, ſimile autem ad aliud.

11. *Ad 2. arg. de hypotheſi quòd manerẽt duo alba ſublata relatione ſimilitudinis. Reſpond. vt n. 7.*

Ad ſecundũ reſpondetur concedendo antecedens, quòd ſi Deus auferat realẽ relationem ſimilitudinis, adhuc alba eſſent ſimilia; non reali relatione, ſed rationis. Et negatur conſequentia; quòd non ſit neceſſaria illa ſimilitudo, quæ eſt A realis relatio; eſt enim cum ipſa natura rei apprimè copulata, & ideo neceſſaria, quia eſſe ſimile non eſt effectus albedinis, ſed ſimilitudinis. Ad confirmationem reſpondetur ſimiliter concedendo, quòd data ea hypotheſi, ſiue poſsibili, vt credimus, ſiue impoſsibili, vt alij exiſtimant; conditionalis propoſitio eſt vera, quòd adhuc alba eſſent ſimilia, non relatione reali, ſed rationis. Sed negatur illa conſequentia, Ergo data hypotheſi albedo faceret formaliter ſimile: neque enim eſſent ſimilia per albedinẽ, ſed per relationem rationis extra genus, diſtinctumque ab illa ſimilitudine, B quæ eſt relatio realis. Aliàs rectè colligitur argumento, quòd ſi data hypotheſi albedo faceret formaliter ſimile, etiã modò iuxta naturam rerum faceret ſimile. Non tamen eſt concedendum manere ſimilitudinẽ ſublata relatione reali, ne quis exſtimet ipſam relationem realem manere; ſed erit ſimilitudo alia rationis, non manens eadem, ſed noua adueniens.

Ad confirm. Reſpond. ſimiliter.

Data ea hypotheſi, ſi albedo faceret formaliter ſimile, etiã modò faceret ſimile.

Non eſt dicendũ manere ſimilitudinem ſublata relatione reali.

12. *Ad arg. contra inſcrip. 2. p. Ad 1. argum. Ariſt. non aduerſatur aſſerendo ſubſtãtiã nulli rei eſſe accidens.*

Ad primum argumentũ oppoſitæ ſententiæ reſpondetur, veriſsimè dixiſſe Ariſtot, ſubſtantiam nulli rei eſſe accidens, cum ſubſtantia ſit per ſe, accidens C verò in alio: ſed non dixit accidens diſtingui à ſubſtantia perfecta diſtinctione reali. Verùm hoc argumentũ vrget eos, qui dicunt relationem eſſe modum rei: nam modus rei exiſtit per eandem exiſtentiam rei, vt lib. 4. cõmonſtrabimus; & modus ſubſtantię ſemper eſt ſubſtantialis: atque ita accidens non poteſt eſſe modus realis ſubſtantię; maximè cũ non exiſtat per exiſtentiam ſubſtantiæ, ſed potiùs in ſubſtantia exiſtente. Nihil autem incommodi eſt, quòd relatio, quæ inhæret ſubſtantiæ exiſtenti, & non eſt modus, ſed forma, propter ſuam imperfectionem non ſit res abſolutè diſtincta, D ſed formaliter ex natura rei.

Vrget eos qui dicunt relationem eſſe modum rei. Modus ſubſtãtiæ ſemper eſt ſubſtantialis.

13. *Ad 2. argum. Relatio ſuũ habet modũ intenſionis, & remiſsionis, &c.*

Ad ſecundum reſpondetur eodẽ modo, quòd cum relatio ſit forma quędam, & eſſentia ſuam habens exiſtentiam, nihil mirum eſt, quòd ſuum habeat modũ intenſionis, & remiſsionis, ſuumque ortum, & interitum diſtinctum à rebus abſolutis. Quòd ſi eſſet modus rei, poſſet quoque intelligi, quòd manente re adueniret, & abiret; ſed quòd intenderetur modus rei, dum res ipſa remittitur, non eſſet facile explicatu.

Quòd intendatur modus rei, dum res ipſa remittitur, non facilè explicatur.

Digitized by Google

CAPVT XII.

Relationum realium diſtributio à fundamentis petenda eſt.

QVoniam tractatus totus de relatione reali plurimum affert emolumenti Theologicæ diſceptationi de diuinis relationibus inſtituendæ, inducimur ad diſputandum de fundamento, & termino relationum. Caput habet partes duas.

Prima pars. *De relationum diſtributione per fundamenta.*

Secunda pars. *Relatorum tria genera explicantur.*

PARS PRIOR.

De relationum diſtributione per fundamenta.

1.
Ad relatorum diſtributionẽ 1. præſciendũ.
Qui relationẽ nõ diſtinguũt à fundamento reipſa, non tribuunt illi fundamentũ reale, vt nec cauſam realem.
Ratio.

QVi relationem realem exiſtimant non diſtingui re ipſa ab abſolutis, nequaquã ſunt de fundamẽto illius ſolliciti: ſicut enim nullam cauſam finalem, aut effectricem illi attribuunt, ita neque reale fundamentum poſſunt vllatenus eidem attribuere; fundamentum enim reale antecedit rem fundatam in aliquo genere cauſæ, nullaque res poteſt ſui ipſius eſſe fundamentum ex natura rei, vt liquet: ergo ſi relatio nihilo diſtinguitur ab abſolutis, non poteſt fundari in illis, à quib⁹ ipſis non diſtinguitur; verbi gratia, non poteſt fundari ſimilitudo in albedine, neque paternitas in humanitate, & ita de alijs.

2.
2. præſciendũ.
Relatio habet cauſas omnes reales.

Nobis verò dicendum eſt, relationẽ realem creatam omnem ſibi cauſam vẽdicare; finalẽ, quia relatio eſt realis perfectio, & expetita à natura propter finẽ naturæ, vt diximus; effectricem, quia relatio eſt ens creatum, & realis effectus, vt commonſtrauimus; materialem, quia eſt accidens diſtinctum à cæteris in ſubiecto exiſtens; & ipſa denique relatio eſt cauſa formalis relati. Quamobrem cum fundamentum reale ſit cauſa realis rei fundatæ, fundamentũ relationis duplex genus cauſæ habet, ſcilicèt cauſæ materialis, & quodammodò effectricis. Quòd fundamentum relationis ſit cauſa materialis illius, omnes conſentiunt; quia eſt quaſi ſubiectum illius: omnes enim res quæ ob ſui imperfectionem non diſtin-

Ipſa eſt cauſa formalis relati.

Fundamẽtum relationis eſt cauſa materialis illius. Probatur.

A guuntur ab alijs, quaſi fundantur in illis, vt in ſubiectis; & ipſe modus rei ſubſtãtialis eſt in ipſa ſubſtantia, quaſi forma in materia, ſed non vt accidens: relatio verò, quæ ex ſua natura eſt accidens, eſt in ipſo fundamento, quaſi in ſubiecto inhæſionis, vt ſimilitudo in albedine. Quòd verò relatio oriatur ab ipſo fundamento quodammodò in genere cauſæ efficientis, perſpicuum eſt; cum nullam aliam effectricem cauſam poſsimus illi aſcribere, vt anteà oſtendimus. Imò relatio in eo genere pendet à fundamẽto, & conſeruatur ab illo, vt lux ab illu-

Item eſt cauſa quodammodò effectrix, & conſeruatrix illi⁹. Probatur.

B minante.

3.
1. Corollariũ.
In fundamẽto effectrix cauſa præcipua eſt. Oſtenditur.
Relatio ſicut ortũ, ita & ſpeciẽ habet à cauſa effectrice, vt ab albedine, nõ à materiali vt ſic, vt à corpore.

Ex iſtis colligimus, quòd magis attinet ad rationem formalem fundamenti genus cauſæ effectricis, quàm cauſæ materialis: licèt enim vtrumque genus cauſæ ad fundamentum pertineat; effectrix cauſa præcipua eſt in fundamento; nam corpus eſt ſubiectum ſimilitudinis, ſed ſimilitudo non oritur à corpore, ſed ab albedine; at relatio vnde habet ortũ, habet quoque ſpeciem, vt poſteà dicemus: neque enim ſpecies ſumitur à cauſa materiali.

4.
2. Coroll.
Non eſt neceſſe vt fundamẽtũ nominetur à relatione. Oſtenditur in filiatione non denominante humanitatem:
Vnde filiatio humana in Chriſto nõ eſt realis.
S. Thom.
Relationesque non ſunt propriæ hypoſtaſis, nominant etiam fundamenta.

Colligimus etiam, quòd etſi funda-
C mentũ ſit quaſi ſubiectum relationis, nõ eſt neceſſe vt nominetur ab illa; humanitas enim eſt fundamentum filiationis, ſed non eſt filius, aut filia. Quamobrem, quia humanitas aſſumpta à Verbo, ante aſſumptionẽ non habebat iſtam relationem, & hypoſtaſis diuina adueniens nõ poterat per ſe ipſam ſuſcipere relationẽ creatam; nulla relatio filiationis ſequuta eſt, vt S. Tho. probè affirmat 3. p. Cæteræ autem relationes, quæ non ſunt propriæ hypoſtaſis, nominant fundamẽta in quibus ſunt; ſicut enim alba ſunt ſimilia, ita & albedines ſunt ſimiles, &
D quanta æqualia ſunt, & quantitates æquales.

5.
3. Coroll.
Subiectum relationis, etiam præcipuũ, poteſt eſſe fundamentũ ipſius. Oſtenditur in relatione diſtinctionis.

Poſtremò colligimus non idẽ neceſſariò eſſe ſubiectũ relationis, & fundamẽtum: nam fundamentũ ſimilitudinis eſt albedo, ſubiectum autem præcipuum eſt corpus; accidit autem, vt ipſum ſubiectum ſit etiam fundamentum, vt relatio diſtinctionis, qua Petrus diſtinguitur à Paulo, Petrum, & Paulum habet vt ſubiecta, & fundamenta; & ſimilitèr relatio diſtinctionis, qua vna albedo diſtinguitur ab alia. Sunt etiam, qui hæc nominibus confundant, nam ſubiectum appellant

Digitized by Google

pellant fundamentum; id verò, quod eſt propriè fundamentũ, appellant proximum fundamentum.

6. 3. præſciēdum.

Conditio fundandi eſt conditio cauſæ efficientis.

Poſt hæc diſcernendum eſt, quid ſit conditio fundandi: cum enim fundamẽtum præcipuè reuocandum ſit ad genus cauſæ efficientis, conditio etiam fundandi eſt conditio efficientis cauſæ, ſine qua nihil efficiet: ſunt autem conditiones agentis, aut vt remoueatur id quod prohibet actionem, aut vt admoueatur paſſum; eò quòd agens oporteat proximum eſſe paſſo: ortus autem relationis non pendet ab his conditionibus; tum quia ſi qua actio eſt, qua producatur relatio, non prohibetur illa actio, quia nulli rei eſt contraria, cum qua pugnet: neq; etiam eſt actio in rem diſtinctam, cum oriatur relatio in ipſa re, quæ eſt cauſa illius, ſcilicet in fundamento. Præcipua ergo conditio ad naturalem emanationem relationis neceſſaria eſt, vt extet illud alterum, ad quod eſt relatio, etiam in remotiſſimis mundi partibus: eſt autem hoc ſingulare in relationibus eo ipſo, quòd ſit ad aliud; inde enim efficitur, vt neceſſe ſit exiſtere aliud, ad hoc vt relatio ad illud aliud oriatur. Quòd autem illud aliud, ad quod eſt relatio, exiſtat in partibus mundi ſemotis, nihil facit ad rem: quia relatio non operatur in illud, ſed tantum refertur ad illud. Quid autem prohibet referri ad ea, quæ loco longiſſimè diſtant.

Non vt remoueatur prohibens.
Nec vt admoueatur paſſum.

Præcipua conditio eſt vt extet aliud ad qđ eſt relatio, etiā ſi remotiſſimè.

7. Contra quoſdā Relata vnius mundi nō referuntur ad relata alterius mundi: Ratio.

Sed breuitèr notauerim contra quoſdam, quòd ſi Deus crearet alium mundum, res iſtius orbis vniuerſitate contentæ, non referrentur ad res pertinentes ad alium mundum: quia vniuerſitas ipſa vnius mundi eſt finis rerum contẽtarum in illo; quæ ſuapte naturâ non ſunt ordinatæ ad mundum alium; quare neque ſua natura referuntur ad res alias extra mundum iſtum: ſed collatę inter ſe relatione rationis eſſent relatæ; quod maximè oſtendit relationes eſſe res ab agente naturali expetitas ad bonum vniuerſi.

8. 1. docum. ex 3. præſciendo: Conditio fundandi debet eſſe in rerum natura. Ratio.

Aduertendũ autem eſt, quòd etſi cõditio operandi non ſit cauſa realis; eſt tamen id, ſine quo cauſa non eſt in actu; quare omninò neceſſe eſt, vt conditio operandi ſit in rerum natura; ita vt vel ſit verum ens, vel priuatio, aut negatio realis; quæ etiam in vero ente fundantur: aliàs, ſi conditio operandi nihil eſt in A re ipſa, conſequitur, vt rebus immutatis omninò, id quod poterat operari, non operetur; vel id, quod nõ poterat operari, operetur: quod eſt impoſsibile. Itaq; ſi Deus cohibeat virtutem operandi, vt in igne Babylonico, etſi ille ignis non ſit mutatus, hoc tamen eſt nouum in re ipſa, quod non eſt permiſſa illi ſua naturalis vis; & hæc negatio eſt realis, quæ ſatis eſt ad conditionem, ſine qua agens non operatur. Similiter igitur dicendũ eſt neceſſe eſſe, vt conditio fundandi relationem ſit realis, ſiquidem eſt ibi cauſa realis.

Declaratur.

9. 1. Conſectariũ huius docum. Relationes rationis non ſũt reales, quia nõ eſt illis fundamentum reale, id eſt, cauſa realis, eò quòd cõditio fundandi eſt ſola ſpeculatio intellectus.

B Conſectarium facimus, idcircò relationes rationis non eſſe reales; non quia nullum habeât fundamentũ, vnde quaſi oriri cogitentur; ſed neque etiam quòd fundamentum illud non ſit res; nam & in rebus fundantur relationes rationis; ſed quia non eſt reale fundamentũ, hoc eſt, quia fundamentũ illud nõ fundat re ipſa, hoc eſt, nõ eſt realis cauſa; eò quòd conditio fundãdi eſt ſola ſpeculatio intellectus, à qua entia realia nullo modo pendent: nam agens naturale, quicquid ego animo voluam, eodem modo operatur; & relatio realis quicquid ego cogitem, eodẽ modo oritur: relatio verò C rationis à modo ſpeculãdi pendet. Itaq; tam eſt neceſſariũ, vt conditio fundãdi ſit in rerũ natura modo iã explicato, vt vel inde præcipuè colligamus, quæ ſint relationes reales, quæ ſint rationis.

10. 2. conſect. *Ariſt.* dicens relata fundari in vnitate, explicatur. Vnitas ſpecifica, ſeu rationis non eſt conditio fundãdi relationẽ realẽ. Quidã decepti diſſentiunt.

Ariſt. ſolùm indicauit conditionẽ fũdandi in vna forma, eſſe alterã formã eiuſdẽ ſpeciei exiſtentem.

Cõſequitur illud etiam, quod ſummo opere aduertendum eſt, cum Ariſtot. dixit quædam relata in vnitate, & numero fundari, nõ intellexiſſe vnitatem ſpecificam eſſe fundamentum: ſed neq; eſſe realem cõditionem fundãdi, cum ſit illa vnitas ens rationis; in quo dubio viri etiam doctiſsimi decepti ſunt, & contendunt eam vnitatem rationis eſſe condi- D tionem fundandi: ſed indicauit Ariſtot. conditionẽ fundãdi, vna voce ſignificãs quod eſſet longiori oratione exprimendum: cũ enim relata colligeret ad quædam capita, cõgruum fuit ſingula notare ſingulis nominibus. Quia igitur vnitas ſpecifica coniuncta eſt cum duabus formis conuenientibus in vnitate illa; in vna forma cõditio fundandi eſt, quòd exiſtat altera forma eiuſdem ſpeciei; vnitas ergo ſpecifica non eſt conditio fundandi ſimilitudinem, ſed in iſta forma conditio fundandi eſt altera forma

 exiſtens;

Digitized by Google

exiſtens; v. g. in iſta albedine conditio fundandi ſimilitudinem, eſt altera albedo exiſtens. Hoc totum Ariſtoteles vno nomine complexus dixit fundari hæc relata in vnitate.

11. Obiectio.

Sed obijcies, alteram formam exiſtẽtem non eſſe conditionem fundandi ſimilitudinem, niſi ſit forma eiuſdem ſpeciei; ſpecies autem eſt relatio rationis; ergo neceſſariò intercedit operatio rationis in ipſa conditione fundãdi.

1. Reſponſio.

Quòd ſi dicas eſſe formam eiuſdẽ ſpeciei, hoc eſt, eiuſdem naturæ:

Refutatur. Identitas naturę eſt ſpecifica, & rationis.

Nõ ſoluiſti nodum; quia illa identitas naturæ, qua dicitur eiuſdem naturæ, non eſt identitas realis B ſed rationis.

2. Reſponſio *Capreol.* *Caiet.* *Soncin.*

Ioan. Capreol. in 1. d. 30. q. 1. & Thom. Caiet. q. 7. de ente, & eſſentia, & paul. Soncin. 5. Metaph. q. 34. reſpondent negationem eſſe realẽ, quòd vna albedo, verbi gratia, non habeat ſe alitèr, quàm alia; & hanc negationẽ eſſe conditionem fundãdi.

Refutatur.

Hęc forma v. c. albedo in ſola vnitate ſpecifica nõ habet ſe alitèr, quã alia.

Sed hoc eſt verbis mutatis idem reſpondere, quod eſt improbatum; nam hęc albedo ſecũdum entitatem indiuiduam habet ſe alitèr, quàm alia, & ſola vnitate ſpecifica non habet ſe alitèr; id enim non eſt aliud, quod eſt idem: igitur cum vnitas ſpecifica nõ ſit realis, non habere ſe aliter in C ſpecie, ſiue in vnitate ſpecifica, non eſt realis negatio.

3. Reſponſio, & vera.

Reſpõdendũ igitur eſt cõcedendo eam vnitatẽ non eſſe realẽ, nec ibi eſſe realẽ negationẽ, de qua loquũtur; ſed eſſe duas res, ſcilicet, albedines duas; quarũ altera alteri eſt cõditio fundandi. Itaq; ſimilitudo nõ fundatur in iſta vnitate, aut relatione rationis, neque hæc ſunt conditio fundandi, aut in illa conditione fundandi continẽtur; ſed iſta albedo eſt cõditio fundandi ſimilitudinẽ, cuius altera albedo eſt fundamentũ.

Duæ albedines noſtro modo intelligẽdi ſũt vnius naturæ, vnitate rationis.

Et quia duę albedines noſtro modo intelligendi ſunt vnius naturæ, vnitate rationis, illud quod eſt obſcurum conſultiſſimè declarauit Ariſt. dicens hęc relata in D vnitate fundari, ſcilicet, in vnitate ſpecifica ad modum iam expoſitũ; relinquens nobis obſcuriorẽ de re iſta indaginem.

12. 2. documẽt. ex 3. præſciendo: Nõ eſt neceſſe vt cõditio fundandi ſit in ipſo fundamẽto, vel ſubiecto relationis.

Non tamen neceſſe eſt vt cõditio fundandi ſit in ipſo fundamento; ſicut neq; admotio paſſi eſt in agente: imò præcipua conditio fundandi, vt diximus, eſt vt id ad quod eſt relatio, exiſtat; quæ cõditio non eſt in ipſo relato, vt conſtat.

1. probatio.

Similiter actio, quæ eſt cõditio fundandi relationem in agente, non eſt in ipſo A agente in quo eſt relatio, ſed in paſſo; quia conditio agendi, vt monuimus, non eſt neceſſe vt ſit in ipſo agẽte.

2. probatio.

Item Paternitas, & Filiatio manent tranſacta generatione.

Contra hanc obiectio.

Sed occurrit argumentum: diximus enim relationem perpetuò cõſeruari à fundamento; ergo neceſſe eſt, vt maneat conditio agendi, quæ eſt ipſa generatio.

Reſponſio. Quædam relationes fundantur in fundamento agente, vel patiente, prout eſt in fluxu, ſeu in fieri, vt relatio agẽtis, vel patientis: aliæ fundantur in illo, prout eſt res permanens, vt filiatio.

Reſpondendum eſt ad quaſdam relationes actionem eſſe conditionem fundandi neceſſariò coniunctam cum fundamento: quia fundatur relatio in illo fundamento, vt eſt in fluxu quodam, ſiue in fieri, vt aiunt; ſic enim B referuntur agens, & paſſum, dum actio ipſa manet: ad alias relationes actio eſt conditio fundandi, duntaxat vt fundamentum ſemel extet; quia fundantur in illo, prout eſt res permanens; & ita filiatio fundatur in humanitate accepta à generante: at verò etſi conditio fundandi tranſeat, quæ eſt generatio, manet tamen fundamentum, quod eſt humanitas. Itaque generatio eſt conditio, vt oriatur iſta relatio, non vt conſeruetur.

13. Recolũtur duo documenta tradita de conditione fundãdi.

Duo ergo ſunt, quæ de cõditione fundandi arguendo deduximus; & quòd ſit in rerum natura, & non in ſolo intelle- C ctu ſpeculante: & quòd non ſit neceſſe, vt ſit in ipſo fundamento, aut in ipſa re, quę refertur, quę eſt relationis ſubiectũ.

14. De relationũ diſtributione.

Diſputandum igitur iam eſt id, quod eſt hac parte capitis propoſitum, quomodo diſtributio relationum à fundamentis ſit petenda.

15. 1. dictum. Relatio nõ habet diuiſionem ſpecificam, aut genericam à ſolo fundamẽto, niſi eam ſimul habeat à cõditione ſundãdi. Probatur.

Principio aimus diuiſionem relationum ſpecificam, vel genericã non poſſe ſumi à fundamẽto ſolo, niſi ſimul accipiatur à conditione fundandi. Probatur, quoniam poſitis ijſdem fundamentis in vtroque relato, cõſequuntur relationes ſpecie diſtinctæ, verbi gratia, poſitis D duobus candoribus in diuerſis ſubiectis ſequũtur relationes ſimilitudinis, & relationes diſtinctionis realis; quæ ſunt relationes ſpecie diſtinctæ, & huiuſmodi ſunt plurima exempla: ergo iſta diſtinctio ſpecifica non ſumitur à fundamentis, in quibus conueniunt, niſi ſimul accipiatur à conditione fundandi.

16. 2. dictum. Relatio nõ ſpecificatur ab vno ſolo fundamento.

Dicimus ſecundò ab vno ſolo fundamento non peti ſpeciẽ relationis: nam albedo, vt albedo eſt, fundat ſimilitudinem cum alia abedine, & cum nigredine diſsimilitudinẽ, eò qđ alterũ fundamentum

Oſtenditur 1.

Digitized by Google

tum eſt conditio fundandi in altero, vt A iam obſeruauimus: v. g. illa albedo eſt conditio, vt iſta albedo fundet ſimilitudinem. Præterea, iſta albedo eſt quaſi principium ſimilitudinis iſtius, cuius altera albedo eſt quaſi terminus, vt poſteà dicemus; neutrum tamen fundamētum ſpeciem indicat, ſed vtrumque ſimùl: quamuis enim in actionibus principium ſolum, aut ſolus terminus ſpeciē tribuat actioni; relationibus tamen neq; ſolum fundamentum, neque ſolus terminus ſpeciē indicat, aut tribuit. Ratio eſt diſcriminis, quia fundamentū relationis non eſt principiū adæquatū; neq; B alterum fundamentum in altero relato eſt terminus adæquatus; ſiquidē poſitis iiſdē fundamentis, poſſunt oriri relationes ſpecie differētes, vt notauim*. Ergo mirū non eſt, quòd actiones ſumant ſpeciē à principiò adęquato, aut à termino: relationes autem non ſumant ſpeciem à fundamento, cum non adæquentur.

Oſtend. 2.

* Vnum fund. nec principiādo, nec terminando adæquatur relationi, ſed vtrumque ſimul.

Actioni principium, vel terminus adæquatur.

17. 3. dictum. Non ſpecificatur ab vno fundamento cum cōditione fundandi.

Dicimus tertiò, ad venandam ſpeciē relationis adhuc nō ſufficere vnum fundamentum cum conditione fundandi; nam albedo, vt albedo, eſt fundamentū cum conditione fundandi ſimilitudinē, & diſsimilitudinem, cum albedine ſimilitudinem, diſsimilitudinem cum nigredine. C Si tamen ponas omnem conditionem fundandi, ſatis percipies ſpeciē relationis; quia alterum fundamentum eſt alteri cōditio fundandi, vt ſæpius iteramus. At cognitis vtriſque fundamentis, & conditionibus fundandi, dignoſcatur ſpecies relationis neceſſe eſt.

Probatur.

At dignoſcitur cognitis vtriſque fund. &; cōditionib* fundandi.

18. 4. dictum. Non ſpecificatur à fundamētis ſimul, & cōditionib* fundandi.

Colligimus quarto loco, ſpeciem relationis non eſſe petendā à fundamentis ſimul, & conditionib* fundandi. Probatur, quoniā ſpecies rei ſumitur ab vno, aut quaſi vno, ſcilcet ab vno obiecto, D aut ab vno termino, in quibus eſt aliqua vnitas ſaltē rationis, vnde ſpecificā vnitatē alicuius rei deriuemus. Sed neutrū fundamentum relationis per ſe ſolū poteſt tribuere ſpeciem relationi; duo autem ſimul non habent vnitatem aliquā, vt ſpeciem tribuant: ergo ſpecies relationum non petitur à fundamentis.

Probatur: Hæc nō habēt aliquam vnitatem, etiam rationis, vt ſpeciem tribuant.

19. Reſpōſio quædam.

Quòd ſi reſpondeas peti ab vno fundamento cū ſuis conditionibus fundandi, quarum vna eſt alterum fundamentum. Ex iſta reſponſione ſurgit maius argumentum; nam relatio, vt cōprobauimus, non ſumit ſpeciem à ſolo fundamento, ſed à fundamento. & conditione fundandi ſimùl, quod eſt ens per accidēs non habens aliquā vnitatē, etiam rationis; vnde vnitas ſpecifica relationis depromatur: maximè cum quædam conditio fundandi ſit alterum fundamentū diſtinctum. Et confirmatur, quoniam ſi quam faciunt vnitatem hæc ſimùl omnia, proferatur illa vnitas, & producatur in medium, vt inde oriri vnitatem ſpecificam relationis confiteamur. Non ergo à fundamēto accipitur vnitas ſpecifica relationum.

Refutatur validius ex 1. dicto.

Confirmatur refutatio.

Obijcitur tamen contra hoc; relationes enim definimus per fundamēta; definitio autem maximè circumſcribit naturā rei, & ſpeciem indicat: vnde etiā ex iiſdē fundamentis, & cōditionibus fundandi, neceſſe eſt oriri ſēper eaſdē relationes in vnitate ſpeciei; ergo vnitas ſpecifica relationū à fundamētis ſumitur.

20. Obiectio.

Reſpondendum eſt relationes nō definiri quidditatiua definitione per fundamenta, ſed definitione cauſali; ſed neque per cauſam vnā adæquatā, vt iam oſtendimus, cum idem fundamentum ſit cauſa plurium relationum, conditio autem non eſt cauſa: quare nullo modo definitur relatio per fundamentum, tanquam per cauſam adæquatam. Sed tamen fundamentum cum omnibus cōditionibus fundandi eſt cauſa propria iſtius ſpeciei, licèt ſit cauſa per accidens: ſicut effectus contingentes, ſi comparentur cum omnibus coniunctis per accidens, ſunt ſemper iidem. Cum autem à cauſa per accidens non ſumatur ſpecies rei, neque ſpecies relationum à fundamentis petenda eſt.

21. Solutio. Relatio per fūdamentum nō definitur definitione quidditatiua, ſed cauſali:

Imò fundamētū nullo modo eſt cauſa vna adæquata.

At cum omnibus cōditionibus fundandi eſt cauſa propria, ſed per accidens.

Concludimus igitur relationes ſua habere genera ſubalterna, & differentias conſtituentes, quibus in ſpecie collocantur; ideoque neceſſe non eſſe, vt ſicut actiones, quarum non ſunt proprię differentiæ, ſpecificantur per terminos, ita & relationes per ſua fundamēta ſpeciem ſortiātur, cum relationes ſuas habeant differentias, quibus diuidantur.

22. 5. dictum. Specificātur à differentijs ipſarum relationū proprijs.

Actionum nō ſunt propriæ differentię.

Nihilominus confitēdum eſt relationes definiri, & ſpecificari per ſibi oppoſitas ralationes, quibus etiam coæquantur, quæ eſt ſententia S. Tho. 1. p. q. 32. art. 2. & 3. p. q. 35. art. 5. Legendus quoque eſt Paul. Soncin. 5. Met. q. 32. Neque eſt quidpiam recuſandū, quòd realtiones non mutuæ, quibus oppoſitæ ſunt relationes

23. 6. dictum. Specificatur etiā à relatione ſibi oppoſita, cui etiam coæquatur.

S. Thom.

Soncin.

Intelligeetiam quādo oppoſita relatio eſt ra

Digitized by Google

tionis, etſi nō terminet realē.

relationes rationis, ſpecificentur ab ijſdem. Nam etſi ſuapte natura non terminentur ad eaſdem, vt poſtea docebimus, poſſunt tamen per eas ſpecificari, & definiri. Nam & ſpecificatio, & definitio ſunt opus rationis: & ita ſcientiam logicam ſpecificamus ab ente rationis, & ab vnitate rationis. Quapropter paulò anteà comprobauimus, in fundamēto neque vnitatem rationis eſſe, à qua ſpecies relationum ſortiremur; ſufficit enim vnitas rationis, vt ab illa petatur rei alicuius ſpecies: relatio ergo realis ſpecificatur, ducitque ſpeciem à relatione oppoſita, ſiue illa ſit realis, ſiue rationis: creaturā enim per creatorem rectè definimus; & ſcientiā per ſcibile, ſicut Patrem per Filium, & ſimile per ſimile.

Ratio.

Specificatio, & definitio ſunt opus rationis.

1. Exemplum logicæ.

2. Exemplum creaturæ.

24\. *Diſpar ratio de fundamētis oppoſitæ relationis.*

Etſi terminet relationē, non terminat eam adęquatè.

Falsò tamen quis credit relationem ſpecificari à fundamento alterius relati, quaſi à termino: nam etſi ſuo modo illud etiam fundamentum terminet relationem, vt poſteà declarabimus, non tamen terminat adęquatè, vt hactenus diſputauimus: nam ad albedinem tanquam ad terminum ſunt plures relationes ſpecie diſtinctæ, ſicut anteà cōprobauimus: ſed à terminis relatiuis rectè ſpecificantur relationes, & per eoſdem definiuntur, vt cum S. Thom. docuimus, eò quòd relationes oppoſitæ ſibi inuicē adæquantur.

25\. *Ariſtot. explicatur.*

Poſtremum conſectarium eſt Ariſtot. non diuiſiſſe relationē per ſpecies proximas, ſiue genera ſubalterna; ſed quia relationes per fundamenta, conditioneſque fundandi clariùs dignoſcuntur, omnes relationes quaſi ad claſſes collegit per fundamenta, conditioneſq; fundandi: dicunturque tria genera relationum, hoc eſt, tres claſſes, vel partes tres: genus enim dicimus aliquando, non logicè, ſed vulgariter conditionem rei, ſiue multitudinem quampiam collectam, vt dicimus genus hominum cupidorum; & in Euāgelio, *Hoc genus dæmoniorum.* Dicimus ergo relata primi generis collectionem relationum, quæ vnitate, vel numero fundantur. Probatur, nam vnitas, quæ eſt conditio primorum relatorum, accipitur varijs modis, vt dicemus poſteà: & actio, & paſsio, quæ eſt alterius generis conditio, ea etiam, quę nō ſunt actiones complectitur, vt parte 2. cap. elucidabimus: & relatis tertij generis nullum certum fundamentum, aut

Dicuntur ab eo tria genera relatorum, hoc eſt, tres claſſes, ſeu collectiones.

Mar. 9. n. 27.

Probatur.

A conditio fundandi præſcribitur ab Ariſtot. Neque etiam per has conditiones colligimus eſſentialem aliquam conuenientiam genericam, vnde genus ſubalternum relationum deprehendamus, vt indaganti erit experimento perſpicuū: ergo ſpecifica diſtributio relationū non fit per conditiones fundandi. Dicitur igitur diſtributio relationum peti à fundamentis, & conditionibus fundandi, & hoc ore omnium vſurpatur: ſed intelligenda eſt hæc diſtributio non per ſpecies, aut genera; ſed per collectiones
B quaſdam, & claſses, in quibus ſunt plures relationes ortæ eodem fundamento, aut ferè eodem, ita vt ad idem reuocentur.

PARS SECVNDA.

Relatorum tria genera explicantur.

1\. *De primo genere quatenus fundatur in vnitate.*

DE tribus generibus relatorum diſputantibus, primum eſt genus eorum, quæ in vnitate fundantur. Principio dicendum eſt, hanc vnitatem non eſſe formalem, quia vnitas formalis eſt realis, quæ in indiuiduis multiplicatur, & ita duæ albedines non conueniunt in
C vna vnitate formali, qua dicantur ſimiles, ſed habent duas vnitates formales, ſicut ſunt albedines duæ: ſed neque in indiuiduis ſingulatìm vnitas formalis eſt cōditio fundandi ſimilitudinem, vt quidam exiſtimarunt; ea enim vnitas, ſi quā relationem realem fundat, relationem diſtinctionis fundat, vt docebimus. Deinde neq; vnitas rationis eſt conditio fundandi relationē realem, cum ſit ens rationis, vt iam comprobauimus. Neq; verò fundamētum iſtius vnitatis rationis eſt ſufficiens ad fundandam relationem realem abſque alia reàli conditio-
D ne, vt liquet. Dicendum ergo eſt in ijs relatis, quæ dicuntur fundari in vnitate ſpecifica, hoc nomine vnitatis, non ſignificari formaliter ipſam conditionem realem fundandi, ſed duntaxat per illud, quod eſt notius, indicari.

In his vnitas formalis non eſt cōditio fundandi.

Ratio.

Item neque in indiuiduis ſingulatìm fūdat ſaltē ſimilitudinem, contra Scar. ſect. 11.

Ratio.

Vnitas rationis non eſt cōditio fundādi.

Item nec fundamentū vnitatis rationis.

Vnitas ſpecifica ſolùm indicat conditionē fundandi.

Eſt autem realis conditio fundandi has relationes, altera forma exiſtens in altero relato; verbi gratia, in vno pariete albo ſua albedo eſt fundamentum ſimilitudinis; conditio autem fundandi eſt albedo exiſtens in altero pariete; & in illo altero pariete ſua albedo eſt fundamentum, & albedo in alio pariete eſt conditio

2\. *Hęc conditio eſt altera forma exiſtens in altero relato. Exemplum.*

Digitized by Google

conditio fundandi ſimilitudinem, vt explicauimus. A

3. Eſt comunis tribus ſpeciebus relationũ.

Hæc autem conditio fundandi communis eſt tribus ſpeciebus relationum, ſcilicèt ſimilibus, æqualibus, & ſimilibus in ſubſtantia, de quibus ſtatim dicemus. Similia propriè dicuntur propter qualitatem, vt propter albedinem, aut muſicam; æqualia propter quãtitatem; eadẽ propter ſubſtantiam, quæ identitas eſt ſimilitudo in ſubſtantia.

4. De 1. ſpecie, ſc. ſimilitudine, 1. difficultas, Vtrùm ad eã fundandã ſufficiat vnitas generica?

De ijs quæ ſunt ſimilia in qualitate quæritur: Vtrùm vnitas generis ſit ſatis ad ſimilitudinẽ? verbi gratia, Vtrùm corpora omnia ſint ſimilia in colore, quia omnia ſunt affecta coloribus, licèt ſpecie variatis? Imò, Vtrùm omnes ſubſtãtiæ creatæ ſint ſimiles qualitate, quia omnes ſuis qualitatibus ſunt ornatæ; ita vt vnitas ſummi generis, aut ſaltèm generis ſubalterni ſufficiat ad ſimilitudinẽ? B

5. *Soar.* cit. affirmat, etiam de analogica.

Quidam ſunt qui ſibi perſuadent vnitatem generis, imò & vnitatem analogiæ fundare ſimilitudinem: ſed hoc eſt impoſſibile; nam relata quædam ſunt ſuo modo repugnantia, vt eidem ineſſe in eadem comparatione cum altero ſit impoſſibile; natura autẽ generis, & ſpeciei eſt omninò res eadem, & ſola ratione differunt, quæ non eſt conditio fundandi. Incredibile igitur eſt, quòd albedo, & nigredo, quæ ſunt res ſimplicitèr diſſimiles, propter genus coloris, in quo habent vnitatem, ſint etiam ſimiles; cum genus ab ſpecieb' nullatenùs ſit res diſtincta; ſimile autem, & diſſimile ſint relationes diuerſæ, imò & contrariæ. Et confirmatur, quia natura in re omninò eadem non expetit contraria; nam ipſa ſibi non conſentiret: ſed in his coloribus diuerſis natura expetit diſſimilitudinẽ; ergo nullam ſimilitudinem in ijſdem expetit. Et iterùm confirmatur doctrinâ à nobis traditâ; quia vnitas ipſa generis non eſt conditio fundandi, cum ſit vnitas rationis: cum ergo albedo, & nigredo ſint ſimplicitèr res diſſimiles, vt poſteà explicabimus, nihil in re ipſa ſupereſt, vnde ſint ſimiles. C D

Refutatur 1. Species diſſimiles ſimplicitèr, non poſſunt eſſe etiã ſimiles, propter genus, quãdo natura generis differt ſola ratione à differentia.

1. confirmatio refutationis.

2. confirmatio ex n. 1.

6. Confect. Poſſunt eſſe etiam ſimiles, quando natura generis differt re ipſa à differentia, vt in homine.

Ex quibus colligimus in ijs rebus, in quibus natura generis differt re ipſa à differentia, vt lib. 5. diſputabimus, accidere, vt ſint in genere ſimiles, & in differentia diſſimiles; ſiquidèm eſt ibi reale fundamentum, & diſtinctum iſtarũ quaſi contrariarum relationum: ſunt ergo homo, & leo diſſimiles ſuis differẽtijs; quia homo rationalitate diſſimilis eſt omnibus brutis; ſed in natura animantis eſt ſimilis; quia in homine natura animantis eſt diſtincta à rationalitate. Et licèt in leone natura generis nõ ſit res diſtincta à differentia; ipſa tamen natura leonis, in qua genus, & differentia eſt res vna, comparata cum natura animantis in homine, eſt ſimilis, & comparata cum differentia eſt diſſimilis: quia poſſunt relationes diuerſæ, & cõtrariæ ineſſe eidem, ſi comparentur cum fundamentis in altero relato diſtinctis. Eodem modo ſpecies arboris, vt platanus, & equus, ſunt ſimiles in genere, diſſimiles ſecundum differentias; quia in equo eſt natura ſenſitiua, qua conuenit cum platano diſtincta re ipſa à differentia ſenſibili. Et platanus cum lapide comparata, ſimilitudinem habet in natura generis, & diſſimilitudinem in differentia: quia in his ſunt hæc diſtinctá, ſcil. natura generis, & differentia, vt libr. 5. diſputandum eſt. Hęc autem, quę ſolo genere ſunt ſimilia, ſimplicitèr ſunt dicenda diſſimilia, quia differentia eſt, quæ dat nomẽ rebus; quarè cum propter differentias ſint diſſimilia, ſimplicitèr ſic vocanda ſunt, & ſecũdum aliquid ſimilia: vbi verò natura generis non diſtinguitur re ipſa à differentia, nulla relatio realis à genere ſumitur, vt diximus.

vide l. 1. c. 31. p. 2. n. 4. & lib 4. c. 2 p. 1. n. 6. & p. 2. n. 15.

Obiect.

Occurritur. Vt in leone ſit diſſimilitudo, & etiã ſimilitudo realis cum homine, ſufficit ex parte hominis fũdamẽta diſtingui re ipſa.

Sic platanus, & equus ſunt ſimiles in genere, diſſimiles in differentia.

Item platanus & lapis.

Huiuſmodi ſpecies, ſimplicitèr ſunt dicendæ diſſimiles.

Ratio.

7. Refutatur 2. Similitudo in ſubſtantia potiùs eſt identitas.

Adde his, ſimilitudinem in ſubſtantia potiùs dicendam eſſe idẽtitatem, quàm ſimilitudinem, vt dicemus. Quare, cum in genere qualitatis, & accidentium natura generis non ſit diſtincta à differentia; ſimilitudo propriè dicta, quæ fundatur in qualitate, non poteſt attendi ab vnitate generica, ſed à ſola ſpecifica. At verò ſimilitudine per intellectum excogitata, omnia quæ conueniunt in genere ſimilia ſunt, licèt ſint in ſpecie diſſimilia: quia in relationibus rationis, non eſt neceſſe fundamenta diuidi re ipſa, ſed ſatis eſt, quòd cogitando ſeparemus genus ab ſpecie, vt in genere fundemus ſimilitudinem rationis.

In qualitate ſumitur à ſola vnitate ſpecifica.

8. Locus *S. Thom.* explicatur ex num. 6. & 7.

Quòd verò S. Thom. inſinuat 1. p. q. 26. art. 1. ad 2. quædam eſſe eadem reali relatione, aut ſecundum genus, aut ſecũdum ſpeciem; verũ eſſe inuenitur in ijs, quibus natura generis re ipſa eſt diſtincta à differentia, vt notauimus. Similia autem in genere nulla poſuit, ſed in ſpecie:

Digitized by Google

cie: ſed identitatem, quæ fundatur in ſubſtantia,ſignificauit poſſe ſumi à natura generis,vt declarauimus.

9. Illatum: Nō ſufficit vnitas analogiæ.

Conſtat igitur, minimè ſufficere vnitatem analogiæ,quæ imperfectior eſt ad realem ſimilitudinem; cum neque vnitas generis ſatis ſit.Sed addendum inter Deum, &creaturas neque cogitando verè fingi ſimilitudinem in vnitate analogiæ fundatam: nam ſimilitudo fundata in vnitate eſt æquiparantiæ, qua vtrumque eſt alteri ſimile: at verò Deus nulli rei creatæ eſt ſimilis, vt S.Thom. oſtendit 1.p.q.4.art.3. ergo in illa vnitate analogiæ, qua creaturæ cum Deo conueniunt, etiam in vno conceptu, non fundatur ſimilitudo: ſiquidē ſimilitudo fundata in vnitate eſt æquiparantiæ.Sed eſt in creaturis ſimilitudo diſquiparantiæ imaginis,aut quaſi imaginis,quæ fundatur in actione,vt lib.2.docuimus. Præterea non quæuis vnitas analogiæ facit vel ſimilitudinem rationis, etiam in rebus creatis; nam proprietates hypoſtaticæ potiùs ſunt diſsimiles, quàm ſimiles, cum tamen conueniant in vno analogo cōmuni hypoſtaticæ proprietatis, quam definitione explicamus. Itaque vnitas analogiæ, neque ad ſimilitudinē rationis ſufficiens eſt.

Additamentū: Similitudo creaturæ cum Deo nō fundatur in vnitate. Ratio. Alias eſſet æquiparantiæ, contra *S.Thom.*

Eſt ſimilitudo diſquiparantię fundata in actione.

Non quæuis vnitas analogiæ ad ſimilitudinem etiā rationis ſufficit. Oſtenditur.1

10. 2.difficultas, Vtrum vt qualitates ſint ſimiles requirat aliquā vnitatē in gradu intēſionis.

Alia quæſtio eſt de intenſione qualitatis; vtrùm ad ſimilitudinem ſit neceſſarius aliquis gradus intenſionis in qualitatibus, quibus fūdatur. Quidam ſunt, qui id ſimplicitèr dicant eſſe neceſſariū: Aiunt enim inter duas albedines, verbi gratia, eſſe quandam ſimilitudinem eſſentialis conuenientiæ,quā vocant idētitatem in ſubſtantia, id eſt, in eſſentia: at verò propriam ſimilitudinem illis ineſſe, cum eodem gradu perfectionis ſiſtunt; à quo recedentes, potiùs eſſe diſsimiles, quàm ſimiles.

Sententiæ affirmantis 1.pars.

2.pars.

11. Contra 1.p. aſſertio. Relatio fundata in qualitate eſt ſimilitudo propria. *S.Thom.* *Ariſt.* Non eſt identitatis relatio realis. Contra 2.p. aſſertio directè ad difficultatem reſpōdens negatiuè.

His omnibus cōtraria opinamur: credimus enim relationem fundatā in qualitate eſſe ſimilitudinem, quæ ſit relatio propria huius generis, vt docet S.Tho. cum Ariſtot.cap.de qualitate.Quare etſi idētitas ſit relatio realis fundata in vnitate ſpecifica (de qua re poſteà diſputabimus)tamen in hoc genere non eſt idētitas iſta,vt in alijs,ſed eſt ſpecialis relatio ſimilitudinis. Deindè exiſtimamus omnes qualitates eiuſdē ſpeciei eſſe inter ſe relatas reali relatione ſimilitudinis,quantumuis diſtent gradu perfectio-

A nis. Quod probatur, quia vnitas gradus non eſt neceſſaria; verbi gratia, vt duæ albedines ſint æquè perfectæ: hoc enim eſt addere æqualitatem ſimilitudinis,vt docet S.Tho.1.p.q.42.ar.1.ad 2. Aliàs falsò omnes ſentiunt eſſe ſimilia, quibus non eſt idem gradus perfectionis. Quòd ſi cum exceſſu poteſt eſſe ſimilitudo;quæ tandem eſt menſura præſcripta, in qua ſeruetur ſimilitudo? maximè, quia cum ſimilitudo ſit relatio realis, ille exceſſus perfectionis, cum quo poteſt manere ſimilitudo,oportet vt ſit à natura pręſcriptus, quod nullus Philoſophorum dixit; cum neque ſit ab vllo hominum deſignatus. B Et confirmatur,quia duæ albedines gradu perfectionis longè diſtantes, conueniunt in vnitate ſpecifica, qua fundāt relationem; ſed propria relatio ſpecierū qualitatis eſt ſimilitudo; ergo hæc illis attribuenda eſt,quamuis differant gradu perfectionis.

Prob.1. Vnitas gradus addit æqualitatem ſimilitudini, *ex S.Thom.* Confirm.1. Confirm.2.

12. Probatur 2.ac declaratur, Non omnia quæ ſunt, vt ſunt dicuntur. Exemplum.

Aduertendum eſt tamen, quòd non omnia quæ ſunt, vt ſunt,dicuntur: nam aqua habens parum caloris,etſi ſit re ipſa affecta calore,non tamen dicitur calida; quia ſatius eſt, vt ob eximiam frigiditatem dicatur frigida, quàm vt pro pauculo caloris vocetur calida. Accidit C ergo,vt aqua ſic calida,dicatur non calida;ignis autem calidus: calidum autem, & non calidum non ſunt ſimilia. Quare aqua habens calorem, quo non dicitur calida, non dicitur etiam ſimilis,licèt re ipſa ſit ſimilis. Vnitas ergo aliqua gradus neceſſaria eſt, vt dicātur res ſimiles, ſed non eſt neceſſaria ad hoc vt inſit illis realis relatio ſimilitudinis, quæ re vera ineſt, licèt propter diſtantiam perfectionis nō ſufficiat nominare ſimilia. Et hoc ipſum probatur efficaci argumēto; nam ſimilitudo intenditur, & remittitur, vt D ipſi etiam cōfitentur, & Philoſophi aiūt; dicimus enim res magis, & minùs ſimiles: intenditur autem per hoc, quòd accedit ad vnitatem gradus; & remittitur per hoc, quòd recedit ab illa vnitate gradus: ſed in iſto receſſu, ſiue remiſsione ſimilitudinis nullus eſt proprius terminus paruitatis, niſi petatur à fundamento; ergo dum fundamētum manet, quod eſt qualitas eiuſdem ſpeciei,ſemper manet aliqua ſimilitudo, licèt ea non ſatis ſit ad nominandum ſimile. Hoc idē probatur:nam id,quod non dicimus calidū, non dicimus ſimile calido:calidum autē gradu

Aqua habens calorem, quo non dicitur calida,non dicitur etiam ſimilis calido, tamen re ipſa eſt ſimilis, ſicut re ipſa eſt calida.

Probatur 3. efficaciter.

In remiſsione ſimilitudinis nullus eſt proprius terminus paruitatis ſed à fundamento petitur.

Probatur 4.

Digitized by Google

gradu tertio dicimus ſimplicitèr nō calidum, at calidum gradu quinto dicimus calidum ſimplicitèr: quare calida tertio, & quinto gradu nō dicimus ſimilia. Tūc vlteriùs, calidum vt quinque, & calidum vt octo, dicimus ſimplicitèr calida; quare & ſimilia dicimus: ſed magis diſtant quinque gradus ab octo, quàm tres à quinque: ergo non propter vnitatem gradus ſunt res ſimiles: ſed dicuntur res ſimiles eo modo, quo etiam quales nominantur, vt hoc loco conamur oſtendere. Itaque etſi inſit re ipſa ſimilitudo omnibus qualitatibus eiuſdem ſpeciei, non tamen nominant ſimilia, niſi in vnitate aliqua gradus.

Calida tertio, & quintò gradu nō dicimus ſimilia: quinto & octauo maximè, cum tamen magis diſtent.

13. *De 2. ſpecie, ſci. æqualitate. Hæc conſiſtit in vnitate indiuiſibili. Ariſt.*

In quantitate autem propria relatio eſt æqualitas, quæ conſiſtit in vnitate indiuiſibili, à qua omnis receſſus facit inæqualitatem: & idcircò Ariſtot. docuit 5. Metaph. text. 6. inæquale habere priuationem, qua opponitur magno, & paruo; eſt enim æquale, quod neque maius eſt, neque minus. Et ſimilitèr dicendum vnitatem ſpecificam inter duas quantitates, cum non ſit realis vnitas, non eſſe conditionem fundandi, ſed hoc nomine ipſam conditionem indicari; verbi gratia, in iſto corpore quātitas duorum cubitorum eſt fundamentum, & in altero corpore quantitas etiam duorum cubitorum eſt conditio fundandi, ſicut diximus de duabus albedinibus. Sed hoc eſt ſingulare in æqualitate, vt quiuis exceſſus in vna, aut altera quantitate tollat æqualitatem; quare æqualitas neque poteſt intendi, neque remitti, ſicut poteſt ſimilitudo, quæ non conſiſtit in vnitate gradus indiuiſibili, vt docuimus.

Vnitas ſpecifica inter duas quantitates nō eſt cōditio fūdandi, vt n. 1. & 2. & p. 1. n. 11.

Eſt ſingulare in æqualitate vt quiuis exceſſus eam tollat.

14. *1. difficultas: Vtrùm æqualitas fūdata in duobus numeris ſit realis?*

Sed eſt dubium ſatis difficile de æqualitate, quæ fundatur in duobus numeris, vtrùm ſit realis relatio? Quæ diſputatio ab illa pendet tota, ſitnè numerus res diſtincta à quantitatibus continuis, quibus conſtat; an verò ſit re ipſa quātitates illæ ſic cognitæ: quod nobis hoc loco non incumbit enarrare. Dicimus igitur iuxta priorem opinionem æqualitatem fundatam in numero eſſe realē relationem, cuius ſubiectū non eſt vna ſubſtantia, ſed plures ſubſtantiæ numero contētæ. Nec enim mirū eſt, quòd plures ſubſtantiæ, quæ in iſta opinione ſunt ſubiectum vnius accidentis, ſcil. numeri, ſint etiam ſubiectum vnius relationis realis, cuius fundamentum eſt ipſe numerus.

Reſpond. 1. affirm. in opinione diſtinguente re ipſa numerū à quātitatibus continuis. In hac opinione plures ſubſtantiæ ſūt ſubiectum vnius accidētis, ſcil. numeri, atque adeò relationis.

A Præterea ſic opinando dicendum eſt cuiuſuis ſpeciei numeri eſſe propè infinita indiuidua, quia in vno ſolo denario quot modis poſſunt copulari duæ vnitates, tot binarij ſunt. At verò in numero rerum tam magno propè infiniti erūt binarij, ternarij, quaternarij, & cætera indiuidua ſpecierum numeri. Quòd ſi hæc omnia permittenda ſunt, & nos permittimus relationes reales æqualitatis, & inæqualitatis propè innumeras.

Item cuiuſuis ſpeciei numeri ſunt propè infinita indiuidua: & ſic in relationibus.

15. *Reſpond. 2. neg. in opinione contraria.*

Iuxta ſecundam opinionem, quòd numerus non diſtinguatur ex natura rei à quantitatibus continuis, negamus relaB tiones fūdatas in eo numero eſſe reales. Aliæ autem ſunt relationes, quarū conditio fundandi eſt numerus, de quibus diſputabimus; ſed modò loquimur non de conditione fundandi, ſed de fundamento quod eſt cauſa relationis. Quòd ſi numerus non diſtinguitur ipſa re à cōtinuis, aimus relationem fundatam in numero non eſſe realem. Probatur, nam illæ quantitates continuæ, vt continuæ ſunt, non fundant æqualitatem numeri, ſed aliam æqualitatē continui; & vt ſunt numerus, ſunt omninò res eædem; ergo C vt numerus non fundant aliquam relationem realē; impoſsibile enim eſt, quòd eadem res ſit cauſa, & non cauſa rei alicuius: imò quòd res eadem alitèr intelligatur à nobis, non ſolùm non eſt fundamentum relationis, ſed neque conditio fundandi; cum ergo æqualitatis numeri fundamentum ſit ipſe numerus, ſi numerus ſolo modo intelligendi differt à quantitatibus, non eſt fundamentum realis relationis, ſed rationis erit relatio. Profectò numerus non eſt verum accidens etiam logicum, ſi ſola rationis conſideratione differt à quantitatibus; D conſideratio enim mentis nullam affert realem vnitatem; ſine reali autem vnitate nullum accidens à logico, aut Philoſopho agnoſcitur: ergo ex pluribus quātitatibus non conſtat res vna, quæ ſola ratione differt ab illis. Haberemus aliàs magis admirandū aliquid in rebus creatis, quàm in myſterio Trinitatis, ſi quantitates continuæ penè innumeræ hypoſtaſibus, & formis ipſis diſtinctæ coaleſcerent in rem verè vnam, ſcil. in numerum realem ſola ratione diſtinctum; imò coirent continua in numeros penè infinitos, ſola ratione diſtinctos ab ipſis cōtinuis. Quare hæc opinio quæ non ponit nume-

Declaratur.

Probatur 1.

Probatur 2. In hac opinione numerus non eſt verum accidens etiam logicum. 1. Ratio, ex defectu vnitatis realis.

2. ratio, ex abſurdo.

Digitized by Google

numerum reale accidens diſtinctũ; nullã relationem realem in illo fundatam relinquit. A

16.
De 3. ſpecie. ſc. identitate
Hæc relatio eſt realis.
S. Thom.
Ariſtot.
Capreol.
Soncin.
Iauell.
Minus propriè dicitur ſimilitudo in eſſentia.

Poſtremò in ſubſtantia fundatur relatio alia realis huic generi propria, quæ dicitur identitas. Quòd hæc relatio ſit realis docet S. Thom. 1. p. q. 28. art. 1. ad 2. quod ab Ariſt. accepit 5. Met. tex. 15. docent idẽ Thomiſtæ cum Ioan Capreol. Paul. Soncin. 5. Met. q. 35. & Iauello q. 21. Hæc identitas minùs propriè dicitur ſimilitudo in eſſentia; quia eſſentia dicitur etiam qualitas, vtpotè rei perfectio, quæ præcipuè in genere qualitatis inuenitur, quo pacto diuinæ perſonæ dicuntur ſimiles, non propter accidentem qualitatem, ſed quia ſunt eiuſdem eſſentiæ; ſicut etiam ſine quantitate dicũtur æquales, vt explicabimus. Propriè tamen loquendo relatio fundata in ſubſtantia non dicitur ſimilitudo, ſed identitas, quod affirmat Mar. Vict. lib. 1. contra Arium his verbis, *Subſtantia ſecundum quod ſubſtantia eſt, non recipit ſimilem eſſe, aut diſsimilem.*

Mar. Vict.

17.
Quorundam ſent. quòd nõ in ſola ſubſtãtia, ſed in omni genere vnitas ſpecifica fũdat identitatẽ ſiue ſimilitudinem latè.
Eorũ cõment. ad *Ariſt.*
Hæc ſentent. Refutatur 1. in relationibus.
Refutatur 2. in actionibus, aut paſsionibus.
Confirmatur hæc refutatio.
Refellitur dictus cõmẽt. ad *Ariſt.*

Quidam arbitrantur in omni vnitate ſpecifica fundari realem relationẽ, quæ ſit relatio identitatis, ſiue ſimilitudinis amplo nomine dictæ. Et ita interpretãtur Ariſtot. dicentem, eadem ſubſtantiã, hoc eſt, eſſentiã; quæcunque igitur vnitate ſpecifica eſſentiã conueniunt, relatione reali identitatis referuntur. Hæc opinio vniuerſìm accepta falſa eſſe conuincitur: nam in genere relationis eſt vnitas ſpecifica in ſingulis ſpeciebus; quæ tamen non fundat relationem realem, vt poſteà comprobabimus; quia relatio non fundat relationem. Sed neque inter duas actiones, aut paſsiones eiuſdẽ ſpeciei eſt relatio ſimilitudinis; quia actiones non dicuntur ſimiles propter ſe, ſed propter terminos, ad quos tendunt. Et confirmatur, quia abſque dubio à terminis oriuntur hæ relationes; ſed actiones antecedunt terminos: ergo in illa antecedentia actiones non habent relationes: aliàs erit duplex relatio ſimilitudinis ſimul, alia in calefactione fundata, alia in calore producto. Cum igitur illud pronunciatum falſum eſſe comperiatur, quòd in omni vnitate ſpecifica fundetur identitas, aut ſimilitudo; non poteſt explicari Ariſtot. cum ait eadem eſſe penes ſubſtantiam, quòd intelligat penes eſſentiam: ſed intelligit planè in ſubſtantia, quæ eſt ens per ſe, fundari identitatem. C D

18.
Oppoſita ſẽt. colligitur.
Confirm. ex *Ariſt.*

Propria eſt ergo identitas relatio huius generis, ſcil. ſubſtantiæ. Quod confirmatur verbis ipſius Philoſophi 5. Metaph. cap. 15. *Eadem* (inquit) *ſunt quorum vna eſt ſubſtantia; ſimilia, quorum vna eſt qualitas: æqualia, quorum quantitas vna.* Igitur cum æqualia dicit propter quãtitatem, ſimilia propter qualitatem, eadem propter ſubſtantiã, diſcernit ſubſtantiam à qualitate, & quantitate: accipit ergo ſubſtantiam pro genere entis, quod eſt per ſe.

B

19.
Oſtenditur inductione.
In vnitate eſſentiali quantitatis relationem realẽ nul la ratio cogit agnoſcere.
In ea vnitate relatio innominata pmittitur.

Aduertendum igitur eſt, accidentia eſſe propter ſubſtantiam; quare relationes, quæ in vnitate fundantur, vel ſunt identitatis, qua ſubſtantiæ referuntur in vnitate propria ſubſtantiæ; vel ęqualitatis, qua ſubſtantiæ referuntur penes vnitatem quantitatis; vel poſtremò ſimilitudinis, qua ipſæ ſubſtantiæ referuntur in vnitate qualitatis. Vnitas ergo in ſubſtantia facit idem, in quantitate æquale, & in qualitate ſimile; & in alijs generibus vtpotè imperfectis, non facit relatũ reali relatione. Et quidèm inductione comprobatur vnitatẽ in alijs generibus nõ facere relata realia: & in genere qualitatis oſtendimus vnitatem etiam eſsẽtialem facere ſimile; & in ſubſtantia facere idem; at verò in quantitate vnitas eſſentialis non eſt neceſſe faciat propriã aliquam relationem; neque enim facit relationem identitatis, quæ eſt propria ſubſtantiæ, neque ſimilitudinis, quæ eſt propria qualitatis, ſed ſatis eſt, quòd in quantitate, non quidèm vnitas eſſentialis, ſed vnitas ſecundum extẽſionem faciat æquale. Quod ſi libet aliam relationem non nominatam hìc excogitare, faciant; nõ prohibemus. Certè nullum argumentum ad hoc cogit; cum non ſit neceſse omnem vnitatem ſpecificam fundare relationem realem.

20.
De relatione vnionis quorundam ſent.
Refutatur.

Aliæ etiã ſunt relationes, quæ in vnitate fundantur, vt vnio, propinquitas, & ſimilia. De relatione vnionis quidã exiſtimãt fundari in diuerſa cauſalitate materiæ, & formæ, ſiue actus, & potentiæ. Sed hoc eſt falſum, quia cauſalitas illa eſt diuerſæ appellationis, cum materia ſuſtentet, forma autem informet; quare & relationes indè conſequentes oportet eſſe appellationis diuerſę, aut certè erũt relationes fũdatæ in numero, de quibus ſtatim

ſtatim dicemus, vt diſsimile, inæquale, A quorum fundamenta ſunt diuerſa. Relatio autem vnionis eſt eiuſdem appellationis, vtrumque enim relatum dicitur eodem nomine vnitum. Et ecquis non videat relationẽ vnionis in vnitate fundari? Quod & nomen vnionis perſuadet. Oſtendendum igitur eſt quomodò vnitas ſit hìc cõditio fundandi; nam in duobus albis conditio fundandi eſt vnitas ſpecifica; at verò in vnione partes vnitæ non cõſentiunt in vnitate ſpecifica, imò potiùs differunt, vt materia, & forma, corpus, & albedo, quæ dicuntur vnita. Dicendum igitur eſt vnitatem totius, eſſe conditionem fundandi vnionèm in B partibus.

Vera ſent. eã pertinere ad 1. genus, nó ad 2. Probatur.

Ratio controuerſiæ.

Soluitur.

In relatione vnionis, realis vnitas totius eſt cõditio fũdandi.

21.

Oſtenditur ſolutio.

Ad rem autem iſtam explicãdam aduertendum eſt relationes reales aduenire partibus exiſtentibus. Nam fundamẽtum, quod concurrit vt cauſa efficiens, præexiſtit ante relationem ordine naturæ. Atquì conſiderandum eſt ipſum totum, quod ex partibus conficitur, priùs naturâ confici, quàm partes exiſtãs: nam in compoſito per ſe, quod eſt ſubſtantia, priùs naturâ exiſtit totum, quàm partes ſcilicèt materia, & forma, vt lib. 4. dicemus (ſi tamen inter has partes eſt realis relatio) & in compoſito per accidens, C quod eſt corpus album, inter quæ haud dubiè videtur eſſe realis relatiò vnionis, priùs natura albedo copulatur cum corpore, quàm ipſa exiſtat. Ipſa autem albedo exiſtens fundat relationem vnionis. Ex quibus colligimus illam exiſtentiam totius (ſiue illud totum ſit ens per ſe, ſiue per accidens) cum ipſa vnitate totius, antecedere relationem vnionis; ergo illa vnitas antecedens eſt conditio fundandi relationem; nulla enim hîc eſt alia vnitas, quę poſsit fundare vnionem. Neque poteſt negari, quòd iſta vnitas ſit D conditio fundãdi, cum antecedat ipſam relationem. Nam ſi vnitas rationis quouis modo explicata dicitur conditio fũdandi, multò magis realis vnitas, qua duæ partes ſunt vnum, dicetur fundamenti conditio.

Totum ſiue per ſe, ſiue per accidens inter cuiꝰ partes, haud dubiè eſt relatio vnionis, priùs naturâ exiſtit, quàm partes.

Vnde exiſtentia totius cum ipſa vnitate totius antecedit relationem vnionis.

22.

Ab vnitate æquiuocè dicta de vnitate reali, & rationis non poteſt ſumi genus aliquod ſubalternũ relationis.

Vbi iam videre licet quãdo ponimus vnitatem conditionem fundandi, quàm æquiuocè vtamur nomine iſto vnitatis; ne quis exiſtimet, indè poſſe ſumi genus aliquod ſubalternum relationis. Nam in ſimilibus, & æqualibus, vnitas cum ſit rationis non eſt fundandi conditio; ſed A hoc nomine indicamus conditionẽ aliã, vt docuimus: at verò in vnione, nõ vnitas rationis, ſed realis vnitas totius eſt fundandi conditio.

At verò in relatione propinquitatis ſecundum locum, eſt etiam cõditio fundandi vnitas realis non rerum propinquarum, ſed loci; quia ſunt in eodem loco contingẽtes ſe, vt inter illa non ſit locus alius. Et ita in relationibus alijs æſtimandum eſt, an ſit vnitas realis, in qua relatio fundatur? 23.

Etiam in relatione propinquitatis conditio fundandi eſt realis vnitas loci.

24.

De 1. genere quatenus fundatur in numero.

Numerus hic non ſumitur pro prædicamentali, de quo n. 14.

Sunt relationes aliæ primi generis, eiuſdemque appellationis, quæ fundãtur non in vnitate, ſed in numero; quo noB mine non intelligimus numerum prędicamentalem; aut etiam tranſcendẽtem, aut rationis numerũ: nam numerus prædicamentalis, eſt fundamentum æqualitatis, quæ dicitur fundari in vnitate, vt diximus anteà. Agimus ergo nunc non de fundamẽto, ſed de conditione fundãdi; neque de numero, vt cõplectitur vnitates plures in aliqua ratione conuenientes; ſed de numero, vt ſignificat nõ vnũ, ſeu multitudinẽ, ſiue plura, vt plura ſũt. Itaque numerus, ſiue multitudo, vt ſignificat plura, eſt conditio fundãdi: verbi gratia; diſsimilitudo fundatur non in alC bedine, & albedine, vbi eſt vnitas; ſed in non vnitate, ſcil. in albedine, & nigredine, in quibus non eſt vnitas ſpecifica; & inæquale fundatur in quãtitatibus non vnius extenſionis, in quibus non eſt vnitas extenſionis. Ergo ijſdem modis quibus ſumitur vnitas in his fundamẽtis; ſumitur etiam multitudo, ſiue non vnitas, ſcil. pro multitudine ſecundum rationẽ, vt quòd albedo, & nigredo ſint diuerſarum ſpecierum, eſt numerus fundãs diſsimilitudinem; qui numerus rationis, cũ ſignificet ens rationis, ſcil. diuerſas ſpeD cies, non eſt conditio fundãdi relationẽ realem; ſed indicat conditionem fundãdi occultam; verbi gratia, in vno corpore albedo eſt fundamentum, & conditio fundandi eſt nigredo exiſtẽs in alio corpore, quæ eſt non albedo. Itaque numerus qui eſt conditio fundandi, aliquandò ſignificat ens rationis, ſcil. ſpecies diuerſas, vt modò dicebamus; aliquãdo verò ſignificat numerum realem, ſiue prędicamentalem, qui continet plures quãtitates, ſiue tranſcendentẽ, qui continet plures vnitates reales; Et in numero ſic accepto fundatur relatio diſtinctionis, quę aliquan-

Sumitur pro nõ vnitate, ſeu multitudine, ſiue pluribus vt plura ſunt.

Exemplum de non vnitate ſpecifica.

Item de non vnitate extenſionis.

Explicatur vt de vnitate n. 1, 2, &c.

Aliquando eſt numerus rationis, indicãs cõditionem fundandi.

Aliquando eſt numerus realis, vel prædicamẽtalis, vel tranſcendens.

aliquandò fundatur in numero quantitatis, aliquandò in numero tranſcendẽte: aliquando verò numerus non eſt cõditio fundandi, ſed eſt ipſum fundamentum, vt cum binarium binario æqualem dicimus.

Aliquãdò numerus nõ eſt conditio fundandi, ſed fundamentum.

25. In diſsimilibus eſt neceſſaria vnitas generis proximi cum diuerſitate ſpeciei. Oſtenditur.

Aduertendum tamen eſt, quòd ſicut in ſimilibus eſt neceſſaria vnitas ſpeciei; ita in diſsimilibus eſt neceſſaria vnitas generis, cum diuerſitate ſpeciei. Nam albedo, & dulcedo non ſunt ſimiles, neque diſsimiles propriè loquẽdo; ſed diſſimilia ſunt, quæ in eodem genere proximo ſunt diuerſæ ſpeciei, vt albedo, & nigredo; & ita in his vnitas generis, quæ eſt conditio fundandi, eodem modo explicãda eſt, quo declarauimus vnitatem ſpecificam eſſe conditionem fundandi, ſcilicèt quia albedo eſt color, & nigredo eſt color, & nigredo eſt non albedo, ideò ſunt diſsimiles: ſũt enim diſsimilia quaſi contraria, quæ in eodem genere diſſentiunt.

26. In eodem genere proximo calor & nõ calor facit diſsimile. Non ſic calidum, & non calidũ pro paruum calido, ex n. 12.

Prætereà etſi in eodem genere, modo iam explicato, calor, & non calor faciat diſſimile: tamen calidum, & non calidũ non facit diſsimile; quatenùs non calidũ dicitur id quod habet parum caloris, quod eſt re ipſa calidum, & ſimile, licèt non nominetur ſimile, ſicut neque calidum nominatur, vt docuimus: igitur nõ calidum, etſi inferat non ſimile, non tamen fundat diſsimile, ſed ex alio fundamento orietur diſsimilitudo, quia vbi eſt pauxillum caloris, erit plurimum frigiditatis, qua ſit diſsimile alteri ſatis calido.

At calidum, & non calidũ pro multũ frigido, facit diſſimile.

27. De 2. genere, 1. aſſertio: Actio non eſt fundamentũ, ſed cõditio fũdandi. Probatur 1.

Circa ea, quæ fundantur in actione, & paſsione quatuor notanda ſunt. Primũ, quòd actio non eſt fundamentum, ſed conditio fundandi; tum quoniam fundamentum eſt cauſa relationis in eo, in quo eſt; actio autem eſt in paſſo: ergo nõ eſt fundamentum relationis, quæ eſt in agente: tum etiam quia paternitas, quæ fundatur in actione, illa tranſeunte manet; relatio autem ſine fundamento non manet: non ergo actio eſt fundamentum, ſed conditio fundãdi, de qua iam diſputauimus, decretumque eſt non eſſe neceſſe conditionem fundandi, exiſtere in ipſo relato.

Secundò.

28. 2. aſſertio: Omnis cauſalitas cuiuſcũque cauſæ eſt conditio fundandi, ſi ſit relatio realis.

Poſt hæc aduertẽdum eſt omnem cauſalitatem cuiuſcunque cauſæ eſſe conditionem fundãdi, ſi ſit relatio realis cauſæ ad effectum: neque enim eſt maior ratio, ob quam actio, quæ eſt cauſalitas agentis, ſit conditio fundandi, quàm cauſalitates aliarum cauſarum. Itaque in ſingulis cauſis ad ſuos effectus nõ deerit conditio fundãdi relationem realem ex hac parte, quia quæuis cauſalitas, & quæuis ratio effectus eſt conditio realis fundandi relationem. Et hæc conditio renocatur ad actionem, & paſsionem, quæ ſunt notiores cauſalitates. Itaque ſiqua erit relatio realis materiæ, ſiue formæ ad ſuos effectus, ea fundatur in cauſalitate materiæ, & formæ. De qua re poſteà diſputabimus inquirẽtes, quæ diſtinctio neceſſaria ſit inter relata: vbi expendemus, vtrùm diſtinctio inter materiam, & formam, quæ non ſunt actu entia, ſufficiat ad relationem realem his partibus adhærentem.

Oſtenditur.

29. 3. aſſertio: Huiuſmodi relationes poſſunt fũdari in re pducta abſque vlla cauſalitate q̃ ſit cõditio fundãdi. Oſtenditur ex lib. 2. c. 24 p. 2. n. 2. & cap. 25. n. 16.

Adhùc notandum eſt huiuſmodi relationes poſſe fundari in re producta abſque vlla cauſalitate, quæ ſit cõditio fundandi. Nam vt libr. 2. docuimus, creatio non eſt actio; neque vlla cauſalitas, ſiue ratio effectus abſoluta eſt in ſubſtantia creata; relatio ergo creaturę, quæ eſt realis, fundatur in ipſa ſubſtantia creata, quæ eſt verum ens extra cauſam. Nam ſi creatur in tempore, illa eſt conditio fundandi, quòd anteà non erat, & modò eſt, & hæc affirmatio poſt negationem eſt in re ipſa. Quòd ſi creetur ab æterno, priùs naturâ eſt nihil, quàm ſit ens verum, vel etiam priùs natura eſt in potentia creatrice, quàm extra illam: & hæ negationes ſunt in re ipſa; affirmatio verò eſt quòd ſit ens verũ. Nam homo antequàm creetur non eſt ens, & cum creatur eſt verũ ens. Et hoc ſatis eſt ad fundamentum relationis realis, vel potiùs ad conditionem fundandi.

Quòd nõ ens præcedẽs creationem, & verum ens iam creatum ſint in re ipſa, ſufficit ad conditionem fundãdi.

30. Occurritur obiectioni cõtra 2. & 3. aſſertionem.

Cum autem conſtitutum à nobis ſit hæc tria genera relatorum non eſſe genera logica, neque ſumi ab vnitate aliqua conditionis fundandi; non eſt admirandum, quòd relata huius ſecundi generis, hoc eſt, huius collectionis, quędam fundentur in actione, alia fortè in alijs cauſalitatibus, & alia abſque vlla actione, aut cauſalitate: quia ſatis eſt quòd fundetur in re aliqua extra cauſam exiſtente; quod aliàs accidit per actionem mediam inter cauſam, & rem productã.

31. Aduert. ex lib. 2. cap. 18. p. 2.

Poſtremo loco commemorandum eſt id, quod aliàs docuimus, relationem originis, quæ eſt ſimilitudo deducta ab alio, non

non fundari in vnitate naturæ, in qua fũdatur ſimilitudo æquiparantiæ, ſed fundari in actione: quia ipſa exemplatio eſt conditio fundandi relationem imaginis ad ſuum exemplar.

Exemplatio eſt cõditio fũdandi relationem imaginis

32. De 3. genere *Ariſt.* exempla, ex aliorũ opinione.

Tertium genus relatorum Ariſtot. nõ explicauit, ſed indicauit exemplis; hæc enim eſſe ait menſuram & menſurabile, ſcientiam & ſcibile, ſenſum & ſenſibile. Quibus etiam in exemplis nõ ſuam, ſed aliorum videtur ſequutus eſſe ſententiam; qui ſcientiam, & ſenſum dicebant eſſe menſuram rerum ſcitarum, & ſenſarum. Sunt qui opinentur Ariſtot. hìc nõ poſuiſſe verum genus relatorum, ſed potiùs nouum modum relatiuæ nominationis, quia horum relatorum altera relata ſunt, quia alia referuntur ad ipſa; vt ſcibile dicitur, quia de illo eſt ſcientia. Quibus addendum eſt in menſura eſſe aliquandò realem relationem; in menſura, inquam, naturali, qualis eſt quantitas, non video quare relatio ipſa menſuræ fundata in intima natura quãtitatis non ſit realis relatio. Quòd ſi in menſura aliqua, & ſcientia, & ſenſu, eſt realis relatio; menſurabile, ſcibile, ſenſibile, videntur eſſe ſolæ relatiuæ nominationes acceptæ à prioribus relationibus. At verò illas relationes reales, menſuræ, ſcientiæ, & ſenſus poſſumus dicere fundatas eſſe in proportione quadam ad ſuum obiectum, & perindè reuocari ad relationes primi generis, quæ in vnitate fundantur; nam & proportio reducitur ad vnitatem. Alij ſunt qui hoc genus relatorum menſurabilis, & menſuræ ad cauſam effectricem reuocent: certum eſt enim eam cauſam, quaſi menſurare effectum ſuum, cui ſcilicèt tribuit perfectionem, vel æqualem, vel etiam deficientem. Vnde aliqui crediderunt relationem menſurabilis fundari in ipſa actione, & non eſſe tertium genus relationum. Sed falluntur maximè, nam agens intendit aſſimilare ſibi paſſum per formam, quam producit, in qua forma fundatur ſimilitudo, ſi ſit eiuſdem ſpeciei: ſi verò non ſit eiuſdem ſpeciei, non ſequitur realis relatio ſimilitudinis; imò diſſimilitudinis, vt docuimus; licèt in genere, aut analogia ſit ſimilitudo rationis. Quòd ſi agens per ideam, aut quaſi ideam operetur, ſimilitudo diſquiparantiæ, quæ in actione fundatur, eſt imago. Nulla ergo

1. ſẽt. hoc 3. genus nõ eſſe verũ genus, ſed menſurabile, ſcibile, ſenſibile eſſe nouum modum relatiuæ nominationis.

In menſura verò naturali, qualis eſt quãtitas, eſſe relationem realẽ (item in ſciẽtia & ſenſu) fũdatam in proportione, quæ reducitur ad vnitatem.

2. ſentent. ait relata menſuræ & menſurabilis pertinere ad cauſam effectricẽ, atq; adeò ad 2. genus.
Ratio.

Refellitur.

In cauſa effectrice eſt ſimilitudo æquiparantiæ: Vel diſſimilitudo.

Vel ſimilitudo diſquiparantiæ, quæ ſit imago, ſi agens operetur per ideã vel quaſi ideã.

A relatio realis menſuræ, aut menſurabilis ibi inuenitur, niſi fortè relatio rationis metientis, ſiue ponderantis perfectionẽ cauſæ, & effectus. Hæc igitur non ſunt ſuapte naturâ menſurabilia.

Itẽ relatio rationis ponderãtis perfectionem cauſæ, & effectus.

33. Dictæ ſent. Ariſtoteli nõ aduerſantur.

Hæ opiniones Ariſtoteli quidèm non ſunt cõtrariæ, qui ita obſcurè hoc genus relationum edocuit, vt ſeruatis eius verbis liceat variare ſententiam. Sed præter id, quod diſcedunt à Philoſophorũ communi ſenſu, falſæ eſſe conuincuntur; tum quoniam non ponũt in hoc tertio genere relationes reales diſtinctas à primo, & ſecundo genere, ſed confundunt illas cũ B ſecundo genere, quod in actione fundatur; vel ponunt ſolas relatiuas appellationes extrinſecas mẽſurabilis, ſcibilis, & ſenſibilis, quod æquum nõ eſt credere Philoſophũ voluiſſe; tum maximè, quia in hoc tertio genere poſſũt collocari relationes reales diſtinctæ à reliquis, & his nominibus, quæ Ariſt. poſuit indicatas, vt oſtendemus: ergo credendũ eſt eaſdẽ illum voluiſſe his nominibus ſignificare.

Nihilominùs cõuincũtur 1. ex proximè dictis.

Secundò & præcipuè.

Illi igitur, qui tertium genus relatorũ ab Ariſto. proditum fuiſſe conſentiunt, non aliter hoc explicant, quàm vt dicãt C perfectionem menſurabilem per aliud, habere relationem tranſcendentem ad illud; & hanc perfectionem, ſiue tranſcẽdentem relationem eſſe fundamentum realis relationis menſurabilis.

34. 3. ſent. ponens 3. genus fundatum in relatione tranſcẽdente.

Sed multa his obſunt, quæ opus ſit pro opinione tuenda expediri. Primò enim explicandũ eſt quænã hæ res ſint, quarũ perfectio mẽſuratur per alias res. Deindè quare perfectio ea, quę mẽſuratur per aliud, habeat ad illud tranſcendentẽ relationẽ. Tertiò, vtrùm hoc ipſũ neceſſe ſit, vel potiùs ſine relatione tranſcẽdẽti poſſit reperiri relatio menſurabilis, D ſiquidèm non videntur eſſe connexę. Poſtremò quare eſſe menſurabile per mẽſuram extrinſecam ſit relatio realis.

35. In hac ſent. 1. difficultas.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

His omnibus vna aſſertione faciamus ſatis, vndè totius quæſtionis enodationẽ depromemus. Aimus hæc relata tertij generis non reperiri extra potentiã, quę obiectum proſpectat, & habet actiones immanentes. His enim eſt propria quædam menſura, ſiue potentiam menſuret obiectum, ſiue etiam obiectum, aut operationem potentia ipſa menſuret, vt poſteà dicemus.

36. Pro 1 difficultate aſſertio. Relatio tertij generis eſt ſolùm inter potentiam, & obiectum.
Ratio.

Aduertendum eſt enim, quòd potentia, quæ obiectũ reſpicit, ſiue ſit cognoſ-

37. Pro declarat. 1. aduert.

Digitized by Google

Potentia cognoſcens & appetens nobis data propter dilatationē noſtri ad res alias per operationes immanentes, & ſic dilatando nos perficientes.

cens, ſiue appetens, ad hunc finem nobis collata eſt, vt per actiones ſuas dilatet nos ad res alias extra nos, quę tamē dilatatio nō eſt motus extra agens, ſed eſt operatio immanens, & perfectio agētis. Is igitur, qui cognoſcit, & appetit per iſtas actiones fit omne cognitū, & appetitū, vt lib. 2. docuim⁹: quia in illo cognitio eſt vice rei cognitæ, & appetitio eſt loco rei appetitæ: in qua re ſtatim intelligitur quidā defectus, quia homo ſecundum cognitionē fit leo, non re ipſa, ſed ſimilitudine; & ita inuenitur in hoc defectus quidā; deficit enim cognitio noſtra à re cognita: & eſt ibi in cognitione quędā cōmenſuratio per menſurā excedētem, quæ eſt res cognita. Quòd enim homo per cognitionē fiat leo, eſt perfectio hominis, nō leonis; & hæc perfectio non peruenit ad hoc, vt cognoſcēs ſit re ipſa leo: cognitio autē diuina eſt perfectiſsima, quia eſt ſecundum naturam res ipſa cognita ſcil. ſua eſſentia, vt lib. 2. docuimus. Et licèt cognitio noſtra ſit ens perfectius, quàm leo; tamen in hoc, quòd eſt loco leonis, deficit ab ente, quia non eſt verus leo, ſed loco leonis duntaxat. Et vice conuerſa; quando obiectū pendet à potentia cognoſcente, & appetēte, inuenitur in obiecto defectus; quia non attingit artem, & voluntatē artificis, qua menſuratur: cathedra enim imitatur artem, quæ eſt in mente, ſiue ideam; ſed nō eſt ipſa ars, aut idea: igitur hoc quoque menſurabile deficit à menſura. Et hæ relationes menſurabiles ſunt, quæ pertinent ad tertium genus relatorum, ſiue potentia menſuretur per obiectum, ſiue per potentiam menſuretur ipſum obiectum.

Cognitio noſtra deficit à re cognita, v. c. leone, & commenſuratur p illā vt per mēſuram excedētem.

Cognitio diuina eſt perfectiſſima.

Licèt cognitio noſtra ſit ens perfectius, quàm leo, tamen deficit ab ente quatenùs eſt duntaxat loco leonis.

Viceuerſa quando obiectum pēdet ab ijs potētijs, vt artefactum, deficit à cognitione, & volūtate artificis, & commenſuratur per illā, vt per menſuram excedentem.

38\. Conſect. 1.

Ex quibus illud primum ſequitur, de quo erat petitum, nō omnem perfectionem menſurabilem pertinere ad hoc genus relatorum; ſed eam perfectionem, quæ inuenitur in his potentijs, vel earum obiectis, vt dicemus. Secundum cōſectarium eſt, menſuram in his relatis propriam eſſe inter potentiam, & obiectum attendendam; vt & relatio propria inueniatur, quam non ſit neceſſe indagare in rebus alijs.

Conſect. 2.

39\. 2. aduert. Potētia aliquā do eſt mēſura. Oſtēditur in intellectu practico regulāte operationes, & res operabiles.

Poſt hęc conſiderandum eſt potentias has non ſolùm eſſe menſuratas, ſed eſſe aliquandò menſuram. Nam intellectus practicus eſt regula operationum, & rerum operabiliū, quæ abſque dubio relatione reali referuntur ad regulam, ſicut menſurabile ad menſuram; & earū perfectio tota ſumitur ab intellectu practico, aut ab operatione eius. Quo fit, vt hæc relatio menſurabilis in hoc genere tertio collocanda ſit: eſt enim relatio fūdata in perfectione rei, ſecundum quòd commēſuratur alteri rei; ergo etiam relationes cōformitatis, quibus operationes noſtræ referuntur ad intellectū practicum, pertinent ad hoc tertium genus relatorum, ſicut & obiecta, quæ per potentias menſurantur, vt diximus.

In his eſt realis relatio tertij generis.

Ratio.

40\. Circa 1. & 3. difficultatem, 1. aſſertio: In dictis potētijs, & operationibus practicis ſunt relationes tranſcendentes, ſi quæ ſunt.

Quòd ſi iam hoc loco quæras, vtrùm hæc omnia relata tertij generis fundentur in relatione tranſcendenti, quod nobis erat anteà propoſitum: in potentijs quidèm, quæ menſurantur ſuis obiectis, relationes tranſcendentes ſunt, ſi quæ ſunt: & operationes, quæ regulantur per intellectum practicum, eodem modo videntur ad illum referri relatione tranſcendenti (vt aiunt) quia hæ operationes ſuapte naturâ reſpiciunt intellectū practicum, & non poſſunt ſine illo reſpectu definiri: quam aiunt eſſe naturam relationis tranſcendentis, vt ſine illa res aliqua non definiatur.

41\. 2. aſſertio: Operationes virtutum imperatæ ab alijs virtutibus videntur menſurari per illas ſine relatione tranſcendēte. Sic res operabiles per intellectum practicum.

Sed ſunt operationes etiam virtutū, quæ imperantur, ſiue diriguntur ab alijs virtutibus, per quas videntur menſurari; & tamen non habent ordinem tranſcendentem ad illas; accidit enim in iſtis dirigi per illas. At verò obiectum ipſum, quod aliquandò eſt effectus potentiæ, vt artefacta, quæ fiunt per intellectū practicum, menſuratur per ipſum intellectum; vt lectus, cathedra, domus; quæ relatio haud dubiè videtur ad hoc genus relatorum pertinere; & tamen non videntur habere relationem tranſcendentem ad ſuam menſuram, ſcilicèt ad intellectum. Ego nunquam libens in anguſtias eo, & certè videtur nihil nos cogere, vt dicamus in his eſſe neceſſariam relationem tranſcendētem; maximè cū illa nulla ſit, vt docuimus.

Probatio ex cap. 1. p. 1. n. 11

42\. 3. aſſertio: Si ad relatū tranſcendens ſufficit eſſe cū alijs coniūctū definitione p cauſam neceſſariam, licèt extrinſecam (qđ pbabile eſt) relata huius generis, ſunt in tranſcēdentib. Oſtenditur 1. in potentia.

Nihilominùs, ſi dicamus relata tranſcendentia eſſe, quę ſunt definitione cum rebus alijs coniuncta, ſaltèm definitione cauſali per cauſam, licèt extrinſecā, neceſſariam: poſſumus dicere relata huius generis eſſe definitione coniuncta; quia ſi potentia eſt, quæ menſuratur, illa ſine obiecto, à quo menſuratur, definiri non poteſt: ſi verò operatio potentiæ, aut obiectum

Secundò in operatione.

iectum illius, menſuratur per potētiam, neceſſe eſt etiam, vt per illam definiatur, vt per cauſam efficientem neceſſariam. Nam operationes, quæ per ſe diriguntur per virtutes aliquas, aliquid naturæ inſitum indè habent, quo dicuntur menſurabiles, & illud eſt ad illas virtutes, quibus diriguntur, vt ad cauſam reuocandum: artefacta autem, cum non ſint opera naturę, ſed artis, neceſſariò ad artem reducuntur. Et ita poteſt probabilitèr defendi in iſtis relatis tertij generis relationem tranſcendentem inueniri ſecundum quòd potentia, operatio, & obiectum neceſsitate aliqua copulata ſunt.

Item in obiecto operabili.

43.

Relationes 3. generis, vt plurimùm, ſūt aut realis relatio veri, aut boni.

Conſiderandum etiam eſt relationes huius generis, vt plurimùm, eſſe aut relationem realem veri, aut boni: hæ enim ſunt propriæ relationes iſtarum potentiarum. Et quidèm in intellectu ſpeculatiuo relatio veri eſt realis. Et in practicis relatio veri non eſt realis, niſi in rebus, aut operationibus regulatis per intellectum: quo pacto plurima entia perfecta referuntur reali relatione veri ad intellectum diuinum, vt hoc libro dicemus. Et etiam cum hac relatione reali veritatis poteſt coniungi relatio tranſcendens; quia omnia entia naturalia cōparata cum Deo, ſunt quaſi artefacta per ideas, & artem, per quam poſſunt definiri, vt per cauſam neceſſariam.

44.

Ex Ariſt.

Relata tertij generis ex propria ratione fundamēti ſūt non mutua.

Non tamen omnia nō mutua ſunt tertij generis. Oſtenditur.

Eſt autem & huic doctrinæ conſentaneum, quod Ariſtoteles docet, hæc relata eſſe, quia alia ad ipſa referuntur, ſcilicèt eſſe relata non mutua, quod capite ſequēti elucidabimus. Noluit enim Philoſophus omnia relata non mutua hoc genere complecti, cum alia quædam non mutua, extra hoc genus inueniantur, vt relatio creaturæ, & creatoris, quæ fundatur in actione, vt explicauimus, & pertinet ad genus ſecundum. Sed voluit inſinuare hæc relata ex propria ratione fundamenti eſſe non mutua, quia menſurabile habet relationem realem, menſura verò non realem, ſed rationis.

45.

In relationibus 3. generis fundamētum & termin' eſt potentia, habitus, operatio, & res quæ eſt obiectum.

Hæc autem vt explicemus, meditandum eſt fundamentum harum relationum, conditioque fundandi: fundamentum eſt potentia, ſiue habitus, ſiue operatio potentiæ habentis obiectum, & res ipſa, quæ eſt obiectum; quia hoc nomen, obiectum, ſignificat formalitèr relatio-

A nem rationis; quæ re ipſa non terminat relationem realem; ſed debet eſſe ens reale vtrumque extremum relationis: quare ſcientia vna relatione reali refertur ad omnem rem ſcibilem, & non ad ipſum ſcibile formalitèr. Conditio autē fundandi eſt perfectio rei menſurabilis; & res altera exiſtens, quæ eſt menſura. Quæ autem his relationibus referuntur, eaſdemque terminant, ſunt potentia, habitus, operatio, & obiectum, cum in his huiuſmodi relationes inueniantur, vt docuimus. Vt autem intelligamus, quæ res ſit menſurabilis, & quæ menſura, ipſa

Conditio fūdandi eſt perfectio rei menſurabilis, & res altera exiſtēs, quæ eſt menſura.

B natura potentiæ, & obiecti attendenda eſt: in ſpeculatiuis intellectus, & operatio ſunt menſurabilia; in practicis hæc ſunt menſuræ; niſi quòd operationes quædam ſunt regulæ aliarum, ita vt ſit aliqua operatio menſura, & aliqua menſurabilis.

In ſpeculatiuis intellectus & operatio ſūt menſurabilia.

In practicis hæc ſunt menſuræ: niſi quòd aliqua operatio eſt ab alia menſurabilis.

46.

Et in appetitu ſimilitèr expendendum eſt, ſi quando ſit potentia menſurata, aut verò ſi quando ſit menſura: hæc enim, ſcilicèt eſse menſuratum, & menſuram, priùs conceptu abſoluto meditamur in ipſis rebus, & indè venamur relationes menſurabilis, & menſuræ.

47.

S. Thom. explicatur, dicens in his relatis vnam rē ſecūdum eſſe pēdere ab alia

C Et hoc fortè eſt quod S. Thom. ſibi voluit 5. Metaph. lect. 17. verbis perobſcuris, dicens hęc relata tertij generis cōſideranda eſse, ſecundum quòd vna res ſecundum eſse pendet ab alia, & non ſecundum actionem. Nam potentia cum operationibus, & rebus, quæ obiecto cōtinentur, ita eſt copulata, vt vnum ſit propter aliud; quia quamuis ſcientia aliqua non ſit effectus rei ſcibilis, tanquam cauſæ efficientis; eſt tamen propter ſcibile, non ſolùm dum fit, ſed dum etiam exiſtit, quod eſt pendere ab alio ſecundum eſse. Quare eodem loco relata primi generis

D reuocauit ad menſuram, ſcil. quia vtraque relata primi generis ſunt menſurata, aut vnitate, aut numero: hæc verò tertij generis non ita ſe habent, ſed alterum eſt menſura, & alterum menſurabile; quo fit vt menſurabile, ſecundum eſse pendeat à menſura.

In 1. genere vtrumque relatum eſt mēſuratum.

In 3. alterum tantùm.

48.

Idem explicatur.

Hac etiam ratione videtur nobis explicandum eſſe id, quod docet Sanctus Thom. in 1. diſt. 30. artic. 3. ad 3. quòd ſcilicèt in re ſcita non fundetur relatio realis, ſicut fundatur in re amata: neque enim vult, vt quidam interpretantur, relationem amati eſſe realem; cum ſit ſo-

Interpretatio Soarez. Refellitur.

Digitized by Google

la appellatio ab extrinſeco, qua res dicitur amata, quia eſt qui rem amat. Sed neque voluit relationem appetitus, & appetibilis eſſe mutuam. Sed videtur ſignificare voluiſſe non ſolum appetitum relatione reali conformitatis referri aliquando ad rem appetitam; ſed rem ipſam aliquando referri relatione reali conformitatis ad appetitum, quod ſimilitèr de intellectu dicendum eſt; aliquãdo enim hæ potentiæ menſurantur obiecto, aliquando verò obiectum menſuratur per ipſas potentias. Scientia verò, quia eſt habitus ſpeculatiuus, & nunquã eſt principium rei productæ, idcircò eſt ſemper menſurata, & relata reali relatione menſurabilis: obiectum verò ſcientiæ non menſuratur per ipſam, neque conformatur illi; & ideò non refertur ad ſcientiam reali relatione menſurabilis. Neque eſt dubium ita ſenſiſſe S. Thom. 1. p. quæſt. 13. artic. 4. vbi ait inter ea, quæ ſunt diuerſi ordinis, non eſſe relationem mutuam: conſtat autem appetibile, & appetitum non eſſe eiuſdem ordinis; ergo relatio hæc non eſt mutua, etſi modò in vno, modò in altero extremo poſsit eſſe realis relatio, vt diximus. Et idcircò etiam S. Thom. dixit in 1. diſt. 30. quæſt. 1. art. 3. ad 3. relationem tertij generis nõ eſſe mutuam; quia non eſt fundamentum in vtroque extremo, ſcilicèt in eo, quod menſura dicitur.

Secunda reijcitur.

3. & vera interpretatio.

Res appetita aliquando refertur relatione reali conformitatis ad appetitum.

Obiectum ſcientiæ, quia eſt habitus ſpeculatiuus, nõ ſic ad eã refertur.

Hæc 3. interpretatio probatur ſecundã refutando ex S. Thom.

Idem.

49. Quamobrem etiam aduertendum hìc eſt, quòd hæ fundandi conditiones explicantur nominibus amplis, & æquiuocis. Quare menſuram, & menſurabile, hìc dicimus non propriè; ſed quouis modo id, quod alteri coaptatur, dicitur menſuratum: quo pacto hoc nomen quadrat etiam appetitui, & appetibili; non quòd appetitus reguletur propriè per appetibile; ſed quia ad hoc datur appetitus, vt ſit in nobis loco rei appetibilis, intelligitur quaſi menſuratum per appetibile. Itaque appetitus propriè regulatur per intellectum, & dicitur bonus quando eſt rectæ rationi conformis, quæ bonitas eſt relatio realis in appetitu. Sed præter hanc eſt relatio alia appetitus ad appetibile, quæ non eſt propriè menſurabilis, ſed eſt potentiæ, quæ ſuo obiecto coaptatur, & in illud dirigitur: vt poſteà explicabimus de bono diſputantes.

Mẽſura & mẽſurabile hic ſumuntur non propriè, ſed latè; quo pacto appetitus regulatur per appetibile, vt n. 35.

Regulatur propriè per intellectum: vnde bonus, ſeu rectæ rationi conformis dicitur reali relatione.

CAPVT XIII.

Relationes reales quædã naturâ ſuâ referuntur ad relationes oppoſitas quædam ad abſoluta.

DE terminis relationũ eſt adhùc diſputandum, quæ decertatio Theologis ſatis eſt dubia. Et quia ſentimus non omnes relationes, ſed aliquas, ad oppoſitas referri ex natura ſua; diuidenda eſt quæſtio, & caput ſimul in partes duas.

Prima pars: *Non omnis relatio terminatur ad relationem oppoſitam.*

Secunda pars: *Quædam relationes terminantur ad oppoſitas.*

PARS PRIOR.

Non omnis relatio terminatur ad relationem oppoſitam.

1. CIrca primam ſectionem quæſtionis Tho. Caiet. 1. p. q. 13. art. 7. opinatur omnem relationem realem terminari ſuapte natura ad relationem ſibi oppoſitam, ad quam ſcilicèt refertur, & per quam etiam definitur. Et eadem eſt opinio Hiſpal. in 1. d. 30. q. 1.

1. ſent. oppoſita titulo.

Caiet.

Hiſpalenſis.

2. At verò explicãdũ ſtatim eſt, quid ſit relationẽ terminari ad aliam: ſicut enim actiones immanẽtes terminãtur ad obiectũ, non quaſi ad illud re ipſa pueniãt, cũ potiùs maneãt in agẽte, ſed quia intelligũtur, vt via quędã, & progreſsio, cuius terminus eſt obiectum; ita & vna relatio dicitur terminari ad aliud: quia cũ relatio ſit ad aliud, ſignificatur etiã per modũ progrediẽtis in aliud, cuius terminus eſt id, ad quod quaſi progreditur relatio; quo etiam pacto vna relatio dicitur reſpicere aliam; hæc enim nomina metaphorica ſunt, res autem ſignificata eſt, quòd relatio ſit ad aliud.

Prænotandũ. Actio immanens intelligitur vt greſſio.

Sic relatio cum ſit ad aliud, dicitur metaphoricè via, ſeu progreſsio ad aliud, & reſpectus ad aliã relationem.

3. Ex quibus etiã liquet in re illa, ad quã relatio eſt, nihil reale eſſe, quòd relatio ſit ad rẽ illã; ſiquidèm relatio eſt diſtincta res ab ea, ad quã eſt: eſt ergo in ipſo termino relationis ſola appellatio, & denominatio extra rẽ, quòd relatio ad illã terminetur, ſiue referatur. Et in eodẽ ſẽſu eſſe terminũ relationis, eſt ſola denominatio extra rẽ, ſiue extrinſeca, vt aiũt. At verò non diſputamus de termino relationis, vt eſt extrinſeca quędam nominatio, & relatio rationis: ſed de ea re, quę eſt terminus, facimus quæſtionẽ: vtrùm neceſſe ſit illud, ad quod eſt relatio, eſſe alteram relationem oppoſitam.

Terminare relationẽ eſt appellatio extrinſeca, & relatio rationis.

Quæſtio procedit de re, quę eſt terminus.

Adhùc

4. Declaratur hoc.

Adhùc eſt aduertẽdum, quòd relatio eſt ad aliud, ſcilicèt ad aliud ſubiectũ relationis oppoſitæ, & eſt etiam ad ipſam relationem; verbi gratia, ſimilitudo eſt ad aliud, ſcil. ad aliud corpus, in quo eſt ſimilitudo, & eſt prætereà ad ipſam ſimilitudinem: ſimile enim eſt ad ſimile, ſaltẽ noſtro modo intelligendi. Hoc ergo eſt, quòd quæritur, vtrùm omnis relatio ſit ad aliud, non ſolùm ad ſubiectũ relationis oppoſitæ, ſed formalitèr ad ipſam relationem oppoſitam? Et hoc quidèm, vtrùm ex natura relationis, ita vt relatio naturâ ipſâ terminetur ad aliam, an verò ſola conſideratione intellectus?

5. 2. ſent. in tit. aſſerta: de relationibus non mutuis. Probatur euidentèr. Non eſt realis relatio exiſtẽtis ad ſubiectũ non exiſtens, ſeu ad nõ ens. *S. Thom.*

Dicendum igitur eſt relationes reales non mutuas non terminari naturâ ſuâ ad relationes oppoſitas, quæ ſunt relationes rationis. Hoc autem euidentiſſimè commonſtratur; niſi enim ſubiectum relationis oppoſitæ exiſtat, relatio ad illud non eſt realis, vt ſcientia non refertur relatione reali ad ſcibile, niſi illud exiſtat. Quæ eſt cõcors Philoſophorum ſententia. Hoc teſtatur S. Thom. 1.p.q.13.art.7.& pluribus alijs in locis, quibus docet non eſſe relationem realẽ entis ad nõ ens. Idem docet q.28. ar.1. & 2.contra gent. c.12. & de potent.q.2. ar.6.&q.8.ar.1. Auicẽna 3.Metaph.cap. vlt. Concordant de re eadem Thomiſtæ cũ Ioan. Scoto in 2. d.31.& hoc videtur docere Ariſt.5.Metaph. cap.15. ergo ſimilitèr, ſi vna relatio ex natura ſua eſt ad aliam relationem oppoſitam; non eſt realis iſta, niſi & illa oppoſita realis ſit; neque hæc exiſtit, niſi altera exiſtente. Quapropter doctè affirmat S.Th.3.cõt. gent.c.13. vnũ relatũ aliqua ratione pẽdere ab alio: nõ quia vna relatio pẽdeat ab alia, cum ſint ſimul naturâ, & vna non ſit cauſa alterius: ſed quia vna relatio pẽdet ab exiſtentia alterius ſubiecti quaſi à cõditione fundãdi, vt docuimus; non autem pendet vna relatio ab alia, etiã iſto modo, ſed ſi ſit vna relatio ad aliam ex natura ſua, vtràque exiſtere neceſſe eſt: quia nõ poteſt eſſe relatio realis ad non ens. Et confirmatur, quia omnis relatio realis eſt cũ aliquo ordine, vt declarauimus; ergo relatio realis, q̃ eſt ens, nõ ordinatur ad nõ ens; ergo relatio realis, nõ eſt ex natura ſua ad relationẽ rationis.

Auicen. *Scot.* *Ariſt.*

S. Thom. explicatur. Relatiõ non pendet ab oppoſita relatione, etiam vt à conditione fũdandi, ſed ab exiſtentia ſubiecti illius.

Confirm.

6. 1. ſententia *Caietani* ob hæc arg. & Ariſtotelẽ falſò patronũ creditum inita, Relationes non mutuas vtrãq; eſſe reales.

Thom. Caiet. hoc argumẽto adactus, & illo etiã quòd falſò credit Ariſtotelẽ dixiſſe relata tertij generis ex vtraque parte eſſe realia, hoc ipſũ expreſſis verbis tuetur, & vniuerſim in relationibus nõ mutuis, vtrumque eſſe relatũ reale, & vtrinque eſſe realem relationẽ. Et quoniam cogitur cõcedere cũ Ariſt. S. Tho. & tota ſchola in his non mutuis eſſe in altero extremo relationẽ rationis, v. g. relationem ſcibilis ad ſcientiam eſſe rationis; hoc ipſum fatetur de iſta relatione cõſiderata ex proprijs: ſed ſi (inquit) conſideretur, vt eſt terminus relationis realis, ipſa quoque eſt realis denominatione extrinſeca; quia eſt terminus relationis realis. Hanc verò realitatem ortã ex ſola denominatione extrinſeca, ſatis eſſe docet in relatis, vt vtrumque relatũ ſit reale, & vtraque relatio realis, & ens extra animam. Quòd ſi obijcias quòd in relatiuis nõ eſt extrinſeca denominatio, vt docet S. Thom. 2. contra gent. c. 13. quia relatum refertur relatione, quæ eſt formalitèr in ipſo: Cõcedit formam ipſam relatiuam nõ eſſe extrinſecã denominationẽ. Hoc ipſum videtur priùs docuiſſe Greg. in 1.d.28.q.3. & Durand. vt in q. de bono commemorabimus.

Declaratur. In ſcibili relationem rationis ait eſſe realem, quatenus eſt terminus relationis realis. Obiectio *ex S. Thom.* Reſponſ. *Gregor.* *Durand.*

7. *Caiet.* non ſẽſit ſcibile referri ad ſcientiam relatione ipſius ſciẽtiæ.

Qua etiam in re aduertendum eſt non docuiſſe Caiet. quòd ſcibile referatur ad ſcientiã relatione ipſius ſcientiæ, vt quidam falſò obijciunt: ponit enim in ipſo ſcibili relationem rationis, qua refertur ad ſcientiam: ſed illam ait eſſe realem, quatenùs eſt terminus realis relationis, vt iam explicauimus.

8. *Caietani* fund. *S. Thomas ex Ariſtot.* ait cæcitatem eſſe ens reale.

Hæc tota opinio Caiet. videtur cõniti eo fundamẽto, quòd illa, quæ dicũtur de alijs ante ſpeculationẽ intellectus, ſolẽt quoq; dici entia realia; quo pacto S. Th. c.1. de ente & eſſentia ex Ariſt. ſentẽtia cæcitatem ait eſſe ens reale; quia re ipſa quidã homo eſt cæcus. Quia ergo in illo extremo, in quo eſt relatio rationis, non eſt cauſa ſufficiens, vt ea relatio dicatur realis, ab altero extremo hoc petitur; v. g. quia relatio ſcibilis in ipſo ſcibili non habet cauſam iſtius appellationis, vt dicatur ens reale, petit hoc ab altero extremo, ſc. à ſciẽtia, quę relatione reali refertur ad ſcibile; vnde & relatio ſcibilis dicitur realis. Et hoc quidẽ non adeò eſt improbabile. Sed neque probatur ſatis. Nã cũ ea quæſtio ſit de nomine, hoc eſt, de appellatione, & S. Thom. ſæpiſſimè cum tota ferè claſſe ſcholaſticorum relationes has appellet rationis, & nunquam reales; quare dicemus reales, niſi

Caietanus non omninò improbabilitèr. Cũ quæſtio ſit de nomine improbatur ob modũ loquẽdi ſingularẽ.

vt in errorem inducamus addiſcentes. A Quòd ſi quis credat exiſtimaſſe Caietanum in relatiuis ex denominatione extrinſeca poſſe oriri realitatem; ita vt ea relatio, quæ eſt ex propria ratione formali ens rationis, ex denominatione extrinſeca fiat verè realis relatio, verumq; ens extra animam, quod ſit contentum ea realitate, vt Caiet. loquitur, & tranſeat, ſiue tranſmutetur ens rationis in reale ens: ea ſanè exiſtimatio indigna eſt, quæ vllis refellatur argumentis.

Illius ſentent. explicatio indigna.

9. Quòd ſi de Caiet. putemus ea, quæ æquum eſt credere, & nihil aliud tota illa quæſtione egiſſe, niſi vt relationem rationis B oppoſitam relationi reali appellaret etiam realem. Per hæc eadem minimè ſatisfacit quæſtioni; nam ea relatio rationis, quam appellat realem, non eſt res producta, & creata, neque verũ ens, neque exiſtit, vt liquet; ergo non terminat re ipſa relationem realem. Præterea eſt argumentum ad hominem euidentiſſimum; nam relatio eſt ad relationẽ aliã formalitèr; ſed relatio alia formalitèr, vt relatio eſt, eſt ens rationis, & nõ ens reale, vt ipſe Caiet. confitetur; ergo relatio realis non eſt formalitèr ad relationem C non mutuam, quæ eſt relatio rationis. Et confirmatur, quia illa relatio oppoſita terminat alteram, relatiuè ſe opponendo; ſed ex propria ratione relatiua eſt relatio rationis; ergo nõ terminat ſuapte natura relationem realem; ſiquidèm ſecundum naturam non refertur, cũ non ſit res naturalis, & creata. Præterea, quòd vna relatio terminet aliã ad ſenſum, quo diſputamus, eſt denominatio extrinſeca, vt admonuimus; relatio autẽ realis non terminatur ad denominationem, D neque ad aliud conſequens denominationem, ſed ad rem illam formalitèr, quæ nominatur terminus relationis. Cum ergo relatio illa, quæ terminat, ſit formalitèr ens rationis, confitente Caietano, & realitas, quam ille vult, conſequatur denominationem; certè relatio realis ad relationem rationis refertur formalitèr, quod eſt impoſsibile: quia iſte modus referendi non eſt naturalis reali relationi; relatio enim realis ſuapte natura eſt ad aliud ens reale, ſiue abſolutum, ſiue relatũ, quod eſt fundamentum noſtræ ſententiæ.

Verà explic. vt nu. 6. & 8.

Illam non ſatisfacere argumentis pro 1. concluſione. Probatur 1.

Probatur 2. euidenter ad hominem.

Confirm.

Probatur 3.

Relatio realis non terminatur ad denominationem extrinſecam, neque ad realitatem quam vult Caiet. cũ hæc conſequatur denominationem.

10. Aduertẽdum etiam eſt, quòd etſi res quæ ſcitur, dicatur re ipſa ſcita, & Deus dicatur re ipſa Dominus, vt docet S. Th. de potent. q. 10. art. 7. non tamen ſequitur, vt eſſe ſcitum, aut eſſe Dominum in Deo ſit realis relatio; ſicut perſonæ diuinæ ſunt re ipſa ſimiles, & tamen ſimilitudo illa non eſt relatio realis, vt hoc libro dicemus.

Deus dicitur re ipſa Dominus.

S. Thom.

Non tamen eſt Dominus relatione reali.

Exemplum.

11. Per hæc autẽ refringũtur ſimiles aliorum reſponſiones: aiunt enim relationes non mutuas, quæ ſunt rationis, oppoſitę tamen realibus relationibus, etſi non ſint res veræ, & exiſtentes, eſſe tamen ſuo modo in intellectu ſaltèm diuino, & eſſe in ſuo ſubiecto, quaſi in proxima potentia, aut fundamento proximo; & actu conuenire ipſi ſubiecto, quod denominatur relatum. Quidquid autem per hæc intelligant, dummodò confiteantur eſſe relationes rationis, non res veras, & exiſtentes, eodem argumento religantur, & eodem fune trahuntur; neque enim relatio realis poteſt eſſe ad nõ ens, ſcil. ad relationem rationis, quæ eſt non ens.

2. ſentent. Fonſeca 5. Met. c. 15. q. 4. ſect. 4.

Refutatur ex n. 5.

12. Quidam reſpõdent relationem realẽ non eſſe ad non ens abſolutum, ſed benè eſſe ex natura ſua ad relatiuum non ens; & ita ſcientiã non referri relatione reali ad non ens, ſcil. ad rem ſcitam non exiſtentem; benè tamen referri ad relationem ipſam ſcibilis, vt ad oppoſitum, per quod definitur, etſi illa relatio ſit rationis, & non ens. Sed hoc reſponſum apertè cõuincitur, cum nulla ſit ratio, vt ſubiectum oppoſitæ relationis, ad quod relatio terminatur, oporteat exiſtere; ipſã verò relationẽ, quę magis oppoſita eſt, & ad quã magis formalitèr terminatur relatio, nõ oporteat eſſe ens verũ, & exiſtẽs.

3. ſent. quorũdam.

Refutatur ex n. 5.

13. Dicendum igitur eſt relationem realẽ non eſſe natura ſua ad relationem rationis, niſi per intellectus contemplationẽ ad illam referatur, vt poſteà explanabimus.

Confirmatio.

14. HÆc ſentẽtia probatur primùm ducto argumento à verbis Ariſtot. 5. Metaph c. 15. vbi de relatis tertij generis, ſic ait: *Ideò dicuntur ad aliud, quia aliud ad ipſa dicitur:* ergo vnum relatũ eſt cauſa alteri, vt referatur; ergo non eſt terminus formalis alterius. Probatur cõſequẽtia, quoniã relatio, & terminus formalis ſunt ſimul naturâ; nõ ergo vnũ eſt cauſa alteri, vt referatur. Qđ argumentũ vt meliùs percipiatur, attẽdam' relationẽ rationis, quæ eſt oppoſita reali, oriri ab

Argum. ex verbis Ariſt.

Relatio & terminus formalis ſunt ſimul naturâ.

Relatio rationis quæ eſt oppoſita reali, oritur ab illa.

Digitized by Google

Licèt relationes oppoſitas ſimul apprehēdamus, reflexa tamen cognitione intelligimus relationē illam rationis ortā eſſe ab apprehenſione relationis realis oppoſitæ.

ab illa. Nā etſi noſtro modo intelligēdi relationes oppoſitas ſimùl apprehēdamus; reflexa tamen cognitione intelligimus relationem illam rationis nō in eſſe rei, ſed ortam fuiſſe in noſtra mentis apprehenſione, dum relationem realem oppoſitam apprehenderemus, verbi gratia, qui cogitat creaturam, refert etiam cogitationem ad creatorem naturali modo intelligendi, quo res inter ſe comparamus. Eſt enim nobis naturalis modus intelligendi, vt faciamus multa relata cogitando, vt anteà docuimus. Et ita vbi relatio non eſt realis, ſed rationis, ea tamen eſt oppoſita relationi reali, verè dicitur orta ab illa. Et hoc eſt quod ait Ariſtot. hæc ſcilicèt, in quibus relatio eſt rationis, vt intelligibile, & ſcibile, dici ad aliud; quia aliud dicitur ad ipſa.

15. Confirm. *S. Thom.*

Confirmatur S. Thom. conſenſione, qui Philoſophum eadem ratione conſequitur. Et hæc eſt cōmunior opinio; nam cæteri qui opinantur aut omnia relata referri ad abſolutum, aut ſaltem quædā, ſubſcribūt noſtræ ſententiæ cōtra Tho. Caiet. quos parte ſecunda capitis commemorabimus.

PARS POSTERIOR.

Quædam relationes terminantur ad oppoſitas.

1. 1. Sent. oppoſita titulo. *Scot.* *Capreol.* *Soncin.*

TErminari omnia relata ſuapte naturâ ad abſoluta vt ad terminum formalem, opinatur Ioan. Scotus in 1. d. 30. q. 1. cū ſuis. Et eſt in ſententia eadem Ioan. Capreol. q. 1. art. 2. ad 3. Et Paul. Soncin. 5. Metaph. q. 30. ad 1. & alij. Et adducuntur argumentis quibuſdam, quæ cap. ſequenti cōfutanda ſunt. Hanc opinionem in relatis non mutuis parte priori capitis comprobauimus, aſſerentes relationes reales non eſſe naturâ ſuâ ad relationes rationis oppoſitas, ſed ad aliud abſolutum, quod eſt ipſius relationis ſubiectum; verbi gratia, relatio creaturæ ad Deum terminatur, & relatio ſcientiæ ad rem, de qua eſt ſcientia.

2. 2. ſenten. in titulo aſſerta: de relationibus mutuis. Probatur. 1.

Sed quòd relata mutua referantur ad ſola abſoluta, & non ad ipſas relationes formaliter, opinamur omninò eſſe à ratione alienum. Conſiderandum eſt autem id, quod anteà docuimus, eſſe in relatis ſubiectum relationis, & fundamētum illius, & relationem ipſam. Et hæc omnia ſuo modo opponuntur; neceſſe eſt enim ſubiecta relationum oppoſitarum eſſe diſtincta, & fundamenta diſtincta; & hæc oportet eſſe diſtincta propter relationes oppoſitas, quæ ſibi mutuò opponuntur. At verò relatio ipſa reſpicit ſubiectum relationis oppoſitæ, & illius fundamentum, & maximè relationē ipſam, propter quam reſpicit ſubiectū, & fundamentum illius; neque vllus hominum hoc negauit. Reſpicere autem aliud, & terminari ad aliud idem planè eſt, vt obſeruauimus parte capitis prioris; ergo relatio formaliter, præcipuèq; terminatur ad relationem. Explicatur hoc luculentiùs, nam relatio ſuo modo ad relationem refertur. Quòd ſi minùs propriè contendas dici, quòd relatio referatur: id profectò abnuis, quia relatio potiùs eſt ratio formalis referendi, quàm relata; ſicut exiſtentia non exiſtit, cum ſit ipſum exiſtere. Relationem autem eſſe ad aliud, vel terminari ad aliud idem eſt, quod referri ad aliud, vt explicauimus; neque enim aliud eſt terminari, niſi appellatio quædam, qua explicatur exercitium, ſiue vſus relationis, quod eſt referri; ergo eo modo poteſt dici relatio referri, ſiue eſſe ad aliud, ſiue terminari ad aliud: cum ergo ex illa altera parte occurrat relationi relatio realis oppoſita illi relatiuè, quæ eſt ratio referēdi illud aliud ad hoc primum: quis poteſt negare ipſam relationē præcipuè eſſe terminum formalem occurrentem reali relationi oppoſitæ? Hic enim habet locum Ariſt. axioma, *Propter quod vnumquodq; tale, & illud magis*: nam ſi ſimile refertur ad ſimile propter ſimilitudinē; ipſæ ſimilitudines eo modo quo poſſunt referri, maximè ad ſeſe mutuò referentur; cum ſint ipſę rationes, propter quę ſubiecta referuntur. Confirmatur, quia terminus eſt res illa, quæ occurrit progredienti, quo tenditur; ſed Pater eſt ad Filium, ſimile ad ſimile, & vna relatio, ſi realis ſit, naturâ ſuâ occurrit alteri, & opponitur illi: ergo vna eſt alterius terminus formalis, & præcipuus.

Relatio maximè reſpicit relatione oppoſitam propter quam reſpicit ſubiectū, & fundamentum illius, & opponitur illis.

Reſpicere eſt terminari.

Probatur 2. clarius.

Relatio non vt relatum, ſed vt ratio formalis referēdi, refertur, ſeu eſt ad relationem oppoſitam.

Terminari eſt denominatio explicans exercitiū, ſeu vſum relationis, quod eſt referri.

Ariſtot. axioma.

Confirmatio.

3. Probatur 3. ex argumētis prioris ſent. traditæ 1. p. n. 1.

Hoc etiam probant argumenta illa; quibus prioris opinionis in priori parte traditæ ſectatores volunt probare etiā in relationibus non mutuis relationem

realem terminari formalitèr ad relationem rationis: cum enim vnum relatiuũ definiatur per aliud, & ad aliud correlatiuum quàm maximè referatur, & ſine relata ſimul naturâ, euidenter colligitur illa ad ſeſe formaliter referri, ſi in vtriſque ſit realis relatio. Quare & illud veriſſimum eſt, quod Thom. Caiet. teſtatur omnium Philoſophorum, & Theologorum conſenſu ſe didiciſſe, quòd idẽ eſt terminus relatiui, & correlatiuũ. Nã etſi hoc nomen, terminus, poſsit ſignificare extrinſecam denominationem illius rei, ad quam relatio quaſi progreditur (qua ſignificatione hactenùs vſurpauimus hoc nomen) nihilominus hoc ipſum nomen, terminus, diſtincto conceptu, & æquiuocè, poteſt etiam ſignificare relationem terminantis: nihil autem aliud eſt correlatiuum, quàm relatiuum prioris relatiui, & terminus illius; & hac eadẽ ſignificatione terminare relatiuũ eſt quoque referri ad illud. Quo eodem ſenſu abſolutũ re ipſa non terminat relationem, quia terminare eſt referri: ſed quatenus terminare ſignificat denominationem extrinſecam, abſolutum poteſt terminare relationem; quia relatio realis non mutua ſecũdum naturam ſuã eſt ad abſolutum, vt docuimus. Et ita illud abſolutum dicimus terminum relationis denominatione extrinſeca; quia relatio realis eſt ad aliud.

Caiet. teſte, terminus relatiui, & correlatiuum, omniũ conſenſu idem eſt.

Nomen, terminus, ſignificat denominationem extrinſecam, vt hic p. 1. Item æquiuocè relationem terminãtis, vt in hac p. 2.

Hac ſignificatione terminare relatiuũ, eſt quoque referri ad illud, ſeu eſſe correlatiuũ.

4. Probatur 4.

Præterea qui negant vnum relatiuum referri, ſiue terminari ad aliud relatiuũ ex natura rei, etſi vtrumque ſit reale, ſed neceſſe eſſe, vt relatiuum ad abſolutum referatur, ſiue terminetur; præterquàm quòd abſq; ratione, & cauſa hoc ipſum affirmant in rebus creatis; profectò de rebus diuinis ineptiſsimè philoſophantur, vbi cum abſoluta non ſint diſtincta, neque oppoſita, neceſſe eſt concedere quòd relatiua ad relatiua referuntur. Quòd ſi dicant in his relatiuis diuinis, perſonas conſiderari, vt abſoluta, etſi re ipſa non ſint res abſolutæ, ſed relatiuæ, vt lib. 4. dicemus. Nulla putanda eſt reſponſio iſta: nos enim non loquimur de relatiuis, vt noſtro modo intelligendi referuntur, ſed vt referuntur re ipſa, quo pacto ſecundum fidem Catholicam cõfitendum eſt in Deo relatiuum ad relatiuum re ipſa referri, non ad abſolutũ. Quòd ſi dicant ideo relata in Deo ad ſe ſe referri, quia non fundantur in veris abſolutis, ad quæ referantur. Iam hoc obtinemus, quòd nihil repugnat, quin relatiua re ipſa ad ſeſe referantur; ergo & in rebus creatis relatiua realia ex vtraque parte ad ſeſe mutuò re ipſa referuntur. Et hoc magis eſſe conſentaneũ diuinæ philoſophiæ ecquis non videt?

Saltẽ in diuinis relatiua ad relatiua referũtur, non ad abſoluta re ipſa.

1. Reſponſio.

Refellitur.

Re ipſa ſic referuntur ſecundum fidem.

2. Reſponſio.

Non obſtat.

His etiam adde quòd hi Doctores nõ poſſunt diſtinguere relationem prædicamentalem à tranſcendenti relatione, quas volunt eſſe diſtinctas. Cum enim vt ipſi confitentur, hæ relationes cæteris conſentiant terminis, quibus volũt illas eſſe diſtinctas, conuenire etiã eas neceſſe eſt; ſiquidem vtraq; relatio terminatur ad abſolutũ. Et quidèm Caiet. rectè relationes vtraſque diſtinguit penes terminos, cum opinetur prædicamentales referri ad oppoſitas relationes, tranſcendentes verò ad abſoluta terminari. Et quia terminus apud Caiet. ſignificat correlatiuum, vt notauimus, ne quis exiſtimet relationem tranſcendentem referri ad correlatiuum, opuſc. de ente, & eſſent. cap. 7. q. 15. ait hanc relationem nõ referri ad purum terminum, ſed ad cauſam, vel effectum, vel ſimile quid, quod poteſt eſſe abſolutum. At verò qui cæteras relationes etiam prædicamentales credunt ad abſoluta terminari, fruſtrà patrocinium ſibi poſtulant ab hac reſponſione Caiet. ſiquidem etiam relationes prædicamentales non referuntur (quæ eſt illorum ſentẽtia) ad purum terminum correlatiuum, ſed ad abſolutum; quo nomine etiam, vel cauſam, vel effectum, vel obiectum comprehendimus. Et vt dicam clariùs, ſcientia, verbi gratia, eſt relatum relatione tranſcẽdentali ad abſolutũ, quod eſt res ſcita; & ad idem abſolutum (iuxta opinionem illorum) refertur relatione prædicamentali: aſsignent iam diſcrimen in termino formali vtriuſque relationis; certè nullum eſt. Ad hoc excogitata reſponſione aiunt, relationẽ prædicamẽtalem reſpicere duntaxat ſuum terminum, & nihil aliud exercere circa illum; relationem verò tranſcendentem reſpicere ſimùl terminum, & exercere aliquid circa illum. Sed non vident hoc iam eſſe extra propriam intelligentiam relationis tranſcendentis, ſi quo modo illa diſtinguenda eſt ab abſoluto: nam relatio tranſcendens ſcientię ad ſcibile, ſi qua eſt, hoc diſtinguitur à ſcientia, quia

5. Probatur 5. cõtra *Soar.* in Metaphyſ. diſp. 7. ſect. 4. relationẽ trãſcẽdentẽ à prædicamentali diſtinguentem, quod prior terminetur ad abſolutum.

Ratio *Caiet.* cohærens, qđ prior non referatur ad purũ terminum correlatiuũ, poſterior maximè.

Non habet locum in 1. ſent.

Hæc probatio clariùs proponitur exemplo ſcientiæ.

Reſpõſio ſumpta à ratione *Caiet.*

Refellitur. Relatio tranſcẽdens ex propria ratione ſolùm eſt ad terminũ, non verò exercens aliquid circa illũ.

Digitized by Google

Aliàs eſt abſolutum, & relatio ſimùl.

quia eſt relatio ad aliud: quòd ſi ex propria ratione formali non ſolùm refertur, ſed penetrat quoque obiectum, profectò non eſt ſola relatio, ſed abſolutũ, & relatio ſimùl; nihil ergo eſt in relatione exercitij, aut vſus, niſi referri ad ſuũ terminum, quo non diſtinguitur relatio prædicamentalis à tranſcendenti.

6. Probatur 6. ex ipſo nomine, & ratione mutuæ, & non mutuæ relationis. Declaratur.

Dicendum igitur eſt id, quod ex dictis colligitur, relatiua mutua ad ſeſe formaliter referri; at verò non mutua idcircò non referri mutuò, quia non ſunt mutua. Conſentaneum enim hoc eſt maximè rationi; & ita, ſicut ex altera parte, vbi non eſt relatio realis, extremum illud non refertur naturâ ad aliud, quia non eſt in rei natura relatio; ita ex parte alia, vbi eſt relatio realis, extremum ipſum nõ refertur naturâ ad aliud relatum, quod non eſt reale, ſed refertur ad abſolutum ex natura ſua.

7. Confirm. ex cauſa vtriuſq; qui eſt ordo, & defectus ordinis.

S. Thom. pronunciatum de hac cauſa.

Comment.

Hoc autem confirmamus petentes argumẽtum ab ipſa cauſa mutuæ, & non mutuæ relationis: ordo enim in vtroq; extremo eſt cauſa relationis mutuæ, & defectus ordinis in altero extremo eſt cauſa non mutuæ relationis. Et hæc eſt doctrina S. Thom. 1. p. q. 13. art. 7. vbi docet ea, quæ non ſunt eiuſdem ordinis, non eſſe mutua relata. Et idem docet q. 7. de potentia, art. 10. & Commentator 5. Metaph. c. 7. coniungit etiam relationem cum ordine.

8. Ad pronunciatum interpret. Caiet.

Reijcitur vt petens principiũ. Hoc ipſum inquiritur, cur deficiente ordine deficit cauſa relationis?

Quod pronunciatum Doctoris Sancti varios habet cõmentarios apud Doctores. Caietanus interpretatur illo ar. 7. q. 13. ea eſſe eiuſdem ordinis, quæ in vtroque fundamẽto habent cauſam relationis. Et hoc quidèm, etſi verum ſit, nihil explicat quæſtionis: nam hoc ipſũ inquirimus, cur ea non ſint relata, quæ habent fundamentum relationis ſolo defectu ordinis? verbi gratia, in Deo eſt potentia efficiens, quæ in nobis fundat relationem: quare ergo fundamentum iſtud non erit etiam cauſa relationis in Deo? hanc certè difficultatem non euadit Caietani reſponſum.

9. Declaratur ex dictis cap. 1. p. 2. n. 7.

1. exemplum. Scibilis ad ſciẽtiam

Recolendum igitur eſt id, quod docuimus, relationem realem proficiſci ab ordine quodam naturæ, quo vnum ad alterum, vel vtrumque ad aliquid aliud ordinata ſunt: ſed quia ſunt quædã, quæ ordinantur ad alia, & illa alia non ordinantur ad ipſa, defectu huius ordinis non ſunt mutua relata. Et ita docet

A S. Thom. eodem loco ſcibile non referri ad ſcientiam reali relatione; quia naturâ ipſâ res, quæ ſcitur, non ordinatur ad ſcientiam, ſed ſcientia ordinatur ad rẽ ſcitam, & ideò refertur ad illam reali relatione: & ſimiliter creatura ordinatur in Deum, non Deus ad creaturam; ergo defectus hic ordinis eſt cauſa defectus relationis in altero extremo; is autem defectus ordinis argumentum eſt perfectionis; quia res illa in qua deficit ordo, eſt finis aliorum, ad quem finem alia ordinantur, & ipſa res non ordinatur ad alias.

ex S. Thom.

2. exemplum creaturæ ad Deum.

Res illa in qua deficit ordo, eſt finis aliarum.

10. Proponitur ea confirmatio ex cauſa.

B Faciamus igitur ex iſtis collectis argumẽtum ad cõprobandam noſtrã ſententiã: nã ſi ab ordine naturæ proficiſcitur relatio, quę natura ordinauit inter ſe mutuò, retulit etiã inter ſe mutua relatione, ita vt vnum relatum referatur ad aliud relatum formaliter. Quę verò non ordinauit mutuò, neque mutuò retulit; & quia vnum relatum reale non retulit ad aliud relatum, quod reale non eſt, neceſſe eſt, vt retulerit ad abſolutum, quod abſque dubio credimus eſſe veriſsimũ.

Natura refert relatũ reale ad aliud relatũ reale, non ad relatum non reale.

Confirmatio.

11.

C HÆc opinio etſi verbis expreſsis ab Ariſt. aut S. Thom. non comprobetur, ex vtriuſque tamen Philoſophi, & Theologi officina agnoſcitur eſſe deprõpta, vt arguendo oſtendimus. Scriptam reliquit Franciſc. Ferrar. 2. contra gent. c. 11. quam ſequitur inſignis Philoſophus Auguſtinus Nyphus 5. Metaphyſic. diſp. 14. & alij.

Ferrar. Nyph.

CAPVT XIIII.

Argumenta refelluntur.

1. Pro 1. Sent. 1. p. Caietanus arguit 1. ex Ariſtot.

D PRo partibus extrema ſequentibus arguitur contra nos qui media incedimus via. Et quidèm quòd omne relatũ terminetur per ſe ad relatum, cõprobat Caiet. pluribus argumentis. Primò oſtendit omne relatum etiam non mutuum eſſe reale, quia Ariſtot. relata non mutua ponit in prædicamento: imò cũ ſcientia, ſenſus, & ſimilia ſint abſoluta, oppoſita iſtorum, ſcilicèt ſcibile, & ſenſibile, & alia quæ ſunt relata ſunt in hoc genere præcipuè ponenda; in his autem eſt relatio rationis; ergo ea quoque relatio

Digitized by Google

Confirmat ex *Comment.*

latio, vt eſt terminus relationis realis, A eſt & ipſa realis. Et hoc cõfirmat authoritate Comment. 5. Metaph. docentis id,ad quod relatiuũ dicitur,poni in prædicamento relationis.

2. Arguit 2.

Secundò arguit à communi definitione relatorum, quæ ſunt ad aliud;quo nomine, ad aliud, neceſſe eſt intelligi correlatiuũ;aliàs non eſt domin' ad ſeruum, neque filius ad patrem;quod tamẽ omnium conſenſio approbat. Et hoc idẽ confirmat, quia vnum relatiuum definitur per aliud relatiuum, tanquam per terminum relationis; quod ſi nõ eſt terminus, non recta eſt definitio. B

Confirm.

3. 3. arg.

Tertiò : Relatiuum definiendum eſt per terminum,ad quem refertur; ergo ſi terminus eſt abſolutum, non ſolùm definiendum eſt per correlatiuum, vt facimus, ſed ſimùl etiam per abſolutum, quod nulla ratio videtur poſtulare.

4. 4.arg. contra tradita c.13.p.1.n.14.

Quartò : Relata ſunt ſimùl cognitione; ergo vnum non eſt cauſa cognoſcẽdi alterum; ergo à veritate diſſentit ille commentarius, quo Ariſtotelem explicauimus, quòd ſcilicèt relatio ſcibilis noſtra cognitione oriatur à relatione ſcientiæ, & id ſignificaſſe Ariſtotelẽ dicentem ſcibile referri ad ſcientiam,quia ſcientia refertur ad illud. C

5. 5. arg.

Quintò : terminus relationis, & correlatiuum idem ſignificat; terminare enim relationem eſt quoddam referri:ergo terminus relationis non eſt abſolutũ, ſed relatiuum,ſiue potiùs correlatiuum.

6. 6.arg.

Sextò : Sequeretur relationẽ creaturæ terminari ad Deum, quod eſt abſolutum illi oppoſitum : quòd ſi Deus pertinet ad intelligentiam creaturæ , vltra quæritur, quonam conceptu ? Vtrum ipſo conceptu deitatis,an alio?

7. 7.arg. Relatũ eſt ad determinatum & vnum ex *Ariſtot.*

Vltimò: Relationes ſpecie diuerſæ ad terminos ſpecie diuerſos referuntur; eſt enim relatum ad determinatum, & D vnum,vt docet Ariſtot. 4. Metaph. tex. 26. ſed creaturę referuntur relationibus diuerſarum ſpecierum ad Deum : alia eſt enim relatio ſeruitutis,& alia relatio creaturæ; ergo non referuntur ad abſolutum idem,ſiue ad terminum eundem, ſcilicet,Deum; ſed ad oppoſita relatiua ſpecie diſtincta,puta ad dominum,& ad creatorem.

8. Pro 1.Sentent. 2.partis. 1.arg.

Pro partibus contrarijs arguitur, cõprobando omne relatiuũ terminari formaliter ad abſolutum. Primò : ſi Deus manente relatione,quæ mutua eſt,in altero extremo, in altero relationem oppoſitam extingueret; illa relatio realis, quæ relicta eſt, maneret terminata formaliter ad abſolutum:ergo anteà ad ipſum formaliter terminabatur; neque enim variata eſſet natura illius relationis: ſed relatio non terminatur ad duos terminos formaliter; ergo ſolùm terminatur ad abſolutum,& non ad relatiuũ.

9. 2.arg.

Secũdò: Relatio Genetricis Dei Beatiſsimæ,qua mater Dei eſt, & dicitur,eſt eiuſdem ſpeciei cum relationibus aliarum fæminarum, quæ matres dicuntur, vtpotè eodem fundamento ortã, & eiſdem conditionibus fundandi. Tunc ſic arguitur, hæc relatio genitricis Dei ſecundum opinionem S. Thomæ non habet relationem realem oppoſitam, quia filiatio humana in Chriſto Domino non eſt relatio realis; ergo Maternitas Deiparæ non terminatur formaliter ad filiationem; ergo neque aliæ maternitates quæ ſunt eiuſdem ſpeciei.

Filiatio humana in Chriſto non eſt relatio realis.

10. 3.arg.

Tertiò arguitur non ab exemplo, aut potentia Dei, ſed ratione metaphyſica: Nam commune proloquium eſt, idem eſſe fundamentum vnius relationis, & terminum alterius : hæc autem eſt ratio aſſerti, quia id, quod eſt ratio fundandi vnam relationem in aliquo, eſt quoque ratio,vt alterum referatur ad iſtud;ratio autem, vt alterum referatur ad iſtud,eſt in iſtomet ratio termini : dicitur enim iſtud terminus,quia alterum ad iſtud refertur;ergo fundamẽtum vnius relationis abſolutum eſt formalis terminus alterius relationis. Et confirmatur vſitatã alia ſententiã,quòd poſito fundamento, & termino ſequitur relatio; relatio autẽ ſequitur cauſam. Quare cum vna relatio non ſit cauſa alterius, quando dicitur relatio ſequi terminũ, intelligitur ſequi fundamẽtum relationis oppoſitæ, quod eſt iſtius terminus.

Idem eſt fundamentũ vnius relationis, & terminus alterius.

Probatur.

Confirm.

Aduertenda.

11. 1.Aduer. *S. Thom.*

NOtandum eſt cum S. Thom. loco commemorato de potentia q. 7. art. 11. quòd ſicut relatio realis mutua eſt inter res eiuſdem ordinis,ita & relatio rationis ſequitur ordinem rationis. Hoc autem accidit modis duobus, altero dum relatio conſequitur modum intelligẽdi in ipſa actione directa (vt aiht) vt dum

Relatio rationis ſequitur ordinẽ rationis dupliciter.

1. dũ ſequitur modũ intelligẽdi in actione

directa, vt relatio ſcibilis ad ſcientiam.

vt dum aduerto aſpectum Petri protendi in parietem, cogito ſimùl, & Petrum videre parietem, & parietẽ videri; itaq; viſionem Petri refero ad parietem, & parietem, vt terminum viſionis, refero ad viſionem; eſt autem relatio in viſione realis, quam in natura rei inuenio; relatio autem in pariete rationis eſt, quæ ſequitur modum intelligendi. Altero modo accidit relatio rationis in cognitione reflexa, dum priùs cognoſco hominem directa notione, in qua nulla eſt relatio: deinde aduerto animum ad hominem cognitum; & quia ſub illâ notione mea, eſt quid commune, attribuo illi relationem communitatis, & alias relationes, quæ dicuntur ſecundæ intentiones quaſi ſecundæ notiones cognitæ: relationes autem non mutuæ, vt ſcibilis ad ſcientiam, primo modo accidunt, quia inueniuntur in ipſa cognitione directa, qua cognoſco ſcibile ad ſcientiam referri.

2. Dum illa eſt res cognita in cognitione reflexa, vt relatio communitatis in homine.

Cur dicatur 2. intentio.

12.

2. Aduert. Per quod quidpiam definitur eſt illi cauſa cognoſcendi. Oſtenditur.

Deinde aduertendum eſt, quòd illud per quod aliquid definitur, eſt prius definito; cauſa enim cognoſcendi ſaltèm ratione antecedit rem cognitam; definitio autem eſt cauſa cognoſcendi: quare ſi res definiatur per aliquid extraneũ, illud eſt cauſa cognoſcendi rem definitam. Et ita potentia definitur per actũ, quaten' actus eſt finis potẽtiæ ad quam potentia ordinatur, finis autem prior eſt: relata ergo nõ definiuntur per relatã oppoſita, quaſi per cauſam cognoſcẽdi, quia ſunt ſimùl cognitione, cauſa autem prior eſt. Quamobrem meritò Thom. Caiet. 1.p.q.13.art.7. approbat ſententiam Albert. accuratè obſeruantis loquendi modum, vt non dicamus vnum relatum definiri per aliud: quia præpoſitio, per, indicat cauſam ſaltem cognitionis; at verò relata neque ſunt ſibi mutuò cauſa exiſtendi, neque cognoſcendi; cum ſint ſimùl naturâ, & cognitione. Sed definiuntur ad aliud, ſiue ad relatũ oppoſitum, & ita relatum oppoſitum intelligitur confuſò, & quaſi in obliquo, vt aiunt; dum ergo ſcibile cogito, ſimùl ſcientiam cogito, ſed confuſò adhuc; dũ verò ad hæc aduerto, & ſintne relationes hæ reales, & in re ipſa inuentæ diſpicio, planè intelligo relationem ſcientię eſſe realem, & inde oriri in mente relationem ſcibilis, quæ eſt rationis, vt Ariſtot. docet.

Sic potẽtia definitur per actum, ſcil. per finem ſuum. Non ſic vnum relatum definitur per aliud. *Caietan. ex Albert. Mag.*

Definitur ad aliud. Declaratur ex c.13.p.1.n.14.

13.

3. aduert. Terminus relationis ſignificat aliquando correlatiuum: aliquando denominationẽ extrinſecã, vt cap 15 p.2. n.3. & 1.p.n.3.

Adhuc cauendum eſt, ne vſu nominũ æquiuocorum fallamur, quod euenit vt plurimum diſputantibus: hoc enim nomen, terminus, quandoq; ſignificat correlatiuum, vt docuimus; & ita neceſſe eſt cuiuſq; relationis terminum eſſe relationem: quandoque verò ſignificat denominationem extrinſecam eius rei, ad quam relatio terminatur; at verò non diſputamus de ipſa denominatione extrinſeca, quæ eſt relatio rationis, ſed de re ipſa denominata; quam appellamus terminum, quia altera relatio fertur in ipſam: de ea igitur re, in quam fertur relatio, quærimus vtrum ſit formalitèr relatio, an abſolutum? Quo ſenſu calor eſt terminus formalis calefactionis, quia eſt formalitèr res producta per calorẽ; nõ tamen eſſe calorem eſt eſſe terminũ. Dum ergo inueſtigamus terminum relatiuum ſcientiæ, ſi de termino, hoc eſt, de correlatiuo duntaxat ſermo ſit, dicendum eſt terminum eſſe ſcibile. Si verò quæſtio ſit de termino reali, hoc eſt, de ea re, ad quam ſcientia re ipſa refertur, terminus realis eſt res abſoluta, quę ſcitur; quia ſcientia re ipſa refertur ad abſolutum, & non ad relatum, cum res ſcita re ipſa non ſit relatum ad ſcientiã. Et ita res ſcita eſt terminus realis, ſed non eſt terminus relatiuus; quia relata non mutua non referuntur ad terminos relatos, ſed ad abſolutos, vt diximus. Cum autem dico, quòd res ſcita eſt terminus relationis, nõ intelligo, quòd eſſe rem, quæ ſcitur, eſt eſſe terminũ; nam eſſe terminum eſt eſſe relatum. Qua in re multi decipiuntur; ſed affirmo rem ſcitam eſſe id, ad quod relatio ſcientiæ per ſe refertur; & illã rem dicimus terminum relationis: ſicut dicimus, quòd ſapientia diuina eſt attributum, non autem eſſe ſapientiæ eſt eſſe attributi: attributum enim ſignificat formaliter attributionem rationis, ſed accipitur pro re, quam dicimus attributum, v. g. pro ſapientia. Eodẽ modo cum dicimus abſolutum eſſe terminum relationis, non intelligimus, quòd illud eſſe abſolutum, & eſſe termini ſit idem; ſed quòd illud abſolutum formalitèr eſt res, ad quam alia relatio refertur, quæ idcircò dicitur terminus eius formalis: & nomen hoc, terminus, accipitur pro illo abſoluto, licèt ſignificet relationem rationis, quẽadmodũ diximus de nomine, attributũ.

Declaratur 1. Calor eſt terminus: tamen eſſe calorẽ nõ eſt eſſe terminum.

Terminus relatiuus ſcientiæ eſt ſcibile.

Terminus realis eſt res abſoluta, quę ſcitur.

Eſſe rem quæ ſcitur, non eſt eſſe terminũ.

Declaratur 2. Sapientia eſt attributum: tamen eſſe ſapiẽtię non eſt eſſe attributi.

Poſt

Digitized by Google

14. Aduert. Omne relatū definitur ad aliud, non omne refertur ad aliud ex natura rei. Ratio.

Poſt hęc aduertendum eſt, vniuerſim vnum relatum definiri per aliud relatū, ſiuè potiùs ad aliud, vt diximus; ſed non omne relatum ad aliud referri naturâ ſuâ: definitio enim eſt operatio rationis, qua quidē relata ſemper ſeſe reſpiciunt; licèt nō omnia ad ſeſe naturâ referātur, ſi ſint non mutua, vt omnes concedunt: quia id, quod non eſt reale relatum, vt ſcibile, non refertur naturâ ſuâ, ſed animi cogitatione.

15. Conſect. Præcipua differentia atque adeo prima diuiſio eſſentialis relatorū eſt in mutua, & non mutua.

Vnde colligimus ea relata, quæ ad alia relata naturâ ſuâ referuntur, eſſe eſſentialitèr relata ad alia, ita vt non poſſint ad eadem non referri. Imò quia totum eſſe relationis eſt ad aliud, credimus hanc eſſe præcipuam relatorū differentiam, quòd quædam ſunt ad abſoluta, quædam ad alia relata; ita vt ſit prima diuiſio eſſentialis in mutua, & nō mutua relata.

16. Quæſt. obuia.

Quo loco occurrit ſtatim quęſtio illa, vtrum relatorum mutuorū poſſit Deus pro potētia ſua efficere vnum ſine alio? Nobis verò non obeſt vtramuis partem eligas: nam ſi placet eſſe hoc poſſibile, dicendum eſt id, quod conſequitur, poſſibile eſſe vt vnum relatum exiſtat ſine altero extremo; neque enim eſt maior ratio, vt poſſit exiſtere Pater ſine homine, qui eſt Filius, aut ſine filiatione, quæ eſt oppoſita relatio: & eodem modo poterit exiſtere ſimile ſine albedine alterius ſimilis, quam volunt eſſe terminum formalem. Nos vtique hoc argumento minimè vrget. Nobis tamen placet magis rem eſſe impoſſibilem, quod confirmamus Patrum ſententijs, qui validiſſimè cōprobant in Deitate non potuiſſe intelligi ſine Filio Patrem: quòd ſi hoc non eſt intelligibile in natura illa, quæ eſt ſupra captum rationis, eò quòd eſt contra rationem naturæ creatæ; multò minùs poteſt cogitari in ipſa creata natura, vt exiſtat vnum creatum ſine alio.

1. Reſponſ. Sent. affirmantē non obſtare dictis.

2. Reſponſ. Probabiliorē eſſe ſent. negātem vnum relatum ſine alio diuinitùs poſſe exiſtere. Probatur ex diuinis.

17. In ſent. affirm. non conceditur neceſſariò relationē realē eſſe ad nō ens.

Sed adhuc conſiderandum eſt, quòd ſi poneremus per Dei potentiam relatū ſine correlatiuo; non ideò confitemur relationem realem eſſe ad non ens; ſed concederemus illam relationem realem quæ ſuaptè natura eſt ad ens, poſſe aut produci, aut conſeruari, non exiſtente ſuo correlatiuo.

18. Ex quibus colligendum eſt id, quod poſſimus aptè dicere de relatione Maternitatis in Virgine Beatiſsima: ſi enim credamus poſſe relatiuum exiſtere ſine altero extremo, poſſet quoque defendi ea ſententia, quòd relatio iſtius Maternitatis ſit eiuſdem ſpeciei cum alijs, & quòd ſuapte natura, & eſſentialiter reſpiciat filiationem realem; factum autem id eſſe Dei potentiâ, vt exiſtat ea relatio ſine termino: neque verò eam relationem non fuiſſe ortam cauſalitate naturæ, cum ea relatio ſit naturalis gignenti; ſed filiationem realem non fuiſſe ſequutam, quia virtute diuina illi naturæ genitæ à Virgine, fuit coaptata hypoſtaſis non humana, ſed diuina, quam non ſequitur filiatio humana realis.

In eadē poteſt affirmari, quòd relatio Maternitatis in B. Virgine ſit eiuſdē ſpeciei cum alijs, & quod eſſentialiter reſpiciat filiationem realem.

19. Obiectio.

Sed contra hoc arguitur; nam ſi relatio realis ex natura ſua refertur ad res exiſtentes, cum in generatione humana Chriſti filiatio humana non exiſtat, quia non eſt relatio realis; ſaltem ordine naturæ non debuit oriri realis relatio maternitatis in Virgine, abſque relatione reali oppoſita filiationis. Poſſet nihilominus ad hoc quoque reſponderi, relationem illam ortam fuiſſe partim ordine quodam naturæ ex fundamento reali, ſed partim diuina quadam potentia hoc præſtante, vt etiam ſine termino oriretur. Ad quod poteſt illa ſentētia referri, quòd Dei Genitrix & miraculo, & natura Genitrix eſt Dei. Sed hæc ſuis adhuc difficultatibus implicantur.

Reſponſ. B. Virgo partim natura, partim miraculo eſt genitrix Dei.

20. In ſent. negante negatur eſſe eiuſdē ſpeciei.

Quòd ſi cenſeamus, quod eſt probabilius, non poſſe vnum relatum ſine alio exiſtere; dicendū eſt id, quòd circa quęſtionem propoſitam credimus eſſe veriſsimum, Maternitatem Virginis non eſſe eiuſdem ſpeciei cum cæteris relationibus matrum: nam ſi maternitas humana, & equina non ſunt eiuſdem ſpeciei; quanto æquiori iure affirmabimus Maternitatē, qua Virgo eſt Mater Dei, diſtinctam eſſe ſpecie à cæteris. Et cōfirmatur, quia Concilium Epheſinum ſanxit pijſsimè Virginem non ſolùm eſſe Matrem Chriſti, ſed veriſsimè Matrem Dei; vnde dicitur Dei Genitrix, & Græcè θεοτόκος acclamata eſt: ergo iſta Mater Beatiſsima refertur reali relatione ad Filium Dei; ergo hæc relatio non eſt eiuſdem rationis cum alijs, quibus Matres referuntur ad homines. Et confirmatur ex ſententia S. Thomæ docentis ſubiectum filiationis non eſſe naturā, ſed hypoſtaſim; quare iſta maternitas, quæ eſt ad hypoſtaſim diuinam, per ſe, & ex

Probatur 1.

Confirm. ex *Conc. Epheſ.*

In eo B. Virgo θεοτόκος acclamata eſt. Vnde refertur relatione reali ad Filium Dei.

2. Confirm. ex *S. Thom.* Subiectū filiationis eſt hypoſtaſis.

Digitized by Google

& ex natura ſua diſtincta eſt ſpecie ab alijs maternitatibus reſpicientibus per ſe hypoſtaſes humanas: nam in eſſentia relationis quæuis varietas eſt eſſẽtialis. Denique probatur, quia eſt relatio non mutua, ſcil. ipſius Mariæ Beatiſsimæ, quæ gignẽdo Deum, per ſe ordinatur ad hypoſtaſim diuinã relatione Matris; & illa diuina hypoſtaſis non ordinatur ad matrem reali relatione; relatio autem non mutua eſt genus quoddam relationis, & à mutua relatione diſtincta eſt eſſentialiter, vt docuimus.

Probatur 2. Maternitas in B. Virgine eſt relatio nõ mutua.

21. Obiect.

Quòd ſi obijcias fundamẽtum, & terminũ iſtius relationis maternitatis fuiſſe idem, quod in cæteris matribus, & earũ filijs exquirimus, ſcilicet, humanitatem productam; quare & relationem matris eſſe eiuſdem ſpeciei cum alijs. Dicendum eſt ſubiectum filiationis non eſſe idem, & illam eſſe conditionem fundandi relationem in generante, vt antea docuimus: quare mutato ſubiecto relationis oppoſitæ, ita vt non ſit ſequuta realis filiatio natiuitatem ex Virgine; orta quidẽm eſt relatio matris in illa, ſed alterius perfectò rationis relatio, ſcilicèt non mutua, & attingens diuinã hypoſtaſim.

Reſponſio. In hac relatione mutatũ eſt ſubiectũ filiationis, atque adeo conditio fundandi.

Reſponſio.

22. Ad argumẽta pro 1. ſentent. 1. partis.

AD argumenta priora ſuo ordine reſpondebimus. Ad primum, Ariſtotelem in prædicamento ad aliud, non poſuiſſe genera, ſiue ſpecies relatorum realium; ſed potiùs tradidiſſe conditiones quibus fundantur relata, & ea quaſi ad claſſes reuocaſſe, vt docuimus: & in relatis, quæ dicuntur tertij generis oſtendiſſe non eſſe mutuas relationes. Quapropter ſcibile, & ſenſibile minimè collocauit in prædicamento: neque verò ſentit hæc eſſe relata realia, vt Caiet. vult. Commentator verò non ponit ſcibile, aut ſenſibile in prædicamento relationis, ſed facit cum Ariſtot. mentionem horum relatorum, vt explicet relata tertij generis: ſicut etiam cum eodem Ariſtotele inter relata commemorat ſcientiam, quæ eſt res abſoluta, indicans profectò realem relationem ſcientiæ: ſicut ergo neque Ariſtot, neque eius Cõmentator Auerroes poſuerunt ſciẽtiã in genere relationis, cum ſit res abſoluta; ita neq; in eo genere poſuerunt ſcibile; ſed indicarunt relationem realẽ non mutuam, quæ eſt ſcientiæ ad ſcibile.

Ad 1. arg. ex *Ariſtot.* Reſpõd. iuxta tradita cap. 12. p. 1. n. 25. & p. 2. n. 22. & 30.

Ad Confirm. *ex Commẽt.*

23. Ad 2. argum. 1. Reſponſ. Operatione rationis omne relatiuũ ad aliud relatiuum refertur, ac definitur.

Ad ſecundum reſpondetur, relatiuũ, quod eſt ſupremum genus, definiri per correlatiuũ; quia definitio eſt operatio rationis; qua quidem fatemur omne relatiuum referri ad aliud relatiuũ, & per illud definiri: non tamen omne relatiuũ referri ad aliud re ipſa; ſed relatiua quidem mutua re ipſa referri, non mutua verò non re ipſa, ſed ratione ſola referri ad ſua correlatiua. Quòd ſi Ariſtot. definitionem ita explices, vt intelligas relata eſſe ad aliud re, ipſa, & naturâ ſuâ, quia relatũ id, quod eſt, ad aliud eſt; negãdũ eſt relatum in genere eſſe ad aliud relatum, ſed eſt naturâ ſua ad aliud, ſiue ad abſolutum, ſiue ad relatum; at verò in ſpecie relatum mutuum eſt naturâ ſuâ ad aliud relatum, & relatum non mutuum eſt naturâ ſuâ ad abſolutum; relatum verò in genere abſtrahitur ab vtroque. Ad confirmationem reſpondetur concedendo, poſſe vnum relatum etiam non mutuum definiri per aliud, qđ ſola ratione eſt relatum: quia ipſa definitio eſt operatio rationis, qua etiam relata rationis referuntur.

2. Reſponſ. Relatum in genere non eſt re ipſa ad aliud relatum, nec ad aliud abſolutũ, ſed abſtrahitur ab vtroque eſſe ad aliud.

Ad confirm.

24. Ad 3. argum.

Ad tertium concedimus, quòd relata non mutua poſſunt definiri per abſoluta, ad quæ terminantur, vt creatura eſt res à Deo producta de nihilo: imò & relata mutua poſſunt definiri per relationes oppoſitas, & per earum quæq; fundamenta; diuerſimodè tamen, vt ſatis perſpicuum eſt.

25. Ad 4. argum. Contra tradita c. 13. p. 1. n. 14.

Ad quartum cõcedimus antecedens, quòd relata ſunt ſimùl cognitione, & concedimus etiã cõſequens illud, quòd relatum vnum non eſt cauſa cognoſcendi aliud, ita vt cognitio vnius præcedat cognitionem alterius, quia non eſſent ſimùl cognitione: ſed in alio ſenſu vnum eſt cauſa cognoſcendi aliud, quatenùs relatio rationis oritur à cognitione relationis realis, licèt ſimùl cum illa percipiatur. Et ita intellectus poſtquàm apprehẽdit ſimùl duas relationes, alteram realem, alterã rationis, cognitione quadam confuſa; poſteà contemplatus eaſdem diſtinctiùs, & explicatiùs cognitione reflexa, aduertit alterã relationẽ eſſe veram rem, & formam realem, qua vnũ re ipſa refertur; aliam verò relationẽ nõ eſſe rem veram, ſed eſſe rationis relationem, quæ ſolum in intelligẽte eſt. Vnde colligit relatũ reale eſſe relatũ ex natura ſua; illud verò ratione ſola relatum,

In relatis non mutuis licèt vtrũq; cognoſcat ſimùl cognitione directa & confuſa, tamẽ cognitione quaſi reflexa, & diſtincta vnũ eſt cauſa alteri, ſeu cognoſcendi alterum, vt loco cit.

Digitized by Google

eſſe relatum, quia aliud reale relatum A refertur ad ipſum; & illam relationem rationis oriri à reali. Et ita cognitione quaſi reflexâ, & diſtinctâ relatio realis eſt cauſa relationis rationis. Et hoc eſt quod Ariſtoteles docuit in relatis non mutuis, dicens hæc eſſe relata, non quia eorum eſſe ſit ad aliud, ſed quia alia ſunt ad ipſa: & hæ relationes rationis oppoſitæ realibus, cognoſcuntur cognitione directa ſimùl cum relationibus realibus, vt in notationibus explicauimus.

26.
Ad 5. argum. Reſpond. ex 3. aduert.

Ad quintum iam reſpondimus in aduertendis, æquiuocum eſſe nomen termini; nos verò non diſputare de termino, B hoc eſt, de correlatiuo, quod certè eſt relatiuum; ſed de re, quæ appellatur terminus denominatione extrinſeca, quia relatio alia ad ipſam refertur. At verò vtrum res iſta, quæ appellatur terminus, ſit formaliter abſolutum, an relatiuum, in controuerſia eſt: nos in non mutuis oſtendimus eſſe abſolutum.

27.
Ad 6. argum.

Ex modo intelligendi nobis naturali referimus non relata.

Ad ſextum reſpondetur naturàli, & inſito intelligẽdi modo ſimùl cum creatura intelligi creatorem, & cum relato correlatiuum, etſi relatum correlatiuũ ſit rationis: quia modus noſter intelligendi eſt cum quadam collatione, ſiue C relatione, ita vt non relata referamus ex modo intelligendi. At verò apud ſapientes, qui norunt relationum naturã, ſi velint referri creaturam ad terminũ relationis formalem, referẽt ad Deum, quod eſt nomen naturæ diuinæ; ſiue ad eum qui eſt potentia creandi præditus: neque in hoc eſt vlla ratio difficultatis.

27.
Ad vltimum Ariſtot. explicatur 1.

Ad vltimum reſpondetur, fortè Ariſtot. loquutum de relatiuis prout noſtro modo intelligendi referuntur ad correlatiua, per quæ definiuntur, & ſpecificantur; & ita relatiuis ſpecie diſtin- D ctis neceſſe eſt deſignare correlatiua ſpecie diſtincta, ita vt ſingulis ſingula attribuantur, quod docet S. Thom. 1. p. q. 32. art. 2. & 3. p. q. 35. art. 5. Secundò reſpondetur, & melius, Ariſtot. ſcitè dixiſſe relatiuum eſſe ad vnum terminatum; quia relatio cum ſit eſſentialiter ad aliud, non variatur vt modò ſit ad hoc, modò ad aliud: ſed hoc nõ prohibet multa relata referri naturâ ſuâ ad vnũ abſolutũ; ſicut vnum abſolutũ collatũ cũ diuerſis eſt fundamentum diuerſarum relationum, vt antea obſeruauimus.

S. Thom.

Explicatur 2. & melius.

29.
Ad argument. pro 1. Sentent. 2. partis.

Ad 1. argum. Reſpond. 1. iuxta Sentent. negantẽ n. 16. Reſpond. 2. iuxta affirmãtem, vt n. 17.

Ad argumenta poſteriora reſpondẽdo quibus oſtendebatur relatio referri perpetuò ad abſolutum. Ad primum negamus vnam relationem mutuam poſſe manere ſine alia oppoſita, ſicut non poteſt manere ſine altero extremo. Secundò reſpondetur, quòd ſi maneret ſine relatione oppoſita; adhuc eſſet naturâ ſuâ ad eandem relationem oppoſitã nõ exiſtentem; hoc enim eſt conſequens ad illud impoſsibile, vt in notationibus explicauimus.

30.
Ad 2 argum. Reſpond. ex dictis n. 20.

Ad ſecundum reſpondetur negando id, quod præmittitur, relationẽ Maternitatis in Virgine Beatiſsima eſſe eiuſdẽ ſpeciei cum alijs maternitatib[9]: nam etſi fundamentũ relationis, quod eſt humanitas, ſit eiuſdẽ ſpeciei in matre, & in Chriſto: tamen ſubiectũ filiationis, quod eſt diuina hypoſtaſis, eſt alteri[9] rationis, & eſt conditio fundãdi, quæ variata ſufficit, vt relatio maternitatis non ſit eadẽ ſpecie: maximè quia ſubiectũ relationis oppoſitæ, eſt quoq; terminus nõ formalis, ſed materialis iſtius relationis; eſſentialis tamen, & qui variari non poſsit: denique iſta relatio eſt non mutua, cæteræ maternitates sũt relationes mutuæ; quæ omnia in in notationib[9] elucidata ſunt.

31.
Ad 3. argum. Fundamentũ vnius relationis eſt alterius terminus non formalis, ſed materialis in mutuis.

Ad tertiũ reſpondetur concedendo, quòd fundamentũ vnius relationis eſt quoq; terminus relationis oppoſitæ; nõ tamen formalis, ſed materialis ſi ſint relationes mutuę, quæ ad ſe ſe formaliter referũtur ex natura rei; vna enim relatio in altero extremo reſpicit tria, ſcil. ſubiectũ, & fundamẽtũ relationis oppoſitæ, & ipsã relationẽ, ſi ſit realis. Et ita nõnegamus fundamẽtũ vnius relationis eſſe terminũ alterius: ſed negamus ſolũ fundamentũ terminũ eſſe, aut eſſe terminũ formalẽ, quãdo relatio oppoſita eſt realis; quæ eſt præcipuus, & formalis terminus. Ad probationẽ reſpõdetur negãdo quòd fundamentum vnius relationis ſit ratio formalis, qua ipsũ relatũ terminat correlatiuũ: nam vbi relatio eſt realis, nõ poteſt negari ipſam eſſe rationẽ formalem terminandi, ſicut eſt referendi, vt capite precedenti manifeſtè commõſtrauimus. Ad confirmationem reſpondetur terminum accipi aliquando pro ea re, quæ terminat materialitèr, ſiue pro correlatiuo materialitèr, quod eſt ſubiectum relationis oppoſitæ cum ſuo fundamento. Et de hoc intelligitur

Ad probationẽ In mutuis relatio realis eſt ratio formalis terminandi, ſicut eſt referẽdi.

Ad Confirm. Terminus accipitur aliquãdo pro correlatiuo materialiter.

Digitized by Google

gitur illud proloquium quòd poſito fundamento, & termino ſequitur relatio; neque enim poteſt intelligi de correlatiuo formaliter, quia vt arguẽdo oſtẽditur, vna relatio non ſequitur aliam, cum non ſit effectus eius.

CAPVT XV.

Relatum per ſe primò reſpicit aliud.

Quæſtio præſens Theologica de correlatiuo per ſe Spiritus Sancti. Quæſtio Metaphyſica cõnexa de relato cõmuni & correlatiuo.

QVòd relatio ſpirationis ſit re ipſa, & ſpecie vna, lib. 2. data occaſione diſputatum eſt, & ſancitum: deinde quòd ea relatio non ſit res diſtincta à Paternitate, & filiatione, hoc lib. agentes de numero relationum diuinarum, decernimus. Quòd verò nomen iſtud concretum, ſpirator, non ſignificet indiuiduum ſubſiſtens, lib. 4. vlteriùs tractabimus; eſt enim ea quæſtio omni cura, ſtudioque digna. Sed alia quæſtio in loco hoc, & tempore nobis oritur; vtrũ ſpirator ſit per ſe correlatiuum Spiritus Sancti. Et quoniam eadem quæſtio Metaphyſica de relato communi, & correlatiuo maximè ad rem explicandã conducit; inde eſt diſputatio inchoanda hoc cap. & altero finienda; quæ eſt quæſtio metaphyſica perdifficilis, & non ſine argumentis tractanda. Caput verò hoc in partes duas ſecamus.

Prima pars: *Refelluntur aliqua opiniones.*

Secunda pars: *Declaratur aſſertum hoc, Relatum per ſe primò reſpicit aliud.*

PARS PRIOR.

Refelluntur aliqua opiniones.

1. Rationes pro parte negante relati generis ſummi correlatiuum vniuerſale. 1. Ratio. Non eſt genus æquè vniuerſale cum ipſo relato cõmuni. Probatur.

QVoniam relatum ex propria definitione eſt ad aliud, ad aliud, inquam, relatum, vt multi Philoſophi cum Thoma Caietano interpretantur; multa diſceptatio eſt inter eos, quid ad quid per ſe primò referatur: ſi enim id, quod per ſe primò eſt relatum, & ſummum genus vniuerſaliſsimum; & id ad quod per ſe primò relatum eſt, eſt quoque genus ſummum æquè vniuerſale; duo ſunt relatorum ſumma genera. Et hoc iterũ impoſsibile eſt, quoniam oporteret relationes eſſe genere diſtinctas, vt aliæ in vno genere, aliæ in alio collocarentur. Hoc autẽ eſt inopinabile, quia omnis relatio conuenit in cõmuni cõceptu relationis; relatio ergo eſt ſummum genus vnum, & relatũ ſimiliter; & nõ ſunt duo genera; idem enim ſignificat formaliter relatum, & relatio ſolo modo ſignificandi diuerſo. Quòd ſi correlatiuum ad quod per ſe primò relatum refertur, non eſt æquè vniuerſale; aut correlatiuum vniuerſalius eſt, & ita non erit relatum ſummum genus, hoc eſt vniuerſaliſsimum, cum correlatiuum ſit magis vniuerſale: aut eſt minùs vniuerſale; & ita erunt aliqua relata abſque correlatiuis, ſiquidem id, quod vniuerſalius eſt, plura complectitur: ſi ergo relatum eſt magis vniuerſale, plura cõplectitur quàm correlatiuum; ſunt ergo relata plura, & correlatiua pauciora; quod eſt impoſsibile, quia eſſent relata ſine correlatiuis. Præterea, relatum per ſe primò refertur ad correlatiuum: ergo ſunt æquè vniuerſalia; quæ enim ad ſe primò conuertuntur, eiuſdem vniuerſalitatis ſunt, vt homo, & riſibile æquè vniuerſalia ſunt. Denique correlatiuum eſt eſſentialiter relatum; ſi ergo correlatiuum eſt genus ſummum, ſunt duo genera, ſcilicèt relatum, & correlatiuum: Si verò correlatiuum ſpecies relati eſt, genus refertur ad ſpeciem relatione reali; quod fieri non poteſt, quia genus, & ſpecies ſola ratione diſtinguuntur; relatio autem realis eſt inter diſtinctas res: tunc enim genus relatum non eſſet ad aliud, ſcilicèt ad aliud diſtinctum; natura enim ſpecifica non eſt aliud à natura generis, vt homo non eſt aliud ab animali. Neque verò natura generis, ſcilicèt relatum, poteſt referri per ſe primò ad ſpeciem; vt probatum eſt, quia oportet, vt relatiuum, & correlatiuum in oppoſitione æquè recurrant, & conuertantur, ſiquidem per ſe primò opponuntur; & neutrum poteſt eſſe altero vniuerſalius. His verò rationibus efficitur quæſtio implicatiſsima.

Nõ eſt vniuerſalius. Probatur. Nõ minùs vniuerſale. Probatur 1. Probatur 2. 3. Ratio. Correlatiuum non eſt genus. Nõ eſt ſpecies. Probatur 1. Probatur 2.

1. Sentent. Scoti proponitur.

Ioannes Scot. in 1. d. 31. q. vnica, ait relata eiuſdem appellationis; vt ſimile, æquale, referri non per ſe, ſed per ſua indiuidua; itaq; ſimile, vt ſimile eſt, ad nihil refertur, quia non eſt aliud ſimile æque cõmunitatis, ad quod referatur; ſed hoc ſimile ad illud refertur; & per hæc indiuidua ipſum ſimile cõmune quodãmodo

 refertur;

referetur: ſicut homo currit non per ſe, vt homo eſt, ſed per Petrum: quia currente Petro, homo, qui eſt Petrus, currit.

3\. Explicatio *Fonſ. 5. Met. c. 15 q. 6.* 1. eius aſſertũ: Quòd relatio vt ſic, non ſit principiũ proximum referẽdi, ſed remotũ.

Alij autem in hanc ſententiam Ioan. Scoti euntes, ita commentantur, vt relatio communis non ſit principium proximum, quo vnum ad aliud referatur: cum enim relatum (vt aiunt) non per ſe referatur, ſed per indiuidua; efficitur vt relatio ipſa communis non ſit per ſe referendi principium, ſed per aliud, ſcilicet per indiuiduas relationes: non ergo eſt principium proximum referendi ipſa relatio communis, cum per ſe non referat; ſed eſt remotum principiũ, quod referat per aliud, ſcilicèt per relationes indiuiduas, vt homo per Petrum currit.

Exemplum caloris vt duo.

Et ad hoc explicandum afferunt exemplum, quia calor, vt duo, eſt principium formale calidi, ita tamen imperfectum vt non denominet per ſe calidum; dum verò calor ipſe augmentatur vſque ad gradus ſex, idem calor præexiſtens iam denominat calidum, non per ſe, ſed per augmentum ſuperueniens.

2\. aſſertum: Quòd relationes indiuiduæ ſint ſimpliciter reales, ſolùm communis relatio. Declaratur 1.

Poſthæc autem relationem indiuiduam eſſe propriſſimè formale principium referendi, quia per ſe ipſam refert. Cum autem relatio indiuidua non ſit conceptus ſimplicitèr vnus, ſed analogus, ſicut homo indiuiduus; id, quod eſt ſimplicitèr, & complectè relatum, habens ſcilicèt relationem indiuiduam, non eſt (inquiunt) quid vniuocum, neq; vnum per ſe, ſed aggregatũ vt quidam homo. Id verò quod eſt vniuocum, & ſimplex, ſcil. relatum cõmune, non eſt relatum ſimplicitèr, & abſolutè; quia eſt relatũ non per ſe, ſed per aliud; neque habet principium proximum referendi, ſed remotum.

4\. Declaratur 2. *Ariſtot.*

Et quoniam (inquiunt) non idem eſt ineſſe, & denominare, vt Ariſt. ait 2. Topic. cap. 1. nam calor vt duo ineſt quidẽ, ſed nomen calidi non tribuit ſubiecto; ſi tamẽ hoc nomine calidi etiam id, in quo eſt paruus calor nominemus, tunc erit calidum id, quod eſt affectum calore vt duo: ita modo loquendi proprio relatũ commune, ſimplicitèr non eſt relatum; quia relatio communis per ſe nõ poteſt denominare. Sed ſi relatum ſignificet id, quod habet relationem etiam nõ denominantẽ; commune relatum hac ſignificatione erit ſimpliciter relatũ, quia ſimpliciter habet relationẽ, etiamſi illa per ſe non denominet, vt dictum eſt.

A Hæc autem omnia non ſolùm veris contraria videntur eſſe, ſed parùm ſimilia veris. Et id quidèm, quod Ioan. Scot. ait, nonnullorum probatur aſſenſu. Sed videtur nihilominùs euidẽti ratione refelli: nam relatum referri, non eſt quaſi operatio potentiæ, quę ab illa poſsit cogitatione ſeparari; ſed dicitur referri, hoc eſt, relatum eſſe, quod eſt naturâ eſſe comparatum ad aliud. Ita ergo eſſentiale eſt relato ad aliud relatum eſſe, ſicut candido candidum eſſe; & ea prædicatio non ſolùm eſt eſſentialis, ſed identica, ſcil. quòd relatũ relatũ ſit. Eſt ergo

5\. Sententiæ *Scoti* 1. Confutatio euidens. Quòd relatum referatur, ſeu relatũ ſit, eſt prędicatio eſſentialis, imò idẽtica.

B relatũ per ſe primò relatũ, ſi ita licet dicere in prædicatione idẽtica: nihil enim magis per ſe primò cõuenit homini, quã vt homo ſit; neq; enim per accidens, neq; per aliud, homo eſt homo. Igitur relatũ vt ſic, per ſe primò relatũ eſt, & non per accidens, neq; per aliud.

Vnde relatum vt ſic, eſt maximè per ſe i. relatum, nõ per accidens, ſeu per aliud. Exemplum.

2\. Confutatio. Reſponſionis *Scoti* 1. pars Refellitur.

Tũc deinde inquirimus; ſi relatum eſt, ad quid relatum ſit per ſe primò? Scotus verò reſpondet, relatũ vt relatũ eſt, nõ habere per ſe terminũ. Quare id conficitur, vt relatũ non ſit; nam qđ ad aliud non eſt, nõ eſt relatũ. Cum ergo ad aliud eſſe ſit ipſa quidditas relati, non accidit relato cõmuni eſſe ad aliud, ſicut homini accidit currere: nam quæ accidunt ſunt extra quidditatẽ.

C 2\. pars.

Ipſe verò Scot. concedit, qđ relatũ vt ſic, eſt ad aliud, ſcil. ad ſua inferiora relata, propter alia inferiora quæ ad iſta referuntur, vt ſimile per hoc eſt relatum, quia A. ſimile refertur ad B. ſimile, & B. ſimile item ad A. ſimile; ſed tamen ſimile ipsũ, vt ſic, ait, per ſe ad nihil referri.

Similitèr refellitur.

Hæc autem reſponſio in eundẽ errorem prolabitur: nam quòd ſola indiuidua relata ad ſe referantur, vt A. ad B. & B. ad A. oſtẽdit relatum ipſum vt ſic, non eſſe relatum, niſi per accidens, propter indiuidua, quod iam impugnatum eſt.

6\. 3. Confutatio.

D Præterea arguitur, hoc ſimile refertur ad aliud per ſe, & illud ad aliud per ſe; ergo ſimile ad ſimile per ſe refertur: ſicut enim ſingulare ad ſingulare comparamus, ita commune ad commune.

Confirm. Omnia ſimilia ſũt ſimilia propter cõmunem ſimilitudinem, nõ propter indiuiduas: Oſtenditur.

Et confirmatur, quoniam hoc ſimile refertur ad aliud, quia ſimile eſt: prima enim ratio ſimilium, non eſt hæc, & illa ſimilitudo indiuidua, ſed cõmunis ſimilitudo: aliàs ſimilitudo eſſet nomen æquiuocum continẽs plures ſimilitudines, & nihil cõmune illis: ſi ergo omnia ſimilia ſũt ſimilia propter cõmunẽ ſimilitudinẽ; ſimile, quod

quod ſignificat cõmunem ſimilitudinẽ, A maximè ſimile eſt. Ita ſimile vt ſic, nõ eſt ſimile propter indiuidua ſimilia, ſed ea ſimilia ſunt propter commune ſimile; ſicut homo non eſt homo per Petrum, & Paulum; ſed hi ſunt homines, quia homo de eis per ſe prædicatur.

Exemplum.

7. Explicatio *Fonſecæ* ſimiliter conuellitur.

At verò commentatio illa, qua Scotũ quidam explicant, iiſdem argumentis conuellitur; ſed quia clarior eſt ipſa explicatio, idcirco perſpicaciùs apparet falſitas opinionis. Primum illud, quod aſſerunt, relationem vt ſic, non eſſe proximum principium referendi, ſed remotum; falſum eſt; quoniam in cauſis formalibus non eſt principium remotum, & proximũ, ſed cauſa, & effectus adæquantur; ſed relatio eſt forma, & formalis cauſa relati; ergo non eſt remotum principium. Præterea principium proximum, & remotum eſt aliquid in re ipſa inuentum, & aliquo diſcrimine reali diſtinctum; ſed relatio ab iſta relatione nihilo penitùs differt, niſi ſola diſtinctione rationis; ergo non eſt dicendum alteram relationem non eſſe principiũ remotum, alteram proximum. Quòd ſi dicas relationem non eſſe principium remotum rei, ſed appellationis duntaxat; quo pacto diximus propter calorẽ vt duo, non appellari calidum abſolutè. Hoc etiam improbamus; nam calor vt duo propter additamentum ſingulare, propter gradum ſcilicet vt duo, comparatum cum ſubiecto ſingulari, non tribuit illi appellationem, quia id, quod habet calorem vt duo, ſimplicitèr non dicitur calidum; calor tamen vt ſic, calidum nominat; & relatio vt ſic maximè dat nomen relato; ergo non eſt remotũ principium appellationis. Præterea exẽplum nulla ex parte quadrat; nam calor vt duo exiſtẽs in aqua, eſto dicatur principiũ remotũ ad denominandũ calidũ, eſt in potentia reali ad hoc; quia poteſt augeri, & denominare calidũ: actu verò præſtat quidẽ calidum eſſe vt duo, etiãſi non denominet; quia nomen ſumitur ab exceſſu, & aqua calida vt duo magis frigida eſt, quàm calida, quapropter calida nõ appellatur. Eſt tamẽ in illa realis effectus caloris. At verò iſti exiſtimant relationẽ, vt ſic, nullo omninò modo dare eſſe relatũ; quare omninò relatio nõ eſt. Quòd ſi relatio vt ſic, dat eſſe relatũ, etiam imperfectũ, & quod non ſatis ſit

Quoad 1. aſſer. 1. confutatio.

B

2. Confutatio.

Reſpõſ. ex poſito exemplo.

C

Refellitur, & oſtenditur exẽplum ex parte reſpõſionis nõ quadrare.

3. Confutatio, qua oſtẽditur exemplũ nulla ex parte quadrare.

D

Aduerſarij exiſtimãt relationẽ vt ſic, nullo modo dare eſſe relatum.

ad denominãdum; ipſum tamen qualecunq; eſt, ad aliud eſt; quare omninò oportet, vt relatũ commune ad aliud referant. Denique, ſicut ſe habet relatio ad hanc relationem, ita albedo ad hanc albedinẽ; ergo ſicut ad hoc vt albedo conſtituat album, non requiritur exiſtentia, aut indiuidua albedo; albũ enim eſt cõmunis cõceptus ſeparatus ab exiſtentia, & indiuiduo; ita ad hoc vt relatio cõſtituat relatũ, non eſt neceſſaria exiſtentia, aut ſingularitas relationis; quia relatum eſt conceptus cõmunis ab exiſtentia, & ſingularibus ſeiunctus. Relatũ ergo eſt quid cõmune, quod relatio cõmunis per ſe primò conſtituit, vt albedo albũ. Ipſo ergo communi conceptu explicandum eſt ad quid ſit relatum.

4. Confutatio.

Relatum eſt quid cõmune qđ relatio cõmunis per ſe 1. conſtituit, vt albedo album.

8. Quoad 2. aſſer. 1. Confutatio: Sequitur euidẽtèr, quòd relatio non ſit genus. Oſtenditur.

Illud verò magis futile eſt, quòd relationes indiuiduæ ſint ſimplicitèr tales, non verò communis relatio. Sequitur enim euidẽter quòd relatio nõ ſit genus: Probatur, quoniam genus eſt, in quo collocantur indiuidua, quæ naturam generis participant: quòd ſi in relationibus indiuidua ſunt ſimpliciter relata, genus autem non eſt ſimpliciter relatũ; potiùs genus participat naturam indiuiduorũ, vt dicatur relatum, quàm indiuidua naturam generis: Probatur, quoniam relatio, quæ eſt quidditas generis, in indiuiduis inuenitur ſimpliciter, in genere ſecundum quid, vt illi aiunt. Neq; eſt inſtãtia de prima ſubſtãtia, quę maximè ſubſtantia eſt: nam genus ſubſtantia eſt propriè, ac ſimplicitèr ſubſtãtia; eiuſq; quidditas participatur ab omnibus: ſed alia abſtractione analoga, hypoſtaſis dicitur maximè ſubſtãtia, vt lib. 4. dicem'. Præterea Ariſt. definit relata; aut ergo definit genus, aut indiuidua: ſi genus, illud ſimplicitèr relatũ ad aliud eſt; definitio enim primò, & per ſe cõpetit rei definitę: ſi verò indiuidua definit, nõ erit quidditatis relatiuæ definitio; quidditas enim eſt communis, non indiuidua; neque enim definitur hoc relatum, neque illud. Quòd ſi dicas definiri genus additis indiuiduis, profectò portentum eſt definitionis, vt cõmune ſimùl, & indiuiduum definiatur; & vt indiuiduum, quod definiri non poteſt, additum communi faciat illud definibile. Denique ſi aiunt ipſum indiuiduum definiri; indiuidua ſignata certè non definiuntur, quia ſunt infinita, & vt plura ſunt, non poſ-

Non aduerſatur inſtãtia de 1. ſubſtantia, de qua lib. 4.

2. Confutatio.

Definitio relatorũ non conuenit per ſe 1. indiuiduis: Ratio.

Nõ generi additis ſimùl indiuiduis: Ratio.

Nõ Indiuiduo ſignato.

Digitized by Google

Probatur: Definitio eſt terminus, quo definitum cõtinetur, & adæquatur. No indiuiduo vago: Probatur.

A ſunt definitione eadem definiri; definitio enim eſt terminus, quo definitum continetur, & adæquatur; ita vt plura definita plures exigant definitiones. Definitur ergo indiuiduum relationis ſub conceptu communi; quo pacto tota redintegratur quæſtio, illud indiuiduũ vagum ſub conceptu communi quodnã habeat correlatiuum per ſe, & adæquatum? Et confirmatur, quoniam illud indiuiduum concedunt eſſe ens per accidens, quod non definitur. Alitèr ergo expedienda eſt quæſtio iſta.

Confirmatur, Ens per accidens non definitur.

9. 2. Sentent. quorundam.

B Quidam igitur opinati ſunt relatum quatenùs relatum eſt, ad ſe ipſum referri; quia cum correlatiuum nihil aliud ſit, niſi relatum, vt eſt terminus relati alterius; dum relatum ad relatũ referimus, bis cogitando repetimus idem relatum, ſcilicèt genus idem, non diuerſum: & ita non ſunt duo genera.

10. Confutatur. Relatum reale ad aliud, nõ ad ſe ipſũ refert. *Ariſtot.*

Hi quidèm aliquid veritatis indagati ſunt, ſed falſum omninò cenſuerunt: relatum enim eſt ad aliud, vt omnes Philoſophi docent; & cum Ariſtot. relatum appellat ad aliquid, ad aliud interpretandum eſt more eius loquendi. Relatũ ergo reale ad aliud non ad ſe ipſum refertur: C nam ſimile non eſt ſibi ſimile relatione reali, neque æquale ſibi æquale, & ita ſe habent cætera relata, vt non ad ſe referantur; ergo & relatũ, quod eſt cõmune omnibus, ad aliud eſt, non ad ſe.

Exemplum de relatis æquiparantiæ.

11. 3. Senten. ad 2. accedens, ſed ſubtilior. 1 eius aſſertũ: Quòd relatũ, & correlatiuũ diſtinguuntur reali diſtinctione, ſeu differentia numerica per accidens inuenta in natura generis.

Alij ergo ſubtiliùs hãc ipſam opinionem tractarunt; aiunt enim relatiuum, & correlatiuum diſtingui reali diſtinctione: at verò cum reali diſtinctione benè conſtare vnitatem generis. Relatum ergo, & correlatiuum diſtinguuntur (inquiunt) reali diſtinctione; ſed in vnitate generis omninò conueniũt; & ita vtrũq; eſt idem genus: quare neq; ſunt duo genera, neq; relatum refertur ad ſe ipſum, ſed ad correlatiuum, quod reali diſtin- D ctione ab illo diſtat. Relatiuum autem, & correlatiuũ differunt reali diſtinctione, non eſſentiali, ſed numerica: imò cõueniũt in vnitate eſſentiali, & generica; & ſolo numero diſtinguuntur; numerus autem, ſiue differentia numerica inuenitur in natura generis per accidens, ſcilicèt per ſua inferiora indiuidua. Hæc eſt ſumma opinionis iſtius, quæ quaſi incluſam veritatem continet, quam nõ palàm edit, aut exponit: & illud quod eſt caput quæſtionis falsò decernit, ſcilicèt relatiuum, & correlatiuum eſſe idẽ genus ſummum.

2. aſſertum: Quòd ſcil. cõueniũt in vnitate eſſentiali, & generica.

De hæc ſententia iudicium.

12. 1. Confutatio. Per 1. aſſertum, Relatio vtroq; nomine ſignificata non eſt eadem.

Arguitur tamen contra illam: nam his nominibus, relatiuum, & correlatiuum, haud dubiè ſignificatur relatio; aut ergo ſignificatur relatio eadem, aut diuerſa: ſi eadem, falsò dicitur relatiuum, & correlatiuum diſtingui reali diſtinctione; oportet enim, vt ipſæ relationes diſtinguantur, de quibus nobis ſermo eſt: non ergo eſt relatio eadem ſignificata vtroq; nomine. Quòd ſi ſignificantur relationes diſtinctæ numero; neutra ergo illarum eſt genus; ergo neq; relatiuũ, & correlatiuũ ſunt genus idem. Si autem his nominibus relatiui, & correlatiui ſignificantur relationes non numero, ſed eſſentiã diſtinctæ; iam nõ ſunt eadem eſſentia generica, ita vt vtraque relatio ſit genus ſummũ. Probatur, quia ſunt alterius, & alterius eſſentiæ, cũ eſſentialiter differant. Præterea differentia numerica non inuenitur actu in conceptu generis; cũ ergo relatiuũ, & correlatiuũ animo concipimus, ſi vtrumq; eſt genus ſummũ in illis conceptibus genericis nõ apprehendimus indiuiduas differentias: ergo vnum non refertur ad aliud, vt diſtinctum numero; ſiquidem vtrumque cõceptu vniuerſali apprehenditur.

Per 2. aſſertũ, Nõ multiplex diſtincta numero.

Nec diſtincta eſſentiã.

2. Confutatio. Differentia numerica non inuenitur actu in conceptu generis.

13. 4. Sent.

Noua adhuc ſupereſt opinio exiſtimãtium relationem quamcunq, non ad relationem, ſed ad abſolutum terminari, vt anteà diſputauimus: conſequens enim eſt, vt non ſit inquirendum relatum aliud, ſiue correlatiuum, quod nullũ eſſe aiunt; ſed relato in genere reſpondere terminum abſolutum. Et hęc quidẽ exiſtimatio iam improbata eſt.

Improbata eſt cap. 13. p. 2.

14. Additamẽtum *Soar. in Met. diſp. 47. ſect. 16. n. 6. & 14*

Sed addunt nonnulli terminum formalem relati in genere eſſe occultũ quid abſolutum, ſcilicèt proprietatem quaſi tranſcendentem inuentam in omni re abſoluta, quatenus poteſt ad aliam referri: arbitrantur enim hoc quod eſt poſſe referri, indicare in re abſoluta quid proprium, quo res apta ſit referri. Hoc autem apparet confictum, & ſine ratione excogitatum; aptitudo enim qua res abſoluta poteſt referri, nihil eſt, niſi fortè paſsiua potentia, qua poteſt recipere in ſe relationem; formale enim nihil eſt: neque enim vel cogitando poteſt fingi hæc proprietas addita entibus; iam enim oſtendimus paſsiones entis addere

Improbatur 1.

Aptitudo ad recipiendã relationem, quę eſt in omni re, nihil diſtinctum eſt ſaltem formale.

Paſsiones entis addunt en-

Digitized by Google

ti ſaltem relationem rationis.

addere enti ſaltèm relationem rationis. Nulla eſt ergo proprietas abſoluta entis, qua quodque ens hoc habeat proprium, vt poſsit referri. Et hoc quod nouum eſt, & inauditum, eſt etiam incredibile. Quod verò Ariſtot. dixit in prædicamentis, proprium eſſe qualitatis, vt penes illam dicantur res ſimiles, vel diſſimiles; indicauit proprium illud qualitatis, vt poſsit intendi, & remitti, qui eſt modus entis realis. Similitudo enim propriè loquēdo fundatur in gradu eodem intenſionis, vt diximus, ſicut æqualitas in eadem vnitate extenſionis.

Ariſtotel. explicatur.

PARS POSTERIOR.

Declaratur aſſertum hoc, Relatum per ſe primò reſpicit aliud.

1\. 1. præmittēdū. Relationes nō mutuæ ſūt in genere hoc relationis. Ratio.

ERgo vt noſtram ſententiam proponamus, primùm aduertimus, relationes tertij generis, quibus non reſpondēt relationes reales, ſed rationis, vt relatio ſcientiæ ad ſcibile; & relationes aliàs nō mutuas, vt relatio creaturæ ad creatorē; eſſe nihilominùs in genere hoc relatorū; quoniam ſunt res exiſtentes, & ſiquid eſt perfectionis in relationib', ea eſt imprimis numeranda, qua creatura ad creatorem refertur. Cum ergo relatio hæc, & aliæ tertij generis ſint res exiſtētes, perfectæ, & definitæ, proculdubiò in genere ponendæ ſunt. Quarè hoc ſatis liquet relatum vt ſic, non referri ad correlatiuum reale; ſunt enim multa relata, quæ non habent realia correlatiua: ergo relatum quod complectitur omnia relata, nō refertur per ſe ad correlatiuum reale; ſed dicendum eſt, quòd relatum quidèm ex natura ſua non refertur ad aliud relatū; ſed ad aliud, ſiue abſolutum, ſiue relatū, vt modò dicebamus: ſed tamen noſtro modo intelligendi, quo vnum relatum definimus per correlatiuū, relatū, quod eſt genus ſummū, per ſe refertur ad aliud relatum analogum, quod complectitur relata realia, & rationis; genus enim relatum definimus ad alterum relatum, ſiuè illud ſit reale, ſiue rationis.

Conſectariū. Relatū vt ſic ſeu natura ſua, non refertur ad relatū, ſeu correlatiuum reale: Vt ſic refertur ad aliud ſiue abſolutum, ſiuè relatum. Noſtro modo intelligēdi, ac definiendi, relatū quod eſt genus ſummū per ſe refertur ad relatū analogum, & cōmunius.

2\. Vndè refertur ad relatū quod non eſt gen'.

Qua interpretatione neceſſariò dicēdum eſt, relatum, quod eſt genus, per ſe referri ad relatum, quod non eſt genus: cum iſtud complectatur relata realia, & relata rationis, quæ in genere non ſunt. Quomodò verò relatū reale poſsit per-

A ſe referri ad relatum analogum, quod eſt communius, cap. ſequēti declarabimus.

3\. 2. præmittēdū.

Deindè diuidimus relatum in relata mutua, & non mutua. Relata autem mutua, quædam ſunt eiuſdem appellationis, ſcilicèt eodem nomine comparata, vt ſimile, & ſimile. Quædam diuerſæ appellationis, ſcilicèt nominibus diuerſis ſignificata, vt Pater, & Filius. De iſtis ergo nulla eſt quæſtio; Pater enim vt ſic, refertur per ſe ad Filiū. Sed de illis diſputatio eſt, an ſimile vt ſic, referatur per ſe ad ſimile? & de relato mutuo vt ſic, eſt eadem quæſtio; quia nomine communi B relatum, & correlatiuum dicūtur. Quòd ſi diuiſio relatorum in mutua, & nō mutua non eſſet eſſentialis; eæ eſſent differentiæ accidentales: quare relatum mutuum eſſet ens per accidens, & de illo nō eſſet quæſtio; hoc enim nomine relati mutui ſignificaremus ſimul relationem, & aliquid accidēs relationi. De aggregatis autem per accidens non eſt diſputatio. Sed quia haud dubiè opinamur relatum mutuum eſſe ſpeciem generis relati, ſuſcipienda nobis eſt quæſtio iſta de relato mutuo ad quid aliud referatur per ſe primò.

Quæſtio eſt de relatis æquiparantiæ. Item de relato mutuo vt ſic, in vera ſentēt. ſtatuēte illud non eſſe ens p accidens, ſed ſpeciē generis relati.

C Quæritur igitur de relatiuis eiuſdem appellationis, & de relato mutuo, quæ eſt ſpecies relatiui generis, ad quid referantur per ſe primò? In hac diſceptatione ſummo opere inquirendum eſt in relato cōmuni, quid ſit id, quod refertur? Et quoniam opinamur non ſolas ſubſtātias inter ſe referri, ſed etiam accidētia; quia accidentia ſunt res exiſtentes, & actu diſtinctæ; & nihil obſtat quin inter ſe referantur reali relatione: Ideò dicēdum eſt id, quod eſt relatum, non eſſe quidpiam commune, ſaltèm quod ponatur in genere; nam ſubſtantiæ, & accidē- D ti nihil eſt commune; ſed id, quod eſt relatum, eſt ſubſtātia, & eſt accidens; vtrūque enim eſt ſubiectum relationis: ergo id, quod eſt relatum, quod eſt relationis ſubiectum, non eſt quid commune, ſed eſt ſubſtantia, vel accidens.

4\. 3. præmittēdū. Subiectum relationis nō eſt quid cōmune ſaltē quod ponatur in genere, ſed eſt ſubſtantia, vel accidens.

5\. Connotatiua non ſignificāt ſubiectum accidētis, ſed ipſum accidens.

Hoc autem vt meliùs intelligatur, aduertendum eſt, nomina concreta, quæ ſignificant accidentia, & dicuntur à dialecticis connotatiua; omninò non ſignificare ſubiectum accidentis, ſed ſolum accidens: ſi enim vtrumque ſignificaret, eorū ſignificatum eſſet ens per accidens, ſcilicèt ſubſtātia, & accidens; nullatenùs

ergo hæc nomina ſignificant ſubiectum, ſed formam accidentem ſubiecto; vt album, non corpus ſignificat, ſed albedinem. Quare etſi ſubiectum relationis ſit ſubſtantia, & accidens, neutrum tamen ſignificatur nomine relati, ſed ſola relatio ſignificatur: id ergo, quod non ſignificatur, ſcilicèt ſubiectum relationis, nō oportet, vt ſit commune; ſed ipſa relatio ſignificata, quid commune eſt, & genus. Quare cum inquirimus an relatum habeat correlatiuum æquale, ad quod per ſe referatur; non quærimus an ſit ſubiectum relationis commune, quod habeat aliud ſubiectum relationis oppoſitum, & commune. Sed illud perſpiciendum eſt, an in relatiuo, & correlatiuo communi, ſint duæ relationes oppoſitæ æquè communes.

Nomine relati ſola relatio ſignificatur, & eſt genus.

Quæſtio non eſt de relato pro ſubiecto, ſed pro relatione.

6\. *4. præmittēdū. Non ſunt duo genera ſumma relationis. Probatur.*

Perſpicuum autem eſt non eſſe duo genera relationis ſumma; cum relatio, quæ eſt genus, communi cōceptu includat omnes relationes: nulla eſt ergo realis relatio, quæ non ſit in hoc genere, & non poteſt intelligi, quòd ſit aliud genus ſummum; quoniam illa duo genera eſſēt ſubalterna; quia conuenirent in genere ſummo. Et idem argumentum eſt de genere ſubalterno, quod eſt relatio mutua; neque enim poſſunt eſſe duo genera ſubalterna, quorum vtrumque ſit mutua relatio; quia relatio mutua complectitur omnes mutuas relationes: ergo extra hoc genus non ſunt relationes mutuæ; non eſt ergo aliud genus, quod ſit mutua relatio. Idem ipſum argumentum conficitur de ſimilitudine, quæ eſt ſpecies relationis infima, hæc enim complectitur omnes ſimilitudines; ergo non eſt ſpecies alia ſimilitudinis oppoſita.

Non duo genera ſubalterna, quorum vtrumque ſit relatio mutua.

Non ſunt duæ ſpecies infimę, quarum vtraque ſit ſimilitudo.

7\. *Punctum cōtrouerſiæ.*

Tota ergo difficultas eſt in hoc ſita, vt explicemus quomodò ſimilitudo ex propria ratione ſpecifica ſit oppoſita ſimilitudini? Et quomodò ſimile ex propria ratione ſpecifica referatur ad aliud ſimile? Aliud enim diſtinctionem ſignificat; & oppoſitio ſimilitudinis cum ſimilitudine, indicat etiam diſtinctionem.

8\. *1. concl. In relatorum definitione dictio, ad aliud, ſignificat notam particularis entis, vel relati; non verò affectionē entis, vt p. 1. n. 14.*

Ad quæſtionis enodationem conſideranda eſt relatorum natura: relatū quippè eſt, quod ad aliud eſt. Quo in loco dictio, aliud, non ſignificat entis affectionem, ſed notam particularem, ſcilicèt ad aliud relatum, ſiue ad aliud ens. Nam aliud ens eſt particulare ens, & aliud relatum eſt particulare relatum. Non ergò relatum refertur ad aliud, id eſt, ad affectionem illam entis, quam aliud appellamus; ſed refertur ad aliud relatum, ſiue ad aliud ens, hoc eſt, ad particulare quodpiam relatum, ſiue ens. Et per hoc ipſum explicatur natura relationis, quæ eſt vnius entis particularis ad aliud quodpiam ens particulare; neque aliter niſi inter duo aliqua entia poteſt intelligi.

Relatio ſuâ naturâ eſt vnius entis particularis ad aliud quodpiam ens particulare.

9\. *2. concl. In relatis mutuis diſquiparantiæ dictio, ad aliud, deſignat ſpeciē particularē, vel indiuiduum particulare, ſeu vagum.*

In relatis mutuis æquiparantiæ non deſignat ſpeciē, (cū in his vna, & eadē ſit relatio cōmunis, v. c. ſimilitudo) ſed indiuiduum particulare.

Poſt hæc aduertere oportet quædam eſſe relata diuerſæ appellationis, quę ſignificant duas relationes diuerſæ ſpeciei, & in his etiam ſunt duo relata particularia ſpecie diſtincta: nam etiam ſpecies rerū vocamus particulares reſpectu generis, quod eſt commune. Et in hoc etiā ſenſu vnum relatum eſt ad aliud, ſcilicèt particulare relatum ad aliud particulare relatum; quibus nominibus ſignificamus ſpecies particulares relatorum. Sed in relatis eiuſdem appellationis vna eſt relatio communis nomine relatiuo ſignificata, verbi gratia, ſimile refertur ad ſimile, relata ſunt duo, ſed nomen relatiuum idem, quod ſignificat communem relationē ſimilitudinis. Quapropter neceſſe eſt, vt in his relatis, quando dicimus ſimile referri ad aliud ſimile, quia dictio, aliud, particulare deſignat, & in his relatis non ſunt particulares ſpecies relationis, ſed vna, & eadem relatio cōmunis, deſignet particulare indiuiduum, ſc. quoddam ſimile ad aliud ſimile, quod dicimus indiuiduum vagum. Ergo dictio, aliud, hoc loco deſignat quodpiam particulare relatiuum, ſcil. vel particularem ſpeciem in relatiuis diuerſæ appellationis, vel indiuiduum particulare in relatiuis eiuſdem appellationis. Vel etiam & fortè meliùs dicendum, quòd ſemper deſignat indiuiduum particulare, quia etiam in relatiuis diuerſæ appellationis particulare indiuiduum ad aliud particulare refertur, vt quidam pater ad aliquem filium, quamuis in his etiam ſpecies ad ſpeciem referatur, ſcil. Pater ad Filium.

20\. *3. concl. Cum enunciatur, quòd relatiuum cōmune refertur ad particulare, v. c. ſimile vt ſic, & per ſe primò refertur ad quoddam ſimile, ſo*

Sed videbimur fortaſſè tot dictis nihil egiſſe, cōfirmantes relatiuum referri ad aliud particulare relatiuum. Integra enim eſt quæſtio, quomodò relatiuum commune poſſit referri ad relatiuū particulare; verbi gratia, ſimile ad quoddā ſimile? Reſpondemus tamen his, & ſimilibus enunciatis nihil aliud ſignificari, quàm

lum ſignificatur quod relatiuum particulare ad particulare refertur.

quàm quòd relatiuũ particulare ad particulare referatur, quæ eſt veritas planiſſima. Attendendus enim eſt animus ad acceptionem terminorum. Nam cũ dicimus, Simile eſt ad aliud ſimile, in ſubiecto accipitur ſimile in actu ſignato; at verò in prædicato accipitur ſimile in actu exercito: & explicanda eſt propoſitio, Id, quod eſt ſimile ratione ſimilitudinis hoc habet, vt ad aliud ſimile ſit: Hoc enim ipſum poſtulat natura ſimilitudinis, vt quoddam ſimile ad aliud ſit. Quare etiam hæc pronunciata vera ſũt, & concedenda, Simile, vt ſic, refertur ad aliud ſimile, Eſſe ſimile per ſe primò refertur ad aliud ſimile: Non quia relatio illa communis vt ſic, opponatur relationi particulari, quod eſt impoſſibile; ſed quia vt ſic, & per ſe primò eſt ratio, vt particulare ſimile ad aliud referatur: & ita explicandum; Id, quod eſt ſimile, ratione ſimilitudinis, vt ſic, & per ſe primò hoc habet, vt ad quodpiam aliud ſimile referatur.

Declaratur. In eodem enũciato accipitur ſimile in ſubiecto in actu ſignato, in prædicato in actu exercito.

Explicatur idem enunciatum; Id quod eſt ſimile, ex eo qd eſt ſimile vt ſic, & per ſe primo, hoc habet vt ad quodpiã aliud ſimile referatur.

11. Obiectio.

Sed contra hoc arguitur, nam iuxta modum per ſe cauſandi, ædificator per ſe ædificat domum, & hic ædificator per ſe hanc domum. Ergo relatio cõmunis, vt ſic non eſt per ſe ratio, vt quoddam indiuiduum ad aliud referatur, ſed vt commune relatum ad commune referatur. Occurrendum eſt argumento. Reſpondemus igitur hoc eſſe ſingulare in relatiuis, vt inueniantur in numero, non in vnitate, quia ſunt ad aliud, ſcilicèt vnum ad aliud. Quare hoc ipſum inuenitur in indiuiduis ex participatione communis naturæ. Conſiderandum eſt tamen in his propoſitionibus particularibus manere terminum quendam communem. Dicimus enim hoc ſimile ratione ſimilitudinis, vt ſic, & per ſe primò referri ad aliud ſimile: hoc ſimile, & aliud ſimile particularia ſunt; ſed referri, eſt nomen commune, quod conuenit illis ratione ſimilitudinis communis, vt ſic, & per ſe primò. Et ita ſoluitur nodus, ſunt enim hæc minutiſsima, quæ niſi perſpicacitèr attendamus, facilè decipient. Itaque hoc ſimile hac ſimilitudine refertur, quia eſt hoc; ſed abſolutè ſimile ad ſimile refertur, non quia eſt hoc, ſed quatenùs ſimile primò, & per ſe.

Reſponſio. Singulare eſt in relatiuis vt inueniãtur in numero, non in vnitate, quia ſunt ad aliud, ſcil vnum ad aliud, ex participatione cõmunis naturæ.

In dicto enũciato termin', referri, eſt cõmunis.

Abſolutè ſimile ad ſimile refertur, nõ quia eſt hoc, ſed quatenus ſimile 1. & per ſe.

12. dubit. Relatiuum in actu ſignato quid ſit.

Reliquum eſt, vt explicemus quid ſit relatiuum in actu ſignato, & in actu exercito, vt veritas doctrinæ exiſtat, & eluceat. Relatiuum in actu ſignato eſt illud, quod in ea mentis appreheſione non refertur, quod idem in actu exercito refertur. Et hoc ipſum explicandum eſt, quanam ratione intelligatur relatiuum, quod eo ipſo intellectu relatiui non referatur? Nam in conſtitutione diuinæ perſonæ intelligimus relationẽ non cõcepto relationis, ſed vt eſt forma hypoſtatica, & in eo cõceptu non refertur, vt lib. 4. elucidabimus. Sed relatiuum conceptu ipſo relatiui, quomodò poſſumus concipere non referendo?

Reſolutio.

2. dub. vlterior quomodo relatiuum conceptu ipſo relatiui concipi poſſit non referẽdo?

13. Ad reſolutionem prænot. In re ipſa non diſtinguũtur relatum eſſe, & referri, ſeu relatio in actu ſignato, & in actu exercito. Oſtenditur ex cap. 15. n. 5.

Dicendum eſt ſecundum naturam rei idem eſſe referri, & relatum eſſe, & ita in natura rei non diſtinguitur relatio in actu ſignato, & in actu exercito, neque eſt relatio communis, ſed ſolæ ſunt relationes ſingulares inuicèm comparatæ, de quibus non eſt difficultas. Et ita arguebamus contra Scoti Commẽtatores, qui ponebant relationem ſine relato, & cauſam formalem ſine effectu: nam in his cauſis, quæ ſunt ſecundum rei naturam, idem eſt referri, & relatum eſſe; neque poteſt intelligi relatio cuius non ſit relatum: vel ſaltem debuiſſent concedere noſtro etiam intelligendi modo relata communia eſſe relata in actu ſignato, vt nunquam relatio communis ſine cõmuni relato ſit; & ita relatum, quod eſt genus ſummum, ſimplicitèr, & abſolutè eſſe relatiuum in illa ſua communitate. Sed tamen noſtro modo intelligẽdi aliud eſt referri in actu exercito, & aliud eſſe relatum in actu ſignato. Nam referri in actu exercito contingit, quando ipſa ratio comparat vnum cum alio Nonnũquam autem relationem comparamus cum ſubiecto, in quo eſt, quo pacto non referrimus illam ad terminum, ſed ad ſubiectum; & ita in illa conſideratione accipimus relatiuum, quaſi in actu ſignato comparando illud cum ſubiecto, vt rẽ quampiam aliam ſubſtantiæ inhærentẽ, vt anteà docuimus. Eodem modo in his enunciatis ob aliam tamen cauſam intelligimus relationem in actu ſignato, non referẽdo illam ad terminum, neque verò ad ſubiectum, in quo eſt, ſed omninò non referendo illam illa animi noſtri cõſideratione, qua concipimus communi conceptu.

Noſtro modo intelligẽdi diſtinguuntur. Oſtenditur.

Reſolutio. In poſito ad n. 10. enunciato, intelligitur relatio in actu ſignato, omninò non referendo illã eo communi conceptu. Declaratur.

14. In eo cõceptu modus ipſe intelligẽdi repugnat vſui relatiuo.

Itaque in iſto conceptu communi modus ipſe intelligendi repugnat vſui relatiuo, ſicut quando relationem comparamus

mus

Digitized by Google

mus cum ſubiecto, in quo eſt, modus ille cogitandi repugnat, & obſtat, quominùs relatio, vt in ſubiecto cogitatur, per cogitationem eandem referatur ad terminum. Similitèr conceptus ſimilitudinis, eo ipſo, quòd eſt communis, & non poſſumus intelligere duas ſimilitudines cõmunes inter ſe relatas, impedit actum referendi eodem conceptu iſtam relationem ad aliud: & ita intelligimus relationem in actu ſignato, non in actu exercito. Qui tamen conceptus eſt relatiuus non abſolutus; neque enim dicitur relatiuus, quia exercet actum referendi; ſed quia repræſentat formalitèr, & expreſsè quidditatem ipſam relationis. Neque ille conceptus eſt falſus, quia repræſentat relationem non referendo. Imò ipſa eſt quidditas relationis, vt ſecundum ſe nõ referatur in actu exercito, ſed ſit ratio prima, qua particulares relationes referuntur in actu exercito. Et hoc ipſum repræſentatur in illo conceptu communi ſimilitudinis, ſiue confuſo, ſiue diſtincto, ſcilicèt ratio ipſa communis, qua particularia ſimilia ſunt. Et ea eſt, & dicitur relatio in actu ſignato.

Is conceptus eſt relatiuus. *Nõ eſt falſus.* *Ipſa eſt quidditas relationis vt ſecundum ſe nõ referatur in actu exercito.*

15\. *1. conſect. Paternitas nõ poteſt intelligi in actu ſignato relatiuo conceptu. In communi conceptu non excluditur à ſuo vſu relatiuo. Secùs de ſimilitudine.*

Quapropter rectè repudiamus in lib. 4. illorum ſententiam, qui aiunt relationem in actu ſignato conſtituere perſonam: Nam paternitas, verbi gratia, non poteſt intelligi in actu ſignato relatiuo conceptu, quia ea relatio, quæ eſt diuerſæ appellationis ex ſua propria ſpecie habet terminum, & idcircò concepta cõmuni conceptu non excluditur à ſuo vſu relatiuo. Quis enim Patrẽ ſine Filio intelligat? Simile autem cõmuni conceptu non habet ſimile, ſed in particularibus. Quare communi conceptu intelligimus ſimile in actu ſignato, & cum definitur per aliud ſimile, iam explicatur in particularibus in actu exercito, vt docuimus.

16\. *2. conſect. Relatum vt ſic, quod eſt genus ſummũ, nõ refertur ad relatũ vt ſic. Ratio ex dictis. Relatũ vt ſic, in actu ſignato refertur ad particulare relatum in actu exercito, vt n. 9.*

Ex his tandem colligimus relatum, vt ſic, quod eſt genus ſummum, non referri ad relatum, vt ſic: quia vel referretur ad ſe ipſum, quod eſt impoſsibile; vel referretur ad relatum communius, quod cõplectitur relationes reales, & rationis, ſed neque ad communius poteſt referri, vt 1. p. huius capitis diſputauimus. Dicendum ergo eſt idem, quod de alijs relatis eiuſdem appellationis, ſc. relatum, vt ſic, referri ad particulare relatum, ſcilicèt relatum in actu ſignato dicitur referri ad particulare relatum in actu exercito, in ſenſu iam explicato. Sed aduertendum eſt, quòd in hoc particulari relato forma ſignificata nomine relati eſt amplior, continens relationes reales, & rationis, quia vel hæ, vel illæ terminant relatum, quod eſt genus ſummum continens ſolas relationes reales; ergo correlatiuum generis ſummi eſt cõmunius, quàm ipſum genus. Et ita quoad formã ſignificatam nomine correlatiui intelligimus aliquid communius, quàm genus ſummum; ſed quia hoc correlatiuum generis ſummi eſt particulare relatiuum in actu exercito, ex hac parte nõ eſt ipſum genus ſummum, neque aliquid communius, quàm genus ſummum; imò eſt particulare correllatiuum terminans aliud particulare relatiuum: & ita ſemper fit verum, quod relatum, vt ſic, non refertur in actu exercito ad magis cõmune, neque ad minùs commune; ſed eſt relatum in actu ſignato, cuius correlatiuũ in actu exercito eſt particulare relatiuum, ſicut diximus de ſimili. Et eodem modo eſt explicanda iſta propoſitio relatum, vt ſic, eſt ad aliud, ſcilicèt relatum particulare ex eo, quod eſt relatum, habet vt ad aliud particulare relatum referatur, iuxta prædicta.

Iſtud particulare, ſeu correlatiuum; quoad formã ſignificatam eſt communius, quàm ipſũ genus. *Prout eſt particulare relatiuum in actu exercito, terminans aliud particulare relatiuum, nõ eſt magis, nec minus commune, quàm illud aliud.*

17\. *Contra aſſertiones impugnatas p. 1. 1. corollar.* *Secundum.* *Tertium.* *4. corollar. Correllatiuũ generis ſummi cum accipiatur vt particulare in actu exercito, hac acceptione eſt minùs cõmune, quã ipſum genus; quod accipitur in actu ſignato.*

Conſectaria verò ſunt contra aliorũ impugnatas aſſertiones. Primum, Relatum vt ſic, ex natura rei eſſe relatum. Secundum, noſtro intelligendi modo relatum vt ſic, in actu exercito nõ referri. Tertium, Relatum in actu ſignato referri ad aliud ſcil. particulare relatum in actu exercito, eò quòd relatum vt ſic, habet in ſuo conceptu communi primã rationem referendi, qua omnia relata referuntur. Imò relatum, vt ſic, non ſolùm refertur per ſe, ſed per ſe primò: in actu tamen ſignato, vt ſæpiùs inculcauimus; & hoc modo ſicut intelligimus relationem communem, ita & communẽ relatum. Quartum, Correlatiuũ ſummi generis eſſe penes formam ſignificatam communius, quàm relatum, quod eſt genus ſummum, ſed acceptione minùs cõmune, vtpotè particulare correlatiuum in actu exercito. Vltimum corollarium: Scotus propè acceſsit ad hanc ſententiam, quam tamen non explicauit. Nam relatum non referri per ſe, ſed per ſua inferiora, non probè dicitur, quia eſſet relatum per accidens. Sed dicendum nõ referri in actu exercito, ſed in actu ſignato

nato referri eo ipſo, quòd ſua inferiora in actu exercito referantur, quorum prima ratio relatiua continetur in conceptu communis relati. Illud etiam improbari poteſt in Scoto, quòd refert ſola ſingularia inter ſe, vt A. ad B. Nam his propoſitionibus non ſignificantur ſingularia deſignata, vt liquet, ſed ſingularia vaga, ſcilicèt quoddam relatum ad aliud relatum, vt declaratum eſt. Cum enim dicimus relatum eſſe, quod ad aliud relatum refertur, aliud relatum ſignificat quodlibet particulare relatum, & eſt ſingulare vagum apud Dialecticos.

5. corollar.

Confirmatio.

18. HÆc autem opinio priſcis Philoſophis conſentanea eſt, quos refert Albert. Magn. 5. Metaph. tract. 3. cap. 7. exiſtimaſſe relatum commune exercere ſuam relationem per inferiora; & relationes communes eſſe relationes in actu concepto, ſingulares verò in actu exercito. Quo nihil potuit dici clariùs. Et idem ait in Prædicament. cap. 7. relatio enim in actu exercito non ſine ſingularibus explicatur, cum tamen ipſa ſit quid commune in actu ſignato, vt diximus. Idem confirmat Boetius his verbis cap. de relatione, *Quocirca cum vnius relatiui nuncupatio mox ſecum aliud trahat, ad aliquid per ſe vnum eſſe non poteſt.* Hoc eſt, ad aliquid per ſe hoc habet, vt non poſsit inueniri in vno ſingulari, quia aliud ſecum trahit. Hoc autē, quod eſt per ſe, proprium eſt relationis, non iſtius, aut illius, ſed communis: ea enim eſt natura relationis communis, vt non niſi in pluribus ſingularibus inueniatur, quod eſt in actu exercito plura complecti, ſcilicèt plura ſingularia. Hoc idem Simplicius dilucidiùs edocet. *Itaque ea,* inquit, *quæ ad aliquid ſunt, multa erunt ſecundum multitudinem eorum, quæ habent habitudinem, & dicuntur inuicèm.* Hoc eſt, relatorum. Quibus verbis ait relata, hoc eſt, ea ipſa, quæ ad ſe referuntur, oportere eſſe multa, videlicèt ſingularia. Et ſubijcit, *Sed ſecundum vnam habitudinem, quæ ſimilitèr in pluribus eſt, vnum eſſe intelligatur: nam ob hoc vnũ dicitur eſſe prædicamentum ad aliquid.* Quibus verbis ſignificat ea relata, quæ ſunt plura ſingularia, relatione eſſe vnũ, quia vna eſt relatio omnibus cōmunis; aliàs non eſſet genus. Et S. Auguſt. in libr. Cathegor. cap. 11. probiſsimè docuit non rectè dici ad aliquid, niſi cum ſingulare ad ſingulare refertur: quibus verbis ſignificauit eam eſſe relationis naturam, quæ non, niſi in ſingularibus, perfectè explicetur.

Alb. Magn.

Boetius. Relatio hoc habet per ſe & vt propriũ, vt non poſsit inueniri in vno ſingulari.

Simplicius.

S. Auguſt.

CAPVT XVI.

Argumenta refelluntur.

1. ARgumenta, quæ poſſent obijci cōtra noſtram ſentētiam hæc occurrunt. Primò: Definitionem relatorum, ſi perfectè explicetur, diximus conuenire ſingularibus; ſed ſingularia nullo modo definiuntur; ergo non ea recta eſt definitionis relatorum explicatio. 1. argum.

2. Secundò: Relatum eſt quid commune non ſolùm ſignificatione, ſed etiam ſuppoſitione dialectica; ergo non ſolùm ſignificat formalitèr relationem cōmunem, ſed etiam ſupponitur pro aliquo communi; non ergo ſupponitur, vel accipitur pro relatis ſingularibus. 2. argum.

3. Tertiò: Relatum eſt ad aliud, quod intelligitur aliud à ſe, ſcil. à ſe diſtinctum; ergo correlatiuum, vt ſic, habet relationem diſtinctam à relatione relatiui: ſed relatio relatiui eſt communis: ergo relatio correlatiui diſtinguitur à relatione communi relati; diſtinguitur, inquam, diſtinctione realiſic enim correlatiuorum relationes diſtingui diximus: ſed à relatione cōmuni relatiui nulla relatio realis creata poteſt eſſe re ipſa diſtincta; quia ſingulare à communi non diſtinguitur re ipſa: ergo hic modus explicandi definitionem relatorum per relationes diſtinctas re ipſa, veritatem non continet. 3. argum.

4. Quartò: Hoc relatum habet hanc relationem realem diſtinctam à relatione reali alterius correlatiui, & ſic ſingula habent; ergo relatum, vt ſic, habet relationem diſtinctam à relatione correlatiui: ſed relatum, vt ſic, non habet relationem ſingularem; ergo habet relationem communem diſtinctam à relatione correlatiui, quod eſt contra prædicta. 4. argum.

5. Quintò: Hoc relatum per ſe primò refertur ad hoc relatum, cui adæquatum eſt; & illud ad alterum per ſe primò: ergo relatum commune per ſe primò ad commune. Et confirmatur, quia relatio commu- 5. argum. Confirm.

communis non eſt prima, & adæquata ratio referendi hoc ad hoc; nam ratio adæquata iſtius relati, eſt ipſa relatio; ergo relatio communis, ſiquidèm eſt ratio adæquata referendi, erit ratio referendi commune relatum ad aliud commune relatum, & non hoc ad hoc.

6. 6. argum.

Sextò: Relatum reale, quod eſt genus ſummum, noſtro modo intelligendi refertur ad correlatiuum magis cõmune, quod complectitur relata realia, & rationis; ergo relatiuum iſtud, quod eſt cõmunius, refertur ad reale relatum minùs commune: ergo ſimilitèr relatum reale, quod eſt genus, poteſt referri ad relata alia contenta in illo genere: neque enim æquum eſt, vt concedamus relatum referri ad correlatiuum magis commune, & negemus referri ad minùs commune.

7. Vltimum.

Vltimò, argumentum præcipuum inſtat: Relatum mutuum vt ſic, refertur ad correlatiuum; ergo correlatiuum vt ſic, vel eſt æquè commune; vel magis commune, vel minùs commune.

Aduertenda.

8. 1. aduert.

Ex natura rei relatum eſt ad aliud ſiue relatiuum, ſiue abſolutum.

PRimùm aduertendum eſt, quod anteà docuimus, definitionem relatorum poſſe intelligi ex natura rei, vel noſtro modo intelligendi. Ex natura rei relatum non refertur per ſe ad relatum, ſed vel ad relatum, ſi mutua ſunt; vel ad abſolutum, ſi ſunt non mutua. Et ita intelligitur, quòd relatum eſt ad aliud, ſcilicèt ad aliud ens abſtracta notione à relatiuo, & abſoluto ente. At verò noſtro modo intelligendi, relatum eſt ad aliud relatum, ſiue illud ſit reale, ſiue rationis. Et vtroque modo correllatiuum generis relati eſt amplius quid, quàm genus relatum; quia vel continet abſolutum, & relatum, ſi explicetur relatio ex natura rei; vel continet relationes reales; & rationis, ſi noſtro modo intelligendi relatum ad correlatiuum referamus. Et hæc quidèm de forma ſignificata per nomen correlatiui, quę eſt vel ens commune relatiuo, & abſoluto, vel relatio communis realibus, & rationis; & ita correlatiuum eſt cõmunius, quàm genus relatiui. Sed quia hoc correlatiuum generis relati eſt particulare, & in actu exercito, ſit acceptione nominis particulare, vt diximus, quia relatum refertur ad aliud relatum, id eſt, ad particulare relatum modo iam

Noſtro modo intelligẽdi eſt ad aliud relatũ ſiue reale, ſiue rationis.

Correlatiuum quoad formã ſignificatã, eſt vel ens cõmune relatiuo, & abſoluto, vel relatio cõmunis realibus, & rationis.

Acceptione nominis ſit particulare.

A explicato. Vndè colligimus correlatiuũ differre ſignificatione formali à relatiuo, quod eſt genus, cum correlatiuum ſit quid amplius, & communius. Si tamen relatiuum accipiamus, vt complectitur relationes reales, & rationis, & loquamur de ſignificatione formali, ſcil. non de re, quæ eſt correlatiuum, quod eſt aliquid abſolutum ex natura rei, ſed de ratione ipſa formali relatiui, & correlatiui, certum eſt nõ differre penes formam ſignificatam, ſcil. penes relationem, quia vtrumque ſignificat relationem communem realibus, & rationis: differunt tamẽ B penes intelligendi modum; nam relatiuum ſignificat relationem, vt progrediẽtem ad aliud; correlatiuum autem ſignificat relationem, vt terminãtem. Quarè, ni fallimur, relatiuum ipſo modo ſignificandi ſignificat relationem in actu ſignato, ſcil. primo mentis conceptu communem, nullique oppoſitam; correlatiuũ autem ſuo modo ſignificandi ſignificat relationem in actu exercito, ſcilicèt præconcipiendo relatiuum, cuius correlatiuum ſit terminus. Hic tamen modus diuerſus intelligendi non variat commu- C nitatem conceptus, neque rem ſignificatam, quæ eſt relatio communis. Et ita vtrumque poteſt intelligi in actu ſignato, & de vtroque ſimilitèr videtur philoſophandum. Nam communi conceptu referri in actu exercito eſt impoſſibile, ſiue relatiuum ſit, ſiue correlatiuum. Et idem dicendum eſt de relatiuo mutuo, & de correlatiuo ſuo, quæ ſolo intelligẽdi modo differunt, cum ſignificent formalitèr idem genus relationis.

Eò quòd ſit cõmuni' differt ſignificatione formali à relatiuo, quod eſt genus.

Differunt etiã ex proprio modo intelligendi, quo relatiuũ ſignificat relationẽ vt ꝓgrediẽtem, ac proindè in actu ſignato: Correlatiuum vt terminantẽ ac proindè in actu exercito, & vt particulare.

Vtrumque poteſt intelligi vt commune cõceptu & re ſignificata, ac proindè in actu ſignato.

9.

Adhùc tamen obſeruandum eſt in relatis eiuſdem appellationis relatum ex natura ſua, neque ipſa non variari penes D actum ſignatum, & exercitum, qui ſunt modi intelligendi rem non inuenti in re ipſa. Quare ſicut relatum ex natura rei nihil eſt præter ſingularia, ita & relatum ad aliud nihil eſt re ipſa, niſi ſingula relata ad alia. At relatum, vt eſt quid commune, iam ſubit intelligendi modum, & intelligitur in actu ſignato, & non refertur in actu exercito, ſed in illo actu ſignato dicitur referri per hoc, quod habet primam rationem referendi.

Relatum in actu ſignato dicitur referri ꝑ hoc quod habet primã rationẽ referẽdi.

10.

Aduertendum etiam eſt quòd in hac enũciatione, Simile refertur ad aliud ſimile, tam in ſubiecto, quàm in prædicato ſimile accipitur pro rebus indiuiduis ſimili-

In hac, Simile refertur ad aliud ſimile, vtrinque ſimile accipitur pro rebus indiuiduis

Digitized by Google

ſimilibus, pro quibus verificatur.

ſimilibus, pro quibus verificatur, vt aiũt Dialectici, quia in illis oſtenditur veritas enunciationis, ſed ſubiectum in actu ſignato, prædicatũ in actu exercito: & iterùm, ſubiectum eſt nomen cõmune, prędicatum autem particulare propter notam illã particularẽ, aliud; nam aliud ſimile eſt particulare ſimile. Quòd ſi prædicatum non notetur illo ſigno particulari, ſed dicamus, Simile ad ſimile refertur, vtrobique ſimile eſt nomen cõmune, ſed in ſubiecto accipitur in actu ſignato, & in prædicato in actu exercito. Et hoc ſatis eſt ad explicationem traditæ doctrinæ, vt in ſubiecto ſignificetur ſola ratio referendi, & in prædicato ſignificetur relatiuus vſus.

11. Denique conſiderandum eſt relatum mutuum eſſe genus quoddã relati, quod eſt eiuſdẽ appelationis, vt apparet; & idcircò nõ refertur in actu exercito, ſed in actu ſignato ad modum iam explicatũ. Nõ ergo dicitur relatũ mutuũ, quia habet aliud relatum æquè cõmune ſibi mutuò oppoſitũ: ſed quia in hoc genere relatorum particularia relata habent relationes reales vtrinque oppoſitas, genus ipſum dicitur relatum mutuum, accepto nomine à relatis particularibus in actu exercito, quorum prima ratio vicisſitudinis relatiuæ eſt in ipſo genere mutui relati, ſed in actu ſignato.

Genus relati dicitur mutuũ accepto nomine à relatis particularibus in actu exercito.

Reſponſio.

12. Ad 1. arg. 1. Reſponſ.

AD primũ argumentum reſpõdetur ſingularia non definiri, vt ſint definitũ formale; illud enim eſt quidditas cõmunis: & ita in definitione relatorũ definitur relatio tanquã definitũ formale, cuius natura explicatur, vt diximus: benè tamẽ poſſunt definiri ſingularia ſub illa ratione communis formæ definitæ, quia hæc forma cõmunis, ſc. relatio, hoc habet per ſe propriũ, vt nõ, niſi in ſingularibus, explicetur perfectè. Dicim' etiã ſingulare deſignatũ nõ definiri; ſc. Petrũ, vel Paulũ; benè tamẽ ſingulare nõ deſignatũ, vt eſt perſona, hypoſtaſis. Similitèr in definitione relatorum accipimus ſingularia non deſignata, ſed vaga, cum ita explicamus, quòd particulare relatũ ad aliud particulare refertur, vt expoſuim'.

Poſſunt definiri ſingularia relata ſub ratione communis formæ relatiuæ definitæ.
Ratio.
2. Reſponſ.
Singulare nõ deſignatũ poteſt definiri, vt perſona, hypoſtaſis.

13. Ad 2. arg. Vt nomen ſit ſuppoſitione commune, ſatis eſt vt cum diſiunctione ſupponatur ꝑ pluribus, ſcil. pro vno, vel pro alio.

Ad ſecundũ reſpõdetur, quòd, vt nomen ſit ſuppoſitione commune, non eſt neceſſe, vt ſupponatur pro re aliqua cõ- A muni, ſed ſatis eſt vt cum diſiunctione dialectica ſupponatur pro pluribus partito modo, ſcilicet pro vno, vel pro alio, quod lib. 2. partìm tractatũ eſt, & lib. 5. erit iterùm explicãdum. Relatum igitur nihil habet commune, prò quo ſupponatur, quia ſubſtantiæ, & accidenti nihil eſt commune, ſaltèm quod ſit in genere: neque verò ſupponitur pro ipſa intentione ſingularis: ſed ſupponitur pro quauis re ſingulari, ſeu potiùs particulari, ſiue ſit ſubſtantia, ſiue accidens. Et hoc modo eſt commune nomen.

Relatum ſupponitur ꝑ quauis re particulari.

14. Ad 3. arg. Hæc, Relatum vt ſic, diſtinguitur à ſuo correlatiuo diſtinctione reali, explicanda eſt in actu exercito.

Ad tertium reſpondetur relatũ à correlatiuo diſtingui reali diſtinctione, vt argumento intenditur; genus autem nõ diſtingui à ſuis particularibus, reali diſtinctione B affirmamus: ſed adhùc eſt verũ, quòd relatum, vt ſic, diſtinguitur à ſuo correlatiuo diſtinctione reali, quia non eſt ſenſus quòd genus commune diſtinguatur à ſuo particulari; ſed quòd particulare à particulari diſtinguatur, cuius diſtinctionis realis prima ratio cõtineatur in ipſo genere communi; ſicut enim in illo eſt prima ratio referendi, eſt etiã prima ratio diſtinctionis relatiuæ, & oppoſitionis.

Sicut in genere cõmuni relati eſt prima ratio referẽdi, eſt etiã prima ratio diſtinctionis relatiuæ, & oppoſitiõis.

15. Ad 4. arg.

Ad quartum reſpondetur, quòd conſequentia eſt optima; & ita cõſequẽs eſt, quòd relatum, vt ſic, habeat relationem C diſtinctã à ſuo correlatiuo; ſed explicanda eſt propoſitio in actu exercito, ſcil. Relatũ eſt id ſingulare, ſiue particulare, quod habet relationẽ diſtinctam à correlatiuo. Quòd ſi obijcias relatum vt ſic, non eſſe ſingulare, ſed cõmune. Reſpondetur notam illam, vt ſic, quam dialectici vocant reduplicãtem, poſſe attingere formam relatiui, ſcil. relationem; & ſubiectum relationis, ſc. id quod refertur. Primo modo indicat genus cõmune, & in eo ſenſu eſt verũ quòd relatum, vt ſic, formalitèr eſt aliquid commune nõ ſingulare. Secundo modo relatũ, vt ſic, eſt D ſingulare vagum, de quo verificatur nomen iſtud: quia id, quod eſt relatum, ſcilicèt ſubiectum relationis, in quo exercetur relatio, eſt ſingulare, non deſignatum, ſed vagum; vt docuimus.

Obiectio.
Reſponſio.
Si per notam reduplicãtem vt ſic, indicetur ſubiectum relationis, Relatũ vt ſic, eſt ſingulare vagũ.

16. Ad 5. arg.

Ad quintum reſpondetur, quòd relatio communis non eſt ratio referendi in actu exercito ipſum commune relatum, quod eſt relatum in actu ſignato; benè tamen eſt prima ratio referendi indiuidua, vt in notationibus expoſuimus.

Digitized by Google

17. Ad 6. arg.

Ad ſextum etiam reſpõſum dedimus explicantes, quomodò intelligatur correlatiuum in actu exercito eſſe communius, quod aliàs eſt indiuiduum; eſſe que correlatiuum in actu exercito non relati communis, ſed alterius indiuidui, pro quo nomen relatiuum reale ſupponitur. Relatum enim in genere, vt eſt in actu ſignato, ſcilicèt illa vnitate rationis nõ refertur: quia non diſtinguitur reali diſtinctione à correlatiuo, vt oportet diſtingui relatum reale.

Relatum in genere vt eſt in actu ſignato, & in vnitate abſtractũ non refertur.

18. Ad vltimum. Correlatiuum mutuũ vt ſic, in actu ſignato, & in vnitate abſtractum eſt ipſum relatiuum mutuũ alio nomine ſignificatũ.

Ad vltimum reſpondetur, quòd correlatiuum mutuum, vt ſic, in actu ſignato, & in vnitate abſtractum, neque eſt æquè cõmune, neque minùs, neque magis commune, quàm relatiuum mutuũ, quia eſt ipſum relatiuum mutuum alio nomine ſignificatum, vt docuimus; cum ergo hoc relatum ad ſuũ correlatiuum referimus, aliud in actu ſignato, aliud in actu exercito accipiẽdum eſt, vt in particularibus relatiuis relationem exerceamus, diſtinctionemque realem, & oppoſitionem, quemadmodum de relatiuo ſimili philoſophati ſumus.

CAPVT XVII.

Vnum relatum eadem relatione refertur ad plura.

1. VLtima quæſtio philoſophica eſt diuinis rebus inſeruiẽs, vtrùm vnũ relatũ relatione eadẽ referatur ad plura?

2. Quæſtio eſt de relatione eadem, non ſpecie, ſed numero.

Non dubium eſt, quin plures relationes ſpecie diſtinctæ poſſint ſimùl ineſſe eidem ſubiecto, ita vt vnum relatũ, hoc eſt ſubiectum vnum, pluribus relationibus ſpecie diſtinctis, ad plura referatur. Sed quærimus vtrùm in eodẽ ſubiecto, & in eadem parte ſubiecti poſſint inueniri relationes plures ſolo numero diſtinctæ, quibus illud ſubiectum ad plura referatur, vt plures ſimilitudines in eadem albedine, & in corpore eodem.

3. 1. ſent. *Scot.* negat vniuerſim. 2. ſent. *Fonſeca*, negat cum diſtinctione.

Ioan. Scot. in 3. d. 8. q. vnica, opinatur vnum ſimile, v. g. reſpicere omnia ſibi ſimilia tot relationibus, quot illa ſũt, quæ reſpicit. Aliorum verò opinio eſt rectè quidèm dictũ, quòd vnum relatiuũ referatur ad plura pluribus relationibus; nõ tamẽ id vniuerſim verũ eſſe: quãdo enim vnum relatũ ex propria ratione exigit plura relata, ſufficere inquiunt in illo relationẽ vnã, vtpotè quæ nõ conſtet, niſi ad plura referatur: quo pacto fili⁹ ad pa- A trem, & matrem vna relatione refertur, quia filius ope naturæ non poteſt gigni, niſi à duobus; ergo filius vna relatione ad duos refertur: & totũ, quia nõ cõſtat ſine partibus, vna relatione refertur ad plures partes. At verò ſimile, cui ſat eſt alterũ ſimile, ſi plura habeat ſimilia, pluribus relationibus aiunt ad illa referri.

4. 3. ſent. *S. Thom.* affirmat vniuerſim *Caiet.* *Capreol.*

At verò S. Thom. 3. p. q. 35. ar. 5. & in 3. ſent. d. 8. q. art. 5. & quodlib. 9. art. 4. affirmat vnum relatũ vniuerſim ad omnia relata oppoſita, eadem relatione referri. Idem confirmat Thom. Caiet. cõmẽtario in 3. p. argutiſsimè, & Ioan. Capreol. in 3. loco eodem, cum Auctore. B

5. Ad probationes aduert. Relatum non definitur per aliud, quaſi per id à quo ſpeciem habet, cum relata ſint ſimul etiã cognitione.

Aduertendum igitur eſt, quòd vnum relatum non ducit ſpeciem ab alio oppoſito: nam quæ ſpeciem præbẽt, priora ſunt, vt S. Thom. notauit; relata autem ſunt ſimul etiam cognitione: & quidèm eſſet circulus prioris, & poſterioris; cum enim relata definiãtur ad inuicem, ſi ab alterutris haberent ſpeciem, eſſent alterutris priora, & poſteriora. Non ergo relatum definitur per aliud, quaſi per id, à quo ſpeciem habet: ſed potiùs definitur ad aliud; quia hæc eſt propria ratio relati, vt aliud reſpiciat, quod Albert. Mag. ſcitè docuit. Differunt ergo relationes C ſpecie, ſicut & alia abſoluta, per proprias differentias, quas à fundamentis indagamus, & à conditionibus fundãdi. Et ita etiam paternitas. & filiatio diſtinguũtur ſpecie, nõ quia oppoſita ſunt; ſed quia paternitas fũdatur in generatione actiua, & filiatio in paſsiua. Iam ergo hoc quæritur, vtrũnè relatũ, quãuis non habeat ſpeciẽ à relatione oppoſita, habeat tamẽ numerũ ab ea; ita vt propter ipſum reſpectũ vnius ad alterũ, relationes hinc indè oppoſitæ totidẽ ſint: ita, inquam, vt numerus non æſtimetur penes ſubiecta D relationũ, ſed penes ipſam comparationẽ, & reſpectũ: & ita licèt relationes plurium filiorũ ſint in pluribus illis filijs, tamen in vno Patre ſunt totidẽ paternitates, vt numerus numero æquetur. Videtur autẽ hoc poſſe perſuaderi, quia oppoſitio relatiua, licèt nõ neceſſariò afferat diſtinctionem ſpecificam, affert tamen numericam; & ita numerus relationum oppoſitarum videtur eſſe par.

Definitur ad aliud. *Alb. Magn.*

Differentiæ ſpecificæ relationum indagantur à fundamentis, & cõditionibus fũdandi.

Difficultas, vtrùm ſaltem numerus relationum æſtimetur penes relationes oppoſitas?

Pro parte difficultatis affirmante argum.

6. Pars negans certa eſt. Probatur.

Nihilominùs illud certum eſt, quòd vna numero relatio non dat vnitatẽ relationi oppoſitæ: vnitas enim ſpecifica eſt vnitas rationis; & tamen eam vnitatem

Digitized by Google

tem relatio nō accipit à relatione oppoſitâ, tanquam à cauſa ſpeciei: multò ergo minùs opinabile eſt, quòd accipiat vnitatem numericā, quæ eſt vnitas realis. Et confirmatur, quia cauſa vnitatis numericæ, ſiue indiuiduæ eſt cauſa realis ipſius formę, quam vnitas comitatur: impoſsibile autem eſt, quòd vna relatio ſit cauſa realis alterius relationis oppoſitæ; ergo neque eſt cauſa vnitatis eius numericę: ergo neque numerus relationum eſt cauſa numeri relationum oppoſitarum; eadem enim eſt cauſa vnitatis, & numeri, qui ex vnitatibus oritur.

Confirm.

Vt relatio ipſa, ita eius vnitas non cauſatur à relatione oppoſita.

7. His conſtitutis probatur noſtra ſententia primò ex parte materiæ, ſiue ſubiecti, à quo vnitas numerica ſumitur, teſte Ariſtotele, vt lib.4. explicabimus: In ſubiecto vno nō poſſunt eſſe formæ duæ eiuſdem ſpeciei; ergo in Patre vno non ſunt duæ paternitates, ſed vna, qua refertur ad filios duos, vel plures.

3. ſententiæ 1. probatio ex parte cauſę materialis relationum.

8. Deindè probatur ex parte agētis; natura enim nihil facit ſuperuacaneū, ſed ſicut vna albedine vnum corpus eſt ſatis albū; ita vna paternitate homo vnus eſt ſatis pater plurium filiorum: ergo inſcitè importatur numerus penè infinitus relationum. Nam ſi ſint mille alba ſimilia, in ſingulis albis erunt mille ſimilitudines; & ita numerus relatorum infinitis vicibus excedet numerū rerum abſolutarum.

2. probatio ex parte agentis abhorrentis ſuperflua.

9. Adhùc idem probatur ex parte ipſius formæ relatiuæ: nam etſi non eſſent cōmentitiæ illæ hæccitates Ioan. Scoti, de quibus lib.4. diſſeremus: quibus duæ formæ in eodem ſubiecto diſtinguerentur, ſingulæ per ſuam hæccitatem; adhùc oſtendemus eam diſtinctionē numericā non conuenire relationibus eiuſdē ſpeciei in ſubiecto eodē; nam relationes nō accipiunt numerū à relationibus oppoſitis, vt probatū eſt: ſed neque per ſe ipſas numerū afferūt; probatur, nam relatio cōparata cū relatione, cum qua non opponitur, ita ſe habet, ac ſi eſſet abſolutum; oppoſitio enim relatiua eſt ad alterū: quare relationes quædā ſunt in eodem fundamēto, quædā in diuerſis; ergo duæ paternitates in ſubiecto eodē nihil habent, quo diſtinguantur, cum omninò oppoſitæ non ſint; diſtinctio autē eſt oppoſitorum: ſicut ergo in eodem ſubiecto non ſunt duæ albedines, quia non ſunt oppoſitæ; ſed vna albedo eſt: ita neq; in

3. probatio ex parte ipſius formæ relatiuæ.

Sumitur 1. ex n.6.

Secundò.

Vt duæ albedines, ita duæ paternitates in ſubiecto eodē nihil habent quo diſtinguātur, cum non opponantur.

A eodem Patre ſunt duæ paternitates, cum oppoſitæ non ſint. Confirmatur, quoniā relatio ſumit ſpeciem, & vnitatem ſpecificam à fundamēto tanquam à cauſa: ergo ſi contendas à ſubiecto non ſumi vnitatem numericā, ſaltèm relatio, quæ à fundamento aliquo modo ſpeciem accipit, accipiet quoque vnitatem numericam à fundamento: ſed fundamentum eſt vnum numero, ſcil. vna albedo, vna forma generantis; ergo & relatio vna numero eſt, ſcilicèt vna ſimilitudo, vna paternitas.

Confirm.

Licèt dicatur à ſubiecto nō accipi vnitatem numericā, ſaltèm relatio illam accipit à fundamento.

B Denique idem probatur intendendo argumentum ijs, qui concedunt relationē non diſtingui ſimplicitèr à fundamēto; quàm opinionem exiſtimamus verā eſſe. Ponamus ergo in cādore vno ſimilitudines duas, vtraq; ſimilitudo eſt res eadem, quæ eſt candor, & ſunt eiuſdem ſpeciei; ergo vtraque ſimilitudo eſt vna res indiuidua; ergo vna indiuidua ſimilitudo. Nam in rebus diuinis negamus hanc conſequentiā, Pater, & Filius ſunt res vna abſoluta; ergo non ſunt res duæ relatæ: propter infinitatē, & ſimplicitatem Deitatis, ob quā eſſentia, & relatio eſt res vna; relationes autem oppoſitæ ſunt res duæ. C In rebus verò creatis non poſſūt eſſe ſolo numero diſtincta ea, quę ſunt vna res numero. Explicatur hoc magis; nam res iſtæ, quæ non ſimplicitèr diſtinguūtur ab alijs, ſed ſunt quaſi rerū aliarum appendices, & augmenta, habēt vnitatē à rebus, quibus cohærent. Idcircò enim figura, & quantitas ſimplicitèr dicitur res vna, quia figura eſt ipſa quantitas cum quadam adiectione. Et ideò impoſsibile eſt, quòd in quantitate eadē ſint plura indiuidua figuræ, cū tota vnitas indiuiduæ figuræ à quātitate vna petatur, eò quòd ipſa figura, & quantitas D ſimplicitèr eſt res vna. Cum ergo ſimilitudo, & albedo ſimplicitèr ſit res vna, impoſsibile eſt quòd in albedine eadē ſint multa indiuidua ſimilitudinis: cum tota vnitas indiuidua ſimilitudinis ab albedine petatur, ſiquidèm ſimilitudo, & albedo eſt ſimplex res vna. Non poſſunt ergo eſſe in eodem fundamēto relationes plures eiuſdem ſpeciei, ſolùm materialitèr diſtinctæ, non ſpecie, ſed ſolo numero: ſiquidèm illa vnitas indiuidua, ſiue materialis, aut numerica ab vnitate fundamēnti deriuatur; cū relatio, & fundamentū ſit res vna. Aliqui reſpōdēt

10.

4. probatio procedit, ſi ponātur in candore vno ſimilitudines duæ, nō diſtinctæ ab eo ſimplicitèr iuxta verā opinionem.

In rebus creatis non poſsūt eſſe ſolo numero diſtincta ea, quæ ſunt vna res numero.

Explicatur magis.

Rerum appendices, & augmenta ab ijſdē habent vnitatem.

Impoſsibile eſt in quantitate eadem eſſe plura indiuidua figuræ.

Reſponſio.

Digitized by Google

duas illas ſimilitudines nõ eſſe res duas reali numero diſtinctas, ſed quaſi formalitèr diſtingui. Hoc autẽ abſurdiſsimum eſt; nam vbi ſunt ſpecies diſtinctæ, ſunt quoque indiuidua ſub ſpeciebus diſtincta, etſi nõ diſtinguãtur reali diſtinctione perfecta; vt hæc albedo, & hæc ſimilitudo ſunt indiuidua diſtincta, quia ſunt diuerſarum ſpecierũ, imò & generum diuerſorum indiuidua: ſed quòd eiuſdem ſpeciei ſint duo indiuidua diſtincta non reali numero, ſed formalitèr, incredibile eſt & paradoxũ. Et probatur, quoniã diſtingui formalitèr, eſt diſtingui definitione, & ſpecie; ſed hæc indiuidua ſunt eiuſdẽ ſpeciei, & formæ; ergo non diſtinguuntur formalitèr. Idem probatur iterato argumẽto, quoniam in Deo diſtinguimus in re eadem res duas, ſcilicèt in eſſentia relationes; quia relatio, & eſſentia non opponũtur, ſed ſunt res eadem; relatio autem, & relatio opponuntur, & ſunt res plures: ſed in eodem candore ſimilitudo, & ſimilitudo non opponuntur: ergo non ſunt duæ ſimilitudines, ſed vna, ſiquidèm ſunt res vna, cum ſit idem candor: à candore autem diſtinguuntur relationes, quaſi numero, quia opponũtur formalitèr candori, vt res diuerſi generis; quia enim ſimilitudo, & candor ſunt diuerſi generis, hæc ſimilitudo, & hic candor ſunt duo indiuidua aliqualitèr numero diſtincta: ſimilitudo autem, & ſimilitudo non poſſunt eſſe in candore eodem indiuidua diſtincta cum ſint idem candor, & res eadem. Itaque cum duæ ſimilitudines in candore eodem nõ diſtinguãtur numerica diſtinctione, quia ſunt res eadem; neque formalitèr, quia ſunt eiuſdem ſpeciei: conficitur, vt nullatenùs diſtinguantur; ſed vna ſit ſimilitudo, non duæ. Aduerſarij autem nullã cauſam indicant numeri relationũ eiuſdem ſpeciei in ſubiecto eodem; ſed rem agunt argumentis petitis aliundè, quæ erunt cap. ſequenti refellenda.

Refellitur.

Incredibile eſt quòd eiuſdẽ ſpeciei ſint duo indiuidua diſtincta non reali numero, ſed formalitèr

Probatur 1. Formalitèr idẽ eſt ac definitione, & ſpecie.

Probatur 2. In Deo relatio & relatio opponuntur.

In eodem cãdore ſimilitudo & ſimilitudo non ita.

Candor & ſimilitudo diſtinguũtur, quaſi numero, quia opponuntur formalitèr, vt res diuerſi generis.

11. Secũda verò opinio, quæ videtur eſſe media, minùs eſt conſentanea rationi, quàm duæ extremæ. Nam argumenta Ioan. Scoti ſiquid probant, vniuerſim probant, plures relationes exigi in relato eodem, quibus ad plura referatur; ergo etiam Filius ad Patrem, & matrẽ pluribus relationibus refertur: quod facilè erit oſtendere coaptando argumẽta, quę cap. ſequenti proponemus pro Scoto ad

2. ſententiæ improbatio ex argumẽtis Scot. cap. 18. proponendis.

A hoc etiam probandum, quòd Filius duabus relationibus referatur ad Patrem, & matrem; ſcilicèt, quòd Pater, & mater ſunt duo relata adęquata, ſicut duo ſimilia: quòd item alia ratione ad Patrem, alia ad matrem referatur: & quòd ceſsãte relatione ad Patrem per obitum eius, adhùc referatur ad matrem, alia ſcilicèt relatione. Cui argumento reſponſio illa nequaquam facit ſatis, quòd filiatio tũ maneat defuncto altero parente; quia ab vtroque parente ſimùl pendet, eò quòd ſit genitus ab vtroque; & idcircò eandem relationem manere, dum alter B parens ſuperſtes eſt. Hæc, inquam, reſponſio nullius momenti eſt; nam ex eo quòd ab vtroque pendet, colligendum potiùs eſſet, quòd nõ maneret, niſi vtroque ſuperſtite. Et confirmatur, ex eo enim quòd vnum relatum pendet à duobus relatis oppoſitis per accidens, cum poſſet pendere ab vno ſolo, refertur tamen (vt aiunt) ad illa duo relata duabus relationibus; verbi gratia vnum ſimile ad duo ſimilia: refertur enim per accidens ad duo, quia poſſet referri ad vnũ ſolum, ſi vnum ſolum eſſet eius correlatiuum; C ſed filius per ſe pendet à duobus; ergo refertur ad duo duabus relationibus. Probatur conſequẽtia, magis enim pendet filius à duobus, cum per ſe pendeat ab illis, quam ſimile, quod pendet à duobus per accidens: ſi ergo omne relatum pendens à pluribus, refertur pluribus relationibus; multò magis illud, quod pendet à pluribus per ſe. Et explicatur hoc, nam modus per ſe, & neceſſarius non mutat numerum, aut vnitatem entis, imò confirmat: ſi ergo vnum relatum ad plura, habeat relationes plures; certè per hoc, quòd per ſe, & neceſſariò D reſpicit plura, non mutatur numerus relationum, imò eſt per ſe & neceſſarius. Adhùc verò ex alia parte improbatur hæc opinio, quoniam filius pendet per ſe à duobus duntaxat ſecũdum generationem; generatio autem eſt conditio fundandi relationem, quæ conditio tranſit; ipſum verò fundamentum manet, ſcilicèt forma geniti in filio, & in Patre, aut matre forma generantis. Cum ergo relatio ſit forma manens, pendenſque à fundamento manẽte, quæ in relatis oppoſitis ſimùl exigit fundamẽta manẽtia, non magis cenſenda eſt filiatio pendere per ſe à pluribus, quã ſimilitudo: quia p accidens

Primum.

Secundum.

Tertium.

Reſponſio.

Refutatur.

Confirmatio argumentorũ. Si relatum pẽdens per accidẽs à pluribus relatis, refertur ad illa pluribus relationibus, à fortiori quod per ſe pẽdet à pluribus ſic refertur.

Modus per ſe, & neceſſarius non mutat numerum, aut vnitatem entis, imò confirmat.

4. arg. Filius pendet per ſe à duobus duntaxàt ſecundum generationem.

Relatio eſt forma manẽs, pẽdenſque à fundamento manente.

Digitized by Google

accidens eſt ad relationem filij, quòd referatur ad vnum, vel ad duos; ſicut per accidens eſt ad rationẽ ſimilis, quòd referatur ad vnum ſimile, aut ad plura. Vel ergo dicendũ eſt cum Scoto omne relatum ad plura relata pluribus referri relationibus. Vel quod verũ eſt cũ S. Tho. ſentiendum, relatum vnius ſpeciei vna relatione indiuidua effectum eſſe.

12. Illud etiã probabilitèr aſſerimꝰ, quòd quamuis vnum relatum ad plura ſpecie diſtincta referatur pluribus relationibꝰ ſpecie diſtinctis; quia relationes oppoſitæ ad inuicẽ definiuntur, & nõ poteſt ſimile referri ad æquale, ſed ad ſimile ſimile, & ad æquale æquale: tamẽ quando ſunt correlatiua eſſentiali ordine coniũcta, vna relatione refertur aliquid ad plura, v. g. ſi indiuiduum eadem relatione dicatur referri ad ſpeciẽ, & genus; & genus relatione eadem ad ſpeciẽ, & indiuiduum; & vox ad cõceptũ, & res ſignificatione eâdem refertur, quæ tamẽ ſunt relationes rationis: & idcircò filius quoque refertur ad Patrem, & matrẽ relatione eadem; quia relationes Patris, & matris etiamſi ſint ſpecie diſtinctæ, vt S. Thom. ait q. 31. art. 5. ſunt tamen quaſi partiales, & ordine generationis coniũctæ, vt Thom. Caiet. ibidem commentatur. Quod intelligendum eſt non variata ſpecie relationis: nam filius per patrẽ refertur ad auum, ſed refertur relatione alia, non filij, ſed nepotis. Quòd ſi placet has relationes eſſe ſpecie diſtinctas, erũt quoq; numero, ſiue indiuiduo diſtinctæ.

Vna relatione refertur aliquid ad plura correlatiua ſpecie diſtincta, quãdo ſunt eſſentiali ordine coniuncta. Exempla.

S. Thom.

Caiet.

CAPVT XVIII.

Argumenta refelluntur.

1. 1. argum.

PRo partibus Ioan. Scoti arguitur: Relatum æquè refertur ad omnia relata oppoſita; ergo quodlibet illorum eſt illi adæquatè oppoſitum; ergo ſingulis relationibus refertur ad ſingula.

2. 2. argum.

Secundò: Pater eſt ſimul tempore, & naturâ cum filio primo; & eſt illi poſterior tempore, & naturâ filius ſecundus: ſed relationes ſunt ſimùl tempore, & naturâ: ergo alia relatio Patris eſt, quæ eſt ſimùl cum filiatione prima, & antecedit ſecundam; alia verò eſt in patre relatio, quæ ſimùl naturâ eſt cum ſecunda filiatione.

3. 3. argum.

Tertiò arguitur: Pater alia, & alia ratione refertur ad vnũ, & alterum filium, ſcilicèt propter generationes diſtinctas; ſed ratio referendi eſt ipſa relatio; ergo alia & alia relatione ad vtrũque refertur.

4. 4. argum.

Quartò: Per primam generationem aduenit Paternitas generanti; ſed ſecũda generatio eſt eademmet cauſa relationis; ergo per ſecundam generationẽ aduenit quoque paternitas; & non eadẽ; ergo diſtincta. Confirmatur, quia alio filio mortuo paternitas definit; & nõ definit illa, quæ eſt ad filium ſuperſtitem; ergo alia: ſunt igitur plures relationes in ſubiecto eodem. *Confirm.*

5. 5. argum.

B Quintò: Forma corrupta per naturã redire non poteſt, quod etiam de relationibus ſentit S. Thom. quodlib. 4. art. 5. & 4. contra gent. cap. 81. ſi igitur primogenitus moriatur, paternitas in parente ſimùl interit; & deindè ſuſcepto alio filio redditur illi paternitas; vel ergo ſunt illæ paternitates duæ, vel eadẽ paternitas quæ interierat, excitatur, & redit. *S. Thom.*

6. 6. argum.

Sextò: Qui cognoſcit vnum relatum numerò determinatum cognoſcit etiam eius oppoſitum, vt docet Ariſt. in prędicam. cap. de relatione; ſed qui cognoſcit C Ionã habere filiũ Cephã, cognoſcit indiuiduã paternitatẽ Ionæ ad Cephã, & nõ cognoſcit (vt accidit) paternitatẽ eius ad filios alios; ergo ſũt paternitates plures.

Qui cognoſcit vnum relatum numero determinatũ cognoſcit etiã eius oppoſitũ. Ariſt.

7. 7. argum.

Septimò: Pater prima paternitate reſpicit per ſe primò filium primũ; ergo eadem paternitate non reſpicit ſecundũ. Probatur: quoniam id, quod eſt per ſe, imò primò, & per ſe, non variatur. Et cõfirmatur, quia impoſsibile eſt quòd paternitas, quæ per ſe primò reſpicit primogenitum; eo vita defuncto, referatur ad ſecundum, & non ſimùl intereat cum primo, quem per ſe primò reſpicit. *Confirm.*

8. 8. arg.

D Octauò: Idem fundamentũ poteſt fũdare relationes ſpecie diſtinctas, quę magis diſtant; ergo poteſt fundare relationes numero diſtinctas, quę minùs diſtãt. Et confirmatur, quoniã ſicut paternitas fundatur in generatione, ita hæc paternitas in hac generatione: ſed ſunt generationes plures; ergo & paternitates plures. Quòd ſi reſpondeas nõ addi relationem nouam, ſed præcedentem augeri. *Confirm.*

9. 9. arg.

Nonò arguitur contra id augmentum relationum; Omne enim augmẽtum habet ordinem partium, vt ordinem intenſionis graduum, vel ordinem extenſio-

Digitized by Google

niſ: relatio autem æquè reſpicit relationes omnes oppoſitas, nõ magis, aut minùs, vt probatũ eſt. Et confirmatur, quia ita poteſt exiſtere paternitas ad primum filium relata ſine augmento ad ſecundũ; ſicùt ad illum ſecundum relata poteſt exiſtere defuncto filio priori: ergo relata ad filium priorẽ non accipit augmentum, ſed aduenit relatio diſtincta ad filium ſecundum.

Confirm.

10. Vltimum.

Vltimò idem probatur, quoniam relatio non differt ab abſoluto, niſi ex natura rei, vt docuimus; & tamen eſt res diſtincta, & non eadem numero; ſed augmentum iſtud relationis ſi reale eſt, etiã diſtinguitur à relatione ex natura rei; ergo diſtinguitur etiam numero; & ita ſunt relationes plures numero.

Aduertenda.

11. 1. aduert. In 3. ſententia quidã ponunt relationẽ formã ſimplicem, Alij meliùs extenſam. Probatur. Nihil nouum in rerum natura abſque aliquo augmento entis.

EOrum qui aſſerunt cum S. Thom. in vno relato vnam eſſe relationem ad plures terminos, quidam ponunt eã formam ſimplicẽ omninò: ſed difficile reſpondent ad argumenta. Quidam verò meliùs aiunt eſſe formã extenſam: quod mihi maximè perſuadeo, eò quòd exiſtimem nihil nouum eſſe in rerum natura abſque aliquo augmento entis. Cum ergo is, qui iam erat pater aliorum filiorũ, edito filio efficiatur de nouo pater iſtius filij, hæc nouitas in natura rei non accedit abſque vllo additamento entis; ipſa verò paternitas præexiſtens augetur, & dilatatur re ipſa: eſt ergo relatio eadem, ſed quaſi extenſa. Et confirmatur, quia Petrum eſſe patrem filij poſterioris, eſt aliquid reale abſque dubio, non minùs quàm quòd ſit pater filij maioris natu; eſſe autem patrem eſt effectus formalis alicuius formæ; ſed paternitas, qua hic erat pater maioris vt ſic, non eſt forma dans eſſe patrem minoris. Cũ ergo duæ formæ non ſint, oportet vt ſit forma eadem coaugmentata, & extenſa. Habemus autem exemplum dilatationis etiã in formis, quæ materiæ ſunt expertes, qualitas enim aliqua ſpiritualis dilatatur, vt ſcientia, quod docet S. Thom. 1.2.

Confirmatur. Eſſe patrem filij poſterioris eſt aliquid reale, ſicut & maioris natu.

Exemplum dilatationis in ſcientia. *S. Thom.*

12. 2. aduert. Quidã ponũt relationẽ formã intenſam. Alij meliùs nõ intenſam, ſed extenſam. Probatur euidentèr.

Ad hæc obſeruandum eſt, quoſdã aſſerere relationem eſſe formam intenſam, vt albedinem intẽſam dicimus. Sed meliùs alij intẽſam negant, & extenſam affirmant: Probatur euidẽtèr, quoniam in intenſione eſt magis, & minùs inuenire, vt magis, vel minùs candidum: per hoc autem, quòd relatum refertur ad plura, non eſt magis relatum; neque eſt magis ſimile quod habet plura ſimilia; ergo per hoc, quòd refertur ad plura, non intenditur, ſed dilatatur relatio, vt ipſum nomen commonſtrat; ad plura enim eſt dilatatio quædam.

Ad plura non eſt intẽſio, ſed dilatatio.

13. 3. aduert. Alia extenſa habent partes extremas cohærentes per medias. Exemplum quantitatis, & ſcientiæ.

Adhùc aduertẽdum eſt, quòd alia extenſa habent partes extremas cohærẽtes per medias; quare medijs interciſis extremæ deſinũt eſſe cõtinuæ; vt cernimus in quãtitate; & in ſciẽtia, in qua ſi cõtingat error circa medias cõcluſiones, vltimæ quæ fulciũtur medijs, ruũt: qui enim ignorat concluſiones medias non poteſt ſcire vltimas, quæ ex medijs demonſtrãtur. Relatio verò dilatatur abſq; vllo ordine partiũ; nam etſi ipſa relata habeant ordinẽ ortus, & interitus, relationes tamen ſunt ſimùl naturã, & abſque vllo ordine. Quamobrẽ ſi Petrus habens plures filios amittat medios, ad priores, & vltimos ita refertur, vt anteà; quia eius paternitas eſt extenſa abſque vllo ordine partiũ: hæc enim extenſio eſt ſingularis relatis; ſicut & ratio relatorũ ſingularis eſt ſolis relatis propria: neque hoc eſt incredibile. Nam ſicut intenſio qualitatis eſt, etiam in mentis meditatione, quædã dilatatio gradualis, quaſi dilatatio perfectionis, abſque vllo ordine partiũ gradualium; ita & relatio non intenditur ſecundum magis, & minùs, ſed extenditur ad plura abſque ordine extenſionis.

Relatio extenſa abſque vllo ordine partiũ, eſt ſimul naturã vna relatio cum alia.

Hæc extenſio eſt ſingularis relatis.

Sic intenſio qualitatis eſt quædam dilatatio gradualis ſeu dilatatio perfectionis, abſque vllo ordine partium gradualium.

14. 4. aduert. *S. Thomæ* aſſertum: Vnũ relatum reſpicit plures terminos pluribus reſpectib.

Præterea explicandum eſt id quod S. Thom. nõnunquàm aſſerit, vnum relatũ reſpicere plures terminos pluribus reſpectibus. Cum enim reſpectus, & relatio idẽ ſit, videtur Auctor à ſe ipſo diſsidere; ſiquidèm modò ait pluribus reſpectibus referri, modò vna ſola relatione referri relatũ idẽ. Thom. Caiet. 3. p. q. 35. art. 5. cõmentatur quòd ijs in locis S. Thom. loquatur de relationibus rationis: eſt enim veriſsimũ, quòd idem relatum, dum intellectus comparat illud cum diuerſis; diuerſis relationibus rationis illud comparat; nam & cõparatio relatio quædam eſt. Poſſumus quoque dicere in relatione vnã indiuiduã eſſe plures relationes non actu, ſed quaſi potentiã; ſicut in vna ſcientia ſunt plures quaſi partes ad concluſiones plures. Quemadmodum enim ipſa qualitas extenditur, ita & relatio: & ſicut partes quantitatis non diſtinguuntur inter ſe numero, quia

1. explicatio *Caiet.* de pluribus reſpectibus rationis.

2. explicatio de pluribus relationibus, nõ actu, ſed potẽtia.

Digitized by Google

quia non ſunt plura indiuidua; ita hæ relationes non ſunt plures numero, ſed vna eſt numero relatio, has omnes complexa quaſi partes: magis tamen placet Caietani ſententia, quæ eſt magis veriſimilis, & credibilis; quòd in eadem relatione reali indiuidua intellectus inueniat relationes plures ad plures terminos. Et ita in vna relatione reali ſunt plures relationes rationis, rationis collatione inuentæ. Vel dicendum quòd ſunt ibi plures relationes virtute, quia ita vna paternitas refert Petrum ad plures filios, ac ſi eſſent paternitates plures.

Huic 1. explic. præfertur.

3. Explicatio. De vna relatione virtute multiplici.

15. Hoc poſtremùm notamus, vnum relatum dici adæquatum alteri quoad ſpeciem, non quoad numerum; ſicut enim vna ſcientia adæquatur ſcibili, quoad ſpeciem; at verò quoad numerum complectitur plures concluſiones: ſic etiam vnum relatum quoad ſpeciem adæquatur alteri, ita vt tota relatio oppoſita ſit, & neutra alteram oppoſitione excedat quoad ſpeciem; neq; enim Pater refertur ad filium, & ſeruum, ſed duntaxat ad filium. At verò ſecundum numerum, cum idem pater poſſit habere plures filios, non adæquantur relata; quare nihil prohibet, vt eadem relatione referatur vnus ad plures.

5. Aduert. Vnum relatū dicitur adæquatū alteri quoad ſpeciem, non quoad numerum.

Exemplū ſcientiæ ad ſcibile.

Reſponſio.

16. AD primum reſpondetur per hæc vltima notata, quòd relatum ad ſingula æquè refertur, hoc eſt, non magis ad vnum, quàm ad alterum; quare etiam refertur adæquatè quoad ſpecie: mutaretur enim ſpecies relationis, ſi magis ad vnum, quàm ad aliud referretur.

Ad 1. arg. Relatū ad ſingula æquè refertur, ac proinde adæquatū quoad ſpecié. vt n. 15.

Ad ſecundum reſpondetur, quòd paternitas præexiſtens, ſecūdum quod eſt re ipſa dilatata ad filium ſecundū, nihil cum illo incipit eſſe.

Ad 2. arg.

18. Ad tertium reſpondetur, quòd nomen, ratio, aliquando ſignificat definitionem rei, & propriam notionem; aliquando verò ſignificat cauſam, aut quāuis conſiderationem intellectus: priori ſignificatione pater eadem ratione refertur ad plures filios, ſcilicèt relatione, quæ eſt eadem ſpecie, imò & numero eadem. Aliàs argumentum probaret eſſe plures ſpecies paternitatis in eodem. Poſteriori ſignificatione idē pater propter diuerſas rationes, hoc eſt, cauſas, refertur ad plures filios. ſcilicèt propter generationes diuerſas; vel etiā ſub diuerſis conſiderationibus intellectus cōparantis vnum patrem cum pluribus filijs.

Ad 3. argum. Eadem eſt ratio, id eſt, definitio, ſeu ſpecies, imò & numerus relationis, qua pater refertur ad plures filios.

Non eſt eadem ratio, id eſt, cauſa, vel conſideratio.

19. Ad quartum reſpondetur debile eſſe argumentum; ſicut enim ſecunda calefactio, cum ſecunda vice ignis admouetur aquæ, non efficit ſecundum calorem, ſed præexiſtentem intendit: ita neque ſecunda generatio affert nouam paternitatem, ſed præexiſtentē dilatat. Ad confirmationem reſpondetur ſimiliter, quòd ſicut amoto igne calor remittitur; ſed non totus extinguitur: ita altero filio vitā defuncto non interit tota paternitas, ſed coarctatur relata ſolùm ad ſuperſtitem: dicimus autem paternitatem coarctari, hoc eſt, fieri minùs extenſam, ſicut calorem dicimus remitti, hoc eſt, fieri minùs intenſum.

Ad 4. arg.

Paternitas dicitur dilatare.

Ad confirm.

Dicitur coarctari.

20. Quintum argumentum valde futile eſt; paternitas enim, quæ ſemel interit, nunquam redit; ſed alia numero diſtincta emanat; mortuo enim priori filio, & nondum nato ſecundo, paternitas deſinit eſſe; poſt hæc nato filio alia numero paternitas proſilit; ſicut de candore, aut quouis accidente alio dicendū eſt; neq; enim omnis paternitas in vno homine eſt eadem numero, ſi tempore interpolatur: ſicut neque idem candor, ſi medio tempore homo deſijt eſſe candidus.

Ad 5. arg. Paternitas tēpore interrupta nō redit eadem numero, ſed alia.

Exemplum.

21. Ad ſextum reſpondetur, quòd Ariſt. eo loco non diſputat de cognitione relationis ſingularis; ſed de natura cōmuni relationis, quæ in ſubiectis ſingularibus exercetur, & perſpicitur: qui enim nouit definitè octonariū, nouit eſſe duplum ad quaternarium, ad quam cognitionem nihil intereſt notitia de indiuiduis. Sed etſi de relatione, vt ſingularis eſt, loqueretur Ariſtot. ex eius verbis arguendo nihil conficitur: *Si* (inquit) *non nouit omninò ad quod hoc aliquo modo ſe habet, neq; ſi ad aliquid hoc aliquo modo ſe habet, noſcet.* Hoc eſt, ſi correlatiuum ſingulare omninò non nouit, neque relatum ſingulare noſcet. Rectè quidem Ariſtot. ſed adhuc verum eſt, quòd, qui nouit aliquod correlatiuū ſingulare, etſi omnia nouerit, benè poteſt ſingulare relatum noſſe, vt ratio ipſa commonſtrat. Idcircò enim Ariſt. dixit, qui

Ad 6 argum. ex *Ariſtot.* 1. explicatio

2. explicatio expēdens formalia verba.

qui correlatiuum omninò nō nouit, hoc eſt, qui nullum correlatiuum nouit. Infirmum autem eſt adhuc argumentum, quia quibuſuis Ariſtot. id verbis dixiſſet, facilis erat interpretatio; quòd is, qui nouit relationem ſingularem cum toto ſuo ſingulari augmento, omnia oppoſita nouerit neceſſe eſſe.

3. Explicatio.

21. Ad 7. arg.

Ad ſeptimum reſpondetur, quòd relatum per ſe reſpicit relatum, & hoc relatum per ſe hoc relatum; ſicut artifex per ſe ædificat; & hic artifex per ſe hoc ædificat, poteſt tamen ædificare per ſe plura: nam ea, quæ ſunt per ſe, non omnia adæquantur, vt homo eſt per ſe animal, & non ſunt adæquata; vniuerſalius enim eſt animal. Cum autem dicitur, quòd pater per ſe primò refertur ad primogenitum, diſtinguendum eſt; ſi enim, primò, ſignificet ordinem generationis, conceditur: ſed ille ordo in relatione nihil eſt, niſi ordo rationis à nobis conſideratus. Si verò, primò, ſignificet adequationem ſecundum numerum, negatur, vt diximus. Thom. verò Caiet. ait patrem referri principaliter ad primogenitum; & quidèm iure politico id verum eſt; ſed ex natura rei id non videtur eſſe verum: nam etſi paternitas ſit effectus primæ generationis, non ideo tamē magis ad primogenitum refertur, quàm ad poſteriores filios, ſed peræquè omnes reſpicit, & eſt etiam paternitas ſecundæ generationis effectus; ſi prima intereat, vt accidit. Per eadem reſpondetur ad confirmationem: quoniam paternitas non adæquatur filio primo, vt illo diem obeunte intereat manentibus alijs, neque in hoc ſenſu per ſe primò refertur ad illum primum.

Ea quæ ſūt per ſe no omnia adęquantur.

Pater ad primogenitū refertur per ſe primo, ordine generationis Non per ſe primò, hoc eſt, adæquatè ſecundum numerū, vt n. 15.

Caietani dictum: Pater refertur principaliter ad 1. genitum: iure politico verū eſt; ex natura rei falſum.

Ad confirm. ſimilitèr.

23. Ad 8. arg.

Ad octauum reſpondetur, quòd prædicatione quidèm magis diſtāt ſpecies, quàm indiuidua: quia indiuidua conueniunt in ipſis ſpeciebus, quæ inter ſe diſtant; re tamen ipſa, indiuidua eiuſdem ſpeciei magis diſtānt, quàm ſpecies; quia indiuidua diſtinguūtur materiā, & oportet vt ſint in diuerſis ſubiectis: ſpecies autem diſtinguuntur formalitèr, & poſſunt eſſe in materia eadem. Et idcircò idem fundamentum poteſt fundare relationes ſpecie diſtinctas; non autem relationes eiuſdem ſpeciei, diſtinctas ſolo numero, quæ re ipſa magis diſtant. Ad confirmationem reſpondetur, quòd cōditio fundandi pertinet ad cauſam relationis, à qua non ſumitur vnitas numerica, ſed à ſubiecto: licèt enim dum calor denuò intēditur, pendeat per ſe primò ab agente ſecundo, vt Ariſt. ait 12. Metaphyſic. non eſt tamen diſtinctus à calore præexiſtente, quia eſt in ſubiecto eodem; ita licèt paternitas dilatata ad filium ſecundum, pendeat per ſe primò à generatione ſecunda; non ideo tamen eſt diſtincta paternitas, ſed eadem.

Prędicatione magis diſtant ſpecies, quàm indiuidua eiuſdem ſpeciei: re ipſa, & quoad ſubiectum ecōtra.

Ad confirm.

Calor dum denuò intēditur, pendet per ſe primo ab agēte ſecundo. *Ariſtot.* Tamen nō eſt diſtinctus à calore pręexiſtēte, quia eſt in ſubiecto codē.

24. Ad 9. arg.

Ad nonum reſpondetur negando antecedens, quòd omne augmentum habeat ordinem partium: nam calor intenſus ſola acquiſitione augmenti procedit ab imperfecto ad perfectum; ſed non ſeruat partes augmenti diſtinctas, alias imperfectas, alias perfectas: & eodem modo relatio extenditur à minori ad maiorem extenſiuè; ſed augmentum non habet partes ordine extenſas: quare nō magis reſpicit vnum relatū, quàm aliud. Ad confirmationem reſpondetur, quòd paternitas verbi gratia, ſemèl acquiſita poteſt augeri, & defuncto filio priori manet eadē; quia eſt forma quædam indiuidua, cuius eſſentia eſt referri: ad hoc autem, & ad illud referri, eſt accidens huic indiuiduo. Et ita mortuo primo filio mutatur indiuidua relatio ſecundum accidens: negatur ergo conſequentia, eò quòd paternitas maneat defuncto filio priori, quòd non ſit paternitas eadem, quæ fuerat extenſa, cum enim extenſio hęc non habeat ordinem, ita decreſcit paternitas extincto filio priori, ſicut ſecundo filio obeunte.

Nō omne augmētum habet ordinē partiū.

Ad confirm.

Ad hoc, & ad illud referri eſt accidens huic relationi indiuiduæ.

25. Ad vltimum.

Ad vltimum reſpondetur concedendo, quòd relatio diſtinguitur ex natura rei ab abſoluto, & ex natura rei à ſuo augmento: ſed ab abſoluto differt ſpecie, imò genere, ideo ſunt res numero diſtinctæ; at verò à ſuo augmento non differt ſpecie, neque genere; ideo non differunt numero: augmentum enim indiuidui extenſi eſt in eadem ſpecie, & indiuiduo; de qua accidentaria differentia augmenti dicendum idem, quod de intentione qualitatis placuerit.

Relatio diſtinguitur ex natura rei à ſuo augmento: non tamen ſpecie, neque genere, & ideo nec numero.

CAPVT XIX.

Dei ad creaturas relationes ſunt rationis, non reales.

1.

DE relationibus creatis ea tractauimus, quæ diſputationi de diuinis relationibus

relationibus inſeruire viſa ſunt. Et quia naturali notione Deum ex creaturis agnoſcimus: Primò quæritur vtrum relationes Dei, quibus ad creaturas Deus refertur ſint reales, an rationis? Quòd autem ſint Dei ad creaturas relationes quædam, procùl eſt à dubio; relatione enim dicitur Deus Dominus, Magiſter, Creator, &c. Et de ijs relationibus controuerſia eſt, vtrum ſint reales relationes? Et quidem ij, qui relationes tranſcendentes eſſe in rebus affirmant, has quoque attribuunt Deitati: aiunt enim ſcientiam diuinã referri ad res ſcibiles creatas reali relatione tranſcendente, & potentiam diuinam ſimili relatione reali referri ad res poſsibiles. Nobis verò relationes tranſcendentes excludere viſum eſt neceſſarium. Sed eſt prætereà opinio iſta noua, qua nouitate iam diſplicet: etſi enim in rebus creatis cogitemus relationes tranſcendentes, quia cernimus res quaſdam abſolutas ſuaptè natura ordinatas ad alia, ita vt ſine alijs non poſsint intelligi; tamen ſcientia Dei, aut potentia non ordinatur ad res creatas, quia Deus eſt alterius ordinis, vt S. Tho. frequentèr admonet. Prętereà nequaquã tutum eſt dicere, quòd diuina eſſentia ſit vera relatio realis, cuius totum eſſe quatenùs relatio eſt, ſit ad creaturas; maximè cum S. Auguſt. in libris de Trinit. creberrimè teſtetur Deitatem eſſe rem abſolutam, & non eſſe relatiuam; cum quo cæteri Patres conſentiunt: qui autem relationum trãſcendentium auctores ſunt, eas eſſe aiunt huiuſcemodi, ſcilicèt veras relationes eſſentialitèr ad aliud relatas.

A

Aſſertio certa. Dei ad creaturas ſũt relationes.

Quęſt. Vtrum ſint reales?

Opinio ponẽtium tranſcendentes ad creaturas.

Improbatur 1. vt cap. 1.

Secundò, quia noua.

Tertiò, quia minùs tuta. Deitas non eſt vera relatio cuius totum eſſe, quatenùs relatio eſt, eſt ad creaturas.

S. Auguſt.

2.

De puris relationibus.

Prima ſent.

Durand.

Caiet.

2. Sentent.

Gabriel.

Arimin.

Marſil.

Soncin.

3.

3. & vera ſent. in tit. aſſerta.

Sed & de ijs relationibus Dei ad creaturas, quæ non ſunt tranſcendentes, ſed ſunt puræ relationes ſecundum eſſe, relatiuis nominibus formalitèr ſignificatæ, vt Dominus, Creator; ſunt qui exiſtimant eas eſſe relationes reales. Durand. in 1.d.30.q.3. vocat has relationes reales ſola appellatione, vt & idem ſentire videtur Thom. Caiet. de qua re iam anteà diſputauimus. Reales relationes eas eſſe opinantur Gabriel. d. eadem q. 5. & Greg. Arim. d.28.q.3.art.1. Marſilius in 1.q.32.art.1. cum alijs. Idem ſentit Paul. Soncin. 5. Metaphiſicę q.25.ar. 4. & d.30.q. vnica, art.3. non diſſentit.

Nihilominùs firmitèr cõſtituendum eſt, non eſſe relationes has reales, ſed rationis; quæ eſt cõmunis Theologorum ſententia, imò & Patrum. Obſeruandũ eſt autem, quòd relationes Dei ad creaturam duplici differentia continentur; quædam enim æternæ ſunt, quædam tẽporis viciſsitudine eueniunt, & mutantur: æternæ quædam ſunt etiam abſolutè neceſſariæ, quas deprehendimus in diuina eſſentia collocata cum omni intelligibili, & in diuina potẽtia cum omni re poſsibili comparata; nihil enim à Deo non ſcitum eſt, nihilque eſt intellectu entis contentum, quod effici à Deo non poſsit; dum ergo ſingula intelligibilia mente apprehẽdimus, ſingulas relationes ſcientiæ diuinæ ad illa intelligibilia meditari neceſſe eſt; non tamen ſcientia diuina conformatur intelligibilibus, vt inde oriatur relatio in diuina eſſentia realis, ſed potiùs intelligibilia conformantur cum diuina ſcientia, vt anteà diſputauimus. Quòd ſi practica ſit ſcientia, conformatio rerum ad ſcientiã fundat relationem realem in rebus; nullo autem modo ſcientia Dei eſt menſurabilis per ſcibile: non eſt ergo in ſcientia diuina realis relatio, iuxtà præſcripta ſuperiùs tradita. Aliæ ſunt relationes Dei ad creaturas, æternæ quidèm, ſed non abſolutæ neceſſariæ, quia pendent à voluntate diuina; ſcilicèt relationes, quæ ſequuntur voluntatem liberam, in quibus etiam numerandæ ſunt prouidẽtiæ relationes; prædeſtinationiſque, & reprobationis, quas ſimili ratione probamus non eſſe reales relationes, ſed rationis; quia ſequuntur actiones diuinas immanentes, quę in Deo nullatenùs pẽdent ab obiecto, neque ei cõformantur; ſed potiùs ſunt norma, & menſura obiectorum; ſcientia autem Dei circa proprium obiectum, quod eſt eſſentia, non habet relationem cõformitatis, ſed potiùs identitatis: quia idem eſt ſcientia, & ſcibile, eſtque ea relatio rationis.

Ad probationẽ 1. Aduert. Relationes Dei ad creaturas quęda ſunt æternæ, quędam temporales.

Æternarũ aliæ abſolutè neceſſariæ.

B

C

Aliæ non abſolutè neceſſarię.

D

4. Temporales.

Relationes denique aliæ in Deo ſunt temporis decurſu mutabiles, quia conſequuntur aliquem effectum diuinæ potentiæ; ex eo enim quòd docet nos, dicitur Magiſter; ex eo, quòd gratiã nos exornat, dicitur Pater filios adoptans: & cum Deus ſit prima cauſa, innumeris relationibus relatus eſt ad effecta.

5. 2. Aduert. Falſa ſent impoſita *S. Tho.*

Qua in re mirũ eſt quòd quidèm putauerint S. Thom. dixiſſe 1.p.q.32.a.2. Deum

Digitized by Google

quòd Deus re-ſeratur ad crea-turas ſolâ vna relatione vni' ſpeciei.

Deum referri ad creaturas ſola vna re- A latione vnius ſpeciei, ita vt relatio creatoris, & domini ſint eiuſdem ſpeciei in Deo: non enim ita intelligendus eſt S.

Ad eius dictũ falſa explicatio improbatur.

Thom. cum dixit omnes creaturas ſub vna ratione referri ad Deum, vt ſunt creaturæ ipſius; quaſi in rebus creatis omnis relatio ſit creaturæ ad creatorẽ, & non ſit relatio ſeruitutis, & aliæ, quæ

Probatur improbatio.

ſunt diuerſæ, quod ibidẽ ille docet; imò addit ſanctus Doctor non eſſe inconueniens in Deo multiplicare relationes

Vera explic. Omnes creaturę ſub hac ratione referuntur relatione vnius ſpeciei, ſcil. relatione creaturæ.

rationis in ordine ad creaturas. Igitur intelligendum eſt id, quod ipſa verba ſonant, omnes creaturas ſub hac ratio- B ne referri relatione vnius ſpeciei, quæ eſt relatio creaturæ. Et hoc veriſsimum eſt. Dicebat autem Præpoſitiuus, quòd

Argumentum *Præpoſitiui.*

ſicut creator vna relatione creatoris refertur ad hominem, & leonem, qui ſpecie differunt; ita Pater vna relatione refertur ad Filium, & Spiritum Sanctum,

Reſponſio *S. Thomæ* continens veram explicationem.

quamuis ij ſint nominibus diſtincti. Cui reſpondet S. Thom. relatiua ſpecie diſtincta exigere terminos ſpecie diſtinctos; homo autem, & leo, licèt ſint res ſpecie diſtinctæ, tamen in ratione creaturæ referũtur ad Deum relatione eiuſ- C dem ſpeciei, ſcilicèt relatione creaturæ; & ita terminatur relatio ad creatorem, quæ eſt oppoſita relatio vnius ſpeciei: ſed Filius, & Spiritus Sanctus ſunt duo relata diuerſæ ſpeciei; ergo & in Patre, ad quem referuntur, eſt duplex relatio diuerſæ ſpeciei, terminans duas illas relationes oppoſitas.

6.

3. Sententiæ 1. probatio ex *Comment.* Deus eſt menſura omnium rerum. Relatio mẽſuræ eſt rationis: Oſtenditur 1. in Deo menſurãte, vt eſt cauſa exemplaris. 2. Vt eſt finis vltimus. 3. vt eſt agens infinitum, atq; adeò menſura excedens.

Quòd igitur hæ relationes Dei ad creaturas reales non ſint, poteſt probari primò ex illo pronunciato Commentatoris 10. Metaphyſic. quòd Deus eſt menſura omnium rerum; relatio autem menſuræ eſt rationis, non realis: itaque Deus, vt cauſa exẽplaris, menſura eſt, & princeps typus, qui ad imaginem nõ re- D fertur relatione reali: at verò vt finis vltimus, menſura eſt rerum omnium, quæ reali relatione ordinantur ad finem; finis autem ad media relatione reali non refertur. Denique etiam vt agens, eſt menſura: cætera enim agentia conformata, ſiue proportionata ſunt ſuis effectibus; quia habent definitam virtutem, & efficaciam; & idcircò referuntur relatione reali ad effectus ſuos: agens autẽ infinitum agit, vt menſura excedẽs nullo modo coadæquata effectui; & ideò

A non refertur ad illum, ſed potiùs refert effectum ad ſe, dans illi totum eſſe, & manens extra eſſe effectus, & extra totum genus. Et vt vno verbo dicã, Deus non refertur relatione reali ad creaturas; quia non eſt eiuſdem ordinis. Quam eandem ob cauſam ſcibile ad ſcientiam non refertur, vt anteà docuimus.

2. Probatio: Deus non eſt eiuſdẽ ordinis cum creaturis.

7.

Declaratur ex *S. Thoma.* Ea relatio realis non eſt, quę bonum aliquid non eſt in relato.

Explicatur hoc argumentum ratione elegantiſsima à S. Tho. accepta de potent. q. 7. art. 10. Ea enim relatio realis non eſt, quæ bonum aliquid non eſt: idcircò enim probamus aliquid eſſe reale ordinem exercitus, quia bonum eſt or- B do ipſe, & diſpoſitio exercitus, vt ait Ariſtot. 12. Metaphyſic. tex. 52. Ea ergò agẽtia reali relatione referuntur, in quibus hoc ipſum, quod eſt agere, bonũ eſt; quæ ſunt agentia creata, quæ perficiuntur agendo. Cum enim definitum eſſe habeant, communicãdo illud, quodammodò ſe ſe ipſa dilatant, & effectus eſt aliquid operantis, vtpotè eodem genere contentum: hæc autem perfectio agentis non abſoluta eſt; nihil enim agẽdo acquirit ad ſe, ſed ad aliud: ergo relatio, quę eſt ad aliud, eſt perfectio aliqua, & bonum aliquod in agente; ergo C eſt realis relatio. Cum autem Deus ſit extra totum genus entis, agendo non perficitur, ſed res ipſas perficit; non ergo refertur reali relatione ad res effectas: nulla autem relatio eſt in Deo ad creaturas, niſi vt cauſæ, & menſuræ: nam Deus non eſt ſimilis, neque conformatus rebus, ſed res ipſæ aſsimilãtur Deo, vt imago exemplari; relatio autem diuerſitatis, & aliæ, quæ fundantur in numero, non ſunt etiam reales inter Deũ, & creaturas; quia numerus eſt rerũ eiuſdem generis; Deus autem extra omne genus eſt. Ex quibus etiam colligitur, quòd Paternitas diuina eſt relatio realis D in Deo, quia eſt perfectio; optimum enim eſt Deo generare Deum. Neceſſe eſt ergo, vt relata realia ſint eiuſdẽ ordinis, quod ſuprà docuimus: ergo relatio Dei ad creaturàs, ſicut non eſt bonũ diuinum, ita neque relatio realis eſt.

Ariſt. Agere bonum eſt, & perfectio in agẽtib' creatis: nam cũ eſſe definitũ, & intra genus habeant, illud cõmunicando, ſe ipſa quodammodo dilatant. Agens agẽdo nihil acquirit ad ſe, ſeu abſolutum, ſed ad aliud.

Nulla relatio Dei ad creaturas poteſt fingi realis, niſi vt cauſæ, & mẽſuræ. Oſtenditur 1. de ſimilitudine, &c. 2. de diuerſitate

Numerus eſt rerũ eiuſdẽ generis. Illatio ex declaratione. Paternitas diuina eſt relatio realis in Deo.

8.

3. Probatio efficacior.

Eadem veritas probatur efficaciùs: relationes enim æternę ad res poſsibiles non ſunt reales, cum inter ens, & nõ ens relatio realis non ſit: ſunt enim relata ſimũl naturâ, vt docuimus; relationes autẽ ad res effectas, ſi eſſent reales, haberent eſſe reale; & cum aduenirent

Si in Deo eſsẽt relationes reales ad res effectas, nouũ eſſe

reale afferrent, illudq; creatũ, & inhærens: atque adeó afferrẽt mutabilitatem, & cõpoſitionem.

rent eſſentiæ, ipſi eſſentiæ diuinæ nouũ eſſe afferrent, illudque creatum, & cauſatum,& pendens,& inhærens; neque enim hoc eſſe relationis aduenientis eſſet ipſum eſſe diuinum æternum,ſiquidẽ eæ relationes in tempore aduenirent. Quapropter eſſet Deus mutabilis, vel ſecundum ſubſtantiam, vel ſecundũ accidens; eſſetque compoſitus ex relationibus aduenientibus, & præexiſtẽte natura diuina: quæ omnia cum ratione naturali euidenter pugnant.

9. Obiect.

Quòd ſi obijcias humanitatem aduenisse Verbo in tempore, & perſonam Chriſti eſſe compoſitam, & ita poſſe aduenire Deo relationes reales.

Reſponſio.

Reſpondetur humanitatem eſſe rem creatam, quæ aſſumpta eſt à perſona increata, qđ lib. 1. declarauimus. Eſſet ergo quæſtio ſimilis, an relationum creatarũ quæ sũt in rebus creatis, poſſet aliqua aſſumi, vt exiſteret per exiſtentiam diuinam;ita vt eſſet accidens quodpiam creatum,ſeparatum tamen à ſubſtantia creata, & exiſtens in Deo. Quæ etiam quæſtio futilis eſt,& videtur hoc impoſſibile; relatio enim ſine fundamento non poteſt inueniri: illæ autem relationes, quæ ſunt in fundamento, extincto fundamento intereunt; & non poſſunt aſſumi à Deo in vnione aliqua reali;quia non poteſt intelligi,quòd exiſtat relatio ſine fũdamento: ſed neque vllum accidens videtur poſſe vniri Deitati reali vnione: maximè verò affirmandum eſt, non ita poſſe accidens Deo vniri, vt ab eo accidente tribuamus Deo appellationem accidentariam, verbi gratia,quòd ſit albus albedine aſſumpta, ſicut aſſumpta humanitate eſt homo.

Relationes ſine fundamento non ſunt, & eo extincto intereunt, & non poſſunt aſſumi à Deo in vnione aliqua reali. Nullum accidens poteſt aſſumi, maximè ita vt tribuat Deo appellationem accidẽtariam.

10. Ad 3. ſententiã additamentũ. Nulli relationi reali deitas eſt fundamẽtum, aut ſubiectum. Probatur ex dictis.

Quòd verò ad rem attinet nulla certè relatio fingi poteſt, quæ orta ſit ab ipſa natura Deitatis,quaſi à fundamento, aut ſubiecto. Quia Deitas nõ poteſt eſſe relatum, niſi ad creaturas; relata enim diſtincta ſunt; Deus autem non eſt res diſtincta, niſi à creaturis, ad quas tamẽ non refertur reali relatione, vt probatũ eſt; ergo Deus nulla reali relatione refertur, ſed ſolis relationibus rationis: Non eſt ergo Deus ſubiectum, aut fundamentum relationis realis:neque Deitas refertur ad aliquid reali vlla relatione.

11. Ad 3. Sent. declaratio.

Præter hæc dicendum eſt, relationes Dei ad creaturas nõ exiſtere extra Deũ, vt Deus dicatur relatus per illas, quaſi adiacentes; ſicut quis dicitur eſſe in loco propter locum circumſtantem: ſi enim relationes hæ eſſent extra Deum, cũ non ſint ſubſtantiæ, inhærerent creatis ſubſtantijs;ſubiecta autem relationũ, quibus illæ inhærent, nominantur ab ijſdem: non ergo Deus refertur relatione creata, quæ in ſubſtantia creata inhæreat: neq; verò illæ relationes eſſent ſubſtantiæ;quia ſi eſſent ſubſtantiæ creatæ, eſſent relatæ ad Deum alijs relationibus,& eſſet infinita progreſsio in relationibus. Quæ eſt ratio S. Thom. 2. contra gent. cap. 13. Præterquàm quòd ſola relatio diuina poteſt eſſe ſubſtantia, vt lib. 4. dicemus.

Dei ad creaturas relationes nõ ſunt reales extra Deũ quaſi adiacẽtes,aut aſsiſtentes. Oſtenditur.

S. Thom.

12. 2. Sententiæ moderatio tradita à *Suar.* diſp. 47. ſect. 15.

Sunt, qui exiſtimant hæc quidèm argumenta cõuincere, relationes has Dei ad creaturas non poſſe diſtingui re ipſa à Deitate,quaſi additæ ſint Deitati,ſiue inhærentes ſint, ſiue adiacentes,aut etiã aſsiſtentes, quia eſſet Deus mutabilis, & compoſitus. Quamobrem iuxta eam opinionem,quæ relationes reales diſtinguit à fundamẽto ſaltem ex natura rei, aiunt rectè concludi illas relationesDei ad creaturas non eſſe reales, & contrariam ſentẽtiam eſſe fidei diſſentaneam. Sed tamen ſi ſequamur illam exiſtimationem non diſtinguentem relationem realem à fundamento, niſi ſola ratione; affirmant poſſe defendi relationes Dei ad creaturas eſse reales, non tamen re ipſa diſtinctas, ſed ſola ratione; nam ſi relatio realis ſola ratione diſtinguitur à fundamento, poteſt aduenire Deo, ſine aliqua mutatione reali, & ſine aliqua compoſitione reali;& hoc modo non indicatur vlla imperfectio per hoc, quòd relatio realis adueniat Deo.

Aſſerit 2. ſentẽtiã poſſe defendi in opinione nõ diſtinguẽte relationem realem à fundamento,niſi ſola ratione.

13. Improbatur 1. hoc aſſertũ, vt inducens mutabilitatem in Deo. Oſtenditur improbatio.

Hæc tamen explicatio, etſi moderatio quædam ſit contrariæ ſententiæ ponentis in Deo relationes reales aduenientes in tempore; nõ tamen longè diſtat à periculo in rebus fidei definiẽdis: nam hi Doctores confitentur has relationes poſſe aduenire Deo, imò aduenire Deo in tẽpore, & eſſe relationes reales; ergo hæ res adueniunt Deo in tempore; ergo eſt Deus mutabilis. Neq; refert, quòd reſpondeant non eſſe res diſtinctas à Deitate: nam ex eò quòd ſunt res veræ aduenientes in tempore, euidentiſsimè comprobatur eſſe res diſtinctas à natura diuina æterna: nam hæ res ſunt

Reſponſ. quòd relationes reales aduenientes Deo non ſunt res diſtinctæ à Deitate.

Digitized by Google

Refellitur 1. vt falſa ſent.

Refellitur 2. ſimiliter.

Refellitur 3. vt nõ obſtans mutabilitati.

Magis mutatur diuina natura ab eſſe abſoluto ad verũ eſſe relatũ, quã ſi velit hoc, & poſteà non velit.

ſunt veræ res exiſtentes, & fuit tempus, in quo non exiſtebant: ergo earum exiſtentia menſuratur tempore: ergo eſt exiſtentia diſtincta ab exiſtentia naturæ diuinæ, quæ æterna eſt. Et probatur adhuc, quia eandem rem fuiſſe, & non fuiſſe eſt impoſsibile, cum ſint contradicentes; ſed hæ res ante tempus non fuerunt; ergo non ſunt omninò eædem cum natura æterna, quę ſemper fuit. Prætereà, volitio, qua Deus vult hoc, vel non vult, eſt res eadem, & ſola relatione rationis variatur, vt tomo 2. docebimus; ſed relatio ad creaturam (vt aiunt) eſt realis; ergo magis mutatur diuina natura ab eſſe abſoluto ad verum eſſe relatum, quã ſi velit hoc, & poſteà nõn velit, in quo duntaxat mutatur reſpectus rationis, indicatur tamẽ naturam ipſam eſſe mutabilem: hæc autem mutatio ſecunda indicat diuinam naturam eſſe mutabilẽ; ergo & illa prima.

14.
Improbatur 2. Sequitur quòd aliquod ens, ſiue res aliqua verè diuina, & increata incipit eſſe in tempore.

Reſponſio.

Refellitur.

Ipſa ratio relatiua eſt verum ens reale.

Adhuc efficaciùs arguitur; nam hæ relationes aduenientes, ſiquidèm ſunt reales, cum non ſint in Deo creatæ, ſunt increatæ, & ſunt veræ res diuinæ; & incipiunt eſſe in tempore: ergo in omni rigore loquendi eſt verum, quòd aliqua res diuina, & increata incipiat eſſe in tempore. Nam etſi reſpondeant naturã diuinam non incipere eſſe in ſe ipſa; ſed incipere eſſe ſub ratione relatiua: nulla eſt reſponſio, omninò enim hoc extorquendum eſt vi rationis, perſpicuique argumenti, quòd cum ipſa ratio relatiua ſit verum ens reale, vt aiunt, aliquod ens, ſiue res aliqua verè diuina, & increata incipit eſſe in tempore; quod neque cogitari poteſt, neque à viro Catholico dici, neque ab homine rationis compote permitti; niſi fortè eas relationes ſola appellatione reales dicant cum Durand. & Caiet.

15.
Proponitur 1. ſent. *Caietan.*

Fuit prius *Durandi.* Idem vtriuſq; argum.

Thom. Caiet. 1. p. q. 13. ar. 7. licèt verbis ipſis pronunciet has relationes eſſe rationis, ait tamen eſſe reales appellatione extrinſeca, quia ſunt termini relationum realium. Quam opinionẽ ſcripſit prior Caietano Durandus in 1. d. 30. q. 1. & ob eandem rationem, quia omnem relationem credidit terminari ad relationem oppoſitam; realem autem relationem terminari ad relationẽ appellatione realem: quia Deus re ipſa eſt Dominus, quaſi appellatione accepta à relatione reali creaturæ: ita tamen, vt in Deo ipſo non exiſtat relatio ad creaturas. Quæ opinio nihil habet falſi in re ipſa; ſed nõ ſcitè appellatur relatio realis, quæ eſt in ſola conſideratione intelligentis, etſi Deus dicatur re ipſa Dominus propter fundamẽtum: dicitur enim relatio realis, quæ eſt res quędam, & hoc nomen dignoſcitur à relatione rationis, quæ non eſt res aliqua.

Improbatur hæc ſent. quòd realẽ appellet eam relationẽ, quę eſt rationis.

Ad argum. Deus dicitur re ipſa Dominus propter fund.

Confirmatio.

16.
3. Sententiam confirmat *S. Auguſt.*

SAnctus Auguſtinus lib. 5. de Trinit. ad finem, etſi verbis conceptis non dicat eſſe has relationes rationis, tamen id indicat ibidẽ, dum ait relationes oppoſitas nobis accidere, nullã verò Deitati ipſi accidere. *Vt ita* (inquit) *dicatur relatiuè aliquid ad creaturam, vt quamuis temporalitèr incipiat dici, non tamẽ ipſi ſubſtantiæ Dei accidiſſe aliquid intelligatur, ſed creaturæ ad quam dicitur.* Et infra clariùs, vt nihil videatur differre ab Ariſtotele de relatis non mutuis diſputante. *Quòd ergo temporaliter dici incipit Deus, quod antea non dicebatur, manifeſtum eſt relatiuè dici, non tamen ſecundum accidens Dei, quòd ei aliquid acciderit; ſed planè ſecundum accidens eius, ad quod dici aliquid Deus incipit relatiuè.* Itaque ait Deum dici relatiuè, & tamen relationem non accidere Deo, ſed creaturæ, quod eſt, relationem non ineſſe Deo, ſed creaturæ; & ab ea relatione, quę accidit, ſiue ineſt creaturæ, affirmat Deum relatiuè dici; ſicut ſcibile ſecundum Ariſtotelem dicitur à relatione ſcientiæ. In eadem ſententia numerandus eſt S. Anſelm. Monolog. cap. 24. qui nunquam deflectit à veſtigijs S. Auguſtini, vbi docet Deo nihil accidere: licèt enim ibidẽ dicat Deũ ſuſcipere relationes, quæ accidentia dicuntur, interpretandus eſt Deum ſuſcipere relationes appellatione, quia appellatur Dominus, & Creator: neque ait ſuſcipere Deum accidentia, ſed ſuſcipere ea, quę dicuntur accidentia; nam ipſæ relationes rationis, ſiue appellationes relatiuæ, dicuntur Deo accidere.

Idem clariùs.

S. Anſelm.

Eius locus explicatur.

17.
3. Sententiæ Auctores. *S. Thom. S. Bonauẽt. Alenſ. Durand. Scotus. Ægid.*

Hæc eſt ſententia indubia S. Thomæ 1. p. q. 13. art. 7. & 2. contra gent. cap. 12. & in 1. d. 30. q. 1. art. 1. & de potentia q. 7. art. 11. Et S. Bonauent. d. 30. art. 1. q. 3. Alexand. Alenſ. 1. p. q. 53. Durand. d. 30. q. 3. Ioann. Scotus q. 2. Ægidius q. eadem

Digitized by Google

Richard. *Gandau.* Thomiſtę omnes excepto vno *Soncin.* *Magiſt.*

q. eadem, Richard. q. 4. Henric. Gandau. quodlib. 9. q. 1. & Thomiſtarum omnium, vno excepto Paulo Soncinate: & fauet Magiſter Sententiarũ d. 30. Eſt igitur opinio iſta non ſolùm Theologorum ferè omnium cõſenſu firmata, ſed pręcipuorum, & aliàs diſcordantiũ, communi ſuffragio.

CAPVT XX.

Argumenta refelluntur.

1. arg. — QVòd relationes Dei ad creaturas ſint reales, probatur authoritate Patrum; ita enim videtur ſentire S. Anſelm. Monolog. cap. 24. vbi de ea re diſputat his verbis. *Sed quid repugnat eorum, quæ accidentia dicuntur, ſuſceptibilitas, & naturalis incommunicabilitas; ſi ex eorum aſſumptione nulla ſubſtantia ſequitur variabilitas?* Ergo ſentit S. Anſelmus has relationes ſine mutatione diuinæ ſubſtantiæ illi accidere. Sanctus etiam Dionyſius cap. 1. de diuinis nominibus inter attributa numerat Dominium, quod eſt quædam relatio ad creaturas; attributa autem ſunt res formaliter exiſtentes in Deo. (*S. Anſelm.* *S. Dionyſ.*)

2. arg. *Soncin.* — Secundò arguitur eo argumento, quo conuictus eſt Paul. Soncin. nam relatio dominij in Deo fundatur in reali fundamento, ſcilicèt in poteſtate reali diuina; ergo eſt realis relatio. Quòd ſi reſpõdeas Deum non eſſe eiuſdem ordinis cũ creatura, & idcircò non referri ad illam relatione reali:

Reſponſio.

3. Impugnatur 3. argumento *Durandi.* — Tertiò arguitur cum Durando d. 30. nam ordo diuerſus etſi faciat infinitam diſtantiam, non tamen ea quæ infinitò diſtant, traducit in non entia; nam attributa diuina nõ ſunt eiuſdem ordinis cũ rebus creatis, & tamen inde non fit, vt res creatæ non ſint res veræ, aut attributa ipſa diuina non ſint res veræ; ergo & relatione diuinæ ad creaturas ſunt res veræ, etſi ſint ordinis diuerſi.

4. arg. — Quartò: Inter agens, & paſſum neceſſariò inuenitur quædam proportio; ſed Deus eſt primũ agens; ergo habet cum creatura proportionem; ergo non ſunt omninò diuerſi ordinis.

5. arg. — Quintò: Ad hoc, vt mouens referatur relatione reali ad mobile, non eſt neceſſe, vt ipſum mouẽs ſit aliàs mobile; hęc enim oppoſita ſunt, & vnũ non eſt cauſa alterius; ergo etſi Deus ſit mouens immobile, nihil prohibet referri Deum relatione reali mouentis ad mobile.

6. 6. arg. — Sextò: Deus eſt re ipſa creator, & creator eſt quid extra animam, non enim eſt ens in anima, hoc eſt ens cognitũ; ergo ea relatio eſt realis extra animã, cum nomen hoc, creator, relationẽ ſignificet. Et confirmatur, quia ſunt in Deo relationes æternæ ante omnẽ cognitionem creatam, vt relatio ſcientiæ, & potentiæ, & prædeſtinationis; ergo hæ ſaltem ſunt reales relationes. (Et confirm.)

7. Vltimum cõtra aſſertionẽ indubiam, cap. 19. n. 1. — Vltimò probatur è contrario, quòd neq; relationes rationis Deo ad creaturas attribuendę ſint; omnis enim relatio eſt comparatio quædam; Deus autem cum creaturis neque cogitatione comparatur; ergo nulla relatio eſt Dei ad creaturas.

Aduertenda.

8. 1. Aduerd. *ex S. Thom.* — PRopter hæc aduertendum eſt cum S. Thoma 1. p. q. 13. art. 7. quòd relationes diuinæ quædam ſequuntur cognitione attributum aliquod, quædã verò actionem. Exemplum primi eſto relatio domini, quæ ſequitur poteſtatem coërcẽdi ſuos; nomen autem, Dominus, non ſignificat poteſtatem apud Philoſophos, ſed ipſam relationẽ; eſt ergo Dominus relatum ſecundum eſſe, quod in Deo ſignificat relationem rationis. Exẽplum ſecundi, creator, iuſtificator, & ſimilia; nam in his relatio ſequitur actionem; & quia actio diuina eſt ipſa eſſentia, hæc nomina ſignificant eſſentiã addita relatione, & idcircò ſunt relata ſecundum dici, quia ſignificãt abſolutũ; ita tamen vt nomine tenus hoc attributum dicatur ad aliud; ſunt enim ita nomina inſtituta ad ſignificandum. Quòd ſi nomen creatoris non pro creante, ſed pro relato accipias, erit relatum ſecundum eſſe, ita vt nomen hoc ſignificet nõ actionem, ſed relationem; ſicut nomen, ſpirator, vtroque modo accipitur, vt ſignificat originem, & vt ſignificat relationem; æquiuocè ſanè, & duobus conceptibus, ita & nomen, creator, æquiuocum eſt, quod ſignificat aliquando actionem creandi, aliquando verò ſignificat relationem.

(Relationes diuinæ quæd. m ſequuntur cognitione attributũ aliquod, vt dominus. Quędã ſequũtur actionem, vt creator, iuſtificator, &c. Nomẽ, creator, & c. ſumptum pro creante, ſignificat actionem, ſeu eſſentiam Dei ad ſita relatione, & eſt relatum ſecundum dici: Sumptum pro relato eſt relatum ſecũdum eſſe. Eſt nomen æquiuocũ ad actionem, & relationem.)

Cõfuſtudo nominum interpres. *S. Dionyſ.* vſurpat dominiũ pro attributo excellentiæ vel poteſtatis. — In his autem conſuetudo æſtimanda eſt, quæ eſt nominum interpres; nam S. Dionyſius inter attributa diuina connumerat principatum, ſiue dominiũ, ſcilicèt

Boetius.

S. Ambr.

S. Cyrilli acceptio min' vſitata creatoris pro prædito poteſtate creādi.

cèt indicando hoc nomine excellētiam A diuinæ naturæ, cui debetur omnis ſeruitus, ſiue ſerui exiſtant, ſiue nulli ſint; vel etiam propter poteſtatem coercendi vocat dominum, vt Boetius dicit, quòd dominium eſt poteſtas quædam. Et S. Ambroſius lib. de Fide cap. 1. ait nomen, Deum, eſſe nomen poteſtatis. Ac S. Cyrillus lib. 1. Theſauri cap. 5. ad finem, cum Eunomius obijceret Deum in tempore creatorem, ac proinde etiam Patrem vnigeniti Filij in tempore effectum fuiſſe. Reſpondet Deum perpetuò fuiſſe creatorem: quo in loco creatorem appellat Deum præditum B facultate creandi, vt ipſe S. Cyrillus ibidem exponit. Sed hæc nominis ſignificatio eſt minùs vſitata.

10. De quibus rebus intelligēdū, qđ ſint ordinis diuerſi.

1. Explicatio Caietani, de iis à quib' alia pendent eſſentiali dependentia.

Obſtant 1. materia, & forma, quæ ſunt eiuſdē ordinis.

Obſtant 2. ſcientia, & ſcibile, quæ ſunt diuerſi ordinis.

At verò explicare etiam opus eſt, quid intelligat S. Thom. cum ait, Deum non eſſe ordinis eiuſdem cum creaturis; & inde colligit non eſſe realem relationem Dei ad creaturas. Thomas Caietanus 1. p. q. 4. art. 3. ad 4. explicat, ea, à quibus alia pendent eſſentiali dependentia, non eſſe eiuſdem ordinis; quo pacto creaturæ pendent à ſolo Deo. Sed contra hoc eſt, quòd materia, & forma pendent à ſe inuicèm C eſſentiali dependentia; & tamen ſunt eiuſdem ordinis, & poſſunt referri inter ſe ſe relatione reali. Præterea ſcientia non pendet eſſentiali dependentia à re ſcita, quæ eſt aliquādo ens rationis; & tamen non eſt eiuſdem ordinis cum re ſcita. Quidam aliter interpretantur, ſcilicèt res omnes, quæ ſunt in genere, aiunt eſſe eiuſdem ordinis, quia ſe iuuāt, perficiunt, & ornant; & ita Deum, qui eſt extra genus, aiunt eſſe extra ordinem rerum creatarum, quia ab illis nihil omninò accipit emolumenti, & idcircò non referri relatione reali ad res crea- D tas. Sed hæc etiam interpretatio parui eſt momenti; nam in generibus iſtis ſunt res ipſæ ſcitæ, & tamen ſcibile eſt alterius ordinis, cuius rei cauſa illo commentario non indicatur. Caietanus aliam quoque enarrationem excogitauit q. 13. art. 7. quòd ſcilicèt ea ſint eiuſdem ordinis, in quibus eſt cauſa mutuæ relationis. Sed hoc identidem non declarat rem ipſam, neque quæ cauſa ſit mutuæ relationis enodat; quare & antea refutauimus iſtam rationem interpretandi.

2. Explicatio Suar. ſect. 15. de ijs quæ non ſunt in genere, ſed extra genus.

Obſtant ſcientia, & ſcibile, quæ ſunt in genere.

3. Explicatio Caiet. de ijs in quibus eſt cauſa mutuæ relationis. Improbatur.

11. & vera explicatio, de ijs quæ non ad alterum mutuò ordinantur, vt ſcibile, creator. De creatore S. Thom.

Dicendum ergo eſt, quod ibidem docuimus, ea eſſe diuerſi ordinis, quæ non ad alterum mutuò ordinātur, ſicut ſcibile non ordinatur ad ſcientiam; neque Deus ad creaturam, quod S. Thom. docet q. 13. art. 3. & de potentia q. 7. art. 10. hoc ipſum præcipuè agit. At verò S. Thomas rationem adhibet Philoſophicam ex communibus præſcriptis relatorum: ſed alia eſt ratio præcipua à natura Deitatis petita, quòd eſt incapax relationis realis ad creaturas, vt pluribus argumentis capite præcedenti comprobauimus.

Ratio præcipua Deitas eſt incapax relationis ad creaturas.

12.

In hac, Deus re ipſa eſt creator verbū, eſt, non ſignificat exiſtentiā relationis, ſed veritatem propoſitionis.

Ex S. Thom. ſic dicitur quis re ipſa idē ſibi.

Denique recolendum eſt ex dialecticis ſcitis, quòd verbum, eſt, ſignificat aliquando non exiſtentiam, ſed veritatem propoſitionis, vt Homerus eſt Poeta. Cum igitur dicimus Deum re ipſa eſſe creatorem, nullum eſſe relationis ibi permittimus; ſed duntaxat veritatem propoſitionis, quia is verè dicitur creator, qui habet creaturam, & is Dominus, qui habet ſeruos. Quare S. Thomas de potentia, q. 7. art. 11. ad 3. rectè docet, quòd ſicut dicitur quis re ipſa idem ſibi, etſi identitas re ipſa nihil ſit; quia fundamentum identitatis eſt reale: ita dicitur Deus Dominus re ipſa, etſi hæc relatio rationis duntaxat ſit, quia fundamentū reale eſt; quod eſt poteſtas coercendi. Et hæc quidèm in eo genere entium numerātur, in quo cæcitas, & nummus, quę dicuntur nomine tenus entia realia; quia in re ipſa dum aduertimus, inueniuntur, non quidèm exiſtentia, ſed conuenientia rebus. Quibus addendum eſt id, quod S. Thomas docet de potentia q. 7. art. 11. relationes rationis quaſdam attribui rebus cognitis, prout à nobis cognitæ ſunt, quæ ſunt intentiones, ſiue notiones ſecundæ; quaſdam verò conſequi modum ipſum intelligendi, vt docuimus, quia ex neceſſitate quadam intellectus non poteſt res aliter intelligere, ſine ordine, aut ſine relatione ad aliud: quem ordinem, ſiue relationem intellectus non iudicat ineſſe rei, quia eſſet hoc indicium falſum, ſed verè iudicat eſſe non poſſe intelligere res, ſine iſtis relationibus. Et inter has relationes rationis, quæ conſequuntur modum intelligendi, numerandæ ſunt relationes non mutuæ: quia ex altera parte reales relationes non poſſunt intelligi, ſine iſtis rationis relationibus

Idem Relationes rationis quædam attribuuntur rebus cognitis, prout à nobis cognitæ ſunt, quæ ſunt intētiones, ſeu notiones ſecūdę. Quædā ſequūtur modū intelligendi, vt cap. 10. p. 2. n. 8.

Relationes nō mutuæ ſequūtur modum intelligendi.

bus oppoſitis, quę non ſunt reales, vt relatio creatoris, & ſcibilis.

Reſponſio.

13.
Ad *S. Anſel.* 1. Reſpōſio, vt cap. 19. n. 16. 2. Reſponſio.

AD primum argumentum reſpondetur negando Patres dixiſſe vſpiam has relationes eſſe reales. Et quidem S. Anſelmum commentati ſumus capite præcedenti. Poteſt etiam reſponderi, nihil illum de quæſtione iſta affirmando dixiſſe, ſed diſputaſſe inquirendo. Sanctus verò Dionyſius non relationem Domini, ſed poteſtatē dominandi recenſet inter attributa, vt diximus in aduertendis.

Ad *S. Dion.*

14.
Ad 2. arg.

Ad ſecundum reſpondetur concedendo antecedens, quòd in Deo eſt realis poteſtas, eaque eſt fundamentum relationis Domini; ſed negatur conſequētia, quòd relatio hæc ſit in Deo realis, defectu ordinis, quia Deus non ordinatur ad res creatas.

15.
Ad 3. arg.

Ad tertium reſpondetur concedendo, quòd ordo diuerſus nihil prohibet eſſe res veras vtraſque, inter quas non eſt ordo; ſed in relationibus realibus, quia ſequuntur ipſum ordinem, vt docuimus, deſinit eſſe realis relatio in eo, quod non ordinatur ad aliud, vt in ſcibili ad ſcientiam, & in Deo ad creaturas.

Relatio realis, quia ſequitur ipſum ordinē, non eſt in eo quod non ordinatur.

16.
Ad 4. arg.

Ad quartum reſpondetur, quòd proportio in agente neceſſaria ea eſt, vt agens excedat paſſum; eſt autem proportio in quadam menſura determinata, vt ſub duplum ad duplum: requiritur ergo proportio in virtute mouentis, ſi conferatur cum mobili, quia duplum non agit in duplum, ſed duplum in ſubduplum, vt calidum quarto gradu agit in calidum ſecundo gradu. In Deo autem nulla eſt proportio cum creatura, quia non excedit ſecundum menſuram determinatam, ſed infinito exceſſu: non ergo deeſt proportio in Deo per defectum, ſed per exceſſum virtutis, ideoque eſt infinitum agens; non tamen eſt relatum relatione reali, quia eſt extra genus, & ordinem, & proportionem: rerum autem agendarum, ſiue mobilium proportio eſt ad Deum, vt S. Thomas ait, q. 7. de potentia, art. 10. ad 9. quatenùs vna excedit aliam perfectione, non quòd magis accedat ad Deum quædam, quam alia; ſed quia hæc magis quàm illa recedit ab imperfecto; & ideò in rebus creatis eſt realis relatio ad Deum, ſicut & proportio.

Proportio in agente neceſſaria eſt vt agens excedat paſſū ſecundum mēſurā determinatā, vt duplū agit in ſub duplum.
In Deo nulla eſt proportio cum creatura, quia excedit in finito exceſſu.
Deus eſt extra genus, & ordinem, & proportionem.
Ex S. Tho. In rebus creatis eſt proportio ad Deū, nō quòd hæc magis, quàm illa accedit ad Deū, ſed quatenꝰ magis recedit ab imperfecto.

17.
Ad 5. arg. Reſpond. *Ex S. Tho.*

Ad quintum reſpōdetur cum S. Thoma eo loco ad 2. quòd eſſe mobile non cauſa, vt mouens referatur relatione reali, quod argumento illo conuincitur; ſed eſt indicium, quòd ipſum mouens non eſt alterius ordinis; mouens enim, quod eſt mobile, eſt ordinatum à priori mouente; & ita non eſt extra ordinem mobilis; & eſt relatum relatione reali. Deus verò eò quòd eſt mouens non motum, oſtenditur eſſe alterius ordinis, & non eſſe ordinatus ad mobile; quare etiam iudicatur non eſſe relatus reali relatione ad creaturas.

In mouente mobili, quòd mobile ſit, non eſt cauſa relationis realis, ſed eſt indiciū non eſſe ipſum mouēs alterius ordinis.

18.
Ad 6. arg. Ad 1. partē antecedentis. *Ex S. Tho.* Deus eſt re ipſa Dominus, vt Petrus re ipſa eſt idem ſibi; propter fundamenta.

Ad ſextum reſpondetur concedendo cum S. Thoma q. 7. de potentia art. 11. ad 3. quòd Deus eſt re ipſa Dominus, eodem modo, quo Petrus re ipſa eſt idem ſibi; quibus verbis non indicatur eas relationes eſſe reales, ſed earum fundamenta eſſe realia: deſunt autem his aliæ conditiones relationum realium; deeſt enim in identitatis relatione, vt fundamenta ſint diſtincta; in relatione verò creatoris, vt Deus ſit eiuſdem ordinis cum creatura: & ideò non ſunt reales relationes. Ad alteram partem antecedentis negatur; quòd creator formalitèr ſecundum relationem rationis, non ſit ens in anima; non quòd ſit relatio attributa per intellectum, ſed quia eſt relatio rationis, quæ conſequitur modum naturalem intelligendi, vt in notationibus dictum eſt. Et ſimile eſt de relationibus æternis: nam etſi hæ relationes non ſint, niſi dum per intellectum creatum tribuūtur Deo: dicitur tamen Deus ab æterno prædeſtinaſſe, cum aliqua relatione rationis, quia hoc, quod eſt in re ipſa ſine relatione reali, à nobis ſine relatione dici non poteſt, aut intelligi. Et ad hunc ſenſum hæ relationes æternæ ſunt, quoad fundamenta, non verò quòd ab æternitate ſint, vel in re, vel in cognitione noſtra: propoſitio verò dicitur vera ante operationem intellectus, vt ſignum verum, non quòd res ſignificata exiſtat ante intellectus opus; ſed quia fundamentum relationis conuenit Deo, & eſt ipſe Deus: nam ipſa propoſitio, quæ dicitur eſſe vera, eſt

Ad 2. partem. Creator formaliter eſt ens in anima.
Ad confirm. Simile eſt de relationibus æternis, vt ſcientiæ, potētiæ, & prædeſtinationis.
Hæ relationes æternæ ſunt quoad fundamenta.
Propoſitio in qua enunciatur de Deo, dicitur vera ante operationē Intellectus, vt ſignum verū. V. de lib. 2. cap. 36. n. 9.

Digitized by Google

Non ſic dicitur vera formaliter loquendo, cũ ipſa propoſitio ſit operatio intellectus, vt ibidem.

opus intellectus. vt libr. 1. explicauimus; & ideò ſi formalitèr loquendum ſit, ante operationem intellectus nulla propoſitio eſt vera, cum ipſa propoſitio ſit operatio intellectus. Et per hæc reſpondetur ad confirmationem.

19\. Ad vltimum. Non omnia relata ſunt comparata, hoc eſt, collata cũ alijs in vnitate, vel exceſſu, ſed quę fundantur in numero. Vide n. 16. & cap. 19. n. 7. *S. Thom.*

Ad vltimum reſpondetur, quòd comparare eſt in vnitate, vel exceſſu quędam cum alijs conferre; quo pacto non omnia relata comparata ſunt, ſed quæ fundantur in numero, vt ait S. Thomas de potentia q. 2. art. 8. ad 2. Si verò comparare, ſiue conferre ſignificet duntaxat vnum cum alio ſimùl intelligere cum quadam analogia ratione ſimilitudinis; ita Deum cum creatura comparamus, & omnia relata, vel in vnitate aliqua, vel analogia comparata ſunt: nam & agentis ad paſſum, & menſurabilis ad menſuram proportio eſt.

Omnia relata ſunt cõparata, hoc eſt, ſimul intellecta cum vnitate, vel cũ analogia.

CAPVT XXI.

Perſonæ Diuinæ ſimiles, æquales, & coæternæ ſunt.

1\. DE relationibus diuinis hoc libro acturi, primùm de ijs, quæ ſunt Dei ad creaturas, diſputauimus. Secundum eſt, vt de relationibus inter diuinas perſonas quæramus cum S. Thoma 1. p. q. 42. art. 1. & in 1. d. 19. q. 1. art. 1. & 4. contra gentes, cap. 9. de ijs priùs differentes, quæ ſunt perſonis communes, vt ad proprias, perſonaleſque relationes veniamus.

S. Thom.

2\. Inſcriptionis 1. pars: De ſimilitudine habẽte æqualitatem. 1. Prænotandũ. Hæ relationes non fundantur niſi in quátitate, & qualitate. *Ariſtot.* Eſsẽtia, ſeu ſpecies, & forma ſubſtantialis dicitur qualitas latè. In alijs generibus eſt quantitas latè, ſeu mẽſura. Sic æqualitas latè.

Similitudo, & æqualitas in qualitate, & quantitate fundantur, ita vt non ſint extra ea genera, vt docet Ariſtoteles in prædicamentis, & in libr. 1. Metaphyſic. textu 70. Sed quia eſſentia rei dicitur qualitas ampliori ſignificatione, quia ſpecies indicat quale quid eſt res, vt idem Philoſophus docet cap. de ſubſtantia; quęcunque in eſſentia conueniunt, dicuntur ſimilia. Quantitas etiam, quia eſt menſura totius conſtantis partibus, ducitur ad alia genera; eſt enim quantitas in qualitatibus ipſis penes gradus perfectionis, quaſi gradus ſint partes totius menſurabiles. Quare ea, quæ in candore ſunt ſimilia, dicimus eſſe quoque æqualia, ſi habeant eundem gradum candoris; quia in ſimilitudine attendimus vnitatem formæ, in æqualitate vnitatem menſuræ: quamuis in re ipſa non ſint duæ relationes fundatę in candore; ſed vna, quæ eſt relatio perfectæ ſimilitudinis: nam ſicut candidum dicitur magis, & minus; ita & ſimile dicitur, vt Ariſtoteles docet cap. ad aliquid.

In re ipſa eſt vna relatio in in candore eo habente vnitatem formæ, & vnitatẽ menſuræ cum alio cãdore, ſcl. perfecta ſimilitudo. *Ariſtot.*

3\. 2. Prænotandũ. Similitudo, & æqualitas vt fũdantur in qualitate, & quantitate prædicamentali dicuntur de Deo per metaphoram. Aſſertio. Similitudo quæ fũdatur in qualitate ſumpta pro eſſentia dicitur propriè de diuinis perſonis, & eſt in illis infinita.

Simile ergo, & æquale, vt fundantur in æqualitate, & quantitate prædicamentali non dicuntur de Deo, niſi per eandem metaphoram, qua attribuimus Deo qualitatem, & quantitatem, iuxta illud Symboli. *Qualis Pater, talis Filius, &c.* Simile autem, quod in eſſentia fundatur, non per metaphoram, ſed propriè dicitur de diuinis perſonis. Vt igitur de ſimilitudine primò dicamus, ſi qualitas pro eſſentia accipiatur (nam & Ariſtoteles 5. Metaphyſic. tex. 9. formam ſubſtantialem vocat qualitatem) infinita eſt ſimilitudo inter diuinas perſonas, vtpotè in eſſentia eadẽ indiuidua fundata.

4\. Declaratur. *Scoto* cõſentiente, prout cõceptu diſtincto diſcernimus eſſentiã ab attributis, rectè dicimus identitatẽ in eſſentia, ſimilitudinem verò in attributis fundari.

Ioannes Scotus in 1. d. 19. q. 1. meditatur in identitate ſubſtantiæ diuinæ fundari relationem identitatis, & in identitate attributorum, quæ ſunt quaſi naturæ diuinæ qualitates, meditatur ſimilitudinem. Et rectè hoc quidem, vt fiat analoga comparatio cum rebus creatis, dummodò intelligamus attributa non diſtingui ex natura rei à diuina eſſentia, & conceptu formali eſſentiæ contineri, conceptu, inquam, confuſo; ſed conceptu diſtincto, vt diſcernimus eſſentiam ab attributis, rectè dicimus identitatis relationem in eſſentia, ſimilitudinis verò relationem in attributis fundari.

5\. Vt probetur aduert. Similitudo in eſſentia generica eſt ſecundũ quid. In eſſentia ſpecifica eſt ſimpliciter, vt c. 12. p. 2. n. 6. Cũ Deus ſit etiã extra omne genus, nulla eſt inter illum, & creaturas ſimilitudo fundata in vnitate formæ.

Aduertendum eſt autem, quòd ſimilitudo fundata in eſſentia generica, non eſt ſimplicitèr dicenda ſimilitudo, ſed eſt ſimilitudo in genere; quæ autem fundatur in eſſentia ſpecifica, ſimplicitèr ſimilitudo eſt, vt eſt homo homini ſimilis, non autem homo leoni, quod anteà declarauimus. Cum ergo Deus ſit etiam extra omne genus, nulla eſt omninò ſimilitudo inter Deum, & res creatas, quæ ſunt in genere; non eſt, inquam, ſimilitudo quæ fundetur in vnitate formæ, quæ eſt relatio æquiparantiæ, hoc eſt æqualis cõparationis, ita vt vtrumq; relatũ ſit alteri ſimile: ſed eſt ſimilitudo pertinens ad tertium genus relatorum, quaſi menſurabilis ad menſuram; ita vt in creatura ſit ſimilitudo, non verò in

Creatura eſt ſimilis Deo ſimilitudine diſquiparãtiæ, & exẽplati pertinẽte ad 3. genus.

in Deo, quod etiam ſuperiùs admonui- A mus. Et hæc ſimilitudo eſt diſquiparantiæ, hoc eſt, inæqualis comparationis; ita vt in creatura ſit ſimilitudo, hoc eſt, imago, aut imitatio aliqua, & in Deo exemplar: hoc pacto creaturæ ſunt ſimiles Deo; ſed Deus non eſt ſimilis creaturæ, vt S. Thom. docet ſæpiùs, imò 1. p. q. 4. art. 3. ad 1. meritò affirmat creaturam quamuis maiori ex parte eſſe diſsimilem Deo, quàm ſimilem; innumeris enim partibus ſuperatur perfectio creaturæ: effectus ergo cauſæ æquiuocæ, ſunt ſimiles illi ſimilitudine proportionis, vt aiunt; non verò perfecta ſimilitudine, qua ſoli effectus cauſæ vniuocæ ſunt cauſæ ſimiles.

Deus non ita ſimilis eſt creaturæ.

Ex S. Thom. creatura quæuis maiori ex parte eſt diſsimilis, quàm ſimilis Deo.

Effectus cauſæ æquiuocæ ſunt ſimiles illi ſimilitudine proportionis, non verò perfecta.

6\. Arius dicebat Filium eſſe Patri ſimillimũ, ſed vt creaturã. Eunomius dicebat omninò diſsimilem.

Ex quibus intelliges controuerſiam inter Arianos perantiquam; quidam enim dicebant cum Ario Filium eſſe Patri ſimillimum, eo aſtu, & fraude, vt inter creaturas Filium Deo ſimillimũ dicerent. Alij verò cum Eunomio omninò diſsimilem eſſe impijſsimè aſſerebant; eò quòd non crederent eſſe ſimilem æquali comparatione, eandemque hæreſim verbis clarioribus inuerecundiùs effutiebant, vt refert Theodoret. Nequicquam verò Ariani Eunomianos C arguebant, quòd dicerent Filium diſsimilem; nam & Ariani qui ſimilem, vt creaturam credebant, diſsimilem maximè iudicabant.

Theodoret. cõtra Eunom. 1. probatio Arij.

7\. Eadem contra Arium ſtare arguitur ex aduert.

2\. probatio cõtra vtrumq; eſt definitio Eccleſiæ.

Itẽ Patres tractantes æqualitatem continẽtes in ſe ſimilitudinem.

S. Thom.

Vt autem tota hęc hęreſis aboleatur, definit Eccleſia diuinas perſonas eſſe æquales: ipſa ergo ſimilitudo eſt æqualis comparationis; ſiquidèm perſonæ nõ ſolùm ſimiles, ſed æquales ſunt: quamobrem Patres æqualitatem perſonarum potiùs, quàm ſimilitudinem tractant, & diſputant, vt planiùs conuincant hæreticos. Et ideò S. Thomas ad 2. notat, quòd æqualitas contineat in ſe ſimilitu- D dinem, quando ęqualitas in perfectionis quantitate fundatur.

8\. Inſcriptionis 2. pars de hac æqualitate.

Ex S. Aug. notandum.

Magnitudo Dei eſt ipſa eius eſſentia.

Idem oſtendit hoc eleganter.

Magnitudo diſtincta eſſet maior, hoc eſt melior Deo.

S. Anſelm.

Aſſertio: Magnitudo eſt fundamentum æqualitatis inter perſonas infinitas.

S. Hieron. in hęreſim Arij de qua n. 6.

Aduertendum igitur ex S. Auguſtino 6. de Trinit. cap. 8. quòd in ijs, quæ non mole magna ſunt, hoc eſt maius eſſe, quod eſt eſſe melius: magnitudo autem Dei eſt ipſa eius eſſentia, vt eleganter oſtendit idem S. Auguſtinus libr. 6. de Trinit. cap. 18. ita vt Deus non ſit magnus magnitudine, quæ non ſit Deus ipſe; aliàs magnitudo diſtincta à Deo, quę Deus non eſſet, maior ipſa eſſet, quàm Deus; quòd ſi maior, & melior; Deo A autem nihil melius cogitari poteſt. De eadem re doctè loquitur S. Anſelm. Monolog. cap. 1. & 2. Eſt igitur magnitudo diuina, quæ eſt fundamẽtum æqualitatis inter perſonas infinitas. Vnde S. Hieronym. in Ezechiel. 28. *Sæuiſsima* (inquit) *hæreſis eſt, quæ in Chriſto tantum Patris ſimilitudinem confitetur, aufert naturam.* Quia hæretici permittebant quidem ſimilitudinem, ſed non fundatam in vnitate naturæ.

9\. Vnitas huius magnitudinis oſtenditur.

Ariſtot.

Fũdatur autẽ æqualitas in magnitudine penes hoc, quod neutrum extremum, quod æquale dicitur, ſit maius, aut minus; quia vt Ariſtot. ait 10. Me- B taphyſicæ text. 15. & 16. æquale dicitur, quaſi per negationem maioris, & minoris, quòd autem non ſit alterum maius, aut minus quędam negatio eſt, per quã vtrumque reducitur ad vnitatem magnitudinis; vnitas enim eſt conditio fundans æqualitatem, vt diximus. Cum autem magnitudo diuina ſit eadem in tribus perſonis, hoc ipſo indicatur, quòd non ſit maius, & minus: non enim eâdem magnitudine vna perſona maior eſſe poteſt, quàm alia. Quod etiam ſignificauit Beotius libr. de Trinit. *Eos* (inquit) *differentia Deitatis comitatur, qui vel augent, vel minuunt.* Neceſſe C eſt enim vt ponant Deitates plures, qui aiunt perſonam Deitatis quandam aliã maiorem, aut minorem eſſe. Ita etiam infinitudo magnitudinis oſtendit eius vnitatem: nam in ijs, quæ ſunt definita poſſunt eſſe menſuræ diuerſæ; in infinito autem vna eſt menſura, ſcilicèt, quòd non ſit menſurabile; infinitum autem in quantitate, etiamſi abſit ab omni menſura, quã verſum infinitum eſt; tamen ſecundum partes eſt menſuræ ſubiectum: eſſentia autem infinita eſt indiuiſibilis, non habens partes; & ideò D omninò eſt ſeparata à menſura. Et hæc vnitas perfectæ, infinitæque magnitudinis fundat æqualitatem inter diuinas perſonas.

Boetius.

Infinitudo magnitudinis oſtendit eius vnitatem.

In infinito vna eſt mẽſura, ſcil. quòd nõ ſit menſurabile.

Non quãtitas, ſed eſſentia infinita eſt omninò immenſurabilis.

10\. 1. Aduert. Ad ęqualitatẽ requiruntur duo 1. vt ſit magnũ. 2. vt nõ maius, nec minus.

Ob defectum primi punctus non eſt æqualis lineę.

In diuinis perſonis vtrumq; reperitur.

Obſeruandum eſt autem, quòd, vt aliqua ſint æqualia, exigit ratio fundamẽti, vt ſingula ſint magna, & non maiora, aut minora. Quare punctus eſto non ſit maior, aut minor lineã, quia non eſt quantus, maius autem, & minus in quantitate ſunt; non eſt æqualis lineæ, eo ipſo quia non eſt magnus: ſed diuinæ perſonæ magnæ ſunt, & nulla maior, aut

Digitized by Google

aut minor; æquales ergo ſunt.

11. 2. Aduert.

Obſeruandum etiam eſt, quòd hæc ſimilitudo ſignificata per nomen eſt mutua inter diuinas perſonas; ſignificata autem per verbum non recurrit, vt docet S. Thom. ad 3. Eſt enim Filius Patri ſimilis, & Filio Pater, quia eſt ſimilitudo ſignificata per hoc nomen, ſimile; Si autem vtamur verbo, Filius aſsimilatur Patri, non tamen Pater aſsimilatur Filio; quia verbum ſignificat cum motu, & loco motus eſt in Deo proceſsio. Cum igitur dicimus Filium aſsimilari, per hoc verbum ſignificamus procedere vt ſimilem, quod Patri non conuenit, iuxta id quod S. Auguſt. ait 6. de Trinit. *Imago, ſi perfectè implet id, cuius eſt imago, ipſa coæquatur ei, non illud imagini ſuæ.* Et hoc ſenſu S. Ioannes Chryſoſt. in illud Pauli: *Non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo*: negat Patrem æqualē Filio dicendum, ſed Filium Patri æqualem (inquam) hoc eſt, æquatum, & aſsimilatum. Et idem de Spiritu Sancto dicendum; aſsimilatur enim, & æquatur Patri, & Filio; ſimilitudo autem æqualis comparationis, de qua loquimur, non fundatur in his proceſsionibus, ſed in vnitate naturæ; quæ autem eſt ſimilitudo imaginis, fundatur in proceſsione, vt lib. 2. docuimus. Ipſa tamen ſimilitudo æqualis comparationis ſignificata per verbum conuenit perſonæ procedēti, quia verbum indicat proceſsionem, vt modò dicebamus.

S. Thom. Pater, & Filius ſunt mutuò ſimiles, & æquales relationib. æquiparantiæ. Sic Filius aſſimilatur, & æquatur Patri, at non è contra. Verbū indicat motū, & proceſsionem. Elucidatur *S. Auguſt.* *S. Chryſoſt.* in epiſt. ad Philip. 2. Similitèr Spiritus Sāctus aſſimilatꝰ Patri, & Filio, at non e contra. Declaratur 1.

12. Declaratur 2. cōtra *S. Bon.* *Durand.* Aſsimilatū ex vi ſignificationis non coincidit cum exemplato. Exemplū parietis aſsimilati.

S. Bonauent. d. 19. 2. p. q. 3. & Durandus q. 1. aſsimilatum exponunt, quod eſt ab exemplari deductum, quo pacto ſolus Filius eſt aſsimilatus, quia ſolus eſt imago: ſed ſpectata vi ſignificationis huius nominis, aſsimilatum dicimus parietem parieti, cum ſit albus, & ſimilis, licèt non ſit imago. Qua eadem ſignificatione Spiritus Sanctus aſsimilatus eſt Patri, & Filio, cum procedat ſimilis.

13. Quæſtio affinis: Vtrum inter Patrem, & Filium vnitas proprietatis ſpirādi fūdet propriam ſimilitudinem. Affirmant. *Alenſ.* *Richard.* *Alter Richa.*

Quæſtionem verſant hoc loco Theologi, vtrum inter Patrem, & Filium vnitas ſpirationis, qua ſpirant, ſit fundamentum ſimilitudinis; ita vt Pater, & Filius non ſola naturâ dicantur ſimiles, ſed etiam proprietate ſpirandi, ſint verè, & propriè ſimiles? Aiunt Alexand. Alenſ. 1. p. q. 42. memb. 2. art. 2. & q. 61. memb. 3. art. 2. Et Richardus de ſancto Victor. 6. de Trinit. cap. 11. Richardus etiam de media Villa in 1. d. 13. q. 3. Et Innocentius III. quem ſequitur, & refert Dionyſius Carthuſianus in 1. d. 28. q. 8. Et videtur conſentire S. Anſelmus Monolog. cap. 53. & nonnulli confirmant verbis Pauli Hebræor. cap. 1. *Figura ſubſtantiæ*, hoc eſt, imago hypoſtaſis: ita enim interpretandum eſſe comprobat S. Baſilius epiſt. 43. Ergo Filius etiam in ea operatione ſpirandi, quæ pertinet ad perſonas, eſt ſimilis Patri.

Innocent. *Carthuſ.* *S. Anſelm.* Argum. ex *Hebr.* 1. *S. Baſil.*

14. Affirmare debent docentes quæcunq; vnitatem ſufficere ad propriam ſimilitudinem. Improbantur cap. 12 p. 2. à n. 4. vſq; ad 10.

Qui opinantur in omni prædicamento propter eſſentialem vnitatem inueniri ſimilitudinem, non eſt, cur negent Patrem, & Filium in vnitate ſpirandi eſſe propriè ſimiles, ſiquidèm quæcunque vnitas ſufficit ad ſimilitudinem: ſed illorum exiſtimationem iam ſatis ſuperiùs improbauimus.

15. Reſolutio negat. Declaratur. Pater, & Filius virtute ſpirandi, ſeu naturâ ſunt ſimiles. Proprietate ſpirandi ſunt idē, & vnum abſq; ſimilitudine. 1. Probatio.

Dicendum igitur eſt, ſi de propria ratione ſimilitudinis diſputationem faciamus, Patrem, & Filium non eſſe ſimiles, niſi in ſola natura, non verò proprietate ſpirandi: virtute quidèm ſpirandi ſimiles ſunt, quia virtus eſt ipſa natura; ſed proprietate non ſunt ſimiles, ſed ſunt idem, & vnum abſque ſimilitudine: ratio eſt, quia ſimilitudo vera fundatur in qualitate, ſiue eſſentiali, ſiue accidente; tunc enim duo ſimiles ſunt, quando talis eſt vnus, qualis eſt alter. Non ergo rectè dices ad quæſtionem, qualis eſt Pater? eſt generans, aut eſt Pater; ſed eſt Deus, eſt potens. Et ita dicitur in ſymbolo: *Qualis Pater, talis Filius*, ſecundum attributa Deitatis. Et confirmatur, quia homines ſunt ſimiles inter ſe ſolis qualitatibus, vel accidentarijs vel eſſentialibus; ergo & perſonæ diuinæ ſolâ eſſentiâ ſunt ſimiles, qua etiam quales dicuntur. Si verò impropriè loquendum ſit, vbicunque eſt vnitas, ſimilitudo dicitur; æquiuocè tamen. Et in ea ſignificatione cōcedimus Patrem, & Filium eſſe proprietate ſpirandi ſimiles, ſicut ſunt vnum. Et hæc videtur eſſe ſententia S. Auguſtini de Incarnat. Domini cap. 11. & 13. vbi ait præcipuam ſimilitudinem Filij Dei eſſe ſecundum ſubſtantiam, & libr. 6. de Trinit. cap. 4. & libr. 5. cap. 6. æqualitatem perſonarum non attendit in relationibus, ſed in eſſentia. Et eadem eſt ratio ſimilitudinis, vt docet S. Thomas 1. p. q. 35. art. 2. vbi refutat eos, qui dicunt

Symbolum S. Athanaſ. Confirm. *S. Auguſt.* *S. Thom.*

Filium

Filium eſſe ſimilem Patri etiam in ſpiratione actiua. Et idem docet q. 36. art. 4. ad 3. Quarè S. Thom. haud dubiè eo loco auctor eſt partis negantis, quòd ſimilitudo perſonarum attendatur in relatione, aut origine; & idem ſentit in 1. d. 28. q. 2. art. 3.

Idem.

16. Ad argum. ex *Hebr. 1.*

Verba autem Pauli minimè indicant Patrem, & Filium eſſe ſimiles proprietate perſonali; ſed benè edocet Apoſtolus Filium referre hypoſtaſim Patris, nō naturam: imago enim refert aliquid diſtinctum, & refert hypoſtaſim, in qua eſt natura. Vtraque ergo ob cauſam Filius eſt imago hypoſtaſis; tum quia non refert naturam, quæ eſt eadem in vtroque, ſed perſonam, quę eſt diſtincta; tum quia hypoſtaſis eſt; quæ per imaginem exprimitur, vt Imperatoris aliàs, ſi Filius eſt Patri ſimilis in proprietate, quia eſt imago hypoſtaſis, erit ſanè ſimilis proprietate hypoſtatica, ſcilicèt filiatione, quod eſt hæreticum, & impoſsibile: vel ſaltè ſicut ſunt ſimiles in vna relatione, eſſent diſſimiles in alijs, quod paritèr abſurdiſsimum eſt.

Filius eſt imago hypoſtaſis Patris, vtpotè diſtinctæ. 1. ratio.

2. ratio.

Non tamen ſequitur eſſe ſimilē Patri proprietate hypoſtatica, nā hoc eſt hæreticum.

17. Inſcriptionis 2. pars. De relatione coæternitatis.

De relatione autem coæternitatis, dicendum eſt breuitèr: ſunt enim in duratione rerum relationes non ſolùm temporis, vt prius, & poſterius; ſed etiam eorum, quæ ſunt ſimùl, vt Ariſtot. docet 5. lib. Metaph. quod fecit, & factum eſt, relatiuè dicuntur. Qua ratione Patres differunt Patrem ſemper genuiſſe, & Filium ſemper genitū; imò & ſemper gignet Pater, Filiusq; gignetur: quas differentias tēporis noſtro modo intelligendi collectas, æternitas indiuiſibilis continet; tempus autem eſt quantitas ſucceſsiuorum, & æternitas eſt Deo loco quantitatis, extenſa ad omne tempus. Et ità modo eodem, quo magnitudo diuina indiuiſibilis, & infinita, ipſa infinitate vna, & eadem fundat æqualitatem: ita & æternitas indiuiſibilis, & infinita fundat relationem coæternorū, qua tres perſonæ coæternæ ſunt, ſicut & coæquales, vt dicitur in Symbolo S. Athanaſ. & hæc etiam relatio coæternitatis ſignificatur per æqualitatem, vt ait S. Auguſt. lib. de fide ad Petrum: *Æqualitas intelligitur in Patre, & Filio, & Spiritu Sācto inquantum nullus horum, aut præcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut ſuperat poteſtate.* Itaque adæquantur diuinæ perſonæ ſecundum eſſe

Ariſtot.

Hæc relatio declaratur.

Aſſertio: Æternitas Dei indiuiſibilis, & infinita, ipſâ infinitate vna & eadem eſt fundamētum coæternitatis.

Symbolum S. Athan.

S. Auguſt. Summatim totam inſcriptionē exprimis.

A in duratione, ſecundum perfectionem in magnitudine, ſecūdum operationem in potentia, vt ait S. Thom. ad 1.

S. Thom.

18. *Idem* eam explanat.

Obſeruat autem S. Thom. omnes has collationes in forma attendi; vel ſecundum eſſe penes gradus perfectionis intimos, in quibus ſimilitudo poteſt peruenire ad æqualitatem: vel penes effectus duos formę; quorum alter eſt ipſum eſſe, in quo attenditur menſura durationis; alter eſt potentia operandi, in qua maximè ponderatur æqualitas. Perſonę igitur diuinæ ſunt æquales in ipſa forma Deitatis, & ita ſimiles, vt æquales ſint & in duratione ſecūdum eſſe, qua ſunt coæternæ; & in magnitudine potentię, qua B maximè dicuntur æquales. Vbi aduertendum eſt S. Thom. conferre perſonas in attributis diuinæ eſſentiæ: quare vna perſona non poteſt eſſe perfectior alia, propter nobiliorem relationem.

Perſonæ diuinæ ſunt in forma Deitatis ſimiles, & æquales in magnitudine potentiæ æquales, & ſimiles in duratione ſecundum eſſe, coæternæ.

19. Inſcriptioni aducitatur 1. *Caſtro* negās eſſe aliā relationē vnitatis inter perſonas, niſi identitatis. Argum. vrget *Scotum.*

Alfonſus à Caſtro repugnat eſſe aliā relationem vnitatis ponendam inter diuinas perſonas, niſi identitatis relationem, quę fundatur in vnitate ſubſtantię, eò quòd ſola ſubſtantia propriè dicatur de Deo, non quantitas, aut qualitas, in quibus æqualitas, aut ſimilitudo fundatur. Ioan. Scot. verò, qui exiſtimat has C relationes eſſe reales, accuratiùs debere ad argumentum reſpondere, vt res diuinas, ſcilicèt ſimilitudinem, & æqualitatem, proprio conceptu formali conſtitueret. Nos verò qui aſſerimus eſſe has relationes rationis, ſatis eſt, vt diuerſis rationibus eandem eſſentiam cogitantes, diuerſas relationes fundemus: nam quatenùs eſſentia eadem eſt in tribus perſonis, ponimus relationem idētitatis; at verò quatenùs eſſentia ipſa, vel attributum eius, eſt quaſi qualitas, & perfectio ſingularium, in vnitate perfe-D ctionis, & qualitatis fundamus ſimilitudinem, & in magnitudine æqualitatem. Eſt ergo Pater, ſicut ſine qualitate ſapiens, ita ſine qualitate ſimilis, & ſine quātitate æqualis; non vt ſimile, & æquale in qualitate, & quantitate inueniuntur, vt initio diximus; ſed ampliori ſignificatione: quo pacto homo homini eſt ſimilis, & candor candori æqualis. Et ita ſunt diuinæ perſonæ æquales, non impropriè, ſed dilatato nomine æqualitatis ad ea etiam, quæ quantitatem non habeant, quæ æqualitas in vnitate perfectionis fundatur.

Vera reſponſ. Nos diuerſis rationibus eandem eſſentiam cogitantes, ſc. vt eſſentiam, vt qualitatem, vt magnitudinem, diuerſas relationes fundamus.

Diuinę perſonæ ſunt ſimiles, & æquales nō impropriè ſed dilatato nomine.

20.
Aduerſatur 2. Aure. apud Capreol.

Aureolus verò apud Ioan. Capreol. A errat deteriùs, qui hæc non eſſe relata, ſed abſoluta contendit: vel enim neget Filium eſſe Patri æqualem, quod impiũ eſt; vel concedat neceſſe eſt, id eſſe ad alterum relatum, quod æquali æquale eſt, & ſimili ſimile.

Confirmatio.

21.
Symbol. Conc. Later. Ad Philip. 3.

QVòd perſonæ diuinæ ſint æquales, & coæternæ tum Patres cum Doctoribus conſentiunt, tum etiam Concilia definiunt. Ita profitemur in Symbolo, & decretum eſt in Concilio 2. Lateran. cap. *Firmitèr*, & ad Philip. 3. dicitur, *Non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo.*

CAPVT XXII.

Similitudo, & æqualitas, omniſq; alia relatio in Deo, eſt rationis, exceptis perſonalibus.

CApuṫ hoc diuidimus in partes duas.

Prior pars: *Similitudo, & æqualitas in Deo ſunt relationes rationis.*

Poſterior pars: *Omnis relatio in Deo eſt rationis, exceptis perſonalibus.*

PARS PRIOR.

Similitudo, & æqualitas in Deo ſunt relationes rationis.

1.
De relationibus fũdatis in vnitate perſonarum. 1. ſent. titulo oppoſita eſt Scot.

IOannes Scot. in 1. d. 31. q. 8. & quodlib. 6. cum ſequacibus ſuis affirmat relationes ſimilitudinis, & æqualitatis inter perſonas diuinas eſſe reales relationes, reſque diuinas, cum nihil ſit in Deo reale, quod ſit res creata, ſed diuina, & increata.

2.
2. ſent. in tit. aſſerta, eſt S. Thom.

Quam nos opinionem confutandam ſuſcipimus cum S. Thom. affirmando ſolas relationes perſonales, quæ fundantur in origine, & ſunt diuerſæ appellationis, eſſe reales; cæteras aimus eſſe relationes rationis: operæq; pretium erit ante ipſam diſputationem eas omnes relationes, quæ ſunt inter diuinas perſonas, breuitèr percenſere. Prima eſt relatio identitatis, qua relatione diuinæ perſonæ ſunt idem inter ſe propter eſſentiam eãdem, vt prędicat Omouſiana fides; nihil autem creatum eſt ita perfectè idem ſibi, ſicut perſonæ diuinæ ſunt idem inter ſe. Cum enim res omnis creata ſit compoſita, vt docuimus lib. 1. ſecundum partes ſingulas diſtinguitur res quæuis à ſe ipſa, & ita ſecundum partes, & partes nulla res creata eſt ſibi idem: diuinæ autem perſonæ neque habent cõpoſitam eſſentiam, neque cum eſſentia compoſitionem efficiunt; quare cum in eis eſſentia ſit eadem, ſunt idem inter ſe maiore identitate, quã quæuis res creata ſit idem ſibi. Quare ineffabili quodã modo ſunt re ipſa diſtinctę, & ſecundum eſſentiam idem. B

Prænotatio. Percenſentur relationes, quę ſunt inter diuinas pſonas. Prima eſt identitas.

Hanc eſſe ſummam oſtenditur ex diuinæ ſimplicitate.

3.
2. eſt oppoſitio relatiua: Hanc eſſe perfectiſſimã oſtenditur.

Sunt autem relatiuè oppoſitæ, quarè ipſa oppoſitio ſecunda relatio eſt inter diuinas perſonas, eaque perfectiſſima. Cum enim quatuor modis oppoſita dicantur, contradictoriè, priuatiuè, contrariè, & relatiuè; tria illa priora negationem entis afferunt in altero oppoſitorum; nam & in contrarijs priuatio inuenitur; & in priuatione negatio entis: ſola ergò eſt oppoſitio relatiua, quæ negatione entis caret.

4.
3. eſt diſtinct. Hanc eſſe abſolutiſſimam comprobatur.

Ex oppoſitione oritur diſtinctionis relatio, quæ in perſonis diuinis abſolutiſſima eſt, eò quòd diſtinguantur perſonæ relationibus, qui eſt optimus diſtinctionis modus, vt lib. 4. dicemus. C

5.
Oppoſitio, & diſtinctio fundantur in proprietatib⁹, vel potiùs in numero perſonarum. Identitas, & cæteræ in vnitate eſſentiæ.

Et hæ quidèm duæ relationes, ſcilicèt oppoſitio, & diſtinctio, fundantur in ipſis perſonis, ſiue proprietatibus perſonarum, vel potiùs in numero earum, quę eſt conditio fundandi, vt docuimus: identitas verò, & ſimilitudo, & æqualitas, & cæteræ fundantur in vnitate eſſentiæ; omnes ergo fundãtur in numero, & vnitate, quod eſt primum genus relatorum. Et iſtæ omnes relationes ſunt æquiparãtię, hoc eſt, eiuſdem appellationis, vt idẽ refertur ad idem, oppoſitum ad oppoſitum, ſimile ad ſimile. At verò in numero ipſo ternario poſſũt fundari relationes diſquiparantiæ, quæ ſunt proportionis, quas omnes eſſe relationes rationis aſſerimus. D

Omnes ſunt æquiparãtię. In numero ipſo ternario poſſunt fũdari relationes diſquiparantiæ, quæ ſunt proportionis.

6.
Pro 1. ſentent. fundamẽtum S. Thomæ. quòd fũdamẽta relationis realis oportet eſſe re ipſã diſtincta.

Eas ergo relationes quæ fundantur in eſſẽtia diuina probat S. Thom. q. 28. art. 4. non eſſe reales, quia opus eſt tam fundamenta, quàm ſubiecta relationum realium, eſſe re ipſa diſtincta; ſed eſſentia diuina, quæ eſt fundamentum ſimilitudinis, & ęqualitatis inter diuinas perſonas, non eſt diſtincta in illis, ſed vna,

& ea-

Digitized by Google

& eadem: ergo non fundat relationem realem inter diuinas perſonas.

7. Hoc fundam. abnegat *Scotus*.

Quæ conſequentia cùm ſit euidentiſſima, diſputatio tota eſt de illo aſſumpto, quod fundamenta relationis realis oporteat eſſe re ipſa diſtincta. Hoc enim abnegat Ioan. Scot. in 1.d.31. & in quodlib.q.6. & alij.

8. Fundamenti 1.probatio per inductionem.

Probatur tamen aſſumptum clariſſimis argumentis. Et primum inductione; hoc enim liquet, in omnibus relationibus realibus, fundamenta eſſe res diſtinctas.

9. 2. probatio à pari ratione in ſubiecto, & fundamento. Confirm.

Secundò probatur, quia relatio tam pendet à fundamento, quàm à ſubiecto; ergo non minùs exigit diſtincta fundamenta, quàm ſubiecta. Et confirmatur, quoniam relatio adhæret fundamento, quaſi ſubiecto; ergo hoc ipſo, quod poſtulat ſubiecta diſtincta, diſtincta quoq; fundamenta exigit.

10. 3.probatio. Ipſa fundamẽta ſunt quandoque relata: Quandoq; nõ ſunt, vt humanitas fundans paternitatem non eſt pater, at h rc etiã referũtur vtque.

Tertiò: Ipſa fundamenta ſunt quandoque relata, quia albedo eſt albedini ſimilis; relata autem oportet eſſe oppoſita, & diſtincta. Verum eſt quòd non ſemper fundamenta ſunt relata; humanitas enim, quę eſt fundamentum paternitatis nõ eſt Pater, ſed homo eſt Pater: ſed tamen etiam in ea relatione fundamentum refertur vt quo, & quodammodò reſpicit alterum fundamentum; vndè oportet eſſe oppoſita, & diſtincta.

Confirm. Fundamentũ vnius relationis eſt terminus ſaltẽ materialis alterius.

Confirmatur, quia fundamentum vnius relationis, eſt terminus ſaltèm materialis alterius relationis, vt omnium conſenſione approbatur: quo antecedente conceſſo, neceſſe eſt fundamenta eſſe diſtincta, & oppoſita, vt oppoſitas relationes non ſolùm fundẽt, ſed terminẽt; terminare enim oppoſitionem indicat.

11. 4.probatio ex ſent. nõ diſtinguentem relationẽ à fundamento, niſi ſolùm formaliter ex natura rei.

Quartò idem probatur manifeſtè ex illa ſententia ſatis approbata; quòd relatio non diſtinguitur ſimpliciter à fũdamento, ſed ſolùm ex natura rei; eſt enim conſequens, vt relationes, quæ neceſſariò ſunt res diſtinctæ, arguant diſtinctionem realem fundamentorum, à quibus non diſtinguuntur.

12. 5.probatio ex abſurdo.

Quintò etiam probatur, quia aliàs extrema conuenirent in eo, in quo opponuntur; quia conuenirent in vna forma, quæ eſſet cauſa oppoſitionis realis, ſcilicèt relatiuæ oppoſitionis.

13. 6.probatio efficacior.

Sed probatur adhùc efficaciori argumento; nam hæc relata æquiparantiæ, quæ fundantur in vnitate formæ, fundã- A tur in vnitate duorum, vt ait Ariſtot. 5. Metaph. fundantur ergo in vnitate duarum formarum, verbi gratia, duorũ candorum; ſubiecta enim non fundant per ſe has relationes, ſed per formas ſuas, quia ſunt ſimilia in candore; ergo vnus, & idem candor non poteſt eſſe fundamentum relationis realis, quæ fundatur in vnitate formarum. Sanè, vt Filiũ Dei dicamus eſſe æqualem Patri in ſapientia, conferimus ſapientiam Filij cum ſapientia Patris, quaſi eſſent diſtinctæ; ſed hæc diſtinctio eſt rationis, & non poteſt conferri ſapientia ſapientiæ, cum ſit eadem; ergo æqualitas, quæ fundatur in illa vnitate collationis, eſt relatio rationis: familiare eſt autem Patribus comparare ſapientiam Patris, & Filij, quaſi diſtinctas, vt ita exæquent Patri Filium: & hoc poſtulat ratio ipſa æqualitatis; ſicut ergo relatio idẽtitatis eiuſdem ad ſe ipſum, eſt rationis, quia relationis extrema non ſunt diſtincta: ita relatio idẽtitatis perſonæ diuinæ ad aliam, eſt rationis, quia fundamentum eſt omninò idem: neque poteſt intelligi duplex relatio, niſi in duplici fundamento.

Relata æquiparantiæ quę fũdantur in vnitate formæ fũdantur in vnitate duarum. *Ariſtot.* id eſt duarum formarum.

In diuinis, ſapientia Patris eſt diſtincta p rationem à ſapientia Filij, prout in ea fũdatur æqualitas inter has perſonas.

B

14. Pro 2.ſentent. fundamẽtum *Caietan.* quòd fũdamẽta æqualitatis, & ſimilitudinis per ſe ipſa referuntur.

Thom. Caiet. q.42.art.1. probat has relationes non eſſe reales, quia fundamenta, quæ per ſe referuntur, oportet C eſſe re ipſa diſtincta; ſed fundamenta æqualitatis, & ſimilitudinis per ſe ipſa referũtur; ergo oportet eſſe re ipſa diſtincta; & in Deitate, quia non ſunt diſtincta, relatio realis non eſt. Quod argumentum in rebus creatis firmũ eſt, & eodem paulò anteà vſi ſumus comprobãtes albedinem ab albedine diſtingui, quę ſunt fundamentum relationis, quia & ipſę albedines referuntur. Quarè contra Bartholomęum Torres duo corpora eãdem albedine nõ eſſent relata relatione reali, quia albedo non poſſet eſſe relata ad ſe ipſam; pertinet enim ad qualitatem per ſe ipſam eſſe ſimilem, qua & nos ſi- D miles ſumus. Sed in diuinis non eſt qualitas propriè, cuius eſt proprium referri; ergo etſi ſubſtantia diuina non referatur ad ſe ipſam, vt ſimilis ſibi, poterit aliàs eſſe fundamẽtum relationis realis, qua Pater eſt ſimilis Filio. Et hoc ipſum ſuadet ratio, quia identitate ſubſtantiæ, vel attributorum Filius eſt ſimilis Patri; attributum autem, aut ſubſtantia non eſt ſimile ſibi ipſi, ſed idem: ergo non eſt cõſequens ex eo, quòd fundamentum non refertur,

In creatis approbatur, vt n. 10.

Cõtra *Torr.* infertur duo corpora eadẽ albedine non eſſe relata relatione reali.

In diuinis improbatur.

Ex eo quòd fundamẽtum

non refertur, non eſt conſeques, quòd nō referantur perſonæ.

refertur, quòd non referantur perſonæ. Nos verò ad declarandam ſimilitudinẽ hanc perſonarum, non accipimus fundamenta ſimilia, ſed fundamenta repetita, cogitando ſubſtantiam in Patre, & ſubſtantiam in Filio. Proloquium autem S. Thomæ eſt commune, affirmatq; Doctor Sanctus omnem relationem realem poſtulare fundamenta diſtincta re ipſa, quod & nos confirmauimus. Quare etſi ea fundamenta non referantur, vt in relationibus diſquiparantiæ, tamen oportet eſſe re ipſa diſtincta.

Fūdamentū S. Thomæ commune eſt.

Etſi fū lamēta non referantur, vt in relationibus diſquiparātiæ, tamē oportet ea eſſe re ipſa diſtincta.

15. *Conſectariū.*

Quamobrem, etſi vera eſſet illa opinio, quæ Patrem, & Filium appellat ſimiles in ſpiratione; non tamēn ea ſimilitudo eſſet relatio realis, quia fundamentum eſt vnum, ſcilicèt vna, & eadem ſpiratio. B

16. *Ad S. Thom. fundamentū, reſponſio expenditur.*

Sunt qui ad hoc argumentum reſpōdeant, relationes diuinas non aduenire rebus diſtinctis, quia ipſæ afferunt ſecū ſubſiſtentia diſtincta; & idcircò non eſſe neceſſe, vt fundentur in fundamentis diſtinctis. Rectè quidèm; nam relationes diuinæ, quatenùs afferunt ſubſiſtentia, videlicèt vt formæ hypoſtaticę ſunt, non fundantur in aliquo fundamento: benè tamen, vt relationes ſunt, conceptu relatiuo, neceſſe eſt, vt in fundamentis diſtinctis fundentur; quandoquidèm perſonis diſtinctis aduenīunt, vt lib. 4. dicemus: nam antequàm intelligamus relationes conceptu relatiuo, intelligimus hypoſtaſes, ſiue perſonas Patris, & Filij, & illa hypoſtaſis, ſiue perſona non eſt iſta, quæ eſt negatiua diſtinctio. Adueniunt ergo etiam in Deo ipſæ relationes perſonis diſtinctis, & exigunt fundamenta diſtincta. C

Relationes diuinę vt ſūt formæ hypoſtaticæ, non fundātur in aliquo fundamento.

Vt ſunt relationes conceptu relatiuo adueniunt perſonis diſtinctis, & in illis fundantur.

17. *Quæſt. affinis. Vtrum inter fundamēta relationis realis ſufficiat quæuis diſtinctio ex natura rei, ſiue modalis, ſiue etiam formalis.*

Sed vt magis exacta relinquatur diſputatio, quæritur quęnam diſtinctio ſufficiat inter fundamenta relationis realis? Quòd enim neceſſaria ſit diſtinctio in re ipſa, decreuimus: ſed ſufficiatnè illa diſtinctio, quæ dicitur ex natura rei, ſiue modalis, ſiue ètiam formalis, ambigitur? Quidam opinantur quāuis diſtinctionem rei, ſiue modalem, ſiue formalē ſufficere inter fundamenta relationum realium: quia cum relatio ſit res minuta, & recula, quæ parùm diſtat à nihilo, fundamēto quouis, & quauis diſtinctione ſui fundamenti inniti poteſt. D

Affirmat Soar. 12. Met. d. 47. ſect. 9. Argum.

18. *Reſol. negat. 1. ratio, & pręcipua.*

Hæc opinio multis ex cauſis diſplicet: & illa eſt præcipua quòd auget infinitum numerum relationum; ſi omnes rerum modi, & minutæ differentiæ ſunt inter ſe conferenda relationibus realibus. A

19. *2. ratio. Relatio habet propriam exiſtentiam.*

Sed infirmatur iſta ſententia rationibus efficacibus. Relatio enim habet propriam exiſtentiam; ergo non fundatur in modo reali, qui modus realis propriā exiſtentiam non habet, ſed exiſtit exiſtentiā illius rei, cuius eſt modus, vt lib. 4. dicemus. Quòd ſi relatio poſtulat fundamentum propria exiſtentiā exiſtens; poſtulat etiam diſtinctum ſimpliciter à quauis re alia. Et confirmatur, quià relatio eſt ad aliud; ſed modus rei non eſt ſimpliciter aliud; ergo relatio non fundatur in modo rei, ſiue in re ſola modali diſtinctione diſtincta: non ergo ſubſtantia, aut accidens refertur relatione reali ad ſuum modum realem, qui non eſt ſimpliciter aliud.

Confirm. Modus rei nō eſt ſimpliciter aliud.

20. *3. ratio: Diſtinctio relatiua eſt præcipua inter reales: quare cum relationes nō diſtinguantur à fundamētis, hæc ſimpliciter ſūt res duę.*

Tertiò: diſtinctio relatiua eſt præcipua inter reales, eò quòd affert poſitiuā oppoſitionem rei ad rem, vt libr. 1. docuimus; ergo duæ relationes reales ſimpliciter ſunt res duæ, ſimpliciterque diſtinctæ; ſed non diſtinguuntur à fundamentis, vt probatum eſt hoc libro; ergo fundamenta ſimpliciter ſunt res duæ; non ergo ſolùm ex natura rei, ſiue formaliter, ſiue modaliter (vt aiunt) fundamenta diſtinguuntur, ſed actu, & ſimpliciter.

21. *4. Ratio eſt Soncinatis. Infert ex oppoſito numerum relationū actu infinitū, inter partes cōtinui proportionales. S. Thom.*

Poſtremò arguitur argumento Pauli Soncinatis 5. Metaph. q. 19. nam ſi in fundamentis non requiritur diſtinctio realis ſimpliciter ad relationem realem fundandā; ſit, vt partes cōtinui proportionales referātur inter ſe relationibus realibus, etſi non ſint ſimpliciter inter ſe diſtinctæ; & erunt infinitæ relationes: ſicut etiam S. Thom. 2. contra gent. cap. 12. probat rem quampiam non referri ad res poſſibiles, quia conſequerentur infinitæ relationes ad res poſſibiles infinitas. Quidam reſpondent concedendo hoc totum, neque verò id mirum eſſe, quòd ſint infinitæ relationes, ſicut ſūt partes cōtinui infinitæ. Sed non aduertunt animum ad id, quod videtur eſſe præ oculis: partes enim continui non ſunt actu diſtinctæ, ſed ſunt in potentia; & continuitate quadam ens vnum: relationes verò non faciunt vnum cōtinuitate; ita vt relationes plures, quaſi potētia diſtinctę, conſtituant vnam relationē conti-

Reſponſ.

Refellitur. Partes continui infinitæ ſunt diſtinctę in potentia, & ſunt continuitate quadā ens vnum. Relationes nō ſic, ſed ſunt en

Digitized by Google

tia actu diſtincta ſingula inter ſe.

continuam; ſed ſunt entia actu diſtincta ſingula inter ſe. Quamobrem erit numerus relationum actu infinitus, quod eſt impoſsibile. Quòd ſi partes non interſecantes ſe ſe, quæ ſunt in eodem continuo, referuntur relatione reali; etiã proportionales, & interſecantes referuntur reali relatione: ſiquidèm continuitas (vt aiunt) non prohibet eſſe relatas; neque poſſunt ſignari relatæ hæ potiùs partes, quàm illæ in continuo: ergo vel nullæ ſunt relatæ, vel omnes. Sed omnes eſſe relatas eſt impoſsibile, cum ſint infinitæ; ergò neceſſe eſt nullas eſſe relatas;

Quoad hoc eſt par ratio de partibus continui non interſecantibus ſe ſe, atque de proportionalibus, & interſecantibus.

Quod argumẽtum validiſsimè comprobat relata, ſiue ſubiecta, ſiue fundamenta debere eſſe diſtincta non ſolùm in potentia, ſed actu; & non ſolùm ex natura rei formalitèr, aut modalitèr, ſed diſtinctione ſimplicitèr reali. Quæ eſt opinio Pauli Soncin. loco cõmemorato. Quarè etſi Scotus ponat attributa diſtincta ex natura rei, & ſuas habere magnitudines: non conſequitur eas referri inter ſe, vt æqualia, relatione reali, vt videtur ſibi commõſtrare Bartholom. Torres, q. 42. art. 1. p. 4.

Hæc ratio probat requiri diſtinctionẽ actu, & ſimplicitèr realem.

Conſectariũ. In opinione Scoti de diſtinctione formali inter attributa, hęc non referuntur inter ſe relatione reali, contra *Torres.*

22. Summarium huius partis.

Quo poſito fundamento negari non poteſt relationes ſimilitudinis, & æqualitatis inter diuinas perſonas non eſſe relationes reales, ſed rationis. Siquidèm fundantur in eadem eſſentia diuina. Et hęc ipſa concluſio p. cap. ſequent. firmabitur non minùs validis argumentis.

Confirmatio.

23. *S. Thom.* *Magiſt.* *Durand.* *Ægid.* *Marſil.* *Capreol.* *Caiet.* *Torres.* *Ferrar.*

QVòd hæ relationes ſint rationis docet S. Thom. 1. p. q. 42. art. 1. ad 4. & q. 28. ar. 4. ad 4. Et eadem eſt ſententia Magiſt. in 1. d. 31. aſſerentis quòd in his relationibus eſt tãtummodò appellatio relatiua; quia ſcil. relationes non ſunt res, ſed ſunt relationes rationis. Idẽ cenſent Durand. Ægidius. Richard. eo loco, Marſil. q. 35. art. 2. Et ex Thomiſtis Ioan. Capreol. ibidèm Thom. Caiet. & Bartholom. Torres ad 1. p. q. 42. Franc. Ferrar. lib. 4. contra gent. cap. 1. & plures alij Doctores.

PARS POSTERIOR.

Omnis relatio in Deo eſt rationis, exceptis perſonalibus.

1. De relationibus fundatis in numero perſonarum.

RElationes verò, quæ fundantur in numero perſonarum diuinarum, vel in ipſis perſonis, propter aliam cauſam dicimus eſſe quoq; rationis relationes, cum S. Thom. q. 42. ar. 1. ad 4. quia cum perſonæ diuinæ non ſint res abſolutæ, ſed relatæ; relationes eæ, quæ fundantur in relationibus, ſunt rationis, non reales; aliàs abiremus in infinitum numerũ relationum realium, dum alias alijs ſuperiacimus. In relationibus autem rationis, quia ratio eſt potentia infinita, erit & numerus relationum infinitus.

Sent. in tit. aſſerta, eſt *S. Thom.* Fundam. quòd relatio realis non poſsit fundari in alia relatione.

2. De hoc fund. quæſtio, vtrũ ſit verum?

De fundamento iſtius argumentationis incumbit nobis hoc loco diſputare; vtrùm id verum ſit quod aſſumpſimus, relationem realem non poſſe fundari in alia relatione? Affirmat verum eſſe aſſumptum S. Thom. 1. p. q. 42. ar. 1. ad 4. quem locum iam recitauimus, & q. 28. ar. 3. & lib. 2. cõtra gent. cap. 11. & Paul. Soncin. 5. Metaph. q. 29. ad 1.

1. ſent. affirm. *S. Thomæ.* *Soncin.*

3. 2. ſent. negans *Scot.* 1. argum.

Sed contrarias partes tenet Ioannes Scotus in 2. d. 1. q. 4. & 5. & in 4. d. 6. q. 10. cum ſuis: nihil enim videtur obſtare quominùs duæ paternitates, quæ ſunt inter ſe ſimiles, referantur ad ſe relatione reali ſimilitudinis. Et Arithmetici

2. arg.

proportionalitatis relationem fundant in duabus proportionibus, quę ſunt etiã relationes. Quibus argumentis cap. ſequenti reſpondebimus.

His ſatisfit cap. 23.

4. 3. ſententia *Caietan.* Commẽtarius ex ea collect. ad *S. Thom.*

Thom. Caiet. eo fortè argumento cõmotus ad q. 42. ait relationes poſſe ad ſe referri reali relatione, non tamen diſtincta; quod videtur inſinuare S. Tho. q. 7. de potent. art. 9. ad 2. Vnde colligit ſimilitudinẽ inter diuinas perſonas hac ex parte eſſe potuiſſe realem relationẽ, ſi haberet fundamenta re ipſa diſtincta: quamobrem relatio oppoſitionis inter paternitatem creatam, & filiationem eſt relatio realis, vt ait, ſiquidèm relationes illæ, quibus fundatur, ſunt res diſtinctæ.

In hac ſent. relatio oppoſitionis inter paternitatem, & filiationẽ creatam eſt realis, non tamen diſtincta.

Quem commentarium explicatur à verbis S. Thom. eo loco 1. p. dum ait vnam relationem non referri ad aliam, per relationem aliam; quaſi permittat S. Doctor, vt referatur per ſe ipſam. Hic tamen cõmentarius id primum habet mali, quòd eſt contrarius doctrinæ S. Thomæ, quam commentandam ſibi eſſe Caiet. voluit, non repudiandam: nam hoc eodem argumento probat S. Thom. relationem ſimilitudinis non eſſe realem inter diuinas perſonas, quia fundatur in relatiuis. Et in locis commemoratis planiſsimè

Pro ea ſent. & cõment. locus *S. Thomæ.* Cõmentarij cõtrarietas cũ S. Doctore Oſtenditur 1.

Secundò.

Digitized by Google

niſsimè docet non fundari in relatione relationem, quæ realis eſt.

5\.

3 ſententiæ 1. confutatio ex illo proloquio, Quæcunque differunt definitione, differunt ex natura.

Præterea opinio ea Caiet. proculdubio eſt falſa; quia in rebus creatis quæcunque differunt definitione, differunt ex natura rei, vt lib. 1. docuimus; ergo paternitas non refertur per ſe ipſam relatione ſimilitudinis, cum neceſſe ſit has duas relationes eſſe ex natura rei diſtinctas. Et hoc quidē perſpicuū eſt; nam etſi res quædam ſibi vendicent nomen id, quod alijs attribuunt, vt quantitas nominat quantum, & nominatur quanta, & relatio (ſi ita velis) nominat relatū, & ipſa eſt relata: fieri tamen non poteſt, vt duos quaſi effectus diuerſarum ſpecierū res quæpiam tribuat, alterum ſubiecto, alterum ſibi, verbi gratia, quòd paternitas per ſe ipſam homini tribuat eſſe patris, ſibi verò eſſe ſimilis, vt homini ſit paternitas, & ſibi ſit ſimilitudo; portentum enim hoc neque cogitatio ſibi fingere poteſt; certè vel ſimilitudo illa non eſt res, vel eſt res alia à paternitate. Et confirmatur, quia fit, vt vna ſpecies relationis realis, ſit ſpecies plures relationis realis, ſcilicèt vt ſit vera paternitas, & vera ſimilitudo realis, quæ ſunt duæ ſpecies relationū. Quapropter rem iſtā, quæ eſt ſpecies vna relationis, oportet definire per correlatiua diuerſarum ſpecierum: quod non ſolùm Ariſtot. renuit, ſed naturalis intellectus informatio: quod quid enim eſt relationis, ad vnum eſt. Quòd ſi dicas eſſe relationes duas, rem verò eandem; iam non diſtinguis relationem à fundamento, ſiquidèm illa realis relatio ſimilitudinis in relatione fundatur. Caiet. verò non ſolùm ex natura rei, ſed diſtinctione ſimplicitèr reali, vult eſſe diſtincta relationem, & fundamentum: illud autem nobis certum eſt, quòd quæ definitione diſtinguuntur, differant ex natura rei.

Obiectio.

Occurritur. Duos quaſi effectus diuerſarum ſpecierū nulla res tribuit, alterum ſubiecto, alterum ſibi.

Confirm. Vna ſpecies relationis realis non poteſt eſſe plures ſpecies, ſcil. vera paternitas, & vera ſimilitudo realis per correlatiua diuerſarum ſpecierū definienda.

Reſponſio.

Refellitur vt diſcors ab ipſo Caietano diſtinguēte relationem à fundamēto diſtinctione etiā ſimplicitèr reali.

6\.

2\. confutatio ex ſent. diſtinguente relationem à fundamento ſaltem ex natura rei, vt cap. 10. p. 2.

Ea igitur propoſitione firmata, quam tractauimus lib. 1. quòd res creatæ, quæ definitione diſcernuntur, ſint ſaltèm ex natura rei diſtinctæ; aut illo altero aſſerto, approbato, quòd relatio ſaltèm ex natura rei diſtinguatur à fundamento, incredibilis eſt opinio Thomæ Caietani quòd vna relatio per ſe ipſam referatur noua quadam relatione, ſcilicèt diuerſæ ſpeciei; ſed oportet omninò eſſe relationes diſtinctas: & ita reijcitur commentarius Caietani, vt diſcors à S. Thomæ ſententia.

7\.

Cōtra 2. ſent. prima prob. 1.

At verò reliquum eſt, vt contra Ioan. Scotum commonſtremus relationes has ſic diſtinctas non poſſe alias alijs fundari. Primùm oſtenditur ex eo, quòd relatio realis eſt cum quodam ordine, quo ipſa abſoluta à natura ordinata ſunt ad aliud; relationes autem ſicut natura nōn producit prima intentione, ſed per fundamēta, ita neque ordinat per ſe: quare non eſt neceſſe ad relationes conſequi relationes alias. Et confirmatur, quia ea ordinatio eſſet confuſa: nam generans, verbi gratia, ordinatur ad genitum per potentiam generatricem, & actionem generandi: quòd ſi ipſa paternitas per relationem realem ſimilitudinis ordinatur ad aliam paternitatem ſimilem; ſequitur in ordine confuſio, vt relatio ad vnum ſit, ipſa ad aliud.

Relationes ſicut natura nō producit primā intentione, ita neq; ordinat illas per ſe.

Confirm. Sequitur confuſio in ordine relationum effecta ab ipſa natura, ſi paternitas ipſa ſic, ad filium, eius ſimilitudo ad paternitatem aliam.

8\.

Declaratur. Etiam in relationibus rationis, fundamētum, eſto ſit relatio, nō ita relatiuè cogitatur

Sic in hac, Genus eſt ſpecies genus accipitur in actu ſignato, hoc eſt, non vt relatiuum, ſed vt abſolutum.

Quæ doctrina adeò certa eſt, vt etiam in relationibus rationis fundamentum non ita relatiuè cogitemus, ſicut & relationem; quia relatio eſt ad aliquid, & eſt in aliquo: at verò vt eſt in aliquo, exigit fundamentum; non ergo exigit fundamentum ad aliud. Et idcircò Dialectici aiunt in hac propoſitione, Genus eſt ſpecies, genus accipi in actu ſignato; hoc eſt, non vt relatum eſt, ſed quaſi eſſet non relatum: non enim vt relatum eſt ad ſpeciem, eſt ſpecies; ſed ipſa relatio generis cognitæ, vt res quæuis alia abſoluta, dicitur ſpecies quædam vniuerſalis. In relatione ergo reali, in qua fundamentum eſt realis cauſa ipſius relationis, oportet, vt fundamētum ipſum non ſit ad aliud, ſed ſit ad ſe, vt ſit cauſa relationis ad aliud: aliàs cùm relatio realis ſit ex natura rei ad aliud, natura ipſa confunderet ordinem relationum. Nulla ergo relatio eſt fundamētum alterius relationis, per ſe loquendo, ſcilicèt vt relatio eſt; & cùm fundamētum relationis reale ſit, relatio re ipſa non poteſt fundare relationem, niſi, vt relatio eſt, quod eſt impoſsibile.

Relatio re ipſa non poteſt fūdare relationē niſi per ſe loquendo, & vt relatio eſt.

9\.

Probatur 2. Exiſtentia relationis eſt abſoluta, & pēdet à fundamēto.

Et comprobatur adhùc, quia exiſtentia relationis eſt abſoluta, vt cū S. Thoma docebimus; ergo non pendet à relatione; ſed exiſtentia relationis pendet à fundamento, vt liquet; ergo relatio realis, quæ habet exiſtentiam, non pendet à relatione.

10\.

Probatur 3.

Ad hoc etiam valet, quòd ſicut ad relationem non eſt motus, hoc eſt perfecta actio, ſed quædam emanatio imperfecta

Relatione nihil eſt poſterius vt effectus.

A ſecta conſequitur abſolutum, vel fortè nulla emanatione reali, vt diximus; ita & relatione videtur nihil eſſe poſterius, quod ab illa emanet reali emanatione, etiam imperfecta, aut quod ſit illius effectus; ergo à relatione nulla alia realis relatio emanat.

11. Probatur 4.

Poſtremum argumentum eſt, quia ſi ad relationem ſequeretur realis relatio; eſſet proceſsio in infinitū perpetua acceſsione relationū. Quidam reſpondent permittendo hoc conſequens. Atquì cū relationum productio, ſiqua eſt, ſit momentanea, in eodem momento orietur numerus actu infinitus relationū, quod eſt impoſsibile. Et confirmatur, quoniā in ijs, quæ ſunt per ſe nō poſſumus procedere in infinitum, non ſolùm actu, ſed neque in potentia; quia oportet eſſe ea actu finita, vt docet Ariſt. 2. Metaph. ſed relatio ad fundamentū ſequitur per ſe; ergo non poteſt cōcedi infinita progreſſio relationum aliarum aliàs fundantiū. Reſpōdent verū hoc eſſe in ijs, quę ſunt re ipſa diſtincta, relationes autē ſola ratione diſtingui à fundamentis. Sed hoc poſterius iam refutauimus: & illud prius eſt quoque repudiandum in re finita; eſt enim impoſsibile, vt in re finita rationes formales, & reales cognitæ ſint infinitæ; cum enim res definitione explicetur, ratio autem formalis ſit ipſa rei definitio, id quod eſt explicabile definitionibus infinitis, non poteſt comprehendi intellectu creato: res autē omnis finita comprehenſibilis eſt; ergo nulla res finita habet in ſe formalitèr infinitas rationes formales; etiamſi dicas non eſſe re ipſa diſtinctas: progreſsio igitur infinita in relationibus impoſsibilis eſt: quod eſt S. Thomæ argumentum.

Reſponſ. *Suarez.*
Refellitur 1. In eodem momēto oriri numerū actu infinitū relationum, impoſsibile eſt.
Confirm. In ijs quæ ſūt per ſe non poſſumus procedere in infinitum etiam in potentia.
Ariſtot.
Reſponſ.
Refutatio ex cap. 10. p. 2. vt hîc n. 6.
Refellitur 2. Nulla res finita habet in ſe formalitèr infinitas rationes formales, & reales, etiāſi non ſint re ipſa diſtinctæ.
Ratio.
Hæc 4. probatio eſt *D. Thomæ.*

12. 2. Reſponſ.

D Alitèr ergo reſpondent negādo proceſsionem in infinitum; veniendū enim eſſe ad relationē, quæ ſe ipſam denominet, v.g. ad ſimilitudinem, quæ ſe ipſa ſit ſimilis, vel ad diſtinctionem, quæ ſe ipſa ſit diſtincta. Sed non vident has relationes, ſaltèm indiuidualitèr, poſſe comparari inter ſe ſe varijs, & nouis appellationibus, quas ipſæ non capiunt, niſi per nouas relationes, vt probatum eſt: nam paternitati aduenit ſimilitudo, ſimilitudini oppoſitio, oppoſitioni diſtinctio; & ipſi oppoſitioni alia ſimilitudo, & ſimilitudini alia oppoſitio: & cū relationibus diuerſis alię diſsimilitudines, oppoſitiones, diſtinctiones; & rurſùm nouæ ſimilitudines in oppoſitionibus fūdatæ. Quis ergo finis? Dices poſt vnā ſimilitudinem non aduenire aliā, neque poſt vnam oppoſitionē, aliam. Sed reſponſionē facilè infirmabimus: nam poſtquā in duabus paternitatibus ponis ſimilitudinē; ſimilitudo illa eſt relatio fundās oppoſitionem; oppoſitio autē ita eſt ſimilis alteri oppoſitioni, vt paternitas paternitati; ergo fundat nouam ſimilitudinē. Quòd fundet ſimilitudinem non eſt dubium: quòd verò fundet aliā apertiſsimè oſtēditur; neque enim fundat ſimilitudinem B antecedentē; ergo nouam conſequentē, neque enim eadē eſt ſimilitudo paternitatis cum paternitate, quę eſt oppoſitionis cū oppoſitione. Et cōfirmatur, quia hæ oppoſitiones ſunt ſimiles; & nō ſimilitudine, in qua fundantur; aliàs eſſent relatę formalitèr per fundamentū, quod non poteſt intelligi: ergo noua quadā ſimilitudine ſūt ſimiles. Aut eſt igitur eūdum nobis in infinitum; aut ſiſtēdum in primis relationibus realibus, quas non ſequūtur reales relationes, ſed rationis, vt docuimus. Meritò igitur S. Thom. ſibi C perſuaſit relationes reales non fundari in relationibus, ſed in abſolutis.

Refutatur.
Infinita progreſsio monſtratur.
Ad refutationem reſpōſio.
Impugnatur. Si inter duas paternitates ſunt duæ relationes reales ſimilitudinis, in his ſunt relationes reales oppoſitionis quę fundāt alias ſimilitudines: non verò eadē antecedentes.
Confirmatur impugnatio.

13. Fundamentū ſic approbatū probat ſententiam in tit. aſſertam.

Ex quo theoremate colligitur, nō ſolùm relationes ſimilitudinis, & ęqualitatis inter diuinas perſonas, eſſe rationis, quia fundantur in vno fundamēto, ſcil. in natura eadē; ſed ſimul cū iſtis relationes etiam diſtinctionis, & oppoſitionis eſſe rationis, quia fundantur in relationibus diuinis. Et mirum eſt, quòd quidā exiſtimant has relationes diſtinctionis, & oppoſitionis in Deo eſſe reales, ita firmitèr, vt quaſi doctrinam Orthodoxam tueantur: cum tamē S. Thom. q. 42. planè doceat eas eſſe relationes rationis. Falluntur autem ambigua nominis acceptione; nam cum inter diuinas perſonas ſit oppoſitio realis, & realis diſtinctio, putauerunt eas eſſe relationes reales; non conſiderātes inter perſonas diuinas intereſſe realem ſimilitudinem, & æqualitatem; cum tamen hæ relationes non ſint reales: realis enim ſimilitudo dicitur, non quia ſit relatio realis, ſed quia ſit ſimilitudo fundata in re. Et eodem modo dicitur realis oppoſitio, etſi non ſit realis relatio.

Oppoſitā ſent. firmitèr tenet *Baſi. ad 1. p.*
Aduerſatur *S. Thomæ.* Fallitur ambiguitate nominis.
Realis ſimilitudo dicitur non quia ſit relatio realis, ſed quia fūdata in re, vt c. 23. n. 14

14.

Ita quidèm S. Thom. has omnes relationes de numero relationum realiū

MMm excludit

Aliud fund. firmans ſententias in vtraque parte huius capitis aſſertas de omnibus relationibus æquiparantiæ.

excludit iuxta præſcita dialectica. Sed alia quoque eſt ratio firmiſsima, quoad omnes relationes æquiparantiæ, ſiue in vnitate, ſiue in numero fundentur, qua probatur eas relationes in Deo nõ eſſe reales: cum enim hæ relationes ſint ſimilis appellationis, in vtroque extremo eſt relatio eiuſdem ſpeciei, vt in duobus ſimilibus ſunt duæ ſimilitudines; ſed in duabus perſonis diuinis non poſſunt eſſe duæ ſimilitudines, quæ ſunt duæ res diſtinctæ. Probatur, quia perſonæ diuinæ in relatione ſimilitudinis non opponuntur origine; ergo ſicut eſt eadem relatio ſpiratoris in Patre, & Filio, quia in ea non opponuntur origine; ita eſſet eadem ſimilitudinis relatio: relationes autem reales ſunt oppoſitæ, & re ipſa diſtinctæ. Cum igitur in duabus perſonis diuinis nequeant inueniri duæ relationes ſimilitudinis diſtinctæ re ipſa, ſed ſola ratione duntaxàt; conſtat eas eſſe relationes rationis. Et confirmatur, quoniam ea, quæ ſunt eiuſdem rationis, non poſſunt in Deo multa inueniri; quia eſſent multa ſolo numero diſtincta nõ penes formam, ſed penes materiam. Quod argumentum S. Thomæ aliàs tractauimus; ergo in diuinis perſonis non ſunt plures ſimilitudines ſolo numero diſtinctæ. Vidẽda erunt, quæ dicemus de vnitate relationis ſpiratoris hoc lib. 3. & 4. eædem enim probationes euidentèr oſtendunt nõ eſſe in diuinis perſonis tres ſimilitudines incommunicabiles, quaſi res tres: relationes autem reales oppoſitæ, neceſſe eſt omninò, vt ſint res diſtinctæ.

In perſonis diuinis relatio ſimilitudinis ſi realis eſt, vna eſt, ſicut relatio ſpirationis cum in ea perſonæ non opponantur origine.

Confirm.

Ea quæ ſunt eiuſdem rationis, nõ poſsũt in Deo multa inueniri re ipſa.

Ratio.

15.

De relationibus diſquip. illæ quæ ſunt diuerſi ordinis nõ ſũt in Deo reales.

Probatur.

Item nec illæ quę fundantur in numero, de quibus cap. 22. p. 1. n. 5.

Aliàs Filius, & Spir. Sanctus eſſet res vna relatiua, & incõmunicabilis.

v. g. relatio dupli in binario.

Relationes verò diſquiparãtiæ, vel ſũt inter extrema nõ eiuſdẽ ordinis, vel mẽſuræ, & mẽſurabilis; quę in Deo nõ ſunt, quia vna perſona nõ eſt mẽſura alterius: vel ſunt in origine fundatæ, quas cõfitemur eſſe reales: vel etiã fundãtur in numero, vt ſubduplũ, & duplũ; ſed neque hæ relationes in Deo ſunt reales; nam ſi relatio dupli in binario, quo numeram* Filiũ, & Spiritũ Sanctũ, eſſet realis, eſſet res vna relatiua, & incõmunicabilis: ergo Filius, & Spiritus Sãctus eſſet res vna relatiua, & incõmunicabilis, quod eſt hę reticũ. Et huiuſmodi plura alia argumẽta occurrent. Solæ ergo relationes originis reales ſunt in Deo, quia eæ duntaxàt ſũt res diſtinctę, & incõmunicabiles. Et hæc eſt firmiſsima ratio cõtra Scotũ.

Corollar.

Solæ relationes q̃ fundãtur in origine ſũt in Deo reales.

Ratio firma.

Confirmatio.

16.

QVòd iſtæ relationes diſtinctionis, & oppoſitionis non ſint reales, cẽſent cum S. Thom. in 1. d. 31. q. 2. art. 1. Durãd. Ægidius, Paul. Sonc. Thom. Argent. Hiſpalenſ. Henric. Gandau. ar. 7. q. 1. Vide Franciſcum Ferrar. 4. contra gent. cap. 1. & Petrum Fonſeca 4. Metaph. cap. 2. q. 7. ſect. 9.

S. Thom. Durand. Ægid. Soncin. Argent. Hiſpal. Gandau. Ferrar. Fonſeca.

CAPVT XXIII.

Argumenta refelluntur.

1.

COntra doctrinã S. Thomæ, quæ eſt cõmunis, occurrit Ioan. Scot. in 1. d. 31. q. 1. & in quodlib. q. 6. & Marſil. q. 33. ar. 2. affirmantq; relationes ſimilitudinis, & æqualitatis in Deo eſſe reales. Probatur, quia teſte S. Aug. 6. de Trinit. cap. vltim. prima æqualitas, & prima ſimilitudo eſt in Filio; cum ergo æqualitas in rebus creatis ſit relatio realis, prima æqualitas maximè erit realis.

Contra a ſent. in tit. aſſertam cap. 22. p. 1. n. 2. *Scotus. Marſil.*

1. arg. Locus *S. Auguſt.*

2.

Et idem probatur ratione, quia duæ magnitudines quò magis accedunt ad vnitatẽ, eò perfectiorem æqualitatẽ fũdant: ergo eadem magnitudo, quæ eſt in perſonis diuinis, maximè fundat æqualitatem. Et confirmatur, quoniam Eccleſia decantat adorari ęqualitatem; ſed nõ adoratur relatio rationis; ergo æqualitas eſt relatio realis.

Ratio.

Confirm.

3.

Secũdò: Æqualitas conuenit diuinis perſonis ex ipſa natura Deitatis, & non per conſiderationẽ intellectus; ergo eſt realis relatio. Cõfirmatur, quia docente S. Aug. 3. cõtra Maxim. c. 14. Filius generatione ipſa eſt ęqualis Patri. *Sic enim* (inquit) *ideò non eſt Pater maior, quia æqualẽ eũ genuit.* Quæ autẽ à natiuitate habemus, ſunt res naturales, & vera entia: ergo æqualitatis eſt realis relatiò.

2. arg.

Confirm. ex *S. Auguſt.*

4.

Tertiò: Æqualitas eſt perfectio ſimplicitèr, ait enim S. Auguſt. de quãtitate animæ cap. 9. *Inæqualitati æqualitatem præponimus*: nulla autẽ perfectio ſimplicitèr in Deo deſideratur; ergo æqualitas eſt realis relatio in Deo, neq; enim relatio rationis perfectio eſt, cũ non ſit ens.

3. arg. *Idem.*

5.

Quartò: Si in perſonis diuinis eſſet inæqualitas, illa eſſet realis relatio: ergo & æqualitas eſt realis relatio: eadem enim ratio oppoſitorum eſt.

4. arg.

6.

Quintò: Si idem candor eſſet in duobus ſubiectis, illa eſſent ſimilia reali relatione

5. arg.

Digitized by Google

latione ſimilitudinis; ergo ſimilitudo perſonarum, quæ fundatur in vna eſſentia, eſt etiam realis relatio.

7.
6. argum. contra ſentẽt. in tit. aſſertam cap.22.p.2,n.1

Sextò: Inter diuinas perſonas eſt realis oppoſitio, & diſtinctio; ſed oppoſitio, & diſtinctio ſunt quædam relationes; ergo ſaltem de ijs neceſſe eſt concedere, quòd ſint reales relationes.

8.
Vltimum, impugnans fundamenta tradita cap.22.
Fũdamẽti traditi p.1.n.6.
1. Impugnatio opponẽs auctores cuiuſdã opinionis affinis.
2. impugnatio ex ratione.

Vltimò: Rationes S. Thomæ inefficaces videntur eſſe; nam quòd fundamentum debeat eſſe re ipſa diſtinctũ, negãt omnes Doctores, qui exiſtimant diuinas relationes perſonales fundari in eſſẽtia; aiunt enim fundamentũ eſſe vnũ, & relationes fũdatas eſſe reales, vt fides docet: & hoc ipſum probatur, nam in proceſsione creata formale principium, & terminus formalis re ipſa diſtinguũtur; & in proceſsione diuina ſunt vnũ: ergo etſi in relationibus creatis fundamenta ſint diſtincta, poteſt eſſe in relationibus diuinis fundamentum idem.

Fũdamẽti traditi p.2.n.1.
1. impugnatio

Quòd verò S. Tho. ait relationem realẽ nõ fundari in alia relatione, infirmatur etiã, eòquòd relationes diuinæ fundatæ in origine, vt S. Doctor ait, ſanè in relatione fundantur; origo enim nihil aliud eſt, quàm relatio.

2. impugnatio

Præterea S. Thom. loco cõmemorato ait, relationes non referri per alias relationes reales, quod videtur falſum eſſe, quia Pater, & Filius, quę ſunt perſonæ ex intima ratione relatæ, referuntur per relationẽ ſpiratoris realẽ; ergo poſſunt quoque referri per relationẽ realẽ ſimilitudinis.

3. impugnatio

Hoc idem probatur, quia duæ paternitates ſunt non minùs ſimiles, quàm duæ albedines; & Arithmetici relationem proportionalitatis fundant in relationibus proportionum; ergo relatio realis poteſt fundari in alia.

Aduertenda.

9.
1. aduert.
Pro 2. ſent. *S. Thom.* in titul. aſſerta c.22.p.1. n.2.
Fundamentũ *Durandi*, quòd eſſẽtia vt vna, non affert diſtinctionem extremorum, ad fundãdam ſimilitudinẽ, & æqualitatẽ.

SVnt quidam, qui aſſentiantur cõcluſioni S. Thomæ, quæ eſt etiã à Magiſtro in ſentẽtijs aſſerta, rationem autem S. Thomæ nõ probent. Et Durãdus, qui cenſet relationes perſonales fundari in natura eadẽ, ſimùl affirmat ſimilitudinẽ inter diuinas perſonas nõ eſſe relationẽ realem, aliam ob cauſam; notat enim diſcrimẽ inter has ſimilitudinis, aut æqualitatis relationes, & alias relationes perſonales: nam perſonales ait fundari in eſſentia, vt fœcunda eſt; natura autem vt fœcunda eſt, exigit perſonas plures, quę ſunt extrema earũ relationũ. At verò ſimilitudo fundatur in vnitate naturæ, & idcircò fundamẽtum hoc non affert diſtinctionem extremorum; quamobrem relatio hæc non eſt realis.

Improbatur.

Sed Durand. nihil aliud in his agit, quàm vt cõcutiat firma, & infirma ſupponat. Qui enim aiũt ſimilitudinem eſſe relationem realem in Deo, affirmant eam fundari per ſe in vnitate eſſentiæ, quæ ſit in pluribus ſuppoſitis, ſicut ſi vnus candor eſſet in pluribus ſubiectis; ita vt vna eſſentia nõ ſit fundamentum relationum realium, niſi quatenùs eſt in perſonis pluribus, quæ pluribus relationibus poſsint inter ſe referri.

Eſſẽtia accepta vt vna, ſed in tribus perſonis exiſtens, affert diſtinctionem extremorum, ſi illam affert natura fœcunda ad fundandas relationes perſonales.

Eadem ergo ratione, qua Durand. ait relationes perſonales fũdatas in eſſentia vna, exiſtente tamen in tribus ſuppoſitis eſſe reales, confiteri cogitur relationes ſimilitudinis, & æqualitatis eſſe reales: quia eſſentia vt ſit fundamentum harum relationum, accipitur non ſolùm, vt eſſentia vna, ſed vt vna eſſentia plurium perſonarum.

10.
Pro eadẽ ſent. fund. quorundam.

Alij verò diuerſam rationem offerũt, eiuſdem ſentẽtiæ, quam probamus, quia ſcilicèt relationes perſonales afferunt ſecum ipſa ſuppoſita, quia ſunt primæ relationes ſubſiſtentes, ideòq; ſunt reales: ſimilitudo verò & æqualitas adueniunt perſonis exiſtentibus, ideòq; ſunt relationes rationis.

Refellitur.
Relatio ſpiratoris aduenit, ſuppoſito exiſtenti.

Sed contra hoc in expedito eſt argumentum, nam relatio ſpiratoris non affert ſuppoſitum, ſed aduenit exiſtẽti ſuppoſito noſtrò modo intelligendi, & tamen eſt realis relatio.

Fund. aliorum

Nonnulli dicunt has relationes in Deo non eſſe reales, quia ſunt reculę, ſiue res paruæ, quæ nihil faciãt ad diuinam perfectionem.

Refutatur.

Reſponſio hæc ridicula eſt, Philoſophi enim intereſt rationes rerũ indagare; & non ad libitũ loqui: ſi enim hæ relationes id rei quod habent in rebus creatis, in Deo etiam obtinent, non eſt negandum eſſe res; cum enim nihil in eis imperfectionis ſit, nõ idcircò ſunt reijciendæ à rebus diuinis, quia in nobis minimæ ſunt; in Deo enim nihil eſt minus; cũ omnia ſint ipſa eſſentia diuina.

Si relationes ſimilitudinis, & æqualitatis id rei quod habent in rebus creatis, in Deo etiã obtinent, non eſt negãdum eſſe res.

Ceſsẽt ergo rationẽ S. Thomę minuere, dum nullam afferunt meliorẽ: nam etſi ea ratio quã attulimus firmior ſit, quòd ſolę perſonales relationes ſint res diſtinctæ, eſt tamẽ argumentũ hoc à poſteriori: & id quod S. Tho. affert, à priori eſt; & optima quædã analogia à rebus creatis deprõpta, quòd ſcil. fundamẽta relationũ realium oporteat eſſe res diſtinctas.

Fundam. de quo cap.22.p.2.n.14. eſt firmius, ſed à poſteriori.
Fundamentũ *S. Thomæ*, de quo cap.22. p.1.n.2. eſt à priori.

 Dein-

11. 2. aduert. Inter Thomiſtas quæſtio: Vtrum in vno cādore poſsint fundari relationes plures? Pars neg. Statuitur 1. in opinione relationem non diſtinguente re ipſa à fundamento.

Deindè verò inter Thomiſtas eſt diſputatio, vtrùmnè exiſtente vno cādore in duobus ſubiectis, illa eſſent ſimilia relatione reali ſimilitudinis? Profectò qui credunt relationem nō diſtingui re ipſa à fundamento, manifeſtò conuincuntur, quòd ſimilitudo fundata in cādore vno non ſit realis; quia oportet eſſe duas relationes oppoſitas reali diſtinctione diſcretas: ergo illæ relationes eſſent ſimpliciter duæ, & eſſent res vna ſcilicèt idem candor, quod in rebus creatis accidere eſt impoſsibile. Singulare eſt in Trinitate incomprehenſibili, quòd res tres ſunt res vna, propter ſimplicitatem primi entis. Nos igitur qui opinamur relationes oppoſitas eſſe res ſimpliciter diſtinctas, & diſtingui ſimpliciter relationem à fūdamento; concedimus quod eſt conſequens, in vno candore non fundari duas relationes reales ſimilitudinis, ſed eas eſſe relationes rationis.

Statuitur 2. in opinione oppoſita.

12. In hac opinione difficultas.

Si verò ſentias relationem eſſe rē diſtinctam à fundamento, maius eſt dubiū in quæſtione propoſita; videtur enim quòd ſicut ab eodem agente in duobus ſubiectis dimanat duplex operatio; ita ab eodem fundamento, candore ſcilicèt eodem, poſsint oriri duæ relationes ſimpliciter diſtinctæ in duobus ſubiectis. Sed dicēdum eſt diſparem eſſe rationē; ab agente enim actio exiēs, quę eſt actio tranſiens, determinatur à ſubiecto: à fūdamento autem oritur relatio abſque actione; ſed quaſi naturali conſequētia; & relatio non eſt quaſi egrediens à fundamento, ſed quaſi manens in illo, etiāſi ab ea dicatur res eſſe diſtincta: fundamentum eſt enim quaſi ſubiectum relationis. Videtur ergo impoſsibile quòd ab vno candore, qui æquè eſt in duobus ſubiectis, emanet duplex relatio, altera huic ſoli inhærens, & altera illi ſoli; cum idem fundamentum vtrique inſit. Pręter hæc autem ſunt rationes aliæ cōmunes, quibus probabimus relationem realem vendicare ſibi fundamentum diſtinctū.

Reſponſio. Ab vno agente egreditur duplex actio trāſiens ad duo ſubiecta. At ab vno fundamento oritur naturali conſequentia vna relatio in ipſo manens, vt in ſubiecto.

Quare Tho. Caiet. q. 42. ar. 1. & Ioan. Capr. d. 31. q. 1. ad argumēta Aureoli, & alij Thomiſtæ meritò opinātur, in ea hypotheſi in vno cādore nō poſſe fundari relationē realē ſimilitudinis.

Pro parte neg. *Caiet.* *Capreol.*

Bartholom. Torres exiſtimat in vno candore poſſe fundari relationes plures; quia corpora illa cādida eſſēt diſtincta: quod ſatis fore ait vt ſimilitudines in corporibus inhærētes eſſent diſtinctæ. Sed nō eſt cauſa cur deſerat cōmune proloquiū, quòd ex fundamento vno non ſequātur relationes reales; quia fundamentū eſt adęquata cauſa relationis, & quaſi ſubiectū illius. Reſpicienda ergo eſt vnitas in cādore, quod eſt fundamentū, & quaſi ſubiectum proximum; non verò multitudo eorum corporum, quæ ſunt ſubiecta cādoris quaſi remota. Eadē ergo ratio eſt de ſimilitudine fundata in vno candore, & in vna eſſentia diuina.

Pro affirmāte *Torres.*

Negantis fundamentum infirmat ſ ratio-nem oppoſitā.

13. Partis affirmātis explicatio quædā. Quòd in duobus corporib. vno cādore candidis vniones diſtinctæ fundēt relationes reales ſimilitudinis.

Quidam aduertunt vnum candorem in duobus corporibus diſtinctis vnionibus ſiue coniunctionibus ineſſe, & eſſe modos quoſdā ex natura rei diſtinctos, quibus candor vnus cōiungeretur duobus ſubiectis, vt lib. 1. docuim⁹, vel etiā perſonis diuinis vnam humanitatē cōiungendam duabus vnionibus & in iſtis vnionibus, ſiue modis realib⁹ entis, aiūt poſſe fundari relationes oppoſitas re ipſa diſtinctas. Sed cum ea vnio non ſit fundamentū ſimilitudinis, quod eſt ipſe candor; & fundamentum ſit quaſi ſubiectum & adæquata cauſa, maximè verò quia fundamenta oportet eſſe ſimpliciter diſtincta, nō ſolùm modaliter, vt docuim⁹: in vno cādore aimus nō poſſe fūdari relationes reales oppoſitas; quare ſimilitudinē in vno cādore fūdatā, cēſemus nō eſſe relationē realē, ſed rationis.

Refutatur. Non vnio, ſed ipſe candor eſt fundamētum, & cauſa adæquata ſimilitudinis.

14. 3. aduert. Aliud eſt ſimilitudinem eſſe realem, aliud relationem ſimilitudinis eſſe realem, vt c. 22. p. 2. n. 3.

Illud eſt etiā obſeruandū lōgè diuerſa ſignificari, cum dicimus ſimilitudinē eſſe realem, & relationem ſimilitudinis eſſe realem, vt docuimus; dicimus enim inter diuinas perſonas eſſe realem ſimilitudinem, quia fundamentum eſt reale: ſed nullatenùs eſſe relationem realem, quod apertè nos docuit S. Thom. 1. p. dum ait identitatem eſſe realem Patri ad ſe ipſum, ſed non eſſe realem relationem, hoc eſt, eam relationē nō eſſe rem, ſed eſſe rationis reſpectum: & idē affirmat q. 7. de potent. ar. 1. ad 3. Qua in re per inconſiderantiam impegerunt viri docti; qui oppoſitionem relatiuam, & diſtinctionem inter perſonas diuinas cū cernerent eſse realem, quia re ipſa opponūtur & diſtinguūtur, vt fides docet, arbitrati ſunt has relationes eſse reales.

S. Thom. *Idem.*

15. 4. aduert. Relatio rationis dicitur perfecta, ſicut dicitur ens.

Poſtremò notandum eſt quòd aliquid dicitur perfectum ſicut & ens: & quia relationes rationis mente apprehendimus quaſi entia, dicimus etiā perfectas; quemadmodùm dicitur ratio perfecta generis

Digitized by Google

A

generis vel vniuoci; non quòd in his ſit perfectio realis, ſed quia ipſa notio, ſiue conceptio mentis, quo apprehendimus genus aut vniuocum, abſoluta eſt & perfecta; ita vt nihil deſit generis, aut vniuoci intelligentiæ: quod enim non eſt perfectè vniuocum, eſt analogum; perfectè autem vniuoco nihil deeſt ad rationem vniuoci. Hoc pacto ſimilitudo inter diuinas perſonas perfectiſsima eſt; non ſolùm pro fundamento quod eſt eſſentia, ſed pro perfectione ipſa rationis formalis ſimilitudinis: propria enim ratio relationis eſt etiam extra genus, vt S. Thom. docet, & inuenitur in relationibus rationis, vt explicauimus. Ratio autem ſimilitudinis vt relatio eſt, æſtimatur penes formæ quantitatem; quare etſi ideò hæc ſimilitudo non ſit realis relatio, quia fundamenta non ſunt diſtincta; ideò tamen eſt maior ſimilitudo; quia eſt fundamentum idem: ſicut relatio Domini in Deo non eſt realis, quia Deus eſt extra ordinem ſeruorum; ideò tamen eſt maximè Dominus, quia eſt extra ſeruorum ordinem.

Similitudo inter diuinas perſonas etiam vt relatio eſt, perfectiſsima eſt.

Oſtenditur ex cap. 21. n. 3.

B

Ideò eſt maior quia eſt fundamentum idē.

Sic Deus maximè Domin⁹ quia eſt extra ordinem ſeruorum.

16.

Obiectio.

Quòd ſi obijcias indè ſequi vt perfectio ſimilitudinis amoueat illam à relationibus realibus, quod non videtur veroſimile. Id omninò diſtinguendum eſt, non enim realis perfectio ſimilitudinis hoc efficit; ſed ea perfectio ſimilitudinis, quæ eſt extra ens reale, quæ eſt perfectio notionis conceptæ, vt explicauimus.

Reſponſio.

Perfectio relationis, v. c. ſimilitudinis, q̄ eſt extra ens reale, amouet illam à relationibus realib⁹.

C

Reſponſio.

17.

Ad 1. arg.

Ad locum *S. Auguſt.*

AD primum argumentum reſpondetur S. Auguſt. attribuere primā ſimilitudinem, & æqualitatem Filio, vt imagini exæquanti exemplar; de qua ſimilitudine non loquimur, quia eſt diſquiparantiæ, ſiue diſsimilis appellationis, & eſt relatio realis: imago enim in diuinis ſignificat relationem realē. Cōceditur tamen libentèr, quòd ſimilitudo, ſiue æqualitas inter diuinas perſonas eſt ſumma primaque & maxima, quia eſt perfectiſsima, vt perfectum inuenitur etiam in relationibus rationis, ad ſenſum, quem explicauimus. Et hoc pacto, hæc ſimilitudo eſt menſura cæterarum, ſcilicèt menſura rationis. Ad confirmationem reſpōdetur adorari æqualitatem, ſcilicèt perſonas æquales; ſicut nomē Domini ſignificat relationem rationis, & tamen præceptum eſt, *Dominum Deum tuum adorabis*, non relationem rationis, ſed Deum qui eſt Dominus.

Ad rationem. Similitudo inter diuinas perſonas eſt menſura cæterarū, ſcil. mēſura rationis, vt n. 15.

D

Ad confirm.

Luc. 4. n. 8.

Adoratur non relatio rationis; ſed Deus qui eſt Dñs.

18.

Ad 2. arg.

Ad ſecundum reſpondetur ambiguū eſſe illud pronunciatum, quòd æqualitas conueniat perſonis ex ipſa natura Deitatis. Si enim præpoſitio, ex, notat habitudinem fundamenti; verum eſt quòd ipſa natura eſt fundamentum iſtius relationis; & propter fundamentum dicūtur perſonæ re ipſa æquales: ſi verò indicatur realis conſequentia, & emanatio, vt hæc relatio re ipſa emanet à natura, aut ſit res naturalis, hoc falſum eſt. S. verò Auguſt. loquitur de fundamento æqualitatis quod eſt magnitudo: idcircò enim Pater non eſt maior; quia genuit æqualem, hoc eſt, non minorem.

Hæc æqualitas conuenit perſonis ex ipſa natura Deitatis; vera eſt, ſi ex, indicat fūdamentum: falſa, ſi realē emanationem.

Ad cōfirm. ex *S. Auguſt.*

19.

Ad 3. arg.

Reſpond. ex lib. 1. c. 9. n. 7.

Ad tertium reſpondetur, quòd perfectio ſimplicitèr propriè dicitur ea, quæ eſt quidpiam reale: ſed negationes etiā aliquæ dicuntur perfectiones; quia indicant naturam perfectam, vt immutabilitas, æternitas. Et ita inter eā quæ ſunt plura, æqualitas præeminet, vt ait S. Auguſt. non quòd ipſa relatio æqualitatis ſit perfectio; ſed relationis fundamentum eſt perfectum: negamus ergo minorem propoſitionem, quòd æqualitas inter diuinas perſonas ſit perfectio realis.

Ad S. Aug.

Æqualitas inter diuinas pſonas non eſt perfectio.

20.

Ad 4. arg.

Ad quartum concedo antecedens, quòd ſi perſonæ eſſent inæquales, relatio eſſet realis; quia inæqualitas affert fundamenta diſtincta, in quibus relatio realis eſſet: æqualitas autē poſtulat vnitatē fundamenti; & idcircò vbi fundamenta nō ſunt diſtincta, inuenitur propria ratio æqualitatis, quæ tamen tunc eſt realis relatio. Quod verò obijcitur, eandem eſſe rationem oppoſitorum, facilè refellitur; intelligendum enim eſt accommodatè, vt ſcilicèt opponatur circa idem: quarè oppoſitorum eadē eſt diſciplina, ſicut & ratio eadem circa quam opponuntur; & ita æquale & inæquale opponuntur in magnitudine. Non tamen indè ſequitur, quòd ſicut inæqualitas in rebus omnibus eſt realis relatio, ita & æqualitas ſit perpetuò realis relatio: quia æqualitas poteſt inueniri in Deo, in quo inæqualitas non poteſt inueniri; & eodē modo infinitum in Deo eſt, in quo tamē non eſt finitum. Benè tamen ſequitur quòd ipſa æqualitas in Deo, ſit circa magnitudinē, circa quā eſt inæqualitas.

Oppoſitorum eadē eſt ratio, intellige circa quam opponūtur.

Sic æqualitas & inæqualitas opponuntur circa magnitudinem.

At in alijs nō eodem modo ſe habent.

Digitized by Google

21\. Ad 5. argum. reſpond. 1. ex 2. aduert.

Ad quintũ negatur antecedens, quòd in vno candore ſimilitudo fundata eſſet realis relatio, vt diximus. Secundò reſpondetur, quòd eſto in candore vno fũdaretur relatio realis ſimilitudinis, tamen ſimilitudo in Deo non eſſet relatio realis ſimilitudinis, propter aliam rationem; quia ſcilicèt non eſſent duæ relationes reales oppoſitæ re ipſa diſtinctæ.

Reſpond. 2. ex fund. de quo n. 10.

22\. Ad 6. arg. reſpond. ex 3. aduert.

Ad ſextum iam notauimus, diſtinctionem realem non dici eam, quæ eſt relatio realis; ſed eam quæ eſt inter res diſtinctas, etiamſi ſit relatio rationis.

23\. Ad vltimum, quoad fund. ex p. 1.

Ad 1. impugn. ex auctoribus.

Non omnes ij negant hoc fundam.

Ad vltimum reſpondetur, quòd non omnes Doctores, qui aiunt relationes B perſonales fundari in eſſentia, negant aſſertum S. Thom. quòd fundamenta oporteat eſſe diſtincta: ſed exiſtimant peculiare eſſe in relationibus perſonalibus, quòd fundētur in eadem eſſentia, vt in aduertēdis obſeruauimus: nos verò etiam eas relationes aimus habere diſtincta fundamenta, ſcilicèt origines, vt cap. ſequenti videbimus. Ad argumētum verò reſpondetur, quòd diſtinctio in abſolutis eſt imperfectionis indiciũ; & idcircò attribuimus Deo proceſſionem; cuius principium formale, & terminus formalis, quæ ſunt abſoluta, non C ſint res diſtinctæ: in relatis autem diſtinctio nulla imperfectio eſt; & ideò ponimus in relationibus diuinis fundamenta diſtincta, quæ tamen non ſunt res abſolutæ, ſed ipſæmet relationes cognitæ vt abſolutæ. Atque ita abſolutiſſimam rationem diuinæ relationis cogitauit S. Thom. in qua & fundamenta eſſent diſtincta, & non eſſet diſtinctio in rebus abſolutis, quia fundamentum eſt origo, quæ non eſt res abſoluta. Ad alterum quod obijcitur S. Doctorem conſtituere D fundamentum harum relationum, origines, quæ ſunt ipſæ relationes; dicendũ eſt quòd ſicut Deus per intellectum intelligit, & non per voluntatem, ſic perfectè, & inconfuſè, quaſi intellectus eſſet à voluntate diſtinctus: ita relatio diuina fundatur in origine, ac ſi origo non eſſet relatio; quare falſum eſt abſolutè ac ſimpliciter, quòd relatio perſonalis fundetur in relatione, ſed in origine; ſicut falſum eſt, quòd Pater generet relatione, ſed potentiâ; aut quòd intelligat per voluntatem, ſed per intellectum.

Ad 2. impugn. ex ratione.

Diſtinctio in abſolutis eſt imperfectionis indicium.

In relatis non ſic.

In relationibus diuinis fũdamenta ſunt diſtincta, ſcil. ipſę relationes cognitę vt abſolutæ.

Quoad fund. ex p. 2

Ad 1. impug.

Relatio diuina fundatur in origine, ac ſi origo non eſſet relatio, quarè falſum eſt abſolutè, quòd fũdetur in relatione.

Exempla.

24\. Obiectio.

Sed contra hoc arguitur; ſicut enim A origo in Deo re ipſa eſt relatio, quæ cognita conceptu abſoluto eſt fundamentũ relationis realis: ita & perſona diuina licèt re ipſa ſit relatio, cognita tamen conceptu abſoluto, poterit fundare relationem realem diſtinctionis, & oppoſitionis. Ad hoc argumentum reſpondetur diuinas perſonas perfectè cognitas etiam noſtro modo intelligendi includere in ſuo conceptu relationes, vt libr. 4. dicemus; origo verò etiam perfectè cognita non includit in ſuo conceptu relationem: origo enim eſt quaſi pars illius conceptus perſonæ; & relatio vt relatio, eſt pars altera. Perſona verò includit in conceptu integro & perfecto originem & relationem: idcircò origo, quæ non includit relationem, fundat illam; perſona autē, quæ includit relationem, non fundat aliam relationem. Et hæc eſt probabilis defenſio illius argumentationis S. Thom. oſtendentis relationem diſtinctionis perſonarum diuinarum non eſſe realem; quia fundatur in ipſis relationibus perſonalibus: quod argumentum eſt probabile, non demonſtratiuum. Maioribus autem rationibus oſtendimus iam eas relationes non eſſe reales.

Reſponſio.

Perſona diuina in ſuo conceptu perfecto etiam noſtro modo intelligendi includit originem, & relationem.

At origo etiã perfectè cognita non includit relationẽ, quare fũdat illam.

Fund. ex p. 2. eſt probabile non demonſtratiuum.

25\. Ad 2. impugn.

C Ad id quod poſthæc opponitur, quòd ſcilicèt ſpirationis actiuæ relatio adueniat relatiuis Patri, & Filio; & tamen ſit realis relatio. Reſpondendum eſt in relationibus creatis vnam relationem neque fundare aliã, neque referri per aliã, vt ait Auicen. 4. Metaph. c. 10. & vtrũq; verum eſt in rebus diuinis, etiam noſtro modo intelligendi: nam paternitas, & filiatio non referuntur relatione ſpiratoris, quia ſignificantur vt relationes, quæ alijs relationibus non referuntur: ſed neque ſpiratio fundatur in illis, vt perſpicuum eſt. Sed tamen hoc eſt diſcrimē, D quòd in rebus creatis id quod refertur, eſt re ipſa abſolutum; in Deo autem perſonę quæ referuntur, non ſunt re ipſa diſtinctæ abſolutè, ſed relatiuè, vt libr. 4. docebimus. Et ita nihil prohibet relatiuis, ſcilicèt Patri & Filio, noſtro modo intelligendi aduenire relationem realē ſpiratoris; quæ tamen eodem noſtro modo intelligendi non aduenit illis vt relatiua ſunt, ſed vt ſunt perſonæ conceptu abſoluto cognitæ.

Auicena.

Etiam in Deo Paternitas, & Filiatio nō referuntur relatione ſpiratoris, neque fũdant illam.

In Deo perſonæ quæ referũtur, ſunt re ipſa diſtinctę nō abſolutè, ſed relatiuè, quæ diſtinctio ſufficit, vt realis relatio ſpiratoris eis adueniat, conceptu tamen abſoluto cognitis.

26\. Obiect. inculcans impugnationem.

Quòd ſi obijcias ſpirationem aduenire perſonis relatiuè conſtitutis, ſicut aduenit

aduenit ſimilitudo, aut diſtinctio, vt paulò anteà diſputauimus. Et ideò vel omnes has relationes eſſe rationis, quod eſt contra fidem; cum ſpiratio actiua ſit realis relatio: vel omnes has eſſe reales, licèt omnes aduenient perſonis relatiuè conſtitutis. Reſpondendum eſt ſolas relationes diſtinctionis & oppoſitionis aduenire perſonis relatiuè conſtitutis: quoniam ipſæ relationes etiam vt relationes ſunt, ſunt re ipſa oppoſitæ, & diſtinctæ: quare diuinæ perſonæ etiam relatiuè conſtitutæ, vt ſic diſtinguuntur, & opponuntur: ergo relationes diſtinctionis, & oppoſitionis quæ adueniunt relatiuis etiam vt relatiua ſunt, comprobantur eſſe relationes rationis. Similitudo autem, & æqualitas conueniunt perſonis, non vt relatiuæ ſunt, ſed conceptu abſoluto cognitis: & ideò aliam ob cauſam excluduntur è numero relationum realium apud S. Thomam; quia ſcilicèt non diſtinguũtur à fundamẽtis. Similiter ſpiratio actiua aduenit perſonis, non vt relatæ ſunt, quia relatio realis non aduenit relato vt relatum eſt: & quemadmodum Pater non vt relatus eſt, ſed vt eſt perſona, eſt principium originis; ita relatio ſpirationis conſequens originem, aduenit Patri, non vt relato, ſed vt perſonæ cognitæ conceptu abſoluto; & quia fundamẽtum iſtius relationis, ſcilicet origo actiua, eſt re ipſa diſtinctum à fundamento relationis oppoſitæ, quæ fundatur in proceſsione paſsiua, nihil deeſt vt relatio ſit realis.

Reſponſio. Relationes diſtinctionis, & oppoſitionis adueniũt perſonis relatiuè conſtitutis vt ſic, ſeu vt relatiuæ ſunt. Ratio.

Secus de alijs. Oſtenditur 1. in ſimilitudine, & æqualitate. Hæ relationes nõ ſunt reales ob aliud fund. ex p. 1. Oſtenditur 2. in ſpiratione actiua. Declaratur. Sicut pater nõ vt relatus, ſed vt perſona, eſt principiũ originis; ita ei aduenit relatio ſpirationis cõſequẽs originẽ.

26. Ad vltimum negatur duas paternitates eſſe ſimiles reali relatione ſimilitudinis. Imò putamus ſimilitudinem propriè in ſola qualitate inueniri. Similiter proportionalitatẽ in proportione fundatam, negamus eſſe relationem realẽ; & quidem dicimus eſſe proportionalitatem realem, ſed eſſe relationem realẽ inficiamur: ſicut dicimus de ſimilitudine inter perſonas diuinas, quæ appellatur ſimilitudo realis propter fundamẽtum reale, ſed non eſt realis relatio.

Ad 3 impugn. Reſpond. ex cap. 22. p. 2. & ex 3. aduert.

CAPVT XXIIII.

Relationes perſonales in origine fundantur.

1. DIſputaturis de relationibus diuinis perſonalibus, à fundamento ipſarum relationum quaſi à cauſa, diſputatio eſt nobis ordienda. Fieri autem non poteſt vt relationes perſonales fundentur in diuina eſſentia indiuidua, abſque aliqua alia conditione fundandi: nam in vnitate eſſentiæ fundantur relationes primi generis, vt ſimilitudo, æqualitas. Quod Ariſtot. docuit 5. Metaphyſic. relationes autẽ perſonales vt paternitas, filiatio, non ſunt primi, ſed ſecundi generis; quare non fundantur in vnitate eſſentiæ.

Aſſertio certa. Relationes perſonales, cũ ſint ſecũdi generis, non fundantur in ſola vnitate eſſentiæ.

Ariſtot.

2. Durandus igitur affirmat has relationes fundari in eſſentia quatenus eſſentia eſt fœcunda, vt non vnitas, ſed fœcunditas ſit ratio, vel conditio fundandi: ſed neque fœcunditas eſt adæquata ratio, ſiue conditio fundandi; relationes enim perſonales ſunt diuerſæ appellationis, vt paternitas, filiatio; fundantur ergo in fundamentis ſaltem ratione diſtinctis. Fœcunditas autem eſt vna, & eadem, in Patre vt generet, & in filio vt generetur, quod lib. 2. docuimus; eſt enim attributum eſſentiale, & commune tribus perſonis: igitur fœcunditas non ſatis eſt ad rationem fundandi has relationes, niſi adijciatur diuerſa origo, vel proceſsio, quod Durandus vult.

1. Sententia Durand.

Refellitur. Non fundatur in ſola fœcunditate, vt in adæquata conditione fundãdi.

3. Franciſcus à Chriſto d. 34. q. 2. longè probabiliùs aſſerit fundamẽtum paternitatis eſſe in potentia generandi; ſicut & in animantibus idem eſt fundamentũ paternitatis, ſi potentiam pro forma accipias, quæ eſt principium primum, & eſſentialis potentia actiua. Et ita philoſophando de filio, potentia vt generetur, erit fundamentum filiationis; hæc autem potentia non eſt operatio intellectus, ſed ipſe intellectus in Patre, & eſſe intelligibile in Verbo, vt diximus lib. 2. Itaque probabilitèr poteſt dici, quòd fundamentum eſt potentia generandi; & generatio eſt conditio fundandi; quã aliqui minùs ſcitè dicunt fundamentum propinquum: & ita hæ relationes fundantur in origine, vt in conditione fundandi; in eſſentia verò, vt in proprio fũdamento abſoluto, quod eſt proprium relatorum ſecundi generis. Et ita videntur aduerſæ opiniones aliquatenùs conſentire. Quo pacto poteſt explicari S. Thomas in 1. d. 26. q. 2. art. 1. vbi ait relationes has fundari in eſſentia communicata.

2. Sententia probabilis Fr. à Chriſto, ponit illarum fundamentum potentiam notionalem, de qua lib. 2. cap. 24. ad c. 31.

Item ponit cõditionem fundandi illas originem, de qua lib. 2. ca. 45. p. 2.

S. Thom.

4. Huic opinioni poteſt connecti alia ſimilis

3. Sent. ſimilis præcedenti.

Digitized by Google

ponit eas fundari in primo actu notionali, de quo lib. 2. ca. 45. p. 1.

milis, quòd ſcilicèt hæ relationes fundētur in primo actu notionali, qui eſt operatio eſſentialis coniuncta cum origine.

1. Confutatio 2. & 3. Sent. quòd vtraque ponat fūdamētum relationū perſonaliū eſſentiam, quę eſt vna.

Sed vtraque opinio in eo diſſentire videtur à veritate, quòd ponit fundamentum relationis perſonalis eſſentiam, quę eſt vna: nam etſi potentia, & actus primus rationalis indicent in obliquo aliquid notionale, & diſtinctum, vt libr. 2. docuimus; tamen in recto & præcipuè ſignificant eſſentiam, quæ eſt vna, & eadem; & non poteſt vna & eadem res eſſe fundamētum duplicis realis relationis.

2. Confutatio 3. Sent. Actus notionalis primus non inuenit in perſona procedēte.

At verò actus notionalis eſsētialis, & primus, nō inuenitur in perſona procedente, vt eodem libro commonſtrauimus: quare in ea perſona, quæ procedit non poteſt id eſſe fundamentum relationis.

5. 4. Sententia *Molinæ*, ad 3. reuocabilis.

Ad hanc poſteriorem opinionem de actu primo notionali poteſt reuocari noua quorundam ſententia, qui aiunt paternitatem, & filiationem fundari in operatione intelligibili eſſentiali; ſpirationem verò actiuam, & paſsiuam fundari in operatione voluntatis. Et quoniam in operatione eadem intellectus non poſſunt fundari relationes diuerſæ appellationis abſque aliquo diſcrimine, vel differentia fundamenti; dicunt operationem intellectus diuini per ſe ſeparatim cognitam eſſe fundamentum paternitatis, qua pater conſtituatur: eandem verò cognitam in Patre conſtituto fundare filiationem; hanc enim operationem ſic cognitam appellant intelligere ex parte Patris, quod eſt ipſum intelligere in Patre. Quid autem ſignificet ipſum intelligere in Patre, ſiue ex parte Patris, non explicant: & meritò quidèm ſilentio inuoluunt, quod explicare non valent.

1. eius Aſſert. quòd intelligere diuinū per ſe ſeparatim cognitum ſit fundamentum paternitatis. 2. Aſſert. quòd idē intelligere in Patre conſtituto, ſiue ex parte Patris cognitum ſit fundamentum filiationis.

6. Si illud intelligere in Patre ſignificet Patrē intelligentem. Confutatur 1.

Sed tamen explicationem ab illis licebit nobis exprimere; ſi enim hoc intelligere in Patre ſignificat ipſum Patrē intelligentem, hoc eſſet dictu abſurdiſſimum, quòd ſcilicèt Pater intelligens ſit fundamentum filiationis: neq; enim eſt intelligibile, quòd vna relatio, ſiue relatum ipſum fundet relationem realem ſibi oppoſitam; cum relata ſint ſimùl naturâ, & cognitione; cauſa autem, ſiue fundamentum, non eſt ſimùl naturâ, & cognitione cum ea relatione, quæ ab his oritur.

Confutatur 2.

Prætereà fundamenta realis relationis exiſtunt in ipſis relatis; intelligi ergo nōn poteſt, quòd paternitas quæ non eſt in perſona Filij, ſed eſt res diſtincta, & oppoſita, ſit filiationis fundamentum.

Si accipiatur ſpecificatiuè, ſeu per ſe ſeparatim. Refellitur.

Quòd ſi hoc intelligere in Patre non accipiatur ſub formali ratione prout in Patre eſt, nihil iam nobis explicat quæſtionis huius: idem enim intelligere quod eſt in Patre, non poteſt fundare filiationem, niſi ſub diuerſa aliqua ratione, & non eâdem qua fundat paternitatem, vt dicebamus.

Si ſignificet nō Patrem, ſed ipſum intelligere prout eſt in Patre, ita vt hoc paternitatem includens, ſit ratio formalis fundamēti, Confutatur vt hoc n. ſupra. Si ita vt ſit cōditio fundādi, Refutatur 1.

Si autem hoc intelligere prout eſt in Patre ſignificet quidèm non Patrem, ſed ipſum intelligere, prout in Patre eſt, ſiue ex parte Patris; hæc ipſa adiecta, vel ſignificant rationem formalem fundamenti, & ita in ratione formali fundamenti includitur paternitas, quod eſt iam impugnatū; vel ſignificant ſaltem conditionem fundandi. At verò conditio hæc fundandi, ſcilicèt quòd in altero extremo ſit etiā ſuum fundamentum, in vtroque extremo eſt neceſſaria, vt hoc lib. docuimus: quare nō minùs neceſſarium eſt ad fundandam filiationem, quòd intelligere ſit in Patre, quàm ad fundandam paternitatem, vt intelligere ſit in Filio: ſicut etiam ad fundandā ſimilitudinem in vno albo, neceſſe eſt, quòd alteri extremo inſit albedo.

7. Refutatur 2. Ex eo quòd paternitas, & filiatio fundētur in vnitate act. intelligēdi, sūt conſequentia quædam contraria fidei, & philoſophiæ.

Hæc igitur conditio fundāndi, etiam in relatis primi generis eſt neceſſaria: fundantur ergo paternitas, & filiatio in vnitate actus intelligendi; & ita nō ſunt relationes reales, quæ exigūt fundamēta diſtincta; & ſunt relata æquiparantiæ, quæ in vnitate fundātur; quæ conſequētia ſunt contraria fidei, & veræ philoſophiæ. Quòd ſi aliqua alia eſt cōditio fundandi filiationem in actu intelligendi paterno, diuerſa ab ea conditione, qua fundatur ipſa paternitas; profectò ſine origine non poteſt explicari, cum Pater, & Filius ſolis differentijs ab origine petitis diſcernantur. His adde abſque vlla ratione poni fundamētum paternitatis ſolum actum intelligēdi eſſentialem; filiationis verò fundamentum actum eſſentialem cum paternitate coniūctum. Hæc verò ſententià alia plura inuoluit minùs probabilia, de quibus lib. 4. diſſeremus.

8. 5. Sentent. in tit. aſſerta. Probatio. Fundamētum relationis non

Dicendum igitur relationes diuinas perſonales fundari in origine, ſiue proceſsione: obſeruandum enim eſt, fundamentum relationis non neceſſariò nominari

Digitized by Google

neceſſariò ab ea nominatur, vt cap. 12. p. 1. n. 4. At eſt eius cauſa adæquata, & proxima, & quaſi ſubiectũ neceſſariò cum ea coniũctum, ac proindè ſub diſtinctis relationibus diſtinctum.

minari à relatione: nam humanitas quæ A fundat paternitatẽ, non appellatur Pater. Eſt ergo fundamentum relationis cauſa illius adæquata, & proxima; & quaſi ſubiectum illius neceſſariò cum relatione coniunctum: vnde oportet eſſe diſtincta fundamenta quibus cohæreant relationes diſtinctæ. Quas leges fundandi relationes licitum eſt inductione colligere in omnibus relatis; & ex ijs quæ dicta ſunt hoc libro, deducuntur etiam argumento: ſed in diuinis relationibus perſonalibus nullum aliud fundamentũ his legibus circumſcriptum poterit deſignari, niſi origo; eſt ergo origo relationum iſtarum fundamentũ. Minor propoſitio commonſtratur, eſſentia enim non eſt fundamentum, cum non ſit adæquata ratio paternitatis, aut filiationis, & non ſit res diſtincta in relatis: potentia notionalis ijſdem rationibus non eſt fundamentum; quia poſita iſta potentia, verbi gratia, generandi, non ſequitur ſtatim cogitando paternitas, niſi priùs ponatur generatio. Vnde Ariani non negabant Deo Patri potentiam generãdi æternam; ſed negabant generaſſe ab æterno; & propterea negabant fuiſſe ab æterno Patrem: non eſt ergo aut eſſentia, aut etiam potentia notionalis adæquatum fundamentum, & proximũ paternitatis. Et prætereà ipſa potentia notionalis nõ eſt res diſtincta à Filio, quia eſt eſſentia communis; fundamenta autem oportet eſſe res diſtinctas, quibuſcũ relationes reales cohæreant: ſolæ ergo origines has habent cõditiones, quibus fundent relationes perſonales. Et confirmatur, quoniam ſi generatio creata maneret in generante, & eſſet res permanens, illa profectò eſſet fundamentũ paternitatis; quia eſſet cauſa proxima, & D quaſi ſubiectum relationis cui adhæret relatio: ſed quia generatio creata tranſit, & non eſt in generante, ſed in genito; idcircò non eſt fundamentum relationis, ſcilicèt paternitatis permanẽtis, & inhærentis genitori. Et magis adhuc explicatur; nam relatio procedentis in rebus creatis nõ fundatur in proceſsione, ſed in re producta per illam; quia fundatur in ea re, quam immediatè ſequitur, & cui cohæret: at verò inter proceſsionem creatam, & relationem, media eſt res producta; & hoc eſt fundamẽtum relationis. In agente verò forma

In Deo eſſentia nõ eſt adæquata ratio paternitatis, aut filiationis: & non eſt res diſtincta in relatis.

Item potentia notionalis, v. g. generandi, nõ eſt principium adæquatum, & proximum paternitatis.

Item non eſt res diſtincta a Filio.

Illatum: Solæ origines habent conditiones requiſitas ad fundamẽtum.

Confirm. hoc Si generatio creata maneret in generante, illa eſſet fundamẽtum paternitatis.

Declaratur. In creatis relatio procedentis fundatur in ea re, quam immediatè ſequitur, & cui neceſſariò cohæret, ſcilicet in re producta.

A antecedit actionem, & ideò ſi actio eſſet in agente, illa eſſet fundamentum, quia eſſet cauſa proxima. Cum ergo origines diuinæ abſque dubio ſint rationes proximæ, quas relationes ſequuntur; & ſint in ipſis extremis relatis diſtinctę, quibus relationes cohærent; neceſſe eſt eas eſſe propria fundamẽta iſtarum relationum: perſonæ enim non ſunt fundamẽta, ſed ſunt extrema relata; at verò præter perſonas, nulla alia res eſt diſtincta ante relationes, niſi origo: igitur origo eſt, quæ neceſſariò fundat relationes perſonales.

Præter perſonas quæ ſunt extrema relata, nulla alia res eſt diſtincta, niſi origo.

9\. Obiectioni occurritur.

B Quòd verò origines diuinæ re ipſa ſint relationes, nihil obſtat quin ſint relationum fundamenta: ſicut enim hæ relationes diuinæ conueniunt perſonis, quæ ſunt ipſæ relationes ſubſiſtẽtes; ita fundantur in originibus, quæ ſunt ipſæ relationes: & tàm perſona, quàm origo diſtinguitur ratione formali à relatione; concipiturque, ſiue intelligitur non relatiuâ, ſed abſolutâ intelligentiâ, vt lib. 4. dicemus. Eadem ergo eſt difficultas quòd relationes diuinæ conueniant hypoſtaſibus non abſolutis, & quòd fundentur in rebus non abſolutis, ſcilicèt C originibus, cognitis tamen abſoluto cõceptu. Quare id quod ex S. Auguſt. recitari ſolet 7. de Trinit. quòd relata præter relationem aliquid ponant, ſcilicet aliquid abſolutum; non magis probat fundamenta relationum eſſe abſoluta, quàm ipſas perſonas, quæ tamen ſunt res relatiuæ non abſolutæ. In Deo igitur ſatis eſt quòd perſonæ, & origines abſoluto cõceptu antecedãt relationes noſtro modo intelligendi: nam re ipſa perſona, origo, & relatio idem omninò eſt; neq; vnum eſt fundamẽtum alterius, D cum non ſint re ipſa diſtincta; neque ibi ſit realis cauſa fundandi: ſed noſtro modo intelligendi duntaxat fundamentum diuinæ relationis inueſtigamus, non vt cauſam, ſed vt rationem fundandi.

Sicut relationes diuinæ cõueniunt perſonis, quæ re ipſa ſunt relationes ſubſiſtentes ita fundantur in originibus, quę re ipſa ſunt relationes.

S. Auguſt. nõ aduerſatur.

Satis eſt quòd perſonæ, & origines abſoluto conceptu antecedant relationes noſtro modo intelligẽdi.

Re ipſa hæc omnia idẽ omninò ſunt, neq; vnũ eſt fundamẽtũ alterius.

Duo igitur ſunt quæ videntur hoc loco aduertenda eſſe. Alterum eſt, quòd in rebus creatis reali emanatione ſequũtur relationes fundamenta ſua; & dicũtur reſultare, ſiue proſilire à fundamẽtis, ita vt fundamentum ſit cauſa realis relationis, vt diximus: relationes autẽ diuinæ non emanant re ipſa à fundamẽtis, quia nullo modo re ipſa diſtinguũtur ab eis; ſed fundamentum, & relatio omninò

10\. 1. Aduert.

Relationes diuinę non emanant re ipſa à fundamentis.

Potiùs dicuntur ſequi fundamenta, vel hæc eas antecedere.

ninò eſt res vna. Quare potiùs dicendū eſt has relationes ſequi fundamenta ordine rationis, vel fundamenta antecedere, quā relationes emanare, aut proſilire à fundamentis, vt caſtigatior ſit loquutio.

11. 2. Aduert.

Alterum eſt aduertendum, quòd relatio cum ſit tota ad aliud, omninò neceſſe eſt quòd ſequatur aliquid abſolutum; nihil enim eſt quod duntaxat ſit ad aliud, à ſe autem non ſit. In relationib' autem creatis ſuppoſita ſunt abſoluta, natura abſoluta, & fundamenta relationis abſoluta, & ipſam naturā ſubſtantialem dicunt aliqui fundamentum remotum. Æſtimandum igitur eſt, quare potiſsimùm relatio his abſolutis adhęreat; relatio enim creata poſtulat ſibi abſoluta, tum vt cauſam ſui, relatio enim non eſt cauſa relationis realis: tum etiam propter ipſum modum entis, eſſe enim ad aliud eſt eius, qui etiā ad ſe eſt. Quòd ergo attinet ad cauſam, relatio diuina cauſam non habet; quare non eſt neceſſe vt fundamentum eius ſit res abſoluta, ſed ſatis eſt vt origo cognita conceptu abſoluto ſit ratio proxima, quam ſequitur relatio. Preterquàm quòd perſona diuina etſi ſit quid relatum, eſt tamen operationis realis principium; & origo eodem modo etſi ſit relatio, eſt vera operatio realis; quid ergo mirum quòd ſit relationis fundamentum? ſi verò modū entis ſpeculemur, neceſſe eſt quòd eſſe ad aliud ſit eius qui eſt ad ſe, quod diuinis perſonis maximè conuenit; nam ſicut ſunt per relationē ad aliud, ita ſunt per eſſentiam ad ſe, imò ſunt ipſum eſſe. Nihil ergo exigit relatio ex propria ratione formali tam in hypoſtaſi, quàm in fundamento, quod nō inueniatur in diuina perſona, & origine. Ad hæc autem ſi animum intenderis, & dictis facilè cōſenties, & non minùs facilè argumenta confutabis.

Relatio creata poſtulat ſibi fūdamentum abſolutum, tum vt cauſam ſui: tum propter ipſum modū entis ad aliud. Quoad 1. de cauſa, Relatio increata, ſolū poſtulat fundamentū cognitum abſoluto conceptu, vt rationem proximam quam ipſa ſequatur. Origo etſi ſit relatio, eſt vera operatio realis. Quoad 2. de modo entis, Diuinæ perſonæ ſicut ſunt per relationem ad aliud, ita ſunt per eſſentiā ad ſe, imò ſunt ipſum eſſe ad ſe.

12.

Itaque etiam ſi ad relationes creatas ſuppoſita, & fundamenta ſunt abſoluta; ad relationem tamen in communi id nō eſt neceſſe; ſed neceſſe eſt vt ſuppoſita exiſtant ad ſe, quod in diuinis confitendum eſt ratione eſſentiæ: eſt etiam neceſſarium, vt fundamenta relationis ſint formæ, aut operationes ſuppoſiti, relationem antecedentes, vt ratio proxima quam relatio ſequatur. Quo pacto nullus poterit inficiari origines eſſe fundamentum relationum diuinarum, quas dicimus perſonales.

Ex his patet ad relationem in cōmuni quęnā requirantur tā in hypoſtaſi, quàm in fundamento.

Confirmatio.

13.

QVòd relationes perſonales fundētur in origine eſt ſententia S. Thomæ planiſsima 1. p. q. 28. art. 1. & clariùs art. 4. vbi docet has relationes diuinas in actione fundari qua aliquid intra deitatem procedit. Et in 1. d. 26. q. 2. art. 1. ait eas fundari in communicatione naturæ, quæ eſt diuina origo. Hoc idem affirmat clariſsimè q. 8. de potentia art. 1. Quare & Thomas Caietanus, & Barthol. Torres q. 28. cum alijs eandem opinionem conſequuntur.

S. Thom. *Caiet.* *Torres.*

CAPVT XXV.

Relationes perſonales ſunt reales.

1.

MIſsis relationibus cæteris quæ rationis ſunt in Deo, ad perſonales, & reales relationes diuinas ſermo progreditur, de quibus eſt præcipuè liber hic Tertius: de ijs S. Thom. 1. p. q. 28. art. 1. & in 1. d. 26. q. 2. art. 1. & d. 33. art. 1. & 4. contra gent. c. 14. & de potentia q. 2. art. 6. & q. 8. art. 1. & opuſc. 3. c. 53. Nomen autem relationis calumniantur hæretici Tranſyluani, quòd nō ſit à literis ſacris acceptum: eſt autem id nomen perantiquum, quod S. Greg. Nazianz. vſurpauit in rebus diuinis, oratione 5. Theologa, & S. Auguſt. lib. 5. de Trinit. cap. 11. & in ſacris literis tradita accipimus ipſa nomina relatiua Patris, & Filij. Quid enim Pater niſi relatum?

S. Thom.

Contra Tranſyluanos, nomē relationis, cōmendatur 1. vt perantiquū. *S. Nazianz.* *S. Auguſt.* Cōmendatur 2. vt in literis Sacris traditum.

2.

Quòd ergo relationes perſonales ſint res quædam, & vera entia, ex diuinis monitis Catholica fide credimus. Quod probatur primò ratione Theologa ex prioribus: proceſsiones namque diuinæ nō ſunt rationis inuenta, ſed reales proceſsiones, vt lib. 2. docuimus: ergo relationes eæ, quę in ijs proceſsionibus fundantur, reales ſunt ex ſecundo genere relatorū, ſcilicèt eorum quæ in actione, & paſsione fundantur: nulla enim relatio creata ita conſpicuè cernitur, quàm ea quæ in actione tranſeunte fundatur; eſt enim agens ipſum deſtinatum ad aliud, ſcilicèt ad agēdum in ſubiecto externo, & in illa actione fundatur relatio, qua agens ad aliud refertur. Sunt autem

Aſſertio tit. de fide certa. 1. Ratio Theologa. ex lib. 2, cap. 8.

Digitized by Google

Item ex cap. præcedente.

autē in his relationibus diuinis omnia (A) ea quæ ad reales relationes coire neceſſe eſt, vt quòd relata ſint diſtincta, quòd fundamenta quoque diſtincta, & realia ſint, & quòd non ſint fundamenta vt ſic ipſæ relationes. Quæ ſingula ſunt capite anteriori explicata.

3. 2. Ratio firmior *S. Thomæ.*

Alia eſt ratio firmior, qua etiam S. Thomas vtitur cōmonſtrans, quòd ſint hæ relationes reales: nam diuinæ perſonæ ſunt res diſtinctæ, vt lib. 1. probatum eſt; diſtinguuntur autem à relationibus, vt lib. 4. erit quoque probandū. Ex quibus præmiſsis Catholica fide aſſerendis, colligitur veritas Catholica, (B) quòd hæ relationes reales ſint: ſi enim perſonis eſſentia eſt communis, & ſola relatio eſt propria, quæ perſonas diſtinguit, non eſſet diſtinctio realis, niſi relatio quæ diſtinguit, realis eſſet. Vnde ortum eſt acceptiſsimum theorema in Eccleſia Dei, quòd omnia in Deo ſunt vnū, niſi occurrat oppoſitio relationū. Sabellius igitur, qui perſonas diuinas ſola ratione, & cogitatione diſtinguebat, diſcernebat illas per relationes rationis, vt Deus dicatur Pater quatenus genuit hominem Chriſtum; & idem Deus Pater dicatur Filius, quatenus eſt homo genitus: (C) ita vt Paternitas, & Filiatio in Deo non ſint res duæ, ſed ſolæ relationes rationis, nomine tenus acceptæ ab effectu, ſcilicet ab humanitate genita. Eſt igitur contra Sabellium ſecūdum fidem Catholicam aſſerendum, has relationes eſſe res diſtinctas, quibus perſonæ diſtinguantur reali diſtinctione. Cōfirmatur, quia Pater omnia dedit Filio præter Paternitatem, vt definit Cōcilium Florentinum. Si autem Paternitas non eſt res aliqua, nihil omnino eſt in Patre quod Filio non dederit; dedit ergo ipſam perſonam; & ita perſona Filij erit (D) perſona Patris, quod eſt hæreticum.

Nō eſſet diſtinctio realis inter perſonas, niſi relatio quæ diſtinguit, realis eſſet.

S. Anſelmi Theorema in Eccleſia acceptiſsimū, de quo lib. 2. c. 43. n. 18.

Sabel. hæreſis relationes perſonales eſſe ſolas relationes rationis.

Contra eam aſſertio tituli.

Confirm.

Pater omnia dedit Filio præter paternitatē. *Conc. Florēt.*

4. Dictū *Greg.* ſcil. nullam entitatē eſſe in Patre, quæ non ſit in Filio. Improbatur.

Quare per ignorantiam vocis, vt videtur, errat Greg. Arimin. in 1. d. 26. & 27. q. vnica, dum aſſerit nullam entitatem eſſe in Patre, quæ non ſit in Filio. Vel enim dicendum erit Paternitatem non eſſe entitatem realem (quod eſt hæreticum) vel (quod æquè impium eſt) Paternitatem eſſe in Filio, vt confundātur perſonæ. Greg. verò forſan id negat, quia ſicut non concedimus Patrem, & Filium eſſe duo entia, quia ens ſignificat eſſentiam, & non ſunt duæ eſſentiæ; ita entitatem quaſi nomen abſtractum ab ente, putauit forſan ſignificare eſſentiam: cum tamen in vſu Theologorum ſit, vt entitas, & res pro eodem accipiātur. Siue etiam (quod magis crediderim) quia negabat proprietates nominibus abſtractis ſignificatas, ſolā eſſentiam concedebat eſſe in Patre, Paternitatem autem non eſſe in Patre, ſed eſſe Patrem: hoc tamen à doctrina Orthodoxa abhorret, vt lib. 4. docebimus. In quo etiam ſenſu erratum eſſet in fide, ſi quis diceret nullam entitatē eſſe in Patre, quæ non ſit in Filio, quia paternitas nō ſit in Patre. Sunt ergo relationes ipſæ nominibus abſtractis ſignificatę, verę entitates, & res diſtinctæ.

Pro *Gregor.* 1. explicatio.

Refellitur. Entitas, & res pro eodem accipitur à Theologis.

2. Explicatio magis germana.

Reijcitur vt abhorrens à fide.

5. Duo dicta *Boet.* explicantur.

1. Dictum, ſcilicèt ad aliud omnino non prædicari de Deo.

Duo tamen ſunt à Boetio dicta, quibus explicatio opus eſt. Primū eſt quod ait in lib. de Trinit. ad aliud omnino non prædicari de Deo; eius hæc ſunt verba. *Cuncta quæ in diuinam prædicationem veniunt, mutantur in ſubſtantiam; ad aliquid verò omninò non prædicatur.* S. Thom. d. 26. interpretatur Boetium quòd ad aliquid ſub hac ratione nihil reale affert, benè tamen hoc ad aliud in ſpecie, cum relatio eſt realis: quem eundem cōmentarium habet Ioannes Capreol. in 1. d. 33. vbi ait relationes diuinas ſecūdum eſſe relationis non eſſe entia realia, ſcilicèt ſecundum eſſe cōmuniſsimum, quod relationes etiam rationis continet: nam ſi relatio, vt relatio, eſſet realis, omnis relatio eſſet realis, & nulla eſſet relatio rationis, quod falſum eſt: ſed ſecundum eſse relationis talis, ſcilicèt diuinæ, non negauit Capreolus illas eſse entia realia, quod eſset hæreticum. Videtur etiam dicendum, quòd Boetius loquebatur de ijs, quæ conueniunt eſsentiæ diuinæ non conſiderando perſonas, vt ſcientia in Deo eſt ſubſtantia, magnitudo ſubſtantia eſt, & ſic de cæteris. Ad aliquid autem non eſt in Deo, hoc eſt, relatio ipſius Dei ad creaturas, non eſt in Deo; quia non eſt in natura diuina, ſed in intellectu. Vel etiam cenſet, quòd genus ad aliquid, quod cōtinet relationes inhærentes, non prædicatur in Deo. Aliàs tamen ipſe Boetius perſonas diuinas relationibus diſtinguit, dum ait, omnia eſse vnum. &c.

1. Explicatio *S. Thomæ.* elucidanda ex cap. 3 num. 12. Eadem eſt *Capreoli.*

2. Explicatio.

3. Explicatio.

6. 2. Dictum *Boetij,* ſcil. relationes perſonales ſimiles eſſe relationi identitatis.

Deinde verò alio in loco ait idē Boetius relationes perſonales ſimiles eſse illis quibus aliquid refertur ad ſe ipſum: quæ

Digitized by Google

A

quæ ſanè eſt relatio identitatis eiuſdem ad ſe, eaque non realis eſt, ſed rationis relatio, vt docet Ariſtot. 5. Metaphiſic.

Ariſtot.

1. Explicatio *S. Thomæ.*

In eſſentia diuinâ identitas, ſimilitudo, & æqualitas fundantur: In eadē paternitas, & filiatio ſubſiſtunt.

Vitandæ hæreſis Sabellij.

Reſpondet S. Thomas d. 26. q. 2. art. 1. ad 2. in relatione identitatis eſſentiam eſſe fundamentum relationis, & quia eadem eſſentia communicatur à Patre quæ eſt in Filio; quoad hoc, eſt aliqua ſimilitudo paternitatis comparatæ cum identitatis relatione: ita tamen vt extrema ſint diſtincta, ne quis dicat cum Sabellio paternitatem eſſe relationem eiuſdem ad ſe ipſum, qualis eſt relatio identitatis Petri ad ſe. Nos verò poſuimus inter perſonas diuinas relationem identitatis in eſſentia, ſicut relationem ſimilitudinis, & æqualitatis: quibus relationibus aſsimilatur paternitas, & filiatiò diuina in natura eadem; cum Pater, & Filius in natura eadē ſubſiſtant.

B

7.

Noua opinio *Soar. in Met.* q. 47. ſect. 1. ad finem, permittentis relationes diuinas dici trāſcendētes.

Sed maior conſurgit hoc loco controuerſia, nouitate opinionis quorundam permittentium relationes diuinas poſſe exiſtimari quaſi trāſcendentes incluſas intimè in cōceptu talis entis, ſcilicèt perſonæ diuinæ; quare nō duci inde euidens argumentum relationū creatarum, quas in genere collocamus.

8.

Refutatur 1. ob nouitatem.

Eſt verò grauiſsimè ferendum, quòd in rebus diuinis, & religione pleniſsimis, nouæ in ſcholas opiniones inuehātur; quibus hoc ſatis ſubeſt periculi, nēpè nouitas. Relationes tranſcendentes quotquot hactenus tractarunt, res abſolutas dixere, quibus intimæ ſint ipſæ relationes. Huic autem doctrinæ conſequens eſt, vt perſonas diuinas dicamus eſſe res abſolutas, quod eſt dogma fidei diſſentaneum, vt lib. 4. docebimus. Et confirmatur, quia relationes, quas aiunt tranſcendentes, ſunt rei cuiuſpiā abſolutæ, ſcilicèt ſcientiæ ad rem ſcitā, aut potentiæ ad actum, aut agentis ad paſſum. Itaque non ſunt eæ relationes ab Ariſtotele definitæ, quarum id quod eſt, ad aliud eſt: ergo Pater, & Filius eodem modo comparantur inter ſe ſecundum aliquid abſolutum, videlicèt vt potentia cum actu, aut ſimile quid: ſicut quidam hæretici poſuere eſſe potentias, non perſonas, quod lib. 4. diſputabimus; ſunt ergo diuinæ perſonæ res abſolutæ, quod eſt hæreticum. Præterea ſi diuina Paternitas eſt relatio quaſi tranſcendēs, non conuenit in conceptu analogo cum paternitate creata, quæ non eſt relatio

C

Relationes trāſcend. res ſunt res abſolutæ. Confirm.

Non ſunt relationes quarum id quod eſt ad aliud eſt.

D

Dicere diuinas perſonas eſſe res abſolutas, eſt hæreticum.

Refutatur 2.

A

tranſcendens: æquiuocè ergo dicitur Pater; quod conſequens confeſsioni fidei contrarium eſt: ſcimus enim Deum Patrem eſſe Patrem verum, & generantem; non æquiuocè: aliàs hoc nomine Patris non generantem, ſed aliud quid intelligeremus, contra definitionem Patrum, & Conciliorum. Dices poſſe concedi nullam eſſe paternitatem in genere, ſed omnes eſſe relationes tranſcendentes; & ita eodem conceptu analogo paternitatem creatam, & increatā conuenire. Sed certè in rebus ad fidem Catholicam attinētibus philoſophica fundamenta conuellere, eſſet extremæ temeritatis, & dementiæ: nutaret enim tota Theologica diſputatio labente fundamento à quo pendet. Cum ergo Patres omnes qui de relationibus diſputant diuinis; illas ſolas relationes creatas norint, quæ ſunt in genere; & his ponant ſimiles relationes diuinas: omnino cenſeo non eſſe permittendum, vt relationes diuinæ exiſtimentur tranſcēdentes; & diſſentire hoc credo à ſincera doctrina Theologica: præterquam quòd ſuprà docuimus nullas eſſe relationes tranſcendentes.

Deus Pater eſt pater verus, & generans, non æquiuocè, iuxta fidem.

Reſponſio.

B

Improbatur vt in rebus fidei, philoſophica fundamēta cōuellens.

Patres non agnouerūt paternitatem creatā tranſcendentē, quæ ſcilicèt nō ſit in genere.

9.

Itaque ex præſcriptis Eccleſiæ dicendum eſt, tres perſonas diuinas eſſe tres res relatiuas, & non eſſe tres res abſolutas: quomodo autem tres res non abſolutæ dicantur tres relationes tranſcēdentes, profectò nullus explicabit: neceſſe eſt enim vt cum Ariſtot. dicamus eſſe tres res, quarum id quod ſunt ad aliud eſt; ita vt ſint puri reſpectus, & puri termini relatiui; & nullo modo relationes tranſcendentes. Abſtinemus autem ab omni cenſura iſtius opinionis, quoniam in animum induximus iure æquiſſimo, nouas opiniones noſtræ ætatis nullâ notâ inurere.

C

Perſonæ diuinæ ſūt puri reſpectus, & puri termini relatiui, & nullo modo relationes tranſcendētes.

Confirmatio.

D

10.

Patrum diſputationes legenti perſpicuum erit, eos de relationibus diuinis ita ſenſiſſe, licèt nomine proprietatum frequentiùs eas vſurpent. Quare eſt illis inexpugnabile argumentum; Filium Patri coæternum eſſe, eò quod ſine Filio Pater non ſit, quod eſt proprium relatorum. Quòd ſi Pater factus eſſet in tempore, Deus mutaretur. Planiſsimè enim haud dubium Patres intelligebāt, paterni-

Digitized by Google

A paternitatem eſſe rem diuinam, cuius acceſsione Deus mutaretur. Videndus eſt de hac re S. Dyoniſ. cap. 1. de diuinis nominibus, S. Athan. in oratione 2. & 4. contra Arianos, & in dialogo de Trinit. contra Annomæos pag. 664. S. Gregor. Nazianzen. oratione 1. & 4. Theolog. S. Baſilius ſerm. de fide, & lib. 1. & 2. contra Eunomium. S. Cyrillus lib. 7 Theſauri, cap. 1. S. Auguſt. lib. 5. de Trinit. cap. 3. & 5. S. Ambroſius. S. Bernardus, & alij. Dicitur autem S. Greg. Nazianz. primus appellaſſe proprietates perſonales nomine relationis; quod idem nomen inuenitur in Concil. Tolet. 11. & in Florent. maximè cum definitur, omnia in diuinis eſſe vnum, vbi non obuiat relationis oppoſitio; eſſeque has relationes in Deo verè exiſtētes, definitum eſt in Concilio Lateran. cap. *Firmiter*, & in Concil. Tolet. 11. in confeſsione fidei, & in Conſtantinop. 3. in Epiſt. Sophonij, quæ approbatur act. 13. & legitur act. 11. & & in Concil. Florent. ſect. 18.

S. Dionyſ. *S. Athanaſ.* *Nazianz.* *S. Baſil.* *S. Cyrillus.* *S. Auguſt.* *S. Ambr.* *S. Bernard.* *Nazianz.* dicitur prim⁹ appellaſſe proprietates perſonales nomine relationis. *Cōc. Tol.* 11. *Cōc. Florēt.* maximè cū definitur theorema *Anſelmi.* *Conc. Later.* *Cōc. Tol.* 11. *Cōc. Conſtā.* *Cōc. Florēt.*

CAPVT XXVI.

Relationes diuinæ ſola ratione diſtinguuntur ab eſſentia.

1\. CVm diſputatum ſit de diſtinctione relationū inter ſe, ſubit tractatus de diſtinctione relationum ab eſſentia: nam de diſtinctione relationum à perſonis, lib. 4. differemus, eò quòd illud pertinet ad conſtitutionem perſon[æ]. Et parum differt ea quęſtio ab ijs, quę hoc capite quęrenda ſunt.

2\. 1. Senten. error *Gilb. Porr.* ſcil. diuinas relationes eſſe aſſiſtentes quaſi ſeparatas.

Gilbertus Porretanus exiſtimauit diuinas relationes non eſſe in eſſentia diuina, ſiue cum eſſentia coniunctas, ſed aſsiſtētes quaſi ſeparatas. Quē errorem confutat S. Tho. 1. p. q. 28. art. 2. elegantiſsimè hac ratione: Relationes enim habēt verā exiſtentiā, aliàs nō eſſent vera entia; exiſtētia autem in Deo eſt ipſa D eſſentia: ergo impoſsibile eſt vt relationes, quæ per eā exiſtentiā exiſtunt, ſint ſeparatæ ab eſſentia, quæ eſt ipſa earum exiſtētia. Et notat hanc cauſam erroris fuiſſe Gilberto, quòd cōſiderauit relationes vt relationes, hoc eſt, vt ad aliud sūt & nō vt res ſunt: nā vt ad aliud ſunt, nō intelligūtur in aliquo, ſed ad aliud, quod anteà declarauimus; & vt ſic non intelliguntur exiſtentes, ſed quaſi aſsiſtentes.

Confutatur à *S. Thoma.*

Impoſsibile eſt, vt hæ relationes ſint ſeparatæ ab eſsētia, quæ eſt ipſa earum exiſtētia.

Gilbertus non intellexit relationes vt res ſunt, & vt exiſtentes, ſed vt ad aliud sūt, ſeu quaſi aſſiſtentes.

A Quamobrē Ariſtot. 5. Met. tex. 20. dixit ſcientiā non eſſe ſciētis, ſed ſcibilis; quia vt refertur ad ſcibile, nō intelligitur cū ſciēte cōiuncta. Dānatus eſt hic error in Conc. Rhemēſi, vbi & Gilbert. retractauit ſententiam, vt teſtatur S. Bernardus.

Ariſtot. Hic error dānatus eſt in *Cōc. Rhem.*

3\. 2. Sentent. ponens inter relationē, & eſſentiam diſtinctionē re ipſa.

Poſt Gilbertū tamē Doctores quidā poſuerūt relationes diuinas, non aſsiſtētes quidē, ſed tamē diſtinctas ab eſsētia diuina; ſicut relationes creatæ, etſi ſint veræ res coniunctæ cū fundamēto, tamē re ipſa diſtinguuntur ab eo. Hęc fuit ſententia Ioan. Scoti in 1. d. 1. q. 7. & Durād. d. 33. q. 1. & d. 34. q. 2. & in 3. d. 1. q. 3. Et Tho. Argent. d. 33. q. vnica, ar. 1. pro qua etiā inuocatur patrociniū S. Bonauent. B d. 33. q. 1. vbi ait quòd eſsentia diſtinguitur à perſonis aliquo modo realiter, & nō ſolo modo cōcipiendi: ſed tamen S. Bonau. intelligit eſsentiā prout includit vnā perſonā, diſtingui ab alia; nā ibidē cōparans eſſentiā cū vnaquaq; perſona, affirmat eſſentiā non addere rē, ſed rationē; qui eſt idē loquendi modus S. Tho. cōmunis, ad indicandā eſſentiam non eſſe rem diſtinctā, ſed ſola ratione diſtingui, vt explicabimus. Durand. verò hanc diſtinctionem innuit eſſe modalem inter rem, & modum rei.

Scot. *Durand.* *Argent.* *S. Bonauēt.* pro 2. Senten. citatur, ſed tenet tertiam.

Durandus innuit diſtinctionem modalem.

4\. 3. Sententiæ in tit. aſſertæ pars 1.

C Nihilominùs dicendū eſt, relationem nullatenùs diſtingui re ipſa ab eſſentia: iam enim ſæpiùs animaduertimus diſtinctionē quamuis realē minimè ponēdam eſſe, niſi inter perſonas, proprietateſque diuinas; cętera enim ſingulatim ſunt inter ſe idē propter ſimplicitatē deitatis. Illud igitur eſto argumentum primū, qđ cū relatio creata nō diſtinguatur ab abſoluto, reali diſtinctione ſimpliciter, ſed formali; cū tamē in eadē hypoſtaſi creatâ plura ſint abſoluta ſimplicitèr diſtincta: in Deo optimo in quo abſoluta omnia ſunt res vna ſimpliciſsima, minùs opinandū erit relationem vllo modo ab abſolutis diſtingui, hoc eſt, ab eſſentia ſiue D ſubſtātia, quę abſoluta cōtinet. Deinde verò formalis, aut modalis diſtinctio conſtituitur in ijs rebus, quę nō ſunt abſolutè perfectæ res, atque ob eā cauſam neq; abſolutè ſunt diſtinctæ; ſed quędā res ſunt aliarū quaſi appēdices, vt diximus lib. 1. res autē diuinę ſunt perfectiſſimę; quare vel ſimplicitèr ſunt diſtinctę, vel nullo modo diſtinctę. Iam illud argumentum maximè vrget, quòd relatio diuina ſi qua ratione ſit res ab eſſentia diſtincta,

1\. probatio Inter relationē, & abſolutū maior eſt diſtinctio in creatis, quā in diuinis.

2\. probatio. Diſtinctio formalis, aut modalis nō eſt rerum ſimplicitèr perfectarū, vt ſunt res diuinæ.

1\. probatio efficatior. Relatio diuina ſi qua ratione

Digitized by Google

eſt extra deitatem re ipſa, nō eſt adorāda adoratione latriæ.

diſtincta re ipſa, erit extra deitatem ſub ratione eadem: quare creata res erit, & quæ poſsit non eſse; indigna ergo erit adoratione latriæ. Hæc autem argumenta quadrant quoque in diuinam

Sic nec diuina perſona.

perſonam; cum enim relatio ſit proprietas perſonæ: erit & perſona creata, & quæ poſsit non eſse, & quæ non ſit per ſe adoranda: ſanè ſi paternitas poteſt non eſſe, poteſt non eſſe & Pater, qui nō ſine paternitate eſt Pater. Adhuc arguitur, quia ſi paternitas eſt res aliquatenus diſtincta ab eſſentia, erit & Pater diſtinctus ab eſſentia, Pater enim habet paternitatem, & eſſentiam: quòd ſi hæ ſunt res duę, altera parte ſui diſtinguitur Pater ab altera: Quòd autem Pater non ſit eſſentia, aut quòd diſtinguatur ab eſſentia, improbatum eſt lib. 1. Denique relatio in Deo eſt ſubſtantia; neq; enim eſt accidens; ſubſtantia enim, & accidēs ſecant rationem entis, ita vt res quæuis aut accidens ſit, aut ſubſtantia: igitur ſi relatio diuina diſtinguitur ab eſſentia, eſt in Patre duplex ſubſtantia, altera relatio, altera eſſentia. Inquirendum verò erit, ſitne vtraque completa ſubſtantia, aut incompleta? parſne ſit vtraque, an vtraque totum? & ſimilia portenta fingenda ſunt, quæ nullus ſanæ mentis de Deo vel cogitando fingit. Iiſdem quoq; rationibus quibus oſtēſum eſt lib. 1. perſonam diuinam non diſtingui ab eſſentia; facillimum erit probare, quòd neque relatio quæ perſonam conſtituit, ab eſsētia diſtinguatur. Impoſsibile eſt enim quòd perſona omninò ſimplex, ita vt nō ſint res duę, ſed omninò vna, habeat formas duas re ipſa diſtinctas.

4. Probatio ex lib. 1. cap. 28. p. 1.

5. Probatio.

Si eſſet in Patre duplex ſubſtantia, aut eſſet cōpleta, aut incōpleta, pars aut totum.

Aliæ probationes ex lib. 1. petendæ.

5.

3. Sententiæ 2. pars.

Eſt tamen concedendū relationē diuinā diſtingui ab eſſentia ratione formali, & quaſi definitione: quamuis Barthol. Torres diſp. 3. ad art. 2. ſentiat eam eſſe diſtinctionem rationis ratiocinantis. Quæ eadem opinio tribuitur Ioan. Capreol. d. 33. eò quòd ibi videatur docere relationes diuinas, vt relationes ſunt, non eſſe entia realia. Sed neque hoc ibi Capreol. indicauit, vt anteà explanauimus; neque eſſet conſequens relationem non diſtingui ab eſsētia ratione formali, eò quòd non eſſet ens reale: imo tunc maximè definitione diſtingueretur, vtpote ens rationis ab ente reali: cū igitur liquidiſsimè cōſtet aliam eſſe definitionē diuinæ relationis, aliā verò eſſentiæ; hoc certum conſtituatur, diſtingui ea rationibus formalibus.

Torres aduerſatur ponens eā diſtinctionē eſſe rationis ratiocinantis.

Capreolus nōn ſic vt quidam calumniātur.

Oſtenditur.

Pro 3. Senten. fundamentū.

Confirmatio.

6. Vtriuſq; part. confirmatio.

S. Damaſc.

PRobatur hæc veritas, quæ vt Orthodoxa tenenda eſt, auctoritate Patrū. Et primū eſt Ioan. Damaſc. qui lib. 1. fidei orthod. cap. 10. doctè oſtendit eſſentiam diuinā in perſonis, compoſitionis expertem eſſe. At verò cap. 11. proprietates perſonales diſtingui ab eſſentia ratione, & intelligentiā docet: cum enim de perfecta ſimilitudine perſonarum in idētitate ſubſtantiæ diſputaret, hæc ſubijcit. *Hoc autem eſt, quia ſecundum omnia vnum ſunt Pater, & Filius, & Spiritus Sātus, præter (ſi ita dicamus) ingignentiam, gignentiā, & proceſsionem: ratione autē, & intelligentia hoc diſtinctum.* Cū dicit, hoc, ſignificat ipſum vnū quod eſt Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus: hoc autem vnum quod eſt eſſentia, aſſerit eſſe ratione, intelligētiaq; diſtinctum, ſcil. à proprietatibus, ſiue relationibus diuinis. Et ſubdit perſonas diſtingui penes modum ſubſiſtentiæ, quo intelligimus vnam eſſe ab alia. Qui eſt loquendi character S. Iuſtino Martyri in expoſitione fidei de Trinit. modos, ſcil. ſubſiſtentiarum eſſe diſtinctos in eſſentia eadem; quia Patrem intelligimus, vt à quo eſt Filius, Filium vt eum qui eſt à Patre: ita tamen vt neutrum diſtinguamus ab eſſentia, quod ipſe S. Iuſtin. alibi teſtatum reliquit. Et hoc idem docet S. Athanaſ. dialog. inter orthod. & Anomium, vbi ait perſonam non diſtingui ab eſsētia, vt alia, & alia res, ſed quia aliud ſignificat perſona; aliud eſsētia; quę profectò eſt diſtinctio rationis, à ſignificatione nominis, & intelligētiā exorta. Et idem docet in oratione contra gregales Sabellij, & ſerm. 4. contra Arianos. Et S. Greg. Nazian. oratione in ſancta lumina idem teſtatur. S. quoque Auguſt. epiſt. 222. ad cōſentium. *Tene* (inquit) *inconcuſſā fide Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum eſſe Trinitatem, & tamen vnum Deum; non quòd ſit eorum communis quaſi quarta diuinitas, ſed quòd ſit ipſa ineffabilis, & inſeparabilis Trinitas.* Quibus verbis apertè cōfitetur id quod poſteà fuit ab Eccleſia definitū, quòd deitas non ſit res quarta præter perſonas, ſed omninò ſit in Deo Trinitas,

Declarantur hæc verba.

Ait perſonas diſtingui penes modū ſubſiſtentię.

Similiter *S. Iuſtin.*

S. Athanaſ.

Idem.

Nazianz.

S. Auguſt.

Idem negat perſonas eſſe de eſſentia.

Trinitas, non quaternitas. Et iterum 7. de Trinit. cap. vltimo negat perſonas eſſe de eſſentia; ne diſtinctio inter perſonas, & eſſentiam ſignificetur. Idem etiam docet S. Bernardus lib. 5. de conſiderat. ad Eugenium, cap. 8. vbi teſtatur hoc ipſum Eccleſiam Catholicam profiteri. Et iiſdem teſtimonijs Patrum confirmatur, quibus lib. 1. oſtendimus perſonas non diſtingui ab eſſentia. At verò in Concil. Florent. ſeſſ. 18. Ioannes ille vir doctiſsimus palam pronunciauit relationem ſola ratione, & intelligentia ab eſſentia diſtingui; cui conſentit Andreas Epiſcopus declamatione pro Græcis. Et eandem confeſsionem ediderunt Patres Latini, ſeſſ. vltima. Eademque eſt ſententia Doctorum frequens, Magiſtri d. 23. Alexand. Alenſ. 1. p. q. 48. memb. 4. art. 3. & q. 56. memb. 7. & q. 68. memb. 5. art. 1. & 2. Albert. Magn. d. 33. art. 5. S. Bonauent. ibidem q. 2. Syluest. in Cõflato q. 28. art. 6. Henric. Gandau. quodlib. 5. q. 6. Roberti Bellarm. libr. 2. de Chriſto, cap. 6. & 8. & Thomiſtarum cõmunis. De qua re ipſe Doctor Sanctus de potent. q. 8. art. 2. & 4. contra gentes cap. 14. & 1. p. q. 29. art. 2.

S. Bernard. Cõc. Florẽt. Magiſter. Alenſis. Alber. Mag. S. Bonauẽt. Ægidius. Richard. Heruæus. Syluest. Gandau. Bellarm. S. Thom.

7. 2. Partem confirmant *S. Cyrill. S. Auguſt. S. Iuſtin. S. Damaſc. S. Ambr.*

Quòd verò relationes diſtinguantur ab eſſentia ratione formali, Patres etiam atteſtantur; S. Cyrillus lib. 1. Theſauri, cap. 4. S. Auguſt. lib. 5. de Trinit. c. 5. S. Iuſtin. in ſymbolo de fide, S. Ioann. Damaſcen. lib. 1. fidei orthod. cap. 8. S. Ambroſ. lib. 4. de fide. Hi enim affirmant aliud ſignificare proprietates, aliud eſſentiam: imò ſine hac diſtinctione non poſſe intelligi myſterium Trinitatis docent.

7. 3. Partem confirmat 1. pronũtiatum *S. Anſelmi.*

Sunt autem religionis noſtræ indubia aſſerta, quæ noſtræ ſententiæ fidem faciunt. Primum eſt illud, *In Deo omnia ſunt vnum, vbi non obuiat relationis oppoſitio*; eſſentia autem non opponitur relationi; ergo eſſentia, & relatio idem eſt. Deinde perſona Patris eſt ſimpliciſſima, vt definitur in Concil. Lateran. & legitur cap. *Damnamus*; ergo in perſona Patris non ſunt res duæ diſtinctæ, ſcilicèt eſſentia, & paternitas. Prætereà in Deo non eſt quaternitas, vt definitur eodem cap. *Damnamus, De ſumma Trinit.* quo maximè loco definitum eſt eſſentiam non eſſe rem quartam diſtinctã; ergo relatio non eſt res diſtincta ab eſſentia: aliàs ſunt res quatuor, ſcilicèt

Cõfirmant 2. *Conc. Later. cap. Damnamus.*

Confirmat 3. *Idem* cap.

A perſonæ tres relationibus tribus diſtinctæ, & quarta eſſentia à relationibus etiam diſcreta. Igitur qualiſcũque diſtinctio ponatur inter relationem, & eſſentiam, quæ ſit quomodouis realis, ſiue formalis dicatur, ſiue modalis; diſsentaneum id eſt Eccleſiæ fidei, & confeſsioni, & parum abeſt ab hæreſi.

CAPVT XXVII.

Argumenta refelluntur.

1. 1. Arg. Loca *S. Auguſt.* Primus.

B QVòd relatio ab eſsentia diſtinguatur re ipſa, probatur primò auctoritate S. Auguſtini 7. de Trinit. cap. 1. vbi affirmat quòd Deus Pater non eo eſt Pater, quo Deus: At vero cap. 4. docet quòd eodem eſt ſapiens, quo Deus; ergo ſapientiam ait non diſtingui à Deo, paternitatem autem, qua eſt Pater, ait diſtingui. Et iterum 7. de Trinit. cap. 1. aſſerit, quòd ſi relatio eſset eſsentia, eſſentia non eſset eſsentia. Et libr. 5. de Trinit. cap. 3. aliquid dici ait de Deo non ſubſtantiuè, ſed relatiuè. Sanctus etiam Gregorius Nazianzen. oratione 3. C Theolog. ait ingenitum, & Deum non eſse idem; ergo proprietas ingeniti ab eſsentia diſtinguitur. Non parui etiam æſtimãdum eſt quòd hæc opinio à Ioan. Scoto, & Durando, nec non à S. Bonau. & ab alijs doctoribus propugnetur.

Secundus. Tertius. *Nazianz. Scotus. Durand. S. Bonauẽt.*

Deindè probatur, quoniam ratio ſubſtantiæ eſt ad ſe, ratio verò relationis eſt ad aliud; ergo ex ipſa natura rei eſt aliqua diſtinctio. Ratio.

2. 2. Arg.

Secundò: Vna eadẽq; res non poteſt eſſe principium realis cõmunitatis, ſiue identitatis inter plura, vt eſt eſſentia; & item principium realis ſingularitatis, & diſtinctionis eorundẽ, vt eſt relatio: ergo eſſentia, & relatio aliquo modo in re ipſa D diſtinguuntur. Et confirmatur, quoniã ſi nulla eſt rei diſtinctio; ergo relatio prout eſt eſſentia, eſt incõmunicabilis, & ita eſſentia eſt incõmunicabilis, quod eſt hæreticum. Confirm.

3. 3. Arg.

Tertiò: Dũ Deus ſe ipſum ab æternitate intuetur, eſsentia diuina eſt obiectũ adæquatũ diuini aſpectus; & præter eſsẽtiã relationes ſunt obiecta diſtincta: illa autem diſtinctio obiectorũ non efficitur per diuinum aſpectum; imò noſtro modo intelligendi antecedit; ergo non eſt diſtinctio rationis, ſed rei ipſius.

Digitized by Google

4. 4.Arg. Quartò: diuinæ perſonæ non diſtinguuntur per eſſentiam, & diſtinguuntur per relationes: cum ergo re ipſa diſtinguantur; negatio eſt in re ipſa inter eſſentiam, & relationem; vbi autem eſt negatio, eſt diſtinctio.

5. 5.Arg. Quintò: Si relatio, & eſſentia ſunt res eadem, res ſignificata per nomẽ vtrũque eſt ipſa eſſentia; ergò ſicut negamus attributa diſtingui re ipſa, ne in eſſentia ſit diſtinctio; ita negandum erit relationes eſſe inter ſe diſtinctas, ne eſſentiam diſtinguamus, vel confitendum eſt eas diſtingui re ipſa ab eſſentia.

6. 6.Arg. Sextò: Eorum, quę ſunt re ipſa idem, in quocunque eſt vnum, eſt & aliud: ergo ſi paternitas, & eſſentia ſunt idem; in Filio in quo eſt eſſentia eſt paternitas, quod eſt hæreticum.

7. Vltimum. Vltimò: Vel paternitas eſt ſola ratio addita eſſentiæ, vel eſt res addita; ſi eſt res addita, res eſt diſtincta: ſi verò eſt ſola ratio addita, relatio non eſt res, quod eſt Sabellianum. Alia circumferũtur argumenta, quibus potiùs probatur perſonas nõ diſtingui ab eſſentia, & eapropter lib. 1. ad finem ſunt refutata.

8. 1. Aduert. *S. Thomæ dictum*: Relationes diuinæ ſi inter ſe comparentur, ſunt res, ſi cũ eſſentia, ſunt rationes. *Idem. S. Bonauět.* Declaratur hoc dictum.

Aduertenda.

IN hac diſputatione obſeruandum eſt id quod docet S. Thomas in ſententijs, ſæpiuſq; repetit, relationes diuinas ſi inter ſe comparentur, eſſe res; ſi verò comparentur cum eſſentia, eſſe rationes. Et idem docet de Potentia, q. 8. art. 2. ad 8. idemque cenſet S. Bonauent. in 1. d. 33. q. 1. quod intelligendum eſt, quaſi diceret clariùs, relationes inter ſe oppoſitas, res eſſe diſtinctas: ab eſſentia verò non eſſe diſtinctas, ſed eſſe ipſam eſſentiam ſub alia ratione formali; quo etiam nomine poſſumus appellare attributa rationes eſſentiæ. Hoc verò nomen, ratio, ijs in locis ſignificat formaliter obiectum intellectus; ſed accipitur pro re quæ eſt obiectum. Et perſpicuum iam eſt quòd relatio diuina ſit ratio diſtincta, hoc eſt, diſtinctum obiectum intellectus noſtri; quia alio conceptu eſſentiam, alio relationem intelligimus. Quòd autem relatio, & eſſentia diſtinguantur rationibus formalibus, ſcilicèt nominibus, & nominum ſignificatis ſiue notitijs, indubiè tenendum eſt: aliàs non explicaremus in quo perſonæ ſint idem, & in quo diſtinguantur; ſi eadem

Attributa etiã poſsũt dici rationes eſſẽtiæ. Ratio ſignificat formaliter obiectum intellectus. At accipitur pro re, quæ eſt obiectum. Relatio, & eſſentia diſtinguuntur rationibus formalibus, ſcil. nominibus, & nominũ ſignificatis ſiue notitijs.

A eſſet ratio eſſentiæ, in qua conueniunt, & relationum, quibus diſtinguuntur. Quare Patres hoc etiam conati ſunt, vt diſtinctionem rationum iſtarum contra hęreticos indicarent.

Deinde aduertendũ eſt quòd S. Tho. de potent. q. 8. art. 2. diſtinguit relationem ab eſſentia penes modos ſignificãdi: quod tamen interpretandũ, quatenus noſtro modo intelligendi informamus intellectum pluribus intelligentijs de re eadem. Et ita ſunt plures rationes formales in re intellecta; quo pacto etiam relationem ab origine ait diſtingui modo ſignificandi, hoc eſt, noſtro modo intelligendi, qui in nominum ſignificatione cernitur. 9. 2. Aduert. *S. Thomæ dictum*: Relatio ab eſſentia diſtinguitur penes modos ſignificandi. Explicatur.

B Notandum eſt adhuc, quòd eſſentia vt eſſentia eſt, nullo modo in re ipſa diſtinguitur à ſingulis perſonis, neque ab omnibus ſimul: eſſẽtia tamen vt eſt Pater, diſtinguitur re ipſa à Filio, quia eſſẽtia vt eſt Pater, eſt Pater eſſentia; at verò Pater eſſentia non eſt Filius. Hoc ergo habet eſſẽtia ex eo quòd eſt idem cũ ſingulis perſonis, quòd ipſa eſſẽtia prout eſt vna perſona, nõ eſt alia. Et hæc attendẽtes aliqui dixerũt eſſentiã diſtingui re ipſa à perſonis, eò quòd nõ ſit idẽ adæquatè cum ſingulis; qđ tamen vtrũq; C eſt falſum. Lib. enim 1. cõmonſtrauimus eſſentiã diuinã eſſe idem adæquatè cũ perſonis; neque verò ex eo quòd eſſentia ſit vna, & perſonæ tres, conſequitur vt eſſentia ab illis vllatenùs diſtinguatur re ipſa, vt eodem loco diſputauimus: nam eſſentia vt eſſentia eſt, idẽ eſt adęquatè cum ſingulis: eſſẽtia autem vt eſt Pater, quid eſt niſi Pater eſſentia? Quo quidèm pacto dum dicis Patrem eſſentiam diſtingui à Filio, nihil ais de eſſentia vt eſſentia eſt, ſed de Patre ais; & verum quidèm ais, quòd non ſit Filius. 10. 3. Aduert. Eſſentia vt eſt eſſentia, idem eſt adæquatè cum ſingulis perſonis, vt li. 1. cap. 44. n. 16. & 24. Eſſentia vt eſt Pater, eſt Pater eſſentia, & diſtinguitur re ipſa à Filio

D Adhuc eſt animaduertendum, quòd commune, & ſingulare ſunt relatiuè oppoſita; ſed hæc relatio etiam in Deo, in quo cõmunitas eſt realis, eſt tamen relatio rationis. Dicitur enim cõmunitas realis, quia natura re ipſa exiſtit in pluribus; ea autem relatio eſt rationis, quia perſona, & natura ſunt res eadem, & nõ poteſt eſſe realis relatio niſi inter res diſtinctas. Satis eſt ergo rationis diſtinctio, vt natura ſit cõmunis, & perſona ſingularis; eadẽq; diſtinctio rationis ſufficit vt relatio ſit principium ſingularis perſonæ 11. 4. Aduert. In Deo cõmunitas eſt realis, relatio cõmunitatis eſt rationis, vt de ſimilitudine, cap. 23. nu. 14. Satis eſt rationis diſtinctio.

vt natura ſit communis, & printipiũ communitatis: relatio verò ſingularis, & ſingularis perſonæ principiũ non reale, ſed rationis.

perſonæ, & natura ſit principium cõmunitatis: quia hoc principium non eſt reale principiũ, ſed rationis: quia enim petimus diſtinctionem perſonalem à relatione, dicimus relationẽ eſſe principiũ ſingularitatis; cum relatio ſit ipſa perſona ſingularis, & nõ principium eius, niſi noſtro modo intelligendi: neque enim relatio diuina eſt forma perſonæ, ab ea diſtincta; ſed re ipſa relatio eſt perſona.

12. 5. Aduert. *Idem.*

Præterea obſeruandum eſt cum S. Thoma, q. illa de potentia ad 3. quòd ea quæ ſunt vnum in Deo, etſi non diſtinguantur formalitèr; ita tamẽ ſunt in ipſo formalitèr, ac ſi eſſent diſtincta: quare ſicut in ſapientia diuina ea inueniuntur formalitèr, quæ ſunt propria ſapientiæ; ita & in diuina relatione comperimus formalitèr ea quæ ſunt propria relationis: relatio autem diuina vt relatio eſt, ad aliud eſt, ſcilicèt ad diſtinctũ quid, & idcircò eſt in Deo principium diſtinctionis; eadem verò relatio, vt eſt in aliquo, eſt ipſa eſſentia, vt diximus. Atque ea ratione eadem res incomprehenſibilis, quę eſt paternitas, & eſſentia, vt eſſentia, eſt communis; vt relatio eſt, diſtinguit.

Relatio diuina vt eſt relatio, eſt ad aliud, ſc. ad diſtinctũ; vt eſt in aliquo, eſt ipſa eſſentia.

Reſponſio.

13. Ad 1. arg. Ad loca *S. Auguſt.* Ad 1.

AD primum quod ex S. Auguſtino obijcitur, reſpõdetur quòd S. Auguſt. doctè diſcernit eſſentialia attributa à relatiuis; quia illa ſunt communia, hæc propria. Et in eo ſenſu ait Deum nõ eſſe eodẽ Patrem, quo eſt Deus; ſcilicèt non eſſe Patrem eſſentiã, ſed relatione. Et ſimilitèr diſiungit rationem eſſentiæ à relatione, dum affirmat, quòd ſi relatio eſſet eſſentia, eſſentia non eſſet eſſentia; quia oportet hæc dignoſcere ſuis rationibus formalibus; quas ſi commiſceas, neque eſſentia erit eſſentia, neque relatio relatio.

Ad 2.

Ad 3.

Quòd verò ait aliquid prædicari de Deo non ſubſtantiuè, intelligit ſecundum modum ſignificandi relatiuo conceptu, quo non ſignificatur relatio, vt exiſtens in aliquo, ſed vt ad aliud: licèt ipſa diuina relatio ſit ſubſtantia: ita reſpondet S. Thom. q. 8. de potent. art. 2. ad 13.

S. Thom.

Ad Naziã.

S. Greg. Nazianz. eo loco vult oſtendere ingenitum & Deum, ratione, ſiue definitione diſtingui; quod argumẽtum eſt Patribus familiare, cõtra Eunomium, & Annomæos, & alios hæreticos, qui dicebant ingenitum eſſe quidditatẽ Dei, & Filium eſſe extra quidditatem Dei, eò quòd non eſſet ingenitus, vt lib. 4. dicemus.

Arguit contra Annomæos.

Ioan. Scotus verò diſtinctionem formalem adeo implicauit, vt non ſatis conſtet quid ſenſerit, dum ait eſſentiam diuinam à relationibus formalitèr diſtingui.

Ad *Scot.* Reſpond. vt lib. 1. cap. 30. p. 2. num. 4.

Durand. autem audaciùs loquutus eſt.

Ad *Durand.*

S. verò Bonauent. oppoſitũ non planè aſſeruit: imò in eo quòd aſſeruit relationem addere eſſẽtiæ rationẽ, indicat nihil addere diſtinctum re ipſa, vt admonuimus.

Ad *S. Bona.* Illum non aduerſari oſtenditur ex cap. 26. n. 3.

14. Notandum.

At verò in diſſoluendis argumentis miſſas facimus Thomæ Caiet. & aliorũ reſponſiones, quę tractatum impedirẽt, & valdè prolixum facerent.

Ad rationem.

Ad primum ergo reſpondetur, quòd nomen, ratio, vt diximus, ſignificat obiectum intellectus noſtri; quare etſi eſſentia vt eſt obiectũ humanæ intelligentiæ non ſit ad aliud, neque relatio ſit ad ſe; res tamen ipſa, quam abſq; pluribus nominibus explicare non poſſumus, eadem eſt ad ſe, & ad aliud, ſicut res eadem eſt intellectus, & voluntas.

15. Ad 2. arg. Reſpond. 1. ex 4. aduert.

Ad ſecundum diximus iam in aduertendis, non eſſe neceſſariam realem diſtinctionem, vt relatio diſtinguat, & natura coniungat diuinas perſonas.

Reſpondet 2. *S. Thomas.* Non opponũtur vnitas naturæ, & diſtinctio perſonarũ.

S. Thomas q. 8. de potent. art. 2. ad 5. reſpõdet, non eſſe oppoſita vnitatẽ naturæ, & diſtinctionẽ perſonarũ: quare non eſt neceſſe vt hæc referamus ad principia re ipſa diſtincta.

Ad confirm. Dictio, prout, noſtrum modũ intelligẽdi indicat in hac. Relatio prout eſt eſſentia, eſt cõmunicabilis, & ideo negatur.

Ad confirmationem reſpondetur, quòd dictio reduplicãs, prout, indicat noſtrum modũ intelligendi; & ideo negatur quòd relatio prout eſt eſſentia ſit cõmunicabilis, ſed prout relatio eſt: ſed hæc diſtinctio eſt in noſtro intellectu; & nulla eſt negatio realis inter relationem, & eſſentiam, vt ſtatim dicemus ad quintum.

16. Ad 3. arg. Eſſe obiectũ, & eſſe obiectum adæquatũ, non antecedunt rationẽ adæquãtem ſibi rem.

Ad Tertium reſpõdetur, quòd nomẽ, obiectum, non ſignificat formalitèr quid reale, ſed quid rationis, ſcilicèt relationẽ rei ad intellectũ; eſt enim obiectũ quod menti occurrit, & obijcitur: quòd etiam obiectum adæquatum ſit, meditatio eſt rationis adæquantis rẽ operationi. Hęc ergo omnia non antecedunt operationẽ intellectus.

Ad *Scotum à Caietano* impugnatum.

Ioan. verò Scot. exiſtimauit perſonas diuinas eſſe ſecũdaria obiecta intellectus beati, cum quo lõga eſt Tho. Caiet. diſputatio 2. 2. & inde credidit ſe eruere argumentũ efficax, quòd perſonę diſtin-

Digitized by Google

Etiamſi eſſentia ſit primum obiectum, perſona ſecundũ, hoc eſt conſideratio intellectus noſtri.

diſtinguantur ab eſſentia, quaſi ſecundaria obiecta. Sed vtra pars quæſtionis illis placet, nihil conficitur argumento; nam quòd eſſentia ſit primum obiectũ, perſona ſecundum, conſideratio eſt intellectus noſtri; in re tamen ipſa nulla eſt diſtinctio.

17. Ad 4. arg.

Ad quartum iam admonuimus lib. 1. quòd hæ negationes ſunt duntaxat in diuiſione intellectus. Itaque affirmatio aliquid ſignificat, quod eſt in re; vt cum dico, Filius procedit à Patre: ſed cum dico, Eſſentia non procedit, illa negatio non ſignificat negationem in re, quæ ſit inter Filium procedentem, & eſſentiam non procedentem. Reſpondetur ergo ad argumentum, quòd negatio illa non eſt inter relationem, & eſſentiam; ſed ſed duntaxat in intellectu diuidente paternitatem ab eſſentia, diuiſione illa quę eſt negans propoſitio.

In hac, Eſſẽtia non procedit à Patre, negatio, ſeu negãs propoſitio, diuidens paternitatem ab eſſentia, eſt in intellectu.

18. Ad 5. arg. Reſpond. ex 5. Aduert.

Ad quintum reſpondetur, quòd tam attributa, quàm relationes, ſecundum eſſe in, hoc eſt, prout ſunt in aliquo, ſignificant eſſentiam eandem; non ſub eodem conceptu; ſed ita vt res ſignificata ſit eſſentia: attributa tamen ex propria ratione formali non poſtulant realem diſtinctionem inter ſe, vt diximus lib. 1. relationes verò oppoſitæ eam ſibi vendicant; & ideò ſunt res diſtinctæ, non prout ſunt, in, ſcilicèt prout ſunt eſſentia; ſed prout ſunt ad aliud; quò pacto ſunt oppoſitæ.

19. Ad 6 arg. *Eorũ quę ſunt re, & ratione idẽ, in quocũ quę eſt vnum, eſt & aliud. S. Thom.*

Ad ſextum reſpondetur quòd illud Theorema verum eſt in ijs, quæ ſunt re, & ratione idem, vt vtrumque ſit in eodem; in quo enim eſt indumentum, eſt veſtis; vt ait S. Thomas de potentia, ad 7. Sed quæ ratione formali differunt, poſſunt ita eſſe comparata, vt eſſentia ſit in pluribus, relatio, verbi gratia paternitas, in vno ſolo; quod tamen eſt inſcrutabile myſterium Trinitatis. Et hoc dubium explicabitur libr. 5. in enarratione alterius pronunciati, *Quæcunque ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe.*

20. Ad vltimum Reſpond. ex 1. aduert.

Ad vltimum reſpondetur, quòd relatio eſt ratio, ad ſenſum explicatum in notationibus; ita vt relatio ſit res quæ eſt ratio, hoc eſt, obiectum intellectus: neque verò eſt res addita, ſed ratio formalis addita, & diſtincta; quia eſt res eadem, ſub intelligentia diuerſa.

CAPVT XXVIII.

Relatio, & eſſentia non includunt ſe in ſuis notationibus.

1. *1. Prænotãdũ. Ea quæ ſunt diſtincta poſsũt eſſe alijs incluſa.*

CONſtituimus in ſuperioribus relationem diſtingui ratione formali ab eſſentia; ſed quia ea quæ ſunt diſtincta poſſunt eſſe alijs incluſa, & contenta, ſequitur pernecеſſaria diſputatio ad nonnulla elucidanda quæ difficilia ſunt, Vtrum relatio eſſentiam, aut eſſentia relationem includat in ſua ratione formali?

2. *2. Prænot. Alia verba ſub quib⁹ quæſtio verſatur, ſcil. An relatio ſit de eſſentia Dei. Improbantur vt ambigua. 1. Sẽſus in quo a S. Aug. negatur perſonas eſſe de diuina eſſẽtia, hoc eſt, quaſi de principio diſtincto. 2. Senſus, in quo negãdum eſt relationem eſſe de eſſentia Dei, hoc eſt, vt partem. Obiectioni occurritur. 3. Sẽſus, in quo a quibuſdã affirmatur, hoc eſt, quòd prædicetur de eſſẽtia eſſẽtialiter. Hæc aſſirm. improbatur 1. vt non reſpondens ad hanc, ſed ad aliã quęſtionẽ ab hac pendentem. Improbatur 2. vt barbara locutio. Verba idonea, vt in tit.*

Iſta diſputatio mutatis verbis in ſcholis verſatur, An relatio ſit de eſſentia Dei? Sed verba hæc & ambigua ſunt, & minùs explicant quæſtionis ſenſum: ambigua quidem ſunt, & incertæ ſignificationis; nam S. Auguſtinus negauit perſonas eſſe de diuina eſſentia, quaſi de principio quodam diſtincto, quo pacto Gabriel eſt de natura Angelica: præpoſitio enim, de, ſignificat ordinem principij: aliquando verò eadem præpoſitio ſignificat partitionem, vt dicimus aliquid eſſe de quopiam numero, aut de multis vnum; qua ſignificatione humanitas, non eſt de eſſentia hominis, ſed eſt ipſa eſſentia; pars autem eſſentiæ dicitur eſſe de eſſentia, vt anima eſt de eſſentia hominis: ſed tamen hoc pacto relatio nõ eſt de eſſẽtia, quia non eſt pars eſſentiæ; nam etſi attributa nominaueris partes eſſentiæ, quia ſunt eſſentialia, & quaſi partes definitionis; non eo modo relatio eſt de eſſentia deitatis, quæ tota eſt in Filio. Alij verò aiunt relationem eſſe de eſſentia Dei; quia hæc propoſitio, Deus eſt Pater, eſt eſſentialis. Sed iſti quoque extra chorũ cantant: nam ea quæſtio dialectica eſt, quænam propoſitiones, aut prædicationes dicendæ ſint eſſentiales, vt lib. 5. diſputabimus; pendetque ea quæſtio ab iſta, quam modò ſumus tractaturi: & barbarè, ac impolitè nimis dicitur quòd relatio ſit de eſſentia, hoc eſt, quòd prædicetur de eſſentia. Diſceptatio igitur noſtra hæc eſt, Vtrum in notione eſſentiæ explicata, aut implicata, contineatur relatio, an etiam in conceptu relationis eſſentia?

3. *1. Sententia affirmat.*

Quòd diuina eſſentia in ſua ratione formali includat relationes diuinas, affirmant

Tribuitur *Caiet.*
Hic explicatur de Deitate in re ipſa.

firmant nonnulli, voluntque ſibi Thomam Caietanum auctorem; qui fortè non loquitur de noſtro intelligendi modo quo rem ſimplicem intelligimus pluribus conceptibus, ſed de re ipſa, ſcilicèt Deitate, quam eſſe ait Caietanus ſimùl quid relatiuum & abſolutum, vt videre licet ad art.2.q.28. & q.29. art.1. & lib. de ente & eſſentia, cap.2. commento 2. vbi negat relationem diuinam eſſe perfectionem, ſecludendo illam ſaltèm cõceptu ab eſſentia, quæ ſumma eſt perfectio; indicat enim ibi, relationem ab eſſentia ratione diſtingui. Ea tamen videtur eſſe opinio Heruæi tract. de relationibus, q.1.art.3. Franciſc.Ferrar.4.contra gent.cap.6. & Syluest.in conflato q.28.ar 6. cum alijs: qui aiunt diuinas relationes claudi in conceptu eſſentiæ diuinæ.

Eſt ſent. *Heru.* *Ferrar.* *Sylueſt.*

4.
2.ſent.
Durand. *Gregor.* *Gandau.* *Torres.*

Alij ſunt qui contra hos opinantur, eſſentiam nõ includere relationem, ſed aiunt relationem includere eſſentiam. Ita Durand.in 1.d.33.q.1. Gregor.ibidem,q.2. concluſione 4. Henric.Gand. quodlib.5.q.6.& Barthol.Torres,q.28. art.2.cum alijs.

5.
3.ſent. in tit. aſſerta.
1. eius pars.
2.pars.
Quoad vtrãq; probatur 1.
Eſſentia tota ſecũ in ſua ſignificatione integrâ, eſt communicabilis; relatio verò tota incõmunicabilis.
Confirm.

Quamuis autem hæc pars affirmans eſſentiam claudi in conceptu relationis vtriſque placeat; tamen vtramque partem oppoſitam haud dubiè tenemus, quòd ſcilicèt eſſentia diuina non contineat in ſuo cõceptu confuſo relationes, neque relationes eſſentiam. Videturq; commonſtrari apertiſsimè: nam eſſentia toto ambitu ſuæ ſignificationis ſiue explicitè, ſiue implicitè, diſtinguitur à relatione; tota quippè eſt communicabilis; relatio verò tota eſt incommunicabilis; ergo toto conceptu ſiue implicito, ſiue explicito diſtinguuntur. Et cõfirmatur, quoniam omnes Catholici confitentur eſſentialia cõmunicari, relatiua propria eſſe; ecquis autem proteruiſsimus neget eſſentialia ſignificari nomine eſſentiæ, & nomine relationis relatiua; ergo tota eſſentia in ſua ſignificatione integrâ cõmunicabilis eſt; ergo relationem nõ includit, quæ non eſt communicabilis. Et idem dicendum de relatione, quæ cum tota ſit incõmunicabilis tota eſt extra conceptum eſſentiæ.

6.
Probatur 2.
Licèt Deus nõ intelligat per voluntatẽ, tamen intelligit per eſſentiam.

Deindè probatur, quoniam etſi Deus non intelligat per voluntatem, neque per intellectum diligat, intelligit tamen & diligit per eſſentiam; quia eſſentia in A ſuo conceptu continet intellectum, & voluntatem; ſed Deus non refertur per eſſentiam, ſed per relationem; ergo relatio eſt extra conceptum eſſentiæ. Et ſimilitèr Pater per eſſentiam creat, ſed per paternitatem non creat; ergo eſſentia eſt extra conceptum paternitatis.

At Deus non refertur per eſſentiã, ſed per relationem.
Sic Pater nõ creat per paternitatẽ, ſed per eſſentiam.

7.
Probatur 3.
In eſſentia eſt omninò vnitas in relationibus omninò diſtinctio.

Tertiò: Perſonæ diuinæ ſunt in eſſentia omninò idem, & relationibus omninò diſtinctæ; ergo neque in conceptu eſſentiæ eſt relatio, quæ diſtinguit, & repugnat idẽtitati; neque in conceptu relationis eſt eſſentia quæ facit idem & repugnat diſtinctioni. Aliàs fit, vt neque in eſſentia ſint omninò idem, eò quòd B in eſſentia contineatur relatio; neque in relationibus ſint omninò diſtinctæ, eò quòd in relatione contineatur eſſentia. Confirmatur, quoniam ſi in eſſentia nõ ſunt omninò idem; ergo diſtinguuntur aliquo modo in eſſentia, quod eſt hæreticum; quoniam in eſſentia confitenda eſt vnitas, & in proprietatibus diſtinctio: ergo neque in conceptu eſſentiæ eſt relatio, neque in conceptu relationis eſſentia.

Confirm.
Quòd perſonæ diſtinguãtur aliquo modo in eſſentia, eſt hæreticum.

8.
Probatur 4. ratione philoſophica.
In vniuerſalibus propriè dictis differentia eſt extra genus & è contra.

Quartò probatur idem ratione Philoſophica: quia vbi propriè inuenitur vniuerſalitas, differentia non cõtinetur C actu in natura vniuerſali; quia iam non eſſet natura illa vniuerſalis, ſi actu contineret differentiam, qua ſingularis fit: neque in differentia continetur natura vniuerſalis, quia non eſſet differentia diſtinguens vniuerſale, ſi ipſum vniuerſale in ſe contineret: quare ens non eſt vniuerſale, quia differentiæ entis non ſunt extra ens. Sed in Deo maximè propriè eſt natura re ipſa communis; & proprietates ſingularium, quæ ſunt relationes; ergo neque eſſentia in toto ſuo cõceptu includit relationem, neque relatio D eſſentiam. Et idem argumentum eſt quòd incommunicabile non poteſt includi in communi, quia iam illud non erit commune.

Hinc fit vt ens nõ ſit vniuerſale.
In Deo maximè propriè eſt natura re ipſa communis, & proprietates ſingularium.

9.
Probatur 5.
Id quod diſtinguit quatenus diſtinguit nihil includit cõmune. Sic cõmune quaten' commune nihil includit ſingulare.

Quintò probatur; quoniam id quod diſtinguit, quatenùs diſtinguit, nihil includit commune: nam ea parte qua includit commune non diſtinguit, quia nõ facit particulare, ſed commune. Id verò quod commune eſt, quatenùs commune eſt, nihil includit ſingulare; nam ea parte qua includit ſingulare, iam non eſt commune. Quæro igitur cum in perſonis diuinis aliquid ſit communicabile, & aliud

ſingulare & incõmunicabile, quid illud A ſit quod vt ſic intellectum, ſit omninò commune, & nulla parte ſui ſingulare, niſi eſſentia? quid verò illud ſit, quod vt ſic cognitum, omninò diſtinctum ſit, & nullo modo commune, niſi relatio? ergo confitendum eſt vel etiam inuitis, quòd relatio in ſuo conceptu non includat eſſentiam, neque eſſentia relationem: quarè probè quidèm ait Ioan. Capreol. in 1. d. 33. q. 1. relationem vt ſic, non eſſe eſſentiam, quia ſub ratione formali relationis ab eſſẽtia diſtinguitur; quamuis repugnet Hiſpalenſis d. eadem q. 1. art. 3. notabili 4. B

Capreol. probè ait relationem vt ſic, nõ eſſe eſſentiam, cõtra *Hiſpal.*

10\. Probatur vlt. quoad alteram ſaltem partem, per regulam *Ariſt.*

Vltimò probatur idem per regulam Ariſtotelicam, cum quidpiam de quopiã prædicatur; ſi enim paternitas eſt quid intrinſecum in ratione formali Deitatis; & Deitas quid intrinſecũ in ratione formali filiationis; paternitas eſt quid intrinſecum in ratione formali filiationis, vt perſpicuum eſt aduertenti: ergo filiatio eſt paternitas, & conuerſo argumentò paternitas eſt filiatio; quod eſt hæreticum: ergo alterum ſaltèm negandum eſt; concedendumque eſt, vel quòd relatio non contineatur in eſſentia, vt quidam volunt; vel quòd eſſentia non contineatur in relatione, vt alijs placet.

11\. Probatur eodẽ arg. quoad illã partẽ, quòd relatio includatur in eſſentia.

Illa autem pars quòd relatio includatur in eſſentia, eodem argumento refellitur: nam ſi relatio includitur in eſſentia, cum eſſentia includatur ſaltèm in perſona, vt libr. 4. docebimus; relatio vnius perſonæ includitur in altera perſona iuxta regulam præſcriptam, quod tamen eſt hæreticum. C

12\. Corollar. Hæ propoſitiones, Relatio eſt eſſentia, Eſſentia eſt relatio, non ſunt formales, & per ſe.

Vndè colligimus quòd hæ propoſitiones, Relatio eſt eſſentia, ſiue Eſſentia eſt relatio, non ſunt formales & per ſe; quales definit Ariſt. 1. Poſteriorum cap. 4. ſicut iſta, Pater eſt Deus, eſt per ſe, teſte S. Thom. q. 59. ar. 6. ad 2. quia prædicatur natura communis de ſua hypoſtaſi. Sed paternitas eſt Deus, eſt identica D prædicatio. Hæc autem efficacioribus argumentis ex Patribus, & Concilijs ſtatim confirmabimus.

Ariſtot. *S. Thom.*

Confirmatio.

13\. *S. Athan.*

EAndem ſententiam à Patribus hauſimus, & à Conciliorum præſcriptis accepimus. S. Athanaſius diſputat. contra Arium libr. 1. *Non temerè* (inquit) *pronunciauerim vniuerſa, quæ de Deo dicuntur, ſecundum eſſentiam debere accipi; propter nonnullos relatiuos nominum caſus.* Quibus verbis docet nos relationem ab eſsentia diſtinguere, ne temerè confundamus quæ conueniunt eſſentiæ, & quæ relationi conueniunt. S. Anaſtaſ. libr. 1. de rectis fidei dogmat. *Non enim* (inquit) *Pater, quia Pater, hac ratione eſt Deus.* Et iterùm, *Si enim Deus eſſet quia Pater, pater omnis eſſet Deus.* Quibus ſentẽtijs perſpicuè diſcernit paternitatẽ à natura Deitatis. Et S. Iuſtinus etiam in expoſitione fidei, affirmat proprietates perſonarum non ſignificare eſsentiam, quam tamen attributa ſignificant: diſtinguuntur ergo proprietates ab eſsentia, etiam in conceptu ampliſsimo eſsentiæ, in quo attributa conueniunt. Subeunt deindè diſertiſsima verba Sancti Cyrilli, quibus totam rem explicat libro 2. Theſauri, cap. 3. *Cum igitur non compoſita, ſed ſimplex natura Deitatis ſit, nunquam in plures perſonas diſtingueretur, niſi quædam inueniretur differentia non ſecundum eſſentiam, ſed ſecundum relationem, & quaſi extrinſecùs intellecta; per quam vtriuſque perſona (ſcilicèt Patris, & Filij) in propria hypoſtaſi conſtituitur; neque ab vnitate Deitatis propter identitatem naturalem poteſt excludi: & ſic nulla confuſio, nulla quaſi mixtio Patris, & Filij excogitari poteſt.* Ibi, quod ad rem eſt, differentiam perſonalẽ, quæ eſt relatio, ait eſse quaſi extrinſecùs intellectam; quia cum relatio non ſit extra eſsentiam, intelligitur quaſi extra illam: quæ eſt noſtra planiſsima ſententia. Ponit autem identitatem naturalem relationum & eſsentiæ, vt anteà docuimus. Ac per hoc quòd proprietates intelligimus extra eſsentiam; confuſionem, & mixtionem perſonarum & eſsentiæ, euitare nos admonet. Eſt etiam in hac conſenſione indubius S. Auguſt. 7. de Trinit. cap. 1. vbi ait quòd Pater nõ eo eſt Pater, quo Deus, & cap. 4. ait, quòd eodem eſt Deus, quo ſapiens, & Pſalm. 68. non eo eſt ſubſtantia quo Filius. Quòd non poteſt aliter explicari, niſi quod S. Auguſt. totam eſsentiam cum omnibus attributis, disiungit à cõceptu relationis: quare Pater eſt Deus eſsentiã ſuã; non eodem tamen eſt Pater, quia relatione eſt Pater, quæ ab eſsentia diſtincta eſt,

S. Anaſtaſ.

S. Iuſtin. expreſſè.

S. Cyrillus.

Ait differentiã perſonalem in Deo, eſſe quaſi extrinſecùs intellectam.

Corroboratur ex eodem doctrina cap. 26. n. 4.

S. Auguſt. vt cap. 27. n. 1.

non

non re ipſa, ſed conceptu. At verò eodē A
eſt ſapiens quo Deus, ſcilicèt eſsentiâ
ſuâ eſt ſapiens; quia attributa in cōceptu
eſsentiæ continentur: in conceptu ergo
eſsentiæ attributa includuntur, excluditurq; relatio. Et confirmatur, quia

Idem ſæpè ait quæcunque de Deo dicuntur, aut ſecundum ſubſtantiam dici, aut ſecundum relationem.

frequentèr S. Auguſt. docet, quæcunque de Deo dicuntur aut ſecundum ſubſtātiam dici, aut ſecūdum relationē; propter vſurpatiſsimum Theologorum proloquium; quòd in Deo ſunt duo prædicamenta; ſubſtantia, & relatio: in ſubſtātia enim, quæ eſt ipſa eſsentia, attributa continentur; relatio verò à ſubſtantia, & eſsentia conceptu omninò diſtinguitur. B

Idem conſonè ad primū locum.

Iterùm S. Auguſt. docet lib. 7. de Trinit. cap. 1. & 4. quod nō idem eſt Deum eſse, & Verbum eſse, ſicut eſt idem Deum eſſe & fortem eſse; quod eādem habet interpretationem, quòd ſcil. relatiua ab eſſentialibus diſcernat: ergo relatio Verbi non continetur in conceptu Deitatis.

Idem vt cap. 27. n. 1.

Et idem ſentit, cum lib. 7. de Trinit. c. 1. ait quòd ſi relatio eſſet eſſentia, eſſentia non eſſet eſſentia; quia ſcilicèt alia eſt ratio formalis eſſentię, & alia relationis.

Boet.

Boetius quoque 2. de Trinit. & 7. ait relationem non prædicari ſubſtantialitèr C
de Deitate; non ergo relatio clauditur in intima ratione eſſentiæ.

S. Thom.

Et S. Thom. d. 33. q. 1. art. 1. ad 1. ait quòd relatio & eſſentia non vniuntur in illo eſſe, quod ſignificat rei definitio: quæ autem non vniuntur in eſſe per definitionem explicato, ita diſtinguuntur conceptu, vt neutrum ſit in altero, vt liquet.

Idem.

Et 1. part. quæſt. 28. artic. 2. ad 2. expreſsè ait, diuinam eſsentiam non comprehendi, neque ſignificari nomine relationis.

14.
C. Firmitèr conſonū probationibus 3. ſent.

Probatur etiam ex illis verbis cap. *Firmitèr*, quibus decernitur, quòd Tri- D
nitas ſecundum eſsentiam indiuiſa eſt, & ſecūdum proprietates diſtincta: ergo eſsentia quæ eſt indiuiſa, eſt extra conceptum proprietatum diſtinguentium, quod impenſè iam probatum eſt.

Conc. Tolet.

Et Cōcil. Tolet. 11. in confeſsione fidei ſic definit. *Cum dicitur, Deus, non ad aliquod dicitur, ſicut Pater ad Filium, ſed ad ſe ſpecialitèr dicitur.* Eſt ergo Deus ex propria ratione nominis abſolutum, non relatiuum; ergo in conceptu proprio Dei non includuntur relationes.

(?)

CAPVT XXIX.

Argumenta refelluntur.

Videtur tamen propoſitæ ſententiæ aſserti, ſc. diuinas relationes non claudi conceptu eſsentiæ, contraire S. Athanaſ. in oratione cōtra gregales Sabellij, *Vniuerſa* (inquit) *plenitudo Deitatis eſt Pater vt Pater, & Filius vt Filius.* Et ſubijcit, *Idem de Spiritu Sancto eſt exiſtimandum*; ergo in plenitudine Deitatis perſonæ includūtur.

1. 1. argum. Contra 1 partē 1. ſentētiæ. 1. locus. *S. Athan.*

Et ſermo. 4. contra Arianos affirmat, ipſam proprietatem Patris eſsentiā Filij conſtituere; ergo paternitas conſtituit eſsētiam, quaſi pars illius conceptus.

2. locus.

Et S. Gregor. Nazianz. orat. in ſancta lumina. *Vnum* (inquit) *in tribus, diuinitas eſt, & tria vnum ea in quibus diuinitas eſt.* Ergo tria & vnum continent ſe mutuò.

Cōtra vtrāq. p. *Nazianz.*

S. Thom. etiam q. 33. art. 3. ad 1. docet communia eſse de conceptu propriorū; ergo ſaltèm eſsentia, quæ eſt communis, continetur in conceptu relationis, quæ eſt propria.

Contra 2. p. 1. locus. *S. Thom.*

Et q. 28. ar. 2. ad 2. ait in Deo eſse rem vnam, quæ non ſatis exprimitur nomine relationis; ergo ſi exprimatur definitione res illa, etiam relationē continet, & non ſolam relationem, ſed etiam eſsentiam.

Contra vtrāq. 2. locus.

Et q. 27. artic. 2. ad 3. quòd in perfectione diuini eſse continetur Verbum & principium Verbi, ſcilicèt Filius & Pater; ergo relationes cōtinentur in conceptu eſsentiæ.

Contra 1. p. 3. locus.

2. Contra eandē, Ratio.

Deindè probatur idem ratione: Deitas enim ſubſiſtit incommunicabilitèr per relationes; & non per extrinſeca, cū proprium ſit ſubſtantiæ ſubſiſtere: ergo relationes ſunt intrinſecæ.

Confirm.

Et confirmatur, quoniam Deus eſsentialitèr eſt Trinus; ergo Trinitas includitur in eſsentia: quarè S. Thom. 1. p. q. 39. ar. 6. ad 2. ait hanc eſse per ſe, Deus eſt Pater.

S. Thom.

3. 2. arg.

Secundò: Eſsentia non poteſt videri ſine relationibus; ergo relationes ſunt de conceptu eſsentiæ in ipſo intimæ.

4. 3. arg.

Tertiò: Ex eo quòd eſsentia eſt communicabilis per originem, ſunt in Deo relationes perſonales; ſed eſse communicabile eſt aliquid eſsentiale, quod in eſsentiæ conceptu continetur: ergo hoc eſsentiale, ipſaque eſsentia, ſine relatione, & origine non poteſt explicari.

5. Contra 2. p. 4 arg.

Quartò probatur, quòd eſsentia claudatur conceptu relationis: Pater & paternitas

Digitized by Google

ternitas nō differunt conceptu, ſed modo ſignificandi abſtracto, aut concreto; ſed Deitas eſt de conceptu Patris: ergo eſt de conceptu paternitatis.

6. *5. arg.* Quintò: Proprietas naturæ non poteſt intelligi ſine ipſa natura, quam in ſuo conceptu continet, vt Petritas continet humanitatem; ſed relatio diuina eſt proprietas naturæ diuinę; ergo in ſuo conceptu illam includit.

7. *6. arg.* *S. Thom.* Sextò: Relatio realis non poteſt ſeparari à ratione entis, ens autē eſt id quod exiſtit; ſed exiſtentia relationum diuinarum eſt ipſa eſsentia diuina, vnde S. Thom. 1. contra gent. cap. 32. ait nihil in Deo reperiri quod non ſit ipſum eſse diuinum: ergo relatio non poteſt ſeiungi à ratione & conceptu eſsentiæ.

Aduertenda.

8. *1. aduert. Aliquid cōtinetur in definitione dupliciter 1. vt extrinſecum definito. Exemplum. 2. vt pars definiti intrinſeca. Exemplum.*

PRimum eſt in hac quæſtione aduertendum, quòd aliquid continetur in definitione etiāſi ſit à re definita diſtinctum; eò quòd ea res nequeat explicari abſque aliquo extraneo, cū quo eſt cognitione coniuncta: vt ſimitas definitur per naſum, quia eſt naſicuruitas. Aliquid verò continetur in definitione, vt pars definiti, eò quòd ſimplici conceptu apprehendamus plura ex quibus vnum cōponitur; vt vno conceptu hominis ſimul naturam animantis, & rationalis intelligimus, confuſo tamen. Dum ergo cōceptum confuſum hominis explicamus definiendo; partes definitionis, ſcilicèt animal & rationale, continentur in definitione, vt intrinſeca in ipſa re definita confuſò cognita.

9. *Relatio vt naturæ proprietas eſt, cōtinet naturā in ſuo conceptu, vt extrinſecū, per quod definitur. Relatio vt ſic, non includit eſſentiā vt ſic. Relatio vt eſt ad ſe, ſcil. vt exiſtit, cōtinet eſſentiam, vt hæc eſt ipſum eſſe: ſeu continet exiſtentiā eſſentialem.*

Relatio autem diuina poteſt duobus modis attendi: primò, vt eſt proprietas naturæ, quo pacto definitur per naturā; non quòd natura contineatur in conceptu eius, vt pars intrinſeca, ſed vt extrinſecum per quod definitur, vt materia per formam: at verò vt relatio eſt, nō includit in ſuo conceptu eſſentiam diuinam, quæ eſt alia ratio formalis diuerſa. Ita quoque eſſentia vt eſſentia eſt, nullo modo includitur in cōceptu relationis: ſed eſſentia vt eſt ipſum eſſe, continetur in conceptu relationis; non vt relatio eſt ad aliud, hoc eſt, non vt comparatur ad relationem oppoſitam, quia vt ſic diſtinguit, ſed vt relatio ipſa eſt ad ſe, ſcilicèt vt exiſtit. Eo autem modo inuenitur exiſtentia in conceptu relationis, quo inuenitur perfectio, quod poſteà declarandum eſt.

10. *Torres.* Hoc ergo permittendum eſt Bartholomæo Torres, quòd relatio non vt eſt ad aliud, ſed vt eſt exiſtens, aliquo modo poſteà explicando, continet exiſtentiam eſſentialem, quæ eſt ipſa eſſentia diuina.

11. *2. aduert. Perſona continet eſſentiā, & relationem in ſuo concep tu. Exemplum.*

Eſt etiam aduertendum quòd etſi eſſentia & relatio, tota ratione formali diſtinguantur; perſona tamen diuina vtramque continet in ſuo conceptu; ſicut animal & rationale conceptu diſtinguuntur, & vtrumque continetur in conceptu hominis, quod libr. 4. elucidabimus.

12. *3. aduert. De Deitate prout in ſe eſt, Caietani 1. aſſertum, quòd neque eſt purè relatiua, neque purè abſoluta, neque compoſita ex vtraq; ratione.*

Hoc etiam loco conſiderandum eſt illud, quod docet Thom. Caiet. 1. p. q. 29. ar. 1. in Deo eſſe rem vnam non purè relatiuam, neque purè abſolutam, neq; mixtam aut compoſitam ex relatiuo, & abſoluto: loquitur autem de ipſa Deitatis natura, prout in ſe eſt: nam noſtro intelligendi modo, relationem ab abſoluto quod eſt eſſētia, diſcernimus. Quòd ſi hæc diſtinctio eſſet in re ipſa; tunc eſſentia eſſet purum abſolutum; & relatio pura relatio; & perſona eſſet ex ijs compoſita.

13. *De Deitate cōparata cum intellectu, 2. aſſertum, quòd eſt ratio obiecta vnica ſimùl abſoluta, & relatiua.*

Deindè affirmat hanc eandem rem, putà diuinam eſsētiam, comparatam cū intellectu eſſe rationem vnam obiectā, quæ eſt ſimùl & abſoluta, & relatiua; neque ſolùm rationem vnam, ſed vnicam conſtituit.

14. *Hoc 2. aſſertū, ſi loquitur de intellectu noſtro, negatur in 3. ſent. tradita c. 28. n. 5. Si de intellectu beato, affirmatur, quòd Deitas eſt euſmodi ratio vna obiecta, ſcil. ratio formalis, quæ eſt forma in obiecto apprehenſa. Sunt. n̄ tres res cognitę, nō verò vnica. Decernitur hoc aſſertum, loqui de intellectu noſtro.*

Hæc tamen doctrina Caietani ſale indiget. Primùm, ſi ſermo ſit de noſtro intellectu, nō eſt vna ratio formalis abſoluta, & relatiua; cum hæc differant ſuis conceptibus, quibus ratio formalis obiecta adæquatur. Poſteà verò, ſi comparemus eſſentiam cum viſione beata, qua ſimul perſonæ videtur; fateor quòd vna eſt ratio obiecta, ſcilicèt ratio formalis, quę eſt forma in obiecto apprehenſa, ſcilicèt Deitas: ita enim id quod eſt præcipuum in obiecto, noſtro modo intelligendi, nuncupamus; & eſſentiam diuinā comparantes cum viſione beata, dicimus obiectum formale, ſiue rationem formalem obiecti. Sed tamen res cognita in Deo nō eſt vnica, cum ſint res tres cognitæ, ſcilicèt perſonæ tres. Verùm, quia Caiet. credidit in conceptu diuinæ eſſentiæ, etiam extra viſionem, includi relatio-

relationes; poſuit vnam rationem formalem adæquatam Deitatis, in qua cōtineantur relationes. Nos verò contraria opinantes, negamus in illa ratione formali extra viſionem Dei contineri relationes; nam ſi ratio formalis deſignet formam in obiecto apprehēſam, fatemur illam eſse Deitatē; ſed negamus in conceptu illius contineri relationes. Si verò ratio obiecta ſignificet rem quāuis cognitam, negamus extra viſionem, eſſe rem vnam cognitam ſiue rem vnicam, ſed res tres. Imò & in viſione beata, res cognita non eſt vnica, quia vnicū excludit numerum; ſunt autem res cognitæ tres, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus.

Reijcitur, ſiue ratio obiecta ſumatur pro ratione formali; ſiue pro re quauis cognita.

15. Obiectio.

Quòd ſi obijcias ſaltē in viſione beata relationes contineri in eſſentia apertè viſa. Reſpondendum eſt nomina noſtra non ſignificare res diuinas, niſi medijs conceptibus extra viſionem, vt lib. 5. docebimus. Satis ergo nobis eſt, quòd vt res diuinæ ſignificantur nominibus, relationes non includuntur in eſſentia. Hoc enim conſtituimus præcedenti capite. At verò in eſſentia apertè viſa cōtinentur relationes nihilo diſtinctæ ab eſſentia viſa: ſed id quod videtur, nullo nomine poteſt explicari; quia nullum nomen explicat, quid eſt Deus, vt lib. 5. docebimus.

Reſponſio.

3. ſent. de qua ꝓximè, loquitur de eſſentia diuina ſignificata noſtris nominibus, & cōceptibus extra viſionem.

Nullum nomen explicat quid eſt Deus.

Reſponſio.

16. Ad 1. arg.

AD primum argumentum, qua ex parte fulcitur auctoritate Patrum, reſpōdetur S. Athanaſ. loco priori probè dixiſſe quòd plenitudo diuinitatis eſt Pater, & Filius, vt oſtenderet nihil Deitatis in vno & altero deeſſe; & videtur alludere ad locum S. Paul. Coloſſ. 2. *In quo habitat plenitudo diuinitatis*, hoc eſt tota diuinitas, vel etiam vera diuinitas, non adumbrata, & quaſi extera, & vacua; quod eſt nomen ſolùm diuinitatis, non relationum. At verò loco poſteriori incredibile eſt, S. Athanaſ. docuiſſe, quòd proprietas Patris conſtituat eſsētiam Filij, hoc eſt, quòd ſit quaſi pars, aut forma eſſentiæ; neque enim verba hoc vllo modo ſignificāt: neque his verbis Doctorum quiſpiam vſus eſt; perſona enim conſtituitur proprietate, non verò eſsentia. Sed quia Ariani negabāt Filium eſse propriè & verè Deū, inquit

Ad 1. locum *S. Athan.*

Coloſſ. 2.

Ad 2. locū aſſerētem quòd proprietas Patris conſtituat eſſentiam Filij.

Falſa interpr. pro 1. ſentētia.

Vera interpr. i. eſt, Pater qui

S. Athanaſ. proprietatem Patris eſsentiam Filij conſtituere; hoc eſt, Patrē qui propriè Pater eſt, argumētum eſſe, quòd Filius propriè ſit de eius eſsentia: argumentum enim cōſtituit propoſitionem, quam volumus comprobare. Et ita vna proprietas ponit, vel conſtituit alteram in eadem eſsentia, quia non eſt Pater ſine Filio, neque ſine Patre Filius. Sāctus verò Gregor. Nazianz. edocuit dogma planiſsimū fidei, quòd Deitas ſit in perſonis tribus, & tres perſonę ſint ipſa Deitâs, quæ eſt in tribus. Quòd autem relatio, & eſsentia contineant ſe ſe in conceptu formali, neque ſuſpicatus eſt: maximè cum ibi loquatur de perſonis, quæ ſanè continent eſsentiam, vt diximus; nos verò loquimur de relationib'. Poſt hos S. Thom. in primo loco ſignificauit eſsentiam eſse de conceptu perſonæ, ſicùt animal eſt de conceptu hominis, & hoc liquet in exemplo quod S. Doctor adhibuit, vt Deus eſt de conceptu Patris; ſed non dixit quòd eſsentia ſit de conceptu proprietatis, aut relationis. In ſecundo loco cautiſsimè loquutus eſt S. Thom. cum enim diſputaret de his, quæ continentur nomine relationis vtcunque, ſiue formalitèr, ſiue non formalitèr, ſeu materialitèr, vt aiunt; obſeruat nomine relationis creatæ contineri rem aliam abſolutam, ſiue ſubiectum, ſiue fūdamentum: nomine verò relationis diuinæ non contineri rem aliam abſolutā, ſcilicèt rem diſtinctam, ſed rem eandem ſignificari nomine abſoluto, & relatiuo. Nos verò id ipſum aſserimus, relationē & eſsentiam non eſse aliam, & aliam rē; ſed rem eandem duobus nominibus ſignificatam. Deindè addit S. Thom. quòd in perfectione eſsentiæ cōtinentur omnia diuina ſiue abſoluta, ſiue relatiua: nō dixit omnia contineri nomine eſsentię, ſed contineri in perfectione eſsentiæ; quod veriſsimum quoque eſt: omnia enim diuina ſunt vna ſimplex perfectio, vt hoc lib. dicemus. Et hoc idem docet S. Thom. 3. in loco, ſcilicèt quòd in perfectione diuini eſse contineantur etiam perſonæ. Quòd verò eſsentia, & relatio in ſuis conceptibus ſe includant, neque innuit, neque vllo modo ſignificat.

propriè Pater eſt, argumentum eſt, quòd Filius propriè ſit de eius eſſentia.

Ad Naz. ex 2. aduert.

Ad 1. locum *S. Thom.* ex 2. aduert.

Ad 2. locum.

In Deo res eadem ſignificatur duobus nominibus, & cōceptibus, ſcil. abſoluto, & relatiuo.

Ad 3. locum. Omnia etiā relatiua continentur in perfectione eſſentiæ; non verò nomine eſſentiæ.

S. Thom.

17. Ad rationem de ſubſiſtentia abſoluta, lib. 4. cap. 34 p. 4. & p. 3. n. 2.

Ad argumentum reſpondetur, quòd Deitas habet propriam ſubſiſtentiā abſolutam, quę omninò intrinſeca eſt, quia eſt ipſe modus entis, vt libr. 4. explicabimus:

Digitized by Google

Subſiſtentiæ relatiuę nõ ſũt extra eſſentiã, ſed benè extra cõceptum eſſentiæ.

bimus: nihilominùs quia ſunt adhùc in Deitate tres ſubſiſtentiæ relatiuæ, & incommunicabiles; eæ quidèm non ſunt extra eſſentiam, ſed benè extra conceptum eſſentiæ; quia perfectè intelligimus eſſentiam, non intellectis adhùc relatiuis ſubſiſtentijs. Ad confirmationem negatur antecedens, quòd Deus eſſentialitèr ſit trinus, ſed perſonalitèr: eſt tamen intrinſecè trinus, quia perſonæ non diſtinguuntur ab eſſentia. Et hoc ſatis eſt vt ſit per ſe (ſcil. per identitatem) illa propoſitio, Deus eſt Pater, vt lib. 5. dicem.

Ad confirm. Deus eſt trinus non eſſentialitèr, ſed perſonalitèr, intrinſecè tamẽ & per ſe.

18. Ad 2. argum. ex 3. aduert. Viſio eſt rei ipſi⁹, prout eſt in re ipſa.

Ad ſecundum reſpondetur, quòd illa quæ ſola ratione diſtinguuntur, non poſſunt in viſione ſeparari; quia viſio eſt rei ipſius, non prout intelligitur cum diſtinctione rationis, ſed prout eſt in re ipſa vna & ſimplex. Neceſſe eſt ergo vt qui videt eſſentiam, videat perſonas; cum ſingulæ perſonæ, & eſſentia ſint res vna.

19. Ad 3 arg. Illud vltimũ eſſentiale, ſcil. eſſe communicabile, ad quod ſequuntur hypoſtaſes, origines, & relationes, continet hæc in ſua definitione, vt poſteriora, atque adeò extrinſecã cõceptui definiti, vt in 1. aduert.

Ad tertium reſpondetur, quòd illud vltimum eſſentiale ad quod ſequuntur hypoſtaſes, origines, & relationes, non poteſt definiri ſine illis: ſed definitur ſimilitèr quaſi per diſtincta, & ſequentia; id enim quod eſt conſequens, non eſt pars intrinſeca in definitione prioris; quia priora non continent in ſuo conceptu poſteriora quaſi partes eſſentiales, quibus intrinſecè conſtent. Quarè argumentum hoc è manu aduerſarij eripimus, & retorquemus: quoniam ſi hæc ſunt ſequentia ad omnia eſſentialia, poſteriora ſunt toto conceptu eſſentiæ, & non intima, ſed extranea. Sunt ergo relationes diuinæ non extra eſſétiam, ſed extra conceptum eſſentiæ.

20. Ad 4. arg. Pater vt eſt nomẽ puræ relationis nõ includit eſſentiã, vt eſt nomen perſonæ, maximè, vt in 2. aduert.

Ad quartum reſpondetur, quòd Pater vt eſt nomen puræ relationis, ſolo modo ſignificandi differt à paternitate, & ita non includit eſſentiam, aut eſſentia Patrem: ſed vt eſt nomen perſonæ, differt à paternitate quaſi totum à parte noſtro intelligendi modo, quo hæc intelligimus diſtincta; quia paternitas eſt proprietas perſonæ: & ita proprietas & eſſentia non includunt ſe in conceptu; perſona autem vtrumque includit, vt diximus.

21. Ad 5. arg. ex 1. aduert.

Ad quintum reſpondetur, quòd paternitas, vt eſt proprietas perſonæ definitur per naturam diuinam cum qua cõiungitur, quaſi per aliquid diſtinctum in conceptu, vt ſimitas definitur per naſũ; ſed natura non eſt pars definitionis intima, quæ in ipſa proprietate definita contineatur, vt in notationibus præmonuimus.

22. Ad 6. arg. 1. Reſponſ. ex 1. aduert. ad finem. 2. Reſponſ. Relatio quatenùs ens, continet in ſuo cõceptu exiſtentiam, quaſi rẽ extrinſecã, & adiunctam, ad quam ens habet ordinem, & conuenientiam.

Ad ſextum iam diximus, quòd relatio diuina vt eſt in aliquo, includit exiſtere, quod eſt ipſa eſſentia; vt verò eſt ad aliud, non includit exiſtere. Secundò reſpondetur abundè magis, quòd relatio vt eſt ens, non includit in ſuo conceptu exiſtentiam quaſi intimam, ſed quaſi adiunctam: ens enim eſt res ſiue quidditas, cui conuenit exiſtere. Relationes ergo diuinæ ſunt res quibus conuenit exiſtere; ſed exiſtentia non eſt de conceptu relationum, vt pars definitionis intrinſeca; ſed quaſi res extrinſeca ad quam relatio quatenùs ens, habet ordinem, & conuenientiam. Quod poſteà explicabimus elucidátes, quo pacto diuinæ relationes ſint perfectæ: & ideò ipſa exiſtentia non clauditur in conceptu relationis.

CAPVT XXX.

Relatio diuina eſt in eſſentia, & in perſona; ſed non dat nomen eſſentiæ.

1. DE diſtinctione relationum diuinarum ab eſſẽtia, & à ſe ipſis egimus; pergendumque eſt ad eam quæſtionem, an relatio diuina ſit in ipſa eſſentia diuina, ſicut eſt in perſona diuina: cum enim relatio ſit in aliquo, & ſit ad aliquid, vtraque notio relationis eſt nobis tractanda. Hoc autem cap. meditamur relationes diuinas prout ſunt in aliquo, ſcilicèt prout ſunt in eſſentia, & in perſonis.

2. 1. prænot. Relatio creata eſt in ſuppoſito, vt in ſubiecto, & in forma ſuppoſiti, vt in fundamẽto. 1. quia habet exiſtentiã ab vtroque pendentem. 2. quia dat nomẽ partim vtrique, vt ſimilitudo; partim ſubiecto tantũ, vt paternitas.

Quoniam verò cognitio rerum naturalium comitatur perpetuò Philoſophiã de diuinis; oſtendendum eſt, quo modo relatio creata ſit in aliquo: eſt enim in ſubiecto, & in fundamento, in quibus ineſſe dicitur; tum quia exiſtentia relationis pendet ab exiſtentia vtriuſque: tum etiam quia dat nomen ſubiecto; & quandoque etiam dat nomen fundamẽto, non ſemper tamen: verbi gratia, ſimilitudo eſt in albedine, & in papyro, quia eius exiſtentia non pédet ab exiſtentia vtriuſque, tanquam à ſubiecto cui ineſt; ineſt enim papyro media albedine, & vtrique dat nomen: nam papyrus dicitur ſimilis, & albedo etiam ſimilis. Paternitas

ternitas verò creata eſt in ſuppoſito; & eſt etiā in forma, ſiue natura ſuppoſiti, quæ Filio communicata eſt, & ea eſt relationis fundamentum; quod tamen nō accipit nomen relatiuum, quia anima non eſt Pater, neque humanitas eſt Pater, ſed homo.

3. Relatio diuina non eſt in eſſentia, vt in fūdamento, neq; in ſuppoſito vt in ſubiecto, à quo habeat eſſe, ſiue exiſtere. Habet eſſe ab eſſentia; nō tamen vt à ſubiecto. Oſtenditur.

Relatio autem diuina diuerſo modo eſt in eſſentia, & ſuppoſito; quia neque in eſſentia eſt vt in fundamento, quod iā docuimus; neque in ſuppoſito vt in ſubiecto à quo habeat eſſe. Aduertendum enim eſt quòd eſſe ſiue exiſtere relationis diuinæ, eſt ipſum eſſe diuinum eſſentiale, quod ordine cognitionis antecedit
B perſonas, vt lib. 4. dicemus: quarè relatio diuina non habet eſſe à perſonis, ſed ab eſſētia, nō tamē vt à ſubiecto, eò quòd relatio diuina nō habet eſſe diſtinctū ab eſſētia, ſicut accidentia habēt eſſe diſtinctum, & ita eſſe accidētis pendet ab eſſe ſubiecti, & ſubſtantiæ: relatio autē diuina non pendet hoc pacto ab eſſentia diuina, cū idē eſſē ſit relationis, & eſſētiæ.

Vt eſt in eſſētia ſiue vt exiſtens eſt, habet ab ea eſſe abſolutum, & ſignificat, in, abſolutum. Vt eſt in ſuppoſito ab eſſentia per conceptum diſtincto non habet ab eo eſſe, ſed eſt duntaxàt eius forma, & ſolū ſignificat, in, relatiuum.

Poſt hæc relatio diuina vt eſt in eſſētia, ſiue vt eſt exiſtens, habet eſſe abſolutū: at verò vt eſt in ſuppoſito, nihil ſignificat
C abſolutum, eò quòd ſuppoſitum nihil abſolutum habet præter eſſentiam. Relatio ergo diuina, prout eſt in ſuppoſito, ab eſſentia per conceptum diſtincto, nō eſt in aliquo abſoluto, ſed in aliquo relatiuo; neque habet eſſe à ſuppoſito, ſed duntaxàt eſt forma ſuppoſiti, vt ſtatim explicabimus. Quamobrem diuina relatio prout eſt in aliquo, aliquandò ſignificat abſolutum, ſcilicèt, prout in eſſentia exiſtit, eſt ipſa eſſentia; aliquandò verò ſignificat etiam, in, relatiuum, ſcil. prout eſt in ſuppoſito, quòd relatiuū eſt. Et hoc maximè memorię cōmendandū.

4. 2. prænor. Non niſi per accidēs eſt idē in ſe ipſo. *S. Thom.* *Ariſtot.* Per ſe hoc ita eſt in illo, vt illud nō ſit rurſus in hoc. Per ſe Paternitas eſt in eſſentia, relatio in ſuppoſito. Declaratur.

Dicendum ergo primò eſt, quo pacto relatio ſit in eſſentia. Aliquid autem dicitur eſſe in aliquo eò quòd non ſit ex-
D tra illud; & hoc pacto, idem eſt in ſe ipſo, vt notauit S. Thom. 4. Phyſicor. tex. 26. & ibidem ait Ariſt. nihil eſſe in ſe ipſo, niſi per accidens. Per ſe autem hoc ita eſt in illo, vt illud non ſit rurſus in hoc. Quo modo verò Pater, & Filius ſint in ſe inuicèm, lib. 5. dicendum eſt. Itaque paternitas eſt in eſſentia, ſed eſſentia non eſt in paternitate; & relatio eſt in ſuppoſito, ſed ſuppoſitum non eſt in relatione: ſi verò eſſet vnum in alio ſolùm per accidens propter identitatem, ita
A eſſet eſſentia in relatione, ſicut relatio in eſſentia, cum vtrumque ſit idem.

5. Cōtra 1. & 2. p. inſcriptionis. *Præpoſitiu'* cōſonus ad ſuā ſent. de omnimoda idētitate, de qua alibi. Eius argum. *Ariſtot.*

Quocircà Præpoſitiuus, qui non diſtinguebat relationes à perſonis, & eſſētia, neque re ipſa, neque ratione; negabat eas eſſe aut in eſſentia, aut in perſonis: obijciebatq; relationes diuinas nō eſſe in eſſentia tanquàm in re relatiua, eò quòd eſſentia non refertur, vt parte 2. dicemus; ſed neque eſſe eas in eſſentia vllo modo illorum, quos Ariſt. lib. commemorato recenſuit text. 23. & hoc nobis reliquum eſt explicandum.

6. Aduert. Modus exiſtēdi in aliquo, quo relatio exiſtit in eſſentia, non eſt realis, nec eſt eſſe rem vnam in alia exiſtentē: ſed eſſe rem vnam exiſtētē.

Aduertendum eſt autem, quòd cum
B relationem eſſe in eſſentia, ſignificet tantummodò noſtrum modum intelligendi, quo hæc diſtinguimus, & iterùm copulamus; modus hic exiſtendi in aliquo nihil eſt in re ipſa, ſed eſt res vna exiſtens; non verò eſt res vna in alia exiſtens, eſſent quippè res diſtinctæ. Non eſt igitur admirabile, quòd modū hunc nō inueniamus in rebus creatis; nam in illis, modus eſt realis quo vna res in alia diſtincta exiſtit: in Deo verò non eſt realis modus exiſtendi, quo relatio exiſtat in eſſentia; cum hæc re ipſa diſtincta nō
C ſint: nihil autem eſt in ſe ipſo.

7. 1. pars inſcriptionis. 1. aſſertum *S. Thomæ.* Diuina relatio eſt in eſſentia tanquā in præintellecto, ſiue præexiſtente. Oſtenditur de relatione, vt ſic: Cū habeat idē eſſe ipſius eſſētiæ, ab hac ſolo ordine cognitionis habet eſſe.

Noſtro autem intelligendi modo primum aſſertum S. Thom. veriſſimum eſt d. 33. q. 1. art. 3. ad 3. quòd relatio eſt in eſſētia tanquā in præintellecto ſiue præexiſtente; ſi enim conſideremus relationem diuinam, vt relatio eſt, non vt proprietas; illa exiſtit per eſſe abſolutū, & per ipſam eſſentiam, & eſt conſequens eſſentiā: eſt ergo in eſſentia tanquàm in præexiſtente: cum enim nō habeat eſſe diſtinctū, ſed idem eſſe; ſolo ordine cognitionis habet eſſe ab eſſētia, quia eſſētia priùs intelligitur exiſtēs, quàm relatio conſequens; & ita ſicut effectus eſt in cauſa, & non cauſa in effectu: ita conſe-
D quēs eſt in præexiſtēte, & hoc modo etiā creata relatio eſt in fundamento; non tamen putandum eſt quòd eſſentia ſit aut cauſa, aut fundamentum diuinæ relationis; ſed ordine rationis duntaxàt intelligitur præexiſtens, vt ſicut vnum attributum eſt ratio alterius, ita eſſentia diuina ſit ratio relationis.

Sicut vnum attributum eſt ratio alterius, ita eſſentia diuina eſt ratio relationis.

8. 2. aſſert. eiuſdē. Eadem relatio vt proprietas vnius perſonæ eſt in eſſentia vt differentia in ſpecie.

Secundum aſſertū eiuſdem S. Doctoris eſt, quòd ſi relatio conſideretur, vt proprietas perſonalis, quæ eſt propria vnius perſonæ; eſt in eſſentia, vt differentia in ſpecie.

Digitized by Google

9.
3. aſſertũ explicans primũ: Proprietas hypoſtatica eſt in eſſentia quaſi in principio non reali, ſed præcipuo, qđ noſtro modo intelligẽdi cõſtituit perſonã ſeu hypoſtaſim.

Sunt etiam proprietates hypoſtaticę in eſsentia diuina ad eum modum quo in eſsentia creata communicabili ſunt hypoſtaticæ proprietates cõtentæ quaſi in principio. Et eæ poſsunt conſiderari contentæ in eſsentia communi, & indiuidua: in eſsentia indiuidua ſingulatim continetur proprietas vna, vt in principio, & cauſa reali; hæc enim humanitas eo ipſo quòd eſt principium conſtituẽs Petrum, eſt quoque principium Petritatis, quæ eſt Petri proprietas; & illa humanitas quæ conſtituit Paulum eſt Paulitatis principium aliquod reale. Humanitas verò communi conceptu, ſicut non eſt vna extra humanitates plures, ita neque eſt reale principium plurium proprietatum hypoſtaticarum ſeruata vnitate communi; ſed eſt ſimiliter principium reale plurium proprietatum, non te ipſa vnum, ſed ſolo conceptu vnum.

Declaratur.
In creatis, eſſentia communis non eſt principiũ reale plurium proprietatum ſeruata vnitate cõmuni, quæ eſt rationis.

10.
Diuina eſſentia communis pluribus hypoſtaſibus, nõ eſt principiũ reale proprietatũ ob indiſtinctionem, non verò ob defectum vnitatis realis.

Hæc autẽ in Deo diſsimilia ſunt; nam eſsentia quidem diuina non eſt reale principium proprietatum hypoſtaſum, ſicut neque ipſarũ hypoſtaſum principium reale eſt, cum ab illis ſola ratione diſtinguatur. Sed quia diuina eſsẽtia cõmunis pluribus hypoſtaſibus, nõ eſt ſola ratione vna, ſed vnitate reali vna eſt: noſtro intelligẽdi modo vna & eadẽ eſſentia eſt principiũ conſtituẽs hypoſtaſes tres; & ita cũ ſingulis cõparata eadẽ eſsẽtia vt indiuidua, eſt quaſi principiũ indiuiduæ proprietatis: quia in Patre eſt principiũ paternitatis, ſicut & Patris; & in Filio filiationis, ſicut & Filij; principiũ, inquã, non reale, ſed noſtro modo intelligendi, vt iam monuimus. Et ita proprietates ſunt in eſsentia quaſi in principio præcipuo quod perſonam conſtituit, vnde intelligitur quaſi orta proprietas ipſius perſonæ, ſiue hypoſtaſis.

11.
4. aſſertũ explicans primũ. Eadẽ proprietas, vt relatio, eſt in eſſentia, ſicut relatio creata eſt in fũdamento, quoad hoc quod habet ab eo exiſtentiam.
Declaratur.
S. Thom.
Magiſt.
Alenſis.

At verò eadem proprietas, vt relatio eſt, eſt in eſſentia ad eum etiam modum quo relationes creatæ ſunt in fundamẽtis: nam etſi eſſentia non ſit fundamentũ proximum diuinæ relationis; tamen diuina relatio exiſtit exiſtentiã diuinã quę eſt ipſa eſſentia. Et ita quoad cõiunctionem ſecundum exiſtentiam, ita coniungitur diuina relatio cum eſsentia, ſicut relatio creata cum fundamento cui adhæret, quia habet ab eo exiſtentiam. Hoc ita declarat S. Thom. diſt. 33. cum Magiſtro, & Alexandro Alenſi 1. p. q. 8. membr. 6. art. 3.

12.
Hoc modo etiam relatio ſpiratoris eſt in eſſentia.

Relatio autem ſpiratoris eſt quidem in eſſentia duntaxat vt in præexiſtente, eo modo quo ſunt relationes in fundamento, coniunctæ cum illo ſecundum quòd ab illo dependet relationum exiſtentia. Non eſt relatio ſpiratoris in diuina eſſentia, vt proprietas hypoſtaſis, quæ eſſentiam ſequitur: ſingulare enim eſt in Deo, in quo nihil eſt accidens, vt aliquid ſit cõmune duabus perſonis prę ter eſſentiam; ita vt illud commune neque eſſentia ſit, neque accidens, neque proprietas hypoſtaſis, ſed duarum hypoſtaſum quaſi communis proprietas, quæ hypoſtaſes non cõſtituit, ſed ſequitur. Eſt ergo hæc relatio in eſſentia tanquàm in præexiſtente; quia ea quoque relatio ſequitur eſſentiam, ab eaque habet eſſe, vel potiùs exiſtit per illam, vt de cæteris diximus. Eſt verò in ſuppoſitis ea relatio quaſi accidẽs, vt S. Thom. docet in ſentent. non tamẽ quaſi in ſubiectis; ſed eſt quaſi accidens, ideò duntaxat, quia noſtro modo intelligendi adijcitur perſonis iam conſtitutis, quod erit lib. 4. declarandum.

Non eſt in eſſentia vt proprietas hypoſtaſis, quæ eſſẽtiam ſequitur.

Eſt duarum hypoſtaſum quaſi comunis proprietas.

Hæc relatio eſt in ſuppoſitis, vt accidẽs.
S. Thom.
Nõ tamen eſt in illis quaſi in ſubiectis.

13.
2. pars inſcriptionis: Diuina relatio vt ſic, eſt in relato quod non eſt abſolutum, ſed ipſa res relata, ſc. perſona.

Perſpicuus autẽ eſt magis ille modus quo relatio diuina eſt in ſuppoſito; nã vt relatio eſt, eſt in relato: ſingulare enim eſt in Deo, vt id quod eſt relatũ, non ſit abſolutũ, ſed ſit ipſa res relata: eò quòd relatio ſubſiſtit, & ipſa relatio eſt res relata. Ad eũ ergo modũ quo Deitas eſt in Deo, dũtaxat penes modũ ſignificandi, quia Deus eſt habens Deitatẽ, & Deitas eſt res quæ habetur; ita relatio diuina vt ſic, eſt in relato, quia relatũ eſt quod relationẽ habet, cũ relatũ & relatio res ſit eadẽ. At verò diuina relatio cõceptu relatiuo, adueniet perſonæ cõſtitutæ, vt lib. 4. dicemus: & ita id quod eſt relatum, eſt perſona, & diſtinguitur ratione formali à relatione; & hoc modo relatio eſt in perſona diuina quaſi accidẽs adueniẽs. Sed ſi eadẽ relatio cõparetur cum perſona vt proprietas, relatio eſt in perſona diuina, ſicut proprietas hypoſtatica eſt in perſona creata quaſi diſtincta à natura, & à perſona; quia perſona ſignificat non ſolam relationem, ſed etiam naturam: & ita relatio diuina eſt in perſona, vt proprietas conſtituens perſonam, & reddens incommunicabilem. Hoc tamen eſt diſcrimen quòd proprietates creatæ habent eſſe à ſuppoſito, quod primò exiſtit, vt libr. 4. dicemus; diuinæ

Sic Deitas eſt in Deo, duntaxàt penes modũ ſignificãdi.

Diuina relatio conceptu relatiuo, diſtinguitur ratione formali à perſona, & eſt in illa, quaſi accidens adueniẽs.

Eadẽ relatio vt proprietas, eſt in perſona, vt conſtituẽs illam, & reddẽs incõmunicabilem.

Proprietates creatæ habent eſſe à ſuppoſito, qđ 1. exiſtit

Digitized by Google

diuinæ verò ab eſſentia quę eſt ipſũ exiſtere.

diuinæ verò habent eſse ab eſsentia, quæ eſt ipſum exiſtere, vt anteà notauimus: eſt ergo diuina relatio, & in eſſentia, & in perſonis.

14.

3. pars inſcriptionis.

Ex S. Thom. ſicut eſſentia nõ generat Filium, ita nec refertur ad illũ, ob indiſtinctionem.

Quòd verò relatio diuina quamuis in eſſentia ſit, & in perſonis, non tamen tribuat nomen eſſentiæ, ſed perſonis, compertum eſt apud Catholicos, vt loco iam dicto S. Thomas etiam docuit; ſicut enim eſſentia non generat, ita neque refertur: ſicut enim impoſsibile eſt quòd aliquis generet, niſi ſobolem diſtinctã à ſe ipſo; ita impoſsibile eſt quòd ad ſe ipſum referatur reali relatione: quia ergo eſſentia non eſt res diſtincta à Filio; neque generat Filium, neque re-

B

fertur ad illum. Et ideò S. Thomas ait quòd relatio in abſtracto prædicatur de eſſentia in ſenſu identico, vt dicamus relationem eſſe eſſentiam ipſam, hoc eſt, non eſſe rem diſtinctam; negamus tamen eſſentiam referri, aut eſſe relatum: quia eſt ſenſus formalis, quòd eſſentia referatur, quod eſt impoſsibile, ſicut quòd eſſentia generet.

Eſſentia eſt relatio: non tamẽ eſt relatũ. In 1. eſt ſenſus identicus: in 2. formalis.

15.

Mar. Vict. locus explicatur vt lib. 2. c. 62. p. 2. n. 1. & 6.

Et quidèm Marius Victor. lib. 1. contra Arium, Spiritum Sanctũ, id eſt, Deitatem (ſic enim intelligit) appellauit matrẽ Ieſu ſupra, & deorſum, id eſt, diuinitꝰ,

C

& humanitùs. Nam etſi appellet matrẽ, forſitan quia Filius de illa procedit, de quo dictum eſt Pſal. 109. *Ex vtero genui te;* & iterùm vſu aliorũ Patrũ dicat Deitatem generantẽ: tamen nomen matris relatiuũ nõ debuit tribuere Deitati etiã metaphoricè, ne daret locum nouæ cuipiam hæreſi. Itaque Deitas non refertur reali relatione ad perſonas diuinas.

Pſalm. 109.

Nõ rectè ab eo nomẽ matris relatiuum tribuitur Deitati, etiã metaphoricè.

16.

Difficultas propoſita à *Magiſt.*

Dubiam tamen quæſtionem hoc loco propoſuit Magiſter à qua ſemetipſe non explicuit, quomodò ſc. relatio ſit in eſsẽtia, & non determinet, hoc eſt, non diui-

D

dat, ac diſtinguat eſſentiã? Et idẽ eſt, quomodò relatio ſit in eſsẽtia, & eſſentia nõ referatur? Ad hoc aduertẽdum eſt, quòd relatio eſt in eſſentia noſtro modo intelligendi duntaxàt: nam re ipſa relatio, & relatum, & ipſa eſſentia, res vna ſunt; ita vt vna in alia eſse nequeat, vt docuimꝰ. Eſsẽtiam autem ſignificamus quaſi formam alicuius ſubſiſtentis; quo pacto neque eſsentia generat, neq; refertur; quarè neque determinatur, neque diſtinguitur. Nomine autẽ Dei ſignificamus ſubſiſtentem; quare Deus generat, & Deus refertur. Non tamen concedendum eſt

Solutio.

Re ipſa relatio & relatum & eſſentia res vna ſũt in Deo.

Eſſentia cũ ſignificetur quaſi forma ſubſiſtentis, nõ generat, nec refertur; quarè neque determinatur, neque diſtinguitur.

At Deus generat & refertur.

A

quòd Deus diſtinguatur à Deo, ſicut cõcedimus quòd Deus generat Deũ; diſtinctio enim ſignificat negationẽ vnitatis: quarè videtur ſignificari quòd non ſit vna Deitas: ſed rectè dicitur quòd is qui Deus eſt, diſtinguitur ab eo qui Deus eſt; ita vt ſit negatio vnitatis inter perſonas, quia hæc perſona non eſt illa. An autem hic Deus ſit hic Deus, oſtenſis diſtinctis perſonis, lib. 5. dicemus.

Non tamen diſtinguitur Deꝰ à Deo, ſed is qui Deus eſt ab eo qui Deus eſt.

CAPVT XXXI.

Relationes diuinæ ſunt perfectæ, & bonæ, & perſonarum diuinarum perfectiones formales.

AD quæſtionẽ celeberrimã, ac perdifficilem ventum eſt, quam vt melius explicaremus, longã anteà fecimus diſputationem de perfecto, de bono, & de relationibus creatis, vtrùmnè perfectæ ſint & bonæ; vt ea tandẽ quæſtio de diuinis relationibus tractetur, quæ hoc loco occurrit. Caput diſtribuimus in partes tres.

Prima pars: *Relationes diuinæ ſunt ex propria ratione perfectæ, & bonæ.*

Secũda: *Refutãtur quædã opiniones circa perfectionẽ diuinarum perſonarũ.*

C

Tertia: *Relatio diuina eſt formalis perfectio diuinæ perſonæ.*

PRIMA PARS.

Relationes diuinæ ſunt ex propria ratione perfectæ, & bonæ.

IN hac quæſtione primo ſtatim loco ſenſus quæſtionis aperiendus eſt, ne 1.

nomine tenus diſsidẽtes propter æquiuocationẽ laboremus fruſtrà; docuimꝰ enim ſuperiùs relationẽ cõparari ad ali-

D

ud, ſc. ad terminũ; & cũ aliquo, ſcilicèt cũ ſubiecto. In illa cõparatione conſideramus, ad, relatiuum: in iſta verò conſideramus, in, relatiuũ. Et ita ipſa ratione cogitãdi diuidimus in relatione eadẽ, ad, & in; cũ tamen omnino ſint idẽ. Relatio ergo creata etiã vt eſt ad aliud, eſt ens; nõ tñ vt eſt ad aliud, eſt accidẽs, hoc eſt, nõ intelligitur vt accidẽs; quia vt eſt ad aliud nõ cõſideratur in ſubiecto: ipſũ tamẽ ad aliud eſt verè & formalitèr accidẽs, & in ſubiecto eſt, ſiquidẽ ad aliud, & in aliquo, non ſunt res duę in relatione eadẽ, ſed vna & eadem relatio ſimplicisſima.

Prænotandũ ex cap. 3. n. 5.

In relatione eàdem cõſideratur ad, & in.

Item ex eodẽ cap. n. 10. & 11. & ex cap 4. n. 7 relatio creata etiam vt eſt ad aliud, eſt ens, & eſt verè accidens; non tamẽ eſt accidẽs hoc eſt, nõ intelligitur vt accidens.

Digitized by Google

2.
Non eſt quæſtio de relatione, vt eſt ad aliud, an ſit perfecta, & perfectio.

Cum ergo quærimus tam de relatione creata, quàm diuina, an ſit formalitèr perfecta & bona; & vtrùm formalis perfectio ſit: non facimus quæſtionem de relatione vt eſt ad aliud; quia ſenſus eius quæſtionis eſt, an ſub ea conſideratione qua ad aliud refertur, ſit perfecta, & perfectio. Nam vt eſt ad aliud non intelligitur exiſtens: exiſtentia enim etiam relationis, eſt abſoluta, & ad ſe. Multò verò minùs eſt perfectio; perfectio enim eſt alicuius ſubiecti: relatio verò vt eſt ad aliud, non eſt alicuius, ſed ad aliud; quia non comparatur cum ſubiecto; ſed cum termino: omnia ergo hæc neganda forent de relatione creata, quæ anteà eſſe vera ſtatuimus, ſi relationem conſideraremus, vt eſt ad aliud. Quæſtio ergo eſt, an relatio realis ſub propria ratione generis, quatenùs relatio eſt; nõ quidèm illo modo intelligendi, vt ad aliud comparatur, ſed abſolutè, ſiue, vt ita dicam, in actu ſignato, vt eſt quædam res ab alijs rebus genere diſtincta, quo pacto eſt accidens in ſubiecto exiſtens, ſit perfecta & bona. Quo eodem ſenſu quærimus de relationibus diuinis, an perfectæ, & bonæ formalitèr ſint ex propria ratione? & ſintnè formales perfectiones perſonarum? Cum enim relatio diuina ſit quædam ratio formalis animo comprehenſa, diſtincta ab eſſentia diuina; de relatione ſic cognita percontamur, ſitnè ex propria ratione perfecta, & non ſolùm propter identitatem cum eſſentia. Nam ſi propter ſolam identitatem relatio eſt perfecta, relatio ipſa non eſt perfecta formalitèr; ſed dicendum erit relationem eſſe eſsẽtiam diuinam formalitèr perfectam, ita vt non relatio, ſed eſſentia formalitèr perfecta dicatur.

Ratio.
Omnis exiſtẽtia eſt abſoluta, & ad ſe.
Omnis perfectio eſt alicuius ſubiecti.

Doctrina c. 9. n. 9. & 10. eſt vera de relatione reali, vt relatio eſt, abſolutè, ſiuè in actu ſignato.

In hoc eodem ſenſu eſt quæſtio pręſens de relationibus diuinis.
Declaratur.

3.
1. partẽ inſcriptionis negãt *Capreol.* *Caiet.* *Scot.* *Durand.* *Richard.*

Ioan. Capreol. in 1. d. 7. q. 1. art. 2. videtur ſentire relationem diuinam non eſſe formalitèr perfectam. Idem opinatus eſt Thom. Caiet. 1. p. q. 28. artic. 2. ad 3. & de ente, & eſſentia cap. 2. & Ioan. Scot. quodlib. 5. longiùs diſſerens, & in 1. d. 8. q. 4. & in 3. d. 1. q. 4. & Durand. in 2. d. 34. q. 1. art. 3. & in 3. d. 1. q. 3. & Richard. d. 27. q. 3. ad 1. Itaque cenſent hi Doctores ſingula attributa perfecta eſſe ex propria ratione, ſicut & infinita; ſapientiam perfectam & infinitam, iuſtitiã perfectam & infinitam: relationes autẽ diuinas non eſſe perfectas & infinitas formalitèr, ſed ſolùm propter identitatem cum eſſentia, quia omnes diuinæ relationes ſunt vna eſſentia perfectiſsima, & infinita: attributa enim omnia cũ ſola ratione diſtinguantur, ſunt res vna infinita; relationes verò cum ſint res diſtinctæ, ſi eſsent formalitèr perfectæ, & infinitæ, eſsent plura perfecta, & plura infinita. Quòd argumentum poſteà expendemus.

Argum.

4.
Hæc ſententia iudicatur improbabilis.

Hæc opinio etiamſi nitatur ſuffragijs illuſtrium Doctorum, minimè tamen placet; ita vt non exiſtimemus veroſimilem: nam perfectum & imperfectum ſunt priuatione oppoſita circa ens; ſicut lucidum & tenebroſum in aere opponuntur, quorum alterum ſubiecto inſit neceſse eſt; ergo relatio diuina, cum ſit ens, vel eſt perfecta, vel imperfecta. Sed impium eſt dicere imperfectam; ergo perfecta abſque dubio dicenda eſt. Confirmatur, quoniam contradicentium altera omninò eſt vera: vel ergo diuinæ relationi, aliquid deeſt perfectionis, & eſt imperfecta; vel nihil deeſt, & perfecta eſt: hæ enim ſunt vulgares definitiones perfecti, & imperfecti.

Ratio.
Perfectum, & imperfectum ſunt priuatione oppoſita circa ens.

Confirm. ex definitionibus perfecti, & imperfecti.

5.
Aduerſantium 1. Reſponſio.

Ad hæc obiecta duo reſponſa ſolent afferri. Alterũ eſt, relationes diuinas eſſe perfectas perfectione tranſcendente, quæ eſt affectio entis, non autem perfectione formali, & ideò negant eſse formalitèr perfectas. Alterũ eſt, quòd relationi diuinæ nulla perfectio conuenit, quia non eſt capax perfectionis: & ideò nihil illi deeſt, quia nihil illi conuenit; & tamen non eſt imperfecta, quia imperfectum aiunt eſse, cui cum perfectio aliqua conueniat, illa deeſt.

2. Reſponſio.

6.
1. Reſpõſionis confutatio, vt cap. 9. n. 4. & 5. & n. 9. vbi probatur relationem creatam eſſe perfectionem formalẽ, ſaltẽ ex parte.

Horum primum iam refutauimus explicãtes perfectionẽ non eſse quid trãſcendens; & id quoque quod eſt clarius, oſtendimus omnẽ perfectionẽ eſse formalẽ: omnia enim entia cohęrent cũ aliqua cõuenientia ſecundũ eſse, vel ſaltẽ in ordine ad aliud. Cum ergo relatio ſit actus, & forma, & conueniens rei in qua eſt; aliquo modo eſt perfectio, vel abſolutè, vel ex parte ſaltẽ, & ſecũdũ aliquid. Et hoc ipſum euidentiùs probatur, relatio enim diuina eſt formalitèr exiſtens; exiſtẽtia enim eſt forma rerum omniũ, & res omnes formalitèr exiſtunt; ergo ipſa relatio eſt formalitèr perfecta. Probatur conſequentia, quoniam exiſtentia eſt maxima perfectio; igitur tametſi relatio diuina nulla eſset perfectio

Item vt n. 10. vbi probatur eandẽ eſſe perfectam.

Relatio diuina eſt formalitèr exiſtens.

(de

Materia quæ nõ eſt perfectio, eſt perfecta per formam.

(de qua re diſputabimus 3. p. huius cap.) A eſt tamen formalitèr perfecta; vt materia quæ non eſt perfectio, eſt perfecta per formam: ergo per incogitantiam negatur diuinas relationes eſſe formalitèr perfectas, ſicut ſunt formalitèr exiſtentes. Alia verò quæſtio eſt, an exiſtãt per ſe ipſas, & ſint per ſe ipſas perfectæ, quod 3. p. cap. etiam tractandum eſt.

7.

2. Reſpõſionis confutatio ex proximè dictis.

Ipſa materia, licèt ſit pura potentia, eſt capax perfectionis, ſc. formæ.

Alterum verò quod aiunt, diuinas relationes non eſſe capaces perfectionis, peræquè abſurdum eſt, cum ſint capaces exiſtentiæ, quæ eſt perfectio formalis. B Ipſa materia prima capax eſt perfectionis, cum ſit pura potentia: actus verò ex genere ſuo perfectior eſt quàm materia; diuina ergo relatio cum ſit actus & forma, perfectior eſt quàm materia, vtpotè capacior perfectionis maximæ, quæ eſt exiſtentia.

8.

Conſectar. Relatio diuina eſt formalitèr perfecta, & formalitèr infinita.

Scotus ait ens duntaxat quantum, ſeu perfectum, diuidi in finitum, & infinitum.

Contra illum probatum eſt omne ens eſſe aliqua ratione perfectum.

Hallucinati ergo ſunt, qui eò quòd crederent relationes diuinas non eſſe perfectiones formales, dixerunt nõ eſſe formalitèr perfectas, neque formalitèr infinitas; Ioãnes enim Scot. quodlib. 5. ſoluens primum argumentum quæſtionis, negat ens diuidi per finitũ & infinitũ; ſed illud ens ait diuidi, quod quantũ eſt: diuiſio enim eſt quãti: ens autẽ quãtum eſt ens perfectum: & cum diuinam C relationem dicat non eſſe perfectam; ait non eſſe infinitam. At verò cum probatũ ſit omne ens eſſe aliqua ratione perfectum, eodem argumento euincimus omne ens eſſe finitum, vel infinitum, eamque eſſe optimam diuiſionem entis, vt poſteà explicabimus.

9.

2. partem inſcriptionis negãt quidam.

Quod verò ſummo opere eſt admirabile, ſunt etiam qui negant diuinas relationes eſſe formalitèr bonas, vt bonum eſt affectio entis; quia bonum quod eſt affectio entis, exiſtimãt idem eſſe quod perfectum. Ideòque negant hanc affectionem entis inueniri in diuinis relationibus formalitèr, quia non ſunt per ſe bonæ, hoc eſt, perfectæ. D

10.

Hæc ſententia improbatur 1. ex cõceſsis per ipſi' auctores.

Iſta opinio quæ ex priori oritur pluribus falſis implexa eſt. Primò, quia perfectum & bonum, quæ confitentur eſſe affectiones entis, à diuinis relationibus ſeiungunt. Deindè, quia nimis temerè negant diuinas relationes eſſe formalitèr bonas; offendit enim pias aures ipſa eloquutio, quòd res aliqua diuina in Deo exiſtens, non ſit formalitèr bona. Cum verò cenſeant bonum & perfectum idẽ

Improbatur 2. vt pias aures offendens.

Improbatur 3. ex 1. p. inſcriptionis.

eſſe, & probatum ſit eas eſſe formalitèr perfectas; bonas quoque eſſe formalitèr confitendum eſt. Sed hoc ipſum iam oſtendimus ex proprijs: bonum enim vt eſt affectio entis, eſt id quod cum diuina voluntate conuenit, vt anteà probatum eſt; ſed diuinæ relationes maximè cum diuina voluntate conueniunt, quia ſunt res dilectæ formalitèr; ergo formalitèr ſunt bonæ. Probatur minor propoſitio, quoniam Pater vult generare, vt omnium ad vnum conſenſus eſt; ergo generatio eſt res volita, & dilecta; ergo & relatio eſt res volita, & dilecta: nam originis, & relationis eadem eſt cauſa; cum neutra in ſuo conceptu formali contineat eſſentiam diuinam, ſed proprietatem relatiuam. Et confirmatur, quoniam relationes creatæ ſunt à Deo volitæ, & dilectæ; multò ergo magis diuinæ relationes ſunt volitæ, & dilectæ. Probatur conſequẽtia, quia relationes creatæ conueniunt quidèm cum voluntate diuina; ſed increatæ relationes ſunt ipſa eſſentia, & ipſa voluntas; & ita conueniunt per identitatem cum voluntate, quod poſteà faciemus euidentius. Denique bonum hac interpretatione, eſt affectio entis; ergo comitatur omne ens, & maximè ens diuinum, qualis eſt diuina relatio.

Improbatur 4. ex proprijs.

Diuina relatio vt & generatio eſt res à diuina voluntate formalitèr volita, & dilecta.

Confirmatur illatione à relationibus creatis.

Relationes diuinę cõueniũt per identitatẽ cum voluntate diuina.

11.

Coroll.

Diuinæ relationes ſunt adorandæ adoratione latriæ.

S. Thom.

Præf. Miſſæ

S. Anaſt.

Ex his conſequitur diuinas relationes eſſe adorandas adoratione latriæ, vt docet S. Thom. diſt. 33. q. 1. art. 1. & probat præfatione Miſſæ, *vt in perſonis proprietas adoretur*: quod etiam firmamus auctoritate S. Anaſt. lib. 1. de rectis fid. dogmat. paucis verbis interceptis, *Nihil* (inquit) *in Trinitate ſeruile eſt; at neq; aſcititium quid, & externũ; non etiã aliquid veneratione indignũ*: quod negare hęreticum eſt: nam res coniũctas Deitati adoramus latriã, vt humanitatẽ Chriſti, & Euchariſtiam, & alia; ergo multò magis adorandę ſunt relationes diuinæ quæ coniunctæ ſunt per identitatem & ſunt ipſa Deitas. Cum ergo aliqui Doctores negant relationes diuinas eſſe adorandas, explicandũ hoc eſt quòd ipſa relatio non ſit ratio adorandi, vt 3. p. cap. dicemus. Sed in eo peccant, quòd præfationem Miſſæ, *vt in perſonis proprietas adoretur*, deflectunt in alium ſenſum; quòd non adorentur proprietates, ſed perſonæ, in quibus ſunt proprietates: minimè enim negandum

Res coniunctę Deitati vt humanitas Chriſti, & Euchariſtia, adorantur latriã.

Molina & alij negant corollar.

Præfationem Miſſæ perperã deflectũt in alium ſenſum.

eſt

Digitized by Google

Sic lapſus *Picus Mir.* Explicantur hi Doctores vt velint quòd ipſa relatio non ſit ratio adorādi, ſeu quòd nō adoretur propter ſe.

eſt, ipſas relationes eſſe res adoratas, etiamſi ratio adorandi ſit eſſentia. Qua quidèm in re lapſus etiam Picus Mirād. vir aliàs accerrimi ingenij. Hi ergo Doctores Catholici interpretādi ſunt, quòd ſentiant relationes diuinas non adorari propter ſe, ſed propter eſſentiam; eſſe tū res adoratione dignas, & latriâ; cū ipſa humanitas in Verbo adoretur latriâ.

SECVNDA PARS.

Refutātur quædam opiniones circa perfectionem relationum diuinarum.

1. PArs ergo affirmans tractanda eſt, vt confiteamur diuinas relationes eſſe perfectas, aut etiam perfectiones eſſe; & ex opiniones quæ in explicandi modo à veritate declinant, refellendæ hìc ſunt.

2. Pro negantibus inſcriptionem 1. partis arg. vt 1.p.n.3.

Pro reſponſ. 1. ſentent. eſt *Fonſeca*, de qua cap. 9. n.2. & 3.

Concedit tres eſſe relatiuas perfectiones trāſcendentes dūtaxàt, quæ cogitatione vnitæ faciant aliquid perfecti' extenſiuè, ſeu numero, non verò intēſiuè, ſeu melius.

Eos qui aſſerunt relationes diuinas eſſe formalitèr perfectas & infinitas, quod & nos ſentimus, illud vrget, premitque argumentum, quòd videantur ponere tres relatiuas perfectiones, relationibus proprias. Quod vt effugiant, quidam aiunt eas eſſe perfectas perfectione tranſcendente, quæ non ſit formalis perfectio: quare ſi tres illæ perfectiones diuinarum relationum ſimul cogitatione iungantur, efficiūnt (inquiūt) aliquid extenſione quidèm perfectius, ſed non intenſione. Nam vt res quæpiā creata ſi Deitati cogitando ſit adiuncta, illud coniunctum ex vtroque fingimus eſſe perfectius extenſione, & quaſi numero; quia ſunt duæ partes perfectæ vnius perfecti: non tamen illud ipſum meditamur vt aliquid intenſione perfectius, hoc eſt, melius, quia Deitate nihil fingitur melius: ita ſanè tres relationes diuinas aiūt eſſe tres perfectiones trāſcendentes, quæ cogitatione copulatæ non afferant intenſionem, ſed extenſionem perfectionis; & huiuſmodi perfectiones poſſe plures in Deo inueniri, quia nihil efficiunt melius, ſed entitate extenſius; eò quòd perfectio tranſcendens, non ſit bonum informans, ſed ſit ipſum ens, cui hoc ſaltèm non deeſt vt ſit ens.

3. Refutatur 1. vt cap. 9. n. 4. & 5. Refutatur 2. vt hìc p.1, n.6.

Hæc opinio quæſtioni non ſatisfacit. Nam præterquā quòd omnis perfectio tranſcendēs eſt formalis, vt docuimus: illi qui hoc modo perfectas relationes ponūt, negant eſſe formalitèr bonas; nā

A bonum eſt quod eſt cōueniens: vbi autē eſt cōuenientia in forma & actu, eſt quoq; formalis perfectio: quòd ſi nō eſt formalis perfectio, neque bonū eſt. Confirmatur, quia ſi in relationibus diuinis eſt ratio boni, & cōuenientis tranſcendentis, nō verò formalis cōparatio neceſſaria eſt vt ſit maius bonū, vel minus bonū; melius enim eſſet id bonū, quod perfectum eſt perfectione formali, quàm id quod perfectum eſt perfectione non formali. Quòd ſi melius, illud ſanè erit perfectius iſto perfecto, etiam quoad perfectionem intēſionis. Quòd ſi perfecta perfectione

Vbi non eſt formalis perfectio, neque bonum eſt. Confirm. Melius eſt atque intenſiuè perfectius id quod perfectione formali quàm quod nō formali perfectum eſt.

B tranſcendēte, minùs perfecta ſunt; erūt quoque inter ſe magis, vel minùs, vel æquè perfecta; ſiquidèm in eis inuenitur comparatio: ergo duo perfecta quacūq; perfectione etiam tranſcendente, efficiunt quid perfectius quoad intenſionē; quod illi effugere conabantur. Denique probatū iam eſt, diuinas relationes eſſe perfectas per exiſtentiā qua formalitèr exiſtunt, quæ abſque dubio eſt formalis perfectio; ergo nō ſola perfectione trāſcendente, ſed formali perfectæ ſunt. In hoc autē apertiſsimè falluntur, quòd arbitrantur in ipſo conceptu rei quæ dicitur perfecta, oportere includi perfectionem qua ea res dicitur perfecta; & quia

Item duo perfecta perfectione ipſa tranſcēdēte perfectiora ſunt intenſiuè, quàm vnū.

Refutatur 3. vt hìc p.1.n.5.

Exiſtentia eſt formalis perfectio.

Obiect. ponēs quòd res non dicitur perfecta, niſi perfectione quę includatur in cōceptu proprio rei.

C in relationibus diuinis non inueniunt perfectionem diſtinctam ab eſſentia diuina, quæ includatur in cōceptu proprio relationis, negant eas eſſe formalitèr perfectas. Hoc autem ſecundum poſtmodùm expēdemus. Sed illud primum falſum eſt, ſcilicèt rem non dici perfectam, niſi perfectione, quæ includatur in conceptu proprio rei; imò materia dicitur perfecta per formam, quæ eſt res diſtincta: & relatio creata per exiſtentiā abſolutam aliquo modo diſtinctam, non

Solutio id negans.

1. inſtantia de materia. 2. de relatione creata.

D ſolo conceptu, ſed re ipſa diſtinctam; & omnis eſſentia creata eſt perfecta per exiſtentiam diſtinctam. Vt ergo diuinæ relationes dicātur formalitèr perfectæ, ſatis eſt quòd exiſtant exiſtentiâ diuinâ abſolutâ, etſi illa non includatur in conceptu proprio relationis.

3. de omni eſſentia creata.

4. 2. ſentent. *Bañes q.28.* 1. eius aſſertū. 2. aſſertum.

Aliorum ergo ſententia eſt, diuinas relationes vt relationes ſunt, eſſe perfectas relatione tranſcendente; ſed vt diuinæ ſunt, perfectas non eſſe. Peius quidèm ab iſtis erratum eſt: nam ſi relatio diuina vt relatio, perfecta eſt; etiam ipſa relatio diuina in ſe ipſa formalitèr perfecta

Improbatio 2. aſſerti.

Digitized by Google

Exemplum.

fecta eſt; nam ſi animal vt animal, eſt sẽſu prædítum, homo quod eſt quoddam animal, formaliter eſt ſenſu præditum; ita vt ſentiendi natura ſit formaliter in homine: cum enim quidpiam de quopiam prędicatur, ſcilicèt per ſe eſſentialitèr, quod conuenit per ſe prædicato, conuenit etiam ſubiecto, iuxta Philoſophum: ſi ergo relatio vt relatio, eſt perfecta; hæc relatio, ſcilicèt diuina, de qua relatio eſſentialiter prædicatur, oportet quoque vt ſit formaliter in ſe ipſa perfecta. Sicut ergo hæc eſt falſa, homo vt homo, non eſt ſenſu præditus; quia omne animal ſenſu viget: ita hæc eſt falſa, relatio diuina vt diuina, non eſt perfecta; quia omnis relatio realis vt ſic, perfecta eſt, quod hi Doctores concedunt. Quòd autẽ relatio diuina ſit perfecta, non formali, ſed tranſcẽdente perfectione, iam improbatum eſt.

Ariſtot. axioma: Cum quidpiam de quopiã, &c.

Si relatio vt relatio, eſt perfecta; hæc relatio, ſcil. diuina, eſt perfecta.

Improbatio 1. aſſerti, vt num. 2.

5.

3. Sent. *Valentiæ.*

Alij verò cenſentes diuinas relationes non ſolùm eſſe perfectas, ſed eſſe perfectiones relatiuas, & proprias perſonis; in ſententiam magis periculoſam prolapſi ſunt; aiunt enim, eò quòd Pater eſt in Filio, & Filius in Patre, & ſingulæ perſonæ diuinæ in ſingulis, Paternitatẽ quoque eſſe in Filio, & filiationẽ in Patre. Ex his verò conſequens effici, vt perfectio relatiua Patris ſit in Filio, & perfectio Filij in Patre; quare neq; perfectionem Patris deeſſe Filio, neque Filij perfectionem deeſſe Patri.

6.

Improbatur 1. hæc ſent. vt diſſentanea fidei.

Hæc ſententia non videtur conſentire cum vera doctrina fidei Chriſtianæ; confundit enim proprietates perſonales, quod euidentèr oſtenditur: nã perfectio relatiua Patris, aut eſt propria, aut communis; non eſt autem communis, quia quod commune eſt, eſt vnum: iſti autem ponunt in Deo tres perfectiones relatiuas. Quòd ſi perfectio relatiua Patris eſt propria; non ita eſt in Filio, vt Filius per illam ſit formalitèr perfectus: ſicut enim Paternitas non eſt in Filio, vt Filius per illãm ſit Pater; ſic perfectio relatiua Patris non ita eſt in Filio, vt per eam Filius ſit formalitèr perfectus. Et confirmatur, quia ſi in duabus perſonis ſunt duæ perfectiones relatiuæ; cum duę ſint, non ſunt idem identitate perfectionis relatiuæ, ſed ſola identitate eſſentię: ergo quod attinet ad perfectiones relatiuas, vna perſona non habet perfectionem alterius; ſicut non habet proprietatem alterius. Præthereà falſum eſt contra veritatem fidei, quòd paternitas ſit in Filio, vt lib. 5. dicemus; paternitas enim ſignificatur vt proprietas, & vt forma: at proprietas vnius perſonæ non eſt in alia; neque forma aliqua eſt niſi in eo quod formâ afficitur. Cum ergo diuinæ perſonæ proprietatibus diſtinguantur, & Filius non afficiatur Paternitate, quia eſſet Pater: ſit vt Paternitas, neq; vt proprietas, neque vt relatio, ſit in Filio. Eſt autem Pater in Filio, quia Pater eſt perſona habens eſſentiam, ratione cuius eſt in Filio: perfectio ergo relatiua Patris nullo modo eſt in Filio. Et hoc in loco congruit illa ſententia Marij Victo. lib. 2. contra Arium. *Pater quo Pater eſt, in Filio eſſe non poteſt.* Denique alia argumenta ſunt probantia relationes diuinas non eſſe perfectiones, quæ hac ratione opinandi non ſoluuntur, vt quòd tres perfectiones relatiuæ ſint tria bona, tria infinita, & cætera quæ ſolent obijci.

Si perfectio relatiua Patris eſt propria, nõ ita eſt in Filio, vt Filius per illã ſit formaliter perfectus.

Confirmatur improbatio. In duabus perſonis ſunt perfectiones relatiuæ duæ; identitas verò eſt in ſola eſsẽtia.

Improbatur 2. Paternitas, vt proprietas, nõ eſt in Filio; vt forma ſimiliter, cum Filius non afficiatur paternitate.

Improbatur 3. vt non reſpon dens ad arg. de quo num. 1.

7.

4. Sententia *Soar. 3. p. q. 3. art. 1. diſp. 2. ſect. 4.*

Alij adhuc ſunt qui docent perfectionem relatiuam Filij eſſe eminentèr in Patre, & perfectionem relatiuã Patris eſſe eminentèr in Filio; & ita eſſe illos perfectionibus relatiuis pares. Sed ſanè multùm hoc abhorret à recta philoſophandi ratione: quæ enim ſunt formalitèr in Deo, ſunt etiam eminentèr, hoc eſt, excellenti quodam, & arcano modo: quæ verò ita ſunt eminentèr in Deo, vt non ſint formalitèr, ſunt in Deo, vt in cauſa, & in virtute; eò quòd ea res ſit imperfecta, & non digna, quæ ſit formaliter in Deo; & loco illius rei imperfectæ ponimus in Deo aliquid eminentius. Perfectio igitur relatiua Filij cum imperfecta non ſit, neque in Patre virtute contineatur (neque enim eſt effectus qui in virtute cauſæ contineatur, vt lib. 2. docuimus) aut ſanè nullo modo eſt in Patre; aut non eſt eminenter duntaxat in illo, ſed etiam formaliter quod eſt falſum. Quòd ſi dicas filiationem eſſe eminenter in Patre, vt in principio: hoc profectò ſatis nouum eſt, & inauditũ, quòd Filius prout eſt in Patre per originem vt in principio, ſit in illo eminenter: nã eſſe in principio eminenter, eſt contineri in eius virtute in potentia; & hoc propriũ eſt entis in potentia, quod eſt creatura. Vnde nonnulli repugnarunt S. Thomæ aſſerenti Filium eſſe in Patre vt in principio, arbitrati S. Doctorem cõſtituere

Improbatur 1. vt abhorrens à Philoſophia.

Quæ ita ſunt eminenter in Deo, vt nõ ſint etiam formaliter, sũt in Deo vt in cauſa, & in virtute.

Reſponſ.

Refellitur 1. vt noua.

Filiationẽ eſſe in Patre eminenter vt in principio, eſt contineri in eius virtute in potentia.

Digitized by Google

ſtituere Filium in potentia Patris contentum eminentèr, quaſi ens in potentia, & creatum, vt lib. 5. dicemus. Verùm ad hæc quoque quicquid reſpondeas; de perfectione relatiua Patris, quærimus, an ſit illa quoque in Filio? non enim poteſt eſſe in Filio, vt in principio; cum Filius non ſit principium Patris: non ergo eſt perfectio vnius perſonæ in alia eminenter; ſed vel non eſt in alia, vel eſt formaliter in alia; quod iam cõfutatum eſt.

Improbatur 2. efficacius. Saltem Paternitas non eſt dicenda eſſe in Filio, vt in principio.

Denique iſta opinio non euitat alia argumenta; cum permittat eſſe perfectiones tres: poſteà enim commonſtraturi ſumus non eſſe tres perfectiones relatiuas numero diſtinctas in Deo; quare opus non eſt fingere, quòd perfectio relatiua Filij ſit eminentèr in Patre, neque illi explicant quid ſit iſtud eſſe eminenter.

Improbatur 3. vt n. 5. in fine.

8. 5. Sententia deterior.

Cano apud Bann. Gabriel

Refutabitur p. 3. 10. & 14.

Deterior eſt eorum opinio, qui facilè dant eſſe tres perfectiones relatiuas infinitas, & ſingulas eſſe ſingulis perſonis proprias. Quæ fuit opinio Magiſtri Melchioris Cano, vt refert Dominicus Banhes; & illa antiquiùs inuenitur apud Gabrielem in 1. d. 7. q. 3. art. 3. Sed hæc exiſtimatio refutanda eſt ad finem huius capitis, vbi probandum erit, nullam in Deo eſſe perfectionem relatiuam; ſed vnam duntaxat abſolutam.

TERTIA PARS.

Relatio diuina eſt formalis perfectio diuinæ perſonæ.

1. Ratio dubitãdi eſt 2. pars 3. ſent. traditę cap. 28. n. 5.

IN hac quæſtione tractanda, illud nobis difficultatem faceſſit, quod anteà docuimus, relationem diuinam in ſuo conceptu formali non includere eſſentiam: cum enim decernendum ſit perfectionem omnẽ diuinæ relationis eſſe abſolutam, quæ eſt diuina eſſentia; id maximè eſt explicandum, quo pacto relatio ſit extra conceptum eſſentiæ, & eſſentia ſit eius perfectio.

2. Aduert. Paternitas vt eſt nomen abſtractum perſonæ Patris, eſſentiam, & relationẽ ſimul ſignificat.

Notandum eſt autem quòd paternitas tribus modis poteſt conſiderari: primò vt ſit nomen abſtractũ perſonæ Patris, ſicut Petritas eſt nomen ductum à Petro; qua ſignificatione paternitas eſſentiam, & relationem ſimul ſignificat. Secundò, poteſt conſiderari vt eſt proprietas perſonę. Tertiò, vt eſt relatio, nihil de proprietate cogitãdo. Primo igi-

A tur modo verum eſt paternitatem eſſe perfectam, & eſſe formalem perfectionem perſonę, quia eſt relatio, & eſſentia ſimùl. At verò de relationibus ſumptis ſecundo, & tertio modo vt ſunt proprietates, & relationes ab eſſentia cogitatione abſtractæ, vtrumne ſint perfectæ, & ſint ipſæ perfectiones formales, vidẽdum eſt.

Quæſtio eſt de relatione vt eſt proprietas, & vt eſt relatio.

5. 1. Certũ: Relatio diuina eſt formaliter perfecta.

Probatur ratione de exiſtẽtia eſſentiali, vt p. 1. n. 6.

Ad obiectionẽ de qua p. 2. n. 3. Inſtantia: Homo formalitèr, & abſolutè eſt perfectus per ſapiẽtiam, quæ eſt extra eius eſſentiã.

Quòd igitur relatio diuina ſit formaliter perfecta, nullum eſt dubium. Probatur argumento anteà inducto, quoniam eſt formaliter exiſtens ipſâ exiſtẽtiâ diuinâ eſſentiali, vt lib. 4. dicemus; exiſtentia autem diuina eſſentialis eſt infinita perfectio; ergo relatio eſt formaliter perfecta. B Aduertẽdum enim eſt, quòd vt aliquid ſit formaliter, & abſolutè perfectum, non eſt neceſſe quòd ſit per eſſentiam perfectum: homo enim formaliter, & abſolutè eſt perfectus per ſapientiam, quę eſt extra eſſentiam eius: ergo licèt exiſtentia diuina eſſentialis, & abſoluta ſit extra cõceptum relationis; nihilominùs cum relatio per illam formaliter exiſtat, per illam formaliter eſt perfecta, & bona: & ſicut vir ſapiens eſt perfectus, propter ſapientiam, quæ eſt extra eius eſſentiam; ita relatio diuina eſt bona, & diligibilis propter exiſtentiam C eſſentialem quæ ei formalitèr conuenit, & eſt infinita eius perfectio; licèt exiſtentia illa ſit extra conceptum relationis. Et eadem ratione negari nõ poteſt, quin relatio diuina ſit etiam formaliter infinita; cum habeat eſſe infinitum eſſentiale, & abſolutum. Itaque in diuina relatione ratio perfecti, & boni, & infiniti eſt eſſe diuinum eſſentiale: ipſa verò relatio non eſt ratio perfecti, aut boni, aut infiniti; quia eſſent tres rationes perfecti, & boni, & infiniti; & tria perfecta, bona, & infinita, quod nullo modo permittendum eſt. Sed tamen cum diuina relatio habeat formaliter hoc eſſe D diuinum, quod eſt ratio perfecti, & boni, & infiniti, euidentèr colligitur vt ſit ipſa per hoc eſſe diuinũ formaliter perfecta, bona, & infinita; quo tandem cõficitur, vt ſit ipſa per ſe adoratione digniſsima, vtpotè infinitè perfecta; non ſolùm propter identitatem, ſed propter ſuum eſſe formale, quod eſt diuinum eſſe. Similitèr relatio diuina quatenus noſtro modo intelligendi, abſolutoque cõceptu, antecedit originem vt forma hy-

2. Certũ: Relatio diuina eſt formaliter infinita.

Probatur 1. eadem ratione de exiſtentia eſſentiali.

Diuina relatio eſt formalitèr perfecta, bona, & infinita, nõ ſolum propter identitatẽ, ſed propter ſuũ eſſe formale, quod eſt eſſe diuinũ eſſentiale.

poſtatica

Digitized by Google

poſtatica; adhuc intelligitur ſuo modo vt ens habens exiſtẽtiam; & ratione eadem intelligitur perfecta, & bona: & origo diuina ſimiliter cum ſit ens exiſtens, ex propria natura ſua eſt perfecta, & bona.

4.
Probatur 2. ratione ſpeciali: Generatio Verbi eſt incõprehenſibilis.
Iſaiæ 53.

Quòd autem diuina relatio ſit infinita, probatur ſpeciatim, quia generatio Verbi dicitur à Patribus incomprehenſibilis; & ita explicant locum Iſaiæ 53. *Generationem eius quis enarrabit?* ergo eſt formaliter infinita. Nec ſoluitur argumentum, ſi dicas relationem non poſſe comprehendi, niſi comprehendamus fundamentum, & ita generationem eſſe incomprehenſibilem, non formaliter, ſed quia eſſentia, quæ ponitur fundamẽtum iſtius rationis, comprehẽdi nequit.

1. Reſponſio, negãs eſſe incomprehẽſibilẽ formaliter.

Confutatur. Comprehẽſio, 1. pro cognitione quidditatiua.

Hæc, inquam, reſponſio nulla eſt; oportet enim aduertere, quòd res dicitur cõprehendi duobus modis; vel quia quidditatiuè cognoſcitur, quo pacto intuentes diuinam eſſentiam quę eſt ipſa quidditas, cõprehendunt illam: vel alio modo dicitur comprehendi, quod cognoſcitur ita perfectè ſicuti eſt; & hoc pacto eſt Deus incomprehenſibilis ab intellectu creato etiam vidente diuinam eſſentiam; quia nunquam coęquatur rei cognitæ, ipſa perfectione cognoſcendi: ergo ſi relatio diuina non eſt incomprehẽſibilis in ſe ipſa iſto ſecundo modo, qui eſt proprius rei infinitæ; cognitâ eſſentiâ quidditatiuè à beatis, cognoſcitur diuina relatio quantùm cognoſcibilis eſt, ita vt exęquetur perfectio cognitionis rei cognitæ: & non eſt ipſa relatio diuina incomprehenſibilis; ſed comprehenditur à beatis, quantùm comprehenſibilis eſt: nam ad comprehendendam relationem ſatis eſt, quòd fundamentum cognoſcatur quidditatiuè; niſi ipſa formaliter ſit incomprehenſibilis.

2. pro exęquãte rem cognitam ſua perfectione.

Ad relationem comprehendẽdã 2. modo ſatis eſt quòd fũdamentũ cognoſcatur quidditatiuè, niſi ipſa formaliter ſit incomprehenſibilis.

2. Reſponſio id concedens, iuxta doctrinã *Scoti*.

Hoc autem dictum pro Scoto improbabile eſt; id enim quod non eſt infinitum, nihil prohibet comprehendi; niſi non ſit etiam intelligibile: nam ſi intelligibile eſt, hoc ipſo quòd non eſt infinitum, non excedit cognitionis modum; ergo poteſt cõprehendi. Fabula enim eſt eſſe rem quãpiam incomprehenſibilem, non quia infinita eſt; ſed quia neque eſt etiam finita.

Refutatur vt improbabilis.
Fabula eſt rẽ eſſe incõprehẽſibilẽ, nõ quia infinita eſt, ſed quia neque eſt etiam finita.

5.
Proponitur doctrina *Scoti*, ſc. qđ ens diuiditur, &c. vt p. 1. n. 8.

Sed hoc ipſum etiam agamus cum Ioanne Scoto, qui negat conſtantèr relationes diuinas eſſe infinitas: negat etiam quodlib. 5. ens diuidi per finitũ, & infinitũ; ſed diuidi ait ens in id quod eſt quantum, & quod non eſt quantum: ens verò quantum diuidi in ens finitum, & infinitum; ens autem quantum dicit ens perfectum; quia ſicut in rebus materia conſtantibus, quantitas eſt menſura, ita & in entibus perfectio eſt menſura. Entia ergo quæ non ſunt ex propria ratione perfecta, neque quanta ſunt, neque finita, aut infinita. Scoto comes eſt in hac ſententia quidam Antonius Trombeta in ſua Metaph. q. 1. vnde colligunt relationes diuinas non eſſe finitas, aut infinitas; quia non ſunt quantæ: quantas autem non eſſe, quia non ſunt ex propria ratione perfectæ.

Trombeta. Item quòd relationes diuinæ non ſunt quãtę, ſeu perfectæ; ac proinde neq; finitæ, neq; infinitæ.

6.
Huius doctrinæ fundamentum, quod dictum eſt, vbi ſupra num. 3.

Sed Ioann. Scotus hac in re videtur eodem falli errore, quo cæteri negantes relationes diuinas eſſe perfectas; quia ſcilicèt non inuenientes perfectionem relatiuam, incluſam in cõceptu relationis diuinæ, iudicant relationes non eſſe perfectas; cum tamen non ſit neceſſe vt perfectio qua res perfecta dicitur, includatur in conceptu ipſius rei. Similiter etſi perfectio cuiuſque rei ſit menſura eius; ad hoc tamen vt res ſit perfectione quãta, minimè neceſſariũ eſt vt ipſa perfectio claudatur in intelligentia rei, quæ dicitur quãta, ſicut enim corpus eſt quãtum per quantitatẽ diſtinctã; ita res omnes ſunt quantæ quantitate perfectionis per exiſtẽtiam, quæ eſt perfectio cuiuſq; rei. Quapropter omnis res ſiue creata, ſiue increata eſt perfecta, & quãta; ex quo cõſequitur vt ſit finita, aut infinita. Igitur iiſdẽ argumentis quib' comprobatũ eſt, relationes diuinas eſſe perfectas, ſcilicèt per exiſtentiam diuinam abſolutã; conuincimus eas eſſe infinitas, vtpotè exiſtentiâ diuinâ perfectas.

Hoc fundamẽtũ cõuellitur.

Corpus eſt quãtum per quantitatem modis diſtinctam.

7.
1. Dubium.

Duo tamen concurrunt hoc loco diſputanda. Alterum eſt, an relatio diuina ſit per ſe ipſam perfecta, & bona? Reſpondendum eſt duplicem intelligẽtiam eſſe iſtius quæſtionis. Prima eſt, an relatio per ſe ipſam, hoc eſt, ex propria ratione ſit perfecta, & bona: & ita affirmãdum eſt; relatio enim diuina ex propria ratione eſt exiſtens per diuinũ eſſe, quæ eſt ſumma infinitaque perfectio, vt hactenus diſputauimus. Alio modo quæſtio hæc explicatur, vtrum ſit per ſe ipſum perfecta; ita vt ipſa ſit ſua perfectio, ſicut Deus eſt per ſe ipſum bonus, quia ipſe eſt ſua bonitas. Et hęc quæſtio incidit

Reſponſ.

Relatio diuina per ſe ipsã, hoc eſt, ex propria ratione eſt perfecta, & bona.

Vtrum ſit etiã perfectio, tamdiũ tractabitur.

Digitized by Google

dit in aliam iam tractandam, vtrum relatio diuina ſit non ſolùm perfecta, ſed formalis perfectio?

8.
2. Dubium.

Alterum eſt dubium, ſitne relatio diuina formaliter adoranda? Nam res formaliter adoranda, eſt natura rationalis, vel habens naturam rationalem; ſed relatio ſub hac notione relationis, neque eſt natura, neque habens naturam rationalem; relatio enim non eſt ſapiens, non miſericors, non domina: ergo non eſt formaliter adoranda.

Ratio dubit.

Reſponſ. Relatio diuina eſt formaliter res adoranda.

Argumentum hoc eſt futile, & ridiculum; aduertendum enim eſt, quòd relatio diuina eſt ipſa perſona diuina habens naturam rationalẽ: adoratio autem non terminatur ad notionem, & conceptum mentis, ſed ad rẽ ipſam, quæ eſt in conceptu: quamuis ergo ſub hoc conceptu relationis, non cõplectar explicitè diuinam perſonam; & ſub hoc conceptu diuinæ exiſtentiæ, nõ cogitem expreſſè diuinam ſapientiam; & propter modum intelligendi neganda ſit hæc propoſitio, Relatio eſt ſapiẽs, quia relatio non ſignificatur vt perſona: hæc verò cõcedatur, Relatio eſt exiſtẽs, quia relatio conuenit rei cuicunque: verùmtamen cũ in ipſis conceptibus confuſis, deliteat ſub relatione perſonæ, & ſub exiſtentia diuina, ipſa ſapientia, & omnis diuina perfectio; adoratio quæ refertur ad res ipſas, deferenda eſt diuinæ relationi, quouis conceptu, ſiue notione explicetur. Ita vt nulla res diuina menti occurrat, quæ non ſit adoranda non ſolùm propter idẽtitatem, ſed quia per ſe eſt formaliter infinita. In qua infinitudine, etiamſi in relatione concipiã ſolam infinitudinem exiſtentiæ, continetur omnis diuina perfectio. Quare maximè admirãdum eſt quòd vllus hominũ neget diuinas relationes eſſe formaliter adorandas: adoratur enim in Patre paternitas, & in Filio filiatio. Itaque in eodem ſenſu quo eſt adoranda diuina iuſtitia, quæ formali prædicatione, ſiue loquutione non eſt natura rationalis, ſed eſt habentis naturã; ita quoq; eſt adoranda diuina relatio. Et ad hoc etiam valet quod Catholicè docet Victor Epiſcopus ad Hunericum: *Dum* (inquit) *adoramus Patrem, credimus nos & Filium, & Spiritum Sanctum adorare*: Non quia confundamus perſonas, ſed quia in ipſa deitate Patris, Filium, & Spiritum Sanctum veneramur. Quare

Ad rationem dub. futilem. Adoratio refertur ad res ipſas.

Propter modũ intelligẽdi negatur hęc, Relatio eſt ſapiẽs. At nõ hęc, Relatio eſt exiſtens.

In cõceptibus cõfuſis relationis, & exiſtẽtiæ diuinæ, delitet omnis diuina perfectio.

Quęuis res diuina adoranda eſt ob rationes traditas nu. 3.

Sic adoratur diuina iuſtitia quę formali loquutione non eſt natura rationalis.

Victor Epiſ.

A & D. Ruſticus Card. contra Acephalos rectè negat eſſe tres culturas, aut tres adorationes Trinitatis, eò quòd Trinitas coadoretur ſimùl cum deitate.

D. Ruſt. Car. negat tres culturas Trinitatis.

9.
Hæreticũ eſſet negare diuinas relationes ſaltèm coadorari, vt p. 1. n.

Et obſeruandum eſt quod prima parte huius capitis docuimus, hæreticum eſſe adorationem latriæ denegare diuinis relationibus, eo ſaltem modo quo humanitas coniuncta Verbo adoratur latriâ; quod Theologi dicunt coadorari, ſiue ſimul adorari. Hîc modò decernimus relationes diuinas eſſe res non ſolùm coadorandas, vt humanitas Chriſti, aut imago; ſed eſſe per ſe ipſas adorandas, B tum propter idẽtitatem cum eſſentia, quia adoratio fertur non ad conceptus noſtros, ſed ad res ipſas conceptibus expreſſas; & idcircò adorantes Paternitatem, adoramus eſſentiam: tum etiã quia ipſæ relationes ſunt infinitè perfectæ; & ita illis debita eſt adoratio latrię. Quòd autem diuinæ relationes non ſolùm coadorandæ, ſed ſic etiam adorandæ ſint, quamuis non ſit decretum ſtatuto Eccleſiæ, eſt tamen fidei, Catholicæ conſonum, vt rationes inductæ perſuadent.

Hîc decernitur vt conſonum fidei, eas eſſe per ſe ipſas adorandas, ob rationes traditas num. 3.

10.
1. Cõcluſionis 1. pars: In ſenſu formali, atque adeò abſolutè, non ſunt in Deo tres perfectiones, aut bonitates, aut infinitudines, iuxta fidem ſymboli *S. Athanaſ.*

Illud ergo tractandum iam eſt, An relatio diuina non ſolùm ſit perfecta, ſed C ipſa quoque ſit perfectio formalis? Conſtituendumque nobis primùm eſt, non eſſe in Deo tres perfectiones, ſiue tres bonitates, ſiue tres infinitudines, iuxta fidem ſymboli. *Non tres immenſi, ſed vnus immenſus.* Vbi nomẽ ſubſtantiuũ, Immenſus, ſignificat non eſſe tria immenſa, ſiue tres immenſitates: & eadem ratio perſuadet quòd non ſint tres perfectiones, ſiue tres bonitates. Probatur inquirendo ſtatim, an iſtæ tres infinitates, perfectiones, & bonitates, ſint primæ, an ſecundæ? Si primæ, tres ſunt deitates; D primum enim bonum, primũ perfectum, primum infinitum eſt ipſa deitas. Si verò hæc ſecunda ſunt; non ſunt ergo increata: quod enim ſecundum eſt, minus eſt primo; quod autem minus eſt Deo, Deus non eſt, vt ait S. Proſperus ſentent. 55. Quòd autem Deus non eſt, creatura eſt; deinde probatur argumento S. Auguſtini lib. 8. de Trinit. cap. 1. & 2. Aſſumit enim hoc pronunciatum, quòd id quod non eſt verius, non eſt melius: tres autem perſonæ diuinæ non excedunt perſonam vnam veritate; ergo neque bonitate. Si mile argumentũ conficio,

Probatur 1.

Si tres perfectiones ſunt primæ, ſunt tres deitates.

Secũdum minus eſt primo.

S. Proſper.

Probatur 2. argumento *ex S. Auguſt.*

Tres perſonæ vt nõ ſunt veriores, aut meliores quã vna, ita non habent

Digitized by Google

plures veritates, aut bonitates, quàm vna.

ficio; nam tria vera ſunt vera tribus veritatibus, ſicut tria bona tribus bonitatibus; ergo ſunt in Deo tres veritates, tres bonitates. Credẽdum autem Chriſtiano viro eſt, in Deo vnam eſſe veritatem primam, vnam bonitatem ſummã; non tres veritates aut bonitates. Itaque adiectiuo nomine tres ſunt boni, tres perfecti, tres infiniti, eadem perfectione, bonitate, & infinitate, quæ eſſentia eſt perfecta, bona, & infinita. Quòd ſi ipſa relatio eſſet perfectio relatiua, & eſſent perfectiones tres; proculdubio nomine ſubſtantiuo tria eſſent bona, tria perfecta, tria infinita, contra illud Symboli, *Vnus immenſus*: ſcil. vnus infinitus. Quod argumẽtum non ſolùm fidem facit, & maximè probabilem ſententiam; ſed omninò videtur euincere id quod probare volumus, ſcilicèt non eſſe in Deo tres perfectiones etiam relatiuas.

Sunt tres perfecti adiectiuè, non tria perfecta ſubſtatiuè.

Symbolum S. *Athan.*

Probatur 3. alio argum. *S. Auguſt.*

Tres perfectiones formales, aut ſimplicitèr conficiũt aliquid etiam intenſiuè perfectius, quàm vna.

Hoc ipſum probatur alio argumento S. Auguſtini 6. de Trinit. cap. 7. Quoniam ſi eſſent perfectiones tres relatiuæ, tres illæ ſimùl cogitatione copulatæ conficerent maiorem perfectionem, quàm ſingulæ, intenſione, inquam, maiorem; cum eæ perfectiones non dicantur tranſcendentes, ſed formales; & à nonnullis dicãtur perfectiones ſimpliciter. Duæ autem perfectiones ſimpliciter, conficiunt aliquid perfectius, quàm vna. Quòd ſi totum hoc concedatur; conſequens eſt vt nulla perſona ſeparatim ſit perfectiſſima; illud enim perfectius cogitatur quod tribus illis perfectionibus conſtaret, quę tres perfectiones non inueniuntur in ſingulis. Itaque illud perfectiſſimum neque eſſet in Patre, neq; in Filio, neque in Spiritu Sancto ſingulatim, ſed ſolùm in tribus ſimul: non ergo Pater perfectiſſimus eſſet, neque Filius, ſed Trinitas eſt illud perfectiſſimum. Quare perfectiſſimum, & optimũ non eſſet res vna, ſed res tres; quæ omnia manifeſtis erroribus plena ſunt. Idem aliqui probant, quia Pater, & Filius eſſent perfectiores Spiritu Sancto, quia habent duas perfectiones ſinguli, ſcilicèt relationes duas, alteram propriam, alteram communem, quæ eſt ſpiratio. Quòd ſi reſpondeas re ipſa non eſſe in Patre relationes duas, ſed vnam explicatã duobus conceptibus. Adhuc habet hoc argumentum vim ſuam, & virtutem; quoniàm eò quòd attributa ſunt perfectiones eſſentiæ, quamuis ſint res vna, ſi in vna perſona eſſent plura attributa, quã in alia, ea perſona eſſet perfectior; ergo ſi relatio eſt perfectio relatiua, ea perſona erit perfectior, quæ habuerit plures relationes, etiamſi plures illæ relationes ſint res vna.

Probatur 4.

Reſponſio.

Inſtatur exemplo attributorum, quamuis ſint res vna.

11\. Probatur 5. validiſsimè.

Eadem ſententia comprobatur tertio illo argumento, ſed validiſsimo: quia ſi ſunt perfectiones tres relatiuæ, aliqua perfectio eſt in vna perſona, quæ non eſt in alia: paternitas enim eſt quædam perfectio; & paternitas non eſt in Filio: ergo aliqua perfectio eſt in Patre, quæ non eſt in Filio. Quòd ſi aliqua perfectio eſt in Patre, quæ non eſt in Filio; degenerat certè Filius à perfectione Patris, quod eſt hæreticum: & ſimiliter probatur q̃d Pater non eſt omni perfectione perfectus, ſed diminutè perfectus, quia eſt aliqua perfectio in Filio, quæ non eſt in Patre.

Ex oppoſito cõſequitur aliquã perfectionẽ eſſe in vna perſona, quæ non ſit in alia.

12\. 1. Reſponſio negãs conſeq. *Bannes. Cumel.*

Quidam negant iſtam conſequentiã, Paternitas eſt quædam perfectio in Patre; & ea non eſt in Filio; ergo aliqua perfectio eſt in Patre, quæ non eſt in Filio. Et rectè quidem negant, ſi crederẽt Paternitatem eſſe perfectionem abſolutã, vt S. Thom. docet; quia mutatur ad aliquid in quid, vt S. Thomas reſpondet; ſed cum exiſtiment relationes eſſe perfectiones relatiuas proprias, & diſtinctas; nulla eſt reſponſio. Iterum cum dicãt eſſe perfectiones perſonales, & tres; perſonas ipſas neceſſariò confundunt, ſi perfectio relatiua vnius perſonæ eſt in alia, vt anteà arguebam: maximè, quia hæ perfectiones, ſi perſonales ſunt, incommunicabiles ſunt, ita vt vna non ſit in alia; quod eſt argumentum euidentiſſimum.

Approbatur ponẽdo paternitatẽ eſſe perfectionem abſolutam, cum *S. Thom.*

At ponẽdo cũ illis eſſe relatiuam, Improbatur 1. Secundo.

Tertiò euidentèr.

13\. 2. Reſponſ. *Argent.* Improbatur vt præcedens.

Thom. Argent. in 1. d. 4. q. 1. art. 1. reſpondet quòd eadem perfectio, quæ eſt in Patre paternitas, eſt in Filio filiatio. Sed cum arbitretur eſſe perfectiones relatiuas, iiſdem argumentis premitur. Sed alius excogitatur reſpondẽdi modus, ſcilicèt quòd Paternitatis perfectio, quæ eſt in Patre formaliter, eſt in Filio eminentèr. Hoc tamen reſponſum futile eſt, quod iam anteà repulimus: tum maximè, quia iſthæc euaſio vni ſoli argumento fugiendo viam munit, & aperit: ſed ſunt alia non minùs efficacia, ſcilicèt quòd ponant tres perfectiones infinitas, quod eſt ponere deitates

3\. Reſponſ.

Refutatur 1. vt p. 2. n. 7. Refutatur 2.

Digitized by Google

4. Reſponſ. tates tres. Alij concedunt perfectionē aliquam eſſe in Patre quæ non ſit in Filio, quia in Filio eſt aliqua perfectio illi alteri æqualis: quæ reſponſio capite ſequenti expendenda erit.

Expendetur cap. ſequenti.

14.

1. Cōcluſionis 2. pars.

In Deo nulla eſt perfectio relatiua, & propria relationis, ſeu per eā addita.

Sed probatur adhuc, nullam eſſe perfectionem relatiuam, & propriam; quoniam ſequitur Patrem eſſe perfectiorē ipſa deitate, quod eſt incredibile. Deitas enim eſt qua nihil melius cogitari poteſt. Conſequentia probatur, quoniā Deitas ſicut non eſt res relata, ita non eſt perfecta relatiua perfectione, qua Pater perfectus dicitur; ergo Pater perfectior eſt Deitate; ſiquidèm eſt perfectus omni perfectione deitatis, & adhuc eſt perfectus aliqua perfectione relatiua, qua Deitas perfecta non eſt. Et confirmatur, quoniam relatio aduenit eſſentię diuinę noſtro modo intelligendi; ergo perfectio relatiua etiam ei aduenit: ergo in tota perfectione eſſentiæ non continetur formaliter perfectio relatiua, quæ eſſentiæ iam perfectæ aduenit; ergo in Patre conſideramus aliquam perfectionem formalem extra conceptum eſſentiæ: non eſt igitur eſſentia tota perfectio Patris, ſed eſſentia, & relatio ſimùl; ergo perfectior eſt Pater quàm eſsētia eſt. Et hæc eſt euidens demonſtratio.

Deitas vt non eſt res relata, ita non eſt perfecta relatiua illa perfectione: Pater autē non eſt perfectior Deitate.

Confirm.

Ea relatiua perfectio aduenit eſſentiæ iam perfectæ.

Euidens demōſtratio.

15.

Probant 2. alij.

Inter perfectiones ſimpliciter non eſt oppoſitio.

Idem probant alij eò quòd diuinæ relationes ſunt oppoſitæ: perfectiones autem ſimplicitèr non ſunt oppoſitæ; imò ſimul omnes poſſunt inueniri, cū ſimul non repugnent; quæ enim repugnat alteri, non eſt ſimpliciter perfectio: ergo relationes diuinæ non ſunt perfectiones ſimpliciter. Sed nulla eſt perfectio in Deo, quæ non ſit perfectio ſimpliciter; ergo relationes diuinæ non ſunt relatiuę perfectiones. Hoc tamen argumentum poſt hæc tractabimus.

Eiuſmodi ſunt omnes in Deo.

16.

Probatur 3.

Sed probatur hoc ipſum aſſertum noſtrum alio argumento: Omnis quippe perfectio, perficit ſubiectum ſecundum exiſtentiam; ipſa enim exiſtentia eſt vltima perfectio cuiuſcūque perfectionis: ſed in diuinis relationibus nō ſunt multæ exiſtentiæ; ergo neque multæ perfectiones relatiuæ. Cuius argumenti efficacia ſtatim erit declaranda.

In diuinis relationibus nō ſunt multæ exiſtentię.

17.

Probatur 4.

Plura infinita eiuſdem rationis, neque intelligi quidē poſſunt.

Denique plures perfectiones relatiuæ, cum non ſint finitæ menſuræ in Deo, erunt infinitæ; plura autem infinita eiuſdem rationis neq; intelligi quidem poſſunt. Quod probatur quidem à S. Thoma eleganti ratione: nam infinito nihil addi poteſt in eodem genere quo infinitum eſt; verbi gratia, infinitæ quantitati non poteſt addi quantitas, benè tamen poteſt illi addi albedo: ſi verò eſſent plura infinita eiuſdem rationis, neceſſe eſſet fingere animo quoddam infinitum commune continens plura infinita; & illa plura adderēt ad illud commune differentias particulares quæ pertinent ad idem genus infiniti; ergo illæ differentiæ adderentur infinito, quod eſt impoſſibile.

Ratio elegans *S. Thomæ*.

Si ea infinita darentur, differentię particulares, adderentur infinito cōmuni.

18.

Hoc autem argumentum probat non poſſe intelligi plures eſſentias infinitas, neque plures quantitates, aut albedines infinitas, neque plures relationes infinitè perfectas ſe ipſis, ſcilicet relatiuis perfectionibus, quæ pertineant ad ipſū genus relationis. Benè tamen plures diuinæ relationes poſſunt eſſe infinitę perfectione eſſentiali abſoluta; ita vt neq; ſint perfectiones plures, neque infinitates plures, ſed eadem perfectione, & infinitate ſint plures relationes illæ perfectæ, & infinitæ. Et eadem ratione probatur, quòd perſonæ diuinæ non ſint infinitæ pluribus infinitatibus, ſed eadem infinitate eſſentiæ, vt lib. 1. docuimus.

Hoc arg. probat relationes, & etiam perſonas diuinas nō eſſe perfectas, aut infinitas pluribus relatiuis perfectionibus, aut infinitatibus.

Sunt perfectæ eadē eſſentiali perfectione, & infinitate.

19.

Coroll.

Conſtitutum ergo ſit relationem diuinam non eſſe perfectionem adiectam eſſentialibus perfectionibus; ita vt præter perfectiones diuinæ eſſentiæ, quæ ſunt vna perfectio abſoluta, non numeremus perfectiones relatiuas tres inter ſe diſtinctas. Quare neque ipſæ relationes ſunt perfectæ ſe ipſis, hoc eſt, relatiuis perfectionibus proprijs, & diſtinctis; ſed ſunt perfectæ perfectione eſſentiali, & abſoluta; quia ſunt perfectæ per diuinam eſſentiam abſolutam, quæ eſt vna, & eadem in relationibus tribus, vt lib. 4. docebimus.

Ipſę relationes non ſunt perfectæ ſe ipſis, hoc eſt, relatiuis perfectionibus proprijs, & diſtinctis.

20.

De 2. concl. initi aſſerta.

Sed adhuc ſubtiliùs indagandum eſt, vtrum relatio diuina quę non eſt perfectio addita eſſentialibus perfectionibus, ſit tamen formalis perfectio eius perſonæ, quæ refertur: ex ijs enim quæ dicta ſunt videtur colligi, relationem diuinā non eſſe perfectionem formalem, neque eſſentię, neq; perſonæ. Cum enim relatio diſtinguatur ab eſsētia ratione formali; relatio vt ſic, vel perfectio non eſt, vel eſt perfectio diſtincta ab eſsētia, noſtro modo intelligendi; ſicut perfectionē ſapiētię à perfectione iuſtitię diſtinguim⁹.

Ratio dubit. ſimilis obiectioni, de qua p. 1. num. 3.

Nihilominùs

Digitized by Google

21.
2. Concl.
Relatio diuina eſt formalis perfectio perſonæ diuinæ, nō ſolùm ob idẽtitatẽ cum eſſentia, ſed ex propria ratione formali.
Vtraque concluſione vtriuſq. partis diſſidiū tollitur.

Nihilominùs arbitramur, relationem diuinam, etſi non ſit perfectio addita eſſentiali perfectioni, eſſe tamen perfectionem formalem, imò & perfectionẽ ſimpliciter eius perſonæ in qua eſt; non ſolùm propter identitatem, quia relatio eſt ipſa eſſentia quæ eſt perfectio ſūma; ſed ex propria ratione relationis diuinę, aimus eā relationẽ eſſe formalẽ perfectionẽ. Qua quidẽ opinionc vtriuſque partis diſsidiū tollimus. Nam & Catholicè quidā repugnant dicẽtibus diuinas relationes nō eſſe perfectiones: & eodẽ zelo doctrinæ Catholicæ contradicunt alijs ponentibus tres perfectiones relatiuas. Nos vtriſque conſentimus aſſeuerantes, & non eſſe perfectiones tres, vt explicauimus, & ſingulas relationes eſſe perfectiones formales.

22.
Aduert. pro ſenſu concl.
Certū eſt relationes diuinas eſſe dicendas perfectiones, & perfectiones multas relatiuas, quatenus indicāt perfectionem, ſcil. fœcūditatem, vt de negationibus lib. 1. cap. 29 p. 1. n. 7. & 8.

Et illud imprimis qđ perſpicuū eſt, hac in re occurrit, quaſdā dici perfectiones, quia perfectionẽ indicant; ſicut æternitas, etſi formaliter ſignificat negationẽ, perfectio tamen dicitur, quia perfectum eſſe indicat. Relationes ergo perſonales quia indicant fœcūditatẽ naturæ, quæ eſt ſūma perfectio Deitatis, vt lib. 2. diſputauimus; ea ſanè ex parte ſunt perfectiones dicendæ, & perfectiones multæ relatiuæ, vt hoc cap. explicabimus, indicantes tamen vnam perfectionem abſolutam: & hoc crebriùs ſignificatur in ſententijs Patrum.

23.
Senſus cōcluſionis eſt relationẽ diuinā ipſammet eſſe perfectionem.
Probatio.
Relatio creata vt & omnes aliæ formę, dat eſſe qđ affert.
Relatio diuina formaliter modo ſingulari dat eſſe qđ ipſam antecedit, conſtituẽdo illud propriū relati, v.c. Paternitas diuina non dat exiſtentiā, ſed dat eſſe Patrẽ, hoc eſt, dat Patri exiſtere ad Filium.

Sed iam quæritur: Vtrum relatio perſonalis in Deo non ſolū indicet perfectionẽ, ſed ipſamet ſit perfectio? Animū ergo aduertam, qđ omnis forma dat eſſe. Et quidẽ cæteræ formæ creatæ dāt eſſe quod afferūt; relatio verò diuina dat eſſe quod ipſam relationẽ antecedit, cōſtituẽdo illud eſſe propriū relati; v.g. Paternitas creata dat eſſe Patrẽ, ita vt non ſolū Petrus ſit pater ſua paternitate, ſed ab eadẽ habeat quandā exiſtentiā, quam relatio ſecū affert: Paternitas verò diuina dat eſſe Patrẽ, ſed nō dat Patri exiſtẽtiā, ſed dat Patri exiſtere in ordine ad Filiū: quod exiſtere eſt abſolutū addita relatione. Et ita propter hoc quòd paternitas diuina illud eſſe abſolutū antecedẽs, conſtituit propriū relati, ſcilicèt Patris, formaliter ſuo modo dat illud eſſe relato; nullū enim attributū dat eſſe Patrẽ, ſed ſola relatio paternitatis: & ſicut relatio non conuenit eſſentię, ſed hypoſtaſi; ita nō dat eſſe eſſentię, ſed hypoſtaſi, modo explicato. Et ſicut ſapientia nō dat eſſe Deo, ſed eſſe ſapientem, ita relatio nōn dat eſſe Patri, ſed eſſe Patrem, hoc eſt, Patrem exiſtere ad Filium.

Sic Sapientia non dat eſſe Deo, ſed eſſe ſapientem.

24.
1. Cōſequens.
Relatio diuina conuenit non eſſentię, ſed hypoſtaſi, quatenus eſt eius actus exiſtẽs per exiſtentiā antecedentem.

Ex quibus illud colligitur quòd diuina relatio cōueniat hypoſtaſi, quatenus eſt actus exiſtens: nihil enim abſolutè eſt conueniens, niſi quod actu exiſtit; cōuenit autẽ Patri paternitas ſecundū quod eſt res exiſtens, nōn per exiſtentiā quam afferat, ſed per exiſtẽtiam antecedentẽ, quam conſtituit propriam relati.

25.
2. Conſequens eſt concluſio in tit. aſſerta.
Declaratur.
Relatio diuina eſt formalis perfectio non addita, ſed propria relati, ſeu perſonæ.
Probatio proponitur in forma.

Illud igitur poſtremū eſt conſequens, vt relatio diuina ſit formalis perfectio perſonæ; non quidem perfectio addita eſſentiæ, aut relatiua perfectio, vt probatū erat, ſed perfectio propria. Dum ergo quæritur, ſitne paternitas formalis perfectio? Reſpondetur affirmando eſſe formalẽ perfectionẽ non additā perſonæ, ſed propriam; hoc enim præſtat relatio diuina, vt eſt actus perſonæ, vt eſſe ipſum abſolutum ſit proprium relati. Et hoc probatur, quoniā Patrem exiſtere eſt infinita perfectio; ſed relatio dat hoc eſſe, non vt afferens, ſed vt conſtituens proprium; ergo eſt infinita perfectio, nō perfectio addita; ſed perfectio propria relati. Cui explicationi patrocinium S. Tho. non deeſt q. 8. de potent. art. 3. vbi docet, quòd paternitas quatenus conſtituit Patrẽ, cōſtituit Deū, ſcil. Deum Patrem; quod eſt infinitæ perfectionis.

S. Thom.

25.
Diſcrimen inter perfectionẽ formalem, abſolutam, & relatiuā: illa ſuo conceptu eſt perfectio addita naturæ: hæc non addita naturę, aut perſonæ, ſed propria perſonæ.

Eſt ergo diſcrimen inter attributa, & relationes, quòd ſingula attributa noſtro modo intelligendi addunt perfectionem; ita vt deſideretur perfectio aliqua, ſi vel vnum attributū remoueas, cò qđ in ſua propria ratione cōtinet eſſe: relatio verò diuina non addit perfectionem eſſētiæ, aut perſonæ (qua in re multi viri docti lapſi ſunt.) ſicut in proprio cōceptu relatiuo non continet eſſe, ſed referri; quare relatio diuina in ſuo conceptu non includit perfectionẽ, quia nō includit eſſe diuinū: eſt tamen ipſa relatio perfectio modo quodā ſingulari, prout eſſe diuinū cōſtituit propriū perſonę; eo itaq; modo quo eſt actus hypoſtaſis referens ad aliud, dat eſſe hypoſtaſi, nō vt afferẽs eſſe, ſed vt cōſtituẽs illud eſſe proprium relati, quod ſæpiùs repetim', vt memoria retineatur. Eſt ergo relatio pfectio formalis vtpotè dās eſſe, ſed nō eſt perfectio addita, quia non affert eſſe. Et ita videtur hæc altercatio dirimēda:

quare in diuinis eſt duplex perfectio formalis, ſcilicet abſoluta eſſentialis, quæ ſuo cõceptu eſt perfectio aliqua addita naturæ; & altera perſonalis relatiua, quæ ſuo conceptu non eſt perfectio addita, ſed propria; quę hoc ipſo eſt perfectio perſonæ, quia omnem perfectionẽ abſolutam eſſentialem, facit propriam perſonæ.

27. Dubitat. appendix. Sitne diuina relatio perfectio ſimpliciter. Reſol. affirm. Probatur. Relatio nulli abſoluto repugnat.

Quòd ſi adhuc quæras, ſitne relatio diuina perfectio ſimpliciter? Eodẽ modo reſpõdetur affirmando, dũmodò nõ intelligatur perfectio addita: perfectio enim ſimpliciter in hoc videtur eſſe collocata, vt alijs perfectionibus nõ repugnet; relatio autem nulli abſoluto repugnat. Igitur ſi concedendum eſt diuinam relationem eſſe formalem perfectionem in ſenſu aliquo, in eodem confitendum erit eſſe perfectionẽ ſimpliciter. Et hoc indicat S. Thom. lib. 4. contra gent. c. 14. Quo in loco probat relationes eſſe in Deo, quoniam relatio perfectio quædã eſt. Nam cum in Deo nõ neceſſariò ſint perfectiones rerum, niſi quæ ſunt ſimpliciter perfectiones, non probè colligeret Doctor Sanctus eſſe in Deo relationes, niſi relatio eſſet perfectio ſimpliciter: omnis ergo diuina perfectio eſt ſimpliciter perfectio; & nulla perfectio ſimpliciter in Deo non eſt: quo fit vt & relatio in Deo ſit, quia eſt perfectio ſimplex.

Indicatur à *S. Thom.*

28. Aduertendum pro modo loquendi in hac re.

At verò modus ipſe loquendi expoliri debet, vtrum dicendæ ſint perfectiones tres relatiuæ: nam formæ perficientes ſunt tres, ſcilicèt tres relationes hypoſtaticæ; ratio autẽ perficiendi eſt vna, ſcilicèt eſſe diuinum: ſingulæ enim relationes ſunt perfectiones, quatenùs dant idem eſſe diuinum, & abſolutum: & ſunt diſtinctæ, quatenùs illud eſſe conſtituunt proprium. Res ergo quę ſunt perfectiones sũt tres, ſed ratio perfectionis eſt vna in tribus. Perinde liquet quid dicendum ſit; materialiter enim (vt aiunt) ſunt perfectiones tres relatiuæ, hoc eſt, relationes tres, quibus ſingulatim conuenit nomen perfectionis: ſed formaliter ſunt perfectio vna, quæ eſt vnum eſſe; & ita ratio perfectionis etiam in relationibus diuinis non eſt relatiua; vnde illi colligunt tria infinita, tria bona, &c. Sed eſt ratio ipſa perfectionis abſoluta, & vna. Et quoniam nominibus vtimur ſæpiùs, non formaliter, ſed materialiter pro rebus, pro quibus ſupponitur;

In ſenſu materiali ſunt perfectiones tres relatiuæ, hoc eſt, formæ, & res perficiẽtes tres. In ſenſu formali ſunt perfectio vna, quæ eſt vnum eſſe, & vna ratio perfectionis.

A non ſunt arguendi qui ponunt tres perfectiones relatiuas, dummodò intelligant in ſenſu materiali, non formali: nam & S. Auguſtinus dixit lib. 83. quæſtionum q. 31. dignitates perſonarũ tres. Et eodem modo materialiter ſunt tres perfectiones relatiuæ, formaliter ſunt vna abſoluta perfectio. Quamobrem etiam loquẽdo ſimpliciter ſunt vna perfectio ſecundũ vnã rationẽ perfectionis, & ſecundum quid ſunt tres, ſcilicèt tres res, quæ perfectiones ſunt. Et S. Thomas ait eandem perfectionem in Patre eſſe Paternitatem, quæ in Filio eſt Filiatio. B

S. Auguſt.

Loquendo ſimpliciter ſunt vna perfectio. Secundũ quid ſunt tres.

Confirmatio.

29. 2. Cõcluſionis confirm. Patres.

HÆc ſententia cõtinet partes duas: Poſteriorem, quòd ſcilicèt relatio diuina ſit perfectio, firmat Patrum haud dubia auctoritas. S. Cyrill. lib. 1. Theſau. cap. 6. de Patre ſic loquitur: *Perfectus [autem] eſt non ſolùm quia Deus, ſed etiam quia Pater.* Et S. Gregor. Naziãzen. oratione 3. Theolog. de Filio ſic. *Accedit etiam generationis Deus, res tãta, tamque veneranda.* S. etiam Ignatius epiſt. ad Phil. & Smyrn. concedit in Patre primam excellẽtiam. In eandem C eunt ſententiã S. Baſil. lib. 2. contra Eunom. & S. Athanaſ. oratione 1. contra Arianos. Suffragatur S. Ioann. Damaſc. lib. 1. Fidei orthod. cap. 9. vbi affirmat omnem paternitatem creatam deriuari ab increata; ergo increata paternitas perfectio quędam eſt, à qua deriuatur creata paternitas, quæ eſt perfectio, vt comprobatum eſt. Clarius verò illud eſt quòd cap. 11. facit mentionem perſonalis perfectionis. Confirmatur ſcitiſsimo proloquio, quòd notiones perſonarum ſint quædam dignitates; quod idem docet Alexand. Epiſcopus epiſt. 8. & hoc D quidem lib. 4. cõmonſtrabimus; ſed notiones ſunt relationes diuinę, ſiue origines: ergo eæ ſunt perfectiones, ſiue dignitates. S. etiam Cyrill. lib. catecheſum, cat. 7. *Pãtrum* (inquit) *dignitatem habet Pater.* S. Auguſt. lib. 83. quæſt. q. 31. & lib. de creatione primi hominis, tres diuinas relationes hypoſtaticas dixit dignitates tres. S. etiam Hilar, lib. 2. de Trinit. cõprobat Spiritũ Sanctũ eſſe. *Quia* (inquit) *imperfectũ eſt totũ, ſi aliquid deſit à toto*: ergo aliqua perfectio eſt in Sp. Sãcto, quæ ſi deſit erit Trinitas imperfecta.

S. Cyrill.

S. Nazian.

S. Ignat.

S. Baſil. *S. Athan.* *S. Damaſc.*

Creata paternitas eſt perfectio, vt cap. 9.

Proloquium, quòd notiones perſonarũ ſunt quædam dignitates.

Alex. Epiſc.

S. Cyrill.

S. Auguſt.

S. Hilar.

Digitized by Google

imperfecta. Quòd autem Trinitatē dicit quoddā totum, impropria significatione totū vſurpat, vt lib. 1. admonuimus. Et lib. 12. de Trinit. Patrē ait eſſe imperfectum, niſi generet. At verò dum Patres affirmant Patrem eſſe maiorē dignitate quadam principij; de qua re poſteà diſputabimus: haud dubiè aſſerunt paternitatem ipſam, & relationem principij eſſe dignitatem.

Patres affirmātes Patrē eſſe maiorem dignitate quadam principij.

30. *Doctores Scholaſtici.* Doctores verò Theologi non minùs frequentes ſunt in ea ſententia, quàm affirmat S. Thom. 1. p. q. 42. art. 4. ad 2. vbi concedit Paternitatem eſſe dignitatem in Patre. Et q. 29. art. 3. probat perſonā eſſe in Deo, quia perſona eſt ſūma perfectio, ſcilicèt ipſa perſonalitas perfectio eſt: aliàs nihil probaret, ſi in perſona perſonalitas non eſſet perfectio. Et lib. 4. contra gent. c. 14. probat in Deo eſſe relationes, quia in ipſo ſunt omnes rerum perfectiones. Vnde colligimus relationem eſſe perfectionem ſimpliciter; nam alias perfectiones eſſe in Deo conuincimus, eò quòd ſunt rerum creatarum perfectiones. Et q. 2. de potent. art. 4. ad 14. docet, paternitatem, & Filiationem eſſe dignitatem vnam. Et q. 10. de potent. art. 1. ait nomen dignitatis ſupponi pro relatione diuina: non ergo ſola eſſentia eſt formaliter dignitas, ſed ipſa etiam relatio; aliàs nomen, dignitas, nō ſupponeretur pro relatione, ſi ſolū identicè relatio diuina eſſet dignitas, quia eſt eſſentia. Eandē tenet ſententiā in lib. 1. ſent. d. 4. q. 1. ar. 1. & d. 5. q. 3. ar. 1. & d. 7. q. 2. ar. 2.. Item quodlib. 1. q. 4. relationē diuinā docet eſſe perfectionē. Et opuſc. 10. q. 2. Cōſentiunt cū Doctore Sancto, Doctor etiā Sanctus, & comes Bonau. d. 9. q. 1. & Alber. Magn. ibidē, & Alexand. Alenſ. 1. p. q. 42. mēb. 1. nec non Richard. de Mediauilla d. 24. ar. 1. q. 3. Richar. & alter de S. Vict. lib. 3. de Trinit. nōſemel. Et Heruæ. quodlib. 1. q. 4. de ea re ſcitè diſputat. Clitouæus etiā explicator. S. Ioannis Damaſc. lib. 1. fidei orthod. cap. 11. cum alijs. Et Barthol. Torres q. 32. art. 2. retractauit ſententiam quam q. 28. cum Thom. Caiet. tenuerat, partes noſtras ſequutus. Denique Concilium Sardicenſe ſubſcribēte etiam S. Athanaſio in epiſtola de Trinit. decernit relationes diuinas eſſe dignitates perſonarum; quid autem eſt dignitas niſi perfectio quædam veneratione digna? Sunt ergo relationes diuinæ perfectiones quædam, & dignitates. Quod Concilium etſi fuerit Prouinciale, receptum eſt ab Eccleſia d. 6. cap. *Quod dictis.*

S. Thomæ 1. locus. Secundus. Tertius. Quartus. Quintus. Sextus. Septimus. Octauus. S. Bonau. Alb. Mag. Alex. Alen. Ric. de Med. Richar. de S. Victore. Heruæus. Clitouæus. Torres. Conc. Sard. S. Athan. Cap. Quod dictis.

31. 1. *Cōcluſionis confirmatio.* Quòd verò relatio diuina (quæ eſt pars altera noſtræ ſententiæ) nō ſit perfectio addita eſſentiæ, ita vt relatio non ſit ratio perfectionis, comprobabimus; primùm, auctoritate S. Auguſt. 8. de Trinit. cap. 5. *Hoc ergo* (inquit) *diligimus in Trinitate, quod Deus eſt,* vbi deitas ponitur tota ratio dilectionis qua Trinitatem diligimus; ergo & Trinitas diligenda eſt, quia perfecta eſt, & ratio diligendi eſt Deitas. Idem docet epiſtola 17. & lib. 3. contra Marcionem, cap. 7. 10. & 15. ait. *Nec maius aliquid ſunt omnes quàm ſinguli, quia ſpiritualis hæc non corporalis eſt magnitudo.* Quibus verbis indicat vnam eſſe magnitudinem trium perſonarum, etiamſi ſingulæ magnæ ſint; magnitudo autem in ſpiritualibus rebus eſt perfectio; quæ perfectio eſt vna perſonarum trium, & non tres perfectiones, ſicut neque magnitudines tres. Et idem antea probauimus ex alijs dictis S. Auguſt. Vnde duximus efficacia argumenta quòd non ſint tres perfectiones relatiuæ conuincentia. Et S. Ambroſ. lib. 4. de fide, cap. 4. *Neque ideo* (inquit) *minus habet Filius, quia Pater non eſt; nec Pater minus habet, quia Filius non eſt,* indicans paternitate, aut filiatione nihil accreſcere perfectionis. Et S. Ioann. Damaſc. lib. 1. Fidei orthod. cap. 9. ait proprietatem ingeniti nō ſignificare differentiā ſubſtantiæ, aut dignitatis: ergo proprietates nō ſūt dignitates differētes, hoc eſt, diſtinctæ, neq; additæ. Eſt nobis auctor huius ſententiæ poſt S. Aug. & S. Ambr. S. Tho. 1. p. q. 42. ar. 4. ad 2. vbi affirmat perfectionē eſſe quid abſolutū; & paternitatē eſſe perfectionē annuit. Cōſequens ergò eſt, vt paternitas quidē ſit perfectio, ſed nō perfectio addita, & relatiua. Idem docet in lib. 1. ſent. d. 7. q. 2. art. 2. & iterum 1. p. q. 28. art. 2. ad 3. & ait eſſe diuinum continere quicquid perfectionis explicatur nominibus abſolutis, & relatiuis, vt eſſe Patrem, eſſe ſapientem. Ergo quicquid perfectionis ſignificatur nomine Patris eſt ipſum eſſe diuinum, quod eſt abſolutum. Et hoc adhuc confirmatur dicto argumento ab auctoritate S. Thom.

S. Auguſt. Idem. S. Ambroſ. S. Damaſc. S. Thomæ 1. locus. 2. locus. 3. locus.

Vnumquodq; eſt perfectum, quatenus actu exiſtit.

vnumquodque enim eſt perfectum, quatenùs actu exiſtit, vt docet S. Thomas q.5. & aliàs ſæpiùs; ſed exiſtentia diuinarum relationum eſt abſoluta, & eſſentialis; ergo ea eſt tota ratio perfectionis illarum: ſed relationes diuinæ non includunt in ſuo conceptu exiſtentiam, quæ eſt ipſa eſſentia, vt comprobatum eſt; ergo non includunt in ſuo conceptu rationem perfectionis; ſed eatenùs ſunt perfectiones, quatenùs eſſe diuinũ quod eſt abſolutum, cõſtituunt propriũ relati; vt declaratum ſatis ſuperque reliquimus. Cui parti conſentiunt quotquot Doctores, diuinas relationes negant eſſe perfectiones plures.

CAPVT XXXII.

Argumenta reſelluntur.

1.
Contra 1.cócl. 1.argum. Auctoritates S. Auguſt. S. Thom.

CONtra ea quæ dicta ſunt arguitur. Et primũ illud impugnatur, quòd relatio ſit perfecta, & perfectio. Nam vt S. Auguſt. ait, bonũ eſt ad ſe, & S. Thomas q.42.art.4.ad 2.docet perfectionẽ, ſiue dignitatem in Deo eſſe quid abſolutum; ergo relatio non eſt perfectio. Et probatur, quoniã relatio ſecũdum propriam rationem non reſpicit ſubiectum, ſed terminum; ſed perfectio eſt forma perfecti; ergo relatio vt relatio, non eſt perfectio.

Ratio.

2.
2.argum.
Secundò: Tota perfectio perſonæ eſt eſſentia; ſed relatio vt relatio non eſt eſſentia; ergo non eſt perfectio perſonæ.

3.
3.argum.
Tertiò: Si relatio eſſet perfectio; relationes tres eſsẽt perfectiones tres; quod non videtur dicendum, vt antea probatum eſt.

4.
4.argum.
Quartò: Omnis perfectio diuina cõmunicabilis eſt; ſed relationes ſunt incommunicabiles; ergo non ſunt perfectiones.

5.
5.argum.
Quintò: Perfectio ſimpliciter eſt quę alteri non repugnat; ſed paternitas repugnat filiationi, quia ſunt relationes oppoſitæ: ergo neutra eſt perfectio ſimpliciter.

6.
6.arg.contra duo certa tradita cap.31. p.3. n.3.
Sextò probatur quòd relatio diuina ex propria ratione non ſit perfecta, aut infinita: cum enim ſint rationes relationũ diuerſæ; erunt plura perfecta, & plura infinita, ſcilicèt pluribus rationibus perfecta, & infinita: impoſsibile eſt autem eſſe plura infinita, vt diximus.

7.
Contra 1.cócl. 1.arg. Auctoritates. S. Cyrill.

A Deinde probatur pars cõtraria, quòd relatio ſit perfectio addita eſsentiæ: hoc enim videtur ſentire S. Cyrillus lib. 1. Theſauri, cap.6. vbi docet Patrem eſse perfectum, quia Pater eſt; ergo ipſa paternitas eſt ratio perfectionis. Et ibidem probat nomen Patris eſse dignius, quàm nomen Dei; ergo paternitas ipſi Deitati addit dignitatem, & perfectionem. Et S. Hilar. lib. 12. de Trinit. ait Deum imperfectum ſine generatione eſſe, quod alij Patres confirmant; ergo eſt perfectio addita, qua ſublata accedit imperfectio. Et S. Ignatius in epiſtola ad Smyrn. concedit in Patre præter eſſentiam dignitatem paternam; ergo ea eſt dignitas addita eſsentiæ. Et S. Thomas opuſc. ad Vrb. cap.2. dictum illud S. Baſil. quòd Spiritus Sanctus ſit dignitate ſecundus à Filio, interpretatur de dignitate perſonali, diuinas dignitates ſubſecans in perſonales, & naturales: ergo dignitas perſonalis, quæ eſt relatio, diſtincta eſt à dignitate naturali, quę eſt eſsentia. Et de potẽt.q.10.art.1.ait nomen dignitatis ſupponi pro relatione, quod nomen cum ſit abſtractum ſupponitur pro ea re, quam formaliter ſignificat; ergo ea dignitas quæ ſignificat relationem, non eſt abſoluta, ſed relatiua.

S. Hilar.

S. Ignat.

B

S. Thom. 1. locus.

Secundus.

C Et opuſc.9. q.5. negat non pertinere ad perfectionem diuinam, producere perſonam; ad perfectionem autem abſolutam hoc non pertinere ait, innuens pertinere hoc ad relatiuam perfectionem: hoc enim non eſse perfectionis diuinæ negat, & non eſse perfectionis abſolutæ concedit: negat igitur non eſse perfectionis relatiuæ; ergo eſt in Deo relatiua perfectio, perfectioni abſolutæ adiecta. Et probatur ratione; ipſa enim relatio eſt res quædam prout ab eſsentia cogitando diſtinguitur; ergo ſi vt ſic eſt perfectio, ſunt perfectiones tres, ſicut res tres: nam tranſcendentia ſunt in numero eodem, vt ſi ſint res tres, ſint perfectiones tres.

Tertius.

Ratio.

D

8.
2.argum.
Secundò: Relatio creata eſt perfectio addita; ergo relatio diuina eſt quoque perfectio addita; aliàs minoris erit momenti relatio increata, quàm creata.

9.
3.argum.
Tertiò: In Deo ſunt tres rationes veri, ſcilicèt tres relationes; verum enim non includit exiſtentiam, ſed eſt nuda entitas, vt docet S. Thomas 1. p. ergo eædẽ relationes ſunt tres rationes boni:

S. Thom.

verum

Digitized by Google

A verum enim,& bonũ paria ſunt prædicationis amplitudine:ergo ſunt etiã perfectiones tres,ſicut tria vera, & tria bona.

10. 4.argum.

Quartò : opera Chriſti ſunt infinitè meritoria, eò quòd perſona eſt infinita; ergo perſona ratione proprietatis, eſt infinita,& perfecta.

11. 5.argum.

Vltimò:Perfectio formalis eſt forma quæ dat eſſe excellens,& perfectum:eſſe autem quod forma dat, addit; nam ſi illud eſſe iam habetur,non datur per formam aduenientem : ſed relatio diuina eſt forma adueniens; ergo dat eſſe non eſſentiale,quod intelligitur antecedens; ſed aliquod eſſe relatiuũ, & aliquid perfectionis addit, aliàs perfectio formalis non eſt.

Aduertenda.

12. 1. Aduert.

Relatio vt relatio,ſumit 1. vt eſt ad aliud.

Sumitur 2. pro tota ratione relationis, ſcil. vt eſt ad aliud, & in aliquo.

Exemplum.

1. modo nõ intelligitur vt perfectio,ſed 2. vt eſt in aliquo, vel alicuius: vt cap. 31. p. 1. n. 1. & 2.

AD confutationem argumentorum neceſſe eſt memoria repetere, quod ſupra notatum eſt; quòd relatio vt relatio,poteſt ſumi dupliciter, ſcilicet vt declaretur propria ratio relationis, vt eſt ad aliud; & hoc modo relatio vt relatio non eſt perfectio, quia vt eſt ad aliud nõ eſt in aliquo,neque alicuius: vel aliàs vt notã illã reduplicãte explicetur tota ratio relationis,quę nõ ſolùm eſt ad aliud, C ſed eſt in aliquo; & hoc modo relatio diuina eſt perfectio ex propria ratione, prout ſcilic. eſt in aliquo:eſto exemplũ, homo vt homo eſt rationalis,ſi declaretur per reduplicatam dictionem differẽtia hominis qua homo eſt: ſi verò tota eſſentia ſignificetur, homo ut homo, eſt etiam ſenſibilis. Vtrumque ergo habet relatio diuina, vt ſit ad aliud, quæ eſt differentia relationis; & vt ſit in aliquo, quod eſt commune omni formæ. Igitur ratione propriæ differentiæ, vt eſt ad aliud, non conſideratur vt perfectio; ſed prout eſt in aliquo, perfectio eſt.

13. Confect.

Secundũ modum intelligẽdi perfectio eſt ad ſe.

Res ipſa quæ eſt perfectio poteſt eſſe ad aliud.

Deinde expendendum eſt illud quod dicitur, perfectionem eſſe ad ſe, non ad aliud. Nam ſecundum modum intelligendi, vt modò dicebamus, perfectio eſt ad ſe, quia perfectum eſt quod in ſe habet perfectionem : ſed res ipſa quæ perfectio eſt, poteſt eſſe ad aliud : nam relatio creata perfectio eſt, & ad aliud eſt: & ipſum perfectum quod habet relationem ad aliud, habet illã in ſe; aliàs non poteſt intelligi perfectum. Quo argumento comprobauimus Filium non eſſe perfectum paternitate, quæ in illo non eſt. Nihil ergo prohibet relationem quæ eſt ad aliud eſſe perfectionẽ : & hac conſideratione relatio quoq; diuina eſt perfectio, vti explicauimus.

14. Ipſa relatio creata, nõ autẽ ſola eius exiſtentia quæ eſt abſoluta, eſt perfectio addita,& ratio perfectionis. Non ſic relatio increata.

Sed eſt diſcrimen quòd relatio creata eſt ratio perfectionis , & eſt perfectio addita;quia eſt quædam eſſentia, & ſpecies accidentis coniuncta cum ſubſtantia:itaque non ſolùm exiſtentia relationis creatæ, quæ eſt abſoluta; ſed ipſa quoque relatio creata eſt perfectio, & ratio perfectionis, cum ſit perfectio addita; relatio autem diuina, etſi ſit perfectio, non eſt ratio perfectionis, quemadmodum docuimus. B

15. Declaratur hoc.

In creatis relatio eſt eſſentia relatiua producta,& vnita ordine naturæ anteexiſtentiã vt cap. 3. n. 24.

Exiſtẽtia vt ſic iã intelligitur perfectio formalis ſubiecti: per exiſtentiã verò magis, perficitur, ac perficit ſubiectũ.

In diuinis relatio vt ſic, nõ eſt eſſentia.

Aduertendum eſt autem, quòd relatio creata eſt quædam eſſentia relatiua, cui conuenit exiſtere; eius autem exiſtẽtia eſt abſoluta; & quoniam in rebus creatis exiſtentia eſt extra eſſentiam, & adueniens, ipſa quoque relatio ordine naturæ antecedit ſuam exiſtentiam, vt ſapientia, & cætera accidentia ſecũdum eſſentias ſuas antecedunt ſuas exiſtentias : ſcientia ergo creata producta extra cauſas,& ſubiecto coniuncta, iam intelligitur perfectio formalis ſubiecti, quia eſt forma conueniens; per exiſtentiam verò hæc ipſa perfectio perficitur, & magis perficit ſubiectum modo quodam completo entis : quia omnis forma creata perficitur, & cõpletur per exiſtẽtiam, vt diximus. De relatione autẽ diuina longè aliter philoſophandum eſt: primò, quia relatio diuina ſua ratione præciſa non eſt eſſentia,ſed duntaxat eſt actus quidam hypoſtaſis,conueniens nõ eſſentię,ſed hypoſtaſi. Poſt hæc autẽ relatio diuina nullam affert ſecum exiſtẽtiam; non relatiuã,quia nulla eſt in Deo exiſtẽtia relatiua, imò neq; in relationib' creatis exiſtẽtia eſt relatiua, vt lib. 4. D dicemus: neq; verò relatio diuina affert exiſtẽtiam abſolutã;quia relatio in Deo eſt poſterior omni abſoluto; abſoluta enim cõmunicantur, & antecedunt proprietates,& ſunt perfectiones eſsẽtię:eſſentia autẽ per ſe ipſam eſt perfecta;neq; poteſt intelligi quòd per relationẽ adijciatur eſſentiæ aliqua perfectio abſoluta. Relatio ergo diuina ipſum eſse quod habet, non ſecum affert, ſed potiùs ipſa conſequitur eſse.

Item nullam affert ſecũ exiſtentiam.

De relatiua probatur.

De abſoluta probatur.

16. Hæc duo pertinent ad perfectionẽ relationis diuinæ.

Hęc autẽ duo pertinent ad perfectionẽ relationis diuinæ;nam relatio creata eò quòd eſt quædã eſsẽtia,eſt maximè im-

Eſſentia ad aliud, eſt maximè imperfecta.

Similiter exiſtentia abſoluta conſequens relationem.

Relatio diuina eſt dũtaxat actus hypoſtaſis diſtinguens vnam ab alijs.

perfecta eſſentia, quæ ſcilicèt eſt ad aliud; eiuſque exiſtentia maximè imperfecta eſt, quia eſt quid abſolutum conſequens relationem, quod abſolutũ neceſſe eſt eſſe valde debile, & imperfectũ. Relatio verò diuina, cum non ſit eſſentia, eſt duntaxat actus hypoſtaſis, diſtinguens vnam ab alia, quod perfectiſsimè præſtat: ex eo autem quòd non eſt eſſẽtia, non ſibi vendicat vt afferat exiſtentiam imperfectiſsimam, qualis eſt exiſtentia quę relationes conſequitur. Hoc autem ipſum pertinet ad perfectionem diuinæ relationis, quòd exiſtat per exiſtentiam hypoſtaſis perfectiſsimam; ita vt non afferat ſecum exiſtentiã imperfectam.

Exiſtit per hypoſtaſis exiſtẽtiam.

17.

2. Aduert.

1. Effectus formæ eſt exiſtẽtia, ſiue ſpecies.

2. eſt exiſtẽtia ſuo modo.

In creatis proprietas hypoſtaſis neutrum tribuit.

Poſt hæc autem cogitandum eſt, quòd forma omnis creata dat eſſe ſpeciei, & eſſe exiſtentiæ: primus enim effectus formæ eſt eſſentia, ſiue ſpecies; ſecundus eſt exiſtentia, eo loquendi modo, quem lib. 4. docebimus. Proprietas verò hypoſtaſis creatę neutrum eſſe tribuit, neq; ſpeciei, neque exiſtentiæ; ſed conſtituit hypoſtaſim in ſpecie, & facit illam capacem exiſtentiæ. Horum alterũ ſimile eſt in diuinæ hypoſtaſis proprietate; alterũ diſsimile. Simile illud eſt, quòd proprietas hypoſtaſis diuinæ, v. g. paternitas, non dat eſſe Deum quaſi forma ſpeciei; ſed vt proprietas quę formam facit propriam iſtius hypoſtaſis, quaſi conſtituens hypoſtaſim in ſpecie: & hac ratione eſt perfectio hypoſtaſis.

Conuenientia creatæ proprietatis cũ diuina: hæc nõ dat eſſe Deũ quaſi forma ſpeciei, ſed vt proprietas, &c. vt cap. 31. ſ. 3. n. 23.

18.

1. Diſcrimen. In creatis hypoſtaſis eſt primũ ſubiectum exiſtentiæ.

Eſſentia verò per proprietatẽ hypoſtaſis, fit capax exiſtentiæ. vnde per eam perficitur.

Eſſentia diuina eſt ipſa exiſtentia.

Diſsimile illud eſt quòd eſſentia creata non eſt capax exiſtentiæ, ſed ipſa hypoſtaſis, quæ eſt ens completũ, eſt exiſtẽtiæ primum ſubiectũ. Quare proprietas hypoſtaſis aliquo modo eſt perfectio ipſius eſſentiæ, complens eſſentiam & eſt perfectio addita eſſentiæ, quæ facit eam capacẽ exiſtentię. Eſſentia autem diuina eſt ipſa exiſtentia; & non habet ab hypoſtaſi, aut proprietate vt exiſtat: quamobrem proprietas non eſt perfectio addita eſſentiæ, neq; antecedit exiſtẽtiam vt poſsit eſſe quaſi principiũ exiſtendi; quæ eſt propria ratio perfectionis: ſed omninò conſequitur exiſtentiã, non ſolùm qua natura diuina exiſtit, ſed exiſtẽtiam ipſiuſmet relationis, quę eſt eadem exiſtentia naturæ. Ex quo diſcrimine aliud conſequitur, quòd proprietas diuinæ hypoſtaſis eodem modo ſe habet ad eſſentiam, ſicut ad eſſe: ſiquidẽ eſſentia,

2. Diſcrimen conſectarium.

A

Relatio increata non dat eſſe vt forma ſpeciei, ſed vt proprietas hypoſtaſis, quaſi cõſtituens hypoſtaſim in ſpecie, ſeu habentẽ eſſe diuinũ.

Relatio creata dat eſſe vt forma ſpeciei.

& eſſe in Deo ſunt idem. Sicut ergo proprietas dat ſpeciẽ non vt forma ſpeciei, ſed vt facit eam formam propriã, & cõſtituit hypoſtaſim in ſpecie; ita diuina proprietas dat eſſe, non vt forma cuius effectus eſt eſſe, ſed vt proprietas quæ facit illud eſſe proprium, & cõſtituit hypoſtaſim habentẽ eſſe diuinũ; ergo non eodem modo dat eſſe relatio creata, ſicut increata: creata enim relatio dat eſſe vt forma ſpeciei; relatio autem diuina dat eſſe vt proprietas, quæ facit illud eſſe diuinum proprium hypoſtaſis.

19.

Proprietas, origo, & relatio eàdem ratione ſunt perfectio formalis, ac ſimpliciter.

Origo, & relatio relatiuo cõceptu, etſi non cõſtituant hypoſtaſim, ſunt tamen propria hypoſtaſis; v. c. gignere in Deo eſt eſſe Deum cum hac proprietate gignendi.

B

Et quamuis proprietas, & relatio diuerſis conceptibus ſubiectæ ſint; eadem tamen eſt ratio in hac diſputatione, de proprietate, origine, & relatione diuina; quia omnia hæc in Deo conſiderantur non vt eſſentia, ſed vt propria eſſentiæ: nam & origo, & relatio relatiuo cõceptu, etſi non conſtituant hypoſtaſim; ſunt tamen propria hypoſtaſis, nihil addentia niſi propriũ aliquid: verbi gratia, gignere in Deo eſt eſſe Deum cum hac proprietate gignendi; & ita fit vt ſola deitas ſit ratio perfectionis, licet ſingula propria ſint perfectiones ſingulæ; non tamẽ vt propria ſint ratio ipſa perfectionis. Et ita non multiplicatur perfectio formaliter in diuinis relationibus.

C

20.

Similiter ſpiratio actiua eſt propria duarũ hypoſtaſũ: vnde eſt eàdẽ ratione perfectio formalis, & ſimpliciter.

Declaratur.

Vndè etiam colligitur, quòd ſpiratio actiua ſit perfectio formalis, & ſimpliciter perfectio, eodem modo intelligendi; quia licèt non conſtituat hypoſtaſim, eſt tamen propria duarum hypoſtaſum: & ita hæc relatio dat eſſe diuinum duabus hypoſtaſibus, quatenus refert illas ad Spiritum Sanctum, quod eſt proprium illarum hypoſtaſum: quia referendo Patrem, & Filium ad Spiritum Sanctum, quaſi proprium reddit eſſe diuinum duarum perſonarum quarum eſt communis proprietas.

D

21.

3. Aduert.

Quorũd. ſent. q̃d relatio diuina perſonalis nõ eſt perfectio ſimpliciter definita à S. Anſel.

Pro ea locus S. Anſelmi.

Explicatur de alijs relationibus.

Ea ſententia reijcitur.

Adhuc aduertẽdum eſt aliquorum eſſe ſententiam, quòd S. Anſelmus non definierit perfectionem ſimpliciter in ea ſignificatione, qua etiam comprehendit relationes; eò quòd eo loco ipſe S. Anſelmus dicat ſe de relationibus non agere. Sed tamen Auctor ibi relationes reijcit, quæ eſſentiæ diuinæ conueniunt, vt creator, & alias, quæ non ſunt relationes reales. Quapropter eius definitio relationibus perſonalib' coaptanda eſt, ſi ex quidẽ perfectiones ſunt. Hoc autem in expedito eſt facere; dicẽdum

Digitized by Google

Ad definitionē S. Anſelmi, 1. Cōmētarius Perfectio ſimpliciter eſtque &c. id eſt, cui nihil perfectionis repugnat ſecūdum eſſe. 2. id eſt, quā oppoſita perfectio nōſit melior. 3. id eſt, quatenus perfectio eſt.

dum enim, quòd perfectio ſimpliciter ea eſt, quæ eſt melior ipſa, quàm non ipſa, ſcil. quòd nihil illi perfectionis repugnet ſecundum eſſe: filiatio verò non repugnat paternitati ſecundum eſſe, quia idem eſſe habet; perfectio autem ſecundum eſſe æſtimatur. Poteſt etiam explicari, quòd melior eſt ipſa quàm non ipſa, per negationem; vt ſcilicèt oppoſita perfectio non ſit melior, paternitas autem non eſt melior filiatione. Denique cum paternitas, & filiatio ſint eadē perfectio, vt dictum eſt, quia dant idem eſſe abſolutum, quod eſt menſura perfectionis; poſſumus dicere paternitatem eſſe perfectionem ſimpliciter; & quatenùs perfectio eſt, non diſtingui à filiatione. Itaque filiatio eſt non ipſa paternitas; ſed non eſt non ipſa perfectio; ſed eadē perfectio eſt.

Reſponſio.

22. Ad 1. arg. contra 2. concluſionem. *Ad S. Aug.* 1. Reſponſ. ex 4. aduert.

AD primum argumentum reſpondetur veriſsimum eſſe id, quod ait S. Auguſt. bonum eſſe ad ſe; quia penes modum intelligēdi nihil eſt bonum, niſi vt eſt in ſe bonum. Et ita relatio creata vt ad aliud, non intelligitur vt bonum, ſicut neque vt accidens; eſt tamen bonū ſicut & accidens. Relatio autem diuina non eſt bonum adiunctum eſſētiæ; quod fortè S. Auguſt. vult, & S. Thom. eo loco docet. Ad argumentum ipſum iam diximus, quòd relatio ſecundum propriā differentiam vt eſt ad aliud, non conſideratur vt perfectio; ſed vt eſt in aliquo perfectio eſt.

Ad eundem, & *ad S. Thom.* 2. Reſpōſio ex c. 31. p. 3. n. 14. Ad rationem Reſpond. ex 1. aduert.

23. Ad 2. arg.

Eſſentia diuina eſt perfectio vt forma ſpeciei: relatio eſt perfectio vt eandem perfectionem eſſentiæ facit propriā perſonæ.

Ad ſecundum reſpondetur concedēdo quòd tota perfectio perſonæ diuinæ eſt eſſentia; ſed negatur conſequentia, quòd relatio non ſit perfectio: nam eſſentia eſt perfectio, vt forma ſpeciei; relatio verò eſt perfectio, vt ipſam formā ſpeciei facit propriam. Quare nihil mirū quòd eſſentia ſit tota perfectio; relatio enim non eſt perfectio addita, ſed quatenùs illam eandem perfectionem facit propriam, vt diximus. Itaque relatio eſt perfectio non ſolùm propter identitatē, quia eſt eſſentia, ſed etiam formaliter, quia eſt forma dans eſſe, modo illo iam explicato.

24. Ad 3. arg. Relationes tres poſſunt dici perfectiones tres, vt plura attributa plures perfectiones. Non tamē perfectiones tres relatiuæ, in ſenſu formali, aut abſolutè, vt c. 31. p. 3. n. 10.

Ad tertium reſpondetur, quòd relationes tres poſsūt dici perfectiones tres eo modo, quo plura attributa dicuntur plures perfectiones, quæ tamē ſunt vna perfectio: non tamen poſſunt dici tres perfectiones relatiuæ, quia ſignificatur quòd relatio ſit ratio perfectionis, & quòd ſit perfectio addita, quam relatio ſecum afferat: ſed cum dicūtur tres perfectiones relatiuę, explicandum eſt materialiter, pro rebus quæ ſunt perfectio vna.

25. Ad 4. arg. Omnis perfectio diuina eſt communicabilis, vt perfectio eſt.

Ad quartum concedimus, omnē perfectionem diuinam eſſe communicabilē vt perfectio eſt; quare non ſequitur vt paternitas ſit communicabilis; ſed quòd vt perfectio eſt, cōmunicabilis ſit: quod enim habet perfectionis eſt abſolutum, ſcilicèt eſſe diuinum.

26. Ad 5. arg. Reſpond. ex 3. aduert. Filiatio eſt res oppoſita paternitati, ſed non perfectio oppoſita.

Ad quintum iam oſtendimus, quo pacto explicanda ſit S. Anſelmi definitio; quarè dicimus filiationem non repugnare paternitati quoad eſſe; & iterùm nō eſſe perfectionem oppoſitam, ſed eandem: eſt enim res oppoſita, ſed non perfectio oppoſita; quia duæ hæ res ſunt vna perfectio formaliter; quia in vtraque eſt eadem ratio perfectionis, ſcilicèt exiſtentia.

27. Ad 6. arg. Relatio diuina eſt perfecta ex propria ratione: non tamē ipſa ſibi eſt ratio perfectionis.

Ad ſextum reſpōdetur, quòd relatio diuina eſt perfecta ex propria ratione, hoc eſt, ex propria ratione hoc habet vt perfecta ſit; ſed non quòd ipſa ſibi ſit ratio perfectionis, vt cap. antecedente diximus: quare non ſequitur quòd relationes plures, habeant plures rationes perfectionis; ſed quòd ſint res plures perfectæ, quarum perfectionis vna ſit ratio.

28. Ad 1. arg. contra 1. concluſionem. Ad auctoritates. Origo, & relatio à Patribus cenſetur perfectio, propter fœcunditatē, quā indicat, vt cap. 31. p. 3. n. 22. Sic reſpond. *ad S. Cyrill.* Pater præter Deitatē qualē nouerūt gētes, habet dignitatem fœcunditatis. *ad S. Hilar.*

Ad argumenta pro partibus aduerſis, quibus probatur relationem diuinam eſſe perfectionem additam, reſpondendum eſt. Primùm autem, Patres perfectionis eſſe cenſent quòd Pater generet propter fœcunditatem naturæ, quæ eſt diuina perfectio cæteris attributis adiuncta, vt lib. 2. docuimus. Hoc ergo eſt quod S. Cyrillus ait, Patrem eſſe dignius nomen quàm Deum; quia nos fide Chriſtiana nouimus Deum fœcunditate naturæ præditū, quod gentes non norunt, & hæretici negant. Et eandem ob cauſam imperfectum dicimus Deum ſine generatione; quia non eſſet natura fœcunda. Quod verò ait S. Hilar. lib. 2. fine Spiritu Sancto Trinitatem imperfectam; etiam ad hoc refertur quòd non eſſet voluntas fœcunda ſi per illam Spiritus Sanctus non procederet: ipſe etiā nume-

Digitized by Google

Ad eundem 2. reſponſ.

numerus ternarius non eſſet, ſi Spiritus A Sanctus non eſſet. Ad quod ipſum poſſunt referri verba S. Ignatij de paterna dignitate: neque enim Pater eſt tantummodò Deus qualem nouerunt gentes; ſed habet prætereà dignitatem ſiue perfectionem fœcunditatis, quæ pertinet ad Patrẽ generãtem.

Ad S. Ignat.

Ad 1. locum *S. Thomæ*. Ibi diuiduntur pfectiones materialitèr, ideſt res quæ perfectiones dicuntur, vt cap. 31. p. 3. n. 28.

At verò S. Thom. in illo opuſc. loquitur materialitèr non formalitèr; neque enim diuidit formalitèr perfectionem, ſed res quæ perfectiones diuinæ dicuntur: alia enim eſſentialia ſunt, quæ dicuntur perfectiones naturales, alia verò perſonalia, quæ dicun- B tur perfectiones perſonales.

Ad 2. locum. Facit pro 2. cõcluſ.

Quod verò alio in loco ait dignitatis nomen ſupponi pro relatione diuina, non recuſamus: nam relatio ipſa diuina eſt perfectio, ſed non ſequitur quòd ſit relatiua perfectio, quaſi relatio ſit ratio perfectionis; aut ſit perfectio addita, & diſtincta à perfectione abſoluta, & eſſentiali.

Ad 3. locum. 1. Reſponſ. vt ad 1. locum.

In altero quoque opuſc. videtur diuidere perfectionem non formalitèr, ſed materialitèr, vt attributa dicant perfectiones eſſentiales, relationes verò non eſſentiales perfectiones; non tamen dixit relatiuas. Et ita producere perſonã non numeratur inter perfectiones eſſentiales, ſcilicèt inter attributa, ſed cum per- C fectionibus non eſſentialibus numerandum eſt.

2. Reſponſ.

Prætereà reſpondenti licitum eſt diſtinguere etiam ex aliorum ſententia ad repellendam ambiguitatem: quarè ſcitè dixit S. Thom. non eſſe perfectionis abſolutæ perſonam producere, quicquid ſit de relatiua perfectione.

Notandum.

29. Ad rationem. In Deo ſunt tres perfectiones materialitèr, vt cap. 31. p. 3. n. 28.

Ad argumentum primum, reſpondemus libentèr confitentes eſſe perfectiones tres, hoc eſt, res tres quæ ſunt perfectiones; ſed formalitèr eſt vna perfectio, hoc eſt, vna ratio perfectionis in tribus.

Non eodem genere numeratur tranſcẽdentia.

Cum verò obijcitur tranſcendentia numerari cum ente. Concedimus ita numerari adiectiuè, ſed non in genere neutro. Itaque ſi ſunt tria entia, ſunt tria bo D na, & perfecta; non tamẽ ſi ſunt tres res, ſunt tria bona & perfecta, ſed tres res bonæ & perfectæ: ens enim quia ſignificat eſſe, numeratur ſimul cum bono & perfecto, quorum ratio & menſura eſt ipſum eſſe; res verò, quia nomẽ hoc non ſignificat eſſe, non inducit numerũ tranſcendentium in genere neutro, vt lib. 5. docebimus. Et ita ſunt res tres, non tria bona, neque tria perfecta.

Si ſunt tria entia, ſunt tria bona & perfecta; non ita ſi ſunt tres res, vt lib. 1. c. 41. n. 19. Ratio. Ens ſignificat eſſe. Res non ita.

30. Ad 2. argum. Reſpond. ex 1. aduert.

Ad ſecundum reſpondetur, quòd relatio creata eſt quædam eſſentia imperfecta; & affert eſſe, & idcircò eſt perfectio addita; ſed non eſt ſimplicitèr perfectio, imò neque abſolutè, ſed ex parte & ſecundum aliquid, vt diximus capite præcedẽte. Relatio verò diuina non eſt eſſentia, neque addit perfectionem, ſed eſt forma perfecti. At verò hoc ipſo eſt infinitè perfectior, quàm relatio creata; quia tota perfectio relationis diuinæ, eſt eſſe diuinum infinitum.

Relatio nõ addit perfectionẽ, ſed eſt forma perfecti.

Replica.

Quòd ſi immineas & vrgeas; arguens hoc ipſo relationem creatam eſſe perfectionem, quia eſt perfectio addita. Negatur hoc ingenuè, nam id quod relatio creata addit, imperfectum eſt, ſcilicèt eſſentiam relatiuam; fieri autem non poteſt vt ſit perfectior per hoc, quod aliquid imperfectum addit: imò per hoc deficit à perfectione, quæ in diuina relatione inuenitur; quæ nihil addit imperfectum, & eſt forma ſuo modo dans eſſe diuinum, quatenùs illud eſſe proprium facit perſonæ.

Solutio. Relatio creata per hoc deficit à perfectione, quia aliquid imperfectum addit.

31. Ad 3. arg. Relationes diuinæ ſunt veriſsimæ ipſa veritate eſſentiæ, quæ eſt ratio cuiuſque veri. *S. Thom.*

Ad tertium reſpõdetur, quòd verum eſt conformabile cum intellectu diuino, & illud eſt diuina eſſentia, vt S. Thomas docet; quare concedimus quòd relationes diuinæ ſunt veriſsimæ, ipſa veritate eſſentiæ, quę eſt ratio cuiuſque veri; quarè non ſunt tres veritates, ſed vna ſumma veritas.

32. Ad 4. arg. Dignitas perſonæ eſt ipſa natura.

Ad quartum reſpondetur, quòd valor operum Chriſti erat perſonalis; quia opera non erant Deitatis, ſed perſonæ diuinæ operantis: dignitas tamen perſonæ eſt ipſa natura; ita vt perſonalitas nullam addat dignitatem ad naturam.

33. Ad vltimum Reſpond. 1. Relatio diuina ipſum eſſe quod antecedit dat nouo modo.

Ad vltimum reſpondetur, quòd relatio diuina dat ipſum eſſe quod antecedit, quia dat illud nouo modo, ſcilicèt faciendo proprium: quod quidèm non eſt incredibile, vt in notationibus elucidauimus. Prætereà relatio quæ eſt proprietas dat eſſe denuò, noſtro modo intelligendi, quia non dat illud eſſe Deo; Deus enim præintelligitur exiſtens; ſed dat illud eſſe hypoſtaſi, quæ non præintelligitur; relatio enim affert hypoſtaſim, & dat illi eſſe conſtituendo ipſam: eſſe autem hypoſtaſim, eſt maxima perfectio, vt S. Thom. docet. Si igitur conſideremus quòd relatio diuina non dat eſſe vt forma ſpeciei, ſed vt proprietas, facili negotio argumenta contraria refringemus.

Reſpond. 2. Relatio diuina dat eſſe denuò noſtro modo intelligẽdi, ſc. hypoſtaſi. Declaratur.

Ex

Digitized by Google

34. Difficultas affinis.

Ex hoc verò oritur dubium, quo tota hæc diſputatio definiatur: nam ſi perſona eſt quid perfectiſsimum, ipſa perſonalitas erit ſumma perfectio; ergo perſonalitates tres, ſunt perfectiones tres.

Reſponſio. In creatis perſonalitas eſt perfectio addita naturæ, quia hæc ſine illa imperfecta eſt.

Reſpondetur ſimiliter, quòd in rebus creatis, hoc quod eſt eſſe perſonam, eſt perfectio addita naturæ, quia natura ſine perſona imperfecta eſt, vt obſeruauimus. At verò in Deo natura eſt ſe ipſâ perfectiſsima; quare perſonalitas nullã addit perfectionem; eſt tamen perſonalitas ſumma perfectio etiam in Deo, per hoc quòd naturam ſiue eſſentiam perfectiſsimam conſtituit propriam iſtius perſonæ.

B

CAPVT XXXIII.

Pater non eſt maior Filio perfectione relatiua.

1. Ratio tractandi ſeparatim hanc quæſt.

CVm probatum iam ſit relationem diuinam non addere perfectionẽ; conſequens eſt vt Pater nõ ſit perfectior Filio relatiua perfectione. De qua re S. Thom. 1. p. q. 42. art. 4. & in 1. d. 9. q. 2. ar. 2. & 4. contra gent. c. 7. & de potent. q. 2. ar. 3. Sed quoniam ea ſententia quæ affirmat, cauenda nobis eſt; videtur autem niti ſuffragijs Patrum; viſa eſt hæc diſputatio ſeparatim tractanda.

S. Thom.

C

2. 1. ſententia Ariana hæreſis de præeminẽtia eſſentiali Patris.

Et quidem Ariana hæreſis illa fuit, quòd Pater eſſentiali perfectione præferendus eſſet Filio. Caluinus tamen apud Gilbert. Genebrard. libr. ad Scheggkium, fol. 84. introducit perſonarum inæqualitatem, ita vt Patri attribuat, ὑπεροχὴν, hoc eſt, præeminentiam; & quòd intelligat de præeminentia non eſſentiali, ſed hypoſtatica, liquet ex argumento eiuſdem apud Genebrardum folio conſequenti.

2. ſententia Caluini apud *Genebrard.* de præeminẽtia hypoſtatica, ſeu relatiua.

D

Caluini arg.

Quia (inquit) Pater aut produxit Filium ſuperiorem perfectione hypoſtatica, aut eundem produxit: non produxit eundem, ſcilicet ſe ipſum; ſed nec ſuperiorẽ, quod nõ potuit; ergo inferiorem produxit. Exiſtimauit ergo Caluinus perfectiones hypoſtaticas non eſſe æquales.

3. Iſthæc autem ſententia Caluini quòd Pater perfectior ſit, quàm Filius hypoſtatica, ſiue relatiua perfectione, placet nonnullis Theologis temerè quidẽ philoſophantibus de diuinis.

Pro ea Theologi. 1. eorum arg.

Falluntur autem iſto argumento perſuaſi: cum enim paternitas ſit quædam perfectio, vt iuxta Patres docuimus; & Pater ſit maior Filio propter ipſam paternitatem, quia eſt principium Filij, vt Patres etiam cõſentiunt: videntur ſibi rectè colligere quòd Pater ſit perfectior Filio: nam id quod perfectione aliqua maius eſt, eſt quoque perfectius.

2. arg. quod erat Caluini magis elucidatũ.

Præterea cũ ſpecies ſint ſicut numeri, relationes autem diuinæ ſint ſpecie diſtinctæ; videtur quòd nõ ſint æquè perfectæ, ſed vna ſit alia perfectior: quod erat argumentum Caluini, perfectionem Filij hypoſtaticã non poſſe eſſe æqualem; ſed vel eſſe eandem, quæ eſt Patris, & non diſtinctam; vel eſſe ſuperiorem, quod eſt abſurdum; vel inferiorem eſſe, quod ille vult.

4. 3 ſent. in titul. aſſerta. 1 probatio ex 2. concluſione tradita cap. 31. p. 3. n. 14.

Nihilominùs tamen dicendũ eſt, Patrem non eſſe perfectiorem Filio, etiam perfectione relatiua. Probatur, quia relatio diuina non eſt perfectio addita, neque eſt ratio formalis perfectionis: tota autem perfectio & ratio perfectionis eſt eſſentia, vt docuimus; cum ergo relatio nihil addat perfectionis, vna relatio non eſt alterâ perfectior, ſiquidem vtraque, vt proprietas hypoſtatica, dat hypoſtaſi idem eſſe diuinum; qua ſola ratione relatio eſt perfectio.

Vtraque relatio, vt proprietas hypoſtatica, dat hypoſtaſi idem eſſe diuinum, qua ſola ratione relatio eſt perfectio.

2. probatio.

Deinde vbi eſt maius & minus, poſſumus cogitare æquale; id autem quod eſt minus deficit ab æquali, vel ſpatio infinito vel finito: igitur ſi filiatio eſt minor paternitate, deficit certè ab æqualitate, vel infinito ſpatio; & iſte exceſſus Patris quo antecellit Filium erit infinitus: vel excedit ſpatio quodam finito, quod in duobus infinitis non poteſt cogitari; neque enim vnum infinitum eſt maius alio infinito, qua parte infinitum eſt, propter additamentum finitum; infinito enim vt infinitum eſt, nihil additur: dicere autem filiationem finitam, impium eſt. Quòd ſi finita eſſet non diſtaret ſpatio finito à paternitate infinita; finitum enim ab infinito diſtat infinito interuallo.

Exceſſus Patris quo antecedit Filiũ nõ eſt infinitus.

Non eſt finit⁹ Oſtenditur 1. ſi filiatio dicatur eſſe infinita.

Oſtenditur 2. ſi dicatur eſſe finita.

Cui argumento rectè congruunt verba Tertull. lib. 1. contra Marcionem ponentẽ duos Deos, non pares, ſed impares, *Non poteſt* (inquit) *admitti vt ſummo magno aliquam aſcribat diminutionẽ qua ſubijciatur alij ſummo magno. Deſinit enim, ſi ſubijciatur:* & infrà, *Nega Deum, quem dicis deteriorem: nega ſummum magnum, quem dicis minorem.* Hoc eodem argumento commonſtramus vnam perſonam

Tertull.

Digitized by Google

perſonam diuinam non eſse alterâ imperfectiorem, aut perfectione aliquâ minorem: quia negat illum eſse Deum, qui dicit eſse minorem.

5.
3. probatio.

Præterea ſequitur quòd Pater nõ potuerit cõmunicare æqualem perfectionem ſuæ perfectioni; ſiquidèm non potuit gignere Filium ſibi æquè perfectũ, quoad relatiuam perfectionem.

6.
4. probatio.

Tertiò conſequens eſt vt maiori honore, & gloria debeamus Patrem colere quàm Filium, vtpotè perfectiorem; quod enim perfectius eſt, eſt excellentius & dignius.

7.
5. probatio. Sequitur ex 2. ſent. Patrem & Filium non eſſe vnum ſummum bonũ. Oſtenditur.

Denique probatur, quoniam ſequitur Patrem, & Filium non eſſe vnum ſummum bonum. Probatur, quoniam dùm dico Patrem ſummum bonum, ipſa paternitas continetur in ſummo bono, vt pars quædam ſummi boni, ſiquidèm eſt perfectio addita; & Filius non eſt illud ſummum bonum, quoniam non habet perfectionem paternitatis; ergo non eſt illud ſummum, ſed eſt aliud ſummum bonum, quod continet perfectionem filiationis. Et eſt argumentum efficaciſſimum ad probandum, quòd relatio diuina non eſt perfectio addita. Et confirmatur, quia quod eſt maius & minus, nõ eſt idem. Vnde rectè dixit S. Auguſtin. Pſalm. 130. eos in Deitate gradus facere, & diſtinctionem, qui Filium inquiunt eſſe minorem Patre, quod idem docet Boetius lib. 1. de Trinit. ſed ſi paternitas eſt perfectior, ſummum bonum eſt maius & minus; ergo non eſt idem: non eſt ergo vnum ſummum bonum, quod Deum dicimus, ſed ſunt plura bona, & Dij plures. Probatur minor propoſitio, nam ſummum bonũ continet omne bonum, ſiue relatum ſit, ſiue abſolutum: ergo ſi paternitas eſt maius bonum, ſummum bonum quod continet paternitatem, & Deitatem ſimùl, eſt maius bonũ; quàm ſummum bonum quod continet filiationem, & Deitatẽ; ergo in ſummo bono eſt maius & minus; ergo diſtinctio & multitudo bonorum.

Eadem probatio eſt efficax pro 2. concluſ. de qua n. 4.
Confirm. Quod eſt maius & minus non eſt idem.
S. Auguſt.
Boet.
Si paternitas eſt perfectior, atque adeò maius bonum, ſummum bonum, quod continet illam & Deitatem ſimul, eſt maius, quàm ſummum bonum quod cõtinet filiationẽ & Deitatem.

8.
6. probatio.

Præterea, ſummum bonum non poteſt cogitari minus bonum: ſed Filius eſt ſummum bonum; ergo neque cogitando licet fingere quòd ſit minus bonum, quàm Pater. Et iterùm probatur, quoniam ſi paternitas eſt ea bonitas, quæ comparata cum filiatione eſt maior, etiã comparata cũ eſſentia pertinet forma-

7. probatio. Sequitur in Filio non eſſe ſũmum bonum.

A liter ad ſummum bonum; videlicèt vt illud ſit melius, in quo eſt bonitas paternitatis: ergo in Filio in quo eſt minor bonitas, ſcilicèt filiatio, non eſt ſummũ bonum.

9.
Confirmatur argumento *S. Thomæ ex Symbolo S. Athan.*

Et confirmatur argumento accepto à S. Thom. quod eſt ordine tertium; quoniam ſi in ijs relationibus non attenditur perfectio ſecundum vnum eſſe diuinum; relationes diuinæ ſunt perfectiones plures: ergo duæ ſimul ſunt aliquid ſaltèm collectione maius, quàm vna ſola: & cum duæ relationes non ſint ens per accidens, ſed vnus Deus; maius bonum (B) erunt duæ relationes, & duæ perſonæ, quàm vna relatio, & perſona vna; quod eſt contra fidem Trinitatis: nihil enim ibi maius aut minus: ergo in ijs relationibus diuinis perfectio attenditur ſecundum eſſe, quod eſt abſolutum, & eſt ipſa eſſentia diuina.

Relationes diuinę non ſunt pfectiõnes plures; aliàs duæ ſimul quæ sũt vnus Deus, eſſent bonũ ſaltem collectione maius, quã ſit vna ſola.

10.
Idem argum. pbat quòd in Patre paternitas non ſit maior dignitas, quàm in Filio filiatio.

Eodem modo probatur, quòd in Patre non ſit ipſa paternitas maior dignitas, quàm in Filio filiatio; dignitas enim eſt quædã excellentia admiratione digna, vt ait S. Auguſt. lib. 83. quæſtionum q. 3. aut vt definit S. Thom. in 3. d. 35. (C) q. 1. art. 4. dignitas eſt bonitas alicuius propter ſe ipſum; ſed Pater non eſt perfectior, ſiue excellentior, ſiue melior Filio etiam propter relationem, vt probatum eſt; ergo non eſt maior illa dignitas in Patre, quàm in Filio.

Dignitas qd. *S. Auguſt. S. Thom.*

11.
Idem arg. eſt efficax pro 2. concl. de qua n. 4.
Relationes diuinæ non ſũt plures perfectiones ſpecie diſtinctæ, nã ſpecies ſunt ſicut numeri.

Quamobrẽ hoc ipſo argumento conuincimus relationes diuinas nõ eſſe perfectiones relatiuas, & additas; quoniam ſi eſſent perfectiones ſpecie diſtinctæ, haud dubiè vna eſſet maior alterâ: ſpecies enim ſunt ſicut numeri, ita vt neceſſariò vna aliam excedat, quod initio capitis nobis obijciebatur. Negandum ergo eſt diuinas relationes eſſe perfectiones additas; quo fit vt neque vna maior (D) ſit alterâ: nam ratio perfectionis, vt cap. antecedenti declarauimus, in relationibus diuinis eſt eſſentia, ſiue exiſtentia diuina; & relationes non ſunt perfectiones formalitèr plures, ſed vna perfectio formalitèr: quapropter vna non eſt maior alia, cum ſola ſit vna perfectio formalitèr. Vndè illud dictum Cerealis Epiſcopi, cap. 15. contra Maximum. *Numerus* (inquit) *ordinem efficit, æqualitas non admittit.* Si enim ſunt plures perfectiones re ipſa diſtinctæ, vna eſt alterâ maior.

Cerealis Epiſcopus.

Meritòq;

Digitized by Google

12. Conſect. ex *S. Thom.*

In diuinis æqualitas eſt dũtaxat ſecundũ eſſe abſolutũ, aliàs eſſet inæqualitas.

Meritòq; vel ob hanc cauſam negat A S.Thom. æqualitatem perſonarum diuinarum attendi in relationibus; quia relatio diuina nõ eſt ratio formalis perfectionis, neque eſt forma dans ſpeciẽ; ſed eſt proprietas. Quòdſi relatio in Deo eſſet ratio formalis perfectionis, potiùs eſſet in relationibus diuinis inæqualitas, quàm æqualitas; eò quòd ſpecies rerum inæquales ſunt. Et hoc eſt quod S.Aug. docet libr. 3. contra Maxim. cap. 18.

S. Aug.

Originis (inquit) *quæſtio eſt, quis de quo ſit; æqualitas autem, qualis ſit & quantus.* Cum enim quæritur de origine, ſiue B relatione orta ab origine, illud quæritur quæ perſona procedat, & à qua perſona procedat: cum verò æqualitas inueſtigatur, illud expenditur, An qualis Pater, talis & Filius; nam in relationibus diuinis non eſt æqualitas, aut inæqualitas ſecundum aliquid relatiuum; ſed omnia ſunt æqualia ſecundum eſſe abſolutum.

13. Ad argumẽta 2. ſententiæ.

Ad 1. arg.

Perindè confutata ſunt duo illa argumenta principio propoſita; alterum enim quòd Pater ſit maior ob dignitatem Patris, declarandum iam eſt: alterũ

Ad 2. arg.

verò quòd hæ perfectiones diſtinguantur ſpecie, negamus conſtantèr; ſed tres relationes dicimus eſſe vnam perfectionem abſolutam.

14. Obiectio. *Act.* 20.

Vnum eſt quod poſsit occurrere ex illo loco Act.20. *Beatius eſt dare, quàm accipere.* Dare autem eſt relatio Patris, & accipere relatio eſt Filij. Quod argumentum iam aliàs diſſolutum à nobis eſt: ſed reſpondetur adhùc cum S. Aug. libr. 3. contra Marcionem, illud eſſe intelligendum in vita mortali, in qua accipere eſt argumentum indigentiæ, dare autem opulentiæ eſt. Sed in diuina proceſsione, qua Pater dat totum quod habet, æqua beatitas, ſiue beatitudo eſt in Patre dante, & in Filio accipiẽte. Quod idem explicat S. Hilar. *Pater* (inquit) *donantis auctoritate maior eſt; ſed minor Filius non eſt, cui idem eſſe donatur.* D At verò lib. 2. ad finem docuimus Filiũ ſine indigentia accipere: quarè nulla ex parte eſt in diuinis beatius dare, quàm accipere.

Reſpond. 1. vt libr. 2. c. 10. n. 22.

Reſpond. 2. cũ *S. Aug.*

Illud, Beatius eſt dare, &c. intelligendum eſt in vita hac mortali: non verò in diuina proceſsione, qua Pater dat totũ quod habet.

S. Hilar.

Confirmatio.

15. Obijciuntur auctoritates pro 2. ſent.

AD noſtram ſententiam confirmãdam, quia nonnulla inueniuntur apud Patres, quæ videntur contraire, A hęc ipſa ſubijciemus ſtatim: poſtmodùm rem explicabimus alijs Patrum pronũciatis, quos auctores habemus & patronos. S. Dionyſ. de cœleſti Hierar. cap. 1. Patrem vocat principale lumen, principale autem eſt maius: & de diuinis nomin. cap. 2. vocat Patrem fontanam, & primordialem Deitatem. Sanctus quoque Athanaſ. oratione 2. contra Arium ait Patrem maiorem eſſe Filio, quia eſt Filij principium, quod ad relationẽ pertinet. S. Baſil. lib. 1. ad finem idem ait contra Eunom. & S. Cyrill. lib. 2. Theſauri, cap. 3. Sanctus quoque Ignatius epiſtola ad Philip. inducit Chriſtum alloquentem Patrem his verbis, *Confiteor eminentiam, recognoſco generationis auctorem.* Quibus Chriſtus eminentiam in Patre confitetur, eò quòd ſe genuerit. S. Gregor. Nazianz. orat. 3. Theolog. affirmat Patrem maiorẽ eſſe Filio vt cauſam, hoc eſt, vt principium, & idem cenſet oratione 2. interpretatus illud S. Pauli, *Non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo. Maius* (inquit) *ad cauſam, æquale ad naturam refertur.* Filius ergo licèt naturâ ſit æqualis, minor tamen eſt; quia Pater eſt principium & maior. Idem docet S. Ioan. Damaſcen. lib. 1. fidei Orthod. c. 8. & 9. quòd Pater C ſit maior Filio, tanquàm cauſa, hoc eſt, tanquàm principium. At verò Nicolaus Auctor & Epiſcopus in diſputatione aduerſus Latinos circa proceſsionem Spiritus Sancti, Patrem ait eſſe maiorem, non ratione naturæ, ſed ratione perſonæ. Et probatur, quoniam Patrum Græcorum concors interpretatio eſt illorũ verborum, *Pater maior me eſt,* quòd ſit maior quia eſt principium Filij. Ex Latinis verò hoc ipſum aſſerit Tertullianus lib. 1. de Trinit. de Chriſto Domino loquens, *Sanctificatum*, inquit, *ſe à ſuo Patre eſſe proponit; dum ergo accipit ſanctificationem à Patre, minor eſt Patre.* Ergo hoc quod eſt accipere minus eſt, quia maius eſt dare. Imò de Spiritu Sancto quoque differens eò quòd à Filio accipit, nõ dubitat Tertullianus Spiritum Sanctum dicere minorem Filio, quia Filius eſt eius principium. Et libr. contra Praxeam, Patrem dicit maiorẽ, quia de eo eſt Filius. Sãctus quoque Hilar. lib. 9. de Trinit. affirmat Patrem donantis auctoritate maiorem eſſe. Quod etiam traditur in Cõcilio Sardicenſi ſub Iulio

S. Dionyſij 1. locus.

Secundus.

S. Athan.

S. Baſil.

S. Cyrill.

S. Ignat.

Nazianz. 1. locus.

Secundus ſuper illud *ad Philip.* 2.

S. Damaſc.

Nicolaus.

Patrum Græcorũ concors interpretatio ad verba *Ioan.* 14. *n.* 28.

Tertull.

Idem.

S. Hilar.

Conc. Sard.

Digitized by Google

Conc.Flor. 16.

Pro auctoritatũ explicatione aduert.

Iulio 1.in epiſtola ad omnes Epiſcopos, & Concil.Florent. ſeſſ.25.vel 20. Patrē dicit ordine,& dignitate primum.

Ad verba Ioann. 14.

1.interpretatio Latinorũ.

2.interpretatio inſuper addita à Græcis.

1.interpretationem probat S.Athan.

Ad hoc explicandum licet aduertere, Sanctos Doctores dicere Patrem maiorem Filio gratia explicandi verba illa Ioannis. *Pater maior me eſt.* Quod Latini interpretantur ſecundum humanitatem: Græci verò etiam ſecundum generationem; ita tamen vt præcipua explicatio ſit ſecundum humanitatē. Hoc autem benè admodùm probat S.Athanaſ.lib.1.diſputans cum Ario ex verbis Christi,ait enim, *Si diligeretis me, gauderetis vtiq;, quia vado ad Patrem, quia Pater maior me eſt.* Sicut ergo Christus ſecundum humanitatem aſcendebat;ita ſecundum eandem Patrem dicebat maiorem; & idcircò gaudendum, quia ad maiorem iret,ſcilicèt collocandus in ſolio gloriæ. Et affert illud Pſalm.8. *Minoraſti eum paulò minus ab Angelis.* Quia eâdem naturâ eſt Filius minor Patre, qua eſt minor Angelis effectus. Idē confirmat S.Cyrill. lib.2. Theſaur. c.3. *Quando* (inquit) *maior Pater Filio dicitur,non Deitati ſermo attribuendus eſt, ſed humanitati.* Et hoc probat alijs verbis Christi Domini, *Pater, qui miſit me maior me eſt:* nam ſicut miſſus eſt Filius ſecūdum humanitatem; ita & Pater qui miſit, maior eſt ſecundum quòd Filius miſſus homo eſt. Et Cerealis Epiſcopus cap 6.cōtra Maxim. referens illud Pſal. 21. *De ventre matris meæ Deus meus es tu. Et ideò,* inquit, *maior.* Et idem docet lib.10.in Ioan. cap.9. Verum eſt quòd S. Gregor.Nazianz. oratione 4. Theologiæ, videtur reſpuere hanc intelligentiam; quia, quòd Pater maior ſit Filio ſecundum humanitatem,verum quidèm ſit,ſed nihil honorificum: *Quid enim mirum* (inquit) *Deum homine maiorem eſſe?* Sed Nazianzeno poſſumus reſpondere, id quidèm mirum non eſſe, ſed fuiſſe neceſſe, vt à Christo diceretur; ne putaretur Patrem habere Ioſephum; ſed Patrem innuit ſe habere Deum, qui ſolus homo exiſtimabatur. Et ita hunc locum declarat S.Hilarius lib.6. de Trinitate. Idem videtur indicaſſe, dum ait, *Cum audis itaque, Pater maior me eſt, ſcito eum de quo ob meritum obedientiæ dictũ eſt, Et donauit ei nomen quod eſt ſuper omne nomen:* & infrà, *Quando illud igitur eſt, Pater maior me eſt? nempè tunc,*

Pſalm.8.

S.Cyrill.

Cerealis Epiſcopus.

Obiectio Nazianz.

Reſponſio.

S.Hilar.

A *cum donatur ei nomen ſuper omne nomen.* Ecce ad humanitatem Christi refert quòd Pater maior ſit Chriſto, dans illi nomen & gloriam in ſua aſcenſione ob meritum obedientiæ, de qua etiam re Sedulius lib.3.Paſchatis, ſic ait, *Filiũ genitore minorem lex carnalis habet.* Eadem eſt planiſsima ſententia S.Aug. libr.1. de Trinit. cap.8. *Nulla,* inquit, *contradictio eſt ſecundum hoc dictum eſſe quod formâ ſerui maior eſt Pater, cui in forma Dei æqualis eſt Filius.* Et idē perſequitur cap.9. & lib.2. in initio doctè ait Filium non ſolùm eſſe Patrè minorem, ſed ſe ipſo minorem ſecundùm quod homo eſt. B Et idem docet de Trinitate, & vnitate Dei, cap.2. tomo 4. & idem affirmat tract.18.in Ioan. & epiſt. 174.& S.Athanaſ. in diſput.contra Ariū in Concilio Nyſſeno,& S.Cyrill. lib.10. ſuper Ioannem,&ſuffragatur S.Leo Papa,ſerm.3. de Pentecoſte. Et iſte eſt cōmentarius communis apud Latinos. Vide Ianſenium. Eandem expoſitionem videtur ſequutus S.Athanaſ. in Symbolo, *Minor,* inquit, *Patre ſecundum humanitatem.* Et idem ſentit S.Anaſtaſ. lib.1. de rectis fidei dogm. ſcilicèt Patrē maiorem,vt eſt principium;Filium verò C minorem ſecundum humanitatem. Phebadius verò lib.contra Arianos Patrem maiorem ait, quia eſt Auctor ſine Auctore: & quia non deſcendit in Virginē, & Greg. Bæticus libro ſuo contra Ariū ſimilitèr commentatur. Et Patres Spiritum Sanctum non ſolent dicere minorem: quia non aſſumpſit naturam qua eſſet minor. Quāquam S.Athanaſ.tract. 1.contra Arianos Spiritum Sanctum dicat minorem Filio non magnitudine eſſentiæ, ſed origine: quod neceſſe eſt intelligere ſecundum diuinam proceſsionem D tam de Filio, quàm de Spiritu Sancto. Cum ergo illa verba, *Pater maior me eſt,* germanam expoſitionē habeant, quòd eſt maior ſecūdum humanitatem; Patrum Græcorum ſentētiæ, dum aiunt Patrem etiam maiorem dici propter generationem,ita explicandæ ſunt, vt nullatenùs Patrem videantur præferre Filio.

S.Auguſt.

Idem.

S.Athan.

S.Cyrill.

S.Leo.

S.Athan.

S.Anaſt.

Phebad.

Greg.Bæt.

S.Athan.

2.interpretatio declaratur.

17\. Auctoritatum pro 2.ſentent. explicatio generalis.

Illa ergo omnia Patrum aſſerta vna & eadē interpretatione elucidāda ſunt. Doctores ſcholaſtici aiunt Patrem eſſe maiorem auctoritate gignendi: auctoritas autem nihil aliud ſignificat, quàm princi-

Digitized by Google

Pater eſt maior Filio gignendi auctoritate, ſeu principio, & ordine dignitatis.
S. Auguſt.

principiũ: & ita videtur ſentire S. Aug. qui cũ nuſquã cõcedat Patrẽ eſse maiorẽ Filio, niſi ſecundũ quòd Filius homo eſt; tamen lib. quæſtionũ veteris & noui teſtamenti, q. 122. ait Patrem auctoritate maiorem eſse, quia ſcilicèt Filius eſt principium ſolius Spiritus Sancti; Pater verò eſt principium ipſius Filij, & ita eſt maius principium. Et ita videtur poſse intelligi S. Dionyſius aſſerens Patrẽ eſſe lumen principale, hoc eſt, lumen quod eſt principium omnis luminis: & ideò Pater dicitur fontana Deitas.

Ad 1. locum *S. Dionyſij.*

Ad 2. locum.

18. Ea explicatio ſuadetur ex *S. Athanaſ.* notante quòd Chriſtus dixit Patrem maiorem, ſed meliorem nõ dixit, vt 2. ſent. dicit.

Deindè verò aduertendum id quod doctiſsimè S. Athanaſ. notauit oratione 2. contra Arianos; quòd Chriſtus dixit Patrem eſſe maiorem Filio, ſed meliorẽ non dixit. Improbanda eſt ergo omninò nouella opinio, quæ Patrem aſſerit perfectiorem eſſe Filio perfectione relatiua; nam id eſt perfectius, quod melius. Et illud etiam conſequitur, vt Pater non dicatur maior perfectione, quia eſſet profectò melior.

19. Pater eſt dignitate primus, quia eius dignitas non eſt ab alio.
Ita nõ melior, ſed maior eſt propter ordinem principij quaſi politicè, quia honorem eundem priùs Patri deferim' quàm Filio.

Ex quibus fit conſequens, vt cum Patres dicant Patrem maiorem, ſolo ordine dignitatis maior eſſe intelligatur, quia eſt dignitate primus; quia eius dignitas nõ eſt ab alio. Et hoc eſt quod aiũt eſſe maiorem ratione cauſæ; cum enim etiam ratione cauſæ, ſiue principij non ſit melior, ſed maior, iuxta S. Athanaſ. fit vt maior eſſe intelligatur ordine quodam principij. Et ita quidam aiunt Patrem eſse digniorem non dignitate naturali, ſed politica: quòd ſi dignitas politica ea dicitur, quæ in republica quapiam æſtimatur; ipſa quoque rectà æſtimatione, & reuerentia Pater non eſt magis dignus quàm Filius; cum eadem omninò reuerentia vtrique deferenda ſit: ſed Pater eſt maior propter ordinem, quia priùs Patri honorem deferimus, quàm Filio: & hic modus explicandi videtur eſſe optimus; & videtur indicari à S. Cyrill. obſcuriùs quidèm, lib. 2. Theſauri, c. 3. vbi ait Patrem eſſe maiorem modo quodam originis, quaſi non ſit maior perfectione, ſed ordine. Et ibidẽ ait, modo loquendi noſtro Patrem dici maiorem, vt ſignificetur quòd Filius verè procedit ab illo; nam parentes maiores dicimus. Sanctus verò Hilar. alijs quoque verbis, vt ſolet, obſcurioribus oſtendit Patrem non eſſe perfectiorem Filio, ſed maiorem voce tenùs

S. Cyrill.

Parentes maiores dicimus.
S. Hilar.

A appellari: nam lib. 9. de Trinit. ait Patrem ita eſſe maiorem, vt Filius minor non ſit; quòd ſi re ipſa eſſet maior, Filius minor eſſet, *Pater* (inquit) *maior eſt, dum Pater eſt; ſed Filius, dum Filius eſt, minor non eſt.* Quare ſolo nomine videtur dici Pater maior, quaſi principium & auctor; ſicut S. Cyrill. dixit appellari maiorem propter conſuetudinem loquendi. Sed fortè S. Hilar. aliud ſignificat verbis illis, ſcil. Filium, quà homo eſt, eſſe minorem, ſed non quà Filius eſt in eadem natura, vt verba conſequentia indicant. Patrem tamen quà Pater eſt, maiorẽ dicit; fortè quia Pater ſolùm, eſt

In hoc loco, ſolo nomine videtur dici Pater maior quaſi principium, & auctor.

Eiuſdem loci alia explicatio melior.

B Deus, nõ homo, & nõ habet quo dicatur minor: & hic cõmentarius magis placet. Cũ verò alijs in locis Pater dicitur maior, referẽdũ hoc eſt, nõ ad perfectionẽ maiorem, ſed ad ordinem; quia dignitas eſt in Patre à ſe ipſo, in Filio verò eſt à Patre: itaque Pater dicatur maior, vt à ſanctis Patribus dicitur; vel hoc potiùs explicetur: ſed nõ dicatur melior, neque perfectior; quod Patres non dicunt. Cõfirmatur verbis illis, quæ legũtur in lib. ſynod. parùm poſt mediũ, *Subiectio Filij naturæ pietas eſt, id eſt, recognitio paternæ auctoritatis; ſubiectio autẽ cæterorũ,*

Pater vt ſic, maior dicitur, quia Pater ſolùm, eſt Deus, non homo.

Lib. Synod.
Subiectio Filij naturæ pietas eſt, ſiue dilectio eadem, quæ in Patre, & recognitio paternæ auctoritatis.

C *eſt rationis infirmitas.* Vbi in Filio legimus ſubiectionem; ſed quid ſit ſubiectio iſta, ſimùl legimus: eſt enim naturæ pietas, & recognitio paternæ auctoritatis. Nũquid ergo Filius magis colit Patrem quàm Pater Filiũ; aut Filius Patri ſubiectus eſt? Abſit, Arianum hoc eſt; ergo ſicut vna eſt & eadẽ pietas ſiue dilectio Patris ad Filiũ, & Filij ad Patrem; ita & eadem excellẽtia & dignitas. Sed Filius Patrem diligit vt principium; & hoc ſolo nomine maiorem. Obſeruat autẽ D. Albinus Alcuinus lib. 3. de Trinit. c. 8.

D. Alb. Alcuin.
Pater cur non dicitur maior Spiritu Sãcto.

D Patrem non dici maiorem Spiritu Sancto, quia Spiritus Sanctus non aſſumpſit ad hypoſtaſim columbæ naturam qua eſſet minor: dicitur ergo Filius minor ob naturam aſſumptam.

20. Confirmatio pro 3 ſent. in tit. aſſerta.

Cum igitur nullus Patrum affirmet Patrem eſſe perfectiorem, & S. Athanaſ. neget meliorem, audendum non eſt hoc aſſerere quod nouum eſt: præterquàm quòd eſt ſatis luculentèr refutatum. Et confirmatur verbis S. Baſil. lib. 1. contra Eunom. ad finem, *Quorumcunque* (inquit) *impoſsibilis eſt comparatio, quo pacto in ipſis id quod excedit, cognoſcetur?*

S. Baſil. conſonus probationi 2. de qua n. 4.

QQq Sanè

Digitized by Google

Sanè paternitas, & filiatio diuina, ſunt A
perfectiones incomprehenſibiles; ergo
nequeunt comparari, neque vllus exceſ-
ſus vnius ante alteram deprehendi po-
teſt. Accedit auctoritas S. Auguſtini,
quæ in Eccleſia Dei eſt maxima, non ſo-
Perſonæ etiã duæ ſimul nõ ſunt quid perfectius, quàm ſeparatim vna. lùm affirmantis vnam perſonã non eſſe
perfectiorem altera; ſed neque perſonas
duas ſimul eſſe quid perfectius, quàm
ſeparatim vnam, vt affirmat 6. de Tri-
Ex S. Aug. nit. cap. 7. & lib. 7. cap. 6. à quo eandem
D. Alb. Alc. doctrinam bibit D. Albinus Alcuinus
lib. 1. de Trinit. c. 9. & 11. Sanctus quo-
S. Ambroſij que Ambroſius hoc ipſum firmiſsimo B
1. locus. argumento oſtendit lib. 1. de fide, cap. 2.
Qui enim minor eſt (inquit) *imperfectus
eſt, cui deſit aliquid quo maiorem poſsit
æquare.* Idem probat libr. 2. cap. 3. ex
2. locus probat verbis Apoſtoli Hebr. 6. *Quoniã neminẽ
ex Hebr. 6. habuit per quem iuraret maiorẽ, iurauit
per ſemetipſũ.* Hoc autẽ Chriſto Dño at-
tribuit; ergo Pater non eſt maior, quia
oporteret Filiũ iurare per Patrẽ, vt per
maiorẽ iuraret. Et lib. 4. c. 4. *Neq; ideò*,
3. locus. inquit, *Filius minus habet, quia Pater
non eſt.* Et lib. 3. de Spiritu Sancto, c. 18.
Quartus. *Neſcit*, inquit, *vnitas ordinem, gradum
neſcit æqualitas*: vbi etiã ordinem per-
fectionis negauit diuinis perſonis prop-
ter vnitatem eſſentię, vnde eſt omnis il-
larum perfectio: neque enim ordinẽ ori- C
ginis negauit S. Ambroſ. ſed certè or-
dinem perfectionis. Et lib. contra Aria-
Quintus. nos c. 7. elegantèr inquit, *Inæqualium ſo-
cietas, melioris offenſa eſt.* Eſt ergo in di-
uinis ſocietas cũ omnimoda ęqualitate.
Denique ipſe S. Ambroſ. lib. 5. de Fide,
Sextus. c. vlt. Patrem alloquens: *Ergo* (inquit)
*te quidèm inacceſsibilẽ, incomprehẽſibi-
lem, inæſtimabilẽ promptè dixerim; ſed
Filium tuum minorem nõ auſim dicere*:
& infrà, *Eſto tamen ſpiritu, auſuq; teme-
rario metiri te velim, vnde quaſo te me-
tiar?* Hoc ipſum mihi liceat vſurpare vt
diuinas relationes perfectionis magni-
tudine non metiar, aut comparem, cum D
ſint infinitæ: maximè cum omnes rela-
tiones diuinæ, vna perfectio ſint abſolu-
ta, propter vnam abſolutam exiſtentiã,
quæ eſt ratio perfectionis. Et S. Leo Pa-
S. Leo. pa, epiſt. 91. ad Turibiũ, perſonas eſſe æ-
quales dignitate aſſeuerat. Et hæc eſt ſẽ-
tentia S. Thom. planiſsima, 1. p. q. 42. ar.
S. Thom. 4. ad 3. vbi cũ decreuiſſet, nomẽ relatio-
1. locus. nis nõ ſignificare in Deo aliquid vniuer-
ſale; quia quæ ratione vniuerſali cõtinẽ-
tur, differũt ſecundũ eſſe: relationes au-
tẽ diuinæ habent idẽ eſſe, ſcil. eſſentiale;
imò & eandẽ eſſentiam, quia relationes
diuinæ non ſunt eſſentia, ſed proprieta-
tes: ex eodẽ argumento colligit omnes Probat, quia idẽ eſſe & perfectio eſt in õnibus pſonis.
relationes ſimul non eſſe aliquid maius,
quàm vnã ſolam; quia idem eſſe, & per-
fectio, eſt in omnibus. Imò cum ar. 1. de-
creuiſſet perſonas diuinas eſſe ęquales,
idcircò videtur feciſſe nouam diſputa-
tionem de Filio, vtrùm ſit minor Patre,
eo art. 4. vt Patrum ſententias declara-
ret de relatiua perfectione Patris, vt fa-
cit ſolutione ad 2. & 3. conſtantèr affir-
mans Patrem Filio maiorem non eſſe.
Et q. 10. de potent. art. 5. diſputans de 2. locus.
perſonarum proprietatibus, aſſeuerat
diuinas perſonas non poſſe habere in-
ter ſe ordinem perfectionis, ſcil. vt vna
ſit perfectior alterâ, etiam ratione pro-
prietatis, ſiue relationis perſonalis.

CAPVT XXXIIII.

Quatuor ſunt in Deo relationes reales.

¶ Caput diuiditur in duas partes.
Pars prior: *Quatuor relationes diuinæ non ſunt res quatuor, ſed res tres.*
Poſterior: *Quatuor ſunt in Deo relationes reales.*

PRIOR PARS.

Quatuor relationes diuinæ non ſunt res quatuor, ſed res tres.

1.

Frequens eſt Doctorũ cõſenſus, eſſe in Deo relationes reales quatuor; S. Thomas colligit hunc numerum ex origine.
quẽ numerũ colligit S. Thom. 1. p. q. 28. art. 4. & q. 30. ar. 1. & ar. 2. ad 1. eò quòd hæ relationes fundãtur in origine; origo autẽ in Deo altera pertinet ad intellectum, altera ad voluntatẽ: origo ex intellectu petita, eſt actiua generatio, quæ fundat paternitatẽ; & proceſſio quæ eſt paſſiua generatio, fundat filiationem: origo autẽ per voluntatẽ, quæ eſt actiua ſpiratio, vna eſt in Patre, & Filio fundamentum relationis ſpiratoris; proceſſio autẽ quæ eſt paſſiua ſpiratio, fundat relationem Spiritus Sancti. Et ita quatuor ſunt relationes, paternitas, & filiatio; Sunt duo binarij oppoſitarum relationũ.
ſpiratio actiua, & paſſiua: & ſunt duo binarij oppoſitarum relationum.

Dubitatur igitur, vtrùm iſtæ quatuor 2.
rela-

Digitized by Google

relationes ſint res quatuor? & illud pri- **A** mùm conſiderandum, ſintnè relationes diuinæ res diſtinctæ inter ſe? Qua in re eſt concors ſententia omnium Theologorum, & Patrum, relationes oppoſitas, eſse res diſtinctas, verbi gratia, paternitas, & filiatio, quæ relatiuè opponuntur, ſunt res duę: ſpiratio etiam actiua & paſsiua; propter eam oppoſitionẽ relatiuam, ſunt res duæ.

1. certum: Relationes diuinæ oppoſitæ ſunt res diſtinctæ inter ſe. Declaratur.

3\.

1. probatio, ex oppoſitione relatiua.

Quòd autem hæ relationes oppoſitæ ſint res diſtinctæ, ſatis eſt euidens ex primæ Philoſophiæ principijs, quia ipſa oppoſitio relatiua affert diſtinctionem: cum ergo hæ relationes ſint rea- **B** les, oportet vt ſint res diſtinctæ. Et hoc idem probatur non minùs efficaci argumento; hæ enim relationes diſtinguũt perſonas, vt libro 4. dicemus; at verò non poteſt intelligi quòd diſtinguant perſonas, niſi ſint ipſæ diſtinctæ. Quod firmatur Ariſtotelico axiomate, *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis*; ſed relationes diſtinguunt perſonas; ergo ipſæ maximè diſtinguuntur: non quòd diſtinguantur maiori diſtinctione reali, quàm perſonæ; quia re ipſa relatio, & perſona eſt omninò idem; **C** ſed noſtro modo intelligendi perſona continet eſſentiam, in qua non diſtinguitur, & relationem qua diſtinguitur: relatio autẽ eſt ipſa forma diſtinguẽs; ergo ipſa eſt maximè oppoſita, & diſtincta.

2. probatio, quia diſtinguunt perſonas.

Ariſtotelis axioma.

Non tamẽ diſtinguuntur maiori diſtinctione reali, quã perſonæ.

4\.

2. certum: Relationes quę ſunt in perſonis relatiuè oppoſitis ſunt quoque diſtinctæ. Declaratur.

His addendum eſt, eas relationes quæ ſunt in perſonis relatiuè oppoſitis, eſſe quoque diſtinctas, verbi gratia, paternitas non opponitur relatiuè ſpirationi paſsiuæ: ſed quia paternitas eſt in perſona ſpirante, & ſpiratio paſsiua in perſona ſpirata; perſona autem ſpirans & ſpirata opponitur relatiuè; propter ipſas perſonas oppoſitas, paternitas quoque & ſpiratio paſsiua ſunt res di- **D** ſtinctæ. Ex quibus colligimus diſtinctionem realem inter paternitatem, & filiationem; & inter vtramque, & ſpirationem paſsiuam; & inter ſpirationem actiuam, & paſsiuam. Sed adhùc non colligimus has quatuor relationes eſſe res quatuor: quia ſi ſpiratio actiua eſt res eadem cum paternitate, & filiatione, ſpiratio non eſt res quarta; & ita relationes quatuor ſunt res tres: quòd ſi ſpiratio actiua eſt res quarta diſtincta à paternitate, & filiatione, hæ quatuor relationes ſunt quatuor res.

Quæſtio: An quatuor relationes ſint res quatuor?

5\.

Quæſt. prævia vtrùm ſpiratio actiua ſit res quarta diſtincta à paternitate & filiatione?

A Hoc igitur diſputatione iſta agitandum eſt, vtrùm ſpiratio actiua ſit res quarta diſtincta à paternitate, & filiatione? Durand. affirmat eſſe rem quartam ab vtraque diſtinctam: & ita relationes ait eſſe res quatuor. Ita opinatur in 1. d. 13. q. 2. & recitatur pro partibus Durandi tuendis Heruæus quodlib. 7. & Dionyſ. d. 27. q. 1. & Durandus ipſe teſtatur hanc ſententiam viris doctis placuiſſe. Ioannes verò Scot. quodlib. 5. art. 2. ait has relationes diſtinguit formalitèr ex natura rei.

Affirmãtium 1 ſententia Durandi. Heru. S. Dionyſ.

2. ſententia Scot.

6\.

1. ſententia improbatur 1. vt cõtraria fidei de diuina ſimplicitate.

Hæc tamen ſententia fidei dogmatis **B** contraria eſt: pugnat enim cum ſimplicitate diuinæ perſonæ: nam ſi in Patre ſunt res duæ, ſcilicèt paternitas, & ſpiratio actiua; neceſſe eſt eſſe perſonam Patris ex duabus illis rebus compoſitã. Et idem dicendum de perſona Filij, ſi in illa ſunt duæ res, ſcilicèt, filiatio, & ſpiratio actiua. Explicatur hoc, nam ſi in Patre eſſent res duæ, ſcil. relationes duæ re ipſa diſtinctæ, Pater non eſſet vna res, niſi cõpoſitione vna, vel aggregatione: nam eſſentia diuina eſt res tres cõmunitate reali; quia eſt cõmunis tribus perſonis, **C** & eſt idem cum ſingulis. Pater verò non eſt hoc modo res duæ, quaſi quid cõmune rebus duabus; ſed omninò, ſi in ſe cõtinet res duas, vel illæ res compoſitionẽ efficiunt, ſi per ſe ſint coniunctæ, vel per accidens inueniũtur ſimùl, quaſi aggregatæ. Et ita Pater habet ſe ad has res duas, cũ ipſe ſit res vna, quaſi totũ ad partes ſui: ergo Pater diſtinguitur re ipſa à paternitate; totum enim à ſingulis partibus diſtingui neceſſe eſt: eſt ergo quid cõpoſitũ ex partibus, quod eſt hęreticũ.

Declaratur improbatio.

Pater non eſt res duæ communitate reali.

Vnde ſi in eo ſũt res duę, habet ſe ad illas vt totũ ad partes à quarum ſingulis diſtinguitur.

7\.

Improbatur 2. Sequitur in Patre eſſe duas ſubſtãtias, aut partes ſubſtantiæ.

Prætereà, ſi in Patre ſunt res duę, ſcil. paternitas, & ſpiratio actiua, & hæc non ſunt accidẽtia, quia in Deo non eſt accidẽs; ſunt ergo duæ ſubſtantiæ aut partes **D** ſubſtãtiæ. Et cõfirmatur, quia ſi paternitas, & ſpiratio actiua ſunt res diſtinctæ, ſunt certè hypoſtaſes diſtinctæ; quoniã in Deo omnis res eſt ſubſtãtia, ſubſtãtia autẽ incõmunicabilis eſt hypoſtaſis; ſed ſpiratio actiua nõ eſt paternitas, neque filiatio, neque ſpiratio paſsiua, ſed res quarta diſtincta: ergo eſt incommunicabilis hypoſtaſis. Dices nõ eſse hypoſtaſim, quia nõ eſt incõmunicabis Patri, & Filio: hoc tñ argumẽto cõprobamus, in diuinis nihil eſſe diſtinctũ, quod non ſit incõmunicabile; quia id quod eſt diſtin-

Confirmatur improbatio. In diuinis omnis res diſtincta, eſt ſubſtãtia incommunicabilis, ſeu hypoſtaſis.

QQq 2 ctum,

ctum, eſt res diſtincta ſubſiſtẽs; & ea res eſt ſubſtãtia perfecta; ergo eſt hypoſtaſis.

8. Improbatur 3.

Paternitas, & ſpiratio actiua neque ſunt relationes oppoſitæ, neque ſũt perſonarum relatiuè oppoſitarum.

Tertiò probatur, quia in Deo omnia ſunt vnum, vbi non occurrit relationis oppoſitio; paternitas autem & ſpiratio actiua non ſunt relationes oppoſitæ, neque relatiuè opponuntur; neque ſunt perſonarum relatiuè oppoſitarum: ſpirator enim neque eſt perſona, neque Patri, aut Filio relatiuè opponitur, ſed eſt ipſe Pater, & Filius: ergo deficiente omninò relatiua oppoſitione; non eſt res diſtincta, ſpiratio, & alia res diſtincta, Pater ſiue paternitas. Quo frequentiſsimè argumento vtimur, vtpotè validiſsimo; ideò enim probatur Spiratoris relatio Filio conuenire, quia ei non opponitur; & eſſe vna in Patre, & Filio, quia ſi eſſent duæ, non opponerẽtur; ſine oppoſitione autem neceſſaria eſt vnitas in diuinis.

9. Improbatur 4.

Spiratio actiua eſt res diſtincta à paternitate, ſiue à Patre, aliàs in Patre qui eſt ens primum etiam perſonalitèr eſſet aliquid procedẽs.

Declaratur hoc.

Reſponſio.

Refutatur 1.

Omnis res diuina ſaltẽ per identitatẽ ſubſiſtit.

Spiratio actiua ſi eſt diſtincta à Patre, aut ab eo procedit, aut ſi eſt inge-

Quartò: Paternitas eſt ipſa perſona Patris, niſi etiam velis numerare res plures, & quòd perſona ſit vna res, & paternitas alia res: paternitas ergo ſiue ipſe Pater eſt primum ens non ſolùm eſſentialitèr, ſed perſonalitèr; ergo omnis res diſtincta à paternitate, deriuatur, & procedit ab illa; ſed ſpiratio actiua eſt res diſtincta, auctore Durando; ergo procedit à Patre, quod eſt hæreticum: nihil enim eſt in Patre, quod habeat principium, cum Pater ſit ingenitus, hoc eſt, ſine principio; ſpiratio ergo cum ſit in Patre, non procedit ab eo. Explicatur hoc, nam ſpiratio actiua eſt res quædam, vel ergo eſt abſque origine, & eſt Pater, & non res diſtincta; ſolus enim Pater eſt ſine origine: vel eſt per originem à Patre, quod dici non poteſt. Neque ſoluitur argumentum, ſi dicas ſpirationem eſſe formam ſubſiſtentis, & non ſubſiſtentem; ſola autem ſubſiſtentia habere originem: nam omnis res diuina ſaltèm per identitatem ſubſiſtit, ipſa enim relatio eſt res ſubſiſtens; ſubſiſtere enim eſt per ſe eſſe, vt lib. 4. dicemus: quòd ſi relatio diuina nullo modo eſſet per ſe, eſſet accidens. Quarè ſi ſpiratio actiua eſt res diſtincta à Patre, ſicùt à paternitate (Pater enim & paternitas res eadem eſt) neceſſe eſt vt ſpiratio actiua ſit res diſtincta ſubſiſtens ſaltèm per identitatem. Cum ergo ſit diſtincta à Patre, & ſubſiſtens; neceſſe eſt, vt à Patre procedat, aut quòd ſit res

A ingenita, quæ eſt Patris proprietas; & erunt in Deitate duo relatiua ingenita, & diſtincta.

nita, in Deitate erũt duo ingenita diſtincta.

10. Refutatur 2.

Formæ ſubſiſtentium ſuo modo habent originẽ in ipſis ſubſiſtentibus.

Deindè, formæ ſuo modo habent originem in ipſis ſubſiſtentibus; quarè filiatio eſt à Patre non vt hypoſtaſis, ſed vt forma hypoſtaſis. Rectè ergo quæritur de ſpiratione actiua, ſiquidèm eſt res diſtincta à Patre, ſitnè ab illo per originem.

11. Improbatur 5. *ex Durand.*

Paternitas, & ſpiratio ſũt res ſimplicitèr vna inter ſe, cũ ſint res ſimplicitèr vna in eſſentia; quæ eſt forma eiuſdem perſonæ in qua ſunt ſimul.

Adhùc arguitur, quoniam eſſentia eſt in Patre, vt forma, quæ propter ſuam infinitatem continet omnia, quæ ſunt in Patre ſaltèm per identitatem, vt Durandus quoque confitetur; ita vt eſſen-B tia, & paternitas ſit res vna ſimplicitèr; & iterùm eſſentia, & ſpiratio actiua eſt res vna ſimplicitèr, ob rationem eandẽ: ergo paternitas, & ſpiratio ſunt res vna inter ſe. Probatur, quia ſunt res vna in eſſentia, quæ eſt forma eiuſdem perſonæ in qua ſunt ſimul: nam paternitas, & filiatio ſunt idem in eſſentia, ſed non in perſona eadem, cum ſint oppoſitæ; ſed in perſona eadem fingi non poteſt quòd relationes duæ, in eſſentia quidèm diuina ſint res vna, at verò inter ſe abſque vlla oppoſitione ſint res diſtinctæ. Explicatur hoc, nam paternitas ita eſt eſ-C ſentia, vt ipſe Pater ſit eſſentia, & non ſint res duæ Pater & eſſentia, non ſint (inquam) res duæ ſimplicitèr, hoc ipſum confitente Durando, qui aliquam diſtinctionem ponit inter perſonam, & eſſentiam diuinam, ſed non ſimplicitèr realem; cum ergo eſſentia, & ſpiratio ſimplicitèr ſit res vna; quomodò ſpiratio & Pater ſimplicitèr erunt res duæ, ita vt in eadem perſona hæ relationes ſint ſimplicitèr res vna, & res duæ.

Declaratur improbatio.

Durandus inter eſſentiã, & perſonã ponit diſtinctionem realẽ, ſed non ſimplicitèr.

12. Improbatur 6. *ex Cõc. Lat.* vt lib. 1. cap. 4. p. 1, n. 11. & hic n. 19.

Reſponſio *Durandi.*

Refutatur 1. ex cap. 28. n. 5.

Poſtremò arguitur aſſumpta illa propoſitione à Concilio Lateranenſi, quòd D eſſentia non eſt res quarta diſtincta à perſonis; ergo neque ſpiratio actiua eſt res quarta diſtincta ab illis. Reſpondet Durand. diſparem eſſe rationem, quia eſſentia eſt ens infinitum continens ipſas perſonas; quare non diſtinguitur ab illis: relationem autem etiam diuinam ait non eſſe infinitam; & idcircò vnam relationem non continere alias; ſed eſſe ab illis rem diſtinctam. Hæc tamen reſponſio non ſatisfacit difficultati propoſitæ; nam neque eſſentia continet in ſuo conceptu relationes, vt hoc libro oſtendimus; & tamen eſt vna

res

Digitized by Google

Refutatur 2.
Sicut eſſentia continet plura abſque diſtinctione: ita relatio habet ab eſſentia ſimplicitatem, ſubſiſtentiam, & alia.

Eadem relatio eſt perſona, origo, & relatio, & res ſubſiſtēs.

res cum ſingulis. Et præter hoc, relatio diuina habet ab eſſentia modum entis perfectum, ſcilicèt ſimplicitatem, & ſubſiſtentiam, & alia; ſunt enim relationes ſubſiſtentes, & ſimplices; quarè hoc etiam habent diuinæ relationes, vt in ſua ſimplicitate, & identitate contineant plura ſine diſtinctione reali; eſt enim relatio eadem perſona, origo, & relatio, & res ſubſiſtens. Et eodem modo relatio diuina cum ea cui non opponitur, eſt res eadem; ſicut eſſentia cùm relatione eſt res vna. Sed probatur, quòd ipſa eſſentia ſit res quarta, ſi ſpiratio actiua dicatur eſſe res quarta: nam ea hypotheſi data, Pater eſt vnum quid duabus rebus concretum ſcilicèt paternitate, & ſpiratione; ergo Pater diſtinguitur re ipſa ab eſſentia, quæ eſt res vna ſimplex; & eodem modo perſona Filij conſtans duabus relationibus, eſt res diſtincta ab eſſentia diuina; ergo eſſentia eſt res quarta diſtincta ſcilicèt à Patre, & Filio, & Spiritu Sancto. Quòd ſi dicas eſſentiam non eſſe diſtinctam ab Spiritu Sancto, in quo eſt vna ſola relatio, non duæ vt in Patre, & in Filio; & ideò eſſentiam non eſſe rem quartam diſtinctam à tribus perſonis: ſaltèm ſequitur eſſentiam eſſe rem diſtinctam à Patre, aut à Filio, quod eſt quoque contrarium verbis Concil. Lateranēſis ſtatìm recitandis. Dicendum igitur eſt ſpirationem actiuam, quæ non opponitur relatiuè paternitati, neque filiationi, nō eſſe rem aliquam ab illis diſtinctam; ſed eſſe rem omninò eandem cum his duabus relationibus ſingulatìm; ſicut eſſētia diuina eſt res eadem cum ſingulis tribus perſonis.

Confirmatur improbatio.
Si Pater eſt vnū quid duabus rebus concretum, eſſentia quæ eſt res vna ſimplex diſtinguitur ab eo re ipſa, & ſic ab alijs perſonis.

Reſponſio.

Refutatur ex eodem Conc.

13.
2. ſent. *Scoti.* *Bañes.*

Alij ſunt quibus placet cum Scoto relationes has diſtingui formali diſtinctione. Quæ tamen opinio non eſt probabilis, quamuis Thomiſtarum nonnullis placeat. Probatur iiſdem argumentis, quibus Durandum arguimus. Nam diſtinctio formalis eſt aliquo modo realis, vt lib. 1. explanauimus; eſt ergo ſpiratio actiua res quarta, & efficit compoſitionem in Patre: & vt eſt res diſtincta, vel ſine origine eſt, vel per originem. Nam in diſtinctione formali verè ſunt res duæ diſtinctæ, licèt non ſimplicitèr duæ, vt libr. 1. expoſuimus. Hoc idem probatur manifeſtò, quoniam ſine oppoſitione non eſt diſtinctio, vt ibidèm

1. Improbatio vt in 1. ſent, n. 6.

2. Improbatio vt n. 9.

3. Improbatio. Sine oppoſitione non eſt diſtinctio in re

docuimus, quāuis id neget Durand. in 1. d. 13. paternitas autem & ſpiratio actiua non opponuntur, vt S. Thomas notauit 1. p. q. 32. artic. 3. ad 3. non ergo diſtinguuntur, iuxta illud axioma, quod non interiecta relationis, aut originis oppoſitione omnia ad vnitatem rediguntur. Quare abſque dubio, eodem charactere notanda eſt hæc opinio, quo damnatur diſtinctio formalis realis attributorum lib. 1. Et confirmatur, quoniam ſi abſolutum, & relatum in perſona eadem diuina nullatenùs diſtinguuntur, cum ſint differentiæ entis quaſi genericæ; minùs credendum eſt in eadem perſona diſtingui relationes duas, quæ pertinent ad idem genus relatorum. Aliàs tanta eſſet diſtinctio relationum in eadem perſona diuina, ſicut in ſubiecto creato; ſiquidèm relationem à fundamento ſolummodò diſtinguimus formalitèr: nam in eodem homine qui eſt vnius Filius, alterius Pater, paternitas, & filiatio fundantur in eadem forma ſubſtantiali, à qua formalitèr diſtinguuntur, & ideò hæ relationes creatæ ſola diſtinctione formali ſunt diſtinctæ inter ſe: quæ tamen diſtinctio formarum, ab vnitate recedit, & compoſitionem efficit; non ergo eadem diſtinctio eſt in Deo Patre inter paternitatem, & ſpirationem. Aliàs vnitas Patris minor erit, quàm vnitas Spiritus Sancti; nam in vnitate Patris inuenitur in re ipſa numerus aliquis duarum relationum: in Spiritu Sancto nullus.

Ipſa contra *Durand.*

S. Thom.

Axioma *S. Anſelmi.*

Cēſura huius ſent. vt lib. 1. c. 43. p. 1. n. 14.

Improbatio cōfirmatur 1. à fortiori, ex indiſtinctione inter abſolutum, & relatum in eadem perſona.

Confirm. 2.

In eodem homine paternitas, & filiatio ſolà diſtinctione formali diſtinguuntur inter ſe.

Confirm. 3.
In dicta ſent. vnitas Patris minor erit quā vnitas Spirit. Sancti.

Hanc tamen opinionem quidam ſunt qui vt faciant probabilem, ſic moderantur. Aiunt ſpirationem actiuam à paternitate, & filiatione diſtingui formalitèr, non in genere entis, ſed in genere relationum. Hi tamen Auctores videntur ignorare genus relationum, quoddam eſſe genus entis: nam ipſum, ad, relatiuum, ens quoddam eſt, vt hoc libro docuimus. Si ergo vel in ipſo relatiuo ad aliud, eſt formalis realis diſtinctio; profectò diſtinctio rerum eſt.

14.
Dicta ſentent. 1. explicatio.

Refellitur.
Spiratio diſtinguitur in genere entis ſi diſtinguitur in genere relationum.

Alij magis abſurdè commentantur; docent enim ſpirationem actiuam non diſtingui formalitèr ab illis relationibus abſolutè; ſed ipſam relationem ſpiratoris, prout eſt in Patre, & Filio, diſtingui re ipſa ab vtroque. Mira ſanè opinio

15.
2. explicatio magis abſurda

Confutatur.

Spiratio per hoc quòd cum Patre & Filio ſimul coniungitur, nihilo magis diſtinguitur à ſingulis.

opinio: nam ſi hæc relatio ita coniuncta eſt cum Patre, vt ſit omninò res eadem abſque vlla diſtinctione, & eodem modo eſt coniuncta cum Filio; per hoc quòd cum vtroque coniungitur, nihilo magis diſtinguitur à ſingulis: aliàs etiam eſſentia diuina, prout eſt in Patre, & Filio, erit ab vtroque aliqualitèr diſtincta, quod libro 1. falſum oſtenſum eſt. Idem verò eſt de ſpiratione actiua dicendum, nihil enim reale additur iſti relationi per hoc quòd eſt in Patre, aut per hoc quòd eſt in Filio: aliàs ſi iſta relatio prout in Patre eſt, haberet illud additamentum, etiam ab eo ſingulatìm diſtingueretur. Iiſdem ergo rationibus probatur, relatio iſta non diſtingui ab vtroque ſimùl, quibus hoc ipſum de eſſentia diuina lib. 1. commonſtrauimus.

Oſtenditur exemplo eſſentiæ, de quo lib. 1. c. 43. p. 2. n. 4. & cap. 44. n. 10. &c.

Adde alias rationes ibi.

15.
1 Corollar. *S. Thomæ.*
Spiratio ſola ratione formali diſtinguitur à Paternitate, & filiatione.

Colligendum ergo eſt vt indubium pronunciatum id quod S. Thom. docet, quòd relatio ſpiratoris ſolâ ratione diſtinguitur à paternitate, & filiatione; ratione, inquam, formali, ſicut attributa diſtinguimus.

16.
2. Corollariū aſſertio tituli.

Ex quibus colligitur quatuor relationes diuinas non eſſe res quatuor, ſed res tres, eò quòd illa quarta relatio, quæ eſt actiua ſpiratio, non eſt res quarta, quia non eſt res diſtincta ab illis duabus, à Paternitate ſcilicèt, & Filiatione.

Confirmatio.

17.
S. Thom.
S. Athan. ait hæreſim de quaternitate eſſe pudendā.

QVòd ſpiratio actiua non ſit res quarta diſtincta à paternitate, & filiatione, atque adeò quòd relationes diuinæ non ſint res quatuor, docet S. Thom. 1. p. q. 32. artic. 3. ad 3. cum quo omnes Theologi vno animo concordāt. S. etiam Athanaſ. in epiſtola ad Epithetum pudendam hęreſim eſſe ait, quaternitatem vllo modo pro Trinitate inducere.

18.
Conc. Later. vt n. 11.

Hæc ſententia confirmatur auctoritate Concil. Lateran. ſub Innocentio 3. quod habetur cap. *Damnamus*, vbi ſic dicitur, *Credimus, & confitemur vnà cū Petro* (ſcilicèt cum Magiſtro ſententiarum) *quòd vna quædam res eſt incomprehenſibilis quidèm & ineffabilis Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, tres ſimul perſonæ & ſigillatìm qualibet earundem; & ideò in Deo ſolummodò Trinitas eſt, non quaternitas.* Qua definitione admirandum eſt non fuiſſe Durā-

A dum deterritum, qui audaciſsimè concedit eſſe in Deo quaternitatem rerum. Explicat Durandus Concilium definiſſe non eſſe quatuor perſonas, quia Abbas Ioachimus obijciebat Magiſtro ſententiarum, quòd quaternitatem inferret, ſcilicèt tres perſonas, & eſſentiam quaſi quartam; quod explicat Durandus quaſi quartam perſonam: & ita ait damnari à Concilio quaternitatem perſonarum, non quaternitatem rerum.

Commentari* *Durand.*

Ait damnari quaternitatē perſonarū, nō quaternitatem rerum.

19.
Improbatur 1. Magiſter nō poſuerat quartam perſonā, ſed eſſentiam quaſi quartā, hoc eſt, quaſi rem quartam, & hoc ei obijciebat Ioachimus.

Oſtendemus tamē euidentiſsimè explicationem iſtam eſſe fictam, & commentitiam. Primò, quia neque Magiſter B poſuerat quartam perſonam; neque Ioachimus id obijciebat, quod Magiſter nō poſuerat: ſed dicebat Ioachimus, induci à Magiſtro eſſentiam quaſi quartam, hoc eſt, quaſi rem quartam à perſonis diſtinctam. Non ergo Concilium damnauit ſolam quaternitatem perſonarum; cum non eſſet diſputatio de quarta perſona; ſed omninò quaternitatem rerum à Deitate repulit: aliàs id quod erat erroris argumentum iuxta explicationem Durandi, ſcilicèt quòd eſſentia ſit quarta perſona, fuit à Concilio C expreſsis verbis confutandum; de qua tamen re nulla eſt mentio in verbis Concilij. Igitur idcircò negat Concilium quaternitatem, ne intelligamus eſſentiam eſſe rem diſtinctam à perſonis: quarè nihil clarius negat quàm rerum quaternitatem. Deindè ipſe Durand. fatetur, id quod fatendum erat, definitione ea Concilij decerni etiam, vt eſſentiam non diſtinguamus ſimplicitèr à perſonis: quia illa res eſſentia incomprehenſibilis, eſt ſigillatìm vnaquæque perſona. Ex quo decreto alterum decretum deducitur à Concilio vt Trinitatem confiteamur non quaternitatem: nulla ergo diſtinctio rerum po- D nenda eſt qua inducamus quaternitatem. Imò Concilium ideò definit eſſentiam non eſſe diſtinctam à perſonis, ne quaternitatem in Deo ponamus; ergo non eſt ponenda quaternitas rerum etiam in relationibus. Et confirmatur, quoniam cum relatio hæc, ſcilicèt ſpiratio ſit res diuina, & adoranda, & non ſit Pater, neque Filius, neque Spiritus Sanctus, ſed res quarta, vt Durandus ait; conſequitur vt non Trinitas, ſed quaternitas nobis adoranda ſit: quod eſt planè hæreticum.

Improbatur 2. ex Concilij decreto quoad diſtinctionē eſſentiæ, Durando fatente, vt n. 10.

1. Cōfirmatio improbationis.

Et ite-

Digitized by Google

2. Confirm. ex eodem Côcil. Cap. *Firmiter.*

A Et iterum auctoritate eiuſdem Concilij firmatur hæc ſententia, in quo definitum eſt, & habetur Cap. *Firmiter*, perſonam Patris eſſe ſimpliciſsimam; ergo in Patre non ſunt res duæ diſtinctæ, ſcilicet paternitas, & ſpiratio actiua: quod idem dicendum eſt de Filio. Quamobrē hæc opinio Durādi erronea eſt, & hæreſi proxima, quam ipſe fatetur quoſdam ſua ætate dixiſſe erroneam; ſed leuioribus argumētis improbatam, quæ ille refellit vt poteſt, Eccleſiæ iudicio ſeſe ſubmittens.

PARS POSTERIOR.

B *Quatuor ſunt in Deo relationes reales.*

1\. Prænotand. Tres relationes, ſc. Paternitas, filiatio, & ſpiratio paſſiua, eò qđ re ipſa sūt diſtinctæ, conſtituūt diſtincta ſubſiſtētia, ſeu hypoſtaſes. Spiratio actiua non ita.

EX diſputatione priori liquet in Deitate eſſe tres relationes re ipſa diſtinctas, ſcilicet paternitatem, filiationem, & ſpirationem paſsiuam: quæ relationes eò quòd re ipſa ſunt diſtinctæ, conſtituunt diſtincta ſubſiſtentia, quæ ſunt tres hypoſtaſes, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus: ſpiratio verò actiua quæ nō eſt res diſtincta à Patre, & Filio, ſiue à paternitate, & filiatione, non conſtituit hypoſtaſim; ſed eſt cōmunis duabus hypoſtaſibus, à quibus non diſtinguitur ſcilicèt à Patre, & Filio; ſicut natura diuina illis communis eſt, & ab iiſdem non diſtinguitur.

2\. Conſequitur reſolutio tit. Spiratio actiua ratione formali diſtinguitur ab illis tribus relationib⁹: vnde quatuor ſunt, &c.

C Conſequens autem eſt vt ſpiratio actiua ſaltem definitione, & ratione formali ſit diſtincta ab illis tribus relationibus: neque enim Pater per paternitatem refertur ad Spiritum Sanctum, ſed per ſpirationem actiuam; neceſſe eſt ergo diſtinguere ſaltèm ratione formali paternitatem, & ſpirationem actiuam.

Oſtenditur *ex S. Thom.* In Patre (& ſic in Filio) sūt relationes reales duæ conſiderandę neceſſariò, vt referatur ad perſonas duas, cōtra *Prepoſit.*

Quapropter S. Thom. 1. p. q. 32. art. 2. doctè obſeruauit neceſſarium eſſe, vt cōſideremus relationes diuinas nominibus abſtractis, quas ſic dicimus notiones, & proprietates, ad explicandum quomodò vna perſona diuina referatur ad perſonas duas, verbi gratia, Pater ad Filium, & Spiritū Sanctum; contra Prępoſitiuum, qui negauit in diuinis notiones, & proprietates: quia ergo non eadem relatione refertur Pater ad Filium, & Spiritum Sanctum, ſed Paternitate ad Filium, ſpiratione ad Spiritum Sanctū refertur; dicimus has relationes duas in Patre, etſi non ſint res duæ.

3\. Obiectio deducens ad 2. ſent. de qua ſ. ... 5. & 2. Patres, & Theologi numerant quatuor relationes reales, ſeu ex natura rei.

Quæ doctrina videtur viros etiam doctos in illum priorem errorem conieciſſe vt ſpirationem à paternitate, & filiatione, ſaltèm formaliter diſtinctam poneret: Patres enim, & Theologi numerant relationes quatuor, ſcilicèt paternitatem, & filiationem; ſpirationē actiuam quæ eſt in Patre, & Filio, & paſsiuā quæ eſt in Spiritu Sancto procedente; relationes verò quatuor nō poſſunt numerari, niſi inter ſe diſtinguantur: eſt enim numerus in multitudine, & in eis quæ diſtincta re ipſa ſunt. Cum ergo ſint quatuor relationes ex natura rei (aliàs nō eſſent reales relationes) videtur cōſequi vt ſint ſaltèm ex natura rei diſtinctæ: & ſimiliter paternitas, & ſpiratio in Patre, ſiquidē ſunt relationes duæ, erunt etiam res duæ.

4\. Confirm. Non numeramus ſpecies, quin ſimul numeremus genus.

Facit nonnihil ad hoc argumentum, quòd relatio eſt quædam res; ſicut ergo non numeramus ſpecies quin ſimùl numeremus genus; ita non poſſumus numerare relationes, cum relatio ſit pars entis, quin ſimul numeremus ens: ſunt ergo relationes plures, entia plura, vel res plures; vel non ſunt dicendę relationes plures, ſed vna relatio.

5\. Ad obiectionē reſponſio. Quaternarius relationū diuinarum nō eſt numerus realis etiam tranſcendens Oſtenditur.

Dicendum eſt tamen, hunc quaternarium relationum diuinarum nō eſſe numerum realem etiam tranſcendentem, qui eſt numerus eorum, quæ ſine quantitate numerantur: nam numerus realis etiam tranſcendens ęquatur multitudini, conſtat enim pluribus rebus diſtinctis; ſed relationes duæ nullo modo ſunt quatuor res, ſed tantùm tres res, vt docuimus; quia ſpiratio actiua non eſt res diſtincta à paternitate, & filiatione: ergo quaternarius relationum non eſt numerus realis: ſed neq; eſt numerus mixtus, ex reali, & rationis numero conflatus.

Non eſt numerus mixtus ex reali, & rationis numero. Eſt numerus rationis numerantis, nō res, ſed rationes formales. Exemplum attributorum.

D Reliquum ergo eſt vt ſit numerus rationis, quo non numeramus res, ſed rationes formales; ſicut enim miſericordiam, & iuſtitiā dicimus attributa duo, non quia ſunt res duæ, ſed quia ſunt duæ rationes formales: ita paternitatem, & ſpirationem actiuam dicimus eſſe relationes duas; non quòd ſint res duæ, ſed duæ rationes formales, vt ſtatim explicabimus.

Relationes diuinæ quę ſunt ex natura rei, ſeu reales, ſunt quatuor, ſed nō ſunt quatuor ex natura rei.

Cum ergo dicuntur quatuor eſſe relationes ex natura rei, hoc verum eſt, ita vt coniungatur particula ex natura rei cum relationibus; relationes enim diuinæ, quæ quidem ſunt ex natura rei,

rei (aliàs non eſſent reales) ſunt quatuor; non numero reali, ſed numero rationis. Si verò ex natura rei coniungantur cum numero, falſum eſt eſſe quatuor ex natura rei, quia non ſunt quatuor niſi per operationem intellectus.

6. Replica contra exemplũ: Scilic. relationẽ eſſe nomen rei : attributũ ſignificare formaliter nõ rem, ſed attributionẽ rationis.

Et accreſcit difficultas; nam relatio eſt nomen rei, quare videtur quòd relationes duæ ſint res duæ : attributum enim ſignificat formaliter non rem, ſed attributionem rationis, licèt nomen ipſum accipiatur pro re; & idcircò duo attributa non ſunt res duæ, ſed duæ rationes formales. Cum ergo nomen, relatio, non ſignificet formaliter aliquid rationis, ſed rem ipſam, duæ relationes erũt res duæ; ergo cum paternitas, & ſpiratio actiua ſint relationes duæ, aliquam habent realem diſtinctionem, vt ſint res duæ dicendæ; vel non dicendę ſunt relationes duæ.

7. Propugnatur exemplum *S. Thom.* Vt attributa ſunt duo, ita relationes ſũt duæ. Oſtenditur 1.

At verò S. Tho. 1.p.q.32. art.3.ad 3. ait quòd ſicut attributũ miſericordię nõ eſt attributũ iuſtitię, ita paternitas non eſt ſpiratio actiua; qđ proculdubio verum eſt: nam ab omnibus Theologis numerantur relationes quatuor; quare paternitas, & ſpiratio ſunt relationes duæ; duo autem ſunt non vnum, ſed vnum, & vnum, & hoc non eſt illud : neq; enim numeramus abſq; vnitatibus, & diſtinctione; ergo hæc relatio non eſt illa, aliàs duæ non ſunt, ſed vna. (Oſtenditur 2.) Prętereà hęc propoſitio eſt falſa, Paternitas eſt relatio ad Spiritũ Sanctum; ergo hæc eſt falſa, Relatio ad Filium eſt relatio ad Spiritum Sanctum : ergo hæc eſt vera, Relatio ad Filium non eſt relatio ad Spiritum Sanctum; ergo hæc relatio non eſt illa relatio; ergo paternitas non eſt ſpiratio actiua; aliàs relationes diuinas confundimus.

8. Pro ſolutione replicæ 1. obſer. Dum diſtinguimus attributa diuina, non diſtinguim⁹ attributiones rationis, ſed rem ipſam, ſc. Deitatem.

Aduertendum igitur eſt, quòd dum diſtinguimus attributa diuina, non diſtinguimus ipſas attributiones, quę ſunt relationes rationis; ſed potiùs per iſtas attributiones, & notiones diſtinguimus cogitatione rem ipſam, quę in ſe vna eſt, & ſimpliciſsima. Quapropter cum dicimus Deum non intelligere per voluntatem, non eſt ſenſus quòd non intelligat per reſpectum rationis quo volũtas vocatur attributum; ſed ſenſus eſt quòd non intelligat per ipſam rem quę eſt voluntas, quatenus à nobis intelligitur vt voluntas; ſed intelligit per rem ipſam

Sẽſus huius, Deus non intelligit per voluntatem, hoc eſt, per ipſam rem, quæ eſt voluntas ſub conceptu voluntatis.

A quatenus concipitur vt intellectus. Res ergo diuinæ ſunt de quibus loquimur, de quibus aimus, & negamus, quas etiam diſtinguimus; ita tamen vt diſtinctio nõ ſit in rebus ipſis, quas vocamus attributa, ſed in noſtro intellectu. Hinc etiam fit, vt negemus miſericordiam quatenus miſericordia eſt, eſſe iuſtitiam; quia quãuis de ipſa miſericordia loquamur, quæ eſt res diuina, eademque res ſit iuſtitia; tamen quatenùs miſericordia eſt, hoc eſt, ſub conceptu miſericordię definito, non eſt iuſtitia : quia ratio formalis iuſtitiæ eſt re ipſa iuſtitia, ſub conceptu tamen B iuſtitiæ definito. Itaque ſermo nobis eſt de rebus ipſis, ſed diſtinctio, & negatio vnius de altera, eſt in ſolo intellectu, vt lib. 1. docuimus.

Ratio formalis iuſtitiæ eſt re ipſa iuſtitia ſub conceptu tamen iuſtitiæ definito.

9. 2. Obſeruand. Quædã propoſitiones habent ſenſũ formalem ex propria, ac formali nominũ appellatione, ſeu copulatione, etiam abſolutè loquendo, & abſq; particula reduplicatiua. Ita hæc: Eſſẽtia diuina generat.

Deinde obſeruandum eſt, quaſdam propoſitiones habere ſenſum formalem ex ipſa terminorũ proprietate; vt, Eſſẽtia generat, eſt falſa; quia facit hunc ſenſum, quòd non res quæ eſt eſſentia, ſed eſſentia quatenus eſſentia eſt, generat: nam in ſenſu identico res quæ eſt eſſentia generat, ſcilicèt Pater generat; & hęc dicitur à Dialecticis nominum appellatio formalis, ita vt ex verborum pro- C pria appellatione, ſiue copulatione ſit formalis, abſque particula reduplicatiua, quę ſenſum formalem facit: nõ enim opus eſt dicere, Eſſentia quatenus eſſentia eſt generat, vt ſenſus ſit formalis; ſed ſimpliciter hæc propoſitio, Eſſentia generat, facit ſenſum formalem. Relatio ergo quia ſecundum propriam differentiam eſt ad aliud, affert ſenſum formalem; quare cum dico, Paternitas non eſt ſpiratio actiua; ſenſus formalis eſt, ac ſi dicerem, Paternitas quatenus paternitas non eſt ſpiratio actiua, quę propoſitio negans haud dubiè vera eſt, ſicut D iſta, Miſericordia quatenus miſericordia eſt non eſt iuſtitia. Quòd autem relatio afferat ſenſum formalem, probatur euidenter: nam hæc propoſitio eſt abſolutè falſa, Paternitas eſt ad Spiritum Sanctum; cum enim paternitas ſecundũ propriam differentiam ſit ad Filium, falſum eſt dicere quòd ſit ad Spiritum Sanctum. Itaque abſque particula reduplicante ſenſus formalis eſt, cum paternitas ſit ad Filium, ſpiratio ad Spiritum Sanctum. Et eadem ratione eſt vera propoſitio, Hæc relatio nõ eſt hæc relatio; quoniam notæ illæ ſingulares, hæc & hæc

Item relatio quia ſecũdum propriam differentiam eſt ad aliud, affert ſẽſum formalẽ, vt in hac, Paternitas nõ eſt ſpiratio actiua.

Probatur de relatione.

Paternitas ſecundum propriam differẽtiam eſt ad Filiũ, ſpiratio ad Sp. Sanctum.

Sic cum dicitur, Hæc relatio nõ eſt hæc relatio, ſenſus eſt formalis.

Digitized by Google

& hæc, indicant differentias relationum quæ ſunt ad terminos diuerſos: faciunt ergo ſenſum formalem, ac ſi diceremus, relationem ad Filium non eſſe relationẽ ad Spiritum Sanctum, quod veriſsimum eſt.

10. Colligitur ſolutio ad replic. In hac, Attributũ miſericordię nõ eſt attributũ iuſtitiæ, ſenſus nõ eſt quòd vna attributio non eſt alia. Verus ſenſus.

Ex quibus colligimus argutiſsimè S. Thom. indicaſſe cauſam veritatis iſtius propoſitionis, Paternitas non eſt ſpiratio actiua, ſicut attributum miſericordię non eſt attributum iuſtitiæ: neque enim eſt ſenſus quòd vna attributio non eſt alia attributio, vt Scotus intellexit, & arguit; ſed quòd miſericordia ſub conceptu miſericordiæ, quo conceptu dicitur attributum miſericordiæ, non eſt iuſtitia; propter ſenſum formalem, quia quatenùs miſericordia non eſt iuſtitia. Eodem ergo modo paternitas abſolutè loquendo non eſt ſpiratio, quia abſolutè loquendo ſenſus eſt formalis: & ita non arguit S. Doctor à formali ad identicam negando, vt Ioannes Scotus obijciebat: arguebat enim Scotus conſequentiam illam Doctoris ſancti, Vnum attributũ non eſt ad aliud, ergo vna relatio non eſt alia, eſſe à ſenſu formali ad identicũ negando, quæ conſequentia nulla eſt. At verò S. Thom. conſequens in ſenſu formali accipit, ſicut & antecedens, quòd ex dictis liquet manifeſtiſsimè.

S. Doctor in eo exẽplo arguit à ſẽſu formali, non ad identicum, vt obijcit *Sot.* ſed ad formalẽ.

11. Ad confirm. Reſponſio, relationes diuinas non diſtingui ſpecie. 1. Opinio *Argent. Cano* eas diſtingui numero. Secunda *S. Thom.* eas diſtingui quaſi ſpecie. *S. Bonau. & Scotus* explicantur.

His addendum eſt, relationes diuinas non eſſe ſpecie diſtinctas, ſicut neque ſunt in genere. Quamobrem Thom. Argent. d. 13. q. vnica, art. 3. arbitratus eſt eas eſſe ſolo numero diſtinctas, quem olim Melchior Cano vir argutiſsimus ſequutus eſt. At verò S. Thom. ſæpiſsimè ait diuinas relationes eſſe quaſi ſpecie diſtinctas: quæ enim in rebus creatis ſolo numero diſtinguuntur in Deo indiuiſa ſunt. Et eodem modo licebit interpretari S. Bonauent. d. 13. q. 3. & Ioãnem Scotum d. 7. q. vnica, ſuffragium ferentes diſtinctioni ſpecificæ, quòd intelligant quaſi ſpecificam diſtinctionem cũ S. Thom, quia in Deo non ſunt veræ ſpecies rerum, vt lib. 5. commonſtrabimus.

Reſponſio probatur.

Quod etiam hoc loco argumẽto firmiſſimo comprobatur; oporteret enim plures ſpecies relationis diuinæ eſſe res plures: ſpecies enim ſub genere definitæ ſunt, & res diſtinctæ, ſaltem formali diſtinctione reali. Relatio ergo diuina eſt quoddam analogum, vt lib. 5. dicemus, continens ſub ſe relationes plures,

Species ſub genere definitæ ſunt, & res diſtinctæ ſaltèm formali diſtinctione reali.

A non ſpecie diſtinctas, ſed quaſi ſpecie; quia noſtro modo intelligendi differunt definitione. Ex hoc ergo quòd ſint relationes diuinæ quaſi ſpecie diſtinctæ (ſi enim eſſent ſpecies ſub genere, non ſolùm diſtinguerẽtur definitione) non cõſequitur vt re ipſa diſtinguantur. Itaque paternitas, & ſpiratio actiua, quamuis ſint quaſi duæ ſpecies relationis diuinæ, hoc eſt, rationes formales duæ, non tamen ſunt res duæ; paternitas verò, & filiatio in Deo ſunt res duæ, non quia ſunt ſpecies duę relationis, ſed quia ſunt relationes oppoſitæ.

Paternitas, & filiatio in Deo ſunt res duæ, non quia ſpecies, ſed quia oppoſitæ.

12. Summarium vtriuſq; partis cap. huius 34. Paternitas, & ſpiratio actiua eſt vna relatio vnitate reali, & formali. Hæc relatio non poteſt à nobis apprehẽdi niſi cõceptibus duarum relationum.

Per hæc colligimus, ſi de vnitate reali loquendum ſit, paternitatem, & ſpirationem actiuam eſſe vnam relationem B vnitate reali, & formali; vnitas enim realis eſt quoque formalis: quæ tamen vna relatio à nobis explicatur duplici definitione, & duplici ratione formali; & propter rationes formales diuerſas dicimus eſſe duas relationes: quia illam relationem vnam vnitate reali non poſsumus apprehendere niſi conceptibus duarum relationum, quæ non ſunt duæ numero reali, ſed numero rationis, vt diximus.

13. 1. Confect.

Ab his autem deducimus vnum, & alterum conſectarium; primum eſt quòd C Thomiſtæ, qui propterea quòd hæ duæ relationes differunt ſpecie, aliquam diſtinctionem formalem inter eas eſſe cogitarunt, decepti ſunt ſimilitudine veri: nam illa diſtinctio ſpecifica non eſt ſub genere, quæ arguat rerum diſtinctionẽ; ſed eſt duntaxat ſita in noſtro modo intelligendi, qui illam relationem infinitam quæ eſt ſimul paternitas, & ſpiratio, cõcipimus duobus conceptibus relationum.

Diſtinctio diuinarum relationum quaſi ſpecifica nõ eſt ſub genere, quæ arguat rerũ diſtinctionem.

14. 2. Confect.

Alterum eſt, quòd non rectè colligitur ex hoc quòd ſunt relationes duæ noſtro modo intelligendi, quòd ſint res duæ: nam quod attinet ad vnitatem D entis, eſt relatio vna; ſunt autem duæ relationes numero rationis. Et ita omnia palmaria ſunt.

CAPVT XXXV.

Argumenta refelluntur.

1. Argumenta *Durand.* 1. argum.

QVòd ſpiratio actiua ſit res diſtincta à paternitate, & filiatione probat Durand. Primò, quia quæ non poſſunt

ſunt conuenire eidem reſpectu eiuſdem, plura ſunt; ſed paternitas, & ſpiratio nō cōueniunt Patri reſpectu eiuſdem; ergo ſunt res plures.

2. 2.argum. Secundò: Sicut ſe habet paternitas ad filiationē, ita ſpiratio actiua ad paſſiuam; ergo commutata proportione, ſicut ſe habet filiatio ad ſpirationem paſſiuam, quæ ſunt res diſtinctæ; ita paternitas ad ſpirationem actiuam: ſunt ergo res diſtinctæ.

3. 3.argum. Tertiò: Duabus relationibus ſpecie reque ipſa diſtinctis, reſpondent relationes duæ ſpecie, reque ipſa diſtinctæ; ſed filiatio & ſpiratio paſſiua ſunt duæ relationes ſpecie, reque ipſa diſtinctæ: ergo paternitas, & ſpiratio actiua quæ illis reſpondent, ſpecie, req; ipſa diſtinguuntur. Confirm. Et confirmatur, quoniam hæ relationes ſunt adæquatè oppoſitæ; ergo re ipſa ſunt diſtinctæ.

4. 4.argum. Quartò: Ea quæ ſunt idem in tertio, ſunt idem inter ſe eadem idētitate tertij, vt perſonæ diuinæ quæ ſunt idem in eſſentia abſoluta, ſunt idem inter ſe idētitate abſoluta: ſi ergo duæ relationes ſcilicèt paternitas, & filiatio ſunt idem cum tertia relatione quæ eſt ſpiratio; ſunt idem inter ſe identitate relatiua; ergo ſunt idem omninò: aliàs qui fieri poteſt vt ſint relationes duæ, & relatio vna?

5. 5.argum. Quintò: Vbicunque eſt duplex paſſio eſt quoq; duplex actio; ergo cum in Filio, & Spiritu Sancto ſint duæ proceſſiones paſſiuæ re ipſa diſtinctæ, ſunt quoque in Patre duæ origines actiuæ re ipſa diſtinctæ: quare & relationes fundatæ in originibus, erunt re ipſa diſtinctæ.

6. 6.argum. Sextò: Relatio producentis & producti alia atque alia eſt; ſed filiatio eſt relatio producti, ſcilicèt geniti, & ſpiratio actiua eſt relatio producentis, ſcilicèt ſpirantis; ergo hæ duæ relationes in Filio re ipſa diſtinguuntur.

7. 7.argum. Septimò: Pater non refertur paternitate ad Spiritum Sanctum, nec ſpiratione ad Filium; & poteſt intelligi Pater ſine ſpiratione, non autem ſine paternitate: ergo hæ relationes re ipſa diſtinctæ ſunt.

8. 8.& principale argum. *Durandi.* Octauò, & vltimò arguit Durandus principalitèr, propter quod argumentū poſt longam diſputationem credit ſuam ſententiam probabiliorem eſſe: Relatio ſpiratoris iuxta Concilium Lugdunenſe vna eſt, & non plures; ergo eſt diſtincta à Paternitate, & filiatione. Probatur conſequentia, quoniam ſicut vna res abſoluta non poteſt eſſe idem cum duabus rebus abſolutis; ita neque vna relatio cum duabus relationibus, quæ ſint res duæ diſtinctæ: ſpiratio ergo quę eſt res vna relatiua, non poteſt eſſe res eadē cum paternitate, & filiatione, quæ ſunt res duę relatiuę.

9. 9.argum. pro *Durand.* Nonò arguitur adhuc pro partibus Durandi: Paternitas enim antecedit ſpirationem actiuam ordine originis; origo autem in Deo argumentum eſt realis diſtinctionis: ergo hæ duæ relationes ſunt res diſtinctæ.

10. 10.argum. Decimò: Relationes diuinæ etiam non oppoſitæ diſtinguuntur re ipſa, vt filiatio, & ſpiratio paſſiua; ergo filiatio, & ſpiratio actiua etiamſi oppoſitæ non ſint, erunt tamen diſtinctæ reali diſtinctione. Confirm. Et confirmatur, quia ſpiratio actiua diſtinguit Patrem ab Spiritu Sancto: id autem quod diſtinguit, neceſſe eſt eſſe diſtinctū; maximè cum relationes diuinæ ſint prima diſtinguentia, quę ſe ipſis diſtincta ſunt.

Aduertenda.

11. 1.Aduert. PRo argumentis ſoluendis notandū eſt, quòd relatio non opponitur ſubiecto in quo eſt, relatiua oppoſitione; quia non refertur ad ipſum ſubiectum relatione reali, vt Auicena docet. Diſtinguitur autem relatio à ſubiecto vt res quæuis alia abſoluta; cum enim non diſtinguatur ab illo relatiua diſtinctione; fit vt diſtinguatur alio quopiam genere diſtinctionis, ſcilicet ad eum modum quo formæ non contrariæ diſtinguuntur, vt calor, & albedo; quæ diſtinctio ad contraria reuocatur: in Deo autem nulla eſt diſtinctio realis niſi relatiua, vt poſteà fuſiùs eſt probandum; intellectus enim, & voluntas quæ in nobis ſunt formæ reali diſtinctione diſcretæ, in Deo ſunt res vna: quare relatio diuina neque à perſona, neq; ab eſſentia vllo modo diſtinguitur, vt diximus. (Relatio diſtinguitur à ſubiecto, nō diſtinctione relatiua, ſed vt abſolutum ab abſoluto.) Propter eandem cauſam relatio ab ea relatione cui non opponitur, cum non diſtinguatur diſtinctione relatiua, diſtinguitùr quaſi abſolutum ab abſoluto. (Similiter diſtinguitur à relatione cui nō opponitur.)

Aduertendum etiam eſt, quòd in rebus

In creatis abſoluta diſtinguuntur partim perfectà diſtinctione reali, partim imperfecta.

bus creatis relationes oppoſitæ diſtinguuntur perfecta diſtinctione reali; abſoluta verò partim perfectâ, partim imperfectâ diſtinctione; quia calorà candore diſtinguitur perfecta diſtinctione, quæ abſolutè, ac ſimpliciter dicitur realis: actio verò à paſsione (vt eſt communis opinio aliorum) diſtinguitur modaliter, aut formalitèr ſi placet; quæ diſtinctiones ſunt ex parte, & ſecundum aliquid reales, ſed nõ ſimplicitèr, vt diximus lib. 1. Ita ſanè ſimilitudo, & diſsimilitudo in eodem candore, quia diſtinguuntur quaſi abſoluta, & ſunt in fundamento eodem, minus diſtinguuntur; quã ſimilitudo, & æqualitas, quæ ſunt in fundamentis diuerſis. Hæ enim relationes non oppoſitæ diſtinguuntur ad modum abſolutorum. Cum igitur in Deo ſola ſit diſtinctio realis relatiua, relationes non oppoſitæ diſtinguũtur quaſi eſſent abſoluta; abſoluta autem diuina ſolâ ratione diſtinguuntur, & nulla eſt omninò in re ipſa diſtinctio abſolutorum; quare neque relationum non oppoſitarum diſtinctio eſt realis.

Similitudo, & diſsimilitudo in eodẽ candore diſtinguuntur 2. modo: Similitudo, & æqualitas 1. modo.

Etiam in Deo relationes nõ oppoſitę diſtinguuntur quaſi eſſẽt abſoluta.

13. 2. Aduert. Creatæ relationes oppoſitæ nõ poſſunt eſſe 1. diuerſæ.

Deindè obſeruandum eſt, quòd in rebus creatis relationes oppoſitæ nõ poſſunt eſſe primò diuerſæ; quia vtraq; relatio oppoſita conuenit in genere relationis realis. Diuinæ autem relationes non probè dicuntur primò diuerſę, quia cum ſint proprietates eiuſdem naturæ, maximè conueniunt in natura: amplius enim eſt quòd cõueniant in vna natura, quàm quòd cõueniant in communitate generis, quę eſt communitas rationis: at verò etiam vt relationes reales ſunt, cõueniunt in eodem eſſe; exiſtunt enim per eſſe diuinum, vt dicemus; quare nullo modo ſunt dicendæ primò diuerſæ. Rectè autem dicitur quòd diſtinguantur ſe ipſis, vt Durandus affirmat; non quòd diſtinguantur ſe totis, quaſi in nullo ſaltèm analogo conueniant; ſed eò quòd ſint prima diſtinguentia, quæ non diſtinguuntur per alia. Neque enim conueniunt in genere relationis realis, vt diſtinguantur per differentias, quia ſunt extra genus; neq; conueniunt in aliquo vniuerſali, quia in Deo nihil eſt vniuerſale: nomina enim diuina cõmunia, ſunt omnia analoga, vt perſona, relatio, vt lib. 5. dicemus; ergo relationes diuinæ non habent aliquid per quod diſtinguãtur; & ad hunc ſenſum per ſe ipſas di- A ſtinguuntur, vt prima genera. Definiuntur tamen ipſæ relationes diuinæ qualicunque definitione, in qua nomen analogum ponitur loco generis, & aliquid loco differentiæ. Qua etiam ratione nõ ſunt primò diuerſæ, quia continentur quaſi in genere, & ſunt quaſi ſpecies: ſed quia non ſunt propriè ſpecies, neq; habent propriè loquendo differentias, nõ diſtinguũtur propriè quaſi per differentias, ſed quaſi per ſe: ſicut & primò diuerſa quę non habent differentias, per ſe diſtinguuntur, de quibus lib. 5. diſputabimus.

Itẽ nec diuinę. 1. Ratio. In his amplius eſt, quòd conueniãt in vna natura, & in eodẽ eſſe, quã quòd conueniãt in communitate generis.

Rectè dicuntur diſtingui ſe ipſis, non qd diſtinguantur ſe totis, ſed qđ ſint prima diſtinguẽtia, quę nõ diſtinguũtur per alia.

Nomina diuina communia ſunt omnia analoga.

2. Ratio.

14. 3. Aduert. In creatis accidit quibuſdam relationib' maior diſtinctio, quàm relationibus oppoſitis.

Oſtẽditur exẽplo ſimilitudinis, & diſsimilitudinis.

B In rebus etiam creatis accidit quibuſdam relationibus maior diſtinctio, quã relationibus oppoſitis: nam in eodem cãdore poteſt fundari ſimilitudo, & diſſimilitudo, quæ cum ſint in candore eodem, ſola diſtinctione formali reali diſtinguuntur: in correlatiuis autem ſunt res abſolutæ diſtinctæ ipſæ relationes oppoſitæ, verbi gratia, in alio candore ſimilitudo, & in nigore diſsimilitudo: ſed tamen in ipſo candore in quo eſt ſimilitudo, & diſsimilitudo, diſtinguuntur re ipſa formaliter; quia ſpecies, quæ ſunt in genere oportet eſſe diſtinctas. In Deo C autem, niſi opponantur relatiuè, ſunt duę relationes ſola diſtinctione rationis duę; re ipſa autem omninò eſt vna, quę duabus diſtinctis opponitur. Eſt enim vna relatio re ipſa paternitas, & ſpiratio ſimùl, quæ opponitur duabus, ſcilicèt filiationi, & ſpirationi paſsiuæ; & eſt altera relatio diſtincta re ipſa, ſcilicet filiatio, & ſpiratio ſimùl, quæ opponitur duabus, ſcilicèt paternitati, & ſpirationi paſsiuæ: ſunt ergo re ipſa relationes tres, non quatuor: ſed numero rationis numerantur quatuor.

In creatis relationes non oppoſitæ relatiuè, diſtinguũtur ſaltèm formaliter.

In Deo ſunt re ipſa omninò vna relatio quę duabus diſtinctis opponit̃.

D *Reſponſio.*

15. Ad argumẽta *Durand.*

Ad 1. argum. Quę non conueniũt eidem niſi reſpectu diuerſorum tantũ, nõ ſunt neceſſariò plura.

AD primum negatur maior propoſitio, quòd ſint plura neceſſariò illa, quæ conueniunt eidem reſpectu diuerſorum: nam inſtans eſt finis temporis exacti, & initium futuri, & ita eſt finis, & initium reſpectu diuerſorum, cum ſit inſtans idem. Quòd ſi arguas has relationes in inſtanti, quòd ſit finis, & initium, non eſſe reales. Id quoque concedimus; neq; enim in rebus creatis inuenitur vna relatio ad terminos ſpecie diſtinctos, ſicut neque vna res abſoluta quæ

Exemplum in inſtanti.

Replica.

Reſponſio.

In Deo propter ſimplicitatem, & infinitem, ſicut eſt vna res abſoluta, intellectus, & voluntas ſimul, ita eſt res vna relatiua Paternitas, & ſpiratio ſimùl.

quæ ſit ſimùl intellectus, & voluntas. In Deo autem propter ſimplicitatē, & infinitatem, vtrumque confitemur, ſcilicèt quòd eſt res vna abſoluta intellectus, & voluntas ſimùl; & res vna relatiua, quæ eſt paternitas, & ſpiratio ſimùl: non tamen ſub eadem ratione formali refertur ad diuerſa, ſed ſub diuerſis rationibus formalibus, quæ in Deitate non faciunt realem diſtinctionem, ſicut diximus de attributis.

16.
Ad 2. arg.
Reſpond. 1.
Argumētum cōmutatę proportionis non valet, niſi in rebus quantis.

Ad ſecundum reſpondetur, argumētum commutatæ proportionis non valere, niſi in rebus quantis. Et hæc eſt ſcita ſolutio. Secundò reſpondetur, quòd **B** analogia entis imitatur proportionem quantitatis; quamobrem ſicut ſe habet filiatio ad ſpirationem paſsiuam quoad hoc quòd vtraq; fundatur in proceſsione; ſic ſe habet paternitas ad ſpiratoris relationem, quoad hoc quòd vtraq; fundatur in origine actiua. At verò quoad diſtinctionem, non eſt ſimilitudo; neque enim analogia inuenitur in omnibus.

Reſpond. 2.
Analogia filiationis & ſpirationis paſsiuæ, ad paternitatem & ſpirationem actiuā non eſt quoad diſtinctionē.

17.
Ad 3. arg.

Ad tertium reſpondetur, quòd veræ ſpecies relationis contentæ ſub genere ſunt res diſtinctæ, vt diximus: quare duabus relationibus ſpecie, reque ipſa di- **C** ſtinctis, reſpondent duæ relationes eadem diſtinctione diſcretæ. Relationes verò diuinæ cum non ſint ſub genere poſſunt eſſe quaſi ſpecie diſtinctæ, & nō re ipſa, vt diximus. Quare non eſt conſequens, vt duabus relationibus diuinis re ipſa diſtinctis reſpondeant duæ relationes re ipſa diſtinctæ; ſed conſequens eſt, vt quaſi ſpecie diſtinguantur, quod liquet ex ijs quæ anteà docuimus. Et hoc argumentū vehementer vexat Thomiſtas. Ad confirmationem reſpondetur quòd adæquatio iſtarum relationū inuenitur in noſtro intellectu; & ita dua- **D** bus relationibus, ſcilicèt filiationi, & ſpirationi paſsiuæ, adæquantur duæ relationes, ſcilicèt paternitas, & ſpiratio actiua: quare ſicut adæquatio eſt in noſtra cogitatione; ita ſatis eſt vt illę relationes ſint duæ numero rationis, quē nos cogitamus, non verò numero reali. Re autem ipſa vna res relatiua, quæ eſt paternitas, & ſpiratio actiua, adæquatur oppoſitione relatiua duabus relationibus re ipſa diſtinctis, ſcilicèt filiationi, & ſpirationi paſsiuæ, quæ ſunt res duæ diſtinctæ: & alia res vna quæ eſt filiatio, & ſpiratio actiua, adæquatur duabus re-

Duabus relationibus diuinis re ipſa diſtinctis eſt cōſequens, vt reſpondeant duæ quaſi ſpecie diſtinctę, non re ipſa.

Ad confirm.
Adæquatione intellectus noſtri ijſdē duabus relationibus adæquantur relationes numero rationis duæ.

Adæquatione rei, ſeu re ipſa ijſdē adæquatur res relatiua vna.

A lationibus diſtinctis re ipſa, ſcilicèt paternitati, & ſpirationi paſsiuæ, & ita ſpiratio actiua eſt res communis, eademq; cum duabus rebus ſingularibus, ſcilicèt cum paternitate, & filiatione. Et hæc quidem dicenda ſunt de adæquatione rei quæ eſt incomprehenſibilis: de adæquatione verò intellectus noſtri, dum rē vnam duobus cōceptibus diſtinguimus, ponimus duas relationes in Patre, quæ adæquatè reſpondent duabus oppoſitis; & in Filio ſimiliter relationes duas.

18.
Ad 4. arg.

Ad quartum reſpondetur, quòd Paternitas, & filiatio ſunt idem identitate ſpiratoris, ſed ſunt diſtincta diſtinctione relatiua, & oppoſita: relatiua autem oppoſitio eſt propria relatorum; quare hæ duæ relationes, paternitas, & filiatio, abſolutè, ac ſimplicitèr non ſunt idem, ſed diſtinctæ; quia oppoſitione ſibi propria, ſcilicèt relatiua, opponuntur, & diſtinguuntur: conueniunt autem ſecundum aliquid in identitate relatiua ſpiratoris. Nihil autem abſurdi eſt quòd ſimplicitèr ſint diſtinctæ, & ſecundum quid ſint idem in ipſo genere relatorū. Et ita ſecundum rem ſunt relationes duæ ſimpliciter, & abſolutè; & ſunt relatio vna non ſimpliciter, ſed ſecundum aliquid: ſicut è contrario tres perſonæ ſunt res tres ſecundum aliquid, ſcilicèt perſonaliter; & ſunt res vna ſimpliciter, ſcilicèt vna eſſentia, & vnum ens, vt lib. 5. docebimus.

Paternitas & filiatio ſunt relationes duę diſtinctæ ſimpliciter ratione oppoſitionis relatiuæ ſibi proprię, ſecundum quid ſunt vna relatio ſpiratoris: & hoc modo in ipſo genere relatorū diſtinguūtur, & ſunt idē.

Econtra tres perſonæ ſunt res tres ſecundum quid, & ſunt res vna ſimpliciter.

19.
Ad 5. arg.

Ad quintum reſpondetur, quòd ſicut reliqua omnia in Deo, excepta oppoſitione relatiua, ſunt vnum; ita & origines actiuæ in Patre, quia non opponuntur relatiuè, aut ordine originis, ita vt vna ab alia procedat, non ſunt res duæ, ſed vna. Et aduertendum eſt quòd in rebus creatis actio, & paſsio ſunt idem motus, & res eadem; in Deo autem origo actiua, & proceſsio paſsiua ſunt res diſtinctæ in perſonis diſtinctis, vt lib. 2. diximus. Quare in rebus quidem creatis firmum argumentum eſt, quòd paſsiones duas re ipſa diſtinctas comitētur actiones duæ re ipſa diſtinctæ. At verò in Deo proceſsiones ſunt duæ res, altera in Filio, altera in Spiritu Sancto exiſtēs; origines verò ſunt res vna, quia vtraque origo exiſtit in Patre abſque vlla diſtinctione reali.

In Patre origines actiuæ, quia non opponuntur relatiuè, ſunt res vna.

In Deo origo actiua, & proceſsio paſsiua ſunt res diſtinctæ in perſonis diſtinctis.

20.
Ad 6. arg.

Ad ſextum reſpondetur, quòd in rebus creatis relatio producentis, & producti,

Digitized by Google

ducti, eſt re ipſa alia & alia; quia ſpecies relationum quæ ſunt in genere, ſunt res diſtinctæ, ſaltem formali diſtinctione reali: non tamen in Deo in quo relatio eſt extra genus, & poteſt diſtingui definitione, & non diſtingui re ipſa.

In Deo relatio poteſt diſtingui definitione, & non diſtingui re ipſa.

21.
Ad 7. argum.

Ad ſeptimum reſpondetur, argumẽtum probare, quòd relatio Patris, & ſpiratoris definitione diſtinguantur, nõ tamen re ipſa: nam Deus non intelligit per voluntatem, ſed per intellectum; & tamen voluntas, & intellectus eſt res eadem in Deo: ita quamuis Pater ad Filium non referatur per ſpirationem, ſed per paternitatem; vtraque tamen relatio eſt res eadem. Et repetendum eſt animo quod lib. 1. docuimus, has negationes non eſſe in rebus, ſed ſolùm in intellectu; dum dicimus Deum non intelligere per volũtatem, Patrem non referri ad Filium per ſpirationem: eadem quoque diſtinctio rationis ſufficit vt intelligamus Patrem ſine ſpiratione; ita tamen vt ſi re ipſa ſpiratio non eſſet, neque paternitas eſſet, quæ nunc eſt: nam in re ipſa hæc non ſunt diſtincta, neque poſſunt ſeparari; benè autem cogitando ſecernuntur.

In ſolo intellectu eſt hæc negatio, Pater nõ refertur ad Filium per ſpirationem, vt lib. 1. cap. 36. p. 2. n. 5.

22.
Ad 8. & principale argum. *Durandi.*

Ad octauum, quod eſt vltimum argumentum Durandi, & præcipuum, reſpondetur cõcedendo antecedens, quòd plura abſoluta non poſſunt conuenire in vno abſoluto, ita vt ſint omninò idẽ: quia abſoluta ſunt ad ſe, quòd ſi ad ſe diſtinguuntur, vt ſunt ad ſe, non poſſunt eſſe idem. Concedimus etiã conſequens quòd relata non poſſunt conuenire in vna relatione per ſe ipſa; ſed relata poſſunt conuenire in vno abſoluto, vt fides docet, ſiquidèm tres perſonæ relatæ ſunt vnus Deus; & ratione illius abſoluti poſſunt eadem relata cõuenire identitate reali in alia relatione, vt Pater, & Filius in relatione ſpiratoris. Concedimus igitur quòd ſicut vnum abſolutum non poteſt eſſe res eadem cum duabus rebus abſolutis; ita neque relatio vna poteſt eſſe res eadem cum duabus relationibus re ipſa diſtinctis, per ſe ipſam, & propter ſe; benè tamen propter abſolutum: quia enim eſſentia diuina quæ eſt abſolutum eſt res vna in duabus perſonis Patre, & Filio; relatio ſpiratoris eſt res vna in vtroque, vt S. Thomas notauit 1. p. q. 36. art. 4. ad 1. & idcircò propter ipſam identitatem eſſentiæ

Plura abſoluta nõ poſſunt eſſe omninò idẽ in vno abſoluto.
Ratio.
Relata non per ſe ipſa, & propter ſe, ſed ratione abſoluti in quo cõueniunt, poſſunt conuenire identitate reali in alia relatione.

S. Thom.

A vna relatio poteſt eſſe res eadem cum duabus rebus relatiuis, ſcilicèt cum Patre, & Filio, ſiue cum paternitate, & filiatione; quia ipſæ relationes diuinæ vendicant ſibi à natura diuina perfectum modum entis, vt docuimus; eſt autem perfectus modus entis, ſimplicitas omnem compoſitionem repellens. Et ſicut in rebus creatis non inuenitur vnũ abſolutum quod ſit idem cum duabus rebus diſtinctis; ita neque vna relatio: benè tamen in Deo propter identitatẽ eſſentiæ, eſt quoque identitas vnius relationis cum duabus relationibus re ipſa diſtinctis. Quod argumentum lib. 2. ſtudioſiùs tractatum eſt.

Relationes diuinæ vendicãt ſibi à natura diuina perfectum modũ entis, ſcil. ſimplicitatẽ abſque omni compoſitione.

23.
Ad 9. argum. pro *Durãd.*

B Ad nonum reſpondetur inter paternitatem, & ſpirationem actiuam nullũ eſſe ordinẽ originis; ordo enim originis eſt eius, qui eſt ab alio, videlicèt qui ab alio procedit; & ſic ordo oſtendit realem diſtinctionem in Deo: ſpiratio autem actiua non procedit; quare nullo modo diſtinguitur à Patre, aut à paternitate. Antecedit autem paternitas ſpirationem noſtro modo intelligendi, quia illa pertinet ad primam originem, hæc ad ſecundam: ſed hoc non ſatis eſt, vt relationes diſtinguantur re ipſa, cum ipſæ origines non ſint res diſtinctæ.

Paternitas pertinet ad 1. originẽ, ſpiratio ad 2. originẽ, quare diſtinguuntur ratione, vt ipſæ origines.

24.
Ad 10. argum.
Reſpond. ex cap. 34. p. 1. n. 4.

C Ad vltimum reſpondetur relationes diuinas hypoſtaticas, quæ conſtituunt perſonas, etſi non ſint oppoſitæ, vt filiatio, & ſpiratio paſsiua, eſſe res diſtinctas propter aliam rationem; quia ſunt relationes perſonarum oppoſitarum, vt lib. 4. declarabimus. Ad confirmationem reſpondetur, ſpirationem actiuam diſtingui ab Spiritu Sancto, ſicut Patrem, & Filium ab Spiritu Sancto diſtinguit; non tamen ſequi vt ipſa ſit diſtincta à Patre, & Filio in quibus eſt. Quòd etſi poſsit dici primò diſtincta, quia non diſtinguitur per differentias; tamen diſtinguitur D ab alijs relationibus diuinis noſtro modo intelligendi, quo etiam dicitur primò diſtincta; ſed non eſt conſequens, vt re ipſa diſtinguatur à paternitate, & filiatione, vt in notationibus diximus.

Hæ relationes filiatio, & ſpiratio paſsiua etſi non ſint oppoſitæ, ſunt tamẽ perſonarũ oppoſitarum.
Ad confirm.

Spiratio actiua dicitur primò diſtincta.
Ratio.

CAPVT XXXVI.

Pater, & Filius refertur ad Spiritum Sanctum relationi ſpiratoris.

1.

HActenùs de relationibus diuinis in genere. De relatione ſpiratoris, & Spiritus Sancti ſpeciatim nonnulla ſunt dubia tractatione digna. De relatione autem ſpiratoris priùs diſputandum eſt, quia ordo doctrinæ eſt à principijs; ea autem relatio eſt relatio principij. Primum igitur relatio hæc, qua Pater, & Filius referuntur ad Spiritum Sanctum, ſpiratio nuncupatur; à qua nomen concretum ductum eſt, videlicet ſpirator. Quòd enim Pater, & Filius non referantur ad Spiritum Sanctum, ſub his nominibus Patris, & Filij perſpicuum eſt; neque enim Pater eſt Pater Spiritus Sancti, à quo non eſt genitus. Sanctus Auguſtinus 5. de Trinitate, cap. 12. explicata ambiguitate nominis, quòd Spiritus Sanctus nonnunquam accipiatur pro ipſa eſſentia deitatis, quæ eſt Trinitas; aliquando pro perſona vna ipſius Trinitatis, quam Spiritum Sanctum dicimus; ingenuè affirmat hac ſignificatione ſecunda, Spiritum Sanctum relatiuè dici: cum autem animaduerteret Patrem non dici relatiuè ad Spiritum Sanctum, cuius tamen Spiritus Sanctus dicitur. ita vt Spiritus Sanctus ſit qui eſt Spiritus Patris, non tamen Pater ſit pater Spiritus Sancti. Ad hoc dubium reſpondet id ſæpè accidere in nominibus relatiuis, vt non relatiuè conuertantur. *In multis (inquit) relatiuis hoc contingit, vt non inueniatur vocabulum, quo ſibi inuicem reſpondeant.* Subijcitque exemplum. Nam pignus nomen eſt relatiuum, pignus enim alicuius eſt; ſed eius correlatiuum nullo nomine ſignificamus: donum autem videtur eſſe donatoris, quia donator, & donum nomina ſunt latina, relatione oppoſita. Pater ergo, & Spiritus Sanctus, ſiue Filius, & Spiritus Sanctus, his nominibus non ſunt mutuò relati; ſed benè nominibus donatoris, & doni, vt docet S. Auguſtinus, quia Spiritus Sanctus donum eſt, Pater, & Filius donator.

Præſciendum.

Pater, & Filius ſub his nominibus non referũtur ad Spiritum Sanctũ. *S. Auguſt.*

At Sp. Sanctus pro 3. perſona Trinitatis relatiuè, dicitur ad Patrem, & Filium, dicitur enim, ſpiritus Patris, & Filij.

S. Aug. ait ſæpè accidere in nominibus relatiuis, vt nõ relatiuè conuertantur.

Exemplo eſt pignus.

Pater & Sp. Sanctus, Filius & Sp. Sanctus nominibus donatoris, & doni ſunt mutuò relati.

2. Conſect.

Ex quibus colligimus Spiritum Sanctum A dici ſpiritum Patris, aut Filij duas ob cauſas; aut propter originem, quod S. Thomas notauit lib. 4. contra gent. cap. 24. quia perſona genita quaſi poſſeſſa à genitore coniungitur cum illo in caſu gignentis; & ſimiliter perſona procedens ab alia: & ita dicitur Spiritus Sanctus eſſe Patris, aut Filij, quia ab vtroque procedit. Aut etiam propter relationem Spiritus Sancti ad Patrem, & Filium: nam nomen Spiritus Sancti ipſam relationem ſignificat, qua Spiritus Sanctus ad vtrumque refertur: ſicut ergo dicimus Socratem filium Sophroniſci, B non quòd Sophroniſcus vllo modo hoc nomine referatur ad filium, ſed quia filius hoc nomine referatur ad Sophroniſcum, vt ad perſonam in qua eſt paternitas: ita dicimus Spiritum Patris, aut Filij; non quòd Pater, aut Filius his nominibus referantur vllo modo ad Spiritum Sanctum; ſed quia Spiritus Sanctus hoc nomine refertur ad ambos, in quibus eſt aliqua relatio, qua ad Spiritum Sanctum referuntur; non paternitas, non filiatio, ſed aliqua alia relatio: ſi enim Pater paternitate referretur ad Spiritum Sanctum, & Filius C filiatione; ille eſſet Pater Spiritus Sancti, & hic eſſet filius Spiritus Sãcti, quod iam improbatum eſt. Fit ergo vt referantur alia relatione, quæ non ſit paternitas, aut filiatio.

Spir. Sanctus Spirit' Patris, & Filij dicitur 1. ob originem. *S. Thom.*

2. ob relationẽ

Socrates dicitur filius Sophroniſci, in quo eſt paternitas.

Sp. ſãctus hoc nomine refertur ad Patrem, & Filium, in quibus eſt relatio ad ipſũ. Quòd ea relatio non ſit paternitas, aut filiatio probatur.

3.

Hanc relationem Patris, & Filij ad Spiritum Sanctum ſignificauit S. Auguſtinus nomine concreto donatoris; nam Spiritum Sãctum donum dicimus: & ita inter donum, & donatorem erit mutua relatio.

Ea relatio à *S. Aug.* dicitur nomine cõcreto donator.

4.

Sed tamen donum non eſt ita proprium nomen perſonæ, ſicut Spiritus Sanctus, vt lib. 6. dicemus. At verò D cum hoc nomen Spiritus ſanctus ſit nomen proprium perſonæ, & relatiuum; neceſſe eſt maximè, vt ei aſſignemus correlatiuum, quod ſcholaſtici iure optimo dedere ſpiratorem: tum quia hoc nomen ducit ab Spiritu Sãcto: tum etiam quia docent nomen idem à notione quadam quæ dicitur ſpiratio actiua, lib. 4. tum quia dum dicimus ſpiratorem, imitamur S. Auguſtinum, qui dixit donatorem: & hoc nomen, ſpirator, vt ſignificet relationem Patris, & Filij, qua ad Spiritum Sanctum referuntur, non ſolùm eſt; tritum vſu Docto-

Non nomen donum, ſed Sp. Sãctus, eſt propriũ perſonæ, & relatiuum.

Reſolutio tit.

Sp. Sancti correlatiuum eſt ſpirator.

Probatur 1.

Probatur 2.

Probatur 3.

Confirm.

Digitized by Google

Doctorum, ſed etiam Conciliorum definitionibus approbatum, vt in Concilio Florentino.

Cõc. Florẽt.

5. Nomen, ſpirator, ſignificat relationẽ, Patri, & Filio cõmunẽ, non ſolùm vnius ſpeciei, ſed indiuiduam.

Nomen ergo, ſpirator, ſignificat quandam relationem Patri, & Filio communem, non ſolùm vnius ſpeciei, ſed omninò vnam indiuiduam, & ſimpliciſsimam relationem, qua Pater, & Filius ad Spiritum Sanctum referuntur; ſicut vna & eadem origine ſpirant Spiritum Sanctum; quod lib. 2. diſputatum eſt.

CAPVT XXXVII.

Spirator eſt per ſe correlatium Spiritus Sancti.

1. 1. Supponendũ probatum lib. 2. cap. 38.

EX ijs quæ diximus cap. 15. & 16. colligimus accõmodatum exemplũ ad rem non facilem explicandam: cum enim probatum ſit lib. 2. cap. 38. ſpiratorem non eſſe aliquod indiuiduum cõmune ſubſiſtens, coniunctum eſt vt explanemus quonam modo ſpirator ſit per ſe terminus, ſiue per ſe correlatiuũ Spiritus Sancti; cum non ſit res aliqua communis, quæ ad Spiritum Sanctum referatur.

2. 2. Supponẽdũ probatum hic cap. 30.

Aduertendum eſt autem, quòd relatio diuina non conuenit naturæ, ita vt natura referatur, vt anteà docuimus cap. 30. Cum autem conueniat alicui ſubſiſtenti; per hoc quòd decretum eſt ſpiratorem non eſſe vnum indiuiduum ſubſiſtens, cui relatio ſignificata conueniat, conficitur, vt ſint duo ſubſiſtentia, Pater, & Filius, hac relatione communi prædita; & id exponendum iam eſt, quanam ratione ſpirator ſit terminus per ſe Spiritus Sancti, Vtrum ſcilicèt Pater ſit per ſe terminus Spiritus Sancti, an ſpirator? Et item pro qua re ſupponatur nomen, ſpirator.

Quæſtio proponitur.

3. Aduert. In creatis eſt cõmunitas rationis, non realis.

Conſiderandum ergo eſt, quod in rebus creatis, id quod eſt commune, eſt duntaxat commune ratione, & non re ipſa; neque enim homo communis exiſtit, ſed hic & ille homo: in operatione tamen rationis homo communis cognoſcitur. At verò in Deo commutatione facta, non eſt propriè loquẽdo communitas rationis, quia in Deo vniuerſalia non ſunt, vt lib. 5. dicemus: eſt tamen realis communitas, quia natura diuina re ipſa exiſtit communis tribus

In Deo vice verſa.

A perſonis; & relatio ſpiratoris exiſtit communis duabus perſonis Patri, & Filio.

4. Inſcriptio declaratur exemplo relati ex cap. 15. & 16. 1. Recolendũ de ſignificatione relati, cap. 15. p. 2. n. 4. & 5. Item de ſuppoſitione relati, cap. 16. n. 13. Oſtendit doctrinã cap. 28.

Poſitis ijs dicendum eſt quòd ſicut relatum commune non indicat ſubiectum aliquod commune relationis, ſed ſolùm ſignificat relationem communem; ſupponitur autem ſuppoſitione quodammodò communi pro ſubſtantia, & accidente cum diſiunctione: ita etiam ſpirator non indicat indiuiduum aliquod commune, & ſubſiſtens, quod ſpiratorem appellemus; ſed duntaxat ſignificat relationem communem com- B munitate reali; ſupponitur autem ſimili ſuppoſitione communi pro Patre, & Filio. Eſt tamen diſcrimen in ſuppoſitione; quia relatum cum ſit commune communitate rationis, ſolummodò cum diſiunctione ſupponitur pro pluribus; modò pro ſubſtantia, modò pro accidente; non verò ſimùl pro ſubſtantia, & accidente. Spirator verò quia ſignificat relationem communem reali communitate, ſimùl ſupponitur pro Patre, & Filio, & ſeparatim cum diſtiunctione pro Patre, vel Filio, quæ ex lib. 5. commodiùs intelligentur.

Diſcrimẽ quoad ſuppoſitionem. Relatum ſolũ cũ diſiunctione ſupponitur pro pluribus: Spirator etiam coniunctim. Ratio ex aduert.

5. 2. Recolendũ ex cap. 15. p. 2. n. 10. 11. &c. Item ex p. 1. n. 6.

C Poſteà recolendum eſt animo, quod diximus in relatis id quod relatum eſt non eſſe quid commune, ſed ſingulare; relationem verò ipſam eius eſſe naturæ, vt non niſi in ſingularibus perfectè explicetur in actu exercito: & item quòd cum diximus relatum per ſe eſſe ad aliud, per ſe referri reuocandum eſſe ad relationem cummunem; ad aliud verò, pertinere ad ſingularia, quia ſingulare eſt, quod ad aliud eſt. Docuimus etiam, quòd prima ratio quare relatum ſit ad aliud, non eſt relatio ſingularis, ſed communis; quia quidditas D relationis communis ea eſt, vt non niſi in ſingularibus explicetur. Ad hunc igitur modum hoc exemplum accommodatum eſt ſpiratori; relatio enim ſpiratoris non ſolùm habet hoc commune cum alijs omnibus, vt ſit relatio ſingularis oppoſita alteri relationi ſingulari; ſed hoc habet quoque proprium, vt ipſa ſit in duabus hypoſtaſibus ſingularis. Qua conſideratione dicendum eſt, quòd hæc relatio ſpiratoris ex ſua propria ratione formali hoc habet, vt non inueniatur in vno ſingulari, ſed in duobus, ſine quibus perfectè explicari

Accommodatur exemplũ ſpiratori. Relatio ſpiratoris ex ſua propria ratione formali eſt in duabus hypoſtaſib' ſingularis, ſine quibus explicari non poteſt.

Digitized by Google

Oſtenditur.

A cari non poſſit. Nam ſi ſpiratorem explicatè proponas, neceſſe eſt vt exponas, quid ſit illud ſubſiſtens, cui relatio hæc conuenit: & cum nullum ſit ſubſiſtens commune, neceſſe eſt vt duas hypoſtaſes eadem relatione ſpiratoris afficias, & nomines; quæ duæ hypoſtaſes per ſe referuntur ad Spiritum Sanctum: ita tamen vt hoc quod eſt per ſe referri, non reuocemus ad hypoſtaſes, ſed ad relationem ſpiratoris; idcircò enim Pater, & Filius ad Sp. Sanctum referuntur, quia ſunt ſpirator: ſpirator ergo per ſe eſt terminus Sp. Sācti: ſed id quod eſt terminus, & id quod refertur, per ſe quoq; neceſſe eſt, vt non ſit vnum ſingulare, ſed duo; quia relatio ipſa ſpiratoris communis abſq; ſubſiſtente communi, hoc exigit, vt ſit per ſe in duobus ſingularibus. Itaque ſicut relatio in actu ſignato conſtituit quidem relatum, ſed ipſum relatum in illo conceptu communi non refertur in actu exercito: ita ſpiratoris relatio conſtituit ſpiratorem, quaſi in actu ſignato; nihil tamen cõmune cõſtituit, quod in actu exercito referatur; ſed eſt prima ratio, vt non vnum, ſed plura referantur, ſcilicèt perſonæ duæ, ad Spiritum Sanctum: ergo ſicut relatio creata cõmunis exigit plura indiuidua oppoſita, vt actu exercito intelligatur; quia illo conceptu communi non poteſt exerceri. Ita cõmunis relatio ſpiratoris exigit plures perſonas quibus inſit, quia ſine illis nõ poteſt intelligi in actu exercito, cum nullum ſit commune ſubſiſtẽs, cui inſit hęc relatio communis. Et ita eſt relatorum peraccõmodatum exemplũ, quod cap. 15. & 16. propoſuimus.

Hoc quod eſt per ſe referri, nõ reuocatur ad hypoſtaſes, ſed ad relationem ſpiratoris: vnde colligitur reſolutio tituli.

Hæc relatio conſtituit ſpiratorem quaſi in actu ſignato, & eſt 1 ratio vt nõ vnũ, ſed plura referantur.

Exigit plures perſonas quibus inſit; quia ſine illis non poteſt intelligi in actu exercito.

6. Difficultas An Pater, & Filius ſint partialia relata? Reſolutio negat abſolutè. In ſenſu materiali affirmat

Si verò quæras an Pater, & Filius ſint partialia relata; primùm id abſolutè negandum eſt: nam partialia ſunt quæ habent formas partiales; Pater autem, & Filius non habent partiales relationes ſpiratoris, ſed eandem. Si verò etiam in hoc ſenſu velis dicere partialia, quia ſunt duo ſub relatione eadem; adhuc cauendum eſt, vt dicantur relata partialia accepto nomine materialiter, vt aiunt dialectici; non formaliter, ſcilicèt non pro forma ſignificata, ſed pro eo cui forma conuenit: hoc enim pacto poſſunt dici partialia, quia Pater eſt ſpirator, & Filius ſpirator, & ſunt duæ res quæ referũtur eadem relatione ſpiratoris: formaliter autem vtraque perſona eſt adæquatè ſpirator quoad ſpeciem, & numerum iſtius relationis; quia eſt vna, & eadem relatio in duobus adæquatè. Quòd verò non ſint duo ſpiratores, lib. 5. dicẽdum erit.

In formali negat.

Vide cap. 31. p. 3. n. 28.

CAPVT XXXVIII.

Spiritus Sanctus vna relatione ſimplici refertur ad Patrem, & Filium.

1. Probatur 1. in Sp. Sancto eſſe vnam relationem quaſi ſpeciem.

Relatio illa qua Spiritus Sanctus refertur ad Patrem, & Filium, fundatur in proceſsione qua ab vtroque procedit, quod eſt relationis iſtius adæquatum fundamentum: ex quo ſequitur vt B ſit vna relationis ſpecies. Et quoniã relatum idem ad plura oppoſita refertur eâdem numero relatione, vt cap. 17. diſputatum eſt; colligitur quòd relatio Spiritus Sancti ad Patrem, & Filium ſit vna, non ſolùm ſpecie, ſed etiam vna indiuidua; etiamſi per eam referatur ad perſonas duas: maximè cum in Patre, & Filio ſit etiam vna relatio, qua referuntur ad Spiritum Sanctum; quod tamen genus argumenti ſtatim tractandum eſt.

Probatur 2 eſſe vnam indiuiduam.

3. Probatio ex lib. 2. c. 36. Expendetur à num. 5.

2. Maior dubit. An ſit quodãmodo dilatata noſtro modo intelligendi, & quaſi compoſita?

Maior autem eſt cauſa dubitandi, vtrumne C hæc relatio Spiritus Sancti qua refertur ad perſonas duas, ſit quodãmodò dilatata noſtro modo intelligendi? Perſpiciẽdum enim eſt attentiùs, an relatum in ſuo correlatiuo, reſpiciat relationem oppoſitam principaliùs, quàm ſubiectum in quo illa eſt. Nouimus enim quòd relatio creaturæ eſt realis, quamuis relatio creatoris oppoſita ſit rationis: quia relatum non pendet à relatione oppoſita, ſed à ſubiecto in quo illa eſt; quo pacto relatio creaturæ pendet à Deo, vt à ſuo termino. Præterea relatio ſingulorum filiorum ad Patrem eundem nõ eſt dilatata, ſed ſimplex; quam- D uis paternitas illa ſit dilatata ad plures filios: videtur ergo quod relatum in ſuo correlatiuo potiùs reſpiciat ſubiectum oppoſitum, quàm relationem oppoſitam. Atque ex his conſequens eſt, vt Spiritus Sanctus referatur ad duas perſonas duplici relatione noſtro modo intelligẽdi, ſi vnum relatũ ad plura refertur relationib' pluribus: aut ſaltẽ ſi vna relatione refertur; ea erit noſtro modo intelligendi quaſi exte[illegible], & dilatata; qd videtur

Pro parte affir. 1. arg. oſtendẽs relatum in ſuo correlatiuo principali' reſpicere ſubiectum, quàm relationem.

2. argum. oſtendens idẽ.

Hæ probationes ponunt in Sp. Sancto duplicem relationẽ noſtro modo intelligẽdi, iuxta 1. ſent. de quæ. 17. n. 2.

Aut ſaltẽ vnã dilatatã, iuxta

Digitized by Google

2, & 3. veràq; ſent de quibus ibidē n.3. & 4.

videtur aſſerendum, quãuis in illis duabus perſonis ſit relatio vna ſpiratoris; ſiquidèm in correlatiuo magis attenditur hypoſtaſis, vel ſubiectum, quàm relatio.

3. Pro reſolutione 1. præſcied.

Subiectū relatum, & relatio habent ſe ad oppoſitam relationem, ſicut hypoſtaſis, & forma producta ad actionem.

Terminus formalis vt ſic, eſt præcipuus.

Itē materialis vt eſt terminꝰ ad quem, eſt præcipuus.

Ad hoc dubium illud primùm dicendum eſt, quòd ſubiectum relatum, & relatio habent ſe ad oppoſitam relationem, ſicut hypoſtaſis, & forma producta ad actionem: nam relationis oppoſitæ formalis terminus, & hac ratione præcipuus, eſt relatio: terminus autem quaſi materialis eſt ſubiectum relatum; ſed is terminus materialis, eſt terminus ad quem; & hac ratione diuerſa, eſt quoque præcipuus; neque enim propriè loquendo refertur aliquid ad relationem oppoſitam, ſed ad relatum, quod eſt ſubiectum relatione affectum.

4. 2. præſciendū. In creatis relatio indiuidua in vno ſubiecto extenditur extēſione quadam modali ſecūdum modū entis penes vtrumq; terminū oppoſitū.

Declaratur exemplo ſciētiæ.

Oſtēditur de terminoꝰ materiali in relatione ſcientiç.

Oſtenditur de formali in Paternitate.

Quicquid autem de his placeat aut ſentire, aut addere, certum eſt relationem indiuiduam in vno ſubiecto dilatari penes vtrumque terminum oppoſitum, ſiue materialem, ſiue formalem; nam ſubiectum vnum non facit relationem ſimplicem, ſed facit vnam; ſicut etiam ſcientia ab vnitate ſubiecti habet quòd ſit vna qualitas, & habitus vnus; ſed per hoc quòd eſt facultas ſciendi plura, extenditur, & dilatatur, & eſt quaſi compoſita, vtpotè augmentabilis. Eodem modo relatio ſcientiæ, non habet relationem realem oppoſitam; & tamen dilatatur hæc relatio ad plura ſcibilia: & relatio paternitatis, quæ habet plures filiationes oppoſitas, reſpiciendo illas extenditur: ergo tam ſubiectum oppoſitum, quàm relatio oppoſita, ſi multiplicetur, ſatis eſt vt ea relatio indiuidua, quæ reſpicit plura ſubiecta, aut plures relationes, extendatur, extenſione quadam modali, ſecundum modum entis, vt declarauimus. Et idcircò non ſine cauſa proponitur dubiũ de Spiritu Sancto, qui refertur ad duas perſonas, vtrùm referatur ad illas duabus relationibus noſtro modo intelligendi; ſicùt quidam aiunt ſcientiam referri relationibus pluribus, ad plura ſcibilia: aut ſaltèm vna relatione quaſi extenſa referatur Spiritus Sanctus ad Patrem, & Filium; ſicut nos ponimus vnã relationem ſcientiæ extenſam ad plura ſcibilia.

5. 3. præſciendū. Neceſſe nō eſt vt quia vna relatio eſt extēſa ad plura, relatio oppoſita ſit quoque extenſa.

Aduertendum verò eſt, neceſſe non eſſe, vt quia vna relatio eſt extenſa ad plura, relatio oppoſita ſit quoque extenſa: nam hæc relatio, paternitas, eſt extenſa, non vt comparatur cum vna filiatione, ſed cum pluribus; quia ab vno Patre poſſunt gigni filij plures: non tamen ſingulas filiationes oportet eſſe extenſas ad plures patres, imò eſt hoc impoſsibile; neque ad eundem Patrem relatio ſingulorum filiorum eſt extenſa: licèt paternitas ſit extenſa.

Oſtenditur in paternitate.

Relationes primi generis omnes & ſingulæ ſunt æque extenſæ.

Ratio.

At verò in relationibus primi generis, quæ in vnitate fundantur, omnes relationes ſunt æquè extēſæ; non quòd vna relatio hoc habeat ab alia; ſed quia earum omnium vnum eſt fundamentum: omne quippè ſimile, eſt ſimile omni ſimili; & ita ſimilitudo in ſingulis eſt æquè extenſa. Sed hoc eſt per accidens ad oppoſitionem relatiuam; quia dum bina ſimilia comparamus, in illa comparatione non eſt extenſio ad alia ſimilia: ſed accidit his, vt ſic binis acceptis, quòd ad alia ſimilia referantur.

Similibꝰ binis vt ſic, accidit extenſio ad alia ſimilia.

6. In hypotheſi impoſsibili de duobus corporibus vno candore candidis, quæſtio de relatione ſimilitudinis quæ ad illa eſt in tertio corpore candido.

Si igitur fingamus vnum candorem in duobus corporibus (quod exiſtimamus impoſsibile) tertium corpus candidum erit ſimile his duobus, in quibus eſt vna ſola relatio ſimilitudinis. Tum quæſtio inſtituitur, vtrùm in illo vno corpore ſint relationes duæ ad corpora duo ſimilia; aut ſaltèm vna relatio augmentata, quæ duo reſpiciat?

7. In 1. ſent. de qua c. 17 n. 3. Reſponſio de relationem duplicem.

Refellitur eadē ex cap. 13. n. 2 n. 2.

Item ex c. 14. n. 20.

Qui ponunt in relato vno relationes plures eiuſdem ſpeciei, poſſent dicere in illo tertio candido eſſe relationes duas ad corpora duo candida, in quibus eſt candor vnus. Sed contra hoc eſt, quod diximus relationem mutuam præcipuè terminari ad relationem oppoſitam: quamobrem ſicut ſublata relatione oppoſita, mutatur natura relationis; & idcircò maternitas Deiparæ eſt alterius ſpeciei à cæteris: ita ſi in duobus corporibus, in quibus eſt vnus candor, vna ſit relatio; vna quoque erit oppoſita relatio in corpore vno, eò quòd totum eſſe relationis eſt ad oppoſitam relationem.

8. In 2. veraque ſent de qua c. 17. n. 4 aduert.

Sicut candor ita ſimilitudo in illis duobus corporibus haberet extenſionem ſuæ exiſtentiæ, quæ abſoluta eſt.

At verò iuxta opinionem longè probabiliorem, quòd in vno relato non ſunt relationes plures eiuſdem ſpeciei, ſed vna indiuidua aucta ſine extenſa; aduertendum eſt, quòd ſicut in duobus ſubiectis creatis vnus & idem candor quandam haberet extenſionem exiſtentiæ, vt exiſteret in duobus; ita & ſimilitudo

tudo qua illa duo referuntur ad tertium, cum etiam exiſtat exiſtentiâ abſolutâ, quandam extenſionem haberet, vt poſſent duo referri relatione eadem extenſa; alitèr enim eſſet in vno, & alitèr in alio penes modos diuerſos entis. Quarè ſimilitudo oppoſita in tertio cādido haberet etiam extenſionem ad illa duo ſubiecta eiuſdem candoris non propter ipſa ſubiecta, quia in relatis mutuis quod præcipuè attenditur, eſt relatio oppoſita: ſed eſſet extenſa ad illa duo ſubiecta candoris, eò quòd ipſa relatio oppoſita eſſet extenſa in illis, ſic enim videtur declarari conuerſio illa relationis ad relationem, vt per omnia ſibi inuicèm opponantur.

Cōſectaria reſpōſio ad quæſt. Similitudo oppoſita in 3. cādido haberet extenſionem propter aliam ſimilitudinem oppoſitam extenſam in duobus candidis.

9. In diuinis ſicut Deitas, ita relatio ſpirationis actiua in duabus perſonis non habet modos diuerſos entis, neque vllo modo dilatata eſt.

At verò in diuinis relationibus diuerſa penitùs ratio eſt; ſicut enim natura diuina propter ſummam ſimplicitatem non habet modos entis diuerſos in perſonis tribus, quod libr. 4. tractatum eſt: ita relatio diuina, cuius exiſtere eſt ipſum eſſe diuinum eſſentiale, ita eſt in duabus perſonis, ſcilicèt ſpiratio actiua in Patre, & Filio, vt non habeat in illis modos diuerſos entis, neque vllo modo dilatata ſit. Sicut ergo duæ perſonæ referuntur ad vnam, relatione vna non dilatata, ſed omninò ſimplici; ita perſona vna, ſcilicèt Spiritus Sanctus, refertur ad duas relatione omninò ſimplici, conſentaneè ad ipſam naturam relationis oppoſitæ, vt in omnibus æqua oppoſitio occurrat. Non ſolùm ergo hæc relatio eſt ſimplex, quia in Deo omnia ſunt ſimpliciſsima; ſed etiam ex ipſa natura ſpecifica huius relationis, quia oppoſita eſt relationi omninò ſimplici.

Conſectaria reſolutio tituli, ac dubit. Spir. Sanctus refertur ad duas perſonas relatione omninò ſimplici. 1. ratio eſt ſimplicitas diuinorum. 2. ratio eſt ſimplicitas relationis oppoſitæ.

10. Ad 1. argum. partis affirmātis. Vt in relato, ita in correlatiuo præcipuū quid eſt relatio, ſi tamē ſit reale correlatiuum. Ad 2. argum. Plurium filiorum ſinguli referuntur ad Patrem non adæquatè, ſed inadæquatè.

Nihilominùs ſicùt in relato id quod eſt præcipuum, eſt ipſa relatio quæ eſt forma; ita & in correlatiuo præcipuum quid eſt relatio oppoſita, ſi tamen ſit reale correlatiuum. Nam relata tertij generis referuntur ad abſoluta, vt anteà docuimus: & idcircò cum relatio creaturæ non habeat terminum relatiuum, ſed abſolutum; nihil mirum eſt quòd relatio oppoſita, quæ eſt rationis, non ſit præcipua ratio termini. Cum verò vnus Pater habet filios plures, ſinguli referuntur ad Patrem non adæquatè, ſed inadæquatè: quarè non eſt neceſſe quòd in ſingulis, filiatio ſit dilatata, ſicut paternitas dilatata eſt. In ſimilibus autem quia eſt adæquatio, æquè dilatata eſt ſimilitudo in omnibus & in ſingulis.

CAPVT XXXIX.

Spiritus Sanctus refertur ad Patrem, & Filium vt ad duos.

QVòd Spiritus Sanctus referatur ad Patrem & Filium vt ad duos, ex eo probatur, quia procedit ab iiſdem vt à duobus, quod libr. 2. declaratum eſt. Cum ergo relatio fundetur in proceſſione, eodem modo videtur ad duos referri, quo à duobus procedit. Quarè illud conſequens eſt, vt per ſe referatur ad duos, ſicut per ſe, & non per accidens à duobus procedit, quod libro quoque ſecundo explicauimus.

1. Inſcriptio probatur ex lib. 2. cap. 41.

Aduertendum etiam eſt, quòd cum dicimus Spiritum Sanctum referri, vt ad duos, non ſignificamus terminum formalem, qui eſt vnus, ſcilicèt ſpirator, vt docuimus; nam ad vnum terminum refertur, ſcilicèt ad ſpiratorem, ſicut ab vno principio procedit: refertur tamen vt ad duos, ſcilicèt ad hypoſtaſes, in quibus eſt relatio oppoſita.

2. Declaratur 1. In inſcriptione ſignificatur ſenſus materialis. In hac, Sp. Sāctus refertur ad Patrem, & Filiū vt ad vnū, ſignificatur ſēſus formalis.

Item dicimus Spiritum Sanctum referri ad Patrem, & Filium ordine quodam, non quòd in relatione oppoſita ſpiratoris ſit ordo; quia eſſent relationes duæ; ſed quia in ipſis perſonis, quæ ſunt ſpirator vnus, eſt ordo, & relatio originis Filij ad Patrem. Itaque in actu exercito eſt ordo Spiritus Sancti ad Patrem per Filium: quod affirmat Gregor. Nyſſen. ad Alablum de Filio hæc dicēs, *Quod Spiritus ſit ex Patre, non dubium eſt id per medium Filium eſſe.* & ſubdit, *Spiritum ab ea qua naturalis eſt ad Patrem relatione non prohibet*, ſcilicèt ipſe Filius medius non prohibet referri Spiritum Sanctum ad Patrem. At verò quomodò Spiritus Sanctus per Filium referatur ad Patrem, & qua relatione, lib. 2. elucidatum eſt; ibi enim quoniam iaciebantur fundamenta neceſſaria iſtius quæſtionis, ipſa quoque quæſtio diſputata eſt.

3. Declaratur 2. Spir. Sanctus refertur ad Patrem & Filium ordine quodā, qui ordo in actu exercito eſt ad Patrem per Filium. *S. Gre. Nyſ.*

Vide lib. 2. c. 39. & cap. 60.

Vnum eſt reliquum, quod hoc cap. oporteat tractari, cum Spiritus Sanctus referatur ad Patrem, & Filium, vt ad vnum, ſcilicèt ſpiratorem; & vt ad duos, ſcilicèt hypoſtaſes duas: an potiùs dicendum ſit ad vnum, quàm ad duos referri?

4. Difficultas, an potiùs dicēdū ſit Sp. Sanctū referri ad vnū, quàm ad duos.

Digitized by Google

Reſolutio affirmatiua. Oſtenditur.

In agentibus virtus agendi & actio præcipuè attēditur.

In relatorum oppoſitione ipſa relatio præcipuè ſpectanda eſt, vt cap. 38. n. 10.

Confirm.

In hac, Spir. Sanctus refertur ad vnum, eſt ſenſus formalis, & in actu ſignato.

In illa, Spir. Sanctus refertur ad duos, eſt ſēſus quaſi materialis, & in actu exercito.

ferri? Dicendum verò eſſe videtur quòd ſicùt in agentibus, virtus agendi & actio præcipuè attenditur; & ideò Pater, & Filius potiùs dicuntur ſpirare vt ſunt vnũ, ſcilicèt virtute, & actione vnum; quàm vt ſunt duo, ſcilicèt hypoſtaſes duæ: ita etiam ad Spiritum Sanctum potiùs referuntur vt ſunt vnum, ſcilicèt relatione vna, & fundamento relationis vno. Et eadem eſt ratio vt Spiritus Sanctus ad Patrem, & Filium referatur potiùs vt ad vnum, quàm vt ad duos; quod ex cap. antecedente rectè colligitur; quia in relatorum oppoſitione ipſa relatio præcipuè ſpectanda eſt. Et confirmatur, quoniam cum dicimus Spiritum Sanctum referri ad vnum, eſt ſenſus formalis, ſcilicèt ad vnum terminum formalem, quaſi in actu ſignato, vt docuimus. Cum verò dicimus referri ad duos, eſt ſenſus quaſi materialis, & in actu exercito; quia refertur quidèm ad perſonas duas propriè & formalitèr, ſed tamen

A ſub relatione vna ſpiratoris, qui eſt terminus formalis, & per ſe correlatiuum: ſicut hæc propoſitio, Corpus quod eſt album, diſgregat viſum, eſt quodammodò materialis ex parte ſubiecti: hæc autem, Album diſgregat, eſt formalis. Ita etiam hæc propoſitio, Pater, & Filius referuntur ad Spiritum Sanctum, eſt ſimilis illi, Corpus quod eſt album, diſgregat viſum; quia illi duo non referuntur per paternitatem, & filiationem ad Spiritum Sanctum, ſed ſunt perſonæ relatæ relatione ſpiratoris. Senſu ergo formali Spiritus Sanctus refertur ad ſpiratorem, atque ideò ad vnum; & hoc Græci efflagitant à Latinis vt vnum B correlatiuum Spiritus Sancti aſsignarent: propriè tamen ac formalitèr refertur etiam Spiritus Sanctus ad duos, propter relationem quæ eſt in illis; ſicut corpus propriè, & formalitèr diſgregat viſum propter albedinem, quæ eſt in corpore.

Oſtenditur exemplo.

Hæc eſt quodammodò materialis ex parte ſubiecti, Corp qđ eſt albū diſgregat viſū, & eſt ſimilis illi, Pater, & Filius referūtur ad Sp. Sanctū.

Propriè tamē & formalitèr refertur etiam Sp. Sanctus ad duos.

Oſtenditur eodem exemplo.

LIBRI TERTII FINIS.

LIBER

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

5-2

Digitized by Google